BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
18 — L
6

Digitized by Google

R. P. HADRIANI

LYRÆI

ANTVERPIENSIS

E SOCIETATE IESV

DE IMITATIONE

IESV PATIENTIS

LIBRI SEPTEM

CVM TRIPLICE INDICE.

Digitized by Google

Digitized by Google



ANTVERPIÆ, APVD IACOBVM MEVRSIVM ANNO M.DC.LV.

Digitized by Google

TIBI VIRGINI MAGNÆ

PATRONÆ OPTIMÆ

M A R I Æ

MATRI MAXIMÆ

I E S V M

FILIVM TVVM

PATIENTEM

CVIVS IMAGINI, TE OPITVLANTE,

CONFORMARI

ÆTERNVM VIVERE EST.

L. M. D. C. Q.

QVEM *nobilis ille ab Arimathæa Decurio, cum Iudæorum Principe Nicodemo depoſitum tuum è Cruce Filium, ſed* BENONI, *doloris filium, in gremio tuo quondam reclinauit: eundem ego,* DOMINA, *ſed* BENIAMIN*iam factum, filium dexteræ, gaudij, atque lætitiæ, materno tuo ſinui venio dedicare.*

Auguſtiorem Heroës iſti reperire locum non poterant, quo Crucis auulſum è brachijs, in quibus mundi ſalutem abſol-

Digitized by Google

uerat, eum collocarent; nec ego, ſupernè licet, infernèq́; ſcrutatus ſim, digniorem in terris, ſinu illo beatiſſimo, de quo antè is natus eſt, potui reperire, cui eundem extrema inter animi, corporiſq́; cruciamenta, Vitæ, ac Mortis præcepta olim tradentem, æquiore debeam iure conſecrare.

De ſinu Patris venientem, in tuum quondam attraxiſti; nec minore pietatis ſenſu è Cruce deſcendentem excepiſti: quæ ſperare me faciunt, eundem nequaquam aſſore tuis oculis ingratum, quem meo à calamo ad Imitandum omnibus propoſitum tibi ſiſtere, tibi volui redhoſtire.

Et primùm quidem non ſine turbella eum te ſuſcepiſſe, docente Euangeliſta, didicimus, cùm in Angelico turbata ſer-
Luc.1.29. *mone,* cogitabas, qualis eſſet iſta ſalutatio: *nec minore poſtea dolore afflictam cognouimus, dum ſanguineis, vt ferunt, lachrymis pia Mater diffluercs, & ei, quem gremio de Cruce ſuſceperas, oculos clauderes, os componeres, vulnera explorares: quo fieri amabat, vt ſanctiore profluuio,*
Oſeæ 4.2. ſanguis ſanguinem tangeret, *ſuum Mater, cum filij ſanguine miſerandum in modum commiſceret.*

Cant.2.11. *Sed* hiems illa iam tranſiit, & imber abiit, ac receſsit: flores apparuerunt in terra noſtra, *qui cum Nazareno tuo, conformes facti nunc imaginis eius, feliciter è morte ad vitam reuixerunt; quibus* TE *pro voto tuo dum fulcio amore languentem; non ingrato eorundem odore, atque fragrantia ex voto meo, exhilaro reſpirantem.*

Pro

Digitized by Google

Pro eo *namque*, quod *ille Filius tuus* in mor- Iſaiæ 53. 12.
tem tradidit animam ſuam, & cum ſceleratis
reputatus eſt, plurimos ei Pater diſpertiit, &
fortium ſpolia diuiſit; *verus tibi de* BENONI
factus iam BENIAMIN, *è filio lachrymarum lætitiæ
filius*, viſurus ſemen longæuum: *vt ille Primo-
genitus in multis iam fratribus*, *&* TIBI, *& nobis ſit*,
quos omnes TVVM *illud diuiniſſimum* MARIÆ *Nomen*,
vt adoptiuos filios ſuos materno gaudet amore complecti.

Ecce quantum bonum, PIA VIRGO, *edideris*,
cùm ſalutem vniuerſorum in Filiò, & cum Filio MATER
GRATIÆ *peperiſti:* omnino enim, *vt eximius ille* Serm. de laud. Virg.
tuus Eccleſiaſtes Arnoldus Carnotenſis *locutus eſt*;
tunc erat vna Chriſti & tua voluntas, vnum-
que holocauſtum: ambo pariter offerebatis
Deo, tu in ſanguine cordis, ille in ſanguine
carnis, vnde communem in mundi ſalute, cum
illo effectum quoque obtinuiſti.

Quod & S. Germanus *vir ſuo ſæculo* TVI *ſtu-* Orat. de Zona.
dioſiſſimus, *his verbis expreſſit:* nullus eſt qui ſaluus
fiat, niſi per te, ô! ſanctiſsima: nullus eſt qui
liberetur à malis, niſi per te, ô! puriſsima: ne-
mo eſt cui donum concedatur, niſi per te, ô!
honeſtiſsima. *Et ita profectò eſt: eritque æternum,
æternum!*

Quæ cum ita ſint, debuit profectò TIBI, *ô! Virgi-*

num optima , Matrumq́ ſanctiſſima dedicari hic LIBER *meus, quo tuus ille filius, qui* TIBI *debet quod natus eſt, & omnes, quotquot Imaginis eius Patientis conformes facti ſunt, renati, legitimè ad te reuertantur.*

Obtulerit nuper Chriſtianiſſimus Franciæ Rex Ludouicus XIII. TIBI *ad pedem Crucis ſedenti, in Metropolitana tua Pariſiorum Eccleſia Coronam, & Sceptrum ſuum; ego* TIBI *dilectum Filium tuum, Coronam tuam, tam in ſe, quam in membris ſuis, gratioſis filijs tuis Patientem ſiſto.*

Corona ſenum filij filiorum. Prou. 17. 6.

Neque hoc munificentiæ meæ opus dici velim, ſed debitum ſeruitutis monumentum: quare hoc TIBI *non tam dedico, quam* TVVM *eſſe profiteor*, TVIS TE *donis exorno: & hic Iuſtinianæum illud Epiphonema valere deſiderans:* TVA DE TVIS, *quod Tabulæ omni genere diuitiarum inſtructiſſimæ, quam in S. Sophiæ templo dedicârat, inſcripſit.*

Et Donum quidem quod affero, de TE *pretioſum eſt, quia* TVVM*: de me licet paupertinum & rude, quia meum; agnoſce Virgo quod à te eſt, ignoſce autem quod à me eſt: ſi feceris, vti facturam mihi non leuis augur polliceor, (at dignum fuerit Opus meum: quo fiet vt per* TE *nos ille ſuſcipiat, qui per* TE *datus eſt nobis. Excuſabit apud ipſum integritas* TVA *culpam noſtræ corruptionis, vt humilitas Deo grata noſtræ veniam*

impe-

impetret vanitatis: copioſa charitas TVA *noſtrorum cooperiet multitudinem peccatorum, & fœcunditas glorioſa, fœcunditatem nobis conferet meritorum, vt poſthac regnet in nobis à ligno Deus, in doloris etiam ſolio ſuauiſſimus Rex amoris, atque ita toto nobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus eſt in Cruce.*

Eia Magna Magni Dei MATER, *matrum omnium ſuauiſſima, id nobis à Filio, quem hodie in amantiſſimum ſinum tuum tremebundis manibus offero, ne deſine poſtulare: audiet Matrem filius, qui totum quod hîc petimus, obtinere nos deſiderat, ſed per Mariam, quo ſi caruerimus, periiſſe omnes certum eſt*: Nam quos cœleſtis Pater præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, *quare Chriſtum Ducem & Magiſtrum optimum propter nos, ſicarios inter & parricidas patibulatum, & cruciarium Deum, infamiſſimâ ſimul & acerbiſſimâ morte exſpirantem, qui abdicatâ cruce, non ſequitur, nec ſe filium credere, nec ſperare poteſt heredem.* Rom. 8. 29.

Fac itaque, *vt cum mellifluo tuo Bernardo finiam,* ô! benedicta per gratiam, quam inueniſti; per prærogatiuam quam meruiſti; per miſericordiam, quam peperiſti: vt qui TE mediante fieri dignatus eſt particeps infirmitatis, & miſeriæ noſtræ: TE quoque intercedente, conformes nos fieri donet imaginis ſui Patientis, S. Bern. ſerm. 2. de aduentu.

quam

quam ſeptem his Libris ad honorem ac gloriam Nominis
2.Cor.3.18. *eius, tuique exprimere conatus ſum*, donec reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem à claritate in claritatem, tamquam à Domini ſpiritu, *tecum omnes feliciter* transformemur. *In quo voto ſiſto*

Clientum tuorum minimus

HADRIANVS LYRÆVS
E SOCIET. IESV.

REVE-

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
PERILLVSTRI ET GENEROSO
DOMINO
D. NICOLAO MICAVLT
DOMINO D'INDEVELDE,
DIEPENSTEIN, &c.
INSIGNIS ECCLESIÆ
S. SERVATII
ET S. ROMANI IMPERII CAPPELLÆ
TRAIECTI AD MOSAM
PRÆPOSITO,
Domino de Mechelen, Greymmi, Glabbeke, Bimontij, ac territorij S. Seruatij toparcha.

ARGVTE quondam, nec diſſentiente me, ſcripſit Græcus auctor: *Deorum templis donaria dicanda, Viris autem illuſtribus ingenij monumenta nuncupanda eſſe.* Sicut enim anathematis illis noſtram erga Deum pietatem ac religionem teſtatam facimus; ita & hoc ingeniorum fetu cultum, atque obſeruantiam erga viros primariæ dignitatis in apertum damus. Nec caruiſſe ſucceſſibus res ea viſa fuit: vt namque humili

humili cuique ad aras Deorum confugere, atque ibi vota ſua depromere fas eſt, quæ illi quidem aſpernari non ſolent; ita neque illuſtres animas eâ, quæ viri docti ac ſapientes ipſis deſtinare ſatagunt, reſpuere videmus; ſed è contrario, grata quadam animi ſignificatione prenſare. Quod apud me non deſultoria quadam cogitatione, ſed accurato mentis examine penſitans, Librum hunc meum, quem de Imitando Iesv patiente ſubſeciuis horis conſcripſi, ac Virgini Deiparæ Mariæ conſecraui, tuo, *Reuerendiſſime, Perilluſtris, ac Generoſe Domine*, patrocinio committere decreui.

Et cuiuſnam potius, quàm tuam ad fidem, ac tutelam à me debuerit hoc Opus applicari non video: talis enim quærendus, & aſciſcendus Libro meo Patronus erat, qui primùm minimè profanus homo, ſed ſacrâ, & huius argumenti non abſimili dignitate præcellens, rem eam, quam is tractat, & pro merito æſtimare queat, & pro fructu, quem ſpondet, non defugiat vſurpare. Tum eam laudem, factorum gloriâ, promeritus ſit, cui non inferior honos ac prærogatiua debeatur.

Tali denique ac tãta auctoritate polleat, quæ nouum hunc fœtum aduersùs inuidiam

tueatur.

tueatur,& ſua potentiæ amplitudine tutum illi præſidium afferre poſsit.

Hæc in te, REVERENDISS. PERILL. ET GENEROSE DOMINE,qui nō inuenerit, liberè dubitet, cur tibi præ reliquis hoc opus inſcripſerim, imò & me temeritatis coarguat, aut prudentiam requirat. Sed contra ſtat, ſtabitque ſemper hæc pagina, quam latiùs alij exſequentur, ego obiter,ac velut in tranſcurſu perſtrinxi.

Prænobili ortus proſapiâ es, quam ab annis ducentis Burgundia in Maioribus tuis ſuſpexit,ac deinde Belgium,in quod à Philippo Bono honoris cauſa euocati ſunt, ſemper amauit, vbi nobiliſsimis Belgarum connubiis aucti, Catholico Regi in præcipuis officiis tum Concilij Status, tum Prouinciarum Præfecturis quas Satrapias vocant, tum aliis non paucis, magnâ fide diligentiâque induſtriam ſuam probarunt: quodque illi in toga, nobile par Fratrum tuorum in ſago, præſtitiſſe viſum eſt: quorum alter Militum Germanorum Tribunus,alter in Caſantio littore, dùm fortiter pro Deo & Rege facit occumbens, feliciter ſunt aſſecuti. Fuiſſent hæc multis illicia, nec parua, imò & vincula rumpi difficillima,quibus vanarum cupiditatum illecebris capti, atque impli-

citi, licentiori vitæ arctius addicerentur; ſed non Tibi, qui florente ætate in ſortem Domini allectus, atque in Canonicorum Moſætraiectenſium nobile Collegium adſcitus es, in quo meritorum ſuffragio aliquando fores nobiliſsimæ Præpoſituræ candidatus, quam olim & Principes Electores, & Cameracenſes Epiſcopi ſe neutiquam indignam fuerant arbitrati. Hanc itaque poſteaquam obtinuiſti, quis dixerit, quantis ea cœperit à Te ſplendoribus illuſtrari, quos Pietas tua, atque Religio longè lateque diffudit, vt cæcus ſit, qui ad tantam lucem caliget.

Vnum hic, ceteris miſsis, præterire non poſſum, cuius Vrbs tota Traiectenſis, quamdiu Regia, cum Gubernatore ſuo ampliſsimum teſtimonium dedit: trimeſtri obſidione ciuitas premebatur, vigiliis ac plagis milites exhauſti, ciues indigentiâ tentati. Sed quid? opus multis, vbi multi cœperant egere. Notâras id, imò propius ſpectâras, & commota fuerunt viſcera tua: ſcire enim non poteras, nec ſubuenire; quare liberalitate verè regiâ, in milites ingenti vi pecuniæ profusâ, indigentiæ, qua premebantur, ſuccurriſti. Iamque & æs in marſupiis tuis defecerat, non ita tamen Caritas in corde refrixe-

refrixerat, quo factum, vt ſupellectile, vaſiſque ſacris in militare ſtipendium collatis, communi inopiæ non deeſſes, ſacratius iam Deo litaturus, cùm iis & pauperes viuerent, & vrbs ſuo Regi ſeruaretur.

Neque hîc ſtetit munificentia tua; cum aliud, quod in publicum ſolatium expenderes, non haberes, perſonam tuam, tantum non erogaſti, multorum millium pro Rege in ſumptus tolerãdæ obſidionis neceſſarios ſponſor voluntarius factus: quæ niſi eiuſmodi merita dicenda ſint, quæ virum ex æquo coronent, neſcio quæ tandem fuerint æſtimanda. Quare non tam ex ſæculi genio facere dicendus ſim, cui hoc genus operæ, illuſtri alicui tutelæ deſtinare in more poſitum eſt, quàm ex animi mei certo iudicio, quo Nomini tuo magno, ac de republica optimè merito gratus eſſe contendam.

Ferunt Athenienſes, cum Demetrio Poliorcetæ, cui ſe plurimum debere fatebantur, grati eſſe ſtatuiſſent, non vnam aliquam decreuiſſe temporis partem, ſed annum integrum ei dedicaſſe; dum tot Statuas ipſius Athenis poſuerunt, quot tunc ea natio dies anni numerabat, trecentos videlicet, & ſexa-

 ginta

ginta, vt diebus ſingulis ſingula reſponderent ſigna, ne quis tanti Ducis memoriâ, gloriâque vacare dies videretur. Bonum factum!

At verò mihi haudquaquam tantæ opes ingenij ſunt, vt REVERENDISS. PERILL. AC GENEROSÆ DOMINATIONI VESTRÆ totidem Libros, quot Athenienſes Demetrio Statuas, dedicem, vnũ tamẽ inueniſſe me gaudeo, qui illas omnes infinitis partibus ſolus tranſcendat, tibiqúe plus gloriæ ac dignitatis allaturus ſit, quam tercenrunt: illæ ac ſexaginta Demetrio ſtatuæ pepererunt & hunc quidem cum laude tibi deferet
Ezech. 2. Apocal. 5. IESVS PATIENS, *Liber vitæ ſcriptus intus & foris*, Perilluſtri Nomini tuo à me dicatus ad gloriam, omnibus verò propoſitus ad Imitationem, vt de vobis aliquando dicere liceat, quod de Ga-
Gal. 3. 1. latis ſuis Paullus: *ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus*: in quo dum ipſe, & nõ in altero gloriaberis, non popularem aliquem honorem ac plauſum, ſed præmium referes deſtinationis æternæ; *quos* namque *præſciuit*, vt
Rom. 8. 29. idem Apoſtolus ait, *& prædeſtinauit conformes fieri Imaginis filij ſui.*

Ita voueo, Auctoremque huius voti Deum venerans rogo, vt eiuſdem ſponſor, imò & executor eſſe velit: cuius Tv voti, & augurij mei

dum

dum pignus hoc, in æternum voluntatis addi-
ctiſsimæ vadimonium, & auctoramentum ob-
ſequij mei accipies, Librum quoque eâdem,
quâ Seruatianam ditionem vtriuſque gladij
poteſtate defendis, tutabere: & quem è mini-
mo magnum tuo Nomine facis, reddes patro-
cinio maiorem.

Scripſi Bruxellæ Idibus Septemb. CIↃ IↃC LIV.

REVERENDISS. PERILLVSTRI AC GENEROSÆ DOMINATIONI TVÆ

Deditiſſimus
HADRIANVS LYRÆVS
SOCIET. IESV.

EIΣ

Digitized by Google

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΑΘΟΝΤΟΣ

ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΙΜΗΣΙΝ,

ΗΝ Ο ΑΙΔΕΣΙΜΟΣ ΠΑΤΥΡ

Π. ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΛΥΡΑΙΟΣ

ΕΠΤΑ ΤΟΥΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΒΙΒΛΙΟΙΣ

ΚΑΤΕΓΡΑΨΕΝ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Κλδμι πάλιν τῆς σεῖο λύρας Πάτερ· ὑμνὸν ἀείδει
Ἔνδοξόν τε Θεῷ, ζωοποιόν τε βροτοῖς,
Καὶ φάτο· Ὡς σταφυλῶν ἄλλη πελιοῦται ἀπ' ἄλλης
Τῷ ἐφορᾶν ἄλλην, τὴν δ' ἐν οἷ ἐκτυπόει·
Ὥστε καὶ ἠελίῳ μὲν ἔοικε παθόντι τὸ ὕδωρ
Συμπαθέειν, τήνῳ αὐθ' ὁμοιωσάμενον
Κἀφ' ἀναδυομένου ἴεις θ' ἑὰ χρώματ' ἀνέλκει:
Σὺ Χριστὸν χ' οὕτως ὥς σε παθόντα τύπου.
Μιμήσει τόδε πρᾶττε· θανεῖν οὐ τοῦτό γε, ζῆν δὲ
Ἐσὶ, θανεῖν κόσμῳ τοῦτό γε, ζῆν δὲ Θεῷ.
Χριστῷ γὰρ παθέοντι βίος, θάνατος τ' ἐνεκρύφθη.
Ὡς λήγεις τ' ὃν ἔμεν, τ' οὐ δ' ὃν ἔπρεξας ἔμεν
Ὥστε δύων τέλλεις· ὡς θνήσκων πάντοτε ζήσεις:
Ὥστε θεάνθρωπος γίνεαι ἄρα βροτός.

P. IOANNES SCHAPELINCK
E SOCIETATE IESV.

IN

Digitized by Google

IN NOVI OPERIS
PROPYLÆVM,
QVOD
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
CONSCRIPSIT
R. P. HADRIANVS LYRÆVS
E SOCIETATE IESV.

VIderat Aoniæ Phœbus qui præſidet arci,
Quam tabulam primâ fronte volumen habet:
Quiſquis, ait, vates opus hoc celebrare laboras,
Deſine materiam quærere laudis, adeſt.
Carminis ipſe ſibi ſeges eſt, laudumq́; LYRÆVS,
Nec gerit à doctâ nomina vana lyrâ.
Prima, vides, operis facies emblemate clara eſt,
Materiem, quâ ſis ingenioſus, habet.
Frontis imago refert, quod pingere mente LYRÆI
Scripta docent: Domino cum Patiente pati.
Scilicet oppoſita liuorem ducit ab vua,
Et vicina nouo ſubrubet vua mero.
Pro te diuinos lacerum crudeliter artus
Fac animæ reddat viua tabella Deum.
Aſpiciens, ſimiles imitabere mente colores,
Quaſq́; tulit pœnas corpore, corde feres.
Deſine, quæ referant Domini tormenta, tabellas,
Aut ſigna artifici quærere ſculpta manu:
Exprimit effigiem, quam mox imitere, LYRÆVS,
Ne pigeat, quo te ducet eundo, ſequi.
Golgotha feralis Capitoli immobile ſaxum
Meta tui felix, nempe, laboris erit.

Hic moriente Deo, mortem quoque vincere diſces:
Non potes exemplo nobiliore frui.
Roſida ſic croceo Thaumantias ore, colores
Quos bibit, occidui Solis ab ore trahit.
Vnda laborantis cum ſideris excipit vmbram,
Vndam Sole pati, cum patiente, putes.
Quod tibi cor ſit homo? qua mens? ſi nubibus ipſis,
Si fluuiis maior, quam tibi ſenſus ineſt.
Illa ſui referunt faciem, Soliſq. labores,
Tu dubites ſimilis Numinis eſſe tui?
Eueniet melius: ſic ſpondet Apollo, LYRÆE,
Ter manifeſta tua ſigna dedere lyra:
Vt ne pœniteat curaque, piique laboris,
Poſteritas faciet, qua tua ſcripta leget.
Scripſiſti in charta, ſcribent in corde legentes,
Sic facient vnum Lector, & Auctor opus.

Pangebat

P. ANTONIVS VAN TORRE

SOCIET. IESV.

ELEN-

ELENCHVS
SEV
SYLLABVS
LIBRI DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
RERVMQVE
SVMMARIÆ SVB QVALIBET EIVS PARTE
CONTENTARVM.

Anteloquium Auctoris ad Lectorem Chriſtianæ mentis.

LIBER PRIMVS.

CAP.I. M*Agna rerum omnium Naturâ duce, & comite in ſui Renouationem conſenſio.*

CAP.II. *Priuata hominis obligatio, vt vetuſtate excuſſa, vitæ Nouitatem præ ceteris æmuletur.*

CAP.III. *Quis vetus, quis Nouus homo dicendus ſit?*

CAP.IV. *Veteri homini exuendo, nouoq́ induendo Chriſti Domini Patientis notitia, Paſſique præſertim Imitatio neceſſaria ſunt.*

CAP.V. *In quo natura huius Imitationis conſiſtat?*

CAP.VI. *Imitationis huius princeps atque opifex cauſſa, Chriſtus quà Deus: Exemplaris vero, quà homo, præcipuè tenendus eſt.*

CAP.VII. *Cum Chriſto mouenda homini manus eſt, vt præclariſſimæ Imitationis formam aſſequatur.*

CAP.VIII. *Sine ſtudio & feruore Amoris præcipui, nihil penitus hic fiet egregium.*

CAP IX. *Cœpiſſe non iuuat, ſi Conſtantia deſit, virtus enim boni operis Perſeuerantia eſt, quæ ſola Virtutem coronat.*

CAP.X. *Quis, quantus, & qualis ex hac Chriſti Ieſu Imitatione fructus exiſtat? dum nos docet ſupplicium ac mortem Seruatoris, quantum homini fas eſt, imitari, moresq́ atque actiones habere Theurgicas, quæ glorioſa illa, atque optabilis eſt* Θεομιμησία.

DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER SECVNDVS.

CAP.I. S*Acra Ieſu Patientis œconomia, prima ad vitæ Nouitatem dux & auſpex.*

CAP.II *Noui operis aggreſſio. Ieſus Chriſtus Paſcha cum diſcipulis celebrans, ad tranſitum homines inuitat.* Ἔπου Θεῷ.

CAP.III. *Pedes diſcipulorum Dominus abluens renouando homini manum impertit. Vide ne deſpicias conſilium eius, & extenſam manum ſit, qui aſpiciat.*

CAP.IV. *Euchariſtiam Chriſtus inſtituit vitæ noſtræ ad Paſſionis ſuæ exemplar componendæ monumentum, ſimulac robur. Non ſapit, cui panis hic deſipit.*

CAP.

CAP.V. *Digreſſus in hortum Gethſemani, veram orandi formam, ac regulam nouo homini erudiendo Chriſtus tradit; rectè ſiquidē viuet, ſi rectè nouerit orare.*

CAP.VI. *Ab amico Iuda, quā diſcipulo Chriſtus Iudæis, atque Romanis oſculo traditur: Ingens noui hominis cautela.*

CAP.VII. *Ieſus data comprehendendi ſe facultate, ab hoſtibus tenetur, & iniectis vinculis rigidè ligatur. Felix neceſſitas quæ hominem ad meliora compellit.*

CAP.VIII. *Ieſus ad Annam ducitur, & coram Pontifice ab aſſiſtente miniſtro alapâ cæditur, in noui hominis ſolatium ac documentum.*

CAP.IX *Falſorum teſtium productione in domo Caypha Chriſtus obruitur, ſuâ nequidquam ei patrocinante innocentiâ, ne calumnia aliquando conturbet ſapientem.*

CAP X. *Ad obiectas calumnias Chriſtus ſilet, nec falſos teſtes, ſe excuſando, quod facile poterat, refellit; ſigillum namque virtutis ſilentium eſt.*

CAP.XI. *Chriſtus à militibus & Iudæorum miniſtris, vt ore impio in Deum ſacrilegus, mortiſq; reus conſpuitur: atque ita dum faciem confuſio operit, cælum patienti aperit.*

CAP.XII. *Nox duria Chriſti Seruatoris, ſiue ea, quam multis ærumnis exercitam in Cayphæ domo captiuus traduxit, ne aliquando exſtinguatur in nocte lucerna hominis noui.*

DE IMITATIONE IESV PATIENTIS

LIBER TERTIVS.

CAP.I. I*Eſus ad Pilatum ducitur, multiſque obrutus conuiciis ad mortem poſtulatur, ſed Præſide ex vſitatâ formulâ pronunciante* non liquet, *aliò abripitur. Non contriſtabis iuſtum quidquid acciderit ei.*

CAP.II. *Ieſus à Præſide traditur Herodi, à quo illuſus & ſpretus remittitur ad Pilatum: ita ſi quis ſapiens eſſe videtur, in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.*

CAP.III. *Reductus ſaluâ re ſuâ ad Prætorium Ieſus, cum Barabba impiè confertur, ac libera plebis optioni permiſſus, latroni contumelioſiſſimè poſthabetur, qui namque hominibus placet, Dei ſeruus eſſe non poteſt.*

CAP.IV. *Meticuloſus Præſes quem paulò antè, innocentem pronuntiauerat Ieſum verberibus multat: hinc ſaxeam ad columnam deligata Iuſtitia, virgis cæditur, ac flagellatur: quin & tu, mi homo, in flagella paratus ſis, cum peccatum tuum contra te ſit ſemper.*

CAP.V. *Attrita purpura Regi gloriæ nuda humerorum contegunt, & ludicri muricis opprobrio tectum, delirantes per inſaniam exſibilant pannoſum Deum. An diſcipulus anſit eſſe ſuper magiſtrum, aut ſeruus ſuper Dominum ſuum?*

CAP.VI. *Sacrum Chriſti caput Spinarum aculeis ambitur, & diuinum verticem pœnalis corona pompa circumdat: poſt quæ, vltrà non erit ſpina dolorem inferens vndique per circuitum.* Ezech. 28.24.

CAP.VII. *Arundinem pro ludicro Regno ſceptrum Dominicæ dexteræ milites inſerunt, pro plauſu alapæ, pro acclamationibus contumeliæ dantur. Ita canitur, vbi virtus patitur.*

CAP.VIII. *Ieſum in obſoleta purpura, Coronâ ſpineâ præcinctum, manuque ſceptrum arundineum geſtantem Pilatus, de loco ſuperiore, Iudæis demonſtrat. Profert illud ingens Dei arcanum:* Ecce homo! *ſed is denuo ab eis ad mortem poſtulatur. Grande ſpectaculum! ſpecta pietas, & diſce myſterium.*

CAP.IX. *Pilatus ablutis manibus & ore polluto iniuſtitiam ſuam verius, quam Ieſum condemnat, dum virum ſe toties iudice innocentiſſimum condemnat, atque ita humanus reſpectus, fit inhumanus Chriſti deſpectus.*

Digitized by Google

DE IMITATIONE IESV PATIENTIS

LIBER QVARTVS.

CAP.I. IMpoſito humeris patibulo, latronibus ſocÿs, inuidiâ deducente Ieſus trahitur ad Caluarium, mox verò mentitâ pietatis laruâ, ne pereat ſub Cruce, atrocius in Cruce periturus, fatiſcentem exonerant auernalium carnifices furiarum. *Non quæſitæ Cruces, ſunt magis exquiſitæ.*

CAP.II. *Veronica nobilis femina, capitis ſui velum Chriſto defert, quo ſacrum os ſudore manans ac ſanguine comiter abſtergat. Res mira! non retulit inde quod terſit, ſed ipſum Domini vultum in eo ſcitè, eleganterq; expreſſum. Sic pingitur, vbi Deus Apelles eſt.*

CAP.III. *Caluariæ montem votorum ſuorum culmen Ieſus aſcendit, vbi, conceptâ per viam ſiti, oblatum poculum, liuidâ fellis ſanie vinum inter exſpumante, deguſtat. Guſtatum qui domuit, hoſtem infregit.*

CAP.IV. *Diloricatâ iam veſte, dolore vulnerum recrudeſcente, nudus in monte Ieſus ſtatuitur, vt purpura illa ſub aſpectum veniat quam ſibi per omnes artus cruore ſuo formârat. Nudus Ieſus nudos quærit amicos.*

CAP.V. *Ad Crucem ſiſtitur gaudens, regnaturus à ligno Deus. Noli erubeſcere, vbi humilitas, ibi Maieſtas.*

CAP.VI. *Chriſtus Ieſus Dei filius totâ cute proſciſſus, cunctis artubus luxatus, capite ſentibus horrente latronibus interiectus Cruci volens committitur, ac diſperſis cum ſole manibus immenſæ caritatis orbem amplectitur: Crucem qui quærit, nec oblatam accipit, non quærit veram Crucem.*

CAP.VII. *Pendens ex arbore Dominus manus & pedes ferro traiectus quadrigam gloriæ, totidem ſibi clauis in Cruce adornat: ſic clauus clauo extunditur.*

CAP.VIII. *Dolorum nox aurora ſit Regni, cum Præſes informi titulo Regis, Chriſto in Cruce illudit. Qui Titulum legis, Regem agnoſce.*

CAP.IX. *Ieſus in Cruce à circumſtantibus, & prætereuntibus procaciter illuſus, grandibus conuiciis, ſanniſque laceſſitur, nec turbatur: quin & latroni ad ſe conuerſo Paradiſum donat. Patientia opus perfectum habet.*

DE IMITATIONE IESV PATIENTIS

LIBER QVINTVS.

CAP.I. P*Arricidas fuſis ad Deum precibus remunerans, inimicis veniam mitiſſimus Ieſus exorat: quo enim quis mitior, eo & generoſior.*

CAP.II. *De vitæ ſtatione abiturus, rebus omnibus, quantumuis chariſſimis, vltro ſe Chriſtus exſpoliat, dum Matrem in primis diſcipulo tranſcribit: qui ſuos nimis diligit, non ſatis diligit.*

CAP.III. *Defectus omnibus, etiam à Patre cæleſti, qui ſolus ſupereſſe poterat, ac quaſi debuerat, derelinqui ſe aperit, ſuffertque Heroicè filius Dei: beatius ſic eſſe demonſtrans omni carere ſenſibili conſolatione, quam eâdem abundare.*

CAP.IV. *Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſcentem manifeſtanti, ſpongiam aceto plenam Ieſu propinant: hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.*

CAP.V. *Fugiente anima pronis in montem oculis, labente in pectus capite, quaſi inſpiraturus in hominem ſpiraculum vitæ, ſpiritus oris noſtri Chriſtus Dominus exſpirat: Sic morere, & viues.*

CAP.VI. *Scelere incenſus miles parum eſſe ratus, quod occidiſſet, pergit furere & abuti Chriſti patientia, dumque recens mortui pectus palpitat, ferrum per barbaram immanitatem in latus defigit, vnde profluxit aqua & ſanguis, illa quæ diluat, hic qui redimat. Tu Amantem redama.*

CAP.VII. *Quod olim quinque faces accenſæ in nuptiis, id modo faciunt in Chriſti corpore quinque illa maiora, fetaque vulneribus vulnera, amorem noui homi-*

Google

hominis fœcundant, mentemque paribus deſideriis inflammant. Qui ſine vulnere viuit, non verè viuit.

CAP. VIII. *Magnum nequitiæ noſtræ ſpectaculum, clarum diuinæ theatrum Caritatis* IESVS *Chriſtus Crucifixus, ſemper nouo homini præ oculis habendus; vt quoties ſcelerum ſuorum grauitate, ac diuinum in ſe amorem expenderit; cogitet, per noſtrum ſcelus, Deum mori potuiſſe, & eundem pro ſumma in nos caritate voluiſſe. Quærenda ſapientia eſt, vbi titulus ſtultitia apparet.*

CAP IX. *Meminerit aſſiduè homo nouus diei illius & horæ, cuius recordatus eſt ipſe ab initio, qui illâ nos redemit & lauit in ſanguine ſuo, ne dum longè ab eo fieri contendit, eat in obliuionem.*

DE IMITATIONE

IESV PATIENTIS

LIBER SEXTVS.

CAP. I. S*ingulares Amoris induſtriæ, quibus nouum hominem ad Imitationem Ieſu Chriſti pelliceat, atque in amatum ſuum conuertat.*

CAP. II. *Aureum ex Cruce horologium fabrefacit Amor, quo Crucifixum Dominum ſuum nouus homo imitari, & per ſingulas horas ſubſequi, vt cliens beneficiarius, queat.*

CAP. III. *Pulcherrimum noui hominis amiculum Dominus Ieſus Crucifixus, quo indutus, ſicut in die honeſtè is ambulet & ſuos inter ſplendidè conuerſetur.*

CAP. IV. *Chriſti patientis inſignia noui hominis ſcutaria teſſera, & ſymbolica habenda monumenta.*

CAP. V. *Ductitio de Chriſti cruciatibus vti vocabulo, ſeque ab iiſdem denominare, Nouum hominem cumprimis decet.*

CAP. VI. *Membra Chriſti Ieſu Crucifixi ſecura Noui hominis manſio, ac plena dignitatis habitatio.*

CAP. VII. *Crux Chriſti ac cetera Cruciatuũ eius ſanctiſſima Oeconomia, Noui hominis gaudium & voluptas.*

CAP. VIII. *Nouus homo, Cruce, Clauis, aut quinque SS. Vulnerum plaguncula, tamquam annulario ſigillo epiſtolas, ceteramque rem familiarem obſignat.*

CAP. IX. *Perpetua Noui hominis medicina mortis Domini in Euchariſtica menſa commemoratio.*

CAP. X. *Fœcunda Chriſti patientis ſupplicia. mirifica Noui hominis bibliotheca. Crux diſciplinarum omnium, artiumque liber varius & ſingularis.*

CAP. XI. *Sacra Crucifixi effigies nouo homini lucerna* πεντάμυξος, *id eſt, quinque habens ellychnia: Lucerna fulgoris illuminans ſenſus eius.*

CAP. XII. *Vmbra Crucis ſalubrior ſole, noui hominis idonea quies, languentis animæ certa refectio.*

CAP. XIII. *Magnum atque illuſtre Prædeſtinationis noſtræ indicium, aſſidua grataque patientis Chriſti memoria: Reprobationis verò, obliuio.*

CAP. XIV. *Solis Iuſtitiæ, Chriſti Ieſu patientis Zodiacus mortalibus vitam donans.*

DE IMITATIONE

IESV PATIENTIS

LIBER SEPTIMVS.

CAP. I. M*ors Chriſti Ieſu Nouo homini Moriendi ſpeculum, Morituro ſolatium, Morienti diſciplina.*

DOCVMENTVM I. *Moriendi voto antè nuncupato mori.*

DOC. II *De morte ſua loqui frequentius, eamque cupidiùs deſiderare.*

DOC. III. *Mortem antè exoptatam die, hora, atque ætate velle oppetere quibus eam Chriſtus Dominus obiuit, feria ſcilicet ſexta, hora tertia pomeridiana, anno trigeſimo tertio ætatis.*

DOC. IV. *Sacroſancto Euchariſtiæ viatico, poſt expiatam ritè conſcientiam inſtrui, ac muniri.*

DOC. V. *Teſtamento legitimè, pièque condito decedere.*

DOC. VI. *Animo ad mortem prompto, & expedito vita abire.*

DOC. VII. *Suis ante diſceſſum bene precari, & ſuprema monita dare.*

Digitized by Google

DOC.VIII. *Aequanimitas in morte, & heroica patientia.*

DOC.IX *Sub diſceſſum ſuum afflictos ſolari luctumq́, amicorum cohibere.*

DOC.X. *Alienis ac ſubinde contrariis oblatis cibis ac pharmacis, nequidquam moueri, aut ſtomachari.*

DOC.XI. *Proteſtari palam; quod inimicis omnibus ignoſcas, eiſq́, velis bene.*

DOC.XII. *Matris viduæ, ſi ſupereſt, ac familiarium ſuorum clientelam in morte non deſerere, nec obliuiſci.*

DOC.XIII. *A ſtudio bene merendi de altero, etiam in mortis confinio non ceſſare.*

DOC.XIV. *Duro, moleſtoq́, cubitu animam exhalare.*

DOC.XV. *Abdicatis reapſe omnibus nudum, & inopem mori.*

DOC.XVI *Extrema unctione maturè procurata ad exitum ſe comparare.*

DOC.XVII. *Mori inglorium & infamem, cum innocens vitæ ſis, & ſceleris purus: ſalua tamen diuina gloria, & communi bono.*

DOC.XVIII. *Imminente morte ſecluſis omnibus ſolum in ſilentio agere cum Deo.*

DOC.XIX. *Pſalmis & hymnis Deo concinendis diem vltimum obire.*

DOC.XX. *Conſummata virtute perſeuerando in finem mori.*

DOC.XXI. *Derelictum à ſuis, deſertumq́, vita exire.*

DOC.XXII. *Humani corporis Calua, aliiſque demortuorum oſſibus ob oculos poſitis, prouidenter vitam finire.*

DOC.XXIII. *Non niſi Præſidis arbitrio, atque ex obedientia velle decedere.*

DOC. XXIV. *Sanctiſſimo Nomine Ieſu ſtudioſè inuocato decedere ex vita.*

DOC.XXV. *Coram ſanctiſſima Dei Matre, eiuſq́, dulciſſimo Nomine implorato ſupremum ſpiritum exhalare.*

DOC. XXVI. *In cruce, aut cum cruce, eiuſque oſculo, aut complexu animam efflare.*

DOC. XXVII. *Vitæ ſuæ ſpiraculo diuinis manibus antè commendato, fidenter mori.*

DOC.XXVIII. *Ita de vitæ huius ſtatione diſcedere, vt ab operibus bonis, etiam mortuus non ferieris.*

CAPVT II. *Qui Patris imperio crucem aſcenderat, ex eadem, niſi alieno conceſſu, & morte obitâ, deſcendere noluit, integerrimorum hominum manibus tractandus & linteo inuoluendus. Curemus diuina, ipſe curabit noſtra.*

CAPVT III. *Chriſtus eiſdem ſandapilariis in ſepulchro ponitur, non ſuo, ſed aliis exciſo ac præparato. qui non ſua, ſed aliena fuerat morte interemptus. Sepulchrum Chriſti, limen eſt cœli*

CAPVT IV. *Chriſtus Dei filius rediuiuo corpore à mortuis exſurgens nouum hominem è vetere ad prototypon ſuum efformat. Nemo cum Chriſto mortuus, qui cum ipſo non reſurgat: Nemo cum Chriſto reſurgit, niſi qui cum ipſo mortuus ſit.*

CAPVT .V. *Prima dos corporis Ieſu Chriſti ex mortuis ſuſcitati, nulli poſthac obnoxium eſſe perpeſſioni: amanda nouo homini conditio, optimum chariſma quod æmuletur. In patientia impaſſibilitas.*

CAPVT VI. *Altera dos Corporis Chriſti è ſepulchro exiſtentis,* Claritas; *homini nouo, dum à morte ſpiritus ad vitam gratiæ reuertitur, exoptandum decus. A claritate in claritatem.* 2. Corinth. 3. 18.

CAPVT VII. *Tertia rediuiui corporis Seruatoris dos,* Agilitas: *magnum exſuſcitati hominis de veteri ſua conuerſatione ornamentum. Tanta erit facilitas, quanta felicitas.* S. Auguſtinus.

CAPVT VIII. *Quarta dos corporis Chriſti è tumulo prodeuntis,* Subtilitas: *quam dum nouus homo præ ſe ferre ſedulò conabitur, non ſimulatè ſe à morte ad vitam reſurrexiſſe oſtendet. Nihil ignium virtuti.*

CAPVT IX. *Magnæ Matris ac Virginis* Mariæ *virtus & potentia, quibus hominem nouum ad imaginem & ſimilitudinem filij ſui patientis ſtudioſè prouehit, prouectumque cuſtodit.*

VNIVERSI OPERIS CONCLVSIO.

Semper Mortificationem IESV in corpore noſtro circumferentes, vt & vita IESV manifeſtetur in carne noſtrâ mortali. 2.*Corinth*.4.10.

4

Digitized by Google

ELENCHVS SCRIPTVRARVM VTRIVSQVE TESTAMENTI QVÆ IN HOC OPERE EXPLICANTVR.

EX GENESI.

c.1.v.26. FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 428.1.d.

1.v.27. Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem ſuam creauit illum. 27.1.c.

2.v.17. Ne comedas, in quocumque enim die comederis &c. 557.2.a.

3.v.3. Præcepit nobis Dominus, ne comederemus,& ne tangeremus illud. 557.2.a.

3.v.15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum. 185.1.a.

3.v.19. In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo. 397.2.d.

5.v.2. Maſculum & feminam creauit eos. 116.2.a.

27.v.6. Dixit Rebecca filio ſuo Iacob, &c. 589.1.b.

32.v.10. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, ecce duabus turmis regredior. 341.1.a.

33.v.10. Vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei. 247.2.d.

37.v.33. Quia tunica filij mei eſt. 355.2.d.

49.v.1. Congregamini, vt annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in nouiſſimis diebus. 479.2.b.

49.v.9. Catulus leonis Iuda ad prædam, fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt Leo & quaſi Leæna: quis ſuſcitabit eum? 444.2.d.

EX EXODO.

4.v.22. Filius meus primogenitus Iſraël. 423.1.c.

23.v.3. Memento diei huius, in quâ egreſſi eſtis de Ægypto, & de domo ſeruitutis. 326.2.d.

25.v.40. Inſpice & fac ſecundum exemplum, quod tibi in monte monſtratum eſt. 15.2.d.308.2.b.436.2.c.448.2.a

32.v.16. Scriptura Dei erat ſculpta in tabulis. 413.2.a.

33.v.22. Eſt locus apud me, ſtabis ſupra petram, & ponam te in foramine petræ, & proteget te dextra mea. 376.2.a.

EX NVMERIS.

10.v.31. Noli nos relinquere, tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus,& eris ductor noſter. 27.2.c.

23.v.10. Moriatur anima mea vitâ iuſtorum. 270.2.c.

EX DEVTERONOMIO.

5.v.7. Non habebis deos alienos in conſpectu meo. 157.1.b.

6.v.4. Audi Iſraël Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt. 157.1.b.

21.v.23. Maledictus à Deo, qui pendet in ligno. 266.2.c.

25.v.2. Secundum enim menſuram delicti, erit & plagarum modus. 187.1.c.

28.v.66. Eſt vita noſtra quaſi pendens ante oculos noſtros. 306.2.c.323.1.b.

30.v.19. Teſtes inuoco hodie cęlũ & terrã, quod propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. 402.2.d.

32.v.11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos,& ſuper eos volitans expandit alas ſuas. 421.2.c.

32.v.32. Vua eorum vua fellis,& botri amariſſimi. 186.2.a.

32.v.39. Ego occidam, ego viuere faciam, percutiam,& ego ſanabo. 403.1.a.

EX LIBRO IVDICVM.

7.v.17. Quod me facere videritis, hoc facite. 342.1.b.

9.v.15. Si verè me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. 148.2.b.

15.v.12. Iniectæ ſunt ſuper te catenæ. 78.2.b.

EX LIBRO RVTH.

2.v.14. Quando hora veſcendi fuerit, veni huc & comede panem,& tinge buccellam tuã in aceto. 397.2.d.

3.v.9. Expande pallium tuum ſuper famulam tuam 428.1.c.

EX I. REGVM.

2.v.2. Ego ingredior viam vniuerſæ carnis; tu autem Salomon, fili mi, ſcito Deum patris tui,& ſerui ei &c. 479.2.c.

2.v.18. Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. 210.1.a.

2.19. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus. 590.2.b.

Digitized by Google

3.v.9. Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. 322.1.d.

3.v.18. Dominus eſt, quod bonum videtur in oculis ſuis faciat. 475.1.d.475.2.b.

11.v.14. Venite & eamus in Galgata, & innouemus ibi regnum. 5.2.c.

12.v.23. Abſit hoc à me peccatum, vt ceſſem orare pro vobis. 248.1.a.

18.v.1. Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid. 220.2.a.

25. Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. 57.1.c.

EX II. REGVM.

2.v.18. Velociſſimus fuit, quaſi vnus de capreis, quæ morantur in ſiluis. 581.1.a.

3.v.33. Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati. 79.1.b.267.1.c.

6.v.6. Quoniam boues calcitrabant, & declinauerant eam. 84.2.c.

22.v.29. Populum pauperem ſaluum facies, & tu Domine illuminabis tenebras meas. 419.1.d.

EX III. REGVM.

13.v.4. Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum. 84.2.c.

19.v.5. Surge & comede, grandis enim tibi reſtat via &c. 433.1.d.

EX TOBIA.

2.v.15. Sicut beato Iob inſultabant reges, ita iſti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: vbi eſt ſpes tua, pro quâ eleëmoſynas & ſepulturas faciebas. 234.2.d.

4.v.23. Pauperem quidem vitam ducimus; ſed multa habebimus bona, ſi timuerimus Deum. 210.1.a.

5.v.12. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen Cæli non video? 384.2.a.

EX LIBRO ESTHER.

14.v.18. Domine tu ſcis, quod numquàm lætata ſit ancilla tua, ex quo huc tranſlata ſum. 576.1.a.

EX LIBRO IOB.

1.v.21. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ſic factum eſt. 210.1.a.

2.v.9. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua, benedic Deo & morere &c. 235.1.b.

5.v.1. Militia eſt vita hominis ſuper terram. 241.2.c.

6.v.10. Non contradicas ſermonibus ſancti. 475.1.b.

6.v.13. Noti mei, quaſi alieni receſſerunt à me. 74.2.c.

14.v.5. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. 474.2.c.

15.v.25. Tetendit aduerſus Deum manum ſuã. 83.1.c.

16.v.11. Percuſſerunt maxillam meam, ſaturati ſunt pœnis meis. 84.2.b.105.2.b.

16.v.14. Circumdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, & non pepercit. 273.1.d.278.2.a.

16.v.15. Circumdedit me lanceis ſuis, concidit me vulnere ſuper vulnus. 285.1.d.

16.v.20. Tu ſcis, ecce enim in Cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſo. 125.1.b.

19.v.23. Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro? 415.2.a.

19.v.26. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle meâ &c. 476.2.a.

29.v.2. Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me! quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum &c. 420.2.a.

29.v.20. Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu meâ inſtaurabitur. 5.2.b.

30.v.10. Abominantur me, & faciem meam conſpuere non verentur. 102.2.a.

30.v.21. Sto & non reſpicis, clamo & non exaudis, mutatus es mihi in crudelem. 255.2.b.

31.v.12. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans. 439.2.b.

31.v.35. Quis mihi det, vt librum ſcribat ipſe, qui iudicat, & circumdem illum quaſi coronam mihi 413.2.b.c. 414.1.c.

32.v.24. Inueni, in quo propitier vobis. 334.2.a.

38.v.25. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum? 582.2.b.

38.v.33. Nunquid noſti ordinem Cæli, & pones rationem eius in terrâ? ordinem Cæli noſſe eſt ſupernarum diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre &c. 434.2.b.

39.v.26. Numquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandet alas ſuas ad auſtrum. 2.1.d.

EX PSALMIS.

2.v.6. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius. 229.2.a

3.v.3. Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius, ſed tu Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meũ. 233.2.a.

3.v.6. Ego dormiui & ſoporatus ſum & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. 554.1.c.

13.v.3. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. 158.2.a.

13.v.10.

13.v.10. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. 221.2.a.
15.v.8. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi. 34.2.d.574.1.d.
15.v.11. Delectationes in dextrâ eius vſque in finem. 286.2.d.
16.v.15. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. 406.2.a.
17.v.3. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum. 36.2.d.
17.v.6. Præoccupauerunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me. 406.2.a.
17.v.30. In deo meo tranſgrediar murum. 584.2.d.
17.v.36. Et diſciplina tua correxit me in finem. 515.1.b.
18.v.2. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. 406.1.c.
18.v.6. Exultauit vt gigas ad currendam viam. 120.1.a.
18.v.6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. 421.1.d.441.1.c.442.2.b.
18.v.14. Ab alienis parce ſeruo tuo. 237.1.b.
20.v.4. Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis tuæ. 396.2.a.
21.v.1. Deus, deus meus reſpice in me &c. 169.1.c.259.2.b.
21.v.7. Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. 122.2.d.229.2.d.
21.v.8. Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labiis & mouerunt caput. 233.2.d.
21.v.16. Aruit tamquã teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis. 259.2.c.394.1.c.
21.v.17. Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea. 202.1.a.375.2.c.
21.v.18. Conſiderauerunt me, & inſpexerunt me. 128.1.a.
21.v.25. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. 127.2.b.
21.v.26. Vota mea reddam. 449.2.c.
21.v.28. Reminiſcentur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ. 435.1.a.
22.v.4. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. 269.1.a.
22.v.4. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. 460.1.c.503.2.d.
22.v.5. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. 342.2.d.
22.v.5. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes, qui tribulant me. 395.1.a.
22.v.18. Congregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui. 128.1.a.
26.v.12. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. 90.1.a.
29.v.7. Dixi in abundantia cordis mei, non mouebor in æternum; auertiſti faciem tuam & factus ſum conturbatus. 257.1.d.
30.v.6. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. 535.1.a.
30.v.12. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. 45.2.a.
31.v.4. Conuerſus ſum in ærumnâ meâ, dum configitur ſpina. 142.1.a.
31.v.7. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me. 376.1.d.
33.v.6. Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. 418.2.a.
33.v.9. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. 396.2.a.
34.v.11. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. 90.2.a.
35.v.8. In tegmine alarum tuarum ſperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. 426.2.b.427.1.d.
35.v.10. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. 419.2.d.
36.v.19. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. 102.1.b.
37.v.6. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. 221.2.a.
37.v.18. Quoniam ego in flagella paratus ſum & dolor meus in conſpectu meo ſemper. 443.1.d.
38.v.4. In meditatione mea exardeſcit ignis. 408.2.d.
38.v.12. Tabeſcere feciſti ſicut araneam, animam meam. 394.1.c.
39.v.7. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. 475.1.d.
39.v.9. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi &c. 267.1.a.
39.v.13. Qui inquirebant mihi mala, locuti ſunt vanitates, & dolos totâ die meditabantur; ego autem tamquàm ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuũ, & factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. 94.2.c.
40.v.2. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die malâ liberabit eum Dominus. 468.1.c.
40.v.8. Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei; aduerſum me cogitabant mala mihi. 114.2.c.
40.v.10. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperabam, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. 74.1.b.
41.v.1. Quemadmodũ deſiderat ceruus ad fõtes

Digitized by Google

aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. 406.2.a.
43.v.16. Totâ die verecundia mea ſtetit contra me.& confuſio faciei meæ cooperuit me. 128.1.a.
43.v.22. Quoniam propter te mortificamur totâ die,æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. 208.2.d.
45.v.11. Vacate & videte, quoniam ſuauis eſt eſt Dominus. 65.1.d.
48.v.11. Relinquent alienis diuitias ſuas. 467.1.c.
50.v.16. Libera me de ſanguinibus Deus meus. 275.2.c.
50.v.19. Cor enim contritum & humiliatum Deus non deſpicies. 408.2.c.
54.v.13. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo; tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu. 74.1.d.
56.v.8. Paratum cor meum, paratum cor meũ. 477.2.d.
61.v.5. Cucurri in ſiti meâ. 260.1.c.
61 v.10. Mendaces filij hominum in ſtateris. 125.1.c.
67.v.1. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius,& fugiant,qui oderunt eum, à facie eius. 556.1.d.
67.v.13. Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. 415.1.c.
68.v.2. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animã meã. 256.1.a.
68.v.3. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, infixus ſum in limo profundi,& non eſt ſubſtantia. 256.1.b.
68.v.10. Operui in ieiunio animam meam. 355.1.d.
68.v.22. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti meâ potauerunt me aceto. 186.2.a.258.2.c.
68.v.27 Quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. 233.2.c.
72.v.28. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt,& ponere in Domino Deo ſpem meã. 341.2.d.
73.v.6. Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei,& delectatus ſum. 574.2.a.
73.v.16. Tuus eſt dies,& tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & ſolem. 554.2.b.
75.v.3. Factus eſt in pace locus eius. 428.1.a.
77.v.9. Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli. 523.1.a.
77.v.25. Panem Angelorum manducauit homo. 396.1.b.
79.v.4. Oſtende nobis faciem tuam,& ſalui erimus. 103.1.b.
81.v.6. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. 247.2.c.
83.v.3. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. 406.2.a.
86.v.5. Quia homo natus eſt in eâ, & ipſe fundauit eam altiſſimus. 268.1.b.
87.v.9. Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi, traditus ſum, & non egrediebar. 106.2.b.
87.v.11. Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt? 396.1.b.
87.v.16. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute meâ. 50.1.a.443.1.d.451.1.a.
87.v.18. Circumdederunt me ſicut apes. 523.1.b.
90.v.4. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. 421.2.d.
90.v.13. Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem ac draconẽ. 322.1.a.
90.v.15. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. 256.2.c.363.2.d.
91.v.5. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. 406.1.a.
91.v.13. Iuſtus vt palma florebit. 557.2.c.
93.v.21. Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt. 159.2.b.
94.v.6. Venite adoremus & procidamus ante dominum, qui fecit nos. 65.1.d.
102.v.3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. 395.1.a.
162.v.5. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. 2.1.c.
104 v.4. Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem eius ſemper. 35.1.a.
104.v.37. Et non erat in tribubus eorum infirmus. 32.1.b.
108.v.2 Os peccatoris & os doloſi apertum eſt ſuper me, locuti ſunt aduerſum me linguâ doloſâ. 90.2.a.
108.v.3. Locuti ſunt aduerſum me linguâ doloſâ, & ſermonibus odij circumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. 114.2 c.
108.v.18. Induet maledictionem ſicut veſtimẽtum. 566.2.a.
109.v.7. De torrente in viâ bibet. 78.1.c.
113.v.16. Terram dedit filiis hominum. 375.2.b.
117.v.24. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. 554.2.a.
118.v.55. Non extinguatur in nocte lucerna tua. 104.1.b.
118.v.61. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, ego autem legem tuam non ſum oblitus. 79.1.c.

118.v.62.

Digitized by Google

118.v.62. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. 345.2.d.
118.v.120. Confige timore tuo carnes meas. 219.1.c.
118.v.134. Redime me à calumniis hominum, vt cuſtodiam mandata tua. 91.1.a.
131.v.16.Sacerdotes eius induam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabunt. 356.2.b.357.1.c.
131.v.17. Paraui lucernam Chriſto meo. 418.2.a.
131.v.19.Hæc requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam. 373.2 a.
133.v.2. In noctibus extollite manus veſtras, memor fui nocte nominis tui. 104 1.b.
136.v 5.Si oblitus fuero tui, Ieruſalem, obliuioni detur dextra mea, &c. 388.2.d.450.2.b.
138.v.6. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. 405 2.c.
140.v.3.Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.322.2.d.
141.v.5. Conſiderabam ad dextram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me. 543.1.c.
142.v.5. Memor ero dierum antiquorum; à iudiciis enim tuis timui. 406.2.a.

EX PROVERBIIS.

2.v.8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. 158.2.a.
6.v.5.Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis. 60.1.c.
8.v.17. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me inueniet me. 561.2.b.
8.v.35. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. 243.2.b.
10.v.4 Egeſtatem enim operata eſt manus remiſſa. 31.1.c.
12.v.7. Domus autem iuſtorum permanebit. 375.2.b.
12.v.11.Qui ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt virorum. 34 2.b.
14.v.34.Iuſtitia eleuat gentem. 43.2.d.
15.v 33.Gloriam præcedit humilitas. 125.2.d. 346.2.a.
17.v.15.Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Dominum. 124.2 a.
17.v.17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. 488.2.d.
18.v.9.Qui mollis & diſſolutus eſt in opère ſuo, frater eſt opera ſua diſſipantis. 31.1.c.
18. v. 10.Turris ſiquidè fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus & exaltabitur. 518 2.c.
18.v.14.Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. 346.1.d.
20.v.27.Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta. 419.2.a.
22.v.29. Hominem vidiſti velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit. 31.1.c.580.2.d.
25.v.28 Vrbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. 95 2.a.
31.v.6.Date ſiceram mærentibus, & vinum his, qui amaro ſunt corde, bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. 186.1.d.
31.v.21. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. 590 2.b.
42.v.3. Omni cuſtodiâ ſerua cor tuum. 36.2.d.

EX ECCLESIASTE.

1.v.4. Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat, oritur ſol & occidit & ad locum ſuum reuertitur. 1.2.b.
1 v.13. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. 43.1.a.
5.v.14. Sicut homo egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur. 493.2.b.
7.v.8.Calumnia conturbat ſapientem, & perdit robur cordis eius. 90.2.d.
7.v.30. Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. 8.2.a.
9.v.10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas. 34 2.b.
10.v.3.Sed & in viâ ſtultus ambulat, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. 374 2.d.
10.v.4.Locum tuum ne dimiſeris. 37.1.a.
11.v.22. Confide in Domino, & mane in loco tuo. 37.1.a.
12.v.11.Verba ſapientis quaſi claui in altum defixi. 219.2.b.
23.v.38.Gloria magna ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. 21.1.c.

EX CANTICIS.

1.v.3. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. 448.2.b.
1.v.5.Filij matris meæ pugnauerunt contra me. 75.1.c.
1.v.10.Collum tuum ſicut monilia. 515.2.c.
1.v.12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. 334.1.b. 398.1.a.
1.v.14 Botrus cypri dilectus meus mihi. 398.1.b.
1.v.16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia cupreſſina. 505 2.b.
2.v.3. Sub vmbrâ illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. 43.2.d.

43.2.d.383.2.b.421.2.a.423.2.a.424.1.a. 424.2.b.

2.v.3. Sicut malus inter ligna ſiluarum,ſic dilectus meus inter filios. 424. 1. b. ibid. 2.d.

2.v.8. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles&c. 580.2.c.581.2.d.

2.v.12. Flores apparuerunt in terrâ noſtrâ.286. 2.c.

2.v.14. Veni columba mea in foraminibus Petræ,in cauernâ maceriæ. 374.2.c.

4.v.8. veni ſponſa mea,veni,coronaberis de cubilibus leonum. 493.2.b.

5.v.3. Nocte exui tunicam meam, quomodo induam illam?laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? 56.2.c.366.1.d.

5.v.6. Surrexi,vt aperirem dilecto meo, peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo, &c. 580.2.d.

5.v.13. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. 35.2.d.

7.v.7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ. 205. 2.a.

7.v.8. Aſcendam in palmam & apprehendam fructum eius. 43.1.c.

7.v.13. Omnia poma, noua & vetera ſeruaui tibi. 323.1.b.

8.v.6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt, vt mors dilectio. 15.1.b. 178.2.a.181.1.a.219.2.b.273.2.b.390.1.a. 420.1.a.448.2.d.

EX SAPIENTIA.

2.v.19. Contumeliâ & tormento interrogemus eum,vt ſciamus reuerentiam illius, & patientiam eius probemus. 105.1.d.

3.v.1. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. 374. 2.b.566.1.b.

3.v.7. Vt velox angelus ad gentem conuulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem, &c. 581.2.d.

5.v.3. Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum,& in ſimilitudinem improperij:nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam &c. 270.2.b.

7.v.11. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ, & innumerabilis honeſtas per manus illius. 515.1.c.

7.v.24. Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia, attingit autem vbique propter ſuam munditiam. 579.1.a.

9.v.15. Corpus enim,quod corrumpitur,aggrauat animam, & terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. 394.1.c.

10.v.13. In fraude ſiquidem circumuenientium adeſt illis,& cuſtodit illos ab inimicis.523. 2.b.

EX ECCLESIASTICO.

2.v.15. Qui non credunt ei,non protegentur ab eo. 427.2.c.

4.v.33. Pro iuſtitiâ agonizare pro anima tua,& vſque ad mortem certa pro iuſtitia. 270. 1.b.

5.v.8. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. 558.2.a.

5.v.14. Sicut egreſſus es nudus de vtero matris tuæ,ſic reuerteris, & nihil auferes tecum de labore tuo. 252.2.d.

6.v.25. Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, & erunt tibi vincula eius alligatura ſalutis. 77. 2.d.

7.v.3. Melius eſt ire ad domum luctus,quam ad domum conuiuij. 591.2.a.

7.v.8. Vide ne calumnia conturbet ſapientem, & pereat robur cordis tui. 89.1.d.

9.v.10. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare:quia nec opus,nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos,quo tu properas. 450.1.d.

11.v.3. Si lignum ceciderit ad auſtrum,aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, illic erit. 523.1.b.

13.v.19. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. 41.1.a.

17.v.2. E terrâ creauit hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & iterum cōuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. 355.1.a.

18.v.22. Non impediaris orare ſemper,& ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum. 503.2.a.

19.v.28. Eſt correptio mendax in irâ contumelioſi;& eſt tacens, & ipſe eſt prudens. 94.1.d

26.v.5. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis, collectionem populi, & calumniam mendacem. 90.2.d.

27.v.15. Homo ſanctus in ſapientiâ manet, ſicut ſol, vbi ſtultus ſicut luna mutatur. 36. 1.c.

29.v.20. Gratiam fidei-iuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. 326. 2.b.

29.v.28. Veſtimentum & domus protegens turpitudinem. 354.2.d.

29.v.28. Initium vitæ hominis aqua & panis, veſtimentum & domus. 354.2.c.

29.v.29. Melior eſt virtus pauperum ſub tegmine aſſerum, quam epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio. 47.2.a.

30.v.27. Melior eſt mors quam vita amara. 91. 1.a.

32.v.26. A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende. 72.2.d.

33.v.18. Reſpicite,quoniam non mihi ſoli laboraui, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam. 137.1.b.

34.v.19.

Digitized by Google

34.v.19. Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum meridiani. 422.1.b.
38.v.24. Conſolare illum in exitu ſpiritus ſui. 511.1.c.
38.v.31. Cor ſuum dabit in conſummationem operum. 505.2.a.
41.v.1. O mors, quam amara eſt memoria tua. 451.2.c.
43.v.2. Sapiens exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? 345.1.c.
43.v.12. Vide arcum & benedic eum, qui fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. 308.1.b.
44.v.1. Laudemus itaque viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſuâ &c. 253.2.d.
47.v.3. Cum leonibus ludebant quaſi cum agnis, & in vrſis ſimiliter faciebant, ſicut in agnis. 585.2.a.
49.v.1. Quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini. 380.1.a.
51.v.32. Quid adhuc retardatis, & quid dicitis in his. 585.2.d.

EX ISAIA.

1.v.4. Semen nequam, filij ſcelerati ſanctum Iſraël blaſphemarunt. 233.2.d.
1.v.18. Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana munda erunt. 275.2.d.
2.v.10. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſâ humo. 275.1.b 375.2.c. 376.1.c.
3.v.10. Ite Angeli veloces, dicite, iuſtæ quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. 583.2.c.
3.v.18. Recordare paupertatis & transgreſſionis meæ, abſynthij, & fellis. 183.1.c.
8.v.1. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. 406.2.d.
8.v.3. Cuius nomen, accelera, feſtina prædari. 581.2.c.
9.v.3. Lætabuntur coràm te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores captâ prædâ, &c. 83.2.c.463.2.c.
9.v.6. Factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. 177.1.a.
10.v.17. Et erit lumen Iſraël in igne, & ſanctus eius in flammâ. 374.1 d.
10.v.27. Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei. 33.1.b.
11.v.10. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. 545.2.c.
12.v.3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. 291.2.c. 295.1.a. 345.1.b. 437.2.a.
14.v.7. Confortauit faber ærarius percutiens malleo, dicens, glutino bonum eſt & confortauit eum clauis, vt non moueretur. 220.1.d.
14.v.10. Et tu vulneratus es, ſicut & nos, & noſtri ſimilis effectus es. 363.2.c.
19.v.1. Super quam vectus ingredietur Ægyptum, & commouebit ſimulacra Ægypti. 441.1.b.
19.v.19. In illâ die erit altare Domini in medio Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. 239.2.b.
22.v.22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius; & aperiet, & non erit; qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. 342.1.d.
28.v.1. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis ephraim! 346.2.a.
30.v.5. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. 427.2.c.
30.v.15. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. 346.1.d.
30.v.20. Non auferentur claui eius in æternum. 215.2.b.
30.v.27. Ardens eſt furor eius, & grauis ad portandum. 424.2.a.
32.v.17. Sedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ & requie opulentâ. 427.2.c.
33.v.7. Angeli pacis amarè flebant. 543.1.d.
40.v.25. Cui aſſimilaſtis me & adæquaſtis? 123.2.c.
40.v.31. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, vt aquilæ, volabunt, & non deficient. 2.1.d. 579.1.a. 581.2.d. 584.2.c.
41.v.2. Olim ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, vocauitque eum, vt ſequeretur ſe. 53.1.a.
43.v.18. Ne memineritis antiquorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, & nūc orientur, vtique cognoſcetis ea. 17.2.d
43.v.19. Ecce ego noua facio omnia. 8.2.d.
43.v.24. Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. 46.1.d.
44.v.5. Et hic ſcribet in manu ſua, Domino. 391.1.a. ibidem iſte dicet, Domini ego ſum, & ille vocabitur in nomine Iacob; & hic ſcribet in manu ſua, Domino, & nomine Iſraël aſſimilabitur. 393.1.a.
46.v.4. Ego feram, ego portabo & ſaluabo. 49.2.d.
50.v.4. Erigit mane, mane mihi erigit aurem, vt audiam quaſi magiſtrum. Dominus meus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorſum non abij, corpus meum dedi percutientibus. 49.2.b.
50.v.6. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. 101.1.a. 102.2.a.
52.v.14. Quemadmodum obſtupuerunt ſuper te multi; ſic inglorius erit inter viros aſpectus

Digitized by Google

tus eius & forma eius inter filios hominum. 103.1.b.
53.v.1.Quis credidit auditui noſtro, & brachiũ Domini,cui reuelatum eſt. 79.1.a.
53.v.2.Non eſt ſpecies ei, nec decor, vidimus eum,& non erat aſpectus. 156.1.b.
53.v.3. Quaſi abſconditus vultus eius. 306.2.d
53.v.6. Poſuit in eo iniquitates omnium noſtrûm, & ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra; diſciplina enim pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. 130.1.c.
53.v.7. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet,& non aperiet os ſuum. 52.1.b.477.2.c.
53 v.7.Oblatus eſt quia ipſe voluit. 431.2.d.
53.v.8.Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. 334.1.a.
53 v.12.Diſpertiam ei plurimos,& fortium ſpolia diuidit pro eo, quod tradidit in mortẽ animam ſuam,& cum ſceleratis reputatus eſt. 340.1.a.
55.v.4.Ecce teſtem dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. 10.1.b.
58.v.20. Non recedat liber hic ab ore tuo, ſed mediteris in eo diebus ac noctibus,vt cuſtodias & facias omnia, quæ in eo ſcripta ſunt. 409.1.c.
60.v.1.Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum. 56.1.b.
60.v.13.Gloria Libani ad te veniet,abies & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. 196.2.b.
61.v.10.Gaudens gaudebo in Domino,& exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me. 354.2.a. 356.2.c.
62.v.2.Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. 371.1.a.
62.v 4.Vocaberis voluntas mea. 475.1.c.
63.v.1.Aſcẽdebat cruoris rubore perfuſus, viderunt cælites ſpecioſum vulneribus Chriſtum, deducuntque lætantes &c. 286.2.d.
63.v.3. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. 413.2.c.
63.v.5.Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. 334.1.a.
63.v.21.Quare rubrum eſt indumentum tuum, ſicut calcantium in torculari. 130.1.c.
65.v.23. A plantâ pedis vſque ad verticem deperiit in eo vigor & ſanitas. 8.2.d.
66.v.9.Nunquid ego, qui alios parere facio,ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego, qui generationem ceteris tribuo, ſterilis ero, ait Deus tuus? 423.1.d.

EX IEREMIA.

2.v.2.Fregiſti iugum meũ rupiſti vincula mea, & dixiſti,non ſeruiam. 8.2.d.
2.v.19.Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. 447.1.a.
11.v.19.Mittamus lignum in panem eius. 196.1.d.
12. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi Leo in ſiluâ, dedit contra me vocem ſuam. 124.2.a.
13.v.23.Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam. 475.2.d.
14.v.8. Quare ſicut colonus futurus es in terrâ, & quaſi viator declinans ad manendum? quare futurus es velut vir vagus? 47.2.b.
17.v.5. Maledictus homo, qui confidit in homine,& ponit carnem brachium ſuum,& à Domino recedit cor eius. Habitabit in ſiccitate in deſerto,& in terrâ ſalſuginis & inhabitabili. 76.1.b.
17.v.16.Diem hominis non deſideraui, Domine tu ſcis. 125.2.a.
48.v.28. Relinquite ciuitates & habitate in petrâ, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. 373.2.a.375.1.c.

EX THRENIS.

1.v.8.Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. 36.2.c.566.2.c.
2 v.15. Abiectionem poſuiſti me in medio populi mei, plauſerunt ſuper manibus omnes tranſeuntes viam, ſibilauerunt & mouerunt caput. 153.1.a.
3.v.15. Fregit inimicus ad numerum dentes meos. 153.2.a.
3.v.19. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſinthij & fellis &c. 434.1.a.
3.v.21.Memoriâ memor ero,& tabeſcet in me anima mea: hæc recolens &c. 326.2.b.345.2.d.398.1.d.
3.v.30.Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. 84.2.a.
4.v.20. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus in vmbrâ tuâ viuemus. 78.1.d.346.1.b.
4.v.20.In vmbrâ tuâ viuemus in gentibus 421.2.a.425.1.a.
4.v. 21. Inebriaberis atque nudaberis, tamquam potens crapulatus à vino. 191.2.b.

EX BARVCH.

5.v.12. Viuamus ſub vmbrâ Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbrâ Baltaſar filij eius, & ſeruiamus eis. 427.2.b.

EX EZECHIELE.

1.v.20. Quocunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter eleuabantur. &c. 581.2.d.

2.v.6.Tu

Digitized by Google

2.v.6. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas, quoniam increduli & ſubuerſores ſunt tecum & cum ſcorpionibus habitas. 443.2.d.
3.v.8. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt ſilicem faciem tuam. 87.2.b.
3.v.25. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis. 78.2.b.
4.v.1. Et tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionem. 307.2.d.
6.v.11. Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, heu! heu! 124.1.d.
9.v.4. Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes gementium & dolentium ſuper abominationibus, quæ fiunt in medio eius. 435.2.d.
9.v.4. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium. 389.1.d.
16.v.55. Sodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam. 565.2.c.
28.v.24. Non erit vltra ſpina dolorem inferens. 140.1.d.
43.v.10. Fili hominis, oſtende domui Iſraël templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis. 436.2.d.

EX DANIELE.

4.v.27. Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? 374.1 a.

EX OSEE.

1.v.9. Quia vos non populus meus. 465.2 c.
2.v.14. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. 502.1.a.
4.v.19. Subtus quercum & populum & terebinthum ſacrificabant, quia bona erat vmbra eius, ideo fornicabantur. 428.1.c.
12.v.7. Chanaan, in manu eius ſtatera doloſa. 125.1.c.
13.v.14. O mors, ero mors tua, mors tua ero inferne. 477.1.c.
14.v.8. Conuertentur ſedentes in vmbra eius. 413 2.c.
14.v.8. Viuent tritico & germinabunt quaſi vinea. 64.2.b.

EX IOELE.

2.v.32. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. 518.2.a.

EX AMOS.

2.v.8. Vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui. 186.2.b.
6.v.4. Qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis ſuis, in diem malum ſeparati ſunt. 493.2.b.

EX MICHÆA.

1.v.8. Vadam ſpoliatus, & nudus faciam planctum. 189.2.d.
5.v.1. Percutient maxillā principis Iſraël. 84.1.b.

EX NAHVM.

3.v.5. Reuelabo cunctis gentibus ignominiam tuam. 106.2.c

EX HABACVC.

2.v.2. Scribe viſum & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit eum. 407.1.d.
3.v.3. Ab aquilone enim pandetur malum. 421. 1.a.
3.v.19. Deus fortitudo mea, ponet pedes meos quaſi ceruorum, & ſuper excelſa deducet me. 581.2.c.
3.v.19. Pones pedes meos quaſi ceruorum. 566.2.d.

EX AGGÆO.

2.v.24. Aſſumam te & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. 358.1.a.

EX ZACHARIA.

3 v.3. Ego cælabo ſculpturam eius. 286.2.b.
6.v.12. Ecce vir oriens nomen eius. 440.2 c.
12.v.10. Adſpicient ad me, quem confixerunt. 306.2.c.
12.v.10. Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum &c. 207.1.d. 334 2.b. 435 1.d.
13.v.1. Fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris. 287.1.a.
13.v.6. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum. 201.2.b.
13.v 6. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum, & dicet, his plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. 285.2.d.
14.v.9. Erit Dominus Rex ſuper omnem terram, & in die illā erit Dominus vnus, & nomen eius vnum. 519.1.b.

EX MALACHIA.

3.v.6. Ego ſum, qui ſum, & non mutor. 36. 2.d.
4.v.2. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. 265.2.d.440.1.b.441.1.a.

EX LIBRO I. MACHABÆORVM.

4 v.59. Vt ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum. 5.1.b.

EX MATTHÆO.

4.v.10. Vade ſatana, ſcriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. 22.1.c.
5.v.16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificēt Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. 574 2.d.
5.v.17. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. 91.2.b.
5.v.39. Si quis te percuſſerit in vnā maxillā, præbe ei & alteram. 86.1.a.
5.v.44. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt. 249.1.a.
5.v.44. Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſe-

perſequentibus & calumniantibus vos. 245.1.a.249.1.a.

5.v.45. Vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt. 247.1.c.

6.v.1. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. 575.1.c.

6.v.12. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, & pater meus cæleſtis dimittet vobis. 249.1.b.

6.v.12. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. 251.2.c.

7.v.28. Etiam Domine, catelli comedunt de micis quæ cadunt de menſâ dominorum ſuorum. 322.2.d.

8.v.20. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum. 47.2.d.

9.v.16. Nemo immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus, neque vinum nouum in vteres veteres. 19.1.d.

10.v.16. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. 3.2.c.

10.v.24. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius. 22.1.d.

10.v.24. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum, ſi patrem familias Beelſebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius. 234 2.b.

10.v.34. Nolite arbitrari, quod pacem veni mittere in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium. 76.1.d.115.1.c.

10.v.36. Inimici hominis domeſtici eius. 72.2.d.241.2.d.558.2.a.

10.v.37. Qui amat patrem & matrem plus quam me, non eſt me dignus. 235.1.c.

10.v.38. Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. 342.1.b.

11.v.12. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 466.2.a.

11.v.29 Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. 481.2.b.

11.v.30. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. 33.1.b.

13.v.25. Venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. 272.1 c.

16.v.23. Vade poſt me ſatana, non enim ſapis ea, quæ Dei ſunt. 237.1.a.

16.v.24. Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 166.2.b.

17.v.2. Reſplenduit facies eius ſicut ſol. 441.1.b.

17.v.5. Tu es filius meus, in quo mihi cõplacuj. 258.1.b.

17.v.5. Nubes lucida obumbrauit eos. 422.2.b.

21.v.16. Numquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos? 246.1.d.

22.v.12. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? 355.1.c.

23.v.37. Ieruſalem, Ieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas. 421.2.c.

24.v.13. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 506.1.c.

24.v.27. Sicut fulgur erit ab oriente, & paret vſque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. 579.2.c

25.v.38. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, ſitiui enim, & non dediſtis mihi bibere. 260.1.d.

25.v.40. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. 468.1.c.511.1.d.

26.v.48. Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis. 335.1.a.

26.v.29. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec veniat regnum Dei. 459.1.c.

26.v.38. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. 475.2.a.

26.v.39. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. 473.1.b.

26.v.41. Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum, ſecuti ſunt autem eum diſcipuli &c. 65.1.d.

26.v.48. Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. 73.1.a.

26.v.48. Tunc colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit. 104.1.c.

26.v.59. Miſit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem, vbi ſcribæ & ſeniores conuenerant. 89.1.d.

26.v.60. Nouiſſimè ergo venerunt duo falſi teſtes & dixerunt, quoniam nos audiuimus eum dicentem, ego diſſoluam templum hoc manu-factum, & poſt triduum aliud non manu-factum ædificabo. 90.2.b.

26.v.64. Dixit ergo illi Ieſus. tu dixiſti; verumtamen dico tibi, amodò videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli: tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens: blaſphemauit. 101.1.c.

27.v.11. Ieſus itaque ſtetit ante præſidem. 113.2.c.

27.v.13. Non audis, quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? at non reſpondit ei ad vllum verbum. 123.1.d.

27.v.15. Per diem autem ſolemnem conſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent. 123.2.a.

27.v.17. Quem vultis dimittam vobis, Barabbam an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? 123.2.c.

27.v.19. Nihil tibi & iuſto illi, multa enim ſum paſſa hâc nocte propter illum. 126.2.c.

27.v.22.Quid

27.v.22. Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? 126.1.b.
27.v.24. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis: & reſpondens vniuerſus populus dixit: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 160.1.c.
27.v.28. Tunc milites Præſidis exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt eum. 137.1.b.
27.v.29. Et milites plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius. 140.1.d.
27.v.29. Poſuerunt arundinem in dextrâ eius, & genu flexo ante eum illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudæorum &c. 153.1.a. 154.1 a.
27.v.33. Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. 183.1.c.
27.v.38. Si filius Dei es, deſcende de cruce. 234.1.a.
27.v.40. Si filius Dei es, deſcende de cruce, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. 245.1.c.
27.v.42. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. 234.1.b.
27.v.42. Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce,& credimus ei. 506.1.a.
27.v.44. Idipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. 243.2.d.543.1.d.
27.v.46. Eli. Eli lamma Sabacthani: hoc eſt Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me? 255.2.b.511.2.d.543.1.c.
27.v.52. Monumenta aperta ſunt & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt &c. 556.1.c.558 2.a.
27.v.54. Verè filius Dei erat iſte, alij verò reuertebantur percutientes pectora ſua. 247.1.c.
27.v.54. Verè hic homo iuſtus erat. 412.2.c.

EX MARCO.

6.v.65. Quotquot tangebant eum, ſalui fiebant. 451.1.d.
9.v.12. Fecerunt in eum, quæcumque voluerunt. 106.2.c.
10.v.32. Cæpit illis dicere, quæ eſſent ei euentura, quia ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis &c. 450.2.c.
10.v.38. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptiſor, baptiſari? 207.1.b.451.1.c.
14.v.37. Sic nôn potuiſtis vnâ horâ vigilare mecum. 343.1.a.
14.v.56. Teſtimonium falſum dicebant contra eum, & conuenientia teſtimonia nô erant. 90.1.a.
14.v.60. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogabat Ieſum dicens, non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his? ille autem tacebat, & nihil reſpondit. 94.1.d.
15.v.25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum 327.1.d.
16.v.2. Valde mane vnâ Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam ſole. 554.2.c.

EX LVCA.

1.v.42. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. 266.2.c.
1.v.78. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. 441.1.a.
2.v.7. Reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. 47.2.b.
2.v.34. Ecce poſitus hic eſt in reſurrectionem multorum in Iſraël. 562.1.a.
2.v.51. Conſeruans omnia verba hæc, & conferens in corde ſuo. 409 1 b.
2.v.51. Et erat ſubditus illis. 113.1.a.
2.v.55. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius dolons. 207.1.c.
6.v.19. Virtus de illo exibat,& ſanabat omnes. 400.1.a.
6.v.23. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. 38.2.d.
9.v.13. Bonum eſt hic nos eſſe, faciamus hic tria tabernacula. 385.1.a.
9.v.23. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 17.2.b.168.2.d.
9.v.31. Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. 380.2.c.450.2.d.
9.v.44. Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos, filius hominis futurum eſt, vt tradatur in manus hominum. 9.2.d.
9.v.62. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro aptus eſt regno cælorum. 506.1.b 564.1.b.
11.v.34. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit &c. 574.2.b.
12.v.50. Baptiſmo habeo baptizari & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur. 286.1.d.451.1.d.
14.v.27. Qui non baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. 167.1.b.
15.v.22. Proferte ſtolam primam. 355.1.a.
16.v.9. Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 468.1.b.
21.v.12. Videte ne ſeducamini, iniicient vobis manus ſuas & perſequentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & Præſides propter nomen meum. trademini autem à parentibus, fratribus & cognatis, & amicis: in patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. 115.1.b.
21.v.16. Trademini autem à Parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient & ex vobis. 76.1.c.

21.v.18. Capillus de capite veſtro non peribit in vitâ. 109.1.a.

21.v.19. In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. 475.1.b.

21.v.28. Leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. 265.1.b.

22.v.14. Cum facta eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo, & accepto pane &c. 61.1.b.

22.v.15. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. 451.1.d.459.1.c.

22.v.7. Venit dies azymorum, in quâ neceſſe erat occidi Paſcha, & miſit Ieſus Petrum & Ioannem dicens &c. 52.2.b.

22.v.29. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. 334.2.a.

22.v.39. Procidit in faciem ſuam orans. 66.1.d.

22.v.42. Pâter, non mea, ſed tua voluntas fiat. 478.1.a.

22.v.48. Iuda, oſculo filium hominis tradis? 73.2.a.

22.v.65. Multa alia, qui illudebant ei blaſphemantes, dicebant in eum. 106.1.a.

23.v.5. Commouet populum docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à galilæâ vſque huc. 114.2.b.

23.v.6. Pilatus audiens Galilæam, interrogabat, ſi homo Galilæus eſſet? & vt cognouit, quod de Herodis poteſtaté eſſet. 114.2.d.

23.v.7. Remiſit eum itaque ad Herodem, qui & ipſe hieroſolymis erat illis diebus. 114.2.d.

23.v.8. Herodes viſo Ieſu gauiſus eſt valde, ſperans ſignum aliquod videre ab eo &c. 118.2.b.

23.v.10. Stabant interea Principes ſacerdotum ac ſcribæ conſtanter accuſantes eum. 119.1.c.

23.v.12. Facti ſunt amici Pilatus & Herodes in illâ die, nam antea inimici erant ad inuicem. 122.2.d.

23.v.14. Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertentem populum, & ecce nec ego, nec etiam Herodes, vllam cauſam mortis inuenio in iſto; emendatum ergo illum dimittam. 123.1.b

23.v.18. Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam. 124.1.d.

23.v.26. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenenſem venientem de villâ, & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. 163.1.a.

23.v.26. Angariauerunt, vt tolleret crucem eius. 167.1.c.

23.v.27. Sequebatur autem illum turba multa populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. 178.2.a.

23.v.28. Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me &c. 485.1.d.

23.v.39. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. 558.2.c.

23.v.34. Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. 245.1.c.

23.v.42. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. 171.1.c.427.2.c.466.1.b 477.1.d.491.1.a.

23.v.48. Omnis turba eorum, qui ſimul àderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant percutientes pectora ſua reuertebantur. 334.2.c. 412.2.d. 435 2.a.

23.v.43. Mulier ecce filius tuus &c. 466.1.c.

23.v.46. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. 534 2.d.

24.v.5. Quid viuentem quæris cum mortuis? 580.2.b.

24.v.39. Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte. 291.1.a.

24.v.49. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. 590.1.d

25.v.31. Si in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet. 197.2.c.

EX IOANNE.

1.v.10. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. 543.1.b.

1.v.11. In propria venit, & ſui eum non receperunt. 47.2.b.

1.v.14. Verbum caro factum eſt. 22.2.a

2.v.19. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 91.1.c.

3.v.14. Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. 450.2.d.

4.v.6. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. 47.2.d.

5.v.25. Venit nunc hora, & nunc eſt quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. 562 1.a.

6.v.5. Fugit in montem ipſe ſolus. 148.1.a.

6.v.38. Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me, Patris. 101.2.d.

6.v.52. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. 463.2.b.

6.v.54. Niſi enim manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. 62.2.c. 459.1.d.

6.v.57. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. 346.1.a.

8.v.12. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. 41.2.a.

8.v.29. Qui me miſit mecum eſt; & non reliquit me ſolum. 256.1.d.

8.v.52. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternũ. 448.1.c.

Digitized by Google

10.v.17. Ego pono animam meam, & nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. 481.2.d.
10.v.18. Hoc mandatum accepi à Patre meo. 166.1.c.
10.v.18. Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam. 266.1.a.
10.v.23. Facta ſunt encænia in Ieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in porticu Salomonis. 47.1.c.
10.v.28. Nec rapiet eas quiſquam de manu meâ. 374.2.b.
11.v.3. Ecce, quem amas, infirmatur. 323.1.a.
11.v.25. Ego ſum reſurrectio & vita. 562.1.a.
11.v.36. Ecce quomodo amabat eum? 72.2.c.
12.v.7. Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. 450.2.d.
12.v.23. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. 343.1.a.
12.v.27. & 28. Pater clarifica me, propterea veni in hanc horam... & clarificaui & iterum clarificabo. 421.1.b.
12.v.32. Ego, ſi exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum. 287.1.c. 543.1.b.
12.v.33. Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, hoc autem dicebat ſignificans, qua morte eſſet moriturus. 450.2.d.
13.v.8. Si non lauero te, non habebis partem mecum &c. 346.1.a.
13.v.10. Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, & eſt mundus totus. 221.2.b.
13.v.13. Vos vocatis me, Magiſter & Domine, & bene dicitis; ſum etenim; ſi ergo ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius pedes lauare: exemplum ego dedi vobis vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. 56.2.d.
13.v.15. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. 9.2.d. 408.2.d.
13.v.18. Non de omnibus vobis dico, ego ſcio quos elegerim, ſed vt adimpleatur ſcriptura, qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum. 74.1.c.
13.v.32. Filioli adhuc modicum, vobiſcum ſum quo ego vado, vos non poteſtis venire, & vobis dico modò &c. 479.1.d.
14.v.18. Non vos relinquam orphanos. 591.1.a.
14.v.27. Non turbetur cor veſtrum, quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis; vado parare vobis locum &c. 485.1.c.
14.v.30. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. 266.1.d. 465.2.b.
14.v.39. Venit princeps huius mundi, & in me non habet quidquam. 518.2.d.
15.v.13. Maiorem hâc dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. 538.1.d.
15.v.18. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, ſi mundus vos odit, ſcitote quia me priorem odio habuit. 83.2.c.
15.v.19. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret, quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 83.2.b.
16.v.8. Arguet mundum de peccato, & de iuſtitiâ, & de iudicio. 43.2.d.
16.v.13. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. 408.2.d.
16.v.32. Ecce venit hora, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum derelinquatis, ſed non ſum ego ſolus, quia pater mecum eſt. 256.1.c.
17.v.1. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos, non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. 479.1.d.
17.v.4. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam. 506.2.b.
17.v.11. Mitte gladium tuum in vaginam, calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? 23.2.d.
17.v.22. Ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut tu & ego vnum ſumus; ego in eis, & tu in me. 42.2.d.
17.v.24. Clarifica me Pater, vt quos dediſti mihi, videant claritatem meam, quam dediſti mihi. 573.2.a.
17.v.26. Vt dilectio tua, quâ me dilexiſti, in illis ſit, & ego in eis. 41.2.d.
18.v.2. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc. 48.1.b.
18.v.10. Et erat nomen ſeruo illi Malchus. 116.1.a.
18.v.11. Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? 481.2.d.
18.v.12. Cohors ergo & tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum. 78.1.a.
18.v.19. Et adduxerunt eum ad Annam primum. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrinâ eius. 83.1.a.
18.v.29. Quam affertis accuſationem aduerſus hominem hunc. 112.2.b.
18.v.30. Si non eſſet hic, inquiunt, malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. 113.1.b.
18.v.31. Nobis non licet occidere quemquam. 113.1.b.

18.v.31. Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum. 156.2.d.
18.v.34. A temetipſo id dicis? an alij dixerunt tibi de me. 114.1.b.
18.v.35. Reſpondit Pilatus; nunquid Iudæus ego ſum? gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti. 114.1.b.
18.v.36. Regnum meum non eſt de hoc mundo. 114.1.b.
18.v.37. Ergo Rex es tu? Reſpondit Ieſus: tu dicis, quia rex ſum ego; ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. 114.1.c.
18.v.38. Ego nullam in eo cauſam mortis inuenio. 114.2.a.
19.v.1. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. 126.1.b.
19.v.5. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: ecce ego adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam: & dicit eis: ecce homo. 156.1.b.
19.v.7. Nos legem habemus, & ſecundum hanc quidem debet mori, quia ſe filium Dei fecit. 157.1.a.
19.v.15. Regem veſtrum crucifigam? non habemus regem, niſi Cæſarem. 159.2.d.
19.v.16. Tradidit eis illum, vt crucifigeretur. 195.1.c.
19.v.17. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur, Caluariæ locum. 165.1.a.
19.v.18. Ibi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. 204.2.c.444.1.d.
19.v.23. Milites acceperunt veſtimenta eius. 189.2.a.
19.v.25. Stabat autem iuxta crucem Ieſu Mater eius. 205.1.d.521.2.c.
19.v.26. Cum vidiſſet Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat &c. 489.1.b.
19.v.26. Mulier ecce filius tuus. 423.1.a.
19.v.28. Sciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dixit, ſitio. &c. 258.2.c.
19.v.30. Cum accepiſſet Ieſus acetum, dixit, conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. 264.2.a.466.1.c.506.1.d.
19.v.34. Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. 273.2.a.
19.v.35. Qui teſtimonium perhibuit veritati, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. 466.1.a.
19.v.39. Venit & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens miſturam myrrhæ &c. 542.2.d.543.2.d.
19.v.41. Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum &c. 546.1.a.547.1.d.
20.v.1. Cum adhuc tenebræ eſſent ſuper terram. 554.2.d.
20.v.6. Vidit linteamina & credidit, nondum enim ſciebat ſcripturam. 416.2.d.
20.v.15. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. 562.2.d.
20.v.15. Stabat hæc ad monumentum foris plorans, conuerſa autem retrorſum vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat, quia Ieſus eſt. 585.2.d.
20.v.27. Infer digitum tuum huc, Thoma, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. 291.1.b.
21.v.18. Cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis. 210.1.d.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

3.v.14. Vos ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam dari vobis, authorem verò vitæ interfeciſtis. 124.2.d.
4.v.12. Nec enim aliud nomen eſt ſub Cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 518.2.c.
5.v.15. Vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. 423.2.b.
5.v.41. Cum irent gaudentes à conſpectu concilij, quod digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati. 120.1.d.
6.v.13. Commouerunt Iudæi plebem, ſeniores & ſcribas, & concurrentes rapuerunt Stephanum, & adduxerunt eum in Concilium, & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus locum ſanctum & legem, audiuimus enim eum dicentem: quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes. 91.2.a.
6.v.15. Et intuentes in eum omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem angeli. 91.2.b.
7.v.59. Obdormouit in Domino. 476.2.a.
7.v.59. Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. 248.2.a.
9.v.15. Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filijs Iſraël. 519.2.a.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

1.v.17. Iuſtus enim ex fide viuit. 428.2.c.
4.v.24. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora noſtra. 565.2.d.

Digitized by Google

4.v.25. Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrā. 556.2.c.

5.v.8. Commendat charitatem ſuam Deus in nobis, quia cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. 383.1.d.

5.v.8. Cum adhuc peccatores eſſemus, pro nobis mortuus eſt. 266.2.a.

5.v.10. Reconciliati ſumus per mortem filij eius, multò magis nunc ſalui erimus ab ira per ipſum. 383.2.c.

5.v.21. Vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam. 565.2.d.

6.v.4. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. 42.1.b.546.2.d.

6.v.4. Quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. 554.1.c. 556.2.d. 562.1.a. 585.1.d.

6.v.6. Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt. 158.2.b.

6.v.6. Deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato. 10.2.d.

6.v.9. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. 561.2.d. 563.1.a. 563.2.c.

8.v.1. Nihil enim damnationis eſt in iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant &c. 566.1.a.

8.v.16. Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filij Dei, ſi autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei &c. 361.2.c.

8.v.29. Quos præſciuit etiam prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui. 439.2.d. 499.2.c.

8.v.29. Prædeſtinauit nos conformes fieri imaginis filij ſui. 288.1.c. 437.2.c.

8.v.30. Qui enim præſciuit nos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. 51.2.b.

8.v.30. Pro nobis omnibus tradidit eũ. 272.2.d.

8.v.32. Qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? 384.2.b.

10.v.13. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. 521.2.b.

13.v.14. Induimini Dominum Ieſum Chriſtũ. 52.1.b. 355.2.a. 358.2.d.

14.v.7. Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur, ſiue enim viuimus, Domino viuimus; ſiue morimur, Domino morimur, ſiue ergo viuimus ſiue morimur, Domini ſumus. 474.1.a.

15.v.5. Deus patientiæ & ſolatij det nobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum. 346.1.d.

15.v.20. Non vbi nominatus eſt Chriſtus ſed ſicut ſcriptum eſt, quibus non erat annuntiatus. 582.2.c.

EX EPIST. I. AD CORINTH.

1.v.23. Iudæis quidem ſcandalũ, gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis & electis Dei virtus & ſapientia. 204.1.a.

1.v.25. Sed ſtultitia Dei ſapientius eſt hominibus. 121.2.a.

1.v.27. Qui infirma mundi eligere ſolitus eſt, vt fortia confundat, & quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtruat atque peſſundet, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. 28.2.a.

2.v.2. Nihil arbitratus ſum me ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. 403.2.a.

4.v.3. Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. 125.2.b.

4.v.7. Quid enim habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? 386.1.c.

4.v.9. Spectaculum facti ſumus mundo & angelis & hominibus, nos ſtulti propter Chriſtum. 120.1.d. 356.1.c.

4.v.10. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtrà mortali. 166.2.a.

5.v.4. Expoliari nolumus, ſed ſuperueſtiri. 493.2.b.

5.v.7. Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, non conformati huic ſæculo, ſed reformati in nouitate ſenſus veſtri. 17.1.d.

5.v.47. Primus homo de terrâ terrenus, ſecundus de Cælo cæleſtis. 158.1.d.

9.v.27. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar. 272.1.d.

10.v.11. Omnia in figura contingebant eis. 415.1.c.

10.v.12. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat. 346.1.b.

11.v.25. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. 62.2.b.

11.v.26. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. 396.2.d.

11.v.30. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. 402.2.c.

12.v.3. Nemo dicere poteſt Dominus Ieſu, niſi in Spiritu ſancto. 521.2.b.

14.v.42. Stella differt à ſtellâ in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. 573.1.c.

15.v.19. Vt ſicut portauimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem cæleſtis. 181.1.d.

15.v.42. Seminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione &c. 563.1.a. 185.2.b.

15.v.53. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 561.2.d. 563.2.a.

15.v.55. Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt mors ſtimulus tuus? 476.1.d. 477.1.b.

15.v.58. Stabiles eſtote & immobiles, abundãtes in opere Domini ſemper, 37.2.b. 78.1.a.

16.v.14. Omnia veſtra in charitate fiant. 31.2.d.

EX EPIST. II. AD CORINTH.

3.v.18. Gloriam Domini ſpeculantes in eamdẽ imaginem transformamur. 24.2.d.

4.v.4. Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ in facie Chriſti Ieſu. 49.1.d.

4.v.10. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtrâ mortali. 22.1.b. 361.2.b.

5.v.14. Si vnus pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt. 264.2.a.

5.v.19. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. 256.1.c.

6.v.6. Exhibere ſe Dei miniſtros in multâ patientiâ, in neceſſitatibus, in ſeditionibus, per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, tam in proſperis, quam aduerſis, per gloriam & ignobilitatem &c. 210.1.a.

6.v.8. Per infamiam & bonam famam, in charitate non fictâ. 83.1.c.

7.v.4. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtrâ. 256.2.c.

8.v.11. Peribit infirmus in tuâ ſcientiâ frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. 272.1.d.

11.v.20. Suſtinetis, ſi quis in ſeruitutem vos redigit, ſi quis deuorat, ſi quis in faciem vos cædit. 85.1.d.

11.v.24. A Iudæis quinquies quadragenas vnâ minus accepi. 186.2.c.

EX EPIST. AD GALATAS.

2.v.19. Chriſto confixus ſum cruci; viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. 219.2.b. 338.1.a.

2.v.20. Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. 25.2.d. 208.1.b.

2.v.20. Qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me. 272.1.d.

3.v.1. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit nõ obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt in vobis crucifixus. 312.2.d.

3.v.1. Ante oculos noſtros Chriſtus Ieſus præſcriptus eſt, in nobis crucifixus. 52.2.a. 306.2.c. 374.2.b.

4.v.10. Dies obſeruare, & menſes, & tempora & annos. 457.1.d.

5.v.24. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. 22.1.b. 199.2.d. 562.2.a.

6.v.14. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti &c. 168.1.d. 341.2.d. 358.2.a. 386.1.c.

6.v.14. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. 219.2.d.

6.v.16. Pax ſuper nos & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. 95.1.d.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

2.v.1. Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis noſtris, in quibus aliquando ambulauimus ſecundum ſæculum mundi huius conuiuificari oportet in Chriſto. 558.1.b.

3.v.17. Secundum diuitias gloriæ ſuæ Chriſtũ habitare vult in cordibus noſtris, vt in charitate radicati & fundati poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas & profundum. 343.2.d.

4.v.19. Qui tenebris obſcuratum habentes, intellectum, alienati à Dei viâ, impudicitiæ ſe tradiderunt. 440.2.b.

4.v.22. Deponite ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitiâ & ſanctitate veritatis. 17.1.d.

4.v.30. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis veſtræ. 167.1.b.

5.v.1. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã Deo in odorem ſuauitatis. 10.2.a.

5.v.8. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate &c. 574.1.a.

5.v.14. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. 56.1.b. 185.2.a. 264.2.d. 573.1.d.

5.v.15. Videte quomodo cautè ambuletis, quia dies mali ſunt. 558.2.a.

5.v.25. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ. 11.2.a.

EX EPIST. AD PHILIPPENSES.

2.v.6. Vt qui cæpit in nobis opus bonum, ipſe perficiat vſque in diẽ Chriſti Ieſu. 506.2.b

1.v.20. Sicut enim ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore noſtro, ſiue per vitam, ſiue per mortem. 166.2.a.

2.v.8. Humiliauit ſemeripsũ Chriſtus Ieſus, factus obediens vſq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. 101.2.d.158.2.a.264.1.d.515.2.a.
3.v.10. Configuratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis. 15.1.c.
3.v.20. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. 209.2.a.
6.v.14. Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura &c. 361.1.d.

EX EPIST. AD COLOSSENSES.

1.v.10. Vt ambulans dignè Deo per omnia placeat, in omni opere bono fructificet, & creſcat in ſcientiá Dei &c. 404.2.d.
1.v.24. Gaudeo in paſſionibus meis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meá. 11.1.a.260.2.b.
1.v.24. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum eius, in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia. 281.1.b.
2.v.14. Delens quod aduerſum nos erat, chirographum decreti. 419.2.b.
3.v.1. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. 558.2.b.586.1.a.
3.v.3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. 553.2.a.
3.v.3. Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. 356.1.b.
3.v.5. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. 22.1.b.167.1.a.
3.v.9. Vt ſecundum exemplar hoc, quod nobis in monte monſtratum eſt, faciamus omnes; expoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eũ, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. 51.2.b.
3.v.9. Exſpoliate vos veterem hominem cum actibus ſuis. 189.2.a.566.1.d.
3.v.12. Induamur viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, exſpoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum. 357.1.d.

EX EPIST. I. AD THESSAL.

4.v.13. Non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. 476.2.a.

EX EPIST. II. AD THESSAL.

3.v.5. Dominus dirigat corda veſtra in charitate Dei & patientiâ Chriſti. 20.1.b.

EX EPIST. I. AD TIMOTHEVM.

6.v.7. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quin nec auferre quid poſſumus. 495.2.b.
5.v.8. Qui ſuorum, maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit. 489.1.a.
6.v.8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 354.2.c.

EX EPIST. II. AD TIMOTH.

1.v.6. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. 4.2.a.
2.v.5. Nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 481.1.a.
2.v.12. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. 195.1.c.
4.v.5. Tu vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple; ego iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, bonum certamen certaui, curſum conſummaui. 271.1.b.
4.v.7. Curſum conſummaui. 506.2.d.

EX EPIST. AD HEBRÆOS.

1.v.6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli eius. 555.1.c.
2.v.9. Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloriâ & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. 447.1.a.
3.v.13. Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur. 5.1.c.
6.v.10. Neque enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis noſtri, & dilectionis quam oſtendimus in nomine ipſius. 324.2.a.
10.v.5. Ideo ingrediens in mundum dicit, hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi, tunc dixi, ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. 49.2.c.
10.v.6. Ideo ingrediens mundum dicit; hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocautomata pro peccato nõ tibi placuerunt: tunc dixi, ecce venio. 450.1.b.
10.v.19. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam. 334.2.a.
10.v.20. Initiaret nobis viam nouam & viuentem per velamen id eſt carnem ſuam. 52.2.c.
10.v.36. Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis promiſſionem. 475.1.b.
11.v.26. Maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti, aſpiciebat enim in remuneratorem. 39.1.b.
12.v.1. Deponere voueo omne pondus & circumſtans peccatum, ac per patiẽtiam currete ad propoſitum certamen aſpiciendo in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ, nunc autem in dextrâ ſedis Dei ſedet. 58.2.a.
12.v.1. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen &c. 506.2.a.
12.v.3. Aſpicientes in auctorẽ fidei & conſummatorem Ieſum, qui talem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictionem. 361.2.c.380.2.a.436.2.d.

12.v.2. Portemus improperium eius confuſione contemptâ. 137.1.b.

12.v.2. In auctorem fidei & conſummatorem Ieſum ſecurus aſpiciet, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ. 307.1.d.

12.v.3. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. 340.2.a.

12.v.6. Flagellat Dominus omnem filium, quẽ recipit. 126.1.b.

12.v.8. Si extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis. 438.1.a.

13.v.11. Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. 183.2.a.

13.v.13. Exeamus ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. 83.1.c.

EX EPIST. B. IACOBI.

1.v.2. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. 382.1.c.

2.v.13. Iudicium ſine miſericordiâ illi, qui non fecit miſericordiam, ſuperexaltat autem miſericordia Iudicium. 488.1.b.

3.v.2. In multis offendimus omnes. 167.1.a.

3.v.3. Equis fræna immittimus ad conſentiendum nobis, linguam nullus hominum domare poteſt. 94.2.a.

3.v.5. Modicum quidem membrum (lingua) ſed magna exaltans, rotam inflammat natiuitatis noſtræ ipſa inflammata à gehennâ, inquietũ malum, plena veneno mortifero. 233.2.c.

5.v.14. Infirmatur quis in vobis? inducat Preſbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo &c. 498.1.b.

EX EPIST. I. B. PETRI.

1.v.3. Hic ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuã. 287.1.d.

1.v.19. Immaculati & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter nos, qui per ipſum fideles ſumus in Deo. 52.1.b.

2.v.21. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. 11.1.d. 286.2.c. 437.2.d. 447.1.d. 448.1.d.

2.v.22. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore. 268.1.b.

3.v.14. Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. 500.2.b.

4.v.1. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete. 286.2.a. 381.2.d.

4.v.8. Caritas enim operit multitudinem, peccatorum. 428.1.b.

4.v.9.1 Commendemus animas noſtras in benefactis fideli creatori. 535.2.c.

EX EPIST. II. B. PETRI.

1.v.10. Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 434.2.c.

1.v.19. Lucifer oriatur in cordibus noſtris. 419.1.c.

2.v.20. Si refugientes coinquinationes mundi, his rurſum implicati ſuperantur, facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. 564.2.a.

EX EPIST. I. S. IOANNIS.

1.v.6. De plenitudine eius omnes accepimus. 286.2.c.

2.v.6. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicuti ille ambulauit, & ipſe ambulare. 26.1.b.

3.v.8. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit, vt viuamus per eum. 17.2.d.

3.v.9. Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen eius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. 566.2.b.

3.v.17. Qui enim viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? 490.2.d.

5.v.9. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. 350.1.b.

EX EPIST. III. S. IOANNIS.

1.v.4. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. 83.1.d.

EX LIBRO APOCALYPSIS.

1.v.3. Primo-genitus mortuorum & princeps regum terræ dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & Sacerdotes Deo & patri ſuo. 340.2.c.

1.v.16. Et conuerſus vidi ſimilem filio hominis, & habebat in dextra ſua ſtellas ſeptẽ. 389.2.c.

2.v.10. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 270.1.c.

3.v.12. Qui vicerit, ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen meum nouum. 371.1.a.

5.v.5. Dignus eſt agnus accipere librum & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus eſt. 407.2.c.

5.v.12. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam & benedictionem. 381.2.b.

7.v.2. Vidi alterum angelum habentem ſignum Dei viui. 389.2.a.

7.v.2. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadúſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. 436.1.a.

7.v.14. Hi

7.v.14. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magnâ,& lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. 275.2.d.
12.v.12. Væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciēs quod modicum tempus habet. 523.1.b.
12.v.12. Deſcendit ad vos diabolus habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet. 253.2.b.
12.v.23. Fons eius agnus eſt; occiſus ab origine mundi. 287.1.b.
14.v.13. Et audiui vocem deCælo dicentē mihi, ſcribe,beati mortui,qui inDomino moriũtur. 448.2.d.464.1.b.
19.v.8. Venerunt nuptiæ agni,& vxor eius præparauit ſe;& datum eſt illi,vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido; byſſinum enim ſunt iuſtificationes ſanctorũ.355.1.b
21.v.4 Mors vltra non erit,neque luctus,neque clamor,neque dolor erit vltrà,quia prima abierunt. 563.1.b.
21.v.23. Lucerna eorum agnus eſt. 419.1.d.

FINIS.

ANTELOQVIVM AVCTORIS AD LECTOREM

CHRISTIANÆ MENTIS

De ſcopo, atque conſilio operis ſui.

QVOD nuper, vlrium mearum periculum faciens, In ſacro Nomine MARIÆ illuſtrando, ſcriptionis tirocinium poſui, *illâ* potiſſimum opitulante, quæ ſuos *ipſa* clientes dirigere, ac porrò adiuuare non deſinit; nunc paulo factus exercitatior, ſi quid promouiſſe fortaſſis vel potui, vel debui, totum id *Chriſti* IESV cruciatibus, Morti ac Sanguini, tantâ pro nobis copiâ effuſo ſacrare conſtitui, ac penitus dedicare. Quid enim à me, deuexâ hac potiſſimum ætate, vel exſpectari debeat ad Virtutem aptius, vel ad ſalutem exigi poſſit accommodatius, non video: Beatam illam & experendam omnes ætatem prædicant, quam poſt dulciſſimæ Matris innocentes blanditias, maſcula prudentis patris exinde inſtitutio exercitam habet: hoc eſt, quam Virgo Mater ſuo antea lacte nutriuit, nunc Deus-Homo, communis omnium Pater, ſanguine ſuo prouehere non dedignatur.

Næ ille quidem hîc vitam ex ſententia viuat feliciſſimam, & certam ſibi
Pſal.126.5. victoriam polliceri habeat, *cum loquetur inimicis ſuis in porta*; vtpote quem gemina illa contra vim omnem aduerſariam præſidia, MARIA, IESVSque communiant: duo illa contra omne toxicum panchreſta medicamina tueantur. Sanè ab hoc limine imprudens deſciuiſſe non debui, vel vnâ hâc præcipue de causâ, quod non ita pridem dulciſſimum MARIÆ Nomen tribus à me libris pro debito illuſtratum in lucem dederim, cui nunc conuenientius, aptiúſve quod addam quam filium eius, Seruatorem noſtrum patientem, inuenio nihil, qui diuini ſanguinis ſui medicamine nos vitæ nouitati reſtituit, ærarium gratiæ aperuit, & clauſas cæli valuas ſuis Imitatoribus recluſit.

Duas quippe memineram, eaſque potentiſſimas aduerſus hoſtium inſidias, quibus aſſiduè impetimur, relictas nobis à Chriſto machinas, idoneas illas in primis, atque omni periculo pares MARIAM ſcilicet, & CRVCEM: CRV-
Innocent. PP. CEM & MARIAM; ita vt ſicut tota nauigantium ſpes poſita eſt in *ligno*, & in *Stella*; ſic & tota viatorum ſpes poſita ſit in CRVCE, & in MARIA, vnde *Innocentius PP.* apud *S. Bonauenturam* in ſp. c.3. *quibus*, inquit, *auxiliis, poſſunt naues inter tot pericula tranſire vſque ad littus? certè per duo, per Lignum & Stellam, id eſt per fidem Crucis, & per virtutem Lucis, quam peperit nobis maris Stella* MARIA: quæ duo cùm ſacro quodam nexu, diuinus ille erga nos Amor ita coniunxerit, vt tutò ſeparari diſiungique non poſſint; nolui, velut auraria quadam diremptione, per affuſam torpedinis aquulam, quæ tam ſanctè, atque vtiliter ante cohæſerant, meo ſenſu diuellere, vt cum purpurato Pſalte confidenter dicere aliquando poſſim: *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* VIRGA ſcilicet, Ieſſe, quæ diuinum nobis florem, Dei filium, inquam glorioſè progenuit:
Pſal.22.4. BACVLVS autem, quo myſticus noſter *Iacob*, cruciatuum ſuorum *Iordanem* tranſi-

Digitized by Google

tranſiuit, noſquo omnes ſibi tutò innixos etiamnum allicit; & pridem expectat- B. Petrus Damiani in Aſſumpt. B.V.
de quo audiendus nobis eſt *B. Petrus Card. Damiani*: *hæc eſt*, inquiens, *Virga iſta*,
qua retunditur impetus aduerſantiũ dæmoniorum; Virga Aaron per quam fiunt ſigna &
mirabilia. Baculum autem intelligo, quo non ſolũ vulneratus eſt, ſed & occiſus inſatiabilis
ille homicida, qui mortibus hominũ paſcitur & nutritur. In Virgine Virga, in Baculo Crux
miſerorum ſpes, & conſolatio continetur; vt non abs re dixerit, quiſquis is fuit: *Crux* Arnoldus Abbas.
& Maria fida coniunctio. Securum namque, vt ait *Arnoldus*, *acceſſum habet homo ad*
Deum, vbi Mediatorem cauſæ ſuæ filium habet ante Patrem, & ante filium matrem; Chri-
ſtus patri oſtendit latus & vulnera; Mater Chriſto pectus & vbera. Non poteſt eſſe re-
pulſa, vbi concurrunt, & orant, omni lingua diſertius, hæc monumenta Clementiæ, & in-
ſignia caritatis.

Quod autem non oſcitanter aduertas hîc velim: *Crux*, & *Virgo* eundem nobis vitæ fructum, diuerſis licet temporibus, progenuerunt; *Maria* nouem illum menſibus tulit, *Crux* tribus horis parturiuit: *Crux* eum à Virgine *admiſit*, *Virgo* à Patre ſuſcepit: debet autem vel ex hoc capite Crux magnæ Virgini permultum: ſed eſt etiam, quod Cruci debeat Virgo non parum, dum filium, quem illi tamquam fructum ſuum dederat, ſuum ab ea lytrum recepit, quamuis enim Crux Chriſtum acceperit viuum, matrique mortuum reddiderit, & interemptũ, plus tamen is nobis mortuus profuit, quam viuus; multo namque *plures interfecit moriens, quam antè viuus occiderat. Iud.* 16.30. Indic. 16. 30.

In ſumma *Maria* vitis eſt, Crux torcular; germinaſſe vitem, botrumque ante protuliſſe oportuit, quam torcularia vino, quod lacti affunderetur, redundarent. Et quanta huius vini, lactiſque affinitas! quanta conuenientia! innocentis Animæ alimentum eſt eo ſuſtentantis in hoc exilio vitam ſuam, tum Sanguis Chriſti, tum Lac Mariæ.

Ille vires ei potenter infundit, & veluti cibus ſuauiſſimus nutrit:

Hoc, potus inſtar corda lætificat & refocillat.
Ille ad tolerantiam homines inclinat,
Hoc patiendi conſtantiam addit:
Ille vitam donat, hoc impetrat.

Quæ ſatis innuiſſe Dominus viſus eſt, cùm in Golgothæo Capitolio moriens, ante oculos Matris exſpirare in Cruce voluit, non alia vtique de cauſſa, quam ad ſanguinis huius, lactiſque coagulum omnibus commendandum; quòd ſanè ignoraſſe non potuit Seraphicus Bonauentura, dum ſic locutus eſt. *Non ſolum procurabo conuulnerari vulneribus, ſed etiam vberibus allactari, & miſcebo Lac matris cum ſanguine filij, vt mihi faciam vnam dulciſſimam potionem.* S. Bonau.

Vnde conſequens eſt, vt quicunq; in Chriſti IESV patientis gymnaſio, ad vitæ nouitatẽ prouehi deſiderat, hoc ſe potu ante reficiat, hoc mulſo vires inſtauret.

Et huius quidem Cant. 5. Sponſa meminerat: *bibi*, inquiens *vinum meum cum lacte meo.* Quale vinum! quam dulce lac! Audiendus hic nobis Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 6. vbi tradit dulce vinum cum lacte ſolitum miſceri, ac mixtionem hanc gratam eſſe, & vtilem bibentibus: vinum enim acorem addere lactis dulcedini, lac vero ſummè, vt Medici docent nutrire conſueuiſſe: verba Clementis hæc ſunt: *Miſcetur quoque lac vino dulci: eſt autem vtilis mixtio, veluti contemperata affectione ad incorruptionem: lac enim à vino ſereſcit & finditur, & quidquid eius adulterinum eſt, id tamquam per aquaeductum emittitur.* Eodem modo patientis Chriſti meditatio Marianis amoribus innutrita ſereſcere facit concupiſcentias carnales, hominem ad immortalitatem contrahit, Nouumque & immortalem efficere conſueuit. Cant. 5. 1. Clemens Alex. l. 1. pæd. c. 6.

Atque, hoc eſt, quod ego nouiſſimus poſt *Blaſium Palmam*, *Carolum Scribanium*, *Vincentium Carrafam, Ioannem Iachnouicium*, Quales viros! iſto potiſſimum libro agere conſtitui, veterem hominem obſoletis ſuis, ac vetuſtis exutum lacinijs,

noua

noua virtutum facie, ad Chriſti patientis formam, luceque redonare; *oportet enim*, vt bene monuit *S. Bernard. quod ad imaginem eſt, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare*, cui tum lactis, tum ſanguinis huius diuina permiſtio nobiliſſimam dabit panaceam; vt iam cum ſuauiſſimo noſtro *Angelino* vitæ nouæ candidatum pigere non debeat ſuauiter emodulari:

Hæreo lac inter meditans, interque Cruorem,
Inter delicias vberis, & lateris.
Et dico, (ſi forte oculos ſuper vbera flecto)
Diua parens, mammæ gaudia poſco tuæ.
Sed dico (ſi forte oculos in vulnera verto)
O I E S V *lateris flumina malo tui.*
Rem ſcio, prenſabo, ſi fas erit, vbera dextra:
Læua pranſabo vulnera, ſi dabitur.
Lac Matris miſcere volo cum ſanguine nati:
Non poſſum antidoto nobiliore frui.
Vulnera reſtituent turpem vlceribus mendicum,
Teſta cui ſaniem radere ſola poteſt.
Vbera reſficient Iſmaëlem ſitientem,
Quem Sara non patitur, quem neque nutrit Agar.
Illa mihi ad peſtem procul & procul exſtinguendam:
Iſta mihi ad longas euelitura febres:
Ira vomat flammas, fumetq́ libidinis æthna,
Suffocare queo ſanguine, lacte queo.
Liuor inexpleta rubigine ſæuit in artus,
Detergere queo lacte, cruore queo.
Vanus honos me perpetua prurigine tentat?
Exſaturare queo ſanguine, lacte queo.
Ergo parens, & Nate meis aduertite votis;
Lac peto, depereo ſanguinem; vtrumq́ volo.

Huc ſpectat ſuſceptus à me labor: hunc ordinem ſecutus ſum: de Mariæ dulciſſimo Nomine diſſertationem tam hiſtoricam, quam ethicam Antuerpienſibus typis publicaui, nunc de filio eius vnico, Chriſto I E S V patiente, eiuſque ſanctiſſima Imitatione aſceticum Commentarium eiſdem euulgo, cuius præclariſsimis exemplis Nouus homo, poſita vetuſtate, reſpiret, nullam alibi meliorem reperturus diſciplinam eâ, quam I E S V Patientis Schola edocet, Amor vero Morientis commendat.

Quid Auctorem ad hunc librum ſcribendum impulerit? Deſtinatum rei gerendæ conſilium certum ac pium, quo me dulciſsimum optimi Parentis *Ignatij* Nomen, ac ſanctiſsimum exemplum non adducere ſolum, ſed & iure ſuo impellere viſum eſt, dum iam inde à primo vitæ melioris exordio, per Matris ac filij pia obſequia, benignaque ſuffragia iſtuc ſemper contendiſſe notatus eſt, quo feliciſsimè nunc perueniſſe omnes ſcimus, ac porro, vt ſequamur, ab eodem ſuauiſsimè inuitamur.

S. P. Ignatij in Deiparam Virginem Amor. Et ſanè dum mecum reputo, quanto ſemper deuotionis affectu hanc cœli Reginam priuatim ac publicè complexus fuerit *Ignatius*; quamque ex eius pio, & aſſiduo cultu ad omnem perfecerit ſanctimoniam, quantam rerum ſuarum ſpem ac tutelam in hac velut arce collocârit, auguſtiſsima eius ſpecie non ſemel recreatus, ac ſanctiſsima inſtitutione excultus; vehementer vrgeri me ſenſi, ad cœleſtem hanc præſidem, & ſalutis noſtræ cuſtodem, quam maxima honoris & amoris ſignificatione venerandam; præſertim cum legerim eum in Monte Serrato, quo vitam nouam auſpicaturus ſeceſſerat, gladio & pugione, quibus mundo meruerat, ante aram beatiſſimæ Matris Dei appenſis, ipſo diei peruigilio, quo Dei Mater effecta eſt; detracta ſibi nobili ac pretioſa veſte, & ſalari canabi-

no

na induta noctem inſomnem egiſſe, totum ſe Virginis Dei Matris præſidio, patrocinioque committendo, vt exauctoratus à veteri, nouum coram ea ſuſciperet Spiritualis militiæ ſacramentum.

Omen felix, ac fortunatum! quo ipſe quantum tota reliqua vita profecerit, mundus loquitur vniuerſus: nam, vt bene Conſtantinopol. Patriarcha, quod Ignatius neſciſſe non potuit, locutus eſt: *quomodo*, inquiēs, *corpus noſtrum vitalis ſignū operationis habet reſpirationem; ita etiam ſanctiſſimum Mariæ Nomen, quod in ore ſeruorum eius verſatur aſſiduè, in omni tempore, loco & modo, non ſolum lætitiæ & auxilij ſignum eſt, ſed ea etiam procurat & conciliat:* verum de his olim in Triſagio Mariano. S. German. Conſtantinopolitan.

Venio ad alterum, quod in præſentiarum mihi, eiuſdem Patris exemplo præ manibus eſt, *Patientis* ſcilicet *Chriſti, filij eius, pia commentatio*, quæ Materni Nominis venerationi adiuncta, non exiguam nata omnibus eſt parere felicitatem; fuit autem & hac laude excellentiſſimus *Ignatius*, cuius animo tam cara, inſitaque Paſſionis Chriſti memoria fuit, vt, cum reuerſus Pariſiis recuperandæ cauſa valetudinis, in patriam, neglectâ domo paternâ, hoſpitale pauperum elegiſſet, indeque nullis multorum precibus, præſertim fratris ſui Martini Garziæ, ad migrādum in eam adduci ſe pateretur; tandem conſanguineis agentibus, Magdalena de Araiio vxor fratris eius, multis ſtipata matronis nobilibus, pedibus eius aduoluta, enixè eum per amorem Paſſionis Dominicæ deprecans, vt domum Loyolę tantiſper reuiſeret, votorum compos facta legatur. Audito ſiquidem nomine *Paſſionis Chriſti*, ſenſit quandam cordis teneritudinem *Ignatius*, & modo iucundo, vt matronas nobiles coram ſe genua flectentes illicò expediret; *ob amorem* inquit, *Paſſionis, veniam ad domum Loyolæ*, & ita adulta nocte, domum paternam adiit, in qua, primò omnium, longum & plenum affectibus ſermonem de rebus ſanctis ad domeſticos inſtituit, cum magno & ſenſibili motu eorum: inde relicto molli lecto, ſibi ad quietē præparato, noctem totam in oratione traduxit, & ſummo mane ante ortum ſolis, in aurora clam ad dilectum ſuum hoſpitale rediit, ex quo nunquam deinceps domum paternam reuiſit, vti ſcribit *Paullus Bombinus in vita S. Ignatij*. S. P. Ignatij erga Christum patientem affectus, & veneratio.

Eodem ſpiritu ducti filij *Petrus Faber, Franciſcus Xauerius*, &c. Patrem referre viſi ſunt, qua de cauſa *Franciſcus* quotidie per dimidiam horam, de Chriſti cruciatibus meditari ſolitus fuit. S. Franciſc. Xauerius quotidie de Christi paſſ. meditatur.

Ad *Fabrum* verò quod attinet is inchoandis horis Canonicis, in acerbiſſimis Chriſti cruciatibus, indignaque nece ſuæ mentis figebat aſpectum, &, vt pſallendo progrediebatur, ita in reputandis, acrioribus eius pœnis atque doloribus procedebat. *Orlandinus l. 2. Vitæ c. 7.* vt nulli iam de *Ignatij* ſpiritu dubium eſſe queat, qualis ille erga *Chriſti patientis* ſupplicia fuerit, cuius in filiis velut lucidiſſimis quibuſdam ſpeculis, tam clara eluxerit ſpecies, ac forma. P. Petrus Faber inter legendum horas Canonicas de Chriſti paſſ. meditatur.

Et hæc quidem ſeorſum in *Ignatio* hactenus conſiderauimus, coniuncta dabit *Daniel Bartoli*, vir è Societate noſtra venuſti admodum eloquij, magnique ſpiritus ſcriptor, cum primis veterum, qui de vita ac moribus *S. Ignatij* ſcripſerunt, meritò comparandus, hic itaque lib. 2. §21. duo teſtatur Beato Patri à primis vitæ ſuæ melioris incunabulis fuiſſe cariſſima, quæ aſſiduè ſecum pectori ſuo applicita circumgeſtare ſolitus erat, Imaginem ſcilicet B. V. Mariæ coloribus in tabella expreſſam, & palmarem Chriſti Crucifixi effigiem, quarum alteram, Imaginem ſcilicet Marianam poſſidet nunc ac veneratur Collegium noſtrum Cæſaraugaſtanum; alterum verò, effigiem ſcilicet Chriſti Crucifixi religioſè aſſeruat familia Paſqualina Barcinone; clariſſimæ profectò pietatis, & duplicis quidem ſplendoris cimelia: quibus dum matrem cum filio coniunxit *Ignatius* nos omnes, filios præſertim, ad ſui imitationē accendit, vt Lac matris cū Sāguine filij commiſcentes, hinc lactemur ab vbere, inde à vulnere paſcamur, nuſquam tutius reficiendi, certius nuſquam ab infirmitatibus ſanandi. S. Ignatij pietas qua Christi Dom. ac Matris eius imagines proſequebatur.

Cum

Cum itaque partiariam ſacratiſsimæ huius compoſitionis materiam ante deprompſerim: nunc ad alteram me, cum bono Deo, accingo, vt per eam, quæ prior aditum aperuit, hæc poſterior incedens, veterem hominem meum optata nouitate reformet: quo Chriſti Domini ac Seruatoris noſtri labor ſpectaſſe cenſendus eſt. Nam, vt bene *S. Thomas* 3.p.q.96 a.4. *Finis Paſſionis Redemptio, & exemplum; vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos.* Et quis prudens abnuat? ſuper omnia namque, vt bene ſcribit *Bernardus*, *reddit amabilem te mihi, Ieſu bone, calix, quem bibiſti, opus Redemptionis noſtræ. Hoc omnino amorem noſtrum facile vendicat totum ſibi. Hoc, inquam, eſt, quod noſtram deuotionem & blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius.* Sic itaque agendum. Vtinam autem de meo hoc Libro, quod b.m. Præſul ac Princeps FRANCISCVS SALESIVS de ſuo, quem Amor Diuinus inſcripſit, dicere poſsim! *iam incipio*, aiebat ille, *manum operi de Amore diuino admouere: conabor autem tantum inſcribere cordi meo, quantum papyro. lib. 4. epiſt.* 57. Hic certè ſcopus & ratio ſcriptionis meæ: quod mihi, quod lectoribus omnibus vertat bene, in quo voto proœmium hoc finio, cum Franciſco noſtro Remondo ſpectatæ virtutis & eruditionis viro intus mihi, ſanctioribusque Muſis canturus.

S. Thomas 3.p q.96. a 4.
S. Bernard. ſerm. 20. in Cant.

Vbera me Matris, Nati me vulnera paſcent,
Scilicet hæc animi ſunt medicina mei.
Nam mihi dum lachrymas amor exprimet, vbera ſugam,
Rideat vt dulci miſtus amore dolor.
At me tentabunt dum gaudia, vulnera lambam,
Vt me læta pio miſta dolore iuuent.
Vulnera ſic Nati, Matris ſic vbera ſugam,
Secura, vt variæ ſint mihi ſorte, vices.
Quis ſine lacte precor, vel quis ſine ſanguine viuat?
Lacte tuo genitrix, ſanguine nate tuo.
Sit lac pro Ambroſia, ſuaui pro nectare ſanguis:
Sic me perpetuum vulnus & vbera alant.

FACVL-

FACVLTAS R. P. PRÆPOSITI PROVINCIALIS PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ SOC. IESV.

EGo infra-ſcriptus Societatis IESV per Flandro-belgium Præpoſitus Prouincialis, poteſtate mihi facta ab admodum R. P. N. Goſuino Nyckel Præpoſito generali, facultatem concedo, vt Opus hoc, cuius eſt titulus, *De Imitatione* IESV *Patientis, ſiue de Morte & vita in Chriſto* IESV *patiente abſcondita*, à R.P. Hadriano Lyræo eiuſdem Societatis compoſitum, & à tribus noſtris Theologis lectum & probatum typis mandetur. In quorum fidem has manu noſtrâ ſubſcriptas, ſolito officij ſigillo munitas dedimus Antuerpiæ. 17. Iunij. 1653.

IOANNES BAPTISTA ENGELGRAVE.

APPROBATIO CENSORIS.

QVam nobis Apoſtolus *χριστομιμησίαν* laudatam ſæpius, atque omnibus commendatam voluit, & magnus Dionyſius *πάσης ἱεραρχίας ἀρχὴν* merito nuncupauit, *qua*, ſcilicet, vt *S. Paulinus* dicere ſolebat, *cæleſtis hominis imaginem perfectâ Chriſti imitatione portamus*; hanc orbi dilucidè ſpectandam ſeptem hiſce libris exhibuit R.P. Hadrianus Lyræus Societatis IESV Sacerdos. Opus vtile ac præclarum / in quo cum nihil deprehenderim, quod non ad ſacræ pariter, & profanæ hiſtoriæ lucem, Chriſtianæ pietatis augmentum, ac maiorem Chriſti Saluatoris gloriam faciat, luce publicâ dignum, præloque Typographico vtiliter committendum cenſeo, iudicoque. Actum Bruxellæ XXIX. Iulij 1653.

ANTONIVS SANDERVS
Presbyt. S. Theol. Licent. Canon. & Scholaſt. Iprenſis, Libror. Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHilippus Dei gratiâ Hiſpaniarum, Indiarumque Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps diplomate ſuo ſanxit, ne quis citra *Iacobi Meurſij* Typographi Antuerpienſis voluntatem, Librum DE IMITATIONE IESV PATIENTIS, compoſitum per *R. P. Hadriamum Lyraum è Societ.* IESV, vllo modo intra decem annos in Belgio imprimat, aut alibi impreſſum in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalemúe exponat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione illatorum exemplarium, & aliâ graui pœnâ multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ vltimâ Februarij. Anno 1654.

Signat

De Fren

Digitized by Google

PROTESTATIO AVCTORIS

AD LECTOREM.

LEctor, aduerte in hiſtoriis Virorum, atque Mulierum, earum nonnullas me in his libris attingere, quæ Sanctitatem ipſis videantur adſcribere, quæque cum vires humanas ſuperent, Miracula videri poſſint; quibus etiam ſanctimoniæ videor appellationem interdum tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi, tamquam ab Apoſtolica ſede examinata, atque approbata; ſed tamquam quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam hiſtoriam, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit.

Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S.R. & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè iuxta declarationem eiuſdem Decreti à felic. record. D.N.D. Papa Vrbano VIII anno 1641. factam ſeruari à me omnes intelligant, nec velle me cultum, aut venerationem aliquam, per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, aut opinionem Sanctitatis inducere, ſeu arguere, nec quidquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem aut Canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu, à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu.

Hoc tam ſanctè profiteor, quam decet eum, qui S. Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi, ac doceri.

R. P. HA-

R. P. HADRIANI
LYRÆI
ANTVERPIANI
E SOCIETATE IESV
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Inſignis rerum omnium, Naturâ duce & comite, in ſui Renouationem conſenſio.

OPvs magnum, & glorioſa contentio! cui neſcio an homo fructu parem, poſteaquàm à Deo ſuo receſſerit, alteram inueniat; aut pulchritudine æqualem, dum vixerit, nanciſci queat. Tanta ſiquidem hîc præcipuâ cum laude vtilitas, & ſummo cum emolumento gloria coniuncta ſunt, vt cuiuis excubandum animo non ſegniter, nec deſinendum ante, quàm exitum optatum conſequatur, viri ſanctiſſimi iudicârint: præſertim cùm nihil quod magnopere metui, aut currentem animum remorari queat verendum ſit, præter vnum, nec eum illiberalem, aut durum ſed mitem ac tolerabilem laborem, quem hauriat, & honeſtiſſimum ſtudium, ad quod præclarè virium ſuarum conatum exploret: quo fiat, vt ſe à vitijs, prauiſque moribus abductum, ad archetypi Chriſtiani dignitatem gaudeat conformari. Et quidni homo rem hanc ſedulus vrgeat, in quam pro ſe, quidquid à Deo conditum eſt, tacito quodam naturæ ductu ſubuectuque conſpirat? Verecundari profectò debeat humana ſocordia, id vel ſummo detrimento ſuo negligere, quod aſſiduo naturæ magiſterio doceri indies non ignorat. Non quod effectricem operis huius manum naturæ conceſſero, quam ſcio de cæleſti ſede nobis à

A Deo porrigi oportere, ſed cum ea ſollertis naturæ ſemina conſertanda dixerim, quæ mox diuini Spiritus rore imprægnata, vberrimos lectiſſimoſque fructus progignant. Quod itaque à primo hoc limine lectori meo oſtendere conſtitui, vt præfiſciuè dicam, iſtud eſt, neutiquàm committendum nobis, vtpote ratione præſtantibus, qui vitam ex æquo ducere iuſſi ſumus, vt rationis exſortes animantes, quæque ſola duce natura per aërem vagantur inſecta, hac nos in parte tranſcendant: quo & ſapientiſſimum vrbis Hieruſalem Eccleſiaſten ante reſpexiſſe crediderim, cum verba hæc cap. 1. exarauit: *generatio præterit, generatio aduenit terra autem in æternum ſtat, oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur:* Quibus Rex ille ſapien- Eccle. 1. 4.
B tum regumq; ſapientiſſimus id omnibus commendatum eſſe voluit, quod naturam indies agere conſpicimus ac ſentimus: beati! ſi quod illa exemplo ſuo nos edocet, ipſi ad animum transferamus! *Generatio*, inquit Salomon, *præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat:* quomodo? inquies, cum terra ſub mundi finem tranſitura ſit teſte Matth. 24. *Cælum & terra tranſibunt*. Sed audi: conflagrante orbe nō deſtruetur terra, ſed in meliorem vultum renouabitur; imò quidem, vt æternùm conſiſtat, plurimum conducet, ſi tranſeat & renouetur. Ita Salonius in dictum locum. Generatio itaque veteris hominis abeat, generatio noui ſuccedat neceſſe eſt, vt terra noſtra virtutum fundamentis innixa ſtabilis conſiſtat, donec beatæ compos æternitatis, omni metu vetuſtatis libe-

Digitized by Google

rá, perpetuæ nouitatis fruge redonetur. Interim ſatagendum grauiter, vt; quod veteris Adæ perniciosiſſimo ſitu corrumpitur, in dies magis, magiſque in nobis renouetur, quod Natura ipſa, qua latiſſimè patet, noſtris oculis ingerere, auribuſque inſonare quotidie non ceſſat. Longum foret ire per ſingula, quare paucis complecti multa, ac notis, certiſque incognita ſubſternere conabor, vt nec cauſam firmitas, roburque deſtituant, nec tædium prolixitatis eneruet: guſtus enim vt ait Conſtantinus Manaſſes in Annal. n. 133. perexiguus dolij totius, & contexti egregiè pepli documentum fimbria præbet, & leo magnus ex vnguibus agnoſci ſolet.

Aquila Renouationis ſymbolū. *Vlyſſ. Aldrouand.*

B Ab Auibus igitur, atque ab ipſa volucrum Reginâ Aquilâ exordium ducam, de quâ poſt Albertum magnum, ita ſcribit Vlyſſes Aldrouandus. Aquila cùm ſenuerit, vſque ad tertiam aëris regionem, quem æſtum vocant, euolat; vbi poſteaquàm incaluit, vt ferè exuri videatur, ſubitò demiſſis ac retractis alis in fontem perfrigidum illabitur, vt frigore foris adſtringente, calor internus augeatur; tum fonte relicto ad nidum euolat, aliſque pullorum tecta in ſudorem ſoluitur, & ſic cum veteribus pennis, ſenectam exuit, nouiſque ſuccreſcentibus renouatur.

C Eidem præterea ſolemne eſt, cum in ſenectute pars roſtri ſuperior vſque adeo ſuccreſcendo curuata eſt, vt obſtructo oris aditu, omnem capiendi cibi potioniſque facultatem adimat, roſtrum ad petram vehementer allidere, atque ita priſtino oris impedimento excuſſo in priorem quodammodo iuuentutem redire: qui enim vigor membrorum, pernicitas alarum, nitorque pennarum ante cibi inopiâ defecerat, eo ſumpto rurſus ad priſtinum ſtatum reuertuntur. Et hæc Aquilarum renouatio ſacris literis non incognita fuit, ita enim Sp. ſanctus cùm vellet pſal. 102. exprimere ſe redintegraturum tum animi, tum corporis vires in iuſto:

Pſal. 102. 5. *Renouabitur*, inquit, *vt Aquilæ iuuentus tua.* In quem locum videndus Ambroſius & Chryſoſt.

Iſaiæ 40. 31. Iſaias verò cap. 40. in hunc modum ſcribit: *Qui*

D *ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem* (quia de imbecillibus euadent fortes) *aſſument pennas vt Aquilæ, volabunt & non deficient.*

Aquilæ iungo Accipitrem, de quo ſic præfatus Vlyſſes: Accipiter annoſus ſpirante auſtro, ad ſolis radios alas expandit, vt tepente aurâ pori cutis ſuæ aperiantur, penniſque relaxatis, veteres excidant, nouæque paulatim ſuccreſcant. Vnde Iob c. 39. 26. *Numquid per*

Iob 39. 26. *Sapientiam, tuam plumeſcit Accipiter, expandet alas ſuas ad auſtrum.*

Phænix. Sed quid de Arabico Phænice dicemus, quẽ non tantùm prophani poëtæ Ouidius, Martialis, Claudianus concelebrant, ſed & Philoſophi atque hiſtorici Artemidorus, Philoſtratus, Ho-

A rus, Ælianus, Tacitus, Plinius, Solinus, imò & ſacri vates ac Patres alij orthodoxi, Clemens Romanus, Epiphanius Cyrillus, Greg. Nazianz. Ruffinus, Ambroſius, Venantius, alijque, vt de re cunctis notâ, non opus ſit multa coaceruare: vnius tamen Tertulliani teſtimonium præterire non poſſum, qui ſic loquitur: *accipe pleniſſimum atque firmiſſimum huius ſpecimen: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſeipſum lubenter funerat, renouat natali fine decedens, atque ſuccedens iterum Phænix, vbi iam nemo iterum ipſe, qui non iam alius, idem: ipſe quidem, ſed non idem: quia & ipſe, nec ipſe eſt.* *Tertull.*

Quid expreſſius, atque ſignatius in hanc cauſſam, aut cui alteri rei tale documentum? hactenus Tertullianus.

Exſtat in hanc rem non inelegans Rauennæ emblema ad picturam Phænicis, in hunc ſenſum:

Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci,
Mors ea non dici, ſed noua vita poteſt.

Pagurus piſcis. Ex aëre ad aquas deſcendo, atque hîc primum in litore Pagurum (Cancri genus eſt) obſeruo, qui veterem teſtam exoſus tamdiu in antro ſe continet, donec illâ generosè excuſſâ, nouâ cœperit obarmari, quo velut præſidio inſtructus latebris egreditur, aduerſarios, quos ante viribus diffiſus horruerat, vltro laceſſiturus.

Verùm certioribus atque illuſtrioribus in rē noſtram inſtructa ſymbolis Terra viſenda eſt, vbi primum ſe offert Ceruus, qui ſenio confectus, ſpeluncas adit, ibique fortiter vociferatur, adeò vt ſerpentes circumcirca latentes foras exeant, quos vbi primùm viderit, morſibus petit, vnde maximam è corpore ſudoris copiam emittens, vitam renouat, non ſecus atque olim velox euaſurus. Ita S. Baſilius. *Ceruus.* *S. Baſilius.*

Idem ſenectute grauior cornua ſua cautibus alliſa exuit, nouiſque protuberantibus, agilis ſiluas percurrit.

Serpens. Seruum ſequitur Serpens, qui annis ſingulis bis, verè ſcilicet cùm ex latibulis egreditur, & autumno, cùm in ea ſe abdit, veterem exuit pellem, & ſenectam ſimul abijcit; quod facit ingreſſu in anguſtum foramen, per quod, quamquam non ſine dolore, dum fortè irrumpit, pellis ei deglubitur, vnde rurſus iuuentam induit, & formoſior apparet. Incipit autem ab oculis, quibus primùm pellis detrahitur, ita vt obcæcari videatur ijs, qui rem non intelligunt: tum caput exuitur; glabrum enim hoc primum omnium, antequàm reliquum corpus, apparet, atque vnâ ferè die & nocte ſenectus tota expellitur, à capite procedendo ad caudam, & cute alterâ intus ſubnaſcente integer renouatur. Ita Ariſtoteles de hiſtor. animal. l. 8. c. 19. qui addit, vt enim fætus animalium inuolucro ſecundarum pellium, quo cõtentus prodierat, exuitur;

ſic

Digitized by Google

ſic iſte ſenectute detractâ reparatur. Nobili ſinè documento, quod S. Auguſtinus ſerm. 4. ad fratres in eremo in hunc ferè modum explanat: *per hoc, fratres mei, datur intelligi, vt & nos pellem vitiorum deponamus, & per foramen ſtigmatum Chriſti tranſeamus & tunc pulchriores apparebimus.*

S. Auguſt.

Quin & bombycem his adiungamus, qui ætate iam grauis ac ſerico incluſus domicilio, ſic ſplendidè ſepultus, innatâ vi & admirandâ Naturæ potentiâ ex auguſtiſſimo illo ſuo ergaſtulo innouatus proſiliens, viuus, alatuſque prodeditur, idem reuera ipſe, qui antea, licet alio ſchemate alius videatur. Vincentius Beluac.l.20.c.118.

Bombyx.

B Atque his, aliiſque ſexcentis Terra nequaquam ſatis in rem præſentem incubuiſſe videri poterat, niſi fontes præterea plurimos de ſinu ſuo emiſiſſet, quorum aqua epota & ſenectutem detergeret & vitæ nouitatem redonaret. Ita in Bonicâ Inſulâ, non procul à noui orbis hiſpaniolâ fons celebratur perennis ac nobiliſſimus, cuius aquâ in potum hauſtâ reiuueneſcunt ſenes. Multorum ſiquidem famâ, aliquorum, etiam experimento probatum id fertur, cùm decrepitus quidam ſenex eò ſe contulit, amore vitæ audaciſſimus, qui lotus & potus hîc per dies aliquot, virile robur recepit, ac florenti demum ætate ad ſuos reuerſus eſt, vxoré iterum duxit & filios procreauit. Teſtatur hæc Augerius Mediolanenſis Regi Hiſpaniarum à ſecretis, in ſuis nuper inuenti orbis decadibus. Apud Argiuos præterea fons eſt, cui nomen Canathus, cuius aquis lotæ Bacchi nutrices, exuto ſenio, iuuentutem recuperarunt, vt Æſchylus ſcriptum reliquit.

Fons ſenium abſtergens.

Denique in finibus Meropum fluuius eſt, quem qui guſtat ab omnibus priſtinis cupiditatibus abducitur, & ſi quam fortè amârit, in eius obliuionem venit, paulatimque fit iunior, dum abiectâ ſenectute, ad vigorem priſtinæ ætatis reuireſcit. Ita Ælianus l.3. variar. hiſtor. cap.18.

Fluuius iuuentutem renouans.

Idem in ceterâ naturâ doctiſſimus Tertullianus lib. de reſurrect. cap.12. animaduertit, cũ dixit: *Reaccenduntur & ſtellarum radij; quos matutina ſuccenſio extinxerat... Reducuntur & ſiderum abſentiæ; quas temporalis diſtinctio exemerat. Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus attriuerat.* Quin etiam terræ de cælo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, exhibere eadem quæ fuerant ante abſumpta. Quid mi & mirum, & quod maius eſt, triſte fuerit, Naturam ceteris omnibus hac in parte blandam atque propitiam, vni hominum generi duram atque infeſtam extitiſſe? Fuit, fuit, inquam & illis pia non minus, quàm ceteris mater, vtque vetuſtiora miſſa faciam, vixit Tarenti, anno ſuperioris ſæculi trigeſimo ſecundo, centenarius ſenex capularis, qui pilo, cute, vnguibus, ſitu

Senec. 3. 2.

R.P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

atque ſquallore ætatis decidentibus, mox in meliorem ſtatum omnibus mutatis de ſene iuuenis prodijt, & annis omnino 50. ſuperuixit. Ant. Dorquemada in dial. Idem & in Rioia Caſtellæ, viro alteri contigiſſe ſupradictus auctor commemorat, aſſerens id vulgi famâ fuiſſe notiſſimum, atque à Præſide Caſtellano probè examinatum.

Ne verò in ſexu altero experimentum eiuſmodi defuiſſe quis arbitretur. Scribit Val. Tarentaſius Monuedri, quod Regni Valentini oppidum eſt, idem quod olim Sagnutus, fuiſſe virginum ſacrarum Antiſtitam, anum decrepitam, cui ſubitò menſtruis fluoribus renouatis, dentes renati, comæ tinctæ nigredine, rugæ & ſulci cutis adæquati, mammæ pendulæ atque pannoſæ, adinſtar virgunculæ ſororiarunt: ſic denique ſe vultu, facie, totoque corporis habitu iuuenculam exhibuiſſe, vt ipſa rei nouitate perculſa, præ verecundiâ ſe omnium oculis ſubtrahere niteretur.

Quibus profectò id clarè, ſuccinctéq; euincitur, non poſſe æſtimari parergon aut impoſſibile, cui efficiendo Deus, natura, ac ratio ductum ac ſubuectionem præbent; nec cuiquam accidere poſſe moleſtum, aut infructuoſum, quod natura ſui amantiſſima conſeruatrix his omnibus inſeuit: non enim id illa commiſiſſet niſi vetuſtatem odio, nouitatem verò in amoribus habuiſſet. Vnde vel maximè conſecta-

C neum arbitrari liceat, quod a communi omnium parente naturâ ac duce ratione, rectâ illa & ſimplici vtilitatem noſtrarum conſultrice proponitur, abſque immani eiuſdem læſione & offenſâ contemni, ac præteriri ab vllo non poſſe, niſi vel ſerpentum prudentiâ, aliorumue rationis exſortium animantium ſagacitate ſuperari, magnâ generis noſtri infamia, velimus. Et ad ſerpentes quidem quod attinet, diuina nunquid ad eos Sapientia nos mittere audita eſt, cùm Matthæi 10. cap. verbis clariſſimis enuntiauit: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes?* Et in quo, ſodes, hanc nos prudentiam voluit imitari? dicet *Iſidorus* Peluſiota lib.1.ep.26. *Serpens ante atque verſutia vetuſtatem exuit, vult igitur nos quoque ve-*

Matth.10. 16.

S. Iſidorus l.1.ep.26.

D *terem hominem exuere, ac pro eo nouum induere, qui ad eius imaginem renouatur.* Néc id abſque notiſſimâ ratione, quanto namque pudore afficiatur homo, dum eas ſibi deeſſe virtutes aduertit, quibus inſtructa ſunt bruta? Ad cohortandum, ſi *Quintiliano* credimus, præcipuè valent imparia, hinc ſi ad fortiter faciendum accendendus ſit aliquis, non tantùm afferet momenti Horatius aut Torquatus quantùm illa mulier, cuius manu Pyrrhus interfectus eſt, ex quo argumentum conficitur à minoribus ad maiora; quòd in exemplis, quæ à brutis ducuntur, locum in primis habet, maximè ſi exempla ipſa ad hominem accommodentur; habetque ea argumentandi ratio ad permouendos ani-

 mos,

mos, ruboreque eum, qui audit, perfundendum vim magnã. Ac primò ſi ea quibus rationis vſus à natura denegatus eſt, iuſtè, fortiter, temperãter, prouidè aliquid agant; quàm erit indignum, eum, qui rationis eſt compos, iniuſtum, timidum, intemperãtem, improuidum exiſtere? Si plurima corpori innouando, aut ſuſtinendo impenſa legimus, quid animæ negandum?

Iocelinus in vita S. Patricij.

Hùc referio, quod Iocelinus in vitâ S. Patricij cap. 34. ſcriptum reliquit: vir erat ſenex Rius nomine, qui fratris ſui dilectiſſimi, ad Christianam fidem, ope S. Patricij, conuerſionem grauiſſimè ferebat: quapropter indies oppugnare virum ſanctum aggreſſus, curſum euangelij non ſegniter impediebat. Patricius B hominem Chriſto lucrari ſatagens, his eum rationibus conuenit: cùm, inquiens, artuum omnium, ſenſuumque tuorum officia in te ſopita, & ſenio velut emortua ſint, vitæque lumẽ in limine iaceat, ſi Chriſtus tibi vires reſtitueret, & venuſtatem vernantis iuuentæ redonaret, nónne iure in illum credere tenereris? addixit ille. Orauit ergo Patricius & manus ei imponendo precatus eſt benè, & mox ille in ſtatum iuuenilis ætatis refloruit, cunctis qui aderant in laudem Dei & Patricij effuſis. Quã corporis iuuentutem & vegetum membrorum vſumnt, ſi tanti fecerit hic ſenex, quanti nos animæ, quæ corporis vires longè antecedit facere conuenit, eiuſque ſenectutem decet in- C ſtaurare? *Si quis*, inquit Baſilius, *tibi diceret, ſe arte quadam atque induſtriâ iuuenem te ex ſene facturum, nónne deſiderares diem illam luceſcere, qua te priſtino vigori reſtitutum conſpicere poſſes? At nunc cùm pænitentia promittat animæ tuæ, velut noui germinis renouationem; quam tu veterem effeciſti & prauitate rugoſam atque maculatam reddidiſti, contemnis benefactorem, nec videre deſideras magnum illud promiſſionis miraculum, quomodo ſine matre renaſci ſoleat homo.*

S. Baſilius ſerm. de pænitẽtia.

Auertat id à nobis benignus naturæ conditor Deus; qui plura ab eis exigere ſolet, quos pluribus beneficijs cumulauit; & conantibus manum impertiri non omittit.

CAPVT SECVNDVM.

Priuata hominis Obligatio vt vetuſtate excuſsâ, vitæ nouitatem præ ceteris æmuletur.

QVam ſuo antè inſtinctu Natura viam aperuit, Virtus ingredi non formidat, non equidem ſuis illam viribus emenſura, ſed eius, cuius auxilio potens, ac patrocinio tuta ſalusque conſiſtit. Et rectè id quidem iudicio meo ac ſanctè, tum quia rationi apprimè conſentaneum eſt, tum quod decori, honeſtique legibus mirum in modum conforme: quibus cùm A ſoli homines gubernentur, nec nouum, nec inſolens, illos, ex earum præſcripto, ad eiuſcemodi exercitationem concitari. Atque huc collineaſſe diuiniſſimus mihi Paullus viſus eſt, dũ Timotheum his verbis alloquitur: *Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Vbi pro reſuſcitate in græco eſt ἀναζωπυρῆσαι quod Suidas interpretatur ἀνανεῶσαι, renouare, ductâ metaphorâ ſiue à ſopito igne, qui cineribus obuolutus ſenſim minuitur, atque interire, ni renouetur, conſueuit: ſiue fortaſſe à priſco Vophalentium Æthiopum ritu, de quo Orolius cap. 4. Rex, inquit, annis ſingulis vnum ex ſuis domeſticis mittit, qui ignem nouum principibus ac dyna- B ſtis, qui ſub eius imperio ſunt, regis nomine impertiat, atque inde reliquis omnibus diſpenſet; qui hunc, priore extincto, nouum non quærit, vt proditor & maieſtatis reus ſupplicio afficitur, & ſi opus fuerit in eum exercitus comparatur. Igni ſimiles ſumus omnes nos, nec enim diu in eodem ſtatu verſari, nec vigere poſſumus. Quod Theodorus Abbas vir cæleſti conſilio præditus, diuino quodam genere orationis apud Caſſianum Collatione 6. cap. 14. luculenter exponit, ac proinde neceſsè habemus omnes ſpiritu mentis noſtræ renouari nõ ſegniter, ac priore excuſſo veterno, vitæ nouæ delitijs initiari: quare ad næuum illum familiarem eluendum, quem S. Leo rubiginem mor- C talitatis noſtræ ſapientiſſimè appellauit, neceſſaria omnibus propoſita ſemper fuit, quam S. Auguſtinus continuam expolitionem nuncupat, cùm ſermone 63. de tempore ita ſcribit: *quantumuis caſtè ac ſobriè mortalis hæc vita ducitur, quodam tamen puluere terrenæ conuerſationis aſpergitur, & nitor mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à fumo totius vanitatis alienus eſt, vt nullâ poſſet ſorde fuſcari, & non ſemper indigeat expolıri*: quod Serenus Abbas apud Caſſianum Collat. 7. c. 4. probè intellexit, cum νοῦν, id eſt, mentem, ἀεικίνητον, καὶ πολυκίνητον ſemper mobilem & multùm mobilem definiuit. Quæ etiam cauſſa fuit cur Salomon mentem πολυφροντίδα vocarit, multa ſcilicet & varia cogi- D tantem, verſatilem de genere vertumnorum, obnoxiam mutabilitati; quæ ſecum quantùm pulueris inuehat & corruptionis, latere neminem poteſt. Nihil itaque pronius quàm vt tam vagã & mutabili ratione prædita mens à propoſito declinet, & meliora deſerens deterioribus attineatur, à quibus niſi prouidâ quadam ſolicitudine reuocetur, ingens nominis ſui, atque adeò ſalutis exitium incurrat, neceſsè eſt. Pulcherrima id ſuauiſſimaque, vt aſſolet, ſimilitudine melliſluus Doctor Bernardus ſerm. 47. in Cantica exprimere mihi viſus eſt, dum ſic de floribus Sponſæ loquitur: *Et in campo quidem, & in horto flos oritur, in thalamo autem minimè, redolet & lucet in eo, non tamen erectus & ſtans, vt, in hor-*

1. Timoth. 1. 6.

S. Auguſtinus.

S. Bernard.

to, vel campo, ſed plane iacens, tamquàm qui illatus
ſit, non innatus: proinde neceſsè eſt ſanè reparare fre-
quenter, & ſemper recentiores apponere flores, quòd
diu odorem ſuum minimè retineant, nec decorem; hoc
in thalamo; in horto autem non ita: ſed neque in cam-
po ſimiliter, ex ſe enim productis floribus aſsiduè ſubmi-
niſtrant, vnde diu in ipſis decus ingenitum perſeueret.
Nos thalamo ſimiles, in quibus gratiæ, virtu-
tumque floſculi cito pereuntes langueſcere vi-
deas, ac niſi ſubinde renouâris, exſpirent: vn-
de nihil Deo Domino acceptius, rationi con-
formius, quàm vt frequentiſſimè bonis mori-
bus renouemur.

Regum Dauid ſanctiſſimus decimo quoquè
anno hanc ſaltem ſpiritus noſtri renouationem
exigebat pſal. 102. *Renouabitur*, inquiens, *vt aqui-*
Pſal. 102. 5. *læ iuuentus tua.* Aquila enim, vt Hebræorum
Magiſtri apud Genebrardum docent, ſingulis
decennijs veteres plumas exuit, nouas induit: &
ſic vſque ad centeſimum ætatis annum, per ſua
interualla iuueniliter reuireſcit: quam imitabi-
tur, quiſquis pari annorum epochâ, ſuæ ſaltem
renouationi incumbet. Frequentiorem tamen
animorum reſtaurationem imperare viſus eſt
Iudas ille Machabæus, diuini Nominis ſtudio-
ſiſſimus præliator, qui receptâ vrbe, expiato-
1. Mach. 4. que templo ſtatuit, *vt ageretur dies dedicationis*
altaris in temporibus ſuis ab anno in annum 1. Ma-
chab. 4. hoc eſt ſingulis annis, quæ feſta, encæ-
nia, hoc eſt feſta renouationis dicebantur, vt ad
memoriam templi ſemel renouati, nouis ſemper
virtutibus exculti, animis renouarentur.

Verùm nequaquàm his contentus nobilis il-
le gentium Doctor Paullus non iam annuam,
ſed quotidianam à nobis inſtaurationem poſtu-
lare viſus eſt, cùm ſic ad Hebræos cap. 3. ſcripſit:
Hebr. 3. *Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie*
cognominatur, ſeu, vt ex græco legitur: *ædificate*
vos, hoc eſt renouate vos per ſingulos dies. Nã,
vt ibi perquàm benè Theodoretus: *quotidiè*, in-
Theodor. quit, *oportet eos, qui viuunt, ſui curam gerere: ne*
peccatum, loco occupato, in noſtro corde faciat impreſ-
ſionem, & S. Hieronymus, vel potiùs Pauli-
nus epiſtola ad Celantiam; *beati qui ſecundùm A-*
poſtolum per dies ſingulos in virtute renouantur.

Mens enim humana, vt ait S. Gregorius lib. 22.
S. Gregor. Moral. c. 2. *dum igne amoris excoquitur, ſemper in ſe*
ſeruat claritatem pulchritudinis, quotidianâ innoua-
tione feruoris. Neſcit enim mens per torporem veteraſ-
cere, quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare.

Et foret id quidem vti conſultiſſimum om-
nibus, ita ad vtilitatem præſtantiſſimum vni-
uerſis, ſed cùm pro eâ, quâ paſſim circumda-
mur carnis infirmitate, bellique inteſtini mo-
leſtiâ, quâ identidem premimur, optandum
id potiùs, quam ſperandum ſit, ſanctiſſiſſimum
mihi iuxta ac grauiſſimum conſilium viſum
eſt, quòd P. Cornelius à Lapide antiquiſſimæ
vir probitatis, cuius nomen non tam hominis
eſt, quàm admirabilis in Scripturis exponen-

A dis ſapientiæ, nobis reliquit, dum 47. caput
Ezechielis commentando explanat: vbi de pro-
poſitâ materiâ, inductâ diſputatione, ſic ſentit:
debet homo initio cuiuſq; hebdomadis, menſis, anni, æquè Corn. à Lapide.
vt in maioribus feſtis, quibus ſalutis noſtræ præcipua
myſteria recoluntur, langueſcentem ſpiritum ſuſcitare,
& vota priſtina, ac propoſita renouare: inueteraſcimus
ſiquidem, vt aiebat S. Auguſtin. in pſal. 102. *inter* S. Auguſt.
inimicos noſtros. Et vnde inueteraſcimus? carne mortali,
carne ſæneâ: & ideò percuſſum eſt ſicut fænum &
aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem
meum. Creuit vetuſtas, os clauſit, &c. Renouationi
proinde incumbendum eſt, quo fiet, quòd E-
zechiel loco ſupradicto hominem comparans
ligno pomifero, plantato ſuper torrentem, va-
B ticinatus eſt: *per ſingulos menſes afferet primitiua*,
id eſt, primitiuum feruorem initio cuiuſque
menſis reſumet; quemadmodùm de nobiliſsi-
mo illo Huſſitarum Regulo credere fides, quã
ſcriptis eius habere par eſt, abundè nos docet;
quorſum enim hæc verba quæ 29. capite, cæle-
ſtis ſapientiæ pleniſſima profudit? *gloria mea* Iob 29.
ſemper innouabitur, & arcus meus in manu meâ in-
ſtaurabitur. Per gloriam, ea quæ interioris ho-
minis propria ſunt, per arcum robur interni
ſpiritus intelligens, & hoc, & illam à ſe non
ſegniter innouandam teſtatur, dumque id fa-
cit, reliquos prouocat in exemplum. Et quis
bonus aut ſapiens id ſequi abnuat, vel auſit im-
probare? cùm & Regna innouentur, vt 1. Reg. 1 Reg. 11.
C 11. Samuel ad populum dixiſſe legimus: *Venite*
& eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Ciui-
tates quoque reædificentur, vnde Ionathas
habitaturus in Ieruſalem, cæpit ædificare & in-
nouare ciuitatem: templa inſtaurentur, quem-
admodùm 3. Eſdræ 5. *Iſraelitæ poſt captiuitatem* 3. Eſd. 5.
venerunt innouare, & ſuſcitare templum in loco ſuo:
Imò, & Imperatorum imagines, quas publico l. 26. C. de operibus publicis.
Cæſarum decreto iuſſas renouari cùm inſcri-
ptionibus ſuis, ſiquando vetuſtate collabi aut
obliterari inciperent, hiſtorici tradiderunt:
quin & amicitiæ reſarciuntur, vnde & *Ionathas* 1. Mach. 12.
miſit viros Romam ſtatuere & renouare cum eis ami-
citiam, 1. Machab. 12.

Quæ cùm ita ſint, ne ſolus hic homo deſi-
D piat, aut mentis lumine obcæcatus deliret, ad
conſtituta tempora ſeipſum renouet neceſsè
eſt: innouet regnum ſuum, quo ſuper cordis
affectiones latè imperet: reædificet ciuitatem
animæ ſuæ, vt, quod de virtutibus per incu-
riam delapſum eſt, erigat; de vitiis verò infeſtâ
contagione applicitum eſt, diſſoluat: atque ita
templum ſpiritus ſui, in quo habitet Deus ſuus, S. Paolin. epiſt. 2.
inſtauret; imaginem eius obliteratam expoliat;
eademque operâ amicitiam læſam antè viola-
tamque redintegrare non ceſſet, vt quod S.
Paullinus, ille ex opulentiſſimo diuite, volunta-
te pauperrimus & copioſiſſimè ſanctus epiſt. 2.
ſcriptum reliquit, in ſe præ ceteris omnibus ex-
ſequatur: *Bonitatem vitæ in nobis ædificantes, ne-*

eſſe eſt, vt veteſtatem deſtruamus, id eſt vetere homine exuto, nouum induamus: quo nos identidem Deus tum per admota cælitus animis noſtris incitamenta, tum portentoſa quædam ſigna atque prodigia incitare non ceſſat, vti nuperrimè anno ſcilicet 1605. in Manila; vnâ ex Philippinis inſulis clarè datum fuit perſpexiſſe: degebat hîc vir quidam abiectâ prorſus verecundiâ, proſcriptaque virtute impudentiſſimus; conſcientiæ remorſus, quibus ad vitæ nouitatem inſtigabatur, abijciebat aſſiduè; iamque annis omninò nouem durus perſtiterat; cùm ecce noctè quadam, candelâ necdum extinctâ, dum lecto ſe infert, moloſſum videt cubiculum ingredientem, figurâ horribili, ſcintillarum inſtar ignearum oculi ardebant, diductis faucibus ore hiabat, atque ita lectum bis, terue circumiens, mox in lectum inſilit, & collum iacentis dentibus inuadit. Hic miſer homo, mortuo quàm viuo ſimilior, inferno ſe proximum cernens, diuinam opem inclamare, ad Virginis matris patrocinium aſpirare, vitæ nouæ ſtudium polliceri, nec ad diem quidem vllum emendationem dilaturum, & ſi fortaſſe recidere contingat illicò ſurrecturum, vt nulla deinceps cum veteris vitæ ſordibus habitura nox ſit inquinatum. Finierat: & ecce diſparet monſtrum, ille de lecto exſiliens noctem totam precibus impendit, & primo manè, arcana conſcientiæ apud ſacerdotem retegens, atque omni iam noxâ abſolutus, de vetere in nouum hominem mutatus, reapſe oſtendere cœpit, quàm rectè illi agere dicendi ſint, qui vetere excuſsâ, nouam vitæ formam æmulantur quod iuſti, æquique ratio omni tempore docuerunt: vnde factum, vt non exiguæ indignitatis res habita fuerit ſemper, Chriſtianum hominem minùs ſollerter veritati operam dare, quàm Turcus aliquis aut barbarus fallaciam ſectando mendacium quærit. Author eſt Laonicus Chalcondylus in hiſt. Turcicâ, & Cuſpinianus in Mahomete I. cùm Vrbem Conſtantinopolitanam is arctâ obſidione cingeret, primarium quendam virum genere Patricium, Imperatori Conſtantino apprimè offenſum, ex vrbe in hoſtium caſtra profugum; traditionem eius, magnâ auri atque argenti ſummâ & vnius filiarũ Mahometis nuptijs pactum fuiſſe, nec quòd offerebatur, Mahometem recuſaſſe: quapropter vrbe poſt dies aliquot calendis ſcilicet Iunij an. 1453. potitum, cùm Sinon ille mercedem exigeret, Turcorum Regem immenſum auri atque argenti pondus proferri & proditori exhiberi iuſſiſſe, ad quem mox conuerſus ſic ait: *quia Chriſtianus es, & filiam meam cum dote, quæ præſtò eſt, nanciſci cupis, cutem hanc veterem, in quâ baptiſatus es, vt exuas oportet, quo Mahometicâ ſponsâ dignus reddaris.* Quid Chriſtianus homo deprehenſus hîc dicat aliud, quàm iuxta iam datum exemplum: quia inueteraui in terrâ alienâ, coinquinatus ſum cùm mortuis & vitam æternam, cum dote, quæ promiſsâ eſt nanciſci cupio, vetuſtatẽ quàm peccãdo cõtraxi, exuere me oportet, quo cœleſti gloriâ dignus inueniar.

Et ſanè, ſi id corporibus aliquando indultum vt ſuprà ex Iocelino vidimus, & ex ſequentibus patebit; cur animis denegatum iri formidemus? Ad cælos abierat S. Martyr Iulianus, cum ſenes aliquot pietate excellentes martyris exuuias ſepulturæ tradiderunt, & quo præmio? vt in extremo ſenio conſtitutis & ſilicernijs reddita de integro fuerit iuuentus, vſque adeo vt ter floruerint denuò, qui confectâ omninò ætate viſi fuerant emarcuiſſe. S. Gregorius Turonenſ. de Glor. Mart. Credere autem hoc de virtute diuinâ nil vetat, ſiquidem credimus ſucco herbarum cuiuſdam in Indijs ter renouatum fuiſſe, poſt maciem vltimæ ſenectutis eundem Iuuentutis florem, vt Neſtorios proinde annos vixerit, & quod Græcia fingere didicerat, hoc potuerit India præſtitiſſe. Maffeius in hiſt. Ind.

CAPVT TERTIVM.

Quis vetus, quis nouus homo dicendus ſit?

AVream illam diſpiciendi ſui ac noſcitandi gnomen, dignamque mortalibus, immortalibuſque ſententiam *γνῶθι σεαυτὸν*, tanti olim à Philoſophis habitam, à Chriſtianis omnibus æſtimatam, nulli ſatis hactenus expenſam, quoties mecum ipſe conſidero, ſubit animum non leuis admiratio, quo pacto Apollo Delphicus, hoc eſt diabolus noſtræ ſalutis hoſtis infenſiſſimus, eam aliquando pronuntiaſſe dictus ſit, à quo præter noxam & damnum exſpectare nobis liceat nihil; neque enim is ſatan eſt, aut olim fuiſſe credendus eſt, qui generi noſtro vel tantillo prodeſſe voluerit, vel quantumuis volens potuerit, ſuâ vſque adeo eum occæcante malitiâ atque in tranſuerſum rapiente inuidentiâ, vt ab illo nequidquam eiuſcemodi ſperare quis poſſit. Quare non ſemel id apud animum meum conſtituere viſus ſum, Apollinem, ſi eam aliquando Delphis ſententiam effuderit, non docendi ſanè ſed fallendi animo protuliſſe: neque enim eundem exiſtimaſſe, futurum aliquãdo, vt in bonam partem, id eſt, argumentum humilitatis ea foret accipienda, quam in profligatiſſimæ ſuperbiæ procuderat incentiuum: in quo poſteaquàm aſſentientem mihi Macrobium nactus ſum, immane, quantum in hâc meâ fuerim opinione firmatus. Quod autem idem hoc ſymbolum iam omnes ad ædem virtutis, adeoque in templum veri Dei, ipſaque adita Chriſtianæ Sapientiæ paſſim inducat, non aliunde quàm à ſummo illo, maximoque Patre veri luminis architecto prouenire certum eſt, cuius cum incredibilis in nos amor atque beneuolentia tanta ſint, vt eorum, quæ pro-

Annales Soc.

Veteris hominis innouatio portentoſa.

prodeſſe nobis queant, omittere ſoleat nihil, nec id præ amoris ſui magnitudine omittere voluiſſe credibile eſt. Hoc itaque, magne Deus, beneficium tuum eſt, hæc gratia tua ſingularis, quâ id, quod ab hoſte morti datum fuit incurrendæ, à te vitæ noſtræ poſitum ſit conſeruandæ.

E cælo proinde, vt conſularis ille poëta cecinit, *deſcendit γνῶθι σεαυτόν*: cuius quot ac quantæ in humanum genus exiſtant vtilitates, ille demum intelliget, qui apud animum ſuum quid de hoc viri ſapientis, ac veteris æui lumine, poſteaquàm id ipſum plenius deguſtarant, ſenſerint, expendet; quorum promulſidem hîc velut in anteceſſum dare conſtitui, vt dum hominem ad ſui Renouationem informo, vnde is telam ordiri debeat, nimirùm ab inueterationis ſui cognitione, non ignoret. At quantæ hîc miſeriæ! quantæ tenebræ, atque ærumnæ! Oculus ſicut ex omnibus corporis humani partibus, elegantiſſima pars eſt, ita quoque plurimis eſt affectionibus in prædam datus. Vnde poſt Galenum obſeruant Medicorum filij centum ac duodecim reperiri morbos, quibus humanus oculus obnoxius eſt. De quo vt liberè ſententiam meam expromam, hunc ego inter oculi morbos vel defectus arbitror non minimum, quòd ſcilicet, cum cetera cernat omnia & minutiſſima quæque perfectiſſimè internoſcat, ſeipſum tamen intueri omninò nequeat, ſed alijs in rebus perſpicaciſſimus, ſibi cæcus quodammodo exiſtat. Quod huic, id mentis oculo contingere certum eſt, cui licet indita à naturâ vis ſit, quâ ſibi attendere, ſeque in ſeipſum reflectere queat, ea tamen, vt plurimum, indoles hominum eſt, vt ſui immemores, mente in alia omnia dilabantur, quo fit, vt non rarò qui ceteros regunt, in ſui regimine cæcutiant, atque ab alijs neceſſè habeant commoneri. Hinc Athenienſes murmurabant contra Simonidem, reprehendentes in eo, quòd altè nimis loqueretur. Thebani in Panicle reprehendebant, quòd ſepius ſpueret. Lacedemonij Licurgum carpebant, quòd capite inclinato deorſum incederet. Romani Scipionem, quòd dormiens ronchos ederet. Vticenſes Catonem, quòd præproperè comederet, & vtrâque parte maſticaret. Quirites Pompeium, quòd vno digito caput ſcaberet. Carthaginenſes Annibalem, quòd diſſolutis ligulis incederet, & nodos thoracis non clauderet. Romani Iuliũ Ceſarem, quod zonam indecorè ſtringeret.

Oculi corporis affectiones & morbi.

Omitto grauiora, quibus in ſe dignoſcendis homo ſepenumerò talpa eſt: vnde veteres illi Ægyptij dum hominem Sapientiâ præditum declarare vellent, humanâ quempiam figurâ & ſpecie pingebant; oculum pectori infixum gerentem: quo denotabant prudentis viri eſſe, & rerum ſuarum in primis ſatagentem, oculos in ſe reflectere ſibique ſe objicere, vt perfectam propriæ imbecillitatis & indigentiæ notitiam adeptus, quod dedecet corrigat: quod deficit, ſuppleat: quod exuberat, ſuccidat: & huc omnes tum diuinæ, tum humanæ ſcholæ Magiſtri, pariter collinearunt, quos vel per tranſennam hic audiuiſſe non erit inutile. Primus itaque in hanc ſcenam prodeat eximius ille Hierophanta Dionyſius, qui cognitionem hanc *πρῶτον ἱερὸν δῶρον* primum ſanctum donum, quod ad homines è diuinæ lucis communione deſcendit, auſus eſt appellare. Alter Clemens ſit Alexandrinus, qui *πάντων μέγιστον μαθημάτων*, diſciplinarum omnium pulcherrimam & maximam vocat, quam, qui fuerit conſecutus facile poſſit ad Dei cognitionem & ſimilitudinem peruenire: quod inter numeros calculo ſuo approbans Aurelius Auguſtinus, eam omni aliarum rerum ſcientiæ & cognitioni auſus fuit anteferre, vnde virum probum laudaturus *præpoſuit*, inquit, *ſcire infirmitatem ſuam, magis, quàm ſcire mundi mœnia, & faſtigia cælorum*: in quam rem Hugo de S. Victore lib. 1. de animâ, c. 4. ſic ſcribit: *melior es ſi teipſum cognoſcis, quam ſi te neglecto, curſus ſiderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, cæleſtium omnium & terreſtrium ſcientiam haberes: multi multa ſciunt, cum tamen ſumma Philoſophia ſit, ſui ipſius cognitionem obtinere.* Et meritò: eſt enim ſui lœna, diſſimulatrixque natura, cor hominis profundum & tortuoſum, mille ac mille tectum inuolucris, quæ proinde vocat Macarius velaminâ tenebrarum, vnde conſtans SS. PP. monitum eſt, vt mentis aciem in nos ac noſtra intendamus. Iſidori cum primis Peluſiota; qui *ſexcentis oculis*, inquit, *vitam tuam ac mores circumſpice*: S. Maximi, *attende tibi ipſi*, quod Moyſis quoque apophthegma ad cognitionem ſui S. Baſilius cum fratre Niſſeno retulerunt, quibus & Senecam non malum morum magiſtrum ſubiungo, *deprehendas*, inquit ille, *te oportet, antequàm emendes.* Vetuſtiſſimè dictum, nam vt benè Alexander Trallianus experientiſſimus medicus non tam de corporali, quàm ſpirituali infirmitate loquens, *internotio*, inquit, *rectæ curationis fundamentum eſt.* Hoc in Alcibiade Plutarchus luce clarius expreſſit: erat is apud Athenienſes ſummo loco natus, tum eximiâ corporis pulchritudine tum ingenij præſtantiâ inſtructiſſimus: hunc ſplendor natalium, honores ampliſſimi, opum copiâ, aſſentatorum denique greges ita inflatum, tumidumque reddiderant, vt elato incedens ſupercilio omnes aſpernaretur, ac demum, vt vitiorum omnium origo eſt ſuperbia, moribus profligatiſſimis, in omnem turpitudinem proiectus abriperetur.

Hugo de S. Vict. — *Iſidor. Pel.* — *S. Maxim.* — *Seneca.* — *Alexand. Trallian.* — *Alcibiad.*

In hunc cum Socrates incidiſſet, omnem captabat occaſionem honeſtæ vitæ principia homini inſtillandi, vt affectæ menti opem ferret. Cùm verò in animi elatione, ac ſummâ, quàm de ſe, ſuæque familiæ ſplendore conceperat,

perat exiſtimatione, vim morbi præcipuè ſitam eſſe animaduerteret, omnem adhibere operam cœpit, vt hunc ei errorem eriperet. Docebat proinde, quantumcumque ex illuſtri quis ac ſplendidâ ſtirpe deſcenderet, ſi tamen vitam maiorum factis degenerem inſtituat, non hunc nobilem cenſendum, ſed ſub ſpecioſo nobilitatis titulo animum gerere plebeium. Addebat, non in fumoſis parentum imaginibus, ſed veris præclariſque virtutibus ſitam eſſe nobilitatem, quibus, dum vel nobiliſſimus cæteroquin carere deprehenditur, nihil ab infimæ ſortis hominibus differre.

Quibus à Socrate auditis, inquit Plutarchus, dimiſit criſtas Alcibiades, & alas in terram depreſſit; atque, vt in Tuſculanis, quæſt. 3. Cicero ſcribit: *cum perſuaſum ei fuiſſet, nihil inter Alcibiadem ſummo loco natum, & quemuis baiulum intereſſe, afflictauit ſe Alcibiades, Lachrymanſq; Socrati ſupplex fuit, vt ſibi virtutem traderet, turpitudinemque depelleret.*

Alijs ergo ſe intueri oculis cœpit, ſuique iam ſibi conſcius, diuerſam planè viuendi rationem inſtituit, ac priore excuſſo Alcibiade, nouum induit. Nihil illo deinceps humanius, nihil affabilius, tantâque facilitate & comitate cum cuiuſcumque ſortis hominibus verſabatur, vt omnes mirarentur. Vnde inter nobiliſſimas, quibus Græciam illuſtrauit, victorias, hæc, quam de ſe tulit, meritò prima cenſetur: nec vllus glorioſior Alcibiadis, quàm de Alcibiade triumphus, quem vna ſui cognitio Alcibiadi pepetiſſe inuenitur. Quiſquis igitur ſeipſum maturè inſpiciet, hominiſque conditionem accuratè ac feriò expendet, vberem cum Alcibiade cauſam inueniet hominem veterem exuendi, nouumque induendi, quod apud noſtros tantò certius obtinebit, quantò lux ipſa tenebris antiſtare perhibetur: nouerat id Bernardus, cùm in hæc verba ſcripſit: *Volo animam primò omnium ſcire ſeipſam, nihil enim* (vt benè monet hugo de S. Victore) *rectè exiſtimat, qui ſeipſum ignorat*, quod ſanè non aliubi, quàm in proprio atque interioris animi ſcrinio indages oportet, vel ipſo accinente Satyrico

S. Bernard.

Hugo de S. Victor.

Nec te quæſiueris extra:

quis ſcilicet, qualiſue homo ſis, nouus an vetus, integer an vitioſus, non alibi meliùs quàm apud te vnum condiſces. Et hæc denique cauſa fuit, quare B. Frāciſcus de Borgia ex Gādienſi Duce, & Cathalauniæ Prorege Societatis Ieſu ſacerdos, poſteaquàm ſeriò ad omnem vitæ ſanctimoniam graſſari decreuiſſet, duas quotidiè horas cognitionis ſui ſtudio conſignarit, quo veteris hominis inſpecto ſenio, vitijſque eius probè exutus, nouus aliquando homo appareret.

Quibus ego, alijſque rationibus permotus, qui hoc qualicumque commentario hominem veterem curare atque in nouum Deo dante commutare; non mendaci aliquo Peliæ balneo, ſed Chriſti IESV innocentiſſimo ſanguine conſtitui, quis ille VETVS, quis NOVVS ſit, primùm ſtatui indagare. Atque hîc primùm mihi autem aperijt Eccleſiaſtes Hieroſolymæ Rex, magni Patris ſapientiſsimus filius, qui cap. 7. ſic loquitur: *ſolummodò hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus*: quibus id innuiſſe videtur Deum quidem primùm hominem feciſſe rectum ac nouum, non tantùm rectitudine ac nouitate naturæ, vt voluit Caietanus, ſed & gratiæ ſanctificantis ac iuſtitiæ originalis, vt ſic veram ad felicitatem viam capeſſeret; ipſum autem à rectitudine hâc & nouitate deſciſcendo ſe & poſteros inquinaſſe peccato; & concupiſcentiæ, quæ infinitas ei cogitationes, deſideria & quæſtiones ſuggerit, ignauiter ſubdidiſſe, vt modò nuſquàm, cùm ab vno Deo deſciuerit; requiem aut tranquillitatem inueniat: ſed inſtar Euripi mille curarum & cupiditatum fluctibus conflictetur; atque hoc eſt quòd S. Hieronym. lib 2. contra Iouinian. his verbis explanauit: *Cùm boni creati ſimus, & boni à Deo, ipſi vitio noſtro ſumus àd peiora delapſi, & quòd in paradiſo rectum in nobis fuerat, egredientibus de paradiſo eſt deprauatum*, addo & antiquatum.

Eccle. 7.

S. Hieron.

Deus ergo fecit hominem integrum ac rectum, quia in ipſo creationis exordio gratiam ſanctificantem Adamo infudit, cumque iuſtitiâ originali veſtiuit: gratia efficiebat Deiformē, Angelorum fratrem, creaturarum Dominum: originalis iuſtitia per iugem Dei aſſiſtentiam omnes animæ vires, puta intellectum voluntatē ac memoriam, item ſenſus & appetitus omnes ita moderabatur, pacatoſque reddebat, vt nulla inter eos gliſceret diſcordia, nullus appareret defectus. Iam verò poſt lapſum ſolutâ hac potentiarum harmoniâ, homine toto diſtemperato, corpus animæ imperium cæpit detrectare, ſenſus & appetitus rationi obſiſtere, ratio autem diuinas leges præterire, creatoris ſui iuſſa contemnere, cui proinde per Ieremiā iuſtiſſimè ſequentia exprobrauit dicens: *fregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam*. Quid multis? cœpit homo vetuſteſcere, opera manuum eius inueterata ſunt Iſ. 65. 23. *à plantâ pedis vſque ad verticem deperijt in eò vigor & ſanitas, ſecundùm deſideria erroris*, teſte S. Hieronym. *ſemper errans & in opere corruptionis belluans à ſeipſo infeliciter deſciuit*. Triſte proſcenium! quòd niſi Dei filius commutaſſet, iam in triſtiſſimam cataſtrophen omne genus hominum deſiiſſet: hîc itaque de ſinu magni genitoris huc veniens, ſymbolum hoc velut gentilitium attulit: *ecce ego noua facio omnia* Iſaiæ 43. 19. dum ſcilicet diuinâ quâdam metamorphoſi veterem nos hominem exuere, nouumque docuit auſpicari, vnum id pro ſuâ in nos beneuolentiâ ac caritate efflagitans, vt cùm vetere Adamo, eiuſ-

Ierem. 2. 20.

Iſaiæ 65. 23.

S. Hieron.

Iſaiæ 43. 19.

dem

dem conſuetudines miſſas facere, nouoque in-duti, huius ſanctimoniam amare ac proſequi velimus? quo fiat, *vt ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis* 1.Cor.15.49.

Emblema. quòd huiuſcemodi aliquo emblemate clarum fit. Cor è cerâ rubrâ figuratum, lupini capitis formam ſibi gerens impreſſam, in acerrâ liqueſcit, de quâ in ſubiectum effluens proplaſma, cui ſanctiſſimum Nomen IESV ſpinis coronatum, inſculptum eſt, non iam caput lupinum, ſed Ieſum præ ſe fert; atque ita dum vetera recedunt, noua fiunt omnia; corda, voces & opera: quamuis autem non leuis id operæ negotium cenſendum ſit, vt ſatis ipſe innuit, cùm hominem Phariſaicis moribus imbutum aggreſſus, nihil illi accommodatius, ſed & difficilius nihil, dicere voluit, quàm mutandam eſſe pellem, iterum naſcendum eſſe, ſi ſaluus eſſe vellet; ſuâ tamen ope, atque exemplo, hoc fieri poſſe, teſtatus, dum non minùs ſe in iubendo promptum, quàm in adiuuando gnauum futurum eſſe promiſit: *iuſtè*, ſiquidem, *inſtat præcepto*, vt S. loquitur Leo., *quia præcurrit auxilio.*

S.Bernard. Finio cùm mellifluo Doctore Bernardo: *duo homines ſunt, vetus vnus, alter & nouus, ille terrenus, hic cæleſtis: illius imago vetuſtas, huius imago nouitas; eſt autem triplex vetuſtas, & è contrario triplex nouitas. Eſt enim vetuſtas in corde, ore, & corpore, in quibus, tribus modis peccamus, cogitatione, locutione, opere. In corde ſunt deſideria carnalia & ſecularia, id eſt amor carnis, & amor ſeculi: ſimiliter in ore eſt gemina vetuſtas, arrogantia & derogatio: item gemina in corpore flagitia & facinora. Hæc omnia ſunt imago veteris hominis, & hæc omnia renouanda ſunt in nobis exhortante Apoſtolo: expoliantes vos veterem* Coloſſ.3.10. *hominem cùm actibus ſuis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Renouetur ergo cor à carnalibus deſideriis & ſecularibus, vt excluſis illis introducatur amor Dei & amor patriæ cæleſtis. Recedant ab ore arrogantia & derogatio: & ſuccedant pro iis vera peccatorum confeſſio, & bona de proximis æſtimatio; pro flagitijs & facinoribus, quæ vetuſtas eſt corporis, aſſumatur continentia & innocentia, vt ſcilicet contrarijs virtutibus contraria vitia depellantur.* Ità Bernard. ſerm.30. inter paruos.

CAPVT QVARTVM.

Veteri homini exuendo, nouoq; induendo Chriſti Domini patientis notitia, paſſiq; præſertim imitatio neceſſaria ſunt.

SAnctum opus, & nulli alteri ſi quoquàm comparandum: Vetere homine exuto, quem peccatis, vitijſque innutritum hactenùs aluit, fouitque φιλαυτία, Bonum meditari, & excelſo, erectoque animo, ſalutis ſuæ percupido, membris omnibus fruſtra obſiſtentibus

A eundem inducere: quo myſticus ab Iſaaco cognitus Iacob, paternam benedictionem matre connitente obtinent, & priorem fratrem nouâ felicitate ſupplantet; hoc eſt, mortalis homo Mariâ opitulante, ad ſtatum ac dignitatem filij Dei adoptiui, per imitationem naturalis aſcendat, vnde ſimilis iam factus, eius quoque vt filius, ita & poſſit eſſe cohæres, *quos enim præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*, q.d. vt ſicut is Dei filius eſt naturalis, ita vt nos eiuſdem filij, ſed adoptiui habeamur & ſimus, neceſſè eſt imagini illius ſimili vitâ conformari, idque primò per modum prædeſtinationis. Prædeſtinauit enim nos Deus in adoptionem filio-

B rum per Ieſum Chriſtum in ipſum: non ſolùm, vt ait S. Thomas per Chriſtum, id eſt, per merita Chriſti, ſed in Chriſtum, id eſt imitatione Chriſti, quia ſicut Chriſtus duplici prædeſtinatione prædeſtinatus fuit, vnâ ad gloriam, vt ad finem, alterâ ad Crucem, vt ad medium, ſic & nos.

Secũdò per Creationem, quia, teſte S. Thoma, creatum eſſe ad imaginem Dei, idem eſt, atque ad imitationem Dei: Oportet enim, vt docet S. Bernardus, quòd ad imaginem Dei eſt, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare.

Tertiò per conditionem paſſionis, quæ docente S. Thoma 3.p.a.78. operatur per modum

C cauſſæ vniuerſalis, quæ requirit concurſum particularis, vt apparet in ſole, vnde fit virtutem Paſſionis Chriſti, non applicari nobis niſi medio Sacramentorum ex opere operato, & mediante exercitio virtutum ex opere operantis.

Probatur autem hæc neceſſitas ex titulo, quo Chriſtus nominatur caput noſtrum, frater, idea.

Si is caput, ergo nos membra: membrorum eſt ſe capiti conformare, primò in Cruce, deinde in gloriâ.

Chriſtus filius naturalis, nos adoptiui, qui debent naturales imitari, iuxta principium S. Thomæ 3.p.q.3.art.8. Participatiuum enim ta-

D le eſt per imitationem eſſentialis, ſicut ignitum eſt tale per ignem.

Chriſtus idea noſtra, ergo imitanda, quia vt ait S. Thomas, per eandem formam artis, quâ formatur vas, ſi collapſum fuerit, reſtauratur.

Chriſtus Dominus & magiſter noſter, ergo nos ſerui & diſcipuli, & horum eſt imitari; ita Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodùm ego feci, ita & vos faciatis.* Et huc oculos coniectos habebat Chriſtus, dum adeò ſæpè huius memoriam diſcipulis inculcabat, vnde imitatio dependebat, vt patet Lucæ. 9. 44. *ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos, filius hominis futurum eſt, vt tradatur in manus hominum*, & Marci 10. iterùm Matth. 20. quòd factum notauit Chryſoſtomus,

Ioan.13.15

Luc.9.44

ſoſtomus, vt paſſionis myſterium frequentius repetitum altius in mente diſcipulorum inſideret ad imitandum. Neque id abs re, ſiquidem optimæ rationis factum reor, *primum* enim *in vnoquoque genere*, vt auctor eſt in Metaphyſ.

Ariſtoteles in Metaph.

Ariſtoteles, *norma eſt cæterorum*, quod de Sole, omne quod lucet; de igne, quod calet liquidiſſimè teſtatur; de Adamo verò in omnibus, quæ naturam ſpectant, quotquot ab eo progeniti ſunt, pariter confitentur, vt nemini iam mirum aut paradoxum videri debeat, ſi idem de ſecundo Adamo, quicumque per reſurrectionem eius ex mortuis in ſpem viuam regenerati ſumus liberrimè fateamur, ita Deo Patre teſtante de illo per os Iſaiæ Prophetæ, c.55.

Iſaiæ c.55.

Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus, quod Authore S. Gregorio hom. 32. in Euangel. ipſe non ſegniter exſecutus eſt,

S.Gregor.

dum, quia *nouus homo venit in mundum, noua quoque præcepta dedit mundo, vitaq; noſtra veteri in vitijs enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Perfectus autem omnis erit*, vt ipſemet ore ſuo confeſſus eſt Luc.6. *Si ſit ſicut magiſter eius*, imitans illum, ſimilemque ſe illi efformans ad cuius imaginem factus eſt. Imago autem, vt S. ait Ioan. Damaſcenus, ab imitando nomen habet, quaſi diceret *Imitago*, qui illum in ſe, cuius eſt imago, tamquàm eius effigies exprimit, & ſimilitudo ſta græcum εἰκών ab εἴκω, id eſt aſſimilo, ac repræſento deducitur, vti ex Concilio Niceno II. patet: eſſe verò ſimilem Deo, inquit B. Ioannes Chryſoſtomus, eſt omnium ſumma bonorum, homo enim idcircò creatus eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, vt eſſet diuinæ, ac ſupernæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum.

Luc. 6.

S.Ioan. Damaſc.

S.Ioan. Chryſoſt.

S.Gregor. Nyſſenus.

Quod vt quàm optimè, atque feliciſſimè in Galatis ſuis Apoſtolus effectum daret; nullis ſe parcere laboribus, nulla ſubterfugere velle certamina caſtiſſimè fatebatur, certus non ante vt bona mater deſiſtere, quàm *formaretur Christus in illis*, id eſt Chriſti fides & ſpiritus omnium imbueret actiones, vita ac paſſio omnium pingeret mores: vnde profectò, vel ipsâ lucè clarius eorum patet inſania, qui hæreticè nimis de morte & cruciatibus Chriſti Domini Philoſophantes, illa nobis ad meritum ſubſeruire ſolum, non autem ad doctrinam vel exemplum, impiè arbitrantur: ſunt autem ex Lutheri catulis; qui ſtultiſſimè docent grauiſſimâ Chriſtum iniuriâ affici, ſi quæ ille aut fecit, aut paſſus eſt, nos itidem, cum imitando, præſtare conemur.

Sed ſtultos, cùm ita velint, magis ſtulteſcere ſinamus, cùm nobis certiſſimè conſtet, Chriſtum Dominum ad vtrumque fructum conſequendum patri ſuo mortem obtuliſſe, vt proptereà rectè Apoſtolus *Chriſtum* vocauerit *Crucifixum Dei virtutem & Dei Sapientiam*. Virtutem quidem ad meritum quòd ſpectat & efficaciam: Sapientiam verò, quantùm ad exemplum & doctrinam. Et alibi apertius, ſcilicet ad Epheſios 5. cum ſcripſit in hunc modum: *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Quod ritè intellexerat S. Gregorius magnus cùm homil. 37. in Euangel. ſic inſit: *qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus, quod agimus, imitari.*

1.Cor.1.

Epheſ.5.

S.Gregor.

Cauſam addidit S. Gregorius Nazianzenus oratione 4. in Paſch. *ſimus*, inquiens, *vt Chriſtus, quoniam Chriſtus quoque ſicut nos, efficiamur Dij propter ipſum, quoniam ipſe quoque propter nos homo factus eſt; quorſum namque*, vt benè aduertit S. Auguſtinus *ire putamus? niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum? Lib. de* Virginit. *Nos enim ſibi conformes fieri volens*, vt S. Loquitur Cyprianus, *tenere voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ*: nulla ſiquidem ars ſine magiſtro diſcitur, quod & ſenſiſſe naturâ ducè creditus eſt Romanus ſapiens dum epiſt. 11. ſic ſcribit: *Opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ipſi ſe erigant, niſi ad regulam praua non dirigas, elige tibi virum, cuius tibi placuit vultus, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem vel exemplum.* Quod ille de viro cato ac frugi, id ego de homine Deo iuſtiſſimè pronuntiâro; maximâ namque longinqui temporis experientiâ probatum eſt, nuſquàm humanam induſtriam impendi poſſe vtilius nec porro debere honeſtius, quàm imitando Deum ſuum; ad naturam ac conditionem noſtram, cùm homo factus eſt, tam ſuauiter mitigatum; quam etiam cauſſam eſſe dixerim, cur magnus ille rerum omnium conditor & auctor Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſe legitur, non eâ ſolum de causâ, quod animæ illius eximiam ſui impreſſerit figuram, ſed quod eiuſmodi in ſtatu, modoque collocarit, quo virium ſuarum ad diuinam opem acceſſione, conformare ſe eius perfectionibus poſſet, notamque ſimilitudinem æmulari, et tanti archetypi non indignum apographum audire aliquando haberique poſſet, quod S. Ambroſius mellitus ille ſacræ ſapientiæ artifex non ingenioſè minus, quàm luculenter expreſſit cùm in Pſal.118. ſic ſcripſit: *Homo non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus. Alius eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ, per quem facta ſunt omnia: ille non ad imaginem, ſed imago, tu non imago, ſed ad imaginem. Habes ergo in tuâ ſubſtantiâ aliquid de imagine & ſimilitudine Dei, quod ſit diuinæ ſimile imagini. Propterea imago ad eum, qui eſt ad imaginem, venit, & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet & iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.*

Naziaz.

Seneca.

S. Ambroſ.

Atque huc noſtra omnis tendat imitatio, neceſſe eſt, *vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, ſed ille in nobis regnet qui ad nos venit, quæſiturus, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam reformet; quo reſpicere etiam

Rom. 6, 6.

am arbitror, quod à S. Patribus ſapienter aniaduerſum eſt, Paulum Apoſtolum quoties de corpore myſtico, quod Chriſtum inter & fideles eiuſdem coaleſcit diſcipulos, ſermonem infert, toties imitationem eius impenſius ſolitum commendare, vt non immeritò Coloſſenſibus ſuis ſcribens, in hæc verba locutus ſit: *Gaudio in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non quod paſſioni Chriſti in ſe, quoad valorem & pretij ſufficientiam defuerit aliquid, ſed bene in nobis, ſcilicet vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris, id eſt, fidelibus ſimilia patiatur & agat: vt hac ratione corpus eius perfici ac magis magiſque cum capite ſuo poſſit vniri: quod procul dubio fuiſſe id arbitror, quod ſibi in paſſione ſuâ præſtituit: nam vt benè S. Thomas 3.p.q.46.a.4. finis paſſionis redemptio & exemplum: vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos, quæ imitatio, iuxta S. Baſilium & S. Gregor. partè 1. Paſtoral. c.31. tam in homine interno, quàm externo inueniri debet; præcipuè verò in interno, vt cùm haudquaquam poſſimus diuinitatem inuiſibilis Dei, imitemur ſaltem humanitatem viſibilem Chriſti: quod cum attentius ſecum expendiſſet B. Petrus Cardinalis Damiani, *habeatur*, inquiebat, *Chriſtus in corde, habeatur ſignaculum in operatione, & eius in nobis ſemper viua memoria & ſubrepentium cogitationum praua compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeant euidenter.* Dam. in ſer. de S. Caſſiano Mart. — B. Petrus Damiani.

Vnde non minima Chriſtiano homini lux naſci ſolet ac conſolatio, dum per id omne, quod in Chriſto ad imitandum proponitur, aut ſufferendum oſtenditur, non ſolùm actionum paſſionumque eius aſpicit complementum, ſed vt proprium quoque commodum & ſingulare reſpicit emolumentum; ſat gnarus animi ſui demiſſionem pernèceſſariam eſſe, vt ſibi Chriſti humilitas proſit ad vitam; dolorem mentiſque triſtitiam liberè aſſumendam, vt ea, quam Chriſtus in horto ſuſtinuit, in nos fructum deriuet; carnem flagris ac ſcuticis edomandam, vt quæ ipſe flagella ſuſtinuit, nobis proficiant ad ſalutem; quod S. Hieronymus epiſt. ad Algaſiam notaſſe viſus eſt, dum omnes propoſito exemplo Simonis Cyrenæi, qui Crucem legitur portaſſe poſt Ieſum, prouocat ad ſequelam, Chriſtus namque teſte Apoſtolorum Principe
1.Pet.2.21. Petro 1.2.4. *Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamur veſtigia eius.* Quæ verba ex-
S.Bernard. ponens S. Bernardus ſerm. 2 in Cœna Dom. *Dignum eſt*, inquit, *& multum tibi expedit compati & commori paſſo & mortuo Chriſto, ad hoc enim facta ſunt eiuſmodi, vt in his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani, qui enim tamquam membrum Chriſti dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

A Quapropter conſtans SS. PP. ſententia eſt placere magis Chriſto Domino imitationem virtutum eius in paſſione demonſtratarum, ceteris paribus, quàm alios affectus omnes. Ratio eſt, quia imitatio Chriſti virtutum in paſſione exhibitarum, immediatus eſt finis eius paſſionis, alij verò affectus ſunt media ad finem: finis autem perfectior eſt medijs ad finem.

Porro finem Chriſti paſſionis & mortis, Spiritus Sanctus per Apoſtolum Paulum ſic expreſſit: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ*, vt illam ſanctificaret & exhiberet illam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam. Nunquam autem tales erimus ſancti B & immaculati, niſi virtutes eius imitemur, quæ maximè in paſſione reſplendent, noſque irreprehenſibiles reddunt & ſanctos, quod S. Comiti Elzeario cælitus reuelatum Surius docet: qui dum Sacris intereſt, quibus Chriſti patientis memoria colitur, videre ſibi viſus eſt paſſionem eius in totius populi mentibus renouari, animum quoque ſuum erga eandem vehementer incendi, vnde factum, vt deinceps Chriſti ſeruatoris amore & perpeti multa & mortem denique pro eodem oppetere conſtantiſſimè optaret, iniurias, aduerſitates, ac perſecutiones, vt tantò illi foret ſimilior, ſummis quotidie precibus flagitaret. — Eph. 5. 25. — B. Elzear.

Atque huc reſpexiſſe in primis crediderim tot tantaque ſanctiſſimi corporis eius patientis C iam terræ, iam ſaxis, iam linteis impreſſa catagrapha, quæ nulla hactenus vel longæui temporis abſumere edacitas, vel hominum quantumuis ſollers ac nequàm abolere potuit induſtria, non magis quàm ſublimem illam in aëre viam, quam cælos aſcendens inſtitit fornice templi intercludere, quod olim Helena Auguſta iſtic ædificauit. Et illa quidem non pauca aut rara ſunt, quibus, ceu publicis quibuſdam ſignis ac notis imaginem ſui infixit, ne homo, qui hebraicâ voce אנוש Enos dicitur, quod obliuioſum ſonat, bonorum omnium facile immemor, & hoc ingratus aliquando præteriret; quare ex eis nonnulla, vt lectoris mei memoriam iuuiſſe potius videar, quàm arguiſſe, hic D volui afferre, vt tantò in eius imitationem alacrius incumbamus, quantò luculentioribus ſignis eodem ſenſerimus nos inuitari.

Primùm itaque vt hinc exordiar auctor eſt Franciſcus Quareſmius in accuratâ ſuâ terræ ſanctæ deſcriptione, dum in Ægyptum profugus ad Nili flumen Chriſtus infantulus à B. Virgine Deiparâ marmori ſuperpoſitus extorris ſederet, donec madidæ eius veſtes ſiccarentur, illum corpuſculi ſui figuram eidem impreſſiſſe, quæ ad hæc vſque tempora ibidem feliciter perſeuerat.

In deflexu ſupercilij montis Nazarethani, de II.
quo præcipitem eum dare ciues ſtatuerant, *ipſe* Luc.4.30.
autem tranſiens per medium eorum ibat, contrahente

ſoſtomus, vt paſſionis myſterium frequentius A repetitum altius in mente diſcipulorum inſideret ad imitandum. Neque id abs re, ſuaſuque optimæ rationis factum reor, *primum* enim *in vnoquoque genere*, vt auctor eſt in Metaphyſ. Ariſtoteles, *norma eſt cæterorum*, quod de Sole, omne quod lucet; de igne, quod calet liquidiſſimè teſtatur; de Adamo verò in omnibus, quæ naturam ſpectant, quotquot ab eo progeniti ſunt, pariter confitentur, vt nemini iam mirum aut paradoxum videri debeat, ſi idem de ſecundo Adamo, quicumque per reſurrectionem eius ex mortuis in ſpem viuam regenerati ſumus liberrimè fateamur, ita Deo Patre teſtante de illo per os Iſaiæ Prophetæ, c.55. B *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus*, quod Authore S. Gregorio hom. 32. in Euangel. ipſe non ſegniter exſecutus eſt, dum, quia *nouus homo venit in mundum, noua quoque præcepta dedit mundo, vitæq́; noſtræ veteri in vitiis enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Perfectus autem omnis erit*, vt ipſemet ore ſuo confeſſus eſt Luc. 6. *ſi ſit ſicut magiſter eius*, imitans illum, ſimilemque ſe illi efformans ad cuius imaginem factus eſt. Imago autem, vt S. ait Ioan. Damaſcenus, ab imitando nomen habet, quaſi diceret *Imitago*, qui illum in ſe, cuius eſt imago, tamquàm eius effigies exprimit, & ſimilitudo ita græcum εἰκὼν ab εἴκω, id eſt aſſimilo, ac repræſento deducitur, vti ex Concilio Niceno II. patet: eſſe verò ſimilem Deo, inquit B. Ioannes Chryſoſtomus, eſt omnium ſumma bonorum, homo enim idcircò creatus eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, vt eſſet diuinæ, ac ſupernæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum.

Ariſtoteles in Metaph.
Iſaiæ c.55.
S. Gregor.
Luc. 6.
S. Ioan. Damaſc.
S. Ioan. Chryſoſt.
S. Gregor. Nyſſenus.

Quod vt quàm optimè, atque feliciſſimè in Galatis ſuis Apoſtolus effectum daret, nullis ſe parcere laboribus, nulla ſubterfugere velle certamina caſtiſſimè fatebatur, certus non ante vt bona mater deſiſtere, quàm *formaretur Chriſtus in illis*, id eſt Chriſti fides & ſpiritus omnium imbueret actiones, vita ac paſſio omnium pingeret mores: vnde profectò, vel ipſa luce clarius eorum patet inſania, qui hæreticè nimis de morte & cruciatibus Chriſti Domini Philoſo- D phantes, illa nobis ad meritum ſubſeruire ſolum, non autem ad doctrinam vel exemplum, impiè argutantur: ſunt autem ex Lutheri catulis; qui ſtultiſſimè docent grauiſſimâ Chriſtum iniuriâ affici, ſi quæ ille aut fecit, aut paſſus eſt, nos itidem, eum imitando, præſtare conemur.

Sed ſtultos, cùm ita velint, magis ſtulteſcere ſinamus, cùm nobis certiſſimè conſtet, Chriſtum Dominum ad vtrumque fructum conſequendum patri ſuo mortem obtuliſſe, vt proptereà rectè Apoſtolus *Chriſtum* vocauerit *Crucifixum Dei virtutem & Dei Sapientiam.* Virtutem quidem ad meritum quòd ſpectat & efficaciam: Sapientiam verò, quantùm ad exemplum & doctrinam. Et alibi apertius, ſcilicet ad Epheſios 5. cum ſcripſit in hunc modum: *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Quod ritè intellexerat S. Gregorius magnus cùm homil. 37. in Euangel. ſic inquit: *qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus, quod agimus, imitari.*

1. Cor. 1. 24.
Epheſ. 5.
S. Gregor.

Cauſam addidit S. Gregorius Nazianzenus oratione 4. in Paſch. *ſimus*, inquiens, *vt Chriſtus, quoniam Chriſtus quoque ſicut nos, efficiamur Dij propter ipſum, quoniam ipſe quoque propter nos homo factus eſt; quorſum namque*, vt benè aduertit S. Auguſtinus *ire putamus? niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum? Lib. de* Virginit. *Nos enim ſibi conformes fieri volens*, vt S. Loquitur Cyprianus, *tenere voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ*: nulla ſiquidem ars ſine magiſtro diſcitur, quod & ſenſiſſe naturâ duce creditus eſt Romanus ſapiens dum epiſt. 11. ſic ſcribit: *Opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ipſi ſe erigant, niſi ad regulam praua non diriges, elige tibi virum, cuius tibi placuit vultus, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem vel exemplum.* Quod ille de viro cato ac frugi, id ego de homine Deo iuſtiſſimè pronuntiâro; maximâ namque longinqui temporis experientiâ probatum eſt, nuſquam humanam induſtriam impendi poſſe vtilius nec porro debere honeſtius, quàm imitando Deum ſuum, ad naturam ac conditionem noſtram, cùm homo factus eſt, tam ſuauiter mitigatum: quam etiam cauſſam eſſe dixerim, cur magnus ille rerum omnium conditor & auctor Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſe legitur, non eâ ſolum de causâ, quod animæ illius eximiam ſui impreſſerit figuram, ſed quod eiuſmodi in ſtatu, modoque collocarit, quo virium ſuarum ad diuinam opem acceſſione, conformare ſe eius perfectionibus poſſet, notamque ſimilitudinem æmulari, et tanti archetypi non indignum apographum audire aliquando haberique poſſet, quod S. Ambroſius melleus ille ſacræ ſapientiæ artifex non ingenioſè minus, quàm luculenter expreſſit cùm in Pſal. 118. ſic ſcripſit: *Homo non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus. Alius eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ, per quem facta ſunt omnia: ille non ad imaginem, ſed imago, tu non imago, ſed ad imaginem. Habes ergo in tuâ ſubſtantiâ aliquid de imagine & ſimilitudine Dei, quod ſit diuinæ ſimile imagini. Propterea imago ad eum, qui eſt ad imaginem, venit; & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet & iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.*

Nazianz.
Seneca.
S. Ambroſ.

Atque huc noſtra omnis tendat imitatio, neceſſe eſt, *vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, ſed ille in nobis regnet qui ad nos venit, quæſiturus, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam reformet: quo reſpicere etiam

Rom. 6, 6.

iam arbitror, quod à S. Patribus ſapienter animaduerſum eſt, Paullum Apoſtolum quoties de corpore myſtico, quod Chriſtum inter & fideles eiuſdem coaleſcit diſcipulos, ſermonem infert, toties imitationem eius impenſius ſolitum commendare, vt non immeritò Coloſſenſibus ſuis ſcribens, in hæc verba locutus ſit: *Gaudio in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non quod paſſioni Chriſti in ſe, quoad valorem & pretij ſufficientiam defuerit aliquid, ſed benè in nobis, ſcilicet vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris, id eſt, fidelibus ſimilia patiatur & agat: vt hac ratione corpus eius perfici ac magis magiſque cum capite ſuo poſſit vniri: quod procul dubio fuiſſe id arbitror, quod ſibi in paſſione ſuâ præſtituit: nam vt benè S. Thomas 3.p.q.46.a.4. finis paſſionis redemptio & exemplum: vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos, quæ imitatio, iuxta S. Baſilium & S. Gregor. parte 1. Paſtoral. c.31. tam in homine interno, quàm externo inueniri debet; præcipuè verò in interno, vt cùm haudquaquam poſſimus diuinitatem inuiſibilis Dei, imitemur ſaltem humanitatem viſibilem Chriſti: quod cum attentius ſecum expendiſſet B. Petrus Cardinalis Damiani, *habeatur*, inquiebat, *Chriſtus in corde, habeatur ſignaculum in operatione, & eius in nobis ſemper viua memoria & ſubrepentium cogitationum praua compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeant euidenter.* Dam. in ſer. de S. Caſſiano Mart.

B. Petrus Damiani.

Vnde non minima Chriſtiano homini lux naſci ſolet ac conſolatio, dum per id omne, quod in Chriſto ad imitandum proponitur, aut ſufferendum oſtenditur, non ſolùm actionum paſſionumque eius aſpicit complementum, ſed vt proprium quoque commodum & ſingulare reſpicit emolumentum; ſat gnarus animi ſui demiſſionem perneceſſariam eſſe, vt ſibi Chriſti humilitas proſit ad vitam; dolorem mentiſque triſtitiam liberè aſſumendam, vt ea, quam Chriſtus in horto ſuſtinuit, in nos fructum deriuet; carnem flagris ac ſcuticis edomandam, vt quæ ipſe flagella ſuſtinuit; nobis proficiant ad ſalutem; quod S. Hieronymus epiſt. ad Algaſiam notaſſe viſus eſt, dum omnes propoſito exemplo Simonis Cyrenæi, qui Crucem legitur portaſſe poſt Ieſum, prouocat ad ſequelam, Chriſtus namque teſte Apoſtolorum Principe Petro 1.2.4. *Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Quæ verba exponens S. Bernardus ſerm. 2 in Cœna Dom. *Dignum eſt*, inquit, *& multum tibi expedit compati & commori paſſo & mortuo Chriſto, ad hoc enim facta ſunt eiuſmodi, vt in his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani; qui enim tanquam membrum Chriſti dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

1. Pet. 2. 21.

S. Bernard.

A Quapropter conſtans SS. PP. ſententia eſt placere magis Chriſto Domino imitationem virtutum eius in paſſione demonſtratarum, ceteris paribus, quàm alios affectus omnes. Ratio eſt, quia imitatio Chriſti virtutum in paſſione exhibitarum, immediatus eſt finis eius paſſionis, alij verò affectus ſunt media ad finem: finis autem perfectior eſt medijs ad finem.

Porro finem Chriſti paſſionis & mortis, Spiritus Sanctus per Apoſtolum Paulum ſic expreſſit: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ*, vt illam ſanctificaret & exhiberet illam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam. Nunquam autem tales erimus ſancti B & immaculati, niſi virtutes eius imitemur, quæ maximè in paſſione reſplendent, noſque irreprehenſibiles reddunt & ſanctos, quod S. Comiti Elzeario cælitus reuelatum Surius docet: qui dum Sacris intereſt, quibus Chriſti patientis memoria colitur, videre ſibi viſus eſt paſſionem eius in totius populi mentibus renouari, animum quoque ſuum erga eandem vehementer incendi, vnde factum, vt deinceps Chriſti ſeruatoris amore & perpeti multa & mortem denique pro eodem oppetere conſtantiſſimè optaret, iniurias, aduerſitates, ac perſecutiones, vt tantò illi foret ſimilior, ſummis quotidie precibus flagitaret.

Eph. 5. 25.

B. Elzear.

Atque huc reſpexiſſe in primis crediderim tot tantaque ſanctiſſimi corporis eius patientis C iam terræ, iam ſaxis, iam linteis impreſſa catagrapha, quæ nulla hactenus vel longæui temporis abſumere edacitas, vel hominum quantumuis ſollers ac nequàm abolere potuit induſtria, non magis quàm ſublimem illam in aëre viam, quam cælos aſcendens inſtitit fornice templi intercludere, quod olim Helena Auguſta iſtic ædificauit. Et illa quidem non pauca aut rara ſunt, quibus, ceu publicis quibuſdam ſignis ac notis imaginem ſui infixit, ne homo, qui hebraicâ voce אנוש Enos dicitur, quod obliuioſum ſonat, bonorum omnium facilè immemor, & hoc ingratus aliquando præteriret; quare ex eis nonnulla, vt lectoris mei memoriam iuuiſſe potius videar, quàm arguiſſe, hic D voluí afferre, vt tantò in eius imitationem alacrius incumbamus, quantò luculentioribus ſignis eodem ſenſerimus nos inuitari.

Primùm itaque vt hinc exordiar auctor eſt Franciſcus Quareſmius in accuratâ ſuâ terræ ſanctæ deſcriptione, dum in Ægyptum profugus ad Nili flumen Chriſtus infantulus à B. Virgine Deiparâ marmori ſuperpoſitus extorris ſederet, donec madidæ eius veſtes ſiccarentur, illum corpuſculi ſui figuram eidem impreſſiſſe, quæ ad hæc vſque tempora ibidem feliciter perſeuerat.

II. In deflexu ſupercilij montis Nazarethani, de quo præcipitem eum dare ciues ſtatuerant, *ipſe autem tranſiens per medium eorum ibat*, contrahente

Luc. 4. 30.

ſoſtomus, vt paſſionis myſterium frequentius A repertum altius in monte diſcipulorum inſideret ad imitandum. Neque id abs re, ſinſuque optimæ rationis factum reor, *primum* enim *in vnoquoque genere*, vt auctor eſt in Metaphyſ. Ariſtoteles, *norma eſt cęterorum*, quod de Sole, omne quod lucet; de igne, quod calet liquidiſſimè teſtatur; de Adamo verò in omnibus, quæ naturam ſpectant, quotquot ab eo progeniti ſunt, pariter confitentur, vt nemini iam mirum aut paradoxum videri debeat, ſi idem de ſecundo Adamo, quicumque per reſurrectionem eius ex mortuis in ſpem viuam regenerati ſumus liberrimè fateamur, ita Deo Patre teſtante de illo per os Iſaiæ Prophetæ, c.55. B *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus*, quod Authore S. Gregorio hom. 32. in Euangel. ipſe non ſegniter executus eſt, dum, quia *nouus homo venit in mundum, noua quoque præcepta dedit mundo, vitaq; noſtræ veteri in vitiis enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Perfectus autem omnis erit*, vt ipſemet ore ſuo confeſſus eſt Luc.6. *Si ſit ſicut magiſter eius*, imitans illum, ſimilemque ſe illi efformans ad cuius imaginem factus eſt. Imago autem, vt S. ait Ioan. Damaſcenus, ab imitando nomen habet, quaſi diceret *Imitago*, qui illum in ſe, cuius eſt imago, tamquàm eius effigies exprimit, & ſimilitudo ita græcum εἰκὼν ab εἴκω, id eſt aſſimilo, ac repræſento deducitur, vti ex Concilio Niceno II. patet: eſſe verò ſimilem Deo, inquit B. Ioannes Chryſoſtomus, eſt omnium ſumma bonorum, homo enim idcircò creatus eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, vt eſſet diuinæ, ac ſupernæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum.

[Margin: Ariſtoteles in Metaph. — Iſaiæ c.55. — S. Gregor. — Luc. 6. — S. Ioan. Damaſc. — S. Ioan. Chryſoſt. — S. Gregor. Nyſſenus.]

Quod vt quàm optimè, atque feliciſſimè in Galatis ſuis Apoſtolus effectum daret, nullis ſe parcere laboribus, nulla ſubterfugere velle certamina caſtiſſimè fatebatur, certus non ante vt bona mater deſiſtere, quàm *formaretur Chriſtus in illis*, id eſt Chriſti fides & ſpiritus omnium imbueret actiones, vita ac paſſio omnium pingeret mores: vnde profectò, vel ipsa luce clarius eorum patet inſania, qui hæreticè nimis de morte & cruciatibus Chriſti Domini Philoſo- D phantes, illa nobis ad meritum ſubſeruire ſolum, non autem ad doctrinam vel exemplum, impiè argutantur: ſunt autem ex Lutheri catulis; qui ſtultiſſimè docent grauiſſimâ Chriſtum iniuriâ affici, ſi quæ ille aut fecit, aut paſſus eſt, nos itidem, cum imitando, præſtare conemur. Sed ſtultos, cùm ita velint, magis ſtulteſcere ſinamus, cùm nobis certiſſimè conſtet, Chriſtum Dominum ad vtrumque fructum conſequendum patri ſuo mortem obtuliſſe, vt proptereà rectè Apoſtolus *Chriſtum* vocauerit *Crucifixum Dei virtutem & Dei Sapientiam.* Virtutem quidem ad meritum quòd ſpectat & efficaciam: Sapientiam verò, quantùm ad exemplum & doctrinam. Et alibi apertius, ſcilicet ad Epheſios 5. cum ſcripſit in hunc modum: *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Quod ritè intellexerat S. Gregorius magnus cùm homil. 37. in Euangel. ſic inſit: *qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus, quod agimus, imitari.*

[Margin: 1. Cor. 1. — Epheſ. 5. — S. Gregor.]

Cauſam addidit S. Gregorius Nazianzenus oratione 4. in Paſch. *ſimus*, inquiens, *vt Chriſtus, quoniam Chriſtus quoque ſicut nos, efficiamur Dij propter ipſum, quoniam ipſe quoque propter nos homo factus eſt; quorſum namque*, vt benè aduertit S. Auguſtinus *ire putamus? niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum?* Lib. de Virginit. *Nos enim ſibi conformes fieri volens*, vt S. Loquitur Cyprianus, *tenere voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ*: nulla ſiquidem ars ſine magiſtro diſcitur, quod & ſenſiſſe naturâ duce creditus eſt Romanus ſapiens dum epiſt. 11. ſic ſcribit: *Opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ipſi ſe erigant, niſi ad regulam praua non diriges, elige tibi virum, cuius tibi placuit vultus, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem vel exemplum.* Quod ille de viro cato ac frugi, id ego de homine Deo iuſtiſſimè pronuntiaro; maximâ namque longinqui temporis experientiâ probatum eſt, nuſquàm humanam induſtriam impendi poſſe vtilius nec porro debere honeſtius, quàm imitando Deum ſuum, ad naturam ac conditionem noſtram, cùm homo factus eſt, tam ſuauiter mitigatum; quam etiam cauſſam eſſe dixerim, cur magnus ille rerum omnium conditor & auctor Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſe legitur, non eâ ſolum de causâ, quod animæ illius eximiam ſui impreſſerit figuram, ſed quod eiuſmodi in ſtatu, modoque collocarit, quo viribus ſuarum ad diuinam opem acceſſione, conformare ſe eius perfectionibus poſſet, notamque ſimilitudinem æmulari, et tanti archetypi non indignum apographum audire aliquando haberique poſſet, quod S. Ambroſius melleus ille ſacræ ſapientiæ artifex non ingenioſè minus, quàm luculenter expreſſit cùm in Pſal. 118. ſic ſcripſit: *Homo non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus. Alius eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ, per quem facta ſunt omnia: ille non ad imaginem, ſed imago, tu non imago, ſed ad imaginem. Habes, ergo in tuâ ſubſtantiâ aliquid de imagine & ſimilitudine Dei, quod ſit diuinæ ſimile imagini. Propterea imago ad eum, qui eſt ad imaginem, venit; & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet & iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.*

[Margin: Nazianz. — Seneca. — S. Ambroſ.]

Atque huc noſtra omnis tendat imitatio, neceſſe eſt, *vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, ſed ille in nobis regnet qui ad nos venit, quæſiturus, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam reformet: quo reſpicere etiam

[Margin: Rom. 6, 6.]

iam arbitror, quod à S. Patribus ſapienter animaduerſum eſt, Paullum Apoſtolum quoties de corpore myſtico, quod Chriſtum inter & fideles eiuſdem coaleſcit diſcipulos, ſermonem infert, toties imitationem eius impenſius ſolitum commendare, vt non immeritò Coloſſenſibus ſuis ſcribens, in hæc verba locutus ſit: *Gaudio in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non quod paſſioni Chriſti in ſe, quoad valorem & pretij ſufficientiam defuerit aliquid, ſed benè in nobis, ſcilicet vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris, id eſt, fidelibus ſimilia patiatur & agat: vt hac ratione corpus eius perfici ac magis magiſque cum capite ſuo poſſit vniri: quod procul dubio fuiſſe id arbitror, quod ſibi in paſſione ſuâ præſtituit: nam vt benè S. Thomas 3. p. q. 46. a. 4. finis paſſionis redemptio & exemplum: vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos, quæ imitatio, iuxta S. Baſilium & S. Gregor. parte 1. Paſtoral. c. 31. tam in homine interno, quàm externo inueniri debet; præcipuè verò in interno, vt cùm haudquaquam poſſimus diuinitatem inuiſibilis Dei, imitemur ſaltem humanitatem viſibilem Chriſti: quod cum attentius ſecum expendiſſet B. Petrus Cardinalis Damiani, *habeatur*, inquiebat, *Chriſtus in corde, habeatur ſignaculum in operatione, & eius in nobis ſemper viua memoria & ſubrepentium cogitationum praua compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeant euidenter.* Dam. in ſer. de S. Caſſiano Mart.

B. Petrus Damiani.

Vnde non minima Chriſtiano homini lux naſci ſolet ac conſolatio, dum per id omne, quod in Chriſto ad imitandum proponitur, aut ſufferendum oſtenditur, non ſolùm actionum paſſionumque eius aſpicit complementum, ſed vt proprium quoque commodum & ſingulare reſpicit emolumentum; ſat gnarus animi ſui demiſſionem pernecceſſariam eſſe, vt ſibi Chriſti humilitas proſit ad vitam; dolorem mentiſque triſtitiam liberè aſſumendam, vt ea, quam Chriſtus in horto ſuſtinuit, in nos fructum deriuet; carnem flagris ac ſcuticis edomandam, vt quæ ipſe flagella ſuſtinuit, nobis proficiant ad ſalutem; quod S. Hieronymus epiſt. ad Algaſiam notaſſe viſus eſt, dum omnes propoſito exemplo Simonis Cyrenæi, qui Crucem legitur portaſſe poſt Ieſum, prouocat ad ſequelam, Chriſtus namque teſte Apoſtolorum Principe Petro 1. 2. 4. *Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Quæ verba exponens S. Bernardus ſerm. 2. in Cœna Dom. *Dignum eſt*, inquit, *& multum tibi expedit compati & commori paſſo & mortuo Chriſto, ad hoc enim facta ſunt eiuſmodi, vt in his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani; qui enim tanquam membrum Chriſti dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

1. Pet. 2. 21.

S. Bernard.

Quapropter conſtans SS. PP. ſententia eſt placere magis Chriſto Domino imitationem virtutum eius in paſſione demonſtratarum, ceteris paribus, quàm alios affectus omnes. Ratio eſt, quia imitatio Chriſti virtutum in paſſione exhibitarum, immediatus eſt finis eius paſſionis, alij verò affectus ſunt media ad finem: finis autem perfectior eſt medijs ad finem.

Porro finem Chriſti paſſionis & mortis, Spiritus Sanctus per Apoſtolum Paulum ſic expreſſit: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ*, vt illam ſanctificaret & exhiberet illam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam. Nunquam autem tales erimus ſancti & immaculati, niſi virtutes eius imitemur, quæ maximè in paſſione reſplendent, noſque irreprehenſibiles reddunt & ſanctos, quod S. Comiti Elzeario cælitus reuelatum Surius docet: qui dum Sacris intereſt, quibus Chriſti patientis memoria colitur, videre ſibi viſus eſt paſſionem eius in totius populi mentibus renouari, animum quoque ſuum erga eandem vehementer incendi, vnde factum, vt deinceps Chriſti ſeruatoris amore & perpeti multa & mortem denique pro eodem oppetere conſtantiſſimè optaret, iniurias, aduerſitates, ac perſecutiones, vt tantò illi foret ſimilior, ſummis quotidie precibus flagitaret.

Eph. 5. 25.

B. Elzear.

Atque huc reſpexiſſe in primis crediderim tot tantaque ſanctiſſimi corporis eius patientis iam terræ, iam ſaxis, iam linteis impreſſa catagrapha, quæ nulla hactenus vel longæui temporis abſumere edacitas, vel hominum quantumuis ſollers ac nequàm abolere potuit induſtria, non magis quàm ſublimem illam in aëre viam, quam cælos aſcendens inſtitit fornice templi intercludere, quod olim Helena Auguſta iſtic ædificauit. Et illa quidem non pauca aut rara ſunt, quibus, ceu publicis quibuſdam ſignis ac notis imaginem ſui infixit, ne homo, qui hebraicâ voce אנוש Enos dicitur, quod obliuioſum ſonat, bonorum omnium facile immemor, & hoc ingratus aliquando præteriret; quare ex eis nonnulla, vt lectoris mei memoriam iuuiſſe potius videar, quàm arguiſſe, hic volui afferre, vt tantò in eius imitationem alacrius incumbamus, quantò luculentioribus ſignis eodem ſenſerimus nos inuitari.

Primùm itaque vt hinc exordiar auctor eſt Franciſcus Quareſmius in accuratâ ſuâ terræ ſanctæ deſcriptione, dum in Ægyptum profugus ad Nili flumen Chriſtus infantulus à B. Virgine Deiparâ marmori ſuperpoſitus extorris ſederet, donec madidæ eius veſtes ſiccarentur, illum corpuſculi ſui figuram eidem impreſſiſſe, quæ ad hæc vſque tempora ibidem feliciter perſeuerat.

II. In deflexu ſupercilij montis Nazarethani, de quo præcipitem eum dare ciues ſtatuerant, *ipſe autem tranſiens per medium eorum ibat*, contrahente

Luc. 4. 30.

Digitized by Google

ſoſtomus ; vt paſſionis myſterium frequentius A repetitum altius in mente diſcipulorum inſideret ad imitandum. Neque id abs re, ſiuſuque optimæ rationis factum reor, *primum enim in vnoquoque genere*, vt auctor eſt in Metaphyſ. Ariſtoteles, *norma eſt cæterorum*, quod de Sole, omne quod lucet; de igne, quod calet liquidiſſimè teſtatur; de Adamo verò in omnibus, quæ naturam ſpectant, quotquot ab eo progeniti ſunt, pariter confitentur, vt nemini iam mirum aut paradoxum videri debeat, ſi idem de ſecundo Adamo, quicumque per reſurrectionem eius ex mortuis in ſpem viuam regenerati ſumus liberrimè fateamur, ita Deo Patre teſtante de illo per os Iſaiæ Prophetæ, c.55. B *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus*, quod Authore S. Gregorio hom. 32. in Euangel. ipſe non ſegniter executus eſt, dum, quia *nouus homo venit in mundum, noua quoque præcepta dedit mundo, vitæq; noſtræ veteri in vitijs enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Perfectus autem omnis erit*, vt ipſemet ore ſuo confeſſus eſt Luc. 6. *Si ſit ſicut magiſter eius*, imitans illum, ſimilemque ſe illi efformans ad cuius imaginem factus eſt. Imago autem; vt S. ait Ioan. Damaſcenus, ab imitando nomen habet, quaſi diceret *Imitago*, qui illum in ſe, cuius eſt imago, tamquàm eius effigies exprimit, & ſimilitudo ita græcum εἰκὼν ab εἴκω, id eſt aſſimilo, ac repræſento deducitur, vti ex Concilio Niceno II. patet: eſſe verò ſimilem Deo, inquit B. Ioannes Chryſoſtomus, eſt omnium ſumma bonorum, homo enim idcircò creatus eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, vt eſſet diuinæ, ac ſupernæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum.

Ariſtoteles in Metaph.

Iſaiæ c.55.

S. Gregor.

Luc. 6.

S. Ioan. Damaſc.

S. Ioan. Chryſoſt.

S. Gregor. Nyſſenus.

Quod vt quàm optimè, atque feliciſſimè in Galatis ſuis Apoſtolus effectum daret, nullis ſe parcere laboribus, nulla ſubterfugere velle certamina caſtiſſimè fatebatur, certus non ante vt bona mater deſiſtere, quàm *formaretur Chriſtus in illis*, id eſt Chriſti fides & ſpiritus omnium imbueret actiones, vita ac paſſio omnium pingeret mores: vnde profectò, vel ipſa luce clarius eorum patet inſania, qui hæreticè nimis de morte & cruciatibus Chriſti Domini Philoſo- D phantes, illa nobis ad meritum ſubſeruire ſolum, non autem ad doctrinam vel exemplum, impiè arbitrantur: ſunt autem ex Lutheri catulis; qui ſtultiſſimè docent grauiſſimâ Chriſtum iniuriâ affici, ſi quæ ille aut fecit, aut paſſus eſt, nos itidem, cum imitando, præſtare conemur.

Sed ſtultos, cùm ita velint, magis ſtulteſcere ſinamus, cùm nobis certiſſimè conſtet, Chriſtum Dominum ad vtrumque fructum conſequendum patri ſuo mortem obtuliſſe, vt proptereà rectè Apoſtolus *Chriſtum* vocauerit *Crucifixum Dei virtutem & Dei Sapientiam.* Virtutem quidem ad meritum quòd ſpectat & efficaciam: Sapientiam verò, quantùm ad exemplum & doctrinam. Et alibi apertius, ſcilicet ad Epheſios 5. cum ſcripſit in hunc modum: *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Quod ritè intellexerat S. Gregorius magnus cùm homil. 37. in Euangel. ſic inquit: *qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus, quod agimus, imitari.*

1. Cor. 1.

Epheſ. 5.

S. Gregor.

Cauſam addidit S. Gregorius Nazianzen. oratione 4. in Paſch. *ſimus*, inquiens, *vt Chriſtus, quoniam Chriſtus quoque ſicut nos, efficiamur Dij propter ipſum, quoniam ipſe quoque propter nos homo factus eſt; quorſum namque*, vt benè aduertit S. Auguſtinus *ire putamus? niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum? Lib. de* Virginit. *Nos enim ſibi conformes fieri volens*, vt S. Loquitur Cyprianus, *tenere voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ*: nulla ſiquidem ars ſine magiſtro diſcitur, quod & ſenſiſſe naturâ duce creditus eſt Romanus ſapiens dum epiſt. 11. ſic ſcribit: *Opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ipſi ſe erigant, niſi ad regulam praua non diriges, elige tibi virum; cuius tibi placuit vultus, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem vel exemplum.* Quod ille de viro cato ac frugi, id ego de homine Deo iuſtiſſimè pronuntiâro; maximâ namque longinqui temporis experientiâ probatum eſt, nuſquam humanam induſtriam impendi poſſe vtilius nec porro debere honeſtius, quàm imitando Deum ſuum, ad naturam ac conditionem noſtram, cùm homo factus eſt, tam ſuauiter mitigatum: quam etiam cauſſam eſſe dixerim, cur magnus ille rerum omnium conditor & auctor Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſe legitur, non eâ ſolum de causâ, quod animæ illius eximiam ſui impreſſerit figuram, ſed quod eiuſmodi in ſtatu, modoque collocarit, quo virium ſuarum ad diuinam operam acceſſione, conformare ſe eius perfectionibus poſſet, notamque ſimilitudinem æmulari, & tanti archetypi non indignum apographum audire aliquando haberique poſſet, quod S. Ambroſius mellicus ille ſacræ ſapientiæ artifex non ingenioſè minus, quàm luculenter expreſſit cùm in Pſal. 118. ſic ſcripſit: *Homo non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus. Alius eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ, per quem facta ſunt omnia: ille non ad imaginem, ſed imago, tu non imago, ſed ad imaginem. Habes ergo in tuâ ſubſtantiâ aliquid de imagine & ſimilitudine Dei, quod ſit diuinæ ſimile imagini. Propterea imago ad eum, qui eſt ad imaginem, venit, & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet & iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.*

Nazianz.

Seneca.

S. Ambroſ.

Atque huc noſtra omnis tendat imitatio, neceſſe eſt, *vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, ſed ille in nobis regnet qui ad nos venit, quæſiturus, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam reformet: quo reſpicere bi-

Rom. 6, 6.

iam

iam arbitror, quod à S. Patribus ſapienter animaduerſum eſt, Paulum Apoſtolum quoties de corpore myſtico, quod Chriſtum inter & fideles eiuſdem coaleſcit diſcipulos, ſermonem infert, toties imitationem eius impenſius ſolitum commendare, vt non immeritò Coloſſenſibus ſuis ſcribens, in hæc verba locutus ſit: *Gaudio in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non quod paſſioni Chriſti in ſe, quoad valorem & pretij ſufficientiam defuerit aliquid, ſed benè in nobis, ſcilicet vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris, id eſt, fidelibus ſimilia patiatur & agat: vt hac ratione corpus eius perfici ac magis magiſque cum capite ſuo poſſit vniri: quod procul dubio fuiſſe id arbitror, quod ſibi in paſſione ſuâ præſtituit: nam vt benè S. Thomas 3. p. q. 46. a. 4. finis paſſionis redemptio & exemplum: vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos, quæ imitatio, iuxta S. Baſilium & S. Gregor. parte 1. Paſtoral. c. 31. tam in homine interno, quàm externo inueniri debet; præcipuè verò in interno, vt cùm haudquaquam poſſimus diuinitatem inuiſibilis Dei, imitemur ſaltem humanitatem viſibilem Chriſti: quod cum attentius ſecum expendiſſet B. Petrus Cardinalis Damiani, *habeatur*, inquiebat, *Chriſtus in corde, habeatur ſignaculum in operatione, & eius in nobis ſemper viua memoria & ſubrepentium cogitationum praua compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeant euidenter.* Dam. in ſer. de S. Caſſiano Mart.

B. Petrus Damiani.

Vnde non minima Chriſtiano homini lux naſci ſolet ac conſolatio, dum per id omne, quod in Chriſto ad imitandum proponitur, aut ſufferendum oſtenditur, non ſolùm actionum paſſionumque eius aſpicit complementum, ſed vt proprium quoque commodum & ſingulare reſpicit emolumentum; ſat gnarus animi ſui demiſſionem pernéceſſariam eſſe, vt ſibi Chriſti humilitas proſit ad vitam; dolorem mentiſque triſtitiam liberè aſſumendam, vt ea, quam Chriſtus in horto ſuſtinuit, in nos fructum deriuet; carnem flagris ac ſcuticis edomandam, vt quæ ipſe flagella ſuſtinuit, nobis proficiant ad ſalutem; quod S. Hieronymus epiſt. ad Algaſiam notaſſe viſus eſt, dum omnes propoſito exemplo Simonis Cyrenæi, qui Crucem legitur portaſſe poſt Ieſum, prouocat ad ſequelam, Chriſtus namque teſte Apoſtolorum Principe Petro 1. 2. 4. *Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Quæ verba exponens S. Bernardus ſerm. 2. in Cœna Dom. *Dignum eſt*, inquit, *& multum tibi expedit compati & commori paſſo & mortuo Chriſto, ad hoc enim facta ſunt eiuſmodi, vt in his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani; qui enim tanquam membrum Chriſti dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

1. Pet. 2. 21.

S. Bernard.

Quapropter conſtans SS. PP. ſententia eſt placere magis Chriſto Domino imitationem virtutum eius in paſſione demonſtratarum, ceteris paribus, quàm alios affectus omnes. Ratio eſt, quia imitatio Chriſti virtutum in paſſione exhibitarum, immediatius eſt finis eius paſſionis, alij verò affectus ſunt media ad finem: finis autem perfectior eſt medijs ad finem.

Porro finem Chriſti paſſionis & mortis, Spiritus Sanctus per Apoſtolum Paulum ſic expreſſit: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea*, vt illam ſanctificaret & exhiberet illam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam. Nunquam autem tales erimus ſancti & immaculati, niſi virtutes eius imitemur, quæ maximè in paſſione reſplendent, noſque irreprehenſibiles reddunt & ſanctos, quod S. Comiti Elzeario cælitus reuelatum Surius docet: qui dum Sacris intereſt, quibus Chriſti patientis memoria colitur, videre ſibi viſus eſt paſſionem eius in totius populi mentibus renouari, animum quoque ſuum erga eandem vehementer incendi, vnde factum, vt deinceps Chriſti ſeruatoris amore & perpeti multa & mortem denique pro eodem oppetere conſtantiſſimè optaret, iniurias, aduerſitates, ac perſecutiones, vt tantò illi foret ſimilior, ſummis quotidie precibus flagitaret.

Eph. 5. 25.

B. Elzear.

Atque huc reſpexiſſe in primis crediderim tot tantaque ſanctiſſimi corporis eius patientis iam terræ, iam ſaxis, iam linteis impreſſa catagrapha, quæ nulla hactenus vel longæui temporis abſumere edacitas, vel hominum quantumuis ſollers ac nequàm abolere potuit induſtria, non magis quàm ſublimem illam in aëre viam, quam cælos aſcendens inſtitit fornice templi intercludere, quod olim Helena Auguſta iſtic ædificauit. Et illa quidem non pauca aut rara ſunt, quibus, ceu publicis quibuſdam ſignis ac notis imaginem ſui infixit, ne homo, qui hebraicâ voce אנוש Enos dicitur, quod obliuioſum ſonat, bonorum omnium facile immemor, & hoc ingratus aliquando præteriret; quare ex eis nonnulla, vt lectoris mei memoriam iuuiſſe potius videar, quàm arguiſſe, hic volui afferre, vt tantò in eius imitationem alacrius incumbamus, quantò luculentioribus ſignis eodem ſenſerimus nos inuitari.

Primùm itaque vt hinc exordiar auctor eſt Franciſcus Quareſmius in accuratâ ſuâ terræ ſanctæ deſcriptione, dum in Ægyptum profugus ad Nili flumen Chriſtus infantulus à B. Virgine Deiparâ marmori ſuperpoſitus extorris ſederet, donec madidæ eius veſtes ſiccarentur, illum corpuſculi ſui figuram eidem impreſſiſſe, quæ ad hæc vſque tempora ibidem feliciter perſeuerat.

II. In deflexu ſupercilij montis Nazarethani, de quo præcipitem eum dare ciues ſtatuerant, *ipſe autem tranſiens per medium eorum ibat*; contrahente

Luc. 4. 30.

A perat exiſtimatione, vim morbi præcipuè ſitam eſſe animaduerteret, omnem adhibere operam cœpit, vt hunc ei errorem eriperet. Docebat proinde, quantumcumque ex illuſtri quis ac ſplendidâ ſtirpè deſcenderet, ſi tamen vitam maiorum factis degenerem inſtituat, non hunc nobilem cenſendum, ſed ſub ſpecioſo nobilitatis titulo animum gerere plebeium. Addebat, non in fumoſis parentum imaginibus, ſed veris præclariſque virtutibus ſitam eſſe nobilitatem, quibus, dum vel nobiliſſimus cæteróquin carere deprehenditur, nihil ab infimæ ſortis hominibus differre.

B Quibus à Socrate auditis, inquit Plutarchus, dimiſit criſtas Alcibiades, & alas in terram depreſſit, atque, vt in Tuſculanis, quæſt. 3. Cicero ſcribit: *cum perſuaſum ei fuiſſet, nihil inter Alcibiadem ſummo loco natum, & quemuis baiulum intereſſe, afflictauit ſe Alcibiades, Lachrymanſq́; Socrati ſupplex fuit, vt ſibi virtutem traderet, turpitudinemque depelleret.*

Alijs ergo ſe intueri oculis cœpit, ſuiq́ue iam ſibi conſcius, diuerſam planè viuendi rationem inſtituit, ac priore excuſſo Alcibiade, nouum induit. Nihil illo deinceps humanius, nihil affabilius, tantâque facilitate & comitate cum cuiuſcumque ſortis hominibus verſabatur, vt omnes mirarentur. Vnde inter nobiliſſimas, quibus Græciam illuſtrauit, victorias, hæc, C quam de ſe tulit, meritò prima cenſetur: nec vllus glorioſior Alcibiadis, quàm de Alcibiade triumphus, quem vna ſui cognitio Alcibiadi peperiſſe inuenitur. Quiſquis igitur ſeipſum maturè inſpiciet, hominiſque conditionem accuratè ac ſeriò expendet, vberem cum Alcibiade cauſam inueniet hominem veterem exuendi, nouumq́ue induendi, quod apud noſtros tantò certius obtinebit, quantò lux ipſa tenebris antiſtare perhibetur: nouerat id Bernardus, cùm in hæc verba ſcripſit: *Volo animam primò omnium ſcire ſeipſam, nihil enim* (vt benè monet hugo de S.Victore) *rectè exiſtimat, qui ſeipſum ignorat*, quod ſanè non aliubi, quàm in proprio atque interioris animi ſcrinio indages oportet, vel ipſo accinente Satyrico

S.Bernard.

Hugo de S.Victor.

Nec te quæſiueris extra:

quis ſcilicet, qualiſúe homo ſis, nouus an vetus, integer an vitioſus, non alibi meliùs quàm apud te vnum condiſces. Et hæc denique cauſa fuit, quare B. Frāciſcus de Borgia ex Gādienſi Duce, & Cathalauniæ Prorege Societatis Ieſu ſacerdos, poſteaquàm ſeriò ad omnem vitæ ſanctimoniam graſſari decreuiſſet, duas quotidiè horas cognitionis ſui ſtudio conſignarit, quo veteris hominis inſpecto ſenio, vitijſque eius probè exutus, nouus aliquando homo appareret.

Quibus ego, alijſque rationibus permotus, qui hoc qualicumque commentario hominem veterem curare atque in nouum Deo dante commutare; non mendaci aliquo Peliæ balneo, ſed Chriſti Iesv innocentiſſimo ſanguine conſtitui, quis ille Vetvs. quis Novvs ſit, primùm ſtatui indagare. Atque hîc primùm mihi aurem aperijt Eccleſiaſtes Hieroſolymæ Rex, magni Patris ſapientiſſimus filius, qui cap. 7. ſic loquitur: *ſolummodò hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus*: quibus id innuiſſe videtur Deum quidem primùm hominem feciſſe rectum ac nouum, non tantùm rectitudine ac nouitate naturæ, vt voluit Caietanus, ſed & gratiæ ſanctificantis ac iuſtitiæ originalis, vt ſic veram ad felicitatem viam capeſſeret; ipſum autem à rectitudine hâc & nouitate deſciſcendo ſe & poſteros inquinaſſe peccato, & concupiſcentiæ, quæ infinitas ei cogitationes, deſideria & quæſtiones ſuggerit, ignauiter ſubdidiſſe, vt modò nuſquàm, cùm ab vno Deo deſciuerit; requiem aut tranquillitatem inueniat: ſed inſtar Euripi mille curarum & cupiditatum fluctibus conflictetur; atque hoc eſt quòd S. Hieronym. lib 2. contra Iouinian. his verbis explanauit: *Cùm boni creati ſimus, & boni à Deo, ipſi vitio noſtro ſumus ad peiora delapſi, & quòd in paradiſo rectum in nobis fuerat, egredientibus de paradiſo eſt deprauatum*, addo & antiquatum.

Eccle. 7.

S.Hieron.

Deus ergo fecit hominem integrum ac rectum, quia in ipſo creationis exordio gratiam ſanctificantem Adamo infudit, eumq́ue iuſtitiâ originali veſtiuit: gratia efficiebat Deiformē, Angelorum fratrem, creaturarum Dominum: originalis iuſtitia per iugem Dei aſſiſtentiam omnes animæ vires, puta intellectum voluntatē ac memoriam, item ſenſus & appetitus omnes ita moderabatur, pacatoſq́ue reddebat, vt nulla inter eos gliſceret diſcordia, nullus appareret defectus. Iam verò poſt lapſum ſolutâ hac potentiarum harmoniâ, homine toto diſtemperato, corpus animæ imperium cæpit detrectare, ſenſus & appetitus rationi obſiſtere, ratio autem diuinas leges præterire, creatoris ſui iuſſa contemnere, cui proinde per Ieremiā iuſtiſſimè ſequentia exprobrauit dicens: *fregiſti iu-* D *gum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam.* Quid multis? cœpit homo vetuſteſcere, opera manuum eius inueterata ſunt Iſ. 65. 23. *à plantâ pedis vſque ad verticem deperijt in eò vigor & ſanitas, ſecundùm deſideria erroris*, teſte S. Hieronym. *ſemper errans & in opere corruptionis belluans à ſeipſo infeliciter deficit.* Triſte proſcenium! quòd niſi Dei filius commutaſſet, iam in triſtiſſimam cataſtrophen omne genus hominum deſiiſſet: hîc itaque de ſinu magni genitoris huc veniens, ſymbolum hoc velut gentilitium attulit: *ecce ego noua facio omnia* Iſaiæ 43. 19. dum ſcilicet diuinâ quâdam metamorphoſi veterem nos hominem exuere, nouumq́ue docuit auſpicari, vnum id pro ſuâ in nos beneuolentiâ ac caritate efflagitans, vt cùm vetere Adamo, eiuſdem

Ierem. 2. 20.

Iſaiæ 65. 23.

S.Hieron.

Iſaiæ 43. 19.

dem conſuetudines miſſas facere, nouoque indutі, huius ſanctimoniam amare ac proſequi velimus? quo fiat, *vt ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis* 1.Cor.15.49. quòd huiuſcemodi aliquo emblemate clarum fit. Emblema. Cor è cerâ rubrâ figuratum, lupini capitis formam ſibi gerens impreſſam, in acerrâ liqueſcit, de quâ in ſubiectum effluens proplaſma, cui ſanctiſſimum Nomen IESV ſpinis coronatum, inſculptum eſt, non iam caput lupinum, ſed Ieſum præ ſe fert; atque ita dum vetera recedunt, noua fiunt omnia; corda, voces & opera: quamuis autem non leuis id operæ negotium cenſendum ſit, vt ſatis ipſe innuit, cùm hominem Phariſaicis moribus imbutum aggreſſus, nihil illi accommodatiùs, ſed & difficilius nihil, dicere voluit, quàm mutandam eſſe pellem, iterum naſcendum eſſe, ſi ſaluus eſſe vellet; ſuâ tamen ope, atque exemplo, hoc fieri poſſe, teſtatus; dum non minùs ſe in iubendo promptum, quàm in adiuuando gnauum futurum eſſe promiſit: *inſtè*, ſiquidem, *inſtat præcepto*, vt S. loquitur Leo, *quia præcurrit auxilio.*

S. Bernard. Finio cùm mellifluo Doctore Bernardo: *duo homines ſunt, vetus vnus, alter & nouus, ille terrenus, hic cæleſtis: illius imago vetuſtas, huius imago nouitas; eſt autem triplex vetuſtas, & è contrario triplex nouitas. Eſt enim vetuſtas in corde, ore, & corpore, in quibus, tribus modis peccamus, cogitatione, locutione, opere. In corde ſunt deſideria carnalia & ſecularia, id eſt amor carnis, & amor ſeculi: ſimiliter in ore eſt gemina vetuſtas, arrogantia & derogatio: item geminæ in corpore flagitia & facinora. Hæc omnia ſunt imago veteris hominis, & hæc omnia renouanda ſunt in nobis exhortante Apoſtolo: expoliantes vos veterem hominem cùm actibus ſuis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem ſecundum imaginem eius, qui creauit illum.* Coloſſ.3.10. *Renouetur ergo cor à carnalibus deſideriis & ſecularibus, vt excluſis illis introducatur amor Dei & amor patriæ cæleſtis. Recedant ab ore arrogantia & derogatio: & ſuccedant pro iis vera peccatorum confeſſio, & bona de proximis æſtimatio; pro flagitijs & facinoribus, quæ vetuſtas eſt corporis, aſſumatur continentia & innocentia, vt ſcilicet contrarijs virtutibus contraria vitia depellantur.* Ita Bernard. ſerm.30. inter paruos.

CAPVT QVARTVM.

Veteri homini exuendo, nouoq; induendo Chriſti Domini patientis notitia, paſſio, præſertim imitatio neceſſaria ſunt.

SAnctum opus, & nulli alteri à quoquàm comparandum: Vetere homine exuto, quem peccatis, vitijſque innutritum hactenùs aluit, fouitque φιλαυτίᾳ, Bonum meditari, & excelſo, erectoque animo, ſalutis ſuæ percupido, membris omnibus fruſtra obſiſtentibus

A eundem inducere: quo myſticus ab Iſaaco cognitus Iacob, paternam benedictionem matre conniitente obtineat, & priorem fratrem notâ felicitate ſupplantet; hoc eſt, mortalis homo Mariâ opitulante, ad ſtatum ac dignitatem filij Dei adoptiui, per imitationem naturalis aſcendat, vnde ſimilis iam factus, eius quoque vt filius, ita & poſſit eſſe cohæres, *quos enim præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*, q.d. vt ſicut is Dei filius eſt naturalis, ita vt nos eiuſdem filij, ſed adoptiui habeamur & ſimus, neceſſè eſt imagini illius ſimili vitâ conformari, idque primò per modum prædeſtinationis. Prædeſtinauit enim nos Deus in adoptionem filio- B rum per Ieſum Chriſtum in ipſum: non ſolùm, vt ait S. Thomas per Chriſtum, id eſt, per merita Chriſti, ſed in Chriſtum, id eſt imitatione Chriſti, quia ſicut Chriſtus duplici prædeſtinatione prædeſtinatus fuit, vnâ ad gloriam, vt ad finem, alterâ ad Crucem, vt ad medium, ſic & nos.

Secũdò per Creationem, quia, teſte S. Thoma, creatum eſſe ad imaginem Dei, idem eſt, atque ad imitationem Dei: Oportet enim, vt docet S. Bernardus, quòd ad imaginem Dei eſt, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare.

Tertiò per conditionem paſſionis, quæ docente S. Thoma 3.p.q.78. operatur per modum C cauſſæ vniuerſalis, quæ requirit concurſum particularis, vt apparet in ſole, vnde fit virtutem Paſſionis Chriſti, non applicari nobis niſi medio Sacramentorum ex opere operato, & mediante exercitio virtutum ex opere operantis.

Probatur autem hæc neceſſitas ex titulo, quo Chriſtus nominatur caput noſtrum, frater, idea.

Si is caput, ergo nos membra: membrorum eſt ſe capiti conformare, primò in Cruce, deinde in gloriâ.

Chriſtus filius naturalis, nos adoptiui, qui debent naturales imitari, iuxta principium S. Thomæ 3.p.q.3.art.8. Participatiuum enim ta- D le eſt per imitationem eſſentialis, ſicut ignitum eſt tale per ignem.

Chriſtus idea noſtra, ergo imitanda, quia vt ait S. Thomas, per eandem formam artis, quâ formatur vas, ſi collapſum fuerit, reſtauratur.

Chriſtus Dominus & magiſter noſter, ergo nos ſerui & diſcipuli, & horum eſt imitari; ita Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Ioan.13.15 Et huc oculos coniectos habebat Chriſtus, dum adeò ſæpè huius memoriam diſcipulis inculcabat, vnde imitatio dependebat, vt patet Lucæ.9.44. Luc.9.44. *ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos, filius hominis futurum eſt, vt tradatur in manus hominum*, & Marci 10. iterùm Matth. 20. quòd factum notauit Chryſoſtomus,

ſoſtomus, vt paſſionis myſterium frequentius A repetitum altius in mente diſcipulorum inſideret ad imitandum. Neque id abs re, ſuaſuque optimæ rationis factum reor, *primum* enim *in vnoquoque genere*, vt auctor eſt in Metaphyſ. Ariſtoteles, *norma eſt cæterorum*, quod de Sole, omne quod lucet; de igne, quod calet liquidiſſimè teſtatur; de Adamo verò in omnibus, quæ naturam ſpectant, quotquot ab eo progeniti ſunt, pariter confitentur, vt nemini iam mirum aut paradoxum videri debeat; ſi idem de ſecundo Adamo, quicumque per reſurrectionem eius ex mortuis in ſpem viuam regenerati ſumus liberrimè fateamur, ita Deo Patre teſtante de illo per os Iſaiæ Prophetæ, c. 55. B *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus*, quod Authore S. Gregorio hom. 32. in Euangel. ipſe non ſegniter exſecutus eſt, dum, quia *nouus homo venit in mundum, noua quoque præcepta dedit mundo, vitæq; noſtræ veteri in vitijs enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Perfectus autem omnis erit*, vt ipſemet ore ſuo confeſſus eſt Luc. 6. *ſi ſit ſicut magiſter eius*, imitans illum, ſimilemque ſe illi efformans ad cuius imaginem factus eſt. Imago autem, vt S. ait Ioan. Damaſcenus, ab imitando nomen habet, quaſi diceret *Imitago*, qui illum in ſe, cuius eſt imago, tamquàm eius effigies exprimit, & ſimilitudo ita græcum εἰκὼν ab εἴκω, id eſt aſſimilo, ac repræſento deducitur, vti ex Concilio Niceno II. patet: eſſe verò ſimilem Deo, inquit B. Ioannes Chryſoſtomus, eſt omnium ſumma bonorum, homo enim idcircò creatus eſt, inquit S. Gregorius Nyſſenus, vt eſſet diuinæ, ac ſupernæ virtutis animatum quoddam ſimulachrum.

Ariſtoteles in Metaph.

Iſaiæ c. 55.

S. Gregor.

Luc. 6.

S. Ioan. Damaſc.

S. Ioan. Chryſoſt.

S. Gregor. Nyſſenus.

Quod vt quàm optimè, atque feliciſſimè in Galatis ſuis Apoſtolus effectum daret, nullis ſe parcere laboribus, nulla ſubterfugere velle certamina caſtiſſimè fatebatur, certus non ante vt bona mater deſiſtere, quàm *formaretur Chriſtus in illis*, id eſt Chriſti fides & ſpiritus omnium imbueret actiones, vita ac paſſio omnium pingeret mores: vnde profectò, vel ipsâ luce clarius eorum patet inſania, qui hæreticè nimis de morte & cruciatibus Chriſti Domini Philoſo- D phantes, illa nobis ad meritum ſubſeruire ſolum, non autem ad doctrinam vel exemplum, impiè argumentur: ſunt autem ex Lutheri catulis; qui ſtultiſſimè docent grauiſſimâ Chriſtum iniuriâ affici, ſi quæ ille aut fecit, aut paſſus eſt, nos itidem, eum imitando, præſtare conemur. Sed ſtultos, cùm ita velint, magis ſtulteſcere ſinamus, cùm nobis certiſſimè conſtet, Chriſtum Dominum ad vtrumque fructum conſequendum patri ſuo mortem obtuliſſe, vt proptereà rectè Apoſtolus *Chriſtum* vocauerit *Crucifixum Dei virtutem & Dei Sapientiam*. Virtutem quidem ad meritum quod ſpectat & efficaciam: Sapientiam verò, quantùm ad exemplum & doctrinam. Et alibi apertius, ſcilicet ad Epheſios 5. cum ſcripſit in hunc modum: *Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* Quod ritè intellexerat S. Gregorius magnus cùm homil. 37. in Euangel. ſic inſit: *qui Paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, debemus, quod agimus, imitari.*

1. Cor. 1.

Epheſ. 5.

S. Gregor.

Cauſam addidit S. Gregorius Nazianzenus oratione 4. in Paſch. *ſimus*, inquiens, *vt Chriſtus, quoniam Chriſtus quoque ſicut nos, efficiamur Dij propter ipſum, quoniam ipſe quoque propter nos homo factus eſt; quorſum namque*, vt benè aduertit S. Auguſtinus *ire putamus? niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum? Lib. de* Virginit. *Nos enim ſibi conformes fieri volens*, vt S. Loquitur Cyprianus, *tenere voluit in vitâ, quod exhibuit in perſonâ*: nulla ſiquidem ars ſine magiſtro diſcitur, quod & ſenſiſſe naturâ duce creditus eſt Romanus ſapiens dum epiſt. 11. ſic ſcribit: *Opus eſt aliquo ad quem mores noſtri ipſi ſe erigant, niſi ad regulam praua non dirigas, elige tibi virum, cuius tibi placuit vultus, & oratio, & ipſius animum ante te ferens & vultum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem vel exemplum.* Quod ille de viro cato ac frugi, id ego de homine Deo iuſtiſſimè pronuntiaro; maximâ namque longinqui temporis experientiâ probatum eſt, nuſquàm humanam induſtriam impendi poſſe vtilius nec porro debere honeſtius, quàm imitando Deum ſuum; ad naturam ac conditionem noſtram, cùm homo factus eſt, tam ſuauiter mitigatum; quam etiam cauſſam eſſe dixerim, cur magnus ille rerum omnium conditor & auctor Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creaſſe legitur, non eâ ſolum de causâ, quod animæ illius eximiam ſui impreſſerit figuram, ſed quod eiuſmodi in ſtatu, modoque collocarit, quo virium ſuarum ad diuinam opem acceſſione, conformare ſe eius perfectionibus poſſet, notamque ſimilitudinem æmulari, vt tanti archetypi non indignum apographum audire aliquando haberique poſſet, quod S. Ambroſius melleus ille ſacræ ſapientiæ artifex non ingenioſè minus, quàm luculenter expreſſit cùm in Pſal. 118. ſic ſcripſit: *Homo non eſt imago Dei, ſed ad ſimilitudinem factus. Alius eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ, per quem facta ſunt omnia: ille non ad imaginem, ſed imago, tu non imago, ſed ad imaginem. Habes ergo in tuâ ſubſtantiâ aliquid de imagine & ſimilitudine Dei, quod ſit diuinæ ſimile imagini. Propterea imago ad eum, qui eſt ad imaginem, venit; & quærit imago eum, qui eſt ad ſimilitudinem ſui, vt iterum ſignet & iterum conformet, quia amiſiſti, quod accepiſti.*

Nazianz.

Seneca.

S. Ambroſ.

Atque huc noſtra omnis tendat imitatio, neceſſe eſt, *vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato*, ſed ille in nobis regnet qui ad nos venit, quæſiturus, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam reformet: quo reſpicere etiam

Rom. 6, 6.

tiam arbitror, quod à S. Patribus ſapienter animaduerſum eſt, Paullum Apoſtolum quoties de corpore myſtico, quod Chriſtum inter & fideles eiuſdem coaleſcit diſcipulos, ſermonem infert, toties imitationem eius impenſius ſolitum commendare, vt non immeritò Coloſſenſibus ſuis ſcribens, in hæc verba locutus ſit:
Col. 1. 24. *Gaudio in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non quod paſſioni Chriſti in ſe, quoad valorem & pretij ſufficientiam defuerit aliquid, ſed benè in nobis, ſcilicet vt Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris, id eſt, fidelibus ſimilia patiatur & agat: vt hac ratione corpus eius perfici ac magis magiſque cum capite ſuo poſſit vniri: quod procul dubio fuiſſe id arbitror, quod ſibi in paſſione ſuâ præſtituit: nàm vt benè S. Thomas 3. p. q. 46. a. 4. finis paſſionis redemptio & exemplum: vt quos habebat Redemptionis ſeruos, haberet conuerſationis diſcipulos, quæ Imitatio, iuxta S. Baſilium & S. Gregor. parte 1. Paſtoral. c. 31. tam in homine interno, quàm externo inueniri debet; præcipuè verò in interno, vt cùm haudquaquam poſſimus diuinitatem inuiſibilis Dei, imitemur ſaltem humanitatem viſibilem Chriſti: quod cum attentius ſecum expendiſſet B. Petrus Cardinalis Damiani,
B. Petrus Damiani. *habeatur*, inquiebat, *Chriſtus in corde, habeatur ſignaculum in operatione, & eius in nobis ſemper viua memoria & ſubrepentium cogitationum praua compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeant euidenter.* Dam. in ſer. de S. Caſſiano Mart.

Vnde non minima Chriſtiano homini lux naſci ſolet ac conſolatio, dum per id omne, quod in Chriſto ad imitandum proponitur, aut ſufferendum oſtenditur, non ſolùm actionum paſſionumque eius aſpicit complementum, ſed vt proprium quoque commodum & ſingulare reſpicit emolumentum; fit gnarus animi ſui demiſſionem pernece ſſariam eſſe, vt ſibi Chriſti humilitas proſit ad vitam; dolorem mentiſque triſtitiam liberè aſſumendam, vt ea, quam Chriſtus in horto ſuſtinuit, in nos fructum deriuet; carnem flagris ac ſcuticis edomandam, vt quæ ipſe flagella ſuſtinuit; nobis proficiant ad ſalutem; quod S. Hieronymus epiſt. ad Algaſiam notaſſe viſus eſt, dum omnes propoſito exemplo Simonis Cyrenæi, qui Crucem legitur portaſſe poſt Ieſum, prouocat ad ſequelam, Chriſtus namque teſte Apoſtolorum Principe
1. Pet. 2. 21. Petro 1. 2. 4. *Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Quæ verba ex-
S. Bernard. ponens S. Bernardus ſerm. 2. in Cœna Dom. *Dignum eſt*, inquit, *& multum tibi expedit compati & commori paſſo & mortuo Chriſto, ad hoc enim facta ſunt eiuſmodi, vt in his omnibus configuretur & conformetur vita Chriſtiani; qui enim tanquam membrum Chriſti dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

A Quapropter conſtans SS. PP. ſententia eſt placere magis Chriſto Domino imitationem virtutum eius in paſſione demonſtratarum, ceteris paribus, quàm alios affectus omnes. Ratio eſt, quia imitatio Chriſti virtutum in paſſione exhibitarum, immediatus eſt finis eius paſſionis, alij verò affectus ſunt media ad finem: finis autem perfectior eſt medijs ad finem.

Porro finem Chriſti paſſionis & mortis, Spiritus Sanctus per Apoſtolum Paulum ſic expreſſit: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ*, vt illam ſanctificaret & exhi- Eph. 5. 25.
beret illam glorioſam, non habentem maculam, aut rugam. Nunquam autem tales erimus ſancti
B & immaculati, niſi virtutes eius imitemur, quæ maximè in paſſione reſplendent, noſque irreprehenſibiles reddunt & ſanctos, quod S. Comiti Elzeario cælitus reuelatum Surius docet: B. Elzear.
qui dum Sacris intereſt, quibus Chriſti patientis memoria colitur, videre ſibi viſus eſt paſſionem eius in totius populi mentibus renouari, animum quoque ſuum erga eandem vehementer incendi, vnde factum, vt deinceps Chriſti ſeruatoris amore & perpeti multa & mortem denique pro eodem oppetere conſtantiſſimè optaret, iniurias, aduerſitates, ac perſecutiones, vt tantò illi foret ſimilior, ſummis quotidie precibus flagitaret.

Atque huc reſpexiſſe in primis crediderim tot tantaque ſanctiſſimi corporis eius patientis
C iam terræ, iam ſaxis, iam linteis impreſſa catagrapha, quæ nulla hactenus vel longæui temporis abſumere edacitas, vel hominum quantumuis ſollers ac nequàm abolere potuit induſtria, non magis quàm ſublimem illam in aëre viam, quam cælos aſcendens inſtitit fornice templi intercludere, quod olim Helena Auguſta iſtic ædificauit. Et illa quidem non pauca aut rara ſunt, quibus, ceu publicis quibuſdam ſignis ac notis imaginem ſui infixit, ne homo, qui hebraicâ voce אנוש Enos dicitur, quod obliuioſum ſonat, bonorum omnium facilè immemor, & hoc ingratus aliquando præteriret; quare ex eis nonnulla, vt lectoris mei memoriam iuuiſſe potius videar, quàm arguiſſe, hic
D volui afferre, vt tantò in eius imitationem alacrius incumbamus, quantò luculentioribus ſignis eodem ſenſerimus nos inuitari.

Primùm itaque vt hinc exordiar auctor eſt Franciſcus Quareſmius in accuratâ ſuâ terræ ſanctæ deſcriptione, dum in Ægyptum profugus ad Nili flumen Chriſtus infantulus à B. Virgine Deiparâ marmori ſuperpoſitus extorris ſederet, donec madidæ eius veſtes ſiccarentur, illum corpuſculi ſui figuram eidem impreſſiſſe, quæ ad hæc vſque tempora ibidem feliciter perſeuerat.

In deflexu ſupercilij montis Nazarethani, de II.
quo præcipitem eum dare ciues ſtatuerant, *ipſe* Luc. 4. 30.
autem tranſiens per medium illorum ibat, contrahente

hente ſe rupe & intra ſe opifici ſuo latibulum dante, rugæ veſtimentorum eius & pedum veſtigia impreſſa cernuntur. Borchardus parte 1. c. 6. §. 8.

III. Cùm Abagarus Edeſſenorum Regulus deſiderio videndi Domini, pictorem miſiſſet ad eum, qui effigiem illius penicillo exciperet, pictor verò fulgoribus, qui ex Chriſti facie egrediebantur hallucinatus præſtare id nequiret; Chriſtus, quæ eius in Abagarum voluntatis erat propenſio, arreptum linteum faciei ſuæ admouit, eique effigiem ſuam impreſſit, Regique tranſmiſit. Ita Nicephorus l. 2. c. 7. l. 17. cap. 16. Ioan. Damaſc. l. 4. fid. c. 17. Euagrius l. 4. hiſtor. c. 27. Eiuſdem mentio fit in 2. Synodo Nicena Act. 5.

IV. In horto Gethſemani vbi Patrem pro tranſlatione Calicis orauit, relicta cernuntur manuum, genuum, pedum, etiam digitorum lapidi impreſſa veſtigia: nec procul inde alius quoque lapis oſtenditur in quo manuum pedumque eius marmore excepta videntur indicia, quo nimirùm in loco à militibus captus, atque in terrã proſtratus fuiſſe traditur; ferturq; ex eò lapide nihil, ne ferreis quidem inſtrumentis abradi poſſe. Baronius tom. 1. ad an. 34. Borchardus, Radziuilius.

V. Lapidi huic iungo ſudarium, quod dicitur Olineti, quo pridiè mortis ſuę ad radicem montis Oliuarum, ſudorem ſuum inter orandũ Saluator abſterſit, eique vultus ſui triſtiſſimam effigiem impreſſit, hodieque integrum aſſeruatur & colitur in Monte S. Bauariæ, vt Iacobus Gretſerus auctor eſt tom. 1. de Cruce li. 1. c. 97.

VI. Villâ Gethſemani captiuus egreſſus, iamq; torrentem Cedron tranſiturus obuiàm habuit rupem quamdam duram & aſperam, in quam à militibus impulſus, eidem velut molli ceræ non ſolùm pedum ſuorum, ſed & manuum ac funis, quo erat ligatus, veſtigia infixit. Ita Arauda, Quareſmius tom. 2. l. 4. c. 13.

VII. Baiulans ille ſibi crucem exibat in eum, qui dicitur Caluariæ locum, vt, vbi ſuſpendioſorum eſſet area, ibi martyrum vexillum erigeretur: cùm ecce mulier, quædam Berenice, ſiue Veronica nomine, propter cuius ædes ſanguinolentus tranſibat, videns Chriſti faciem tantâ impietate defomatam, ad eum propius acceſſit, detractumque lineum capitis ſui velum illi obtulit, quo ſudorem tergeret ac ſanguinem: admiſit Dominus, vultuſque ſui imagine eidem perfectè impreſſâ, ipſi reddidit: addit autem Lanſpergius hom. 19. de paſſ. Chriſti faciem adeò perfectè ſudario illi impreſſam fuiſſe, vt & digitorum, quibus, dum alapâ feriretur percuſſus eſt, ſigna potuerint internoſci. Quod verò, cum Alphonſo Salmerone, nequaquàm tacendum eſt, ferunt ſudarium illud triplicatum Chriſto traditum fuiſſe, diuinoque vultui admotum, eius imaginem ſingulis ſui partibus ex- A cepiſſe, quarum prima Romæ, altera in vrbe Giennenſi, tertia Hieroſolymis aſſeruatur. Ita Rutilius Benzonius lib. 1. de fugâ. Ioan. Eckius Actione 5. Conſid. 1. Franciſc. Suares diſp. 54. in 3. p. Salmeron, &c.

VIII. Duæ prætereà ſindones repeniuntur, quibus totius corporis ſui afflictiſſimi ſymmetriam nobis exhibere voluit, quarum prima Auguſtæ Taurinorum in Subalpinis aſſeruatur: fuitque illa, quâ ſanctiſſimum Chriſti corpus inuolutum fuit, dum è Cruce depoſitum ad pollincturæ locum à Nicodemo Ioſephoque, nobilibus atque illuſtribus viris deferretur: & hanc quidem Paulus II. Sixtus IV. Iulius II. & Clemens VIII. publico nomine approbatam, va- B rijs honoribus cumularunt.

Altera verò Veſontione in Sequanis magno impendio colitur, illaque fuiſſe creditur, quâ obuolutus atque in ſepulchro poſitus fuiſſe Chriſtus perhibetur.

IX. In littore maris Galilæi, ſiue Tiberiadis, eodem quo Diſcipulis loco poſt reſurrectionem apparuit, dicens: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis*, (Ioan. 21. 5.) veſtigia pedum eius in marmore excepta etiamnum videri aſſerit oculatus teſtis Franciſcus Quareſmius tomo 2. deſcriptionis terræ Sanctæ.

X. Auctor eſt Adamannus lib. 1. cap. 17. Burchardus in deſcriptione terræ ſanctæ, Radziuilius in Hodęporico dum Cælum Dominus Ie- C ſus ex monte Olineti conſcenderet, perenne calcati pulueris documentum nobis omnibus reliquiſſe, vt veſtigia eius iſtic cernantur impreſſa, & cùm quotidie confluentium fides à Domino calcata diripiat, damnum tamen arcam minimè ſentire, & eandem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignatam veſtigiis terram cuſtodire, quòd vel hinc ſingulariter æſtimâris, quòd licet eodem in mõte, & ex eâ parte Romanus exercitus ſub Tito fuerit caſtrametatus, Hieroſolymam obſeſſurus, vti ex Flauio Ioſepho liquet, tamen Chriſti Domini veſtigia pedibus equorum militumúe nec fracta fuiſſe, nec deleta: quòd S. Hieronymus (S. Hieron.) prioribus vetuſtior libro de locis Hebraicis ita deſcribit: D *Mons Olineti ad Orientem Hieroſolymæ eſt, vbi vltima veſtigia Domini hodieq; monſtrantur, cumq; terra eadem quotidie à credentibus excauetur & exaretur, nihilominus tamen eadem ſancta veſtigia priſtinum ſtatum continuò recipiunt.* Aperiebat tum Dominus primò cælũ & ex veſtigijs impreſſis viam, quâ illuc eundum eſt, deſignabat. In cælũ enim non aſcenditur niſi per veſtigia Crucifixi, ipſum imitando & veſtigia eius ſequendo: quòd luculenter vt ſolet omnia, expreſſit Chryſoſtomus (S. Ioan. Chryſoſt.) oratione 5. contra Iudæos. *Propterea*, inquiens, *Chriſtianus es, ideò hoc nomen accepiſti, vt Chriſtum imiteris, iuxta Apoſtolum: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* (Petri 1. 2. 24.)

Nec minùs diligenter idem Dominus noſter ac Seruator poſteaquàm Cælo receptus eſt, rem hanc varijs modis accuraſſe, atque omnes nos eodem pellexiſsè viſus eſt.

Domine, quo vadis?

Primò, cùm extra portam Capenam quæ nunc S. Sebaſtiani dicitur, loco, qui communiter appellatur *Domine, quo vadis*, Chriſtus ex vrbe fugienti Petro de cælis obuiàm factus, marmoreo lapidi pedum ſuorum veſtigia impreſſit, qui lapis, hodieque in templo S. Martyris Sebaſtiani religiosè ſeruatur.

Vultus Chriſti in Iaſpide.

Secundò videre eſt perelegans caput Saluatoris ex caſtâ Iaſpide Orientali, quòd ſub ſpineo diademate, vnoque oculorum cruentis guttis hinc inde reſpergitur, idque natiuâ marmoris indole, & Iaſpidinis venis ita ad miracu- B lum conſpirantibus. Inſuper pallor ipſe opaco viridi inſperſus, mortis ſpeciem pingit in vultu; & rubentes minutiores venulæ, inſtar ſtillarum ſanguinis in genis ſudant. Ita oculatus teſtis Petrus Ancreus Conſil. Reg. Franc. l. 5. Inconſtãt.

Tertiò, multorum Mercatorum relatione didiciſſe ſe fide bonâ ſcribit Ioannes Nyder inſignis Dominicanæ familiæ Theologus, qui dudum in regno Granatenſi Saracenos inter verſati fuerant, ibidem repertam arborem pomiferam, cuius fructus qualitercunque inciderentur ſemper in parte inciſâ imaginem Crucifixi clariſſimè repræſentabant. Nyder formicarij cap. 6.

Crux in pomo.

Quartò habet Marchio Badenſis lapidem C pretioſum, qui, ex quacunque parte inſpiciatur, Chriſti crucifixi Imaginem diſtinctè in ſe oſtendit, atque immunditiem menſtruatæ adeò fugit, vt à tali viſus, ſtatim caligine tetrâ obducatur, quæ tamen ſucceſſiuè abcedit. Repertus autem hic caſu fortuito dicitur à ruſtico, ac Marchioni oblatus.

Chriſti vultus in gemma.

Quintò Venetijs in S. Georgij, columna eſt, teſte Ancreo, in quâ crucifixi imago, ita graphicè à naturâ marmori impreſſa, vt pictoris opus credi poſsit.

Sextò arboris cuiuſdam fructus eſt, quem Paradiſi pomum nuncupant; alijs Muſa dicitur, cuius in vniuersâ penè Syriâ ingens copia naſcitur, ſpeciem cucumerum noſtratium refe- D rens, hic cùm ad maturitatem peruenit mollis ac tener, odoris ſuauiſſimi & guſtatus gratiſsimi, conciſus non Crucem tantùm, ſed Crucifixi repræſentat imaginem, teſte Henrico Caniſio Antiq. lec. tomo 5. folio 112. Admirabilior tamen fructus eſt huic penè ſimilis qui in Peruano regno naſcitur frequenſque in Nouâ Hiſpaniâ, inſulâ S. Dominici & Canariâ magnâ reperitur, in cuius medulla non Crucis tantùm ſignum, ſed ipſius Crucifixi imago expreſſa cernitur, vt tradunt Hieronymus de Aguero, & Ioannes de Oſorio.

Crucifixus in Cucumere.

Pro Coronide adiungo florem nobiliſsimũ Granadillum, magno voto meo vt in cuiuſlibet A Lectoris mei corde, velut in horto eius domeſtico aliquando naſcatur. In Americæ prouinciâ illâ, quæ Regnum Cuſæ continet; vbi Indorum Imperatorum eſt ſedes, ad vrbem præterea Limam, vbi Regis Catholici Vicarij reſident, oritur planta, quæ fructum eiuſdem nominis viſendum profert: vocatur linguâ patriâ *Granadilla*, ob ſimilitudinem aliquam quàm hoc pomum habet cùm punico, quòd Malum granatum nuncupatur, in eius flore tam affabrè expreſſa cernuntur Dominicæ Paſsionis inſtrumenta, ſacraque myſteria, vt Indi ipſi à Chriſtianis edocti, florem ipſum Paſsionem Domini noſtri appellent. Eius hæc ferè effigies eſt.

Flos Granadilla.

Planta granadillum ferens hederæ ſimilis eſt, eodemque modo repit ac ſcandit, quocumque loco ponatur. Elegans eſt, cùm fructu onuſta conſpicitur propter eius amplitudinem. Flos eſt albæ Roſæ perſimilis eam tamen magnitudine nonnihil exſuperat, odore autem vincit. Folium, quòd per ambitum floris huiuſce corpus format & effigiat, vnicum eſt & continuum, quale in noſtrate conuoluulo, eſt autem coloris fului, aut liuidi, vt eſt leunculorum. Protendentes verò ſe ſuper hoc folium circumcirca radij aliquot parui coloris flaui, è medio ſeu centro floris conſurgunt, & licet vnum ſit folium, tamen radijs ita diſtinguitur, vt diuerſa putentur. Vnũquodq; autẽ ex his folijs per mediũ & directã lineam, inductas habet quinque velut recentis ſanguinis maculas ſiue guttulas.

Vbi autem ſectiones ſunt radiorum circa florem, ſubtus apparent quædam filorum rubeorum capita, quæ ſub folio, è globulo, ſeu nodulo floris exeunt, videnturque totidem purpurei radij, quæ coronam faciunt. In ſinu dehinc illius floris (qui quidem ſinus illi roſarum perquàm ſimilis eſt,) ſtant per circulum quinque corallia parua, tenera, rotunda, facta, fictaq; per naturã, quaſi quinque ſanguineas guttas, quales è recenti exſiliunt vulnere, velint repræſentare.

E centri verò circulo, quem corallia ſanguinea formant, enaſcitur ramuſculus, colore inter rubrum & flauum medio. Is effigiat columellam cùm baſi & capitello. Quâ quidem de columellâ deſuper pronaſcuntur, quinque coloris eiuſdem virgulæ, quæ ſe vnà illigantes & vincientes, efformant ſeptuaginta duarum ſpinarum corollam, qualis fuit, quæ in paſsione caput Saluatoris transfixit.

E mediâ hac Corollâ videntur tria ferrei coloris germina, ſpinis reliquis eminentiora diſtincta & ſeparata ab inuicem, treſque Crucifixi clauos referunt. Horum clauorũ cuſpides columellę capitello inſiſtũt, ex quo etiam germinãt.

Totũ floris corpulculũ ſub ſuo folio ſeptem alia folia viridia, longa anguſta ita vt extremũ lanceæ mucronum referant, quippe in acumen deſinentia, oſtentat. Ea velut totidem brachia per amicè ſuccurrunt, ſiue ad tutelam & cuſto-

diam floris, quando clauſus eſt, ſiue ad ſuſtentandum, quando apertus eſt. Porrò, flos aperit ſe quotidie cùm ortu, claudit ſe cum ſolis occaſu.

Fruſtra ſim, ſi hæc omnia per comparationem amplificare velim & Paſſionem Domini nouæ plantæ; eius inſignia huius floribus; Chriſtum Granadillo; Paſſionis fructus, pomis admirandi fructcis conferre. Docere etiam, quæ ſuauitas in Granadilli manducatione, vel ſorbitione. quæ ventriculi confortatio, quæ corporis refectio, non ſolùm eandem, ſed infinities maiorem haberi poſſe in animâ & ſentiri ex paſſionis Dominicæ tractatione, lectione, ſcriptione, meditatione, contemplatione. Item fructum Paſſionis, tamquàm ſuauiſſimi edulij, & efficaciſſimæ medicinæ decerpi poſſe, vbique, & parabilem eſſe ſemper, toto quidem anno, potiſſimùm tamen quadrageſimæ tempore, quo eius eſus longè iucundiſſimus & ſaluberrimus.

Flos iſte nouus Peruanus paſsim iam circumfertur depictus. Vnus prout naſcitur in Americâ, inde Romam àllatus fuit & ſummo Pōtifici Paullo V. oblatus, de quo ſic luſit Nicolaus Cauſſin. in ſymbolis l. 34.

Ite procul blandi Veneris lu libria flores,
Quos parit in riſum luxurioſus ager.
Altius vna ſuos tollit Granadilla dolores,
Et fert congeſti pondera tota Dei.
Tortilis hic nodus & adunco milite ſurgit
Regis apex Domini, gloria mixta malis.
Hic Orna, hic claui, Chriſti pretioſa ſupellex
Pauperis, hic rubris vulnera picta notis.
O dilecta Deo, cui cælum nectare ſudat,
Et vigil intactas flora tuetur opes.
Quis tantæ in partu luſit miracula flore?
Nempe ſuâ hic pinxit ſe Deus ipſe manu.

Neque hi- finis: & alibi non pauca huiuſmodi miracula eſt inuenire, ac primò, omne prodigium pænè ſuperat quod in vitâ S. Ludouici ſcriptum didicimus. Lapis grandinis è cælo cecidit, ſed ſignis admirabilibus illuſtris. Erat in lapide impreſſa Crux, & formata in Cruce Chriſti Seruatoris Crucifixi ſtupenda effigies. Sed & titulus Crucis deſuper aureo charactere ita ſcriptus legebatur: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Admirandum Palladium! Audi terra, vide & lege! ſi cæca es, ecce collyrium. Liquefacta enim prodigioſa hæc grando, in aquas ſalutares abijt, quæ cùm aliorum tum verò religioſi cuiuſdam cæcutientis oculos, excuſsis tenebris, diei priſtinæ clariſsimos reddidêre.

Cruces è cælo lapſæ.

Sub Maximiliano Primo Imperatore delapſæ è cælo effigies inſtrumentorum Chriſti paſsi baiulæ. Vidit Picus Mirādulanus Maximiliano oſtendente, & ſtupuit rei teſtis Germania. Stat iuuenis ſub vmbilico præcinctus, extenſis manibus, nudus aliàs perforatæ manus & pedes: dextra, collum, ſiniſtra, pectus, venter, plena omnia impreſsis forcipibus, Crucibus, furcis,

A clauis, tribus in collo flagris, veſte inconſutili vexillo, frameâ, talis tribus ſeu aleis, gallo, triginta argenteis, corbibus, coronâ ſpineâ, ipſe aſpectus faciei mirabilis erat.

Auctor eſt Lanturius in faſciculo temp. Ratisbonę. Norimbergæ, Landishuti, & alibi cecidiſſe Cruces de cælo in veſtes virorum, plus tamen in veſtes mulierum propter ſuperbiam.

Dum Carolus Auſtriacus Lincij in Auſtriâ conuentum cùm ſuis celebraret, natus in ruſticâ domo, parentibus item ruſticanis Infans, qui vltimo ante mortem triduo ſudauit, & quartodecimo à natiuitate ſuâ die exſtinctus eſt. Vix exſpirarat, cùm in paruulo mortui cadauere

V. Vulnera in corpore defuncti infantis apparent.

B prodigioſa in manibus, pedibuſque & in latere ſigna erupêre. Examinata res oculis & inſpecta diligentius, deprehenſumque vulnus in latere, vulnera in pedibus ac manibus, illis non abſimilia quæ in Crucifixi imaginibus pingi ſolēt. Ex ipſo enim paruuli cranio corona enata eſt, ſpineæ illi Chriſti coronæ perſimilis. Fabulam dicas, niſi delatâ ad Cæſarem famâ prodigij miſsi ad rem propius & curioſius inſpiciendam à Cæſare viri. quibus fides eſſet integerrima, paruulum his inſignem vulneribus, ac tali redimitum coronâ contemplati, rem ſe ita ac fama ferebat habere, oculati teſtes affirmaſſent. Bizarus, Delrius, tomo 1. diſq. l2. q. 25.

Eucharistia verſa in Crucifixum Pariſijs.

C Sed parum eſt his, e, alijſque rebus noſtratibus, eiuſmodi mnemoſyna impreſsiſſe, & in Euchariſtico pane, veri corporis ſui ſanguiniſque Sacramento paſſus eſt denuò omnia, quæ olim tulerat, tormenta non ſemel renouari. Annus agebatur 1290. cùm Pariſijs à Iudæo mulier pecuniam fænori acceperat, veſte in pignus relictâ Appetente Paſchate, cùm ea ornari cuperet, nec impetrare poſſet, niſi ſacram illi hoſtiam deferret, acquieuit miſera, & 30. aſsium pretio (nec enim ampliùs Iudæo debitum erat) Dominum vendidit. Triumphare homo impius tam gratâ, acceptaque ſibi merce: quare ſtatim hoſtiam menſæ impoſitam vulnerat, & ecce ſanguinem exprimit, mox clauo transfodit. & denuò ſanguinem ex eadem profundit. Quibus nequidquàm emollitus, tertiò hoſtiam

D poſti affigit, & maiorum exemplo virgis acriter, diuque cædit: & quod mirêre, neque ſic eam comminuit. aut rumpit. Ab vxore increpitus hoſtiam in ignem conijcit: at illa per flammas illæſa exſilit, mox cultro diſſecare in partes aggreditur, ſed fruſtra: ergo ſuſpenſam è ligno, eâ domus parte, quàm pudor nominare vetat, lanceâ petit, & rurſus ſanguinem elicit. Extabat ſuper foco grandior lebes, aquâ bullicnte plenus, in eum hoſtiam mergit, & ecce ſtatim mutare colorem aqua, ſanguinem inducere ipſa, panis ſpecie relictâ, eam aſſumere, quæ fuit Chriſti è Cruce pendentis: quo demum ſpectaculo territus fugit, ſed vnius è liberis ſimplicitate proditus, in manus iudicum venit.

nit, & impœnitens igni viuus combuſtus eſt, regnante in Galliâ Franciſco pulchro, cuius mandato deicidæ domus in templum mutata. Sacra hoſtia etiamnum in parœciâ S. Ioan. de Greue, thecæ incluſa cernitur. Ita Bapt. fulgoſus. Papyrius, Villanæus, Scipio de pleix, Milo in libello ſingulari.

Et quorſum, dices, hæc omnia? niſi vt diuini erga nos amoris μνημόσυνον, ſuam nobis in ſaxis, terris, linteis, floribus, fructibus adeóque ipſis nobis effigiem relinqueret, imò & in ſe velut denuò renouaret: quo declarare vel ipſe poſſet, quàm non vulgariter in nobis expreſſam paſſionis ſuæ imaginem intueri deſideret, qui eandem tot inſenſibilibus communi-

Cant. 8. 6. B cauit: iuxta illud Cant. 8. 6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum:* Vt meritò dixerit *S. Gregorius Nyſſenus: ſuæ quemque vitæ pictorem eſſe, artificem huius operis eſſe voluntatem, colores virtutes, exemplar Chriſtum eſſe debere, vt à quo nomen, ab ipſo formam ac rationem Chriſtiani habeamus, ſi aliquando illius gloriæ, quâ modo in cælis perfruitur compotes eſſe volumus;* quàm vt pernecеſſariam conditionem dum in Taboritica rupe transfiguratus, ſpeciem ſibi corporis beatorum luce coruſcantis induceret, catus ap-

Matth. 17. poſuit, *loquens de exceſſu, quem completurus eſſet in Ieruſalem*, perſpicuè innuendo priuſquàm ad glorioſam transfigurationem quis veniat, ante oportere eundem per laborioſam, quæ animam

C in ſimilitudinem humilitatis, patientiæ, obedientiæ ac charitatis Chriſti, corpus verò noſtrum in ſimilitudinem dolorum ac pœnarum eiuſdem transformet, deuenire. Quod de ſe B. Paullus Apoſtolus poſteaquàm veterem hominem exuiſſet, ingenuè faſſus eſt, Philippenſibus

Ph. 3. 10. ſcribens in hunc modum: *Configuratus morti eius, ſi quomodo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis*, ſcilicet, vt aliquando cæleſtem gloriam adipiſcar. Demens ſum, niſi incredibili doctrinâ, atque eximiâ vitæ ſanctitate præditus S. Auguſtinus neget ſe ſine vulnere eſſe velle, quando videat Chriſtum Dominum vulneratum, niſi ſingulari conſpicuus pietate Ber-

D nardus affirmet deuotum militem ſua non ſentire dum benigni ducis vulnera aduertit; niſi deniquè vas illud electionis Paullus omnem honorem & gloriam, præter eam, quæ cum Chriſti Cruce & contumelijs coniuncta ſit, diuinà quadam animi magnitudine contemnat & aſpernetur. Enimuero fateor id quod res eſt, arduum atque difficile videri mortalibus, vel oblectationis ſenſum ex Chriſti ſupplicijs haurire, vel duci ac liberatori ſuo extrema patienti velle aſſimilari: ſed eſt tamen aliquid, quod à nobis quoquè infirmis ſuo iure poteſt Chriſtus Dominus poſtulare. Fuerit ſanè Martyrum illud proprium *Amor meus crucifixus eſt* quod proximus ille Apoſtolis, qui ſuo ſanguine Romanum amphiteatrum nobilitauit Ignatius, in-

A credibili cum animi ſuauitate, dum ad mortem raperetur, identidem repetebat: fuerit Seraphici illius Franciſci ſiue ſingularis animi candor, ſiue admirabilis de ſe demiſſè ſentientis modeſtia, ſiue ſtudioſa diuinarum rerum commentatio, quæ ita illum à ſenſibus auocarit, & ipſi Chriſto de cruce pendenti coniunxerit, vt eius imaginem non ſolùm in animo imprimeret, ſed in ipſo etiam corpore, altiùs inuſtam ad extremum vſque ſpiritum retineret, vt non tam voce, quàm ipſo habitu corporis cum Paulo diceret ſe *Chriſto confixum eſſe cruci & ſtigmata Domini Ieſu in corpore ſuo portare.* Gal. 2. 19. Gal. 6. 17. Ergóne quia cum his athletis noſtra conferri non poteſt infirmitas, ſi maxima conſequi non poſſumus, ne mi-

B nima quidem tentare audebimus? Non ita nobiſcum agetur: ſed ſi innumerabiles, ijdemque intolerabiles corporis atque animi cruciatus, quos ipſe palam ſuſtinuit, nos terreant; ſi incredibilis tolerantia atque animi magnitudo ad eiuſmodi ſubeunda ſupplicia calcar nullum admoneat, inexplicabilis ſaltem nos amor & caritas, quâ pro noſtrorum expiatione ſcelerum Deo parenti ſe ſponte deuouit, inflammet, vt quem dolorem pro noſtris ipſe criminibus iam tum animo ſentiebat, eius in nos vel exigua particula defluens torporem omnem expellat. Exurge proindè hic anime, exurge Theophile, quiſquis nobiliſſimam ſortem tuam noſcis ac diligis, & quò ſummi numinis charitate & be-

C neuolentiâ voceris expende. Si primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri, quid Dei filio nobilius? quid eius inſignibus, quibus te induas, decorius? Quid exemplo, quod ſequaris potentius? Quid promiſſis, quæ referas glorioſius dici poteſt, aut cogitari? Per quæ ſi credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte, quid amantibus fiet, quid imitantibus non ſperandum? Quare ne tantæ diffidere veritati, aut oblatam reijcere videaris ſalutem, huc oculos, mentemque ſi ſapis aduerte, quodque olim ad Moyſem Deus Exodi 25. 40. dixiſſe legitur, tibi dictum exiſtima, *Inſpice & fac ſecundùm exemplum quod tibi in monte* Exod. 25. 40.

D *monſtratum eſt*, nec vnquàm ab eo perfectioris vitæ prototypo vel oculos, vel manus abduci patiaris, quod vt tibi longè vtiliſſimum, ita non poteſt ipſi filio Dei non eſſe gratiſſimum, qui ſingulis quibuſque actionibus ſuis hoc in mente, hoc in voluntate & intentione habuit expreſſum, vt tibi hanc humilitatis formam, hanc obedientiæ ideam, hunc charitatis typum in ſeipſo exſculperet, cuius in te imitationis prælo imaginem adumbrares, *exemplum*, inquiens, *dedi vobis, vt quemadmodùm ego feci, ita & vos faciatis.* Ioan. 13. 15. Celebris apud S. Thomam Aquinatem 3. p. q. 46. a. 5. mota quæſtio eſt, vtrum Chriſtus Dominus omnes ſuſtinuerit paſſiones, quæ ab extrinſeco inferri poterant; paſſiones enim ab intrinſeco cauſſatas non decuit eum pati. Et affir-

matiuè reſpondere videtur S. Hilarius: Vnigenitus Dei, inquiens, ad peragendum mortis ſuæ ſacramentum, conſummaſſe ſe omne humanarum genus paſſionum teſtatur, cùm inclinato capite emiſit ſpiritum. Sanctus verò Thomas ſic infit: Christus non paſſus eſt omnes paſſionum ſpecies, quia multæ ſibi inuicem contrariæ ſunt, vt combuſtio in igne & ſubmerſio in aqua; ſed ſecundùm genus paſſus eſt omnem paſſionem humanam: quod tripliciter diuidi poteſt. Vno modo ex parte hominum, à quibus paſſus eſt, à gentilibus, Iudæis, maſculis, feminis, principibus, plebeijs, hoſtibus, & amicis.

Secundò, ex parte eorum, à quibus homo poteſt pati: in ſuis amicis, in famâ, in honore & gloriâ, in rebus, in animâ & corpore.

Tertiò conſiderari poteſt, quantùm ad corporis membra attinet: quæ omnia & ſingula in Chriſto cruciata fuerunt, vti & ſenſus omnes. Et iuxta triplicem illam acceptionem dici debet Chriſtus paſſus fuiſſe, & omne humanarum genus paſſionum conſummaſſe. Nobiliſſimo ſanè exemplo, ſiue rem, ſiue auctorem conſideres, quorum vtraque nobis cordi eſſe debet commendatio quàm maximè.

S. Leo. Si enim, vt auctor eſt S. Leo, *mundana ſapientia ita in ſuis gloriatur erroribus, vt quem ſibi quiſque ducem elegerit, eius opiniones ac mores, atque inſtitutum ſectetur*, Quæ nobis erit communio nominis Chriſti, niſi vt ei inſeparabiliter vniamur, qui eſt, vt ipſe inſinuat, via, veritas & vita: Via ſcilicet conuerſationis ſanctæ: Veritas doctrinæ diuinæ, & Vita beatitudinis ſempiternæ.

Nobiliſſima ſanè, tutiſſimaque diſciplina: ſicut enim quo ex altiori loco lux incidit pingentibus, eo felicius colores duci, vultuſque effingi traditum eſt; eadem exemplorum eſt ratio: nam quæ à principibus eduntur valent plurimum. Quis autem Chriſto Princeps illuſtrior, quis maior? cuius quot virtutum veſtigia, tot imitationis ſunt phari.

Permagnum argumento huic pondus adieciſſe viſa eſt præclara illa ſpecies, quam oculis, animoque B. Petri de Tecelano obtulit Deus; cùm nocte quadam in maiori Eccleſiâ Senenſis ciuitatis, magnis fletibus atque ſuſpirijs Dominum deprecaretur tutò noſſe vt poſſet, quo duce ac viâ imitari Chriſtum poſſet. Vidit namque per memoratam Eccleſiam diſcurrentes Angelos, qui ſuper pauimentum cineres ſpargerent, eodemque illud operirent, quo facto, duas ſedes ante principem aram collocarunt, mox verò poſtes maioris portæ reſerati ſunt, per quam ſubito Chriſtum Dominum introeuntem conſpexit, pauperis formâ indutum ac transfoſſis pedibus ad paratas illas ſedes per cinerium iſtud pauimentum incedentem, pedum veſtigia cinis ſeruabat, oſtendebatque clare, quâ præceſſiſſet viâ; ad ſedes verò cùm perueniſſet earum alteram occupauit & quieuit in ea.

Poſt ſecuta eſt Virgo mater, preſſè filij ſui veſtigia legens, quam ille, poſteaquàm ad ſe perueniſſet, ſedium alteram occupare iuſſit. Exinde ſequebantur Apoſtoli, vnus poſt alterum, eandem tenentes viam, ſuoſque exactè, veſtigijs Domini figentes pedes, qui dum ad magiſtrum in throno ſedentem perueniſſent, ab eodem comiter ac benignè recepti ſunt.

Poſt hæc multos ex diuerſis ſtatuum generibus ingredientes vidit, qui nitebantur omnes ad Chriſtum pariter deuenire, plantas ſuas conati veſtigijs Domini inſeruiſſe: ſed varijs cogitationibus, atque chimæris diſturbati, pauci admodum ijs inſiſtebant: perſeuerantibus tamen iuxta proprium ſtudium ac laborem ſuam Chriſtus mercedem dabat. Tandem zelo ac feruore hominum magis magiſque intepeſcente, ac magnâ ex parte ceſſante, obliterari veſtigia tegique viſa ſunt, donec vir quidam pauper, vilis ac deſpectus, magnâ vtriuſque ſexus hominum ſeptus catervâ apparuit, qui magnam animi præ ſe ferens triſtitiam ac mærorem, ex eo quod Saluatoris veſtigia obſoleta velut, atque obliterata iacerent; mox illa vt inueniret, oppidò laborare cæpit, ſordeſq; omnes amoliri, quibus ea contegi poſſe formidabat, tantumque effecit vt ex eis aliqua inuenerit, quibus actutùm generosè inſiſtens, alia ex alijs procedens detexit, per quæ ipſe cum ſociâ turbâ alacriter incedens, feliciter quoque ad Chriſti thronum deuenit, vbi ab eodem benignè exceptus, & laudatus fuit: atque his ita peractis diſparuit viſio, & vir Dei Petrus euidenter intellexit, Franciſcum per Chriſti patientis veſtigia incedentem, ſibi ſocium, ac magiſtrum ad exempla Chriſti patientis conſectanda deſtinari. Chron. Minorum p. 2. lib. 5. c. 20.

Et ita profectò eſt, per ipſum ſiquidem ad ipſum tendet, qui per ſemitam hanc, quam nobis, vt Doctor gentium loquitur Paulus primus initiauit, conſtanter incedet. Voluiſſe autem id Dominum Ieſum, atque animo præcepiſſe pro certo eſt, cùm ex hoc mundo tranſiturus ad patrem, præſtantiſſimum ſui exemplum in vltimâ vitæ ſuæ cataſtrophe nobis reliquit, non alia magis exempla ſua veneranda eſſe & ſolicitè conſectanda proponens, quàm quæ, vt firmius hærerent memoriæ poſterorum, ſciebat eſſe poſtrema. Difficile namque homini futurum erat totam Domini vitam mente retinere ſibique proponere ſemper imitandam. Licet enim huic obliuioni conſulturus Dominus, cùm poſſet inter nos diuturnam vitam agere, maluerit iuuenis mori, & ex tribus ac triginta, quo vixit annis, tantùm tres publicè agere, quo ſcilicet cupientibus eius omnem vitam præ oculis ſemper habere, difficile non eſſet triennij geſta meminiſſe; verùm cum homo, qui bonorum omnium facile immemor, ſui ac Dei non rarò ſoleat obliuiſci, conqueri poſſet, longiorem eſſe

Sal-

Saluatoris hiſtoriam, quàm vt eius vbique memor eſſet, contracta eſt in vnam diem vt ſi omnia tenere non poſſet, vt vnius ſaltem diei memor eſſe, vnam diem velut antè oculos vno obtutu ſpectandam proponere ſibi poſſet, quâ Dominus ac Saluator noſter à cœnâ ad Crucem, à myſticâ & incruentâ oblatione; ad ſenſibilem & cruentam immolationem vnius diei ſpatio progreſſus, ſe ſtatuit omnibus imitãdum.

S. Auguſt. Finio cum S. Auguſtino: *Currite ergo ad illum per illum, placete illi ex illo, viuite cum illo, in illo de illo.*

CAPVT QVINTVM.

In quo natura huius Imitationis conſiſtat?

S. Thom. Aquino. QVod olim veritatis ille Philoſophus & Phænix ingeniorum S. Thomas de Aquino menſæ Ludouici Galliorum Regis accumbens, manuumque complosione derepentè geſtiens exclamauit: *Concluſum eſt contra Manichæos;* idem ego non ab ecſtaſi, vt ille feliciſſimè ad ſe reuerſus, ſed ob accuratã eorum, quæ præcedente capite diſputata ſunt, conſideratione ſucceuſus, exclamare queam: actum eſſe de vetere homine, nouo illo, qui ſecundùm Deum creatus eſt, imitationis ſui radijs, tam clarè, potenterque illuceſcente: vtpotè qui non in angulo aliquo clauſus, aut abſconditus, ſed in monte iuſtiſſimis lineamentis ad imitandum expreſſus, factus omnibus eſt manifeſtus, vt nemo vſque adeo mentis ac rationis exſors cenſendus ſit, qui ad rectæ, honeſtæque veritatis trutinã, expensã imitationis huius neceſſitate ac fructu, non ſtatim operi manum admoueat, & veterem exuiſſe velit, vt nouo hoc homine induatur: quod dum facere cogitat, ecce tibi, quæ naſci prona & facilis eſt, hic caput exſerere, & tyronem inuadere quæſtio ſolicitâ indagatione inſtituit, in quo ſcilicet cardine beatæ huius imitationis ſumma vertatur. Sed huic mirificè ſatisfeciſſe diuinus Apoſtolus creditus eſt, dum

Ephes. 4. 22. Epheſijs ſuis in hunc ferè modum reſpondit: *Deponite ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitiâ & ſanctitate veritatis:* id eſt, vt idem ad

Rom. 12. Romanos ſcribit, *Expurgate velut fermentum, vt ſitis noua conſperſio, non conformati huic ſæculo, ſed*

S. Auguſt. *reformati in nouitate ſenſus veſtri*, certi, vt S. Auguſtinus loquitur l. 22. de ciuitat. c. 16. *vbi reformabimur ne conformemur huic ſæculo, ibi conformando nos eſſe filio Dei, induendoſque eodem, qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius qui creauit il-*

Coloſſ. 3. *lum.* Coloſſ. 3. Quod poſtquàm S. Pontifex *Leo* conſideratè expendiſſet, atque intimo mentis aſſenſu guſtaſſet, continere ſe nequijt, quin omnibus id ſummâ, quâ pollebat, oris facundiâ commendaret: ita namque ſerm. 1. de natiuita-

A te locutum accepimus: *Deponamus ergo veterem* S. Leo. *hominem cum actibus ſuis & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renuntiemus operibus. Agnoſce, ô Chriſtiane, dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire. Memento cuius capitis & cuius corporis ſis membrum: non decet ſub ſpinato capite membrum eſſe delicatum.* In quo *S. Ambroſium* locutus eſt, qui lib. 2. de Pœnit. c. 10. idem his verbis expreſſit: *Viuendum ita, vt vitali huic moriamur* S. Ambroſ. *vſui, ſeipſum homo abneget & totus immutetur. Sicut quendam adoleſcentem fabula ferunt propter amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſteà veteri occurriſſe dilectæ: quæ vbi non interpellata, mirata putauerat ſe non eſſe recognitam,*

B *rurſus occurrens dixerit: ego ſum, reſponderit ille, ſed ego non ſum, vnde benè Dominus ait, qui vult poſt me* Lucæ 9. 23. *venire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Eleganter hic S. Paulinus, *ſi vſpiam,* S. Paulin. *nouitatem,* inquit, *vitæ in nobis ædificantes, neceſſè eſt, vt vetuſtatem deſtruamus; moriamur quibus viximus, & viuamus viciſſim his operibus ac ſtudijs, quibus mortui fuimus, cùm viuorum eſſemus mortui, & mortificantia gerentes in mortuis viueremus.* Hic actus noui hominis eſt, qui nos renouat auferendo mores antiquos & naſci nequit, niſi ex morte alterius, neque ſtabilire ſe nouit, niſi ſuper ruinâ prioris, qui cùm in fundo, adeoque in ipſis penetralibus amoris proprij munimenta ſua collocarit; illo exciſo, & hæc corruant neceſ-

C ſè eſt; & huius quidem auctorem habeo *S. Au-* S. Auguſt. *guſtinum* qui lib. 14. de ciuit. c. 28. ſecundùm propriam experientiam locutus, omnes in hunc modum informat: *Fecerunt,* inquit, *ciuitates duas, amores duo, terrenam ſcilicet amor ſui, vſque ad contemptum Dei; cæleſtem verò Amor Dei, vſque ad contemptum ſui.* Siue vt idem in Pſal. 14. *duas ciuitates faciunt duo Amores, Ieruſalem facit Amor Dei, Babyloniam facit Amor ſæculi. Interroget ergo ſe quiſque quid amet? & inueniet vnde ſit ciuis, & ſi ſe inuenerit ciuem Babyloniæ, exſtirpet cupiditatem, plantet charitatem: ſi autem ſe inuenerit ciuem Ieruſalem, toleret captiuitatem, ſperet libertatem, nouitatem ſcilicet filiorum Dei.*

Ne memineritis antiquorum, clamat per *Iſaiam* Iſaiæ 43.

D cap. 43. Deus, *& antiqua ne intueamini, ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis ea.* Quod hic promittit, modò feliciſſimè experimur dicente *S. Ioanne* 1. 4. *In hoc apparuit charitas* Ioan. 1. 4. *Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit, vt viuamus per eum.* quod *S. Leo* ſerm. 1. de na- S. Leo. tiuit. Factum docet, dum *Pater cæleſtis conuiuificauit nos Chriſto, vt eſſemus in ipſo noua creatura, nouum figmentum ad ſimilitudinem eius effecti, vt quemadmodum ipſe ambulauit, & ipſi ambulemus: nouus enim homo veniens in mundum, noua præcepta dedit mundo, cùm vitæ noſtræ veteri in vitijs contritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Et forte laborioſum non ſit homini relinquere ſua, laborioſum tamen eſt valde relinquere ſemetipſum, minus quippe eſt abne-*

Digitized by Google

abnegare, quod habet, valde autem multum eſt abnegare quod eſt. Ita S. Gregorius. (S. Gregor.) Atque hoc eſſe arbitror de quo nos omnes, qui de Societate Ieſu dicimur, admonuit, quiſquis demum is fuerit, qui Conſtitutionibus noſtris tale proœmium ſcripſit: *Homines,* inquiens, *mundo crucifixos & quibus mundus ipſe ſit crucifixus, vitæ noſtræ ratio nos eſſe poſtulat: homines, inquam, nouos, qui ſuis ſe affectibus exuerint, vt Chriſtum induerent, ſibi mortuos, vt iuſtitiæ viuerent: qui vt ait S. Paulus: In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientiâ, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non fictâ, in verbo veritatis ſe Dei miniſtros exhibeant: & per arma iuſtitiæ à dextris & a ſiniſtris: per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, per proſpera denique & aduerſa magnis itineribus ad cæleſtem patriam & ipſi contendant, & alios etiam, quâcunque poſſint ope, ſtudioq́; compellant, maximam Dei gloriam ſemper intuendo.*

Nec longius hine abiuiſſe cenſuerim P. Edmundum Augenium, virum è Societate Iesv, de quo verè, ſanctéque affirmari poteſt, quod eſt à Siracide de Onia dictum, (Eccli. 50.) nempe quod *in vitâ ſuâ ſuffulſit domum*, hoc eſt, Chriſti Eccleſiam, *& puteis aquarum* excellentis doctrinæ atque facundiæ *irrigauit, adeptus gloriam in conuerſatione* Regum & principum regni, hic itaque in epigrammate, quod de verò Ieſuita, reapſe autem de homine nouo gallicè compoſuit, ita ſuis omnibus coloribus eum depinxit, vt nihil ad eiuſdem notitiam deeſſe videatur. Latinum do ex verſione P. Nicolai Baillij Sezannienſis, qui iſtud lib. 3. cap. 8. hiſtoriæ vitæ P. Emundi ſic expreſſit:

Calcaſſe mundum, ſemper expertem ſuæ
Electionis, præſulis natum ſequi.
Ambire acerba perpeti, nihil ſuum
Reputare terris, ſenſuum domito impetu,
Animiq́; brutis motibus; terræ accolam
Cælo morari mente, cenſorem ſui
Animi latentes ſæpè ſcrutari ſinus.
Diligere ſocios ſimplici prudentiâ
Vtendo, multa facere, perpaucis loqui,
Tribuere honorem ceteris, nihil ſibi,
Cupere latere nomen obſcurum omnibus,
Vni explicare, contrahere frontem alteri,
Vigilare, ieiunare, nunquam conqueri,
Onerare cælum precibus, & nomen Dei
Per vtraſq́; ferre ſolis igniuomi domos.
Atheum, rebellem frangere, hæreticum inſequi,
Per flammam & enſes ruere pro cauſâ Dei.
Hoc eſt, Amicè, Ieſuitam exiſtere

Siue paucis immutatis:

Hoc eſt Theophilum dicier hominem nouum.

Ab hâc primâ veteris, nouiq́ue hominis denotatione veniamus ad alteram, multò quidem minus illam apud multos vſurpatam, non tamen minoris laudis, gloriæque conſortem. Nouus itaque homo Chriſti dignatus imitatione non eo ſolùm, quod vitâ ac moribus eum repræſentet, metiendus eſt; aliud inſuper & peculiare quidem ac proprium eſt, quo ſe homo Cruci Chriſti ac paſſioni eius conformans, eiuſdem patientis cruciatus, cicatrices, ac vulnera portet in corpore ſuo, vnde fiat vt vetere exutus, nouam referat creaturam: & quis dixerit an verba Apoſtolorum Principis *Pauli* ad Galat. 6. (Gal. 6.) huc referenda ſint, *De cetero nemo mihi moleſtus ſit;* nemo Iudæorum interrogando me moleſtet, cuius ſeruus ſim, quem ſimilitudine referam; Chriſtum, an Moyſem? ex ſtigmatibus meis patet, non enim petrino circumciſionis cultro inflicta ſtigmata, ſed Chriſti mei vulnera corpori meo impreſſa demonſtro. Quidquid autem de hoc fuerit, ita ſanè à Seraphico Bonauentura cap. 13. Vit. S. Franciſci nouus homo accipitur, atque in eo conſiſtere iudicatus eſt, dum ille ſacrorum ſtigmatum Chriſti patientis impreſſione ſignatum hac nobis formâ deſcripſit: [fidelis reuera famulus & miniſter Chriſti Franciſcus, biennio antequàm ſpiritum redderet cælo, cùm Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum, & affectus compaſſiua teneritudine in eum transformaretur, cui ex charitate nimiâ crucifigi complacuit: quodam manè circa feſtum Exaltationis S. Crucis in latere montis Aluerni orans, vidit quaſi ſpeciem vnius Seraph, ſex alas tàm fulgidas quàm ignitas habentem de cælorum ſublimitate deſcendere, qui volatu celerrimo ad aëris locum viro Dei propinquum perueniens, non ſolùm alatus, ſed & crucifixus apparuit, & ſtatim in manibus & pedibus eius apparere cœperunt ſigna clauorum, ipſorum capitibus in inferiore parte manuum & ſuperiore pedum apparentibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex aduerſo. Dexterum quoque latus quaſi lanceâ transfixum rubrâ cicatrice obductum erat; quod ſæpè ſanguinem effundens tunicam & femoralia reſpergebat. Poſtquàm igitur Novvs Homo Franciſcus, nouo & ſtupendo miraculo claruit ſacris videlicet ſtigmatibus decoratus, deſcendit de monte ſecum ferens Crucifixi imaginem in carneis membris deſcriptam digito Dei viui.] Quibus ſanctus Doctor ſatis innuit in quo requiſita hæc hominis nouitas ſuo iudicio conſiſtat, in conformatione ſcilicet carnis noſtræ ad effigiem Crucifixi: Nouitas, inquam, omni cultu atque honore digniſſima, votis omnibus exoptanda, quod vel in vno Abbate videlicet Stephano ſatis fuerit oſtendiſſe: deſpexerat eum aliquis, nec quem merebatur honorem fuerat impertitus, cùm huic ſtatim adſiſtere viſus vir quidam vti maieſtate venerandus, ita formâ terribilis: noſtin', inquiens, dignitatem Stephani? ad quæ verba is reſpiciens, vidit eum Chriſto confixum cruci, hominem nouum, quo nullus poterat maior honos, nullum decus excellentius inueniri. Quamuis autem in omnibus digniſſimus

mus Chriſtus ſit, quem omnes imitemur, quo vetere abſumptâ, noua in nobis pullulet Creatura, neſcio quid per commune conſortium Crucis, ampliùs exſurgat, dum iam nos aliquid in eo, quòd propter nos geſſit & paſſus eſt, agere, patique deſideramus, ſicut Apoſtolus ait,
Rom.8.17. *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur: certa*
S.Leo. *namq; & ſecura eſt*, teſte S.Leone ſerm.9. de quad. *exſpectatio promiſſæ beatitudinis, vbi eſt participatio Dominicæ Paſsionis.* Quærunt non pauci, quare feriâ ſextâ, & non aliâ pro hominum ſalute mortuus ſit Chriſtus? Nempè fuit dies ille, quo conditus eſt primus homo cùm iuſtitiâ originali, & gratiæ donis immenſis: nitebatur autem paſſione ſuâ hominem à peccato, in quod per Adæ præuaricationem lapſus erat, redimere, & in antiquam, de quâ exciderat, ſimilitudinem reuocare, vt itaque doceret viam aptam ad priſtinum Spiritus vigorem recuperandum eſſe, ſi ea iterum repetantur, quibus ab exordio ſalus parta eſt: quo die hominem creauit, eodem voluit reſtaurare, vt ſi feriâ ſextâ initium attulit ſanctitudini, eâdem amiſſam ex protoplaſti delicto recuperandi viam demonſtraret.

Eandem quoque ob cauſſam in primâ ſabbati reſurgere à mortuis voluit, vt ſcilicet eo die, quo mundus conditus eſt, Chriſto reſurgente, iterùm exſurgat: eaque lux quæ ad primigeniam ſubſeruierat pulchritudinem, eadem ad formæ redintegrationem poſſet ſubſeruire. Ita docuiſſe viſus S.Gaudentius Brixienſ.tract. 1.in Exod. *Feriâ ſextâ*, inquit, *quâ hominem fecerat, pro eodem paſſus eſt; vt die Dominicâ, quæ dicitur in ſcripturis prima ſabbati, in quâ ſumpſerat mundus exordium, reſurrexit, vt qui primâ die crearat Cælum & Terram, vnde poſteà hominem figurauit, primâ etiam die omnem hominem reparauit, propter quem olim mundum fabricarat.*

Felices! qui hæc audiunt & porro exſequuntur. Rarum id quidem miraculum atque in paucis, vt S. Bonauentura loquitur, obſeruatum. Quod ſanè nequaquàm Dei optimi, maximique Patris immodicâ reſtrictione, aut illiberalitate fieri credendum eſt, ſed noſtro neglectu atque ignauiâ, qui in deſtruendo corpore
Tertull. peccati, hoc eſt vt Tertullianus loquitur lib.de reſur.car.c.47. *euacuando corpore delinquentiæ*, per emendationem vitæ, immane quantùm deſide-
Matth.9. mus! Si enim teſte diuinâ Sapientiâ Matth.9. *nemo immittat commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus, neque vinum nouum in vtres veteres*; quid mirum eſt Deum nobiliſſimam illam nouitatis ſuæ effigiem eis denegare, qui nec prima eius lineamenta poſuêre, interioris eius vitæ exemplis, morum ſuorum conformitate expreſſis? quòd ſequentibus temporibus luce clarius perſpectum fuit, dum religione prouectâ & virtus hominum prouehi, & mores Deo digni in plurimis quoque excellentius viſi ſunt emine-

A re: vnde quoque factum eſt, vt quæ ante in animo Chriſtiana nouitas latuerat, foras in ipſum corpus proruperit, & non vnus aliquis *aſcenderit* Apoc.7.2.
Angelus ab ortu Solis habens ſignum Dei viui, quòd de S.Franciſco Chriſti Crucifixi ſacra ſtigmata corpori ſuo cælitùs impreſſa gerente intelligendum, ac S.Bonauenturæ reuelatum S.Bernardinus tom.2.ſerm.60. affirmat, ſed plures, vri conſortio Dominicæ paſſionis inſignes, ita & nobis in ſolatium grande propoſiti & exemplum. Atque hoc eſt, quod præſenti Commentario, de poſteriore hac notione (cum de priori plures iam ſcripſerint) & quæ Dei noſtra magna benignitas eſt, plurimorum animos ac corda iam occupârit, fuſius ſtatui pertractare: cla-
B rè atque perſpicuè oſtenſurus ſupremam, dum hic viuitur, noui hominis perfectionem in eo ſitam eſſe, & poſtquàm Chriſti vitam moreſque in ſecreto Cordis ſui conclauio amplexus fuerit homo, idem foris tam agendo, quàm patiendo fortiter exponat. Et in hoc quidem immortalem laudem promeruiſſe mihi ſemper viſus eſt ſanctiſſimus ille Galliarum Rex Ludo- S. Ludouicus Rex.
uicus IX. vt in actis eius apud Ionuillæum legitur. Iam Heliopolin, ſeu Damiatam feliciter expugnarat, ibatque de die in diem maiores ex hoſte victorias reportans; cùm ecce tibi verſâ belli aleâ florentiſſimum alteri vidit exercitum copias imminui, ſe denique ipſum in hoſtium deuenire poteſtatem. Captus itaque Rex
C optimus & ob Ægyptio milite ſtrictè cuſtoditus à Soldano Principe in carcere viſitatur: vbi prima inter colloquia exquirere hic quidnam Rex de Mariæ filio ſentiat, qui tantis enectus ſuppliciis vitam in cruce poſuit, an Deum hunc fuiſſe credat, porroque colat ac veneretur? aſſerenti Regi quàm maximè, reponit Sultanus: non te igitur affligere, aut triſtitiam animo imbibere neceſſè habes, ſed contrà, in hac tua, tuorumque clade gaudere, eamque ſufferre conſtantiſſimè, cùm ille veſtri cauſâ & tulerit plura & longè tolerarit grauiora: quin etiam, poſteaquàm ille ad vitam ſurrexerit de ſepulchro, vt te credere fateris, confidendi anſam habes non leuem, te his quoque per illum miſe-
D rijs ereptum iri.

Sic ille, & veriſſimè quidem, cùm Chriſtus primarium ſit exemplar, & archetypon noſtrum, ad quod mores omnes ſuos erigere debeat Chriſtianus: ſed doctore hoc barbaro Chriſtianiſsimus Rex minimè indigebat, quem doctrina huiuſcemodi, atque inſtitutio pridem cœperant poſſidere, vt vel ex vno illo, quod cùm Henrico Angliæ Rege colloquium habuit, cuique obuium eſt arbitrari, ita enim Ludouicus: *ſi omnia mihi euenerunt aduerſa, gratias tibi refero Altiſſime: reuerſus autem ad meipſum & ad cor meum egreſſus & ingreſſus, plus gaudeo de patientiâ, quàm mihi Dominus per ſui gratiam conceſſit, quàm ſi totus mihi mundus ſubderetur.* O Re-

 gem

gem verè ſui Regem! Sed antiquæ huius Regis hiſtoriæ nouam, recentemque iungamus, at priuati: & hic Iuſtus Lipſius erit, vir eximio iudicio, ſummaque eruditione clariſsimus. Ad extremum vitæ actum, fabulæque cataſtrophen iam peruenerat, cùm ſe non ſcriptis ſolùm, ſed & factis Philoſophum, ſed Chriſtianum mirificè comprobauit, creſcebat languor, & ecce de circumſtantibus quiſpiam propter antiquam viri amicitiam, illi ſtoicam apathiam; de qua olim in eo libro, cui nomen, *Manuductio ad ſtoicam philoſophiam*, fecerat, ſuggerere cœpit. Quid Lipſius? *vana*, inquit, *iſta ſunt*: digitoque in Chriſti Crucifixi imaginem lectulo adſtantem intento, *hæc vera eſt ſapientia*, veriſsimè ſubiecit: moxque ad Crucifixum conuerſus: *Domine Ieſu*, inquit, *da mihi patientiam Chriſtianam*, & rectè, quod Iuſtus didiciſſe potuit ab Apoſtolo Paulo, dum Theſſalonicenſibus ſuis in hunc modum ſcribit: *Dominus dirigat corda veſtra in caritate Dei & patientiâ Chriſti*. 2. Theſ. 3. 5. quaſi diceret: Deum venerans rogo, vti amoris via breuiſsima, & tutiſſima Chriſtianæ patientiæ ſemita, ſic corda veſtra, menteſque deducat, vt eum perfectiſſimè poſsitis imitari, neque enim ſub cælo aliud eſt inuenire; præter vnum Saluatoris exemplum, quòd maiore, ad ardua quæque conſectanda, præualeat efficacitate.

Auctor eſt Ludouicus Granatenſis notæ vir ſanctitatis & eloquentiæ inſignis, Ioannem Secundum Luſitaniæ Regem æternâ dignum memoriâ, amico ægrotante, & acerbam quandam potionem à medicis porrectam, cui ſalus eius innitebatur, bibere recuſante, deguſtaſſe prius, & bonam eius partem exhauſiſſe, vt ſui amore ſeruus æger faceret, quod præſtantiſſimus Rex, in eius gratiam feciſſet, vti & fecit.

Ad hunc itaque modum cæleſtis Rex, qui ſe nobis ducem in cælum præbuit & iter, quo poſt illum tendere debeamus, oſtendit, exemplo ſuo itineris eius laborem mitigauit, dignus omninò, quem omnes, ſi ſerui eſſe volumus, alacriter ſequamur.

Familiariter ſe noſſe ſcribit Ioannes Stephanus Menochius variâ, reconditaque eruditione clariſsimus, hiſtoriarum ſuarum parte 3. Virum nobilem Genuenſem, Paullum Auguſtinum Spinolam nomine, qui, cùm in Hiſpania apud amicum degeret, cui vehementior quædam odontalgia, os, caputque adeò vniuerſum efferabat, nec tamen putridum ſibi dentem, omnis mali cauſſam extrahi, præ tormenti, quòd verebatur, metu patiebatur; quare is coram afflicto, dentem ſibi, integrum illum, ſanumque euelli, nullo doloris edito ſigno iuſsit, quo alter incitatior exemplo, ſine morâ & ſuum chirurgo obtulit exſtirpandum. Vnde luce clariùs patet quantùm vel vnius hominis amici exemplum proſit, profuturum ſanè ampliùs,

A quoties à Deo ac Domino noſtro fuerit datum, in quo, velut nitidiſsimo quodam ſpeculo quilibet contempletur tum quàm filius patri diſsimilis ſit, tum verò quantùm in illo, ad hanc ſibi comparandam ſimilitudinem, opis, auxilijque poſsit inuenire. Quod ſanè beatus ille Venetorum Patriarcha Laurentius Iuſtinianus in ligno vitæ cap. 5. ſapienter his verbis annotauit: *Chriſtus*, inquiens, *nobis omnibus & meritum patientibus & patiendo ſpeculum factus eſt*, in quo, vt Tertullianus de Virg. ſcribit *non falſam leuitatem, ſed cruenta tubera & alta vulnera inuenies, quorum æmulatione, & ſeruus Domino & diſcipulus ſimilis fiat magiſtro*; quòd pridem imbibiſſe creditus fuit S. Dulas, cùm diceret non ſemel:

Tertull. de Virg.

S. Dulas martyr ignis ſignat.

B *quomodo apparere audebo coram Chriſto vulnerato, ſi non ſim ipſe vulneratus*. Certè de Æthiopibus ſcribit Alexander Neapolitan. lib. 1. genial. dierum cap. 26. ſolitos illos vt ſe Regi amicos probarent, ſi aliquâ is ſui corporis parte mancus fieret, eodem ſe membro mutilare: illo verò per mortem ſublato, ſuaue ducere moriendo ſequi antecedentem Regem & amicum. Procopius ſanè apud Sanctium in Iſaiam cap. 44. tantùm fuiſſe amorem primorum Chriſtianorum erga Crucifixum Dominum ſcribit, vt Crucem membris ſuis ferro inſculperent, quod & de Iacobitis tradit Ioachimus Abbas in ap-

C pendice nation. Chriſtianar. Erubeſcat itaque Chriſtianus, ni audeat cũ S. Anſelmo dicere: *Ego ſum de familia Chriſti, ego ſum de militia regis æterni, paratus vinciri, cadi, pati pro Domino. Nimis enim longiuſcè amat, qui pro amato pati recuſat*. Neque hîc fortaſsè mihi dixerit quiſpiam, vt nuper, fiduciarius ille Prior, Oroſium ſuum anno 1651. pariſienſibus typis inſtituens oggerere viſus eſt, pænas omnes atque ærumnas, quibus caro noſtra affligitur, naturâ ſuâ malas eſſe, earumque vſum ac tractationem, niſi ſcelerum noſtrorum conſideratione veſtiatur, reprehenſione dignâ; nec minoris iniuſtitiæ arguendum fore, qui inſontem ſeipſum plecteret, quàm qui innocentem quempiam damnaret: adeoque ſolam il-

Obiectio quadam refellitur.

D lam conſiderationem Chriſtum Ieſum Crucifixum imitandi, ea dumtaxat ex cauſsâ, vt patienti Domino ſeruus ſimilis reddatur, nec ſuſcipi debere, nec tolerari.

Grauis ſanè cenſura! vtque mitiſſimè dicam, parùm æqua pietati.

Sed quid bonum virum huc impulerit, paucis videamus.

Primùm ab exemplo Chriſti exorditur: ſicut, inquiens, nec ipſe Dominus ſe affligere potuiſſet, nec vllam ſuæ carni pœnam accerſere, niſi nos, quibus redimendis aduenerat grauiſſimorum ſcelerum rei fuiſſemus, ita neque ſeruus, niſi vt pro peccatis ac ſceleribus ſuis faciat ſatis. Quomodo namque is culpæ omnis expertem hominem ſuum abſque iniuſtitiæ præcipuâ notâ, morti acerbiſſimæ obieciſſet,

niſi

niſi de[illegible]um æterno Patri pro delictis no- A
ſtris f[illegible]ciendi ſ[illegible]s, modi, quem tenebat, innocentiam probaſſet? quomodo nos carnem, niſi de ea ſupplicium ſumpturi affligamus?

Ita præfatus auctor, quem hic & perſonarum, inter quas iſta di[illegible]putantur, inæqualitatem & præd[illegible]ros rei fructus optarim ampliùs conſideraſſe. Chriſto Seru[illegible] non dedecus futurum fuiſſe, ait, ſi aliâ de cauſa, eiuſcemodi cruciamenta ſubiuiſſet: & ego ſimiliter; vt pote cui nulla alia patiendi cauſa, ſuppetere poterat, nec aſſignari; ſed id nobis minimè verendu[illegible], quibus non vna, ſed variæ ad hoc ſolent cauſſæ prælucere.

Prima ſtat grati animi perennis memoria, nō illa quidem peregrè adſcita, ſed ex ipſo rei ſi- B
nu procreata, quâ tantùm ob omni obliuione beneficium, quo nos ab æterno interitu eripuit, ſcitè vindicamus, dum, quòd ille noſtri cauſâ tulit, & nos ſubinde diguſtamus.

Alte[illegible]a quæ non minimum ſanè momentum habet, *eſt adimpletio*, vt loquitur Apoſtolus ad Coloſſ. 1. 24. *eorum, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne noſtra*: nimirùm communicatio & participatio paſſionis ac meritorum Chriſti, vt ſcilicet Chriſtus non tantùm in ſe, ſed etiam in ſuis membris patiatur.

Coloſſ. 1. 24.

Tertia, nō habebat quidem Chriſtus quemquam, cuius exemplo pateretur, atque imitatione ſuppli[illegible], pænaſ[illegible]e cohoneſtaret: at nobis in ipſo nunc abunde proſpectum eſt, dicen- C
te Apoſtolorum Principe Petro 1. 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Gloria* autem *magna*, vt ait Eccleſiaſt[illegible], *ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo*: quæ verba exponens S. Leo ſerm. 1. de ieiunio decimi menſis: *inuenimus*, inquit, *hominem ideò ad imaginem Dei conditum, vt imitator ſiò eſſet auctoris, & hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem, ſi in nobis, quaſi in ſpeculo, diuinæ benignitatis forma reſplendeat*. Quòd & ante eum Sixtus PP. III. notârat his verbis. *Certè quiſquis Chriſtianus dicitur, Chriſti ſe eſſe diſcipulum profitetur: qui autem Chriſti diſcipulus eſt, debet doctoris exempla per omnia ſectari, vt in diſcipuli & habitu & conuerſatione, tam forma, quàm doctrina* D
reſplendeat; nam, vt benè Sirachides, *gloria magna eſt ſequi Dominum*. *Non itaque erubeſcere debet Chriſtianus*, vt S. ait Auguſtinus, *quòd fecit Chriſtus*, quamuis non ob eundem finem faciat is, quod fecit iſte. Patet in S. Franciſco, de quo ſic B. Bonauentura cap. 13. D[illegible]abat Vir ſanctus cognoſcere, quo maximè Deo placere poſſet, ſuſq[illegible] or[illegible]one feruenti, iuſſit Miſſalem librum de altari allatum aperiri ter[illegible], & vicibus ſingulis [illegible]currit *Chriſti paſſio*. Vnde d[illegible]icit quòd ſicut [illegible] fu[illegible] imitatus in actionibus vitæ, ſic [illegible]is eidem eſſe deberet in afflictionibus & doloribus paſſionis, antequam ex hoc mundo tranſiret.

1. Petr. 1.

Eccle. 23. 38.

S. Leo.

Sixtus III. PP.

S. Auguſt.

Eodem ſpectant aurea illa verba quæ P. Balthaſſar Aluarez ad D. Franciſcum Guſmanum ægrotantem, teſte Ludouico Pontano cap. 9. perſcripſit. Aperi, inquiebat, mi Domine oculos, & in his morbis agnoſce pignus tenerrimorum viſcerum Altiſſimi erga te, nolentis impunitos manere defectus eius, quem diligit: nec contentus eſt quòd is animam ſuam ſolam Cruci affixam ob continuam crucifixi filij eius memoriam, & commiſerationem, veterisque hominis mortificationem, quâ prauas ſuas propenſiones & paſſiones iugulet; ſed vult prætereà, vt ſeruus ſui corpus etiam Cruci affigatur, vt ſic fiat magis iuxta cor ipſius fiatque Chriſto ſimilior, qui totus ſemper fuit in Cruce.

Pergit autem antedictus Prior, de longinquo velut proſpiciens, quòd obijci poſſe formidabat.

Præclara, quidem res eſt, alicui languoris commiſeratio, ſenſuque illius duci ac tangi, quod alter patitur, ſolatium magnum apportat; verùm quis adeò ab omni vitiat ratione alienus, qui ad conſolationem ſuam omnes, à quibus diligitur, earum ſocios habere velit, quas tolerat ærumnarum? nec enim ægro cuipiam volupe eſſe poſſit, aut iucundum, amicos omnes ſuos, eadem, quâ affligitur, ægritudine attineri; nec Duci Martio in pugna læſo gratum fuerit; milites ſuos omnes paribus ſibi plagis conformari. Certè Dominus Ieſus infinitis partibus omni homine rationis potentior, in amando concedens nemini, doleret oppidò meliores ſeruos ſuos, poſteaquàm ei ex animo commiſerati eſſent, eiſdem ſecum plagis, pœniſque multari, quibus ipſe legitur à Iudæis fuiſſe confectus, hoc vno ex capite vt tantò ſe illi redderent ſimiliores. Contra verò crediderim, tam grandi cum beneuolentiâ nos vſquequaque complecti; vt pro ſuâ in genus noſtrum caritate voluerit; omnes vniuerſis cruciatibus ac pœnis, abſque peccato fuiſſet, eſſe abſolutos: tantùm abeſt, vt pœnis ſe noſtris, atque ærumnis dici poſſit oblectare.

Hæc ille: quibus ſcriptor iſte non ſatis inter hominem Deum, & hominem purum ac ſimplicem, quorum ſimilitudo in quæſtione verſatur, diſtinxiſſe videtur: hoc viribus ad iuuandos amici conatus deſtituto; illo autem ab omnibus facultatibus ad ſuccurrendum ſui imitatoribus optimè inſtructo. Quamuis, contra Prioris poſitionem, reperti ſint Reges ac principes non pauci, vt ſuprà vidimus, qui laborum atque ærumnarum ſuarum imitationem in ſubditis & gratam admodùm habuêre, & fautoribus ampliſſimis, præmiiſque remuneratî ſunt. Sed non id ago: altius oculos ſuſtollo, ad hominem Deum reſpicio, qui ſuprà, quod imitandi ſui laborem ſubleuet, hâc viâ ſuam quoque nobis humilitatem, obedientiam, charitatem, manſuetudinem ceteraſque patientis virtutes

tutes tantò faciliores efficit, quantò magis in
nobis perſentiſcimus, quod ipſe ijs præſtandis
exhauſit: neque enim difficulter iſtuc Chriſti
gratia deſcendere ſolita eſt, vbi in ſubiectâ ſibi
materiâ ſimilitudo patientis inuenitur.

Docuiſſe id ipſe non ſemel viſus eſt, maximè
cùm ſuos apud Matthæum non ſemel mo-
Matth. 16. 24. nuerit in hæc verba: *Si quis vult venire poſt me
abneget ſemetipſum & tollat Crucem ſuam*; vbi præ-
ter abnegationem ſui, quæ in animo conſiſtit,
& Crucem, quæ exterior eſt, diſcipulis ad ſui
1. Pet. 2. ſimilitudinem commendat: quòd Petrus ritè
intellexiſſe cenſendus eſt cum ſcripſit: *Chriſtus
paſſus eſt, vt ſequamini veſtigia eius.* 2. 21. Et Coapo-
2. Cor. 4. ſtolus eius Paullus dùm iam ad Corinth. 2. 4.
Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circum-
B
Coloſſ. 3. *ferentes.* Iam ad Coloſſ. 3. *Mortificate membra ve-*
Galat. 5. *ſtra quæ ſunt ſuper terram.* Iam ad Galatas 5. *Qui
ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cùm vitiis &
concupiſcentiis ſuis*; atque ita ad alios ſcripſiſſe re-
peritur: non vnam illam interiorem, ſed & ex-
teriorem Domini ſequelam ad perfectam eius
imitationem, quantùm ratio prudentiáque per-
2. Cor. 4. 10. mittunt, ſatagens commendare, *Vt & vita Ieſu
manifeſtetur in carne noſtrâ mortali*: hoc eſt, vt et-
iam in externis actionibus appareat, omnibuſ-
que perſpicuum fiat, Ieſum in nobis viuere,
noſque non tam noſtram, quàm illius vitam
agere iuxta S. Auguſtinum in Enchirid. c. 54.
Quidquid geſtum eſt in Chriſti Cruce & Re-
C
ſurrectione, ita geſtum eſt, vt in his rebus con-
figuraretur vita Chriſtiana, quæ in terris agitur.
Itaque ſi quis adſiſtat, qui ſuggerat, *quod nec
Deus humanum ſanguinem ſitiat, nec Chriſtus vicem
Tertull. paſſionis expoſcat* (verba ſunt magni Tertulliani)
ſtatim audiat à verbo Dei, quod audierat dia-
Matth. 4. 10. bolus à Domino: *Vade Satana, ſcriptum eſt, Domi-
num Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Fugiat
conſpectum veſtrum, & in ima ſua deliteſcat contra-
ctus & torpens, tamquàm coluber excantatus & effu-
migatus.* Ita Tertullianus lib. ad mart. mentem
Apoſtoli non malè aſſecutus: quorſum enim
hic ſtigmata Domini Ieſu in corpore ſuo por-
tare tantopere gloriatus eſſet? quorſum exinde
ipſe Dominus fidelem ſeruum ſuum Franciſ-
D
cum ſignis redemptionis noſtræ tam lucidentè
ſignaſſet; Catharinæ virgini Senenſi innocen-
tiſſimæ coronam ſpineam obtuliſſet, aliósque
ſexcentos, de quibus poſteà erit agendi locus,
patibus notis ac teſſeris inſigniuiſſet, niſi vt ſui
in eos imaginem perfectiſſimam videret? Nul-
la hic ſontis carnis plectendæ commemoratio,
nulla peccati depurgandi mentio, ſed aurea mu-
tuæ ſimilitudinis innuitur commendatio, in
quâ tam interior, quàm exterior noſtri om-
nium perfectio conſiſtit, ipſo Domino atteſtan-
Matth. 10. 24. te: *Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius.* Matth.
10. 25. quem cùm ſimilem fuiſſe libro ſcripto
intus & foris, propheta atteſtante didicimus,
vtrobique etiam legendum à nobis atque

A
ediſcendum liquet.

O! beatum illum diſcipulum, de quo id,
quòd Ennodius de S. Epiphanio, dicere liceat: Ennodius.
*Pingebat actibus ſuis paginam, quam legiſſet, & quod
liber docuerat, vita ſignabat.*

Monuiſſe id B. Magdalenam de Pazzi vir-
ginem ſanctiſſimam Sponſus auditus eſt, cùm
anno CIƆ. IƆ. LXXXV. pridiè Annuntiationis
Deiparæ in ecſtaſiu rapta, hanc mente ſenten-
tiam volutaret: *Verbum caro factum eſt.* In hoc S. Ioan. 1. 14.
raptu S. Auguſtinus aderat, & cordi Magdale-
næ verba hæc viſus altè inſcripſiſſe: *Verbum
caro factum eſt.* Et *Verbum* quidem litteris aureis,
Caro factum verò litteris ſanguineis exarauit:
planè, vt verbi dignitatem & amabilitatem a-
B
more ardenti, qui per aurum exprimitur, hu-
manitatis verò cruciatus & tormenta ſanguine,
& ſuppliciis, quantùm fieri poſſet, rependi de-
bere ſignificaret, non tam ad veterum delicto-
rum abolitionem, quàm tanti Domini, magi-
ſtrique imitatione comparandam ſimilitudi-
nem, cuius quidquid vel moribus, vel vitâ ex-
preſſum eſt, hoc ipſo cenſeri dignum debeat,
quod omnes prudenter imitentur: dicente in-
primis eodem S. Auguſtino: *Tota vita Chriſti* S. Auguſt.
*morum diſciplina fuit: contumelias ſuper iſtime hor-
rebant omnes, omne genus contumeliarum ipſe ſuſti-
nuit. Iniurias intolerabiles arbitrabantur: quæ maior
iniuria, quàm iuſtum, innocentemq́, damnari? Dolo-
res corporis execrabantur; flagellatus, atque cruciatus*
C
*eſt. Mori metuebant; morte mulctatus eſt. Ignominio-
ſiſſimum mortis genus Crucem putabant; Crucifixus
eſt.* Lib. de verâ relig. c. 16.

Benè itaque S. Leo. *Dominus factus eſt nobis via:* S. Leo.
*niſi per Chriſtum non itur ad Chriſtum, per ipſum
autem tendis ad ipſum.*

Quæ ſanè non vera minùs, quàm pia tanti
Pontificis meditatio hanc à Seraphico Bona- S. Bonau.
uentura vocem expreſſit: *Sine vulnere nec volo,
nec poſſum viuere, cum aſpicio Deum meum pro me
vulneratum.* Non vtique duntaxat ad dominum de
peccatis exigendum ſupplicium vt voluit ſupra
nominatus Auctor, ſed etiam Deo miſerante
remiſſi, ad eius in nobis ſimilitudinem intuen-
dam. Quæ res quantum vel in cælis momen-
D
tum repererit, vel nobis parere nata ſit vtilita-
tem, ex infantibus illis pueris, quos innocen-
tiſſima ætas nullius culpæ affines commenda-
bat, didiciſſe licet: iis, inquam, quos ſanè non
paucos per Italiam, Germaniam, Angliam, Gal-
liamque atrox Iudæorum impietas, modo-
que iiſdem, quibus olim patres ſui Chriſtum
Dominum crudeliſſimè necarunt, & flagellis
cæſos, & ſpinis coronatos in Crucem egerunt,
Simones inquam, Gulielmos, Hugones, Ri-
chardos, Chriſtophoros, aliósque.

Nulli hi ſcelerum noxis attinebantur, nec
maleficium æternum ſupplicio notant, quibus
expiandis hæc damna ſubirent: vno hoc in
illis operante vt conformes facti imaginis filij
Dei,

A Dei, & obſignati, vt Sytus loquitur, in ſimilitudine eius, ab illo peculiaribus cæli præmijs donarentur, quod & ipſe mortales latere noluit, dum & eorum lipſana multis prodigijs inclareſcere, & exuuias plurimis fecit miraculis collucere. Tanti eſt vel ad Chriſti patientis ſimilitudinem prudenter æmulandam, eiuſdem conſortium non abhorrere. Quod dum dico, alios fines, atque conſilia non eleuo, nec repello, ſcio namque ſacram Chriſti patientis Oeconomiam duas in ſe res nō parum diuerſas continere, quæ vti illam conſtituunt, ita quoque diuerſam imitationis viam aperiunt. Prior eſt, quæ materiam reſpicit, vt ſunt iniuriæ, vincula, carceres, flagella, ſputa, corona, ſpinæ, vulnera, claui, crux &c.

Altera vero, quæ formam, ſiue quod interius agebatur, conſiderat, vt ſunt obedientia, charitas, patientia, manſuetudo, paupertas, humilitas &c. quibus eo tempore Dominus Ieſus inſigniter eluxit.

P. Vinc. Caraffæ. teſtimonium.

Et neutra quidem harum negligenda, licet poſterior magis neceſſaria ſit, quàm prima; vtraque tamen ad perfectam eius imaginem in nobis exprimendam vel ſingulatim nouo homini commendanda: quod ſanè non velut ab ambiguo aliquo, ſed admodùm verace oraculo, nuper orbi Chriſtiano euidenter innotuit, dum ab ore R. P. Vincentij Caraffæ Septimi Societatis Ieſu præpoſiti Generalis didiciſſe licuit, non amandum dumtaxat à nobis Chriſtum patientem, ſed & paſſionem eiuſdem propiùs imitādam, ac proinde facinus eſſe indignum atque omnis exſors pudoris ſine vulnere viuere, cùm eum cernimus vulneratum: quamuis enim ſine vulnere ac plagâ paradiſi gloria queat obtineri; dedecens tamen eſſe atque indecorum, eam velle nos abſque eiuſmodi teſſerâ ſubire, quâ cum Chriſtus illam ingreſſus eſt. Vnde grauius atque nobilius reperire argumentum vir ſanctus non poterat, quo homini virtutibus dedito, certum earundem exercitium perſuaderet, quàm id, quod à Chriſti exemplo in ſimili arenâ deſudantis petere ſolebat: hinc frequentes ab ore eius huiuſcemodi voces audiri ſolitæ: ſic *Chriſtus faciebat, ſic patiebatur Chriſtus, ſic Chriſtum imitemur.*

B. Andreæ Auellini. patiendi deſiderium.

Eadem mens erat B. Andreæ Auellino Clerico Regulari, quem nuper Vrbs Neapolitana in Patronum adſciuit, cui verba hæc aſſiduè in ore natabant: *Quanta filius Dei pertulit! & quando vt paria poſſim facere transfixas mihi ſentiam manus? conterebratos pedes? tranſuerberatum latus?* Ac ſanctæ huius immdicæ perennitate æſtuabat pectus eius, & ad martyrum tormenta anhelabat, nec alia erant eius vota, quàm vt corpus ſuum claui foderent, cruces ſuſpenderent, &c. Franciſcus Boluitus l. 2. Vitæ cap. 16.

Margarita Maximiliani Cæſaris filia Crucifixi imitatrix.

Vnde ne quemquam fortaſſe carnis ſuæ mollities auocet, aut præiudicata corporis infirmitas impudenter abducat, diuina cauere bonitas nuper voluit, non robuſto aliquo aut forti viro in præclariſſimum exemplum dato, ſed tenerâ quadam ac delicatâ propoſitâ virgunculâ, cuius generoſa animi indoles ac robur, & viros ad patiendum cum Chriſto accenderet, & feminas Chriſto congruenter pati doceret. Et fuêre quidem huiuſmodi non paucæ, ſed vti flores qui ſub æſtatis exitum enati ſunt, carpentibus accidunt gratiores; ita illæ, quæ frigeſcente iam caritate, ac fine ſæculorum inſtante floruerunt, præ alijs ſolent commendari, quas inter iure cenſenda venit virgo illa Cæſaria, quam noſtra hæc ætas velut cælo delapſam ſuſpexit & ereptam ſibi meritò defleuit, Margarita ſcilicet **B** Maximiliani II. Imperatoris filia, Caroli V. neptis, Rudolphi II. ſoror, quam à teneris, vt aiunt, vnguiculis Dominus ad paſſionis ſuæ conſortium non obſcurè pellexit, ipſa verò non degenere paſſu ſecuta eſt allicientem: fortè ſacro Miſſæ officio intererat cùm rubentis ſanguinis ſui in calice ſpectaculo eam recreauit, quo innocentiſſimæ virginis animus vſque adeo ad patiendum cum Chriſto inflammari cœpit, vt eum quem venis abditum ſanguinem ferebat, ſufficere neutiquam arbitraretur ad amori ſuo, quo patienti Domino ſimilis eſſe contendebat, faciendum ſatis, idque potiſſimum antequàm vel doli capax, vel criminis cuiuſpiam contagio infecta eſſet: hinc veſtes aſſumere cilicinas quibus corpuſculum ſudare ſanguinem doceret, **C** armillas ex filis aureis contextas, quibus dum brachia, femoraque conſtringeret, non modicum ſanguinem prouocabat: quæ inter dum crure ex morbo contrahi cœpto, grauius laborare incepiſſet, nec archiatrorum ſedulâ induſtriâ aliud præter extremum aliquod remedium inueniret, quo ſcilicet rotulis quibuſdam crus illud violentè extraheretur, palleſcere omnes, ſed non Margarita, quæ nihil niſi cum Chriſto pati votis omnibus cupiebat. Cæſari ergo parenti, ſic viſum aiunt, illa, ex obedientiâ pati, Chriſti domini ſui exemplo maximi æſtimans, ſi placet, inquit, parenti, fiat. Imperatrix tam triſti intereſſe ſpectaculo non poterat, adfuit Pater, acerrimum iſtud filiæ ſupplicium **D** maiore ſui dolore conſpiciens, quàm ea quæ iſtud patiebatur, in ſua carne ſentiret. Erat qui patienti in aurem inſuſurraret, vt de vehementiâ cruciatuum paululum quereretur, ac mitiora remedia imploraret. cui Margarita: quod pater iuſſit, fieri omnino debet. Quis neget hîc ſponſi ſenſum dilectiſſimæ ſponſæ cognitum fuiſſe, rapiebatur ille ad tormenta ac mortem, obſiſtere volebat Petrus: quid Chriſtus? *Mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum?* Ioan. 17. 11. Sic Margarita: quomodo namque illa paternis iuſſionibus obluctari potuiſſet, quæ nihil mente, animoque præcipiebat aliud quàm Chriſti ſponſi ſui imitatione pati aſpera, duraque cum eo ſupplicia perpeti:

Ioan. 17. 11.

perpeti: ac ſanguinem ſanguine, vitamque vitâ poſſe compenſare. Narciſſum ferunt Cæphiſi & Lyriopes filium, dum aliquando ad fontem bibiturus acceſſiſſet, tanto conſpectæ imaginis ſuæ amore exarſiſſe, vt ſe in eundem præcipitarit. Fabulæ. Verius autem, quod in hac virgine deſignauit filius Dei, qui dum Patri ſuo factus obediens vſque ad mortem, ſui in eâ imaginem non vulgariter expreſſam conſpiceret, tantopere eam adamauit, vt totum ſe illi communicare ſtatuerit: nec alteri cedere paſſus in ſponſam & montis Caluarij municipem perpetuò aggregarit. Vnde factum vt illa omiſſis ceteris omnibus vanæ gloriæ titulis, Margarita à Cruce, quam vnicè diligebat, nec abſque ſanguine ſibi deſponſarat, voluerit nuncupari. Ioan Gans in virg. Auſtriacarum gynecæo l. 12. c. 5. Eant nunc, queranturq; viri patientis Chriſti imitationem ſanguine pingi, cùm iſtuc & virgines ſuum tam liberaliter dedicarint.

CAPVT SEXTVM.

Imitationis huius princeps atque opifex cauſſa Chriſtus, quà Deus: Exemplaris verò, quà homo præcipuè tenendus eſt.

QVi de cauſis philoſophantur, diuerſa earum genera nobis propoſuiſſe viſi ſunt, vt quod factum aliquando percupimus, cuius id virtute ac potentiâ fieri potiſſimum ſoleat, non ignoremus: vnde hoc commodi, boníque exiſtere plerique arbitrati ſunt, vt certiùs, atque ſecuriùs, quod volumus, conſequamur. Quod illis, idem & mihi hîc video vſu venire: Chriſti patientis imitationem vtilem illam atque neceſſariam capite præcedente oſtẽdimus, quare hic de cauſis eiuſdem breuiter inquiremus, ne illis fortaſſe aut non cognitis, aut neglectis, quam inde ſpem animo noſtro concepimus, ereptam nobis ac perditam ſerò lugeamus.

Ad efficientem itaque cauſſam quod attinet, ſicut opera omnia ad extra, vt ea Theologi vocant, toti SS. Trinitati communia, ad diffundendam ſummi atque immutabilis boni gloriam fieri ſolent: ita hoc præcipuè opus imitationis Chriſti, tota ſanctiſſima Trinitas in hominibus vrgere, promouereque conſueuit. Quemadmodum enim Chriſtus præcipuum eſt opus Dei, ab eo intentum primariò, vt finis omnium aliorum; ita ſecundariò quæcumque Deus in hominibus operatur, iſtuc reſpicere voluit, vt Chriſto quàm ſimillima reddantur, & quemadmodùm ad eius ideam creata ſunt omnia, ita quoq; vbi ab illa deſciuerint, ad eiuſdẽ ſimilitudinẽ reparentur. Singulari tamen modo ad Dei filium ſpectare totũ hoc ideo credibile eſt, quia id notiſſimæ rationi conuenit, & ſaluti: ſicut enim Verbo Domini non tantùm cæli firmati ſunt, ſed etiam diuina homini ſimilitudo im-
A preſſa eſt; ita eiuſdem ope deformata reficiatur ad illud, de quo expreſſa fuerat, exemplar neceſſe eſt; vt infinitâ illâ ideâ, non obiectâ tantùm, ſed & in opus illabente reformetur. *Nam cui dubium eſſe poteſt, quin hominem illum, quem aſſumpſit*, ita [vt S. loquitur Auguſtinus] *humiliter, ita religioſe, ita patienter, ita fortiter, ita temperatè, ita obedienter, denique ita perfectè & ſanctè geſſerit vt per eum, tamquàm ſibi coniunctum vnione admirabili inſtrumentum, in hoc opus reformandæ in hominibus ſimilitudinis incumberet.* Si enim ſua cuique placet perfectio, vt in alios eiuſdem ſimilitudinem ſiue generatione, ſiue aliâ quadam efficientiâ deriuare vel maximè exoptet, quomodo Dei filio ſua illa vitæ ſanctitas, morum religio, virtutumque non placeat excellentia?
B quomodo illam in homines, ſpiritualiter ſuo regeneratos ſemine non propaget? Voluerítne digniſſimi corporis ſui lineamenta, vt ſupra vidimus, ſepulchralibus linteis, quibus à Ioſepho fuerat inuolutum, imprimere; & imaginem, quam à patre accepit, cum ei reddere nequeat; nobis ex eiuſdem amore non infigat? Sanè quanto id deſiderio factum cupiat explicari non poteſt. Cùm enim in eo Dei Patris gloria ſita ſit, vt ſicut ipſe eſt imago eſſentialis, atque adeo gloria patris; ita nos eiuſdem etiam quàm perfectiſſimas imagines velut ex ſuo exemplari expreſſas efficiat, dubitandum non eſt, in eam
C rem tum magnopere propendere, tum verò tamquàm ſibi maximè propriam ſuſtinere.

Et hæc ad efficientem cauſſam quod ſpectat: Venio ad illam, quam in ſcholis moralem, ſiue meritoriam appellamus, quo nomine & hic quoque cenſeri Chriſtum Dominum noſtri amantiſſimum clarius eſt, quàm vt meâ explicatione opus eſſe videatur: cùm enim is non tantùm pro eo amore, quo patris gloriam deſiderabat, tantis ſe vitæ moleſtijs atque doloribus obtulerit, ſed vt noſtram quoque ſalutem aſſereret & promoueret, nihil egiſſe vnquàm, nihil paſſum eſſe liquet quod nõ ad eum finem referret, vt ab æterno patre gratiam nobis obtineret, quâ illas ipſas actiones imitari ſingulas,
D & virtutum exempla ſectari poſſemus. Tam ſit Polycleti, quàm Cœli canon, norma excellentiæ, inſignium operum amuſſis, viua lex politiæ Chriſtianæ! Quem inducens in orbem terrarum ſummus parens & conſolationis noſtræ Deus, ſic compellare vnumquemque & affari viſus eſt: *Inſpice & fac ſecundùm exemplar, quod tibi* Exodi 25.
in monte monſtratum eſt. Vbi, cùm inſpiciendum 40.
eſſe monet, apertè ſignificat, Chriſti vitam & mortem ſpeculum eſſe clariſſimum omnium rectè factorum, atque dictorum, in quod intuentes imitationem concipiamus. Quod Magiſter Eccleſiæ Paulus diuinitus hoc magnifico
acroamate illuſtrat *gloriã Domini ſpeculantes*, græ- 2. Cor. 3.
cè *κατοπτριζόμενοι*, propriè, vt in ſpeculo conſiderantes, *in eandem imaginem transformamur:*

Hoc

hoc eſt cæleſtis vitæ formam & imaginem reportamus.

S. Philippus Nerius, patientis Christi imitator.

Et huc ſanè anhelaſſe frequentiùs, ac votis omnibus deſiderare id ſolitum, dum hîc inter nos mortalis degeret S. Philippum Nerium accepimus: nouerat ſanè Theodidactus Pater, quanta ex hoc vno præ ceteris homini creſcere felicitas, & accumulari in perpetuum beatitas queat: vnde fiebat, vt ænei Crucifixi imaginē à cruce ſeiunctam apud ſe haberet ſemper, quâ poſſet liberiùs ori vel pectori admotâ, ſui cordis affectus explere: atque ex hac Dominicæ Paſſionis aſſiduâ meditatione excitabatur in illo tam feruens ad Indos proficiſcendi cupiditas, vt iſtic, nempè, ſaluti mortalium incumbens, quòd à Dei filio tantis impendiis factum meminerat, & ipſe aliquando ſudoribus exhauſtis, ſanguine litaret. Sed cùm voti compos fieri nequaquàm poſſet, aliâ viâ clementiſſimus Dominus eius vota explere viſus eſt, nam S. inſtar Lutgardis ſanctiſſimæ virginis, Deoque cariſſimæ, ſanguinem pro ſanguine, non gladio, ſed deſiderio ac voluntate Chriſto meruit rependere ac dedicare. Quaptopter ſequentis vitæ decurſu tantam ſanguinis copiam ex ore profudit, vt quandoque aciem oculorum perdidiſſe, atque interdum arteriarum pulſu omninò deſtitutus eſſe videretur. In quo dulciſſimo ac deſideratiſſimo animi deliquio, hoc dicere identidem ſolebat: O vtinam pro te, bone IESV, tantùm ſanguinis effundam, donec minima ſaltem ex parte amori maximo reſpōdeam tuo! vnde fiebat, vt vel vno tantùm Paſſionis audito verbo totus in lachrymas difflueret: aliàs de hoc myſterio vel loquens vel audiens ſpirare vix poſſet, aliàs toto corpore contremiſcere cogeretur.

P. Vincentius Caraffa.

Et hunc abſque dolore ac ſanguine Chriſtū imitari voluiſſe credibile erit? relatiſque ſalmacidis ſpolijs de carne, mundoque triumphaſſe? nequaquàm profectò: quòd & in P. Vincentio Caraffa nuper, ſeptimo Societatis IESV præpoſito Generali; diuina bonitas orbi Chriſtiano cognitum fecit, teſte Daniele Bertoli in Vitâ lib. 2. c. 12. quamuis enim ipſa Chriſti perſona, omneſque eius actiones vberem Patri Vincentio ſuppeditarent materiam incomparabilis in Deum amoris, per ſuauiſſimos affectus, quos inde eliquabat; nihil tamen magis guſtum eius explebat, quo totus, velut extra ſe rapi videbatur, quàm accurata patientis Chriſti commentatio, in quâ non ſolùm diuinæ caritatis legebat exceſſum, ad donationem vſque vitæ ac ſanguinis proprij filij ſui, paribus ignominiâ ac tormento; ſed & formam redamandi cum perfectiſſimam, qui ſe tantopere adamârat, vnde perpetuò ei in ore verſabatur: *Amare, & pati.* Et in huius quidem rei memoriam multo tempore ſolitus fuit pauperis cuiuſdam Crucifixum pectori appreſſum geſtare, ſed ſine Cru- A ce, deſiderans ipſe Crux viua eſſe Chriſto, vt hac ſibi ratione, dum illum inſeparabiliter ſuper ſe geſtat, Clauorum transfixionem penſaret, quibus ad hominem Cruci affigendum opus eſſe non ignorabat.

R.P. Lyreus de imit. IESV patient.

Atque hinc grandis illa viro optimo oriebatur lætitia, quàm in pœnis atque doloribus corporis ſui aſſiduè demonſtrabat; incredibiliter exoptans videre ſeipſum à capite ad pedum vſque plantas vulneribus obſitum, aut ſaltem quinque illis maioribus plagis notatum, vt, vel eâ denique ratione Chriſto patienti ſimilior redderetur.

Marcell. Maſtrillus.

Eodem reſpexiſſe credendus eſt Pater Frāciſcus Marcellus Maſtrillus R.P. Vincentij Ca- B raffæ quondam diſcipulus, qui nuper anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo vitam ſuam maximis prodigiis illuſtrem, in vrbe Nangaſachi, totius Iaponiæ Metropoli feliciſſimè finiuit, de quo Cinamus in vitâ narrat, portare ſolitum fuiſſe Crucifixum nudo pectori ſub veſte applicitum, ſed ſine cruce; cuius cauſam dabat, cùm ipſe ob continua peccata ſua Domino Ieſu crucem ſatis amplam præberet quotidie, ideò ſuper ſe eum deferre voluiſſe, tamquam ſuper crucem: reapſe verò vt tantò magis ſe Chriſto conformaret, neque à patiente Domino ſeruus vnquàm ſepararetur.

S. August. lib. 1. de Vera relig. c. 16.

Et ſanè tutiſſima hæc, ſi quæ alia, via eſt, quàm vitæ nouæ candidatus à Chriſto ſigna- C tam inſiſtat, de quo ſic antè S. Auguſtinus veriſſimè pronuntiauit lib. 1. de vera relig. cap. 16. *Omnia quæ habere cupientes non rectè viuebamus, carendo vitia fecit: omnia quæ vitare cupientes à ſtudio deuiabamus veritatis, perpetiendo deiecit. Vitā viam nullum à nobis peccatum committi poteſt, niſi dum appetuntur ea, quæ ille contempſit, aut fugiuntur ea, quæ ille ſuſtinuit.*

O verum Doctorem iuſtitiæ, vel hoc monitore omnibus ſequendum, qui tantâ nos beneuolentiâ, affectuque non deſinit, eodem prouocare.

Galat. 2. 20.

Quare non eſt quòd in hac imitatione vllā nos difficultas terreat, aut diffidentia virium affligat, quàmuis enim illa gratiæ plenitudo, quæ D in Chriſto, tamquàm in capite fuit, nobis non communicetur; quæ tamen dari ſolet, eiuſdem cùm illa ſpeciei & naturæ eſt, & ab illâ, vt à fonte, promanat, ac proinde potentiſſimè inclinat, vires ſuggerens ad illa ipſa, quæ in Chriſto effecit, imitanda: quòd S. Apoſtolus Paulus ſenſiſſe credendus eſt, cùm ſcripſit ad Galat. 2. 20. *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* O! quando & in nobis? quando id ſentire in nobis? quando id dabitur obtinere? vt iam non alia imago, quàm eius qui fecit nos, inueniatur in nobis? Expertus id ſanè fuit religioſiſſimus frater noſter Alfonſus Rodrigez, qui Chriſti cruciatibus imitandis tantopere affici ſolitus erat, vt dum eos animo verſaret, etiam à

plantâ pedis ad verticem capitis confixum ſe Chriſto in Cruce ſentiret. Et verò ſcriptum ſuâ manu reliquit, ſe cogitandis Chriſti ſupplicijs, eorum partem ſentire ſolitum eſſe, & totum amoris pariter & doloris magnitudine in eum transformari: Deum enim perinde amoris beneficio ſe nobis infundere, vt ligno & ferro ignis confunditur ita; P. Ludouicus Ianinus in vitâ eius.

Huc itaque omnibus ad vitæ nouitatem anhelantibus connitendum, ſat diu profectò tulimus characterem beſtiæ, imaginem propudioſam, teſſeram exitij ac perditionis: libertate opus eſt, excutienda veteris hominis forma. Ad tui ſimilitudinem, Ieſu ſanctiſſimè, totis viribus anhelamus, tu eam cordi noſtro primùm, deinde brachijs imprimere ne graueris, vt tu viuas deinceps in nobis, vt non iam ampliùs vita noſtra, ſed tua dumtaxat manifeſtetur in nobis. Hoc lutum tot peccatorum caumatis induratum, gratiæ tuæ rore ſuauiſſimo emollitum finge, refinge, forma, reforma, & in aureâ Amoris tui fornace excoctum conſerua, vt iam non noſter ſenſus, ſed tuus iugiter perſeueret character in nobis, altè ſiquidem meæ menti infixum eſt, quòd magnus ille amoris tui diſcipulus ac gratiæ magiſter Ioannes 1. 2. teſtatum

1. Ioan. 2. reliquit: *Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare.*

S. Auguſt. Si enim vt benè ratiocinatur S. Auguſtinus in titul. Pſalm. 51. *Caput noſtrum ſine primò pacto labore in terrâ, in cælo regnare noluit, neque leuare ſurſum corpus, quòd deorſum accepit, niſi per tribulationis viam; quid audent membra ſperare capite ſuo magis ſe eſſe felicia?* Non ergo ſperemus molliorem viam, qua præceſſit, eamus, quà duxit ſe-

S. Leo. quamur. *Neque enim*, vt benè dixit S. Leo, *Chriſti humilitas vlli eſt erubeſcenda nobilium, vlli aſpernanda diuitum: non enim in tantùm poteſt humana ſublimitas peruenire faſtigium, vt ſibi æſtimet pudendum, quòd Deus in formâ ſerui, non eſt arbitratus indignum.* ſerm. 2. de reſur. Tudippum, quòd ſecum cicutam bibere damnatus eſſet, triſtem videns Phocio, eum ſolabatur, dicens: *Nónne tibi ſatis eſt cum Phocione mori?* Satis profectò debet eſſe Chriſtiano cum Chriſto pati.

Et quanta hæc dignatio! quâ nulla ſanè maior: electum eſſe ad ſimilitudinem filij Dei, quàm exinde felicitas ſequatur æterna. Agnoſce, homo noue, fortunam tuam, & quid ille in te viderit, vt ad hoc te eligeret expende, nec quidquam præter eximiam eius miſericordiam, quâ te preuenit, occurret. pulchrâ id ſimilitu-

Tract. 8. ſuper Epiſt. 5. Ioan. dine S. Auguſtinus explanat. *Finge*, inquiens, *tibi ſculptorem aliquem aut ſtatuarium per montem tranſire, ibique truncum quempiam ab arbore præciſum videre, fixiſque oculis contemplari, & ſtatimque iam tum in arte ſuâ conſpiceret, quid de trunco illo fieri poſſet; huic inquit, quàm inſignis de informi hoc ligno imago ſculpetur*, hoc ſcilicet eſt, quod amat; hoc illi in trun-

A co placet, non, quòd tunc erat, vt qui non niſi aſper, ſcabroſus, & inconcinnus truncus erat; ſed pulchra & perfecta imago, quam inde erat efformaturus. Sic te Deus amauit impium & peccatorem, non inquantùm peccatorem, non vt lignum aridum, informe & infructuoſum, vt eras maneres, quaſi lignum de ſiluâ & de monte præciſum vidit te faber ille ſummus, & cogitauit ædificium, quòd inde facturus erat. Hoc in te placuit, non quòd tunc eras, quia aliud non eras quàm aridum & impolitum, & contemptibile lignum, ſed quòd de te facere volebat. Supremus ille Phidias, qui cælum & terrã molitus eſt, perfectam quandam, conſummatamque imaginem de hoc trunco formari vo-

B luit. *quos præſciuit, & prædeſtinauit, conformes fieri imagini filij ſui*, ſculpere nimirùm ex te voluit imaginem quæ vnigenito filio ſuo planè conformis & per omnia conſimilis eſſet; imaginem inquam, quæ ipſum repræſentet Deum: vide ne ingratus obſiſtas quo te eiuſdem continuâ induſtriâ, tot diuini afflatus, animiſque cælitus admota vocant incitamenta. Quid dicis ad hæc? an verò iniuriam intulit, dum ex miſerrimo, in quo iacebas ſtatu, te Deus extraxit? gratiamne an contumeliam cenſes, vitam de te voluiſſe ſui imaginem facere? Certè, dum is, vt quòd in te cœpit abſoluat, te vel in honore, vel in blandis ſenſuum oblectationibus, aut corporis commoditatibus ferire aut ſtringere incipit, quæ-

C que immodicè redundant, atque imaginis ſuæ ductus impediunt reſecare; tu verò dum potes tantò conamine ictum auertis, ſi verò non poſſis, oppidò quereris, opus eius corrumpis, pluſque vnâ horâ deſtruis, ac diſſoluis, quàm biennio toto is ante prouexerat ac prorogarat; vereri incipio, vt ſerio rem complectaris. Et vnde hoc? quia, verbo vno abſoluam, eſſe candex matis & truncus quàm Ieſus Chriſtus. Erubeſce hic homo; & ſi vel vna tibi Chriſtiani ſanguinis gutta ſupereſt, time, ne te putreſcere ſinat ſuper terram, aut in focos abijciat ſempiternos. Quid ergo facto opus! vt diuinis conſilijs obſecundes, & quâ vocat impigrè ſequaris, viam monſtrabit Franciſcus de Sales poſteà

D Gebennenſium ſacer antiſtites? Camberium hic à parente miſſus fuerat, vt in ſupremæ Curiæ cauſidicum allegeretur. quâ re feliciter confectâ domum reuertebatur, cùm equus fallente veſtigio ad humum inæqualem lapſus, inſidentem, innoxio tamen caſu effudit in gramen, enſis quoque quo accingebatur decidit, & euaginatus cum vagina formauit in via Crucem. Terruit eum tantillùm res hæc, non ita tamen, vt impediret magnam, quâ pollebat animi libertatem: nam fortuitis eiuſmodi caſibus non multum tribuebat, & eum nemo ſuperſtitionis damnare potuit. Sed prodigij cogitationem indiderunt ſecundus, & tertius caſus & eadem in vtroque formatio, tunc ſtupenti etiam ſocio

dixit:

A dixit: non vult Deus hoc me vitæ genus amplecti, quod pater intendit, ſed viam ingredi Crucis: quare hinc vel maximo Crucifixi imitandi amore ſuccenſus, Crucifigere, inquit debeo meas appetitiones, vt deinceps Chriſto ſimilis euadam, quod & ab eo generoſè præſtitum fuit. Carolus Auguſtus Saleſius in eius Vitâ l.1. Sic itur, dum peruenitur.

CAPVT SEPTIMVM.

Cùm Chriſto mouenda homini manus eſt, vt præclariſſimam imitationis formam aſſequatur.

B ITa certe eſt, quemadmodum ſuperiore capite inſinuauimus, multa, eaque potentiſſima nobis vndique ad ſimilitudinem hanc in qua omnis ſalus noſtra ſita eſt atque felicitas, conſequendam, ſuppetunt adiumenta; verum fruſtra, atque inutilia omnia, niſi contributâ operâ in hanc rem efficiendam ipſi intercedere ſtatuamus, vt enim, *qui*, teſte S. Auguſtino, *te creauit ſine te, non ſaluabit te ſine te:* Ita Deus qui imaginem ſuam ſolus animæ tuæ per creationem impreſſit, ei ſimilitudinem ſuam non addet, niſi tu eum volueris adiuuare, quod & Athenienſis ille veredarius vel ſerò à Philoſopho intellexit, cuius cùm eſſedum tenaciori luto inſidens nullo equorum conatu extrahi poſſet ille verò C deſes mineruam ſuam identidem inclamaret, audijt, σὺν Ἀθηνᾶ καὶ χεῖρα κίνει: *Cùm minerua & manum moue.* Ita profectò faciendum eſt, de quo præ ceteris auſcultandus nobis S. Gregorius eſt, vir ſeculo ſuo clariſſimus, idemque Nyſſenus Epiſcopus, qui poſteaquàm notaſſet Moyſem ſolius imaginis diuinæ in homine meminiſſe, cùm diceret: *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam: ad imaginem ſuam creauit illum* [Geneſ. 1. 27.] Geneſ. 1. 27. velut eo ſignificare voluiſſet ipſam ſuam ſimilitudinem non niſi cum homine ſe poſteà perfecturum, hæc ita ſubiungit: *Vnum in creatione, alterum in electione poſitum eſt: nam vt* [S. Greg. Nyſſenus.] *fieremus ad imaginem Dei, dum initio procrearemur, obtinuimus, vt autem efficiamur ad eius ſimilitudinem,* D *propoſito conſequimur & voluntate.* Magnum profectò ac nobile priuilegium, rem adeo ſanctam, nobiſque vtilem, ac Deo gratiſſimam vnà cum eo efficere poſſe & accurare. Si namque, vt prudenter annotauit Auguſtinus, vniuerſo generi hominum perhonorificum eſt Deum voluiſſe homines verbi ſui habere adminiſtros, eorumque operâ vti ad communem generis ſalutem, perfectionemque comparandam, an poterit non eſſe glorioſiſſimum tot cæleſtium gratiarum ſatus, quos diuina bonitas in animis eorum excitat, ad fruges prouehere, aſſiduam, ſolertemq; curam impendere, vt formetur Chriſtus in illis? Certè qui ſecus, ſapit deſipit: qui abnuit, à ſemitâ veritatis abcedit.

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

A Deleturus orbem terrarum Deus, & non niſi per aquas Noëmo ſeruatori generis, cum viuorum capitum primaria nobilitate parſurus, eidem arcam vt fabricaret iniunxit. Quare? numquid aliter amicum liberaſſe poterat Deus? reſpondet optimè S. Thomas: *Vt*, inquit, *per hoc* [S. Thom.] *daretur aliquis locus meritis & cooperationi ipſius, quia fabricando hanc arcam, probata eſt fides eius, & per hoc cooperatus eſt reſtitutioni ſaluationis ſuæ.*

Rebecca diuino inſtructa oraculo fore ſperabat certiſſimè, vt Iacob à Patre benedictionem referret, nihilominùs ad effectum hunc conſequendum quem non mouit lapidem, quid non legitur eſſe molita? filium ad venandum emiſit, eſcas parenti coxit, filij manus hædinis B pellibus veſtiuit, & nuda colli obtexit: quorſum hæc omnia? an promiſſis diffiſa diuinis, eludi poſſe, infringique timebat? Neutiquàm id formidabat Rebecca, ſed operæ ſuæ collationem requiri non neſciebat.

Et quis quæſo de diuinâ protectione certior, quàm in ſolitudine Moyſes, Deum ſciens in columnâ nubis ſibi nunquàm defuturum? & tamen ad Hobab conuerſus, quem multi Iethro ſocerum eius fuiſſe exiſtimant; quantis illum precibus exorauit, vt ſibi eâ in ſolitudine magiſtrum præſtaret & ducem? *Noli*; inquiebat, *nos relinquere, tu enim noſti in quibus locis per* [Num. 10. 31.] *deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter.* C In quem locum Iſidorus Clarius ſic commentatus eſt: [Iſidor. Clar.] rogat Moyſes vt ei ſua prudentia opitularetur: quo exemplo admonemur, ita committendam eſſe omnem vitam noſtram Deo, vt tamen auxilium humanum non contemnamus. Atque hac planè ratione Heliſæum curaſſe Naaman Syrum, Regum faſti loquuntur; [4. Reg. 5. 10.] dum ſepties eum in Iordane lauari voluit, ſcilicet vt hominem doceret etiam in rebus diuinâ virtute peragendis, ſuam ſubtrahere induſtriam non debere; vti & poſtea oleum viduæ largiturus, [4. Reg. 4.] puſillum illud quod reſiduum habebat, proferri poſtulauit, & in vaſa vacua non pauca, quod multiplicandum, effundi. Quid priore illo opus, inquies, nunquid qui tanta virtute D pollebat, abſque illius reſidui collatione nihil agere potuiſſet. Vtique, ſed quid in vnoquoque noſtrum in ſuæ procuratione ſalutis exigat Deus, voluit oſtendiſſe. Quod & Chriſtus ipſe Saluator noſter aquam conuerſurus in vinum ſuis innuiſſe videtur, dum miniſtros implere [Ioan. 2. 7.] Hydrias & in triclinium afferre præcepit; an qui vini defectum ſupplere ſtatuerat, illud niſi ex aqua, quam hauſerant, producere potuiſſet? minimè profectò, qui namque aquam de nihilo ante creauerat, vtique poterat & vinum eadem virtute produxiſſe. Admirandum ad hæc conuiuium in ſolitudine quinque hominum millibus præbiturus, [Ioan. 6. 9.] integram diſcipulorum annonam quinque videlicet hordeaceos panes & piſces duos afferri omnibus præcepit: quid illa

inter tantos? Lazarum ſororibus redditurus, eos qui aderant, lapidem ante à tumulo amouere; (Ioan. 11. 44.) deinde inſtitis, quibus ligabatur exſoluere præcepit: qui vitæ redonare poterat, non poterat libertati? an mortis repagula inferiora ſepulchro? Denique menſam prodigioſa piſce inſtructam diſcipulis appoſiturus: (Ioan. 21. 10.) *Afferte*, inquit, *de piſcibus quos prendidiſtis* Ioan. 21. vt oſtenderet ſcilicet, humanam quoque induſtriam cum diuinâ virtute coniungendam, neque operationibus diuinis noſtrarum operarum deeſſe poſſe collationes; quod vt in his omnibus, ita & in præſenti imitationis negotio requiri à Deo, & deſiderari certum eſt, qui totum hoc ſuum vult eſſe & noſtrum: ſuum vocando, noſtrum cooperando.

(Alexander Vbaldinus.) Luce clarius id patuit non ita pridem, in Alexandro Vbaldino nobiliſſimo iuuene, qui eo ipſo die quo Leo XI. renuntiatus eſt pontifex, auunculus eius, regali contumaciâ, à magnitudine humana omnia deſpicientis animi ducta, calcatis honoribus, qui ſe ipſi vltro offerebant, quos alij per ignes, ferrumque petunt, intra Carmelitarum excalceatorum religioſa clauſtra ſe abdidit, ad quæ omnes honorum aditus obſtructi ſunt. Et gratum ſibi Deus id fuiſſe oſtendit, nam cùm adeo tenui eſſet valetudine, & ſtomacho, vt ab edulijs ferè omnibus, damnum ac perniciem metueret; corpore adeo delicato, vt quoduis ei ſtratum, quantumuis molle, durum videretur; frigoris adeo impatiens, vt æſtate mediâ, ternis tibialibus crura contegeret, tantum ei robur Deus dedit, vt iam nullum cibi genus reſpueret, quo ſocij vterentur, & in culcitâ ſtramentitiâ, tamquàm in molli plumâ cubaret, & frigidiſſimo anni tempore, nudis pedibus & cruribus incederet: in quo vitæ genere annos viginti quinque magnâ commendatione abſoluit. Ianus Nicius. Ita ſolet agere Deus, vbi nos habuerit obſequentes: in quo certè non paruum nobis ſtimulum ſubdere mihi viſæ ſunt alites illæ, quæ dum appetente hieme, vel æſtate ex locis quibuſdam commigrant ad alia, mariaque immenſa tranando defatigari ſe ſentiunt; ad aquas quidem deſcendunt, non tamen animum deſpondent, dum alâ vnâ, vt nauigio, ſubter corpus ſubſtratâ, alteram erigunt in ſublime, veli inſtar, atque ita pelago feruntur, ventis impulſæ, donec eo quo tendunt deferantur. Ita nobis agendum, alterâ animi parte hiſce inferioribus curis occupatâ, erigi altera debet, vt cõceptâ è cælo diuini fauoris aurâ, quam non abnuet Deus, curſum, quo ille nos vocat, promoueamus.

Sed ſcio quid dicant, quibus læuâ ſub parte mamillæ contrarium ſalit, nihil ſcilicet ſe poſſe: virtute pollere exiguâ & infirmâ, Deum eſſe qui dat omnibus affluenter, quique hâc vnicâ de causâ dictus eſt שדי ſibi ſufficiens, quod in agendo virium noſtrarum non egeat collatione;

A arroganter hoc atque immodeſtè de ſe ſentientis hominis eſſe, & immodicâ ſui præfidentiâ laborantis. Quibus id inpræſentiatum reſpondeo, vt virtutis ſit de ſe in omnibus & ſentire modeſtè & ſummiſsè loqui, ita minimè arrogantiam olere, ſanctum eſſe velle, atque ad diuinarum perfectionum ſimilitudinem conniti, cùm & illuc nos Deus inuitet & auxilium ſæpè promittat, *Qui infirma mundi eligere ſolitus eſt vt* (1. Cor. 1. 27.) *fortia confundat, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtruat, atque peſſundet, & non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* 1. Cor. 1. ſed gratiæ eius vires agnoſcat, qui, vt loquitur S. Auguſtin. lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 17. *Vt velimus operatur in-* (S. Auguſt.) *cipiens, & volentibus ac connitentibus cooperatur per-*
B *ficiens.*

Altus eſt, atque ſublimis, fateor Deus, ſed ab humilibus contingitur, qui quod in ſe eſt, ſummiſsè conferunt, quodque ſibi deeſſe intelligunt fidenter ab eo exſpectant.

Præclarè vt aſſolet prædictus Pater, ſer. 1. de natiuit. expreſſit: *Chriſtus*, inquiens *ipſe eſt botrus,* (S. Auguſt.) *quem duo exploratores in phalanga, ad filios Iſrael proprijs humeris detulerunt; quod quidem factum iam tunc præfigurabat aduentum Domini Saluatoris. Nam botrus in phalanga ſuſpenſus, in Cruce Chriſtus appenſus oſtenditur, duo autem in phalanga portantes vuam, duo populi demonſtrantur, Chriſtianus vtique & Iu-*
C *dæus. Hic prior non videt quid portat: Chriſtianus vero ſequens populus Chriſtum ſemper oculis aſpicit, ſemper cuſtodit obtutibus, & quadam graduum ſuorum vicinitate complectitur, & quanto eum ille populus prauo itinere poſt ſe relinquit; tantò eum iſte directo curſu feſtinat attingere. Vtique per imitationem Crucis, & ſimilitudinem vitæ reſpondentis illi, quam ipſe prior noſtri cauſâ traduxit.*

Et huc quidem alluſiſſe S. Ambroſius viſus (S. Ambroſ.) eſt, cùm dixit ſerm. 28. de SS. *Tendamus manus, vt Chriſtum vindemiare poſſimus. Gloria magna eſt,* inquit ſapiens, *ſequi Dominum. Chriſti milites ſumus: ſub eius ſignis militamus. Dux noſter Chriſtus eſt.* (Eccli. 23. 37.) *Imo noſtri omnium rex eſt, aulicorum eò ſuſpirat ambitio, vt regem quàm proxime reſpectant aut ſequan-*
D *tur.* Vnde Hephæſtionis maximam fuiſſe gloriam aiunt quod Alexander ſe alterum Hephæſtionem, Hephæſtionem verò alterum diceret Alexandrum. Vtinam hoc de vnoquoque noſtrum non vanus aliquis augur Alexander, ſed ipſa Dei ſapientia Chriſtus aliquando pronunciet, ſicut de Iudicibus olim per os Dauid Spiritus ſanctus expreſſit, *ego dixi dij eſtis*, quia de (Pſal. 81. 6.) eminentiâ poteſtatis & iudicij diuini participabant. Maior hominis dignitas eſt quod Dei imago, quàm miniſter ſit: quo itaque imago hæc propius ad prototypum ſuum, virtutum eius imitatione acceſſerit, tantò ſimilitudinis illius gloriam vberius conſequetur. Atque hoc eſt quod electiſſimum iſtud Chriſti organum Paulus de ſe Coloſſenſibus ſcribebat: *Adimpleo ea,* (Col. 1. 24.) *quæ deſunt paſſionum Chriſti.* Quæ verba elucidans

S. Augu-

S. Auguſtinus, quærit, *quid adimpleat? quæ deſint? cui deſint paſſiones Chriſti? Numquid aliquid preſſurarum deerat in illo homine, quod factum eſt verbum Dei, natum ex Mariâ Virgine? Paſſus enim eſt quidquid pati deberet, & videtur quod omnia. In Cruce enim poſitus accepit acetum in vltimo, & ait. Perfectum eſt, & inclinato capite emiſit ſpiritum. Quid eſt perfectum eſt? Iam de menſura paſſionum nihil deeſt; quia omnia, quæ de me, ſcripta ſunt, completa ſunt. Ergo impletæ erant omnes paſſiones ſed in capite. Reſtabant adhuc Chriſti paſſiones in corpore: vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra. In ijs ergo membris cùm eſſet Apoſtolus, dixit: adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* (1. Cor. 12. 27.)

In quibus cùm & nouus homo quilibet eſſe cognoſcatur, conabitur is ſtrenuè, dies noctesque in Chriſti imitationem incumbendo, adimpleturus ſic in ſe quæ deſunt, paſſionum Chriſti, vt eius & patiendo particeps, & imitando ſimilis Crucifixo reddatur. *Diligendo* ſiquidem, vt (S. Leo.) S. Leo loquitur, *nos Deus ad imaginem ſuam reparat, & vt in nobis formam ſuæ bonitatis inueniat, dat, vnde ipſe operatur, & nos operamur, accendens ſcilicet mentium noſtrarum lucernas, & igne nos ſuæ charitatis inflammans, vt non ſolùm ipſum, ſed etiam quidquid diligit, diligamus.* Serm. 1. de Ieiunio 10. menſis. Et hæc certè nobiliſſima illa ſparta eſt, quam nobis diuina bonitas ornandam largita eſt, ac magnâ animi ſui voluptate perfectam velle, & porro promouere non ceſſat. Vt quid enim prolixam illam agoniam ſuſtinuiſſe alioquin credideris, cùm hinc metus acerbiſſimæ necis repræſentatione mærentem animum deterreret, inde Amor inflammato ſtudio ad exquiſitiſſima ſupplicia incitaret, fronte hilari proditorem ſuadens excipere, & contra quam fieri ſolet, proditionem odiſſe, & amare proditorem; porrigere vincientibus manus, gaudere quot ipſe nodis conſtringeretur, totidem nexus ex hominum collo relaxaret, teneros artus virgatoribus obijcere, caput ſentibus coronandum præbere, ac denique Crucem conſcendere, & brachia non iam ad caræ parentis amplexum, ſed luctuoſiſſimam mortem aperire. Sanè hæc omnia pluraque alia nec ſine magno varioque conſilio facta, nec ab eo tolerata fuiſſe creduntur; ſi namque de ſola humani generis aſſertione nominumque veteris Adæ exſolutione agendum fuiſſet, vna profectò diuini ſanguinis ſtilla abundè ſuffeciſſet: cur igitur, quod guttâ potuit, vt S. loquitur Bernardus, voluit vndâ? quo tot inurbana viro Iudæorum tribunalia? quo publica nudatio, rapina, vulneratio? cur cædi traditus ſatellitum barbarorum? qualem nec atrociſſima tyrannorum Thracum crudelitas potuiſſet excogitare? nempe vt hinc nouus homo exempla duceret, quodque eum facere vidiſſet, imitari non detrectaret.

Sed fortè quis timeat plus æquo facere, & imbecilles humeros nimio pondere grauare? Ne metuas; neque enim hic iuſti limites tranſcendere verendum eſt, vbi vix ſpatij dimidium ſegniter ſuperâris: & quis ſecurum te faciat exiguam illam, quam de imitando Domino curam ſeruus oſtendis, non magis affligere animum eius, quàm alia quæuis olim illata ſupplicia ac tormenta? Si enim ſancto Thomæ Aquinati credimus, priuatio finis grauior eſt, quàm omnium quæ ducunt ad finem; magis namque animum vrit eo excidere, ob cuius cauſſam facta ſunt omnia, quàm ſtudio, & operâ illi conſequendo impenſâ. Qualia autem, quantaque non ſuſtulit *Vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum?* Tit. 2. 14. (Tit. 2. 14.) Maiora tamen ſufferre clarum eſt, quoties ſe videt eo, quod ſibi præſtituerat, fraudari. Quis Chriſtum velit in ſe viuere, vti miſellus aliquis cruci affixus in ligno? qui ſe nequeat pro arbitrio mouere, ſine actione, quam diuinis inſtinctibus animoque immiſſis incitamenti exercere deſiderat, viſurus pro voto ſuo, veterem in te hominem ſecum crucifixum, *vt iam non tibi viuas ſed ei, qui pro te mortuus eſt & reſurrexit.* 2. Cor. 5. 15. (2. Cor. 5. 15.) Vel enim Crucifixus ſis cum eo, vel ipſe Crucifixus in te ſit, neceſſe eſt. Magno, fateor, ſolatio fuiſſet, qui ſitienti in Cruce potum obtuliſſet, maiori tamen futurum aſſero eum, qui *cor ſuum ei dederit in ſimilitudinem picturæ* Eccli 38. 28. quâ animum ijs lineamentis depingat, quæ ſibi monſtrata ſunt in monte. Fel & acetum quod ei porrexerunt in cruce incredibile peperêre faſtidium, maius tamen pariunt ac grauius, quotquot *ſeruire eum faciunt in peccatis ſuis*, diuinæ gratiæ muneribus abutentes, dum iſto, quo ſimiles Crucifixo fieri debuiſſent, imaginem ſibi beſtiæ acquirunt. Auertat id qui vult & ſolus poteſt amator hominum Deus, animum verò manumque adijciat, qui debet, & aſſolet homo.

(Praxis imitandi Chriſtum patientem, varia.) Vt igitur pede certo, idoneoque ordine progrediamur, qui nos, quò tendimus, feliciter perducat, conſiderandum in primis arbitror, quod viri graues doctique monuêre, certos eſſe, dariique fines, quos vltra, citraque nequeat bona ſolertiæ noſtræ contributio adornari: quapropter quiſquis is fuerit qui ſeriò ac ſyncerè Chriſtum paſſum imitari volet, prius ſe in cognitione, æſtimatione & amore illius exerceat, neceſſe eſt, nam vt bene quidam, amor ipſe magnus imitationis artifex eſt, vnde vel in hunc finem doctrina de Incarnatione commendabilis eſt, ac digna præcipuè, cui noſtra omnium induſtria ſingulari ſtudio impendatur; nam cùm ſubſtantia actus amoris pendeat præcipuè à cognitione rei amatæ, quò illa plenior fuerit, atque diſtinctior, eo quoque & hic futurus intenſior atque ſagacior eſt.

Secundò iuuerit plurimùm frequens atque deuota ſacratiſſimæ Euchariſtiæ perceptio, ſacroſancti Miſſæ ſacrificij vel oblatio vel auditio. In eo enim cùm immediatè nobis applicetur

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

tur Charitatis Chriſti vis ſumma atque immenſa potentia, quæ omnem animorum noſtrarum rubiginem conſumere & chalybeam cordis duritiem emollire valeat, quomodò non proximè ad diuinum illum characterē recipiendum nos præparet, atque diſponat? Auctor eſt Aloyſius noſter Almelda in hiſt. Orient. Syluam quandam in Iaponiæ, regno cui nomen Goto eſt, inueniri, in quâ, non alibi, gignitur animal canis magnitudine, cruribus breuioribus, aureo colore, præmolli villo & ad eſum hominis percommodum: hæc beſtia vbi ſenuit, è ſyluâ in mare abit, in aquas ſe abijcit, ibique transformatur in piſcem, & per ſingulas corporis partes, certo temporis interuallo, quadrupedis exuit formam, piſcem induit. Diuinæ bonitatis oceano, ſapientiæ & potentiæ eius immergimur, quoties diuinis epulis accumbimus, ac nutrimur, quid ni ex cane in piſcem quoque demutemur?

In Sacramento hoc maximo accidentia ipſa & ſpecies transeunt in ſubſtantiam aliti, homo in Deum non conuertatur? Premit hoc doctor ille non magis Angelicus ingenio, quàm iudicio pene diuinus S. Thomas, *Cùm irrationalis*, inquit, *creatura, ſcilicet panis, per verbum Dei conuertatur in corpus Chriſti, quanta erit peccatoris duritia, vel iuſti frigiditas: qui multis verbis ac Spiritus Sancti operationibus ad conuerſionem non perducitur.* Non quærimus vt ſubſtantiam mutet, ſed mores, atque vt diuini huius cibi conditiones acquirat. Aſaëlem ait ſcriptura capreas celeritate æquaſſe. Rationem afferunt Rabbini, quia capreæ vberibus infans lactatus eſſet, neque id magnopere admirandum: cùm ſcribat Lud. Guicciard. l. 2. var. lect. c. 34. In Gallorum exercitu ad pontem Haniæ cæſo, ſub an. 1570. militaſſe quendam, qui à lupo etiamnum infans raptus, & inter lupos educatus, non modo lupinos mores & feritatem, ſed & naturam quodammodo induerat, vt eadem, quâ illi velocitate, ad prædam quadrupes excurreret, & villis deformatus, carne crudâ veſceretur. Anno demum ætatis ſeptimo à venatoribus captus, ac paulatim cicuratus paſtor ouium effectus eſt. Diutiſſimè hic ſympathiam naturalem, [vt ſcias conſuetudinem & educationem alteram eſſe naturam] cum lupis retinuit, prorſus vt ſeptem annorum ſpatio deinceps, neque gregi, neque armento ipſius cuſtodiæ commiſſo lupi quidquam damni intulerint, quin & beſtias, conſpuitâ manu ſi quas contrectabat, quatuordecim minimùm illæ dies à lupis tutæ erant.

S. Thomas Aqui.

Eiuſdem generis illud eſt quod Aben Ezra in cap. 4. Danielis recenſet, de puero Sardinienſi, quem poſt diuturnum cum ceruis conuictum eorum naturam, velocitatem & mores induiſſe. Auctor eſt Ludouicus Camontius in Luſiadibus ſuis. Aues quaſdam reperiri ſcribit apud orientales Indos, quæ floribus, cinnamomo,

A moſcocharis &c. veſcuntur, vnde caro earum incorruptibilis euadit.

Quæ cum ita ſe habeant, quis prudens ambigat Chriſti ſeruatoris ſanguine educatos, ac carne paſtos tam nobilis alimenti conditiones ac qualitates, ſi aliud nihil obicerint, relaturos.

Tertium erit exercitium corporalis præſentiæ Chriſti, quæ & amoris huius fructus eſt, & nobile incentiuum: vel itaque eum formâ illâ imaginabimur præſentem, quam habuit, cùm in hoc mundo conuerſatus eſt, quaſi illum nos ipſi intueamur quidpiam agentem, aut patientem, cùm quid ſimile nobis incumbet agendum aut patiendum, adeo vt cùm vel in aggreſſu ſumus, vel iam in opere ipſo conſtituti, mentis oculos conijciamus in illum, ac poſteaquàm rectè apprehenderimus, reflexo in nos obtutu illi conformari ſtudeamus. Vel certè ob oculos eum nobis ſtatuamus in cælis exiſtentem, non quod iſtic more nobis conſueto operetur aut viuat, ſed inde rebus noſtris præſens intendat, vnde ea in nobis exſurgat meditatio, quo interpoſitâ eiuſmodi conditione firmemur; ſi Chriſtus, qui nos de cælis intuetur hoc loco adeſſet, quomodo actionem hanc vel obiret ipſe, vel ſi minus cùm condeceat, quid nobis conſilij daret, expendamus.

Quartò bellum naturæ peccati tabe vitiatæ non ſegniter mouendum, iuxta veterem parœmiam:

C *Venter, pluma, caro Chriſtum fugienda ſequenti.*

Super quo nonnemo:

Quo fugitura ruis, quemque auerſata relinquis
Gloria clara virûm?
Deſero ſuffultum pluma, carniſque miniſtrum,
Mancipiumque gulæ.

Auctor eſt Helmontius Medicus de Lithiaſi c. 7. n. 32. comperiſſe ſe ſtomachum Cancri eſſe in capite prope verticem, eùmque ieiunio renouari. Certè qui ſtomachum ſuum habet in capite, id eſt, qui illum rectæ rationis capite gubernat, rationes inueniet, quibus Deo vocanti promptus obſecundet.

Quintò, ſummopere proderit ea ſæpius legere & audire, quæ de vita Chriſti litteris conſi-

D gnata ſunt, præcipuè Euangelium ſecundùm Ioannem, Epiſtolas Pauli, inter SS. Patres verò S. Bernardum, cum ſoliloquijs S. Auguſtini.

Sextò non parum huc contulerit pietas atque religio erga B. V. Mariam: naturaliter ſiquidem nos mater ducit ad filium, cuius gloriam maximè diligit, & promouere contendit. Sentiunt omnes qui eam piè ſolent venerari, ſenſim etiam ſine ſenſu augeſcere in ſe affectum ſic erga Chriſtum Deum & hominem, quem imitentur. Idem dixero de ijs, qui dum viuerent, in hac ſibi imagine comparandâ præcipuè excelluerunt. Denique cùm quis ſingulari Dei opt. max. fauore atque beneficio ſe ad præclaram hanc Chriſti imitationem ſentiet

inuitari,

inuitari, pro tanto munere diuinæ maieſtati gratias agat, rogetque patrem, filium, ac Spiritum ſanctum, vt quod incepit perficiat, ſeque ad ſynceram tantæ gratiæ cooperationem inflammet, tum meditationem de Chriſti Domini ærumnis, Cruciatibus, ac morte inſtituat, eandem ad ſe, actuſque proprios formandos applicet, vt diebus ſingulis duos, treſue actus virtutis Chri-

S. Bernard. ſto conformes eliciat, iuxta ſententiam S. Bernardi epiſt. 106. *Si apprehendere cupis, citius illum ſequendo; quàm legendo conſequi potes: quid quæris Verbum in verbo, quod iam caro factum præſto eſt oculis tuis?* Verè enim V. Henricus Suſo dictus ſapientiæ Magiſter, ſic eam ſibi loquentem

Suſo. Dial. 2. introduxit: *Humanitas mea iter eſt; quo pergatur, paſſio mea oſtium eſt, per quod ingredi oportèat: quiſquis, quod tu concupiſcis, velit adipiſci.* Hoc itaque itinere eundum, hac tibi portâ intrandum, conatu non ſegni, ſtudio verò conſtanti, qui Chriſtum volueris imitari. Monitum finio cum

Drogo. Drogone Choſtienſi Episc. ac S. Bernardi Abbatis æquali, Sermone de ſacram. Dom. Paſſ. Redi, ad cor tuum aliquando, redi vetus Adam. Vide vbi & quomodo te requiſiuit & inuenit Deus tuus. Oſtendam tibi in corpore eius ignominias animæ tuæ, non ſatis fuit quod per colaphos, & noua irriſionum genera, poſt te fugientem clamitans, & miſerans accurrit, & vſque ad nouiſſimum Crucis ſupplicium, te animam efflantem conſecutus, inuenit & apprehendit. Quare vel ſic præeuntem ſubſequi ne detrecta. Intellexerat id certè Eleonora à S. Spiritu, ex ord. Minorum, cùm ſibi perſuaſum habens Chriſtum ad quadragiès octies centena millia guttarum ſanguinis profudiſſe, totidem de animo ſuo & corpore, & has non incruentas victorias rependit. hiſt. Minorum.

Et ita fieri oportet: *Vidiſti*, inquit Salomon

Prou. 22. 29. Prouerb. 22. 29. *virum velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.* Contra verò, *qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt opera*

Ibid. 18. 9. *ſua diſſipantis.* Cap. 18. 9. *egeſtatem enim operata*

Ibid. 10. 4. *eſt manus remiſſa.* c. 10. 4. quod igneâ ſuâ linguâ Baſilius non deſijt ſuis explicare, dum

S. Baſilius in conſt. monaſt. c. 2. Conſt. monaſt. cap. 2. ſic ſcripſit: *Qui à Deo ſe optat iuuari, is nunquam deſerit, quod ſe addecet, officium ſuum. Qui autem hoc facit, is diuino auxilio nunquam deſtituetur. Quapropter danda in eo opera eſt, ne vllâ in rebus conſcientia noſtra condemnet. At conſcientia noſtra nos condemnat tum etiam, cùm leuiora peccata deprehendit. Itaque quàm diligentiſſimè facere nos officium oportet, minima curando bona, & vitando mala.* Ita Baſilius. Patuiſſe id, & luce clarius notatum in virgine Beticâ magnâ magiſtri

Sancia Carillo. Ioannis Aulæ diſcipulâ, Sanciâ Carilliâ, docet Martinus de Roa, vitæ eius capite decimo in hunc modum: Cum die quadam diuinis fauoribus abundantius Sancia illuſtraretur, magno ſe deſiderio ſenſit vrgeri, vnius ſaltem ex pluribus Chriſti cruciatibus, communionem adeun-

A di: & erat animus illius totus in eo. Ecce autem eadem horâ viſendum ſe ei Dominus obtulit crucem baiulans, fatigatus oppido, ac ſudoribus plenus, tam blando nihilominus oculo, vultuque Sanciam intuitus, vt magnis eam gaudijs delibutam non parum recrearet. Quare ſtatim ei ad pedes accidit Sancia, & incredibili quodam zelo ſuccenſa, cedo mihi, Domine, Crucem hanc, inquit, vt & ego eam tecum feram: cui Dominus, Crucem meam deſides non ferunt, nec eam pigris elargior: quo dicto ex oculis eius diſparuit. Hic gaudium verti in luctum, quodque prior apparitio ſolatium impartiuerat, ſubſequens hæc reſponſio in grauem cœpit triſtitiam commutare. Omnes itaque conſcientiæ

B ſuæ latebras excutere Sancia, incuſare deſidiam, & minimas quaſque tepentis animi labeculas fletu tergere: vnde factum, vt omnia quæ hactenus fecerat parui duceret, nec voluntarias ſui corporis afflictationes, eximias ſanè illas nec leues æſtimaret. Ancilla, inquiebat, inutilis, quid hactenus egiſti? quantus pudor tam delicatum membrum ſub ſpinoſo capite latuiſſe! magnus certè tepor tuus ſit, neceſſe eſt, qui tanto amoris igne, quo tuus te Saluator proſequitur, non caleſcit? Grandis profectò patientia tua Domine, quæ in hanc horam & peccata mea ſufferre & veniam me voluit præſtolari. Sed quis vindices iuſtitiæ tuæ manus hactenus ligauit! ne quas grauiſſima mea deſidia pœnas promeruit, irrogaret? Agnoſco clementiam tuam, pie-

C tatem exoſculor, & quam hactenus tempore meo, atque ignauiâ irritaui, ſtudio ac diligentiâ ſubſequi accurabo. Hæc Sancia: nec facto minus, quàm dicto præſtitiſſe viſa eſt, vnde ſuam ei Dominus Crucem liberaliter quoque indulſit.

CAPVT OCTAVVM.

Sine ſtudio & feruore Amoris præcipui nihil penitus hic fiet egregium.

QVod ad capitis huius proluſionem Marcus Tullius Cicero præmiſſis verbis innuiſſe viſus eſt, id optimè diuinus ille Apoſtolus,

D Credentium pronubus Paulus nouo homini conſuluiſſe dicendus eſt, dum Corinthijs, & per hos ceteris omnibus ſcripſiſſe hæc legitur: *Omnia veſtra in Charitate fiant:* Siue enim quis Chri- 1. Cor. 16. 14.
ſti amicus eſſe deſiderat, ſiue potius eius filius eſſe contendat, ſiue callidus imitator eſſe concupiſcat, quò vitæ nos eius exemplum vocat, ſermo impellit, voluntas allicit, *omnia in charitate fiant* neceſſe eſt: agat ſtrenuè non in ſublimitate ſermonis, aut in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, non in timore & tremore; non in vanitate & præſumptione ſpiritus, ſed in charitate: Charitas ſiquidem veriſſima eſt, pleniſſima, perfectiſſimaque iuſtitia. *Amor*, vt inquiebat ille *addocet artes*, via nulla eſt inuia amori,

omnia proinde *in charitate fiant* : noſtrâ dicam
ergo Deum , an Dei erga nos? quamquam
vtrumque dici poteſt, libertimè fatendum , ne-
minem eſſe Dei ſimilitudine digniorem atque
eius imitandi capaciorem , quàm qui Deum
amauerit & ab eodem fuerit amatus. Eſt in hanc
rem pulchra *Origenis Adamantij* & ſublimi illo
ingenio digna animaduerſio , dum S. Lucæ E-
uangelium exponit , vbi diuinus ſcriptor allo-
quens Theophilum, vocat illum *κράτιστον*, quod
& optimum & fortem ſignificat , quemadmo-
dum & *Theophilus, Deum amans , & amatus à Deo
dicitur*. Ait igitur omnes qui libenter Euange-
lium & Dei verbum excipiunt , virtutis omni-
rùm & ſanctitatis ſtudioſos , eſſe Theophilos à B
Deo dilectos , eoſdemque & magnanimos eſſe
Origen. & fortes. *Nam qui Theophilus , inquit , eſt idem
κράτιστος eſt , optimus & fortiſſimus*. Nemo Theo-
philus eſt infirmus, & quomodo ſcriptum eſt de
Iſraelitico populo, quando egrediebatur de Æ-
Pſal. 104. 37. gypto : *Et non erat in tribubus eorum infirmus* , ſic
audacter dicam, omnem Theophilum eſſe ro-
S. Gregor. hom. 30. in Euang. buſtum. *Amor numquam otioſus eſt , operatur enim
magna ; ſi autem operari renuit , amor non eſt* ; Imo
S. Bonau. teſte S. Bonauentura poſt platonem , *quod fieri
non poſſe videtur , hoc facere vult amor* , tum quia
præſtanti ingenio, tum verò excellenti ſoller-
tiâ pollet, admodùm expeditus ad inuenienda
ea quæ vſui ſunt , ad obtinendum quod cupit. C
Nimirùm qui alicuius rei conſequendæ valde
appetens eſt, perpetuâ cogitatione rationes ver-
ſat & vias , quibus confici res, atque expediri
poſſit, quam amat , vndique contemplatur ac
circumſpicit ; quæ illam attingant, quæ circum-
ſtent, quæ præcurrant, quæ cōſequantur videt,
ſi quam fortè anſam aliquid præbeat opportu-
nam , atque ita dum cerebrum crebrâ ſpecie-
rum agitatione incaleſcit , ſicut attritu ferrum,
non ſolum omnis illa mentis rubigo, ſi quæ fue-
rit , detergitur & torpor excutitur, ſed ſpiritus
qui in cerebro reſidebant , quaſi radij quidam
lucis, calidiores & ſubtiliores fiunt, alijque ſub-
inde etiam puriores procreantur, itaque phan-
taſia obijcit intellectui plura & puriora phan-
taſmata. Intellectus autem imperio voluntatis D
obſequens maiore ſe contentione applicat , in-
ueſtigando quæcumque inſtituto ſeruiunt , ea-
que cum delectatione pertractans, ad exſecu-
tionem impellit. Idem in Amoris hac affectione
fieri, experientiâ omnium ſæculorum oſtendit,
dum is qui amat , tam ſollers atque induſtrius
fit excogitandis vijs, quibus quod ſemel ſuſce-
perit , perficiat, vt quamuis ingenij fortaſſis ac
litterarum , expers fuerit , hoc ipſe quod amet,
amoris iſtius vim, induſtriamque reportet : vn-
de non temerè , neque abſre B. Angelam de
fulginio dicere ſolitam accepimus : ſignum cer-
tum Amoris eſt , velle pati. Sed imbecillis for-
ſan Amor eſt ac mollis , nec ſat virium habet,
quibus effectum dare conſilium poſſit. At tan-

A tùm abeſt vt id verum ſit, vt is etiam in ſuo illo
conuiuio Philoſophus , quem dixêre diuinum, Plato
& ſecundum eum vir multiplici eruditione Plutarch.
præſtans Plutarchus tantam eius fortitudinem
ac robur cognouerit, vt ne Mars quidem ei ob-
ſiſtere poſſit : non enim vt ferunt , Mars amo-
rem habuiſſe in ſuâ poteſtate captiuum legitur,
ſed Martē amor vnde Emblema Cupidinis eſt :

Sol cadet igne meo, Neptunus flagrat in vndis
Quamuis liber erat , feci ſeruire Tonantem,
Quamuis liber erat Martem ſine Marte ſubegi.

Fortius ſiquidem eſt id , quod poſſidet ac te-
net alterum, eo , quod eſt in alienâ poteſtate :
& quod vincit omnium fortiſſimum , & ipſum
B longè fortiſſimum eſt. Probat autem hanc for-
titudinem id vel maximè , quod Amor infirma
quæque roboret & confirmet. Nemo enim eſt,
inquit idem Plato, tam ignauus ac mollis, cui Plato.
Amor diuinum quendam fortitudinis ſpiritum
non inſtillet , generoſo ingenio minimè diſpa-
rem , & reuera , vt ait Homerus, *quæ vis diuinitus* Homerus.
datur heroibus , accepta ferri debet amori.

Qui hæc de naturali Amore , lumine caſſi
meliore , tantâ animi fidentiâ pronuntiarunt,
quid de ſupernaturali illo dicturos fuiſſe arbi-
trandum eſt , ſi cum clariore in lumine cogno-
uiſſent ?

Sed id noſtris ſeruatum Philoſophis eſt, quos
C nec Academia educauit , nec Stoa progenuit,
ſed proprijs Eccleſia imbuit diſciplinis. Et prin-
cipatum hic quidem tenet Auguſtinus , qui lib.
de moribus Eccleſiæ ſic loquitur : *Nihil tam du-* S. August.
*rum tamq; ferreum , quod Amoris igne non vincatur,
quo cùm ſe anima rapit in Deum ſuper omnem carnis
efficinam , libera & admiranda volitabit pennis pul-
cherrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus inniti-
tur: numquid amatores auri, amatores laudis, amatores
feminarum, amatoribus ſuis Deus ſinet eſſe fortiores? cùm
ille non amor, ſed congruentius cupiditas vel libido nomi-
netur?* Quaſi dicat, nequaquam, nec enim vt ple-
beio cedat, cōueniens eſt. Addo & Ambroſium S. Ambroſ.
l. de Iſaac c. 8. *Meritò hebræi pueri in fornace ardenti
non ſentiebant ignis incendia, quia charitatis eos flam-
ma refrigerabat. Aqua multa non poterat extinguere
D charitatem. Charitas adamante fortior , & vinculum
indiſſolubile. Nulla diluuia paſſionum charitatem ex-
cludere poſſunt, nulla eam acerbitatum flumina inun-
dare : Sicut enim arca in illo mundi diluuio totius or-
bis ſpatijs innocua ferebatur , ita & hæc aduerſus om-
nium tentationum fluctus immobilis perſtat.*

Vtrique ſubiungo S. Petrum Chryſologum
ſerm. 28. *Nihil durum* , inquit , *hic , nihil amarum,
nihil graue , nihil Lethale veretur amor verus. Quid
ferrum quæ vulnera , quæ pœnæ, quæ mortes , Amorem
præualent ſuperare perfectum ? Amor eſt impenetrabi-
lis lorica , reſpuit iacula , excutit gladium , pericula in-
ſultat, mortem irridet , denique ſi Amor eſt , vincit
omnia.*

Poſtremo Richardus à S. Victore tract. de
gradib. charitatis cap. 1. *Charitas*, inquit , *eſt vita
fidei*.

fidei, ſpei robur, & omnium intima vis & medulla virtutum. Hæc vitam ordinat, affectus inflammat, actus informat, exceſſus corrigit, mores componit, valens ad omnia, & omnibus prævalens, quæ ipſam quoque omnipotentiam quodammodo reddit impotentem. Sola quæ Deum tenere poſſit, vis amoris eſt.

Neque tamen exiſtimandum eſt, tantùm eſſe in amore virium, eius vt ope, vis omnis laboris euaneſcat, non ſecus atque illius dulcedine non omnis rerum aduerſarum amanties perit: obtunditur quidem certè, atque hebeſcit, funditus tamen non tollitur. Alioquin irrita deinceps atque inutilis eſſet fortitudo, nec virtus in arduo fixas haberet ſedes, quo, non ſine puluere ac ſudore, adrependum eſt.

Sed dicet fortaſſe aliquis, nónne illa eſt Dei vox apud Eſaiam cap. 10. 27. *Auferetur onus eius de humero tuo & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei:* Vtique verùm perfacile intelligere eſt, quomodo hæc à Propheta dicta ſint, nempe vt ſolemus, cùm de neglectâ rei alicuius difficultate dicimus, hoc nihil eſt, nihil ea in re difficultatis eſt, ſcilicet perinodicum & quod nihili fieri debeat. Ita & Dominum dixiſſe legimus, *iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue*, nec tamen iugum eſſe negat, aut onus, quamuis auxilio gratiæ neque ſuauitas, neque leuitas deſit.

Iſaiæ 10. 27.

Mat. 11. 30.

Non facile in toto naturæ ambitu reperiatur Amor, qui poſſit æquari cum materno erga vnigenitum filium amore, aut qui tantâ conſtantiâ tot labores exhauriat, quos profectò non excludit amor, neque eorum ſenſum, quaſi quidam Lethargus eripit; ſed tolerabiles efficit, & ferendi conſtantiam ac perſeuerantiam ſubminiſtrat: vt veriſſimè dixerit S. Auguſtinus: *Labores amantium non onerant ſed delectant: in eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut ipſe labor amatur.* Et clarius paulò ſuccinctiuſque S. Bernardus: *Vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor*, quo fieri amat, vt animo præcepta Chriſti patientis imitatio, finem ſuum, feliciſſimè conſequatur, idque per metamorphoſin quandam ſeu tranſmutationem, quæ nihil aliud eſt, quàm quidam à ſe abitus, tranſituſque in alium, quod cùm non niſi moraliter fieri poſſit per motum voluntatis, aliarumque potentiarum, quarum operationes migrare videntur ab eo in quo viuunt, ad illum quem amant, accidit animam potius eſſe vbi amat, quàm vbi animat, & amantem mori in corpore ſuo, vt viuat in alieno, quia anima, quæ vitæ origo, amoris pediſſequa eſt. Atque hoc eſt, quod Apoſtolus 3. ad Coloſſ. his verbis expreſſit: *Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo* q.d. Mortui eſtis mundo & vobis: non enim anima rectè viuere dicitur, vbi non operatur: & cùm animam veſtram amor tranſportauerit, & apud Chriſtum depoſuerit; mortui eſtis, ſed cum Chriſto viuitis, eius imitatione felices: ſicut enim in hoc mundo cernimus miſtum ſequi naturam prædominantis elementi, lapidem deſcendere, quod terra præualeat, adſurgere flammam, quod ignis in ea potentior ſit; ita operationes, cogitationes, deſideria, affectiones, ſtudia, curas, omnes denique animæ noſtræ motus certum eſt ſectari amorem qui voluntatis imperator eſt, voluntatis verò nutum omnes aliæ potentiæ obſeruant: quo reſpicit illud magni Auguſtini ſapientiſſimum effatum: *Amor meus, pondus meum, illo feror, quocumque feror.* Ama proinde, & pulcherrimæ, iuxta ac ſanctiſſimæ imitationis pretium retuliſti.

S. Auguſt.

S. Bernard.

Coloſſ. 3.

S. Auguſt.

Mirum refert P. Athanaſius Kircherus noſter, obſeruaſſe ſe Moguntiæ, chelys maioris ad parietem odæi noſtri appenſæ chordas, quæ organorum fiſtulis apprimè conſonabant, cum Organædus eas incitaret, adeo perfectè, nemine tangente reſonuiſſe, atque ſi plectro raſæ fuiſſent. Chriſtus organum fuit, ſpiritu quidem amoris animatum, ſed Iudæorum manibus pulſatum. Nos chelys ſimus Chriſto in omnibus tum iudicio, tum affectu conſoni, & perfectè fuerimus imitati, vt nos in eo, ipſe verò in nobis habitare videatur: cuius vel vnus cæteris omnibus locupletior mihi teſtis Seraphicus ſit Franciſcus; de quo noſter ſic luſit Horatius Turſellinus:

Exue Franciſcum tunicâ, laceroque cucullo:
Qui Franciſcus erat, iam tibi Chriſtus erit.
Franciſci exuuijs (ſi qua licet) indue Chriſtum;
Iam Franciſcus erit, qui modo Chriſtus erat.
Quid cæleſtis amor, non audes? fingis amantes
Arte nouâ, effigies vt ſit amantis amans.

Quod vt etiam in nobis illi cedat feliciter, non ignauo pede ſequenda ſunt ſublimia magiſtri Crucifixi dictamina, quibus fiat, vt ille genuinam ſui in nobis exſculpat imaginem. *Amoris* ſiquidem *ſcalpellum*, vt inquit optimè Claudius Aquauiua in pſalm. 44. *Et ferramenta in igne fornacis amoris ſui igniuit, & emollit Crucifixus: in aquâ & ſanguine lateris ſui temperauit: in cote Crucis ſuæ exacuit, à quibus nil præter abſolutiſſimam ſponſi imaginem ſponſa exſpectet:* In quo genere ſtupendum eſt, quàm ſelectæ quædam animæ ſtuduerint excelluiſſe, vnde factum vt communibus nequaquam contentæ, intima quæque rimari voluerint, vt ſuæ pluſculum ſatiſdarent pietati, quod in B. M. Præſule ac Principe Gebennenſi Franciſco Saleſio, iam inde vſque à primâ adoleſcentiâ perſpicuum fuit obſeruare, quando inſignibus magni cuiuſdam amoris argumentis Crucem adamare cœpit impenſius, ſibique in monte Caluario domicillium figere, quod totâ ſecuturâ ætate incoleret, abſolutam hic Crucifixi Domini ſui effigiem, politis in ſe ductibus expreſſurus. Morum ſiquidem arborem didicerat fructus ſuos initio candidos, exinde virides poſtea rubeos, exinde nigros, demum ſplendidos proferre; quod vſibus ſuis accommodans, in

Claudius Aquauiua.

Franciſcus de Saleſio.

Digitized by Google

in Moro Crucem notabat, cuius fructum Redemptorem ſuum atque magiſtrum Ieſum agnoſcebat.quem in conceptione ſuâ candidum, omnis exſortem labis: in conuerſatione, virtutum gloriâ viridem: in paſſione rubicundum: in morte liuidum fœdeque cæſum: in reſurrectione verò clarum ac fulgidum meditabatur, quo fieri amabat, vt fidelis hic Crucis amator ab amantiſſimo, atque amabiliſſimo redamatus Crucifixo his atque ſimilibus cogitationibus in verum eximiæ imitationis illius deſiderium exardeſcens,ei de die in diem ſimilior appareret; in familiari cum alijs conſuetudine dicere ſolitus: neceſſè habeo turbidos animi mei motus comprimere, adeoque crucifigere, vt aliquâ ſaltem ratione, Amori meo crucifixo,per huiuſmodi cruciatus faciam ſatis, ac vitæ nouitatem auſpicer, iuxta grande illud,plenumque dignitatis exemplar, quod mihi monſtratum eſt in monte. In ſummâ; quemadmodùm bombyces ſe Mori folijs nutrire atque educere conſueuerunt, ita magnus hic Præſul ac Princeps,qui ſe nullâ aliâ de cauſâ in hoc mundo viuere dicebat,quàm vt opera ſerica,exquiſitæ ſcilicet imitationis Chriſti patientis apographum exciperet, cor ſuum nutrire laboribus, pœnis ac cruciatibus alere, grauiſſimis Crucifixi, exemplis prouehere quotidie ſatagebat, vt tandem non candide magis quàm verè aliquando dixerit, ſi vel minimam particulam cordis mei ſcirem non eſſe ſignatam Crucifixo, nollem vel momento, eam retinere. In Vita. Ita ille: à quo minimè degenerem ſeſe probauit, quæ eodem cum illo in Franciâ tempore claruit,& verò ſimilius doctrinæ illius pabulo paſta fuit Catharina de Ieſu,virgo Carmelitana,quæ tantis ſtudijs archetypum patientis ſponſi in ſe exprimere laborabat,vt ſupra ea quæ foris patere inuenerat, ad ea quæ intus hominum oculos, notitiamque fugiebant præclara ſe imitatrix extenderet: hinc modis omnibus mundo eſſe incognita ſtudebat,vt vel ſic vitâ ac paſſionibus eius incognitis, ex imitationis formulâ obſequium aliquod præſtare poſſet. Et huc quidem temporis accurata ratio conferre plurimum ſolet, iuxta commune rectè ſentientium iudicium, eorumque,qui poſteaquàm à nobis abierunt rectè ſapiunt fidelem atque incorruptum ſenſum; Ita nuper vir admodùm fuit religioſus,qui toto triennio acutiſſimos podagræ ſemper cruciantis dolores intimis medullis imbiberat,neque prius morbo,quàm vitâ functus,alteri cuidam viro ſe ſpectabilem dedit,dixitque,ſi tantillum ſibi adhuc temporis ſupereſſet, æternitati, vitæ nouæ exercitijs curandæ, quod ſalutationi Angelicæ vel ſemel pronuntiandæ ſufficeret, ſe libentiſſimè,altero iterum triennio,acutiſſimum quodduis podagræ genus vltrò perpeſſurum, modò tantillum temporis,tantis doloribus emere liceret. Ita P. Guiliem. Lamormani ex eo,cui res

Catharina de Ieſu.

A contigit. Nec huic abſimile eſt S.Thereſiæ iam beatæ teſtimonium quod P.Franciſcus Ribera ſcriptum reliquit: vt nulla iam dubitandi ratio nobis relicta eſſe videri poſſit in re tam clarâ, addo, & vtili, ac pretioſâ: quale tempus eſt, cuius non ſolùm in bellis tantus eſſe vſus, cum Antigono,dicendus eſt,quantus armorum: ſed & in ceteris rebus omnibus quàm maximus. Pretioſa ſiquidem res eſt quia rara: rara autem quia fluxa.Fluuius eſt cuius guttæ ſingulæ totis Regum theſauris præſtât.Verùm quàm hîc plerunque deſipimus! *Quem mihi dabis*, inquiebat Seneca, *qui aliquod pretium tempori ponat? qui diem æſtimet? qui intelligat ſe quotidie mori?* Huic ego Salomonicum illud acroama prudens accino: *Quod-*
B *cumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas:* Atque ita, vt idem ſcribit, *qui ſectatur otium ſtultiſſimus eſt virorum.* Bene igitur vas electionis Paulus Epheſios ſuos hortatur, *videte*, inquiens, *fratres, quomodo cautè ambuletis*, græcè ἀκριβῶς, accuratè, *non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes*, quorum communis vox ſit:

Ponitur in lucro, quæ datur hora mihi.

Nec hoc tantùm, vt quod præſens eſt rectè impendatur, ſed & quod præteritum eſt redimatur. An itaque quod lapſum eſt reuocari queat? nequaquam: at voluntate & deſiderio vtcumque poteſt. Exemplo præiuit P. Ignatius
C Martinezius vir eruditione ac vitæ ſanctimoniâ magnus in Societate Ieſu: hic calendis Ianuarij ad confertum populum verba faciens, dolere ſe vehementer profeſſus eſt,quod ab vtero matris,Deo dicari,atque ab anno ætatis ſeptimo Societatem Ieſu ingredi non potuerit, in quâ, vitæ nouæ perfectæq; operam nauans,Deo ſuo melius ſeruiſſet: optare autem ſe vehementer, vt in gratiarum actionem vocationis ſuæ liceret ſibi deinceps,vitam reliquam flexis genibus, ac brachijs in cælũ extentis tranſigere,Deo laudem cum Angelis ac beatorum choris iugiter concinere, ne quid exinde temporis deperiret. Huius exemplo quiſquis priorem ſortem defleuerit,quod tam infrequenter, tam remiſsè vitæ
D nouæ, perfectæque ſtuduerit, cum Auguſtino & Anſelmo, tempus redimet: qui præſens verò rectè impenderit,illud non tam huius ſæculi fecerit, quàm futuri vt S.Hieronymus in epiſt. ad Epheſ.ſcriptum reliquit,hoc eſt,hic gratiam ſibi,ibi verò gloriã promerebitur ſempiternam.

Alterum verò quod vti ante voluit ita & in hanc rem conducere plurimum ſolet, eſt rei, perſonæque imitandæ aſſiduo præ oculis habita præſentia: aſpectus hic memoriam ſuſcitat, hæc autem ceteras potentias ad agendum inducit.Quod regius ille pſaltes arcanorum Dei non ignarus,poſteaquàm de ſe in huncmodum pronuntiaſſet: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper* ad ſuos conuerſus edixit: *Quærite Dominum*

Seneca. *Eccle.9.10.* *Prou.12.11.* *Ignatius Martinez. è Soc.Ieſv.* *De Chriſti patientis habenda præſentia.* Pſal.15.8. Pſ.104.4.

minum & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. Per faciem Domini, inquit Auguſtinus, ipſa eius intelligitur præſentia; ac conſequenter faciem Domini quærere, aliud non eſt, quàm ſemper in eius præſentiâ ambulare, cor ad ipſum pio quodam deſiderio, atque amore cõuerſum habere.

S. Auguſt. in pſal.

Ariſtotel. Meteor. c. 4.

De quodam Antipheronte refert Ariſtoteles in meteoris cap. 4. ex certâ quadam oculorum ſuorum conditione, quâ præditus erat, ita ſui ipſius ſpeciem ſibi impreſſam habuiſſe, vt ſemper ſeipſum; ſuamque imaginem ob oculos haberet, ſi ſtabat, ſui ipſius imago ſtabat: ſi ambulabat, & imago ambulabat, atque ita ſemper ſeipſum ante ſe habebat; quod huic accidiſſe putant nonnulli ex ſpirituum viſualium defectu, vnde adeo debilem viſiuum ſenſum habebat, vt non niſi ad proximum, ac fere ipſi potentiæ coniunctum aërem viſionem extramitteret, vbi perpetuò ſui ipſius imago ei obijciebatur. Vicomercatus autem huius cauſam in aliud reijcit, nimirum, quod fixam in ſui phantaſia ſuam haberet imaginem, quemadmodum eorum quos vehementer aut amamus aut odio proſequimur, imagines ita fixæ in nobis permanent, vt eas præ oculis ſemper habere videamur.

Antipheron amantis amentia typus.

Erat itaque hic amator ſui, ac proinde typus omnium amantium, qui ante ſe deferunt, ſemper quos amatit, quod dum fit, tacitâ quadam Metamorphoſi in eos paulatim tranſire apparet. Vtinam nouus homo vel hac denique ratione amorem ſuum inflammans, patientis Domini ſui ſimilitudinem aliquando conſequatur? Si enim Ægyptij; Reges ſuos præ oculos habentes, ſe eis ſimiles fecerint vſque eo, vt claudicarent cum eis, & monoculos facerent, ſi illi tales eſſent: Si Aulici Alexandri caput ad vnam partem inclinarint quia ſic Alexandrum facere videbant: ſi diſcipuli Ariſtotelis dorſo incuruo inceſſerint, cum id in magiſtro notaſſent, quem amabant, quis hic animum deſpondeat, ſi pari à nobis ſtudio Chriſtus excolatur: quod tum ſeriò præſtitiſſe, tum reapſe ſenſiſſe crediderim magnum illum Spiritus magiſtrum B. Petrum de Alcantara, cuius hoc apud Marianum extat elogium: *Dilatatum cor erat Petri, & inſtar flammæ voracis; quantò ampliùs ex ligno Crucifixi in fornacem Amoris collegiſſet, tantò ampliùs pabulum concupiſcebat.* Hæc victoria Amoris eſt.

B. Petrus de Alcant.

CAPVT NONVM.

Cœpiſſe non iuuat ſi conſtantia deſit; virtus enim boni operis perſeuerantia eſt, quæ ſola virtutem coronat.

PRæceps ac vetuſtus hic ſcopulus eſt: tanta namque, adeoque communis eſt generis noſtri imbecillitas; vt nihil in omnium varietate naturarum homine inconſtantius reperiatur. Herbam quandam eſſe aiunt in maritimis oris

A gigni ſolitam, quam Antigonus Caryſtius tripolium nominat, ea florem edit, qui die vnâ ter colorem mutat, ita vt modo puniceus ſit, modo albus, deinde giluus. Proteum canunt fabulæ infinitis modis in diuerſa mutari. Empuzam Mythologi produnt in difficillimas ſe formas induere: ſed nec iſti figmentorum ſubtilitate, nec poetæ luſs fabulis mirabiles, nec hiſtorici arcanorum naturæ commentarienſes tam inconſtantem varietatem quanta in homine eſt, vllâ rei ſimilitudine adæquarint. Sanè quod de Theramene dixit antiquitas, verſatiliorem eſſe cothurno; id de ſingulis prope hominibus ob ſingularem animi inconſtantiam dici poteſt. Nullus ſiquidem Euripus tam mutabilis, nulla

B Chimera tam varia, nullus Chameleon aut Tarandus tot colores mutat, vt verè dixerimus ex communi prouerbio, humanum animum eſſe veluti campum, vbi phrenetici triones, vagi fauonij, ſæuique arietent vulturni vbi eodem ferè temporis momento, nunc hæ, nunc aliæ diſcurrunt auræ. Quam mutabilitatem ſacræ litteræ varijs modis illuſtrare conſueuerunt, dum Ieremias pardi varietatem inducit: Sapiens, homines multiuolos appellat: Paulus gentium doctor paruulos fluctuantes: Iudas Apoſtolus, nubes ſine aquâ, quæ à ventis circumferuntur: Iacobus verò ſimiles fluctibus maris facit, qui à vento mouetur, quod ſymbolũ leuitatis ſignificantiſſimum eſt, adeo vt ſi vel minima aura ho-

C noris & ambitionis, ſi tenuis flatus delicatæ & libidinoſæ voluptatis, ſi quæpiam vberioris emolumenti ſpes aſpiret, continuò voluntatẽ impelli videas, & eiectâ omni firmitudine ac conſtantiâ, leni flatu in omnem partem agitari, deſerere locum ſuum & honeſtum animi propoſitum immutare. Quoties vſuueniſſe accepimus hominum greges diuinum quoddam vitæ genus promittentium, qui vt in aureâ virtutis baſi collocati, magnâ conſtantiâ in bono hæſuri videbantur, derepente quaſi circæo quodam poculo ebrios memoriam omnem abieciſſe, leuibus momentis immutari, quod ante aſſeruerant, iam negare: fugere quod ante ſequebantur: odio habere cœpiſſe, quod prius adamarant.

D Vbi tunc vigor ille mentis in pulcherrimâ defixæ honeſtate? vbi animi digna heroibus valentia! vbi columnæ adamantinæ paulò ante erectæ, euanuêre omnes & collapſæ ſunt. Hæc generis noſtri inconſtantia. Ne verò Iuriſconſultus nobis obijciat, quod illi frequens, atque vſitatum eſt: *Turpe eſt ſine lege loqui*, dum abſque teſtimonio procedimus accipe cautionem: Quanta olim Dauidis conſtantia & animi fortitudo dicentis: *Non mouebor in æternum:* An non *Pſal. 29. 7.* celſum & generoſum hoc propoſitum, à filio his verbis expictum? *Crura illius columnæ marmorea, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas?* Non *Cant. 5. 15.* poterat ſanè exquiſitiùs adumbrari. Quid igitur? ſtetitne ille erectus & conſtans? nequaquam;

ſubitò;

ſubitò, pro! dolor & vno velut temporis momento illæ columnæ intremuerunt, baſes aureæ in lutum molle conuerſæ ſunt, præclarus ille animus cæleſtium conſcius, minor homine inuentus eſt, & miſerando lapſu corruit inconſtantiæ ludibrium, magnum imbecillitatis humanæ documentum.

Quid! Alypius modeſtiſſimus ille & clariſſimus Iuuenis, inanitatum omnium contemtor ſingularis, quantus coloſſus eſſe videbatur, quem nullus inconſtantiæ turbo deijceret? ductus fuit in theatrum inuitus & repugnans, cùm illum ſocij familiari quadam audaciâ viq́ue pertraherent, fruſtra, inquiebat, ero, & non ero in theatro, claudam oculos chalybeo ſigillo, veſtriq́ue inde, & popularis inſaniæ victor recedam. Ecce tibi in gladiatoris vulnere multitudinis clamor exorſus eſt, ille ſui & conſtantiæ oblitus, vidit, & glorioſus ille paulò ante Olympionices, &, vt quidem videbatur inuictus, ſuccubuit, & velut vnus de populo inſaniuit.

S.Gregor. Nazianz. S. Hieron.

Ita fit quod S.Gregorius Nazianz. & S.Hieronymus dolenter aiunt: *Vt videatur ſubinde non nemo, qui heri fuit in ſacrario, hodie ſit in gurguſtio, heri deuotus, hodie profanus, iam inter clericos, mox inter ſaltatores, nunc præco Iuſtitiæ, mox impudentiæ, nunc in cælo, poſt ſubitò in cœno.* Quare cùm in multis conſtantia homini neceſſaria eſt, tum maximè hærere in bono & laudabili propoſito diuinum quiddam eſt, atque optabile & ad vitam nouam requiſitum: vnde merito laudatur à ſapientibus velut decus animi compoſiti & excellentis, quo fiat vt quemadmodum ſol numquam ab eclyptica, ſic numquam ille à virtutis lineâ curriculo deflectat, quod auctor Eccleſiaſtici cap. 27. 13. his verbis expreſſit: *Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol, vbi ſtultus ſicut Luna mutatur.*

Eccli. 27. 13.

Pulchra ſanè & luminoſa imago, ſumpta è cælo ad illuſtrandam nobiliſſimæ rei dignitatem: neque enim duo hæc ſidera ita ad dierum ac noctium varietatem & ſigna temporum à diuinâ prouidentiâ in cælo poſita eſſe videntur, quin ad conſtantiam & aduerſum illi vitium deſcribendum homini ſubſeruiant; nam vt Sol laudatæ firmitudinis in bono ſymbolum eſt, ita Luna mutabilitatis, quam modo corniculatam, mox gibboſam, deinde plenam, iterum minui, & vario veluti vultu, maculas ſuas obijcere videmus: contra verò Sol, vt regius quidam princeps & diei pater, conſimili ſemper vultu, motuq́ue incedit, dignus cui in propoſito vir notus ac conſtans comparetur, felix ſi perduret; grauem ſiquidem hic aduerſarium virtus nacta eſt, qui ſicut ipſe in veritate non ſtetit, ita omnis boni noſtri inuidentia flagrans, nos omnes cupit eſſe inſtabiles, quo & machinas ſuas omnes conuertere ſolitus eſt; vnde fieri quoque in dies cernimus arundines fieri plures vento fluctuante, filios vagos & diſſolutos, quorum vultus in

A diuerſa mutentur, qui paulò ante conſtantes & ſtabiles eſſe videbantur: vt verum nimis experiamur omnes, quod ſæpiùs inculcat Bernardus dicens: prorſus abſq́ue perſeuerantiâ nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur; vigor virium, virtutum conſummatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratia, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſq́ue in finem, hic ſaluus erit.

Sic ergo ceteræ pugnant virtutes ſola vincit perſeuerantia. *Bonum inchoare*, inquit Auguſtin.
B ſerm. 8. ad fr. In eremo. *& malo fine concludere quid aliud eſt, quàm monſtruoſas res conficere?* Illa enim actio quaſi chimæra eſt, quæ initium habet à ratione, ſed finem à ſenſualitate: cùm enim ſic agitur, humano capiti ceruicem pictor equinam iungit, & ſuperimponit infructuoſas plumas.

Et contra hoc quidem ſeu monſtrum ſeu teterrimum monſtri venenum arma & amuleta quædam homini nouo ſuggerere propoſitum mihi eſt, ne dum ad Chriſti imitationem, gratamq́ue patris ac magiſtri ſimilitudinem filium ac diſcipulum ducere molior, opportunis auxi-
C lijs deſtitutos videar reliquiſſe.

Et primum quidem illud ſit, quod in accuratâ cordis proprij cuſtodiâ, contra omnes hoſtiles incurſus ſolicitè verſatur, ne ſuperbia caſtrum inuadat, auaritia irrepat, luxuria inflammet, inuidia incommodet, cæteræue animorum peſtes affligant, quæ dum illud negligitur, neque aditus ſollerter clauduntur, hoſtiliter intrant & eiectâ conſtantiâ, in throno actutum inconſtantiam collocant, confirmante quod dico illuſtri ſuo teſtimonio, vt cætera aſſolet, hieremia Thren. 1. *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.* Ita & homo quilibet, primò, quia auellit ſe à Deo, qui dicit, *ego ſum, qui ſum, & non mutor*, idem ſemper & ſtabilis
D conſtantia, tum ſua, tum rerum omnium præſtans: vnde pſaltes pſ. 17. *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum.*

Thren. 1. 8.
Malach. 3. 6.
Pſal. 17. 3.

Secundò quia remorſus & angores conſcientiæ non ſinunt peccatorem diu ſtare in vno, vnde partim quietem quærens, partim hos volens angores excutere, ab vnâ voluptate in aliam, ab vno peccato in aliud ſe transfert: ſed infelix aculeos ſuos ſecum vbique defert, nec hilum proficit.

Tertiò quia anima iuſta per peccatum perdit virginitatem, id eſt, innocentiam ſuam, fitq́ue meretrix, id eſt leuis & vaga, ideoque alios, atque alios amaſios quærit, eſt enim inſatiabilis libido.

Bene itaque ſapiens: *Omni cuſtodiâ ſerua cor tuum*, vt illud des in ſimilitudinem pictum, ad-

Prou. 4. 23.

eoque

A eoq́ue in eo exprimas imaginem eius, qui tibi in monte propoſitus eſt, quod abſque hâc cuſtodiâ fieri nequit: quod & alibi idem expreſſit his verbis: *Confide in Domino & mane in loco tuo:* Quis autem ille locus ſit docuit S. Cyrillus Alexand. nam vbi nos legimus apud Salomonem *locum tuum ne dimiſeris*, legit ille, *Cor tuum ne dimiſeris.* Igitur in corde, velut in propriâ domo manendum, ne dum longius euagaris, occupatam ab hoſtibus audias, & inſtabilis fias.

Eccle. 11. 22.

Eccle. 10. 4.

Et hoc primum. Alterum ſit contra turbulentos animi motus fortiter decertare, ſunt enim hi eiuſcemodi, qui niſi fortiſſimo velut mentis præſidio cohibeantur, mirum eſt quantum inſoleſcant & illuſtrium operum ſtragem edant, primo aditu ad vitium patefacto, quare in B edomandis appetitionibus cura imitatori noſtro adhibenda eſt ſingularis, in quâ contentione ſi martiam frontem, ſolidumq́ue pectus oſtenderit, victoriam Deo duce referet præclaram: Arduum, non nego, prælium erit, concupiſcentiæ, quæ nobis ab ortu aggenita, & ſupra modum familiaris eſt, frena injjcere, ſed non ita graue, quin ſuperari queat. Vmbram atque nubem obtendere hominibus aſſolet, illuditq́ue menti vt ambitio, & vitæ mollioris illecebræ bona quædã videantur, omni contentione appetenda: tum ſubdit aculeos vehementes, vt cæca, impudenſq́ue voluntas toto impetu iſtuc feratur; Verùm nõ paruam vim habet illa fidentis animi fortitudo, qui in ipsâ impreſſione dicit nolo, nõ decet, C contrarium rationi eſt, Deus vetat. Illud nolo, non telum modo geſtientis concupiſcentiæ frangit, ſed omnes Orci furias exterret & in fugam vertit, ac nebulam quam ſparſerant, diſpellit. Verùm non ea mihi mens aut conſilium hic eſt vniuerſas impotentis animi commotiones luſtrare, aut eis comprimendis legem ac modum præſcribere; maioris hoc operæ foret, quàm inſtitutum meum permitteret, vnam tamen alteramue, quæ plurimum hic turbare ſolitæ ſunt, ſuffecerit attigiſſe.

Et prima quidem hic mihi ſe Iracundia offert, motus quidam & concitatio mentis inops ac prudentiæ inanis, quæ ſæpenumero ad ea ho- D minem impellit quorum deinde pænitere neceſſe ſit.

Animi ſanè conditio miſeranda, indecora ſapienti, omnibus noxia, ac fugienda: nec audiendi illi, qui ad colorandam vitij turpitudinem, itam dicunt ad generoſæ mentis conſtantiam pertinere, cùm è contrario certum ſit imbecillitatis eſſe argumentum non leue: quod aptè conſiderans Plato Iracundiam muliebrem vocauit, hoc eſt feminarum propriam, quibus inconſtantia & mollis naturæ infirmitas aggenita eſt: vnde tutò conſequitur, vt qui à naturâ Iracundi ſunt, cauere ſeriò debeant, ne motu illo atque impetu ad quædam vel mutanda vel aggredienda ferantur, quæ ſapienti poſteà im- A probari poſſent, quippe vehementior Iracundia mentem obtenebrat & oculum prudentiæ offuſcat.

Plato.

Erit igitur homini nouo tenendum regale mentis imperium & inſigne conſtantiæ robur ad Iracundiam ſufflaminandam ac continendam, ſi quando extra limites audacius erumpere velit; & tum maximè in eam prudentiam incumbendum erit, cùm operis labor premere, moleſtia creſcere & veteris hominis necdum exſtincta ſurgere cœperit indignatio, admotâ præſertim, quod fieri non rarò obſeruatum eſt, mali dæmonis impulſione, quæ hominem faciat retro reſpicere, & quod bene, ac ſapienter cæptum eſt, ſubitò abrumpere ac præterire, quod B genus inconſtantiæ in totâ vitæ ratione & ſtudio pietatis fœdum & intolerabile eſt, vnde Neophytos ſuos gentium Doctor Paulus tam ſæpe monet, vt ſtent, & immobiles ſint, *ſtabiles eſtote*, inquiens, *& immobiles, abundantes in omni opere bono* 1. Cor. 15. Illæque ſæpius ab eo repetitæ voces, *ſtate ſuccincti lumbos. State in Domino. State, viriliter agite: Confortamini*: Quibus conſtantiam & inuictum animi robur omnibus commendat. Si namque, vel Salomone teſte Prou. 18. 9. *Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis*; Numquid qui intermittit ac retrorſum abijt germanus erit opera ſua enecantis.

1. Cor. 15. 52.

Eph. 16. 14.

Philip. 4. 1.

1. Cor. 16. 13.

Prou. 18. 9.

Sed eſt & alius nouo homini ſcopulus in hoc C mari declinandus, multorum oſſibus, qui naufragium iſtic fecêre, etiamnum albus, & huic nomen METVS eſt, à μεθίεναι, vt Iulius Scaliger ait, ſic dictus, quod ex eo amittatur conſtantia & omne bonum conſilium abijciatur. S. Hilarius de hoc loquens, *Metum eſſe ait humanæ imbecillitatis trepidationem, metuentem id ſufferre, quod graue apparet ac moleſtum, quapropter inchoatum opus intermittitur & velut excuſſo iugo ſe homo aliorſum vertit.* Et hunc quidem timorem in bene multis reperias, qui ſe virtuti addixerunt, his, dum carnis moleſtias perſentiſcere incipiunt, à domandâ ſenſuum intemperantiâ ceſſantibus, ac proprio amori ſuccumbentibus.

S. Hilarius.

D Alijs in beatæ vitæ curſu frigidè ac ſegniter ſe mouentibus, ac denique palæſtram deſerentibus, quod hominum timeant ludibria, ſales, irriſiones & iocos.

Nonnullis denique meticuloſis ac pauidis, quod vereantur vt aliquando ad præſtitutum ſibi finem ſanctiſſimæ imitationis pertingant, ſpem omnem conatumq́ue abijcientibus: quibus examuſſim illud ſapientis cõuenit Eccle. 10. *Sed & in viâ ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, &c.* Quod Syrus ita legit: *Cor eius puſillum.* q. d. Vix primum greſſum poſuit & ſtatim ſe defeſſum exclamat: *Canterius in porta.*

Eccle. 10. 3.

Alij legunt, *& cor eius puſillum eſt*, vnde Italis natũ prouerbiũ, *qui non habet animum, habet pedes*, hoc eſt, vt fugiat è circo, vt ab incepto deſiſtat.

Arabica denique lectio habet, *Stultus cùm ambulauerit per viam, indigere facit eum cor ſuum:* Dixit enim, pergere ac progredi non poſſum: viribus animi maioribus indigeo. Alius, ampliori gratiâ opus eſt, vt exemplo Chriſti me conformem. Indigere eum facit cor ſuum, puſillum ſcilicet metu contractum atque exhauſtum, illum proinde à ſe pellere nitatur, & quod ante fieri non poſſe formidarat, iam præſtari à ſe atque ad exitum perduci poſſe deprehendet. Patuit id nuper in femina: fuit hæc nobiliſſima illa Catharina, quæ anno 1617. Regens populos Georgios conterminos oræ Perſarum comprehenſa à Chaaba Rege Perſa, ac diris ſupplicijs vt à Chriſto deficeret tentata, omni ſuperior metu, ac minis fuit. Rex immanis veritus ne à feminâ ſuperatus deſpicatui haberetur, iuſſit vtroque vbere exſecto, cetera eius membra lentis ignibus eliquari. Horruit tortor lacerare tenerum corpus, & in ſexu imbelli aſperiora experiri. Vrgente tamen rege, victima illa ſacra diſſecta comburitur, ſenſim corpore diffluente, inter quæ ſartâ, tectâque fide, martyris anima conſiſtebat. Deus bone, exclamans, quam tenui pretio vendis prædiuites paradiſi gazas, momentaneum eſt quod cruciat, æternum quod delectat, exiguæ ſunt omnes ſarcinulæ noſtræ, quibus æterna præmia comparantur. Supplementum Chalcondylæ hæc laus conſtantiæ eſt.

Catharina princeps Georgiorum.

Cæleſti calculo propoſitam rem firmo: Apparuit aliquando poſt mortem eximio cuidam Aſcetæ B. Virgo Thereſia, acriter eum corripiens, quod contriſtaretur animo, ob varias ſibi cruces immiſſas, quibus iam diutius premebatur; hoc addens, nullâ ex cauſâ in cælis, tantis ſe præmijs decorari, quàm ob eos, quos in hoc mundo perpeſſa fuerat labores: ſeque, ſi vllam ob cauſam rediuiua in terras redire vellet, nullum alium ob finem reuerſuram eſſe, quàm vt amplius viuens pateretur. Ita Franciſ. Ribera l. 5. c. 4. Præclarum ſanè ac graue ſanctiſſimæ virginis teſtimonium, dignum, cui fidem, quotquot ad veram vitæ nouitatem contendimus, omnes habeamus.

S. Tereſia.

CAPVT DECIMVM.

Quis, quantus, & qualis ex hac Chriſti Ieſu imitatione fructus exiſtat? dum nos docet ſupplicium ac Mortem ſeruatoris, quantum homini fas eſt, imitari, moreſq; atque actiones habere Theurgicas, quæ glorioſa illa, atque optabilis eſt Θεομιμησία.

VErus amor, meritaque obſeruantia, quam optimo, ſupremoque omnium patri ac principi Deo à nobis tribui par eſt, ſat vnumquemque noſtrum impellere deberet, ad eius, in exemplar nobis propoſiti, ſequenda veſtigia, cuius præclara geſta, glorioſaque facinora imitando nos addecet conſectari. Eſt enim propria liberalis animi atque ingenuæ indolis nota, parentem amare ſuum ac principem imitari, non quod ex vſu ſuo, commodoue id fiat, aut rerum ſuarum ratio id poſtulet, ſed quod illius homines exemplum ac virtus id ipſum promereantur: paruorum ingeniorum eſt nil pulchrum aut imitandum ducere, quod præmio, lucellóue non inauretur.

Alia longè ratio filiorum Dei eſt, qui patrem ac magiſtrum deamant, eius ſimilitudinem imitatione aſſequi laborant, nullâ aliâ ex cauſâ, quàm ob præſtantem excellentiſſimarum virtutum dignitatem, quâ pollet.

Et hæc quidem perfectorum ſana ac perennis conſuetudo eſt, laudabilibus maiorum veſtigijs inſiſtere, eorumque moribus obſecundare; non intuitu commodorum ſuorum, ſed colendi numinis deſiderio, propter ſe & ex caritate amati.

Verùm quamquam id certum ſit, non eſt tamen negandum, quin nouus homo in virtutis præmium oculos conijcere poſſit, quo voluntatem in laudabilis vitæ curſu corroboret, & ad ducem ſuum ac Magiſtrum, qui Chriſtus Dominus eſt, imitandum prouocetur. Eſt enim hoc naturæ noſtræ ingenitum, vt quiſque ad fortia facta, & heroum dignas actiones ſuſcipiendas, honeſta ſpe animetur, ſine qua, ſæpe animi generoſi vigor langueſcit & induſtria perit, quare eam nonnemo *vberrimum virtutis alimentum* nominare veritus non eſt. Nolo adſcititijs coloribus veritatem hanc per ſe pulcherrimam obtegere potiùs, quàm illuſtrare: prætereo quæ antiquus ille Moyſes Dei interpres, ſuis diuinam legem obſeruantibus auſus eſt polliceri, vberes ficus, redundantes vuas, olearum abundantem copiam, fundatam, ſtabilemque familiam, pacem, victoriam ac triumphos, Angelorum præſidium & alia his ſimilia ſexcenta: ad Deum ipſum corporatum, & cum hominibus loquentem, quem in euangelio etiamnum audire liceat me conuerto. Meminiſſe omnes arbitror quid in ſacro monte dixerit, cùm Euangelicæ perfectionis fundamenta iaceret, quæ cum magnis implicita difficultatibus non ignoraret, vtpote paupertatem, animi demiſſionem ſingularem, famem, ſitim, vexationem, opprobria complexa, quid egiſſe arbitrabimur? an his ſolis diſcipulorum ſuorum collegio proponendis inſtitit. Nequaquam: animos diuinæ beneficentiæ ſpe erexit, ſacro compenſationis lucro propoſito firmauit. *Gaudete*, inquiens, *& exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis:* Cui ſimilia ab illo dicta ſunt plurima, cùm ſplendidi velut brauij oſtentatione, nos ad curſum & piorum operum fructum alius inflammaret, quibus fatendum eſt homines ad Chriſti imitationem

Lucæ 6. 23.

Digitized by Google

tionem ordiendam & grauiores quæ in eâdem continuanda difficultates occurrunt, euincendas, plurimùm adiuuari, dum vt S. Gregorius loquitur: *Remunerationis linteo ſudores laborum ſuorum terſuros eſſe ſe ſperant*. Et hoc eſt, quod ſubinde ſuis S. Auguſtinus inculcabat, dicens: *Cùm ſequeris viam Chriſti, non tibi ſæculi proſperitates promittas; per dura ambulauit, ſed magna promiſit; ſequere, noli tantùm attendere qua iturus ſis, ſed & quò iturus ſis. Quo enim paratius ire, niſi de Chriſto in Chriſtum, cum Chriſto poſt Chriſtum, per Chriſtum propter Chriſtum*. Lib. de Virg.

Quo in genere fatendum eſt plurimùm excitatos fuiſſe Apoſtolicos viros, alioſque Dei & ſalutis ſuæ amantes, qui vento hoc acti feliciter in portum nauigarunt ſalutis æternæ, inter quos cùm Paullus Apoſtolus Moyſem connumeret, religio mihi fuerit hic eum præteriſſe. Et huius quidem viri inuſitatam animi magnitudinem, mentemque aſpectabilibus rebus ſuperiorem multi mirati ſunt, quod cùm Thermutidis Reginæ filius haberi potuiſſet, & ſceptro ornari aureo, gemmeoque capitis diademate redimiri, atque omni denique genere opulentiæ ac voluptatis perfrui, quæ fortunam regiam comitari ſolent: maluit tamen omni illo ſplendore con-
Heb. 11. 26. tempto affligi cum populo Dei, *Maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti*. Quare? *Aſpiciebat enim in remuneratorem*. Ecce primum Chriſti patientis imitatorem: nobiliſſimum inquam, iuxta atque integerrimum virum, cui beneficentiſſima Dei voluntas animos dabat ad amandum, atque imitandum grauiter improperium Chriſti; cùm enim Moyſes partim fidei lumine & traditâ ab Abraham eiuſque poſteris diſciplinâ cognouiſſet Chriſtum pro humano genere paſſurum; partim ſpiritu prophetico præuidens iniurias & opprobria illi à Iudæis inferenda æſtimaſſet, vt Chriſto, quem diligebat, patienti ſimilis fieret, pati maluit, affligi, & opprobrijs affici cum hebræis, quàm honoribus, atque opibus in aulâ Pharaonis cumulari: atque hoc eſt, teſte Franciſco Ribera, optimo Paulinæ hic mentis interprete, ac Doctore, quod de Moyſe Apoſtolus prædicauit. Nec malè: ſi namque Iſaias, Ezechiel, Oſee, Dauid ad hoc à Deo miſſi fuerint, vt Chriſti Domini tum prædicantis, tum patientis typum referrent, atque idipſum ſciuerint, ſuas nempe paſſiones & opprobria, typicè repræſentare cruciatus & ærumnas, quas Chriſtus pro cõmuni humani generis ſalute paſſurus eſſet; quidni ſciuerit idipſum, fecerit, ac repræſentarit Moyſes, Prophetarum omnium princeps ac populi Iſraelitici ſanctiſſimus legiſlator?

Improperium itaque Chriſti hoc eſto, non quod Ægyptij idololatræ Moſi intulerint in odium Chriſti, vtpote qui de Chriſto ſciuerint nihil; ſed quod Moyſes præ Chriſti amore, reuerentiâ, imitatione, ſimilitudine, forti lætoque

A animo ſuſtinuit; in quo ſumma noui hominis perfectio ſita eſt, nimirum vt exemplo & imitatione Chriſti adamet, ſitiat, quærat, opprobria, irriſiones, perſecutiones, calumnias, infamias illaque cuiuis honori, famæ, nomini, gloriæ etiam regiæ anteponat; adeoque, etiamſi par Dei gloria & par virtus eſſet in honore & opprobrio, malit tamen opprobrio, quàm honore affici, vt vel hac ratione aſſimiletur Chriſto iniurijs, ſannis & calumnijs proſciſſo, animos faciente bellantibus, ſudoremque tergente coronâ illâ iuſtitiæ, & mercede omni affluentiâ redundante, in quam reſpexiſſe Moyſem Paulus teſtatus eſt.

B Quæ ſi iſtic vſuueniſſe compertum eſt, quidni & hic poſt ſanctorum patrum ſapientiſſima placita; Oecumenici Concilij Tridentini ſeſſ. 6. c. 11. grauiſſimam ſententiam locum inueniat, & paris brauij mercede, fructuque propoſito nouum hominem ad imitationem Ieſu ſui patientis inflammet? *Itaque nemo* (verba ſacroſancti Concilij ſunt) *ſibi in ſolâ fide blandiri debet, putans fide ſolâ ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatemque conſecuturum, etiamſi Chriſto non compatiatur, vt & conglorificetur; nam & Chriſtus ipſe*, vt inquit Apoſtolus Heb. 5. *cum eſſet filius Dei, didicit ex ijs, quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ*. Seſſ. 6. de refor. cap. 11. Quanam enim de Trid. ſeſſ. 6.
cauſâ Chriſtum facie ad occidentem conuerſâ
C crucifixum eſſe arbitrabimur? vnde & modò in templis noſtris figuratur ad occidentem, & cum templa primùm ſubimus, oculis noſtris obiectum in cruce cernimus & pronâ facie, & corde ad ipſum conuerſi, orientem verſus adoramus? niſi vt hoc pacto, vnde nobis æterna ſalus proueniat, condiſcamus.

Orientem creaturarum adorare abominatio eſt: honores ſolidos, voluptatem puram, paradiſum ipſum, qui quærit, ad occaſum & mortem Chriſti probroſiſſimam reſpiciat neceſſe eſt. In occaſu hoc orientem reperiet, in dedecore honorem verum, in morte vitam. Tyrios Rege ſuo orbatos, Iuſtino narrante, didicimus edixiſſe, vt qui prior diei ſequentis orientem
D ſolem conſpexiſſet, Rex eſſet. Cùmque Dynaſtæ omnes in latiſſimam quamdam planitiem eo fine digreſſi, oculos in eam cæli partem conuerterent, vbi ſolem oriturum ſciebant: Strato quidam cæteris prudentior in occaſum ſolis oculos deflexit, vnde alijs cachinnantibus, & hominis dementiam, vt opinabantur, deridentibus, ecce tibi in editi montis cacumine, qui ad occidentem ſpectabat, primores orientis ſolis radios conſpicatus, exclamauit, ſibique regium diadema promeritus fuit. Chriſtus, vt, teſte Clemente Alexandrino, occaſum traduxit in orientem, & mortem in vitam; ita & dedecus in gloriam vertit. Socrates ait Seneca in cõſol. ad Heluiam carcerem intrauit, loco ignominiam detractu-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

rijs, neque enim poterat carcer videri, in quo Socrates erat.

Quid de Regum rege; ac Domino Dominantium dixerimus? ſanè non poſſunt iam dici opprobria, non contumeliæ quas Chriſtus tolerauit: tolerauit, vt claritatem eis accerſeret:

Heb. 5. 8.

penam veſtiuit honore
Ipſaque ſanctificans in ſe tormenta beauit.

In Chriſti occaſu, in morte, in cruce, in contemptu imitando, iam nobis oriens clariſſimæ gloriæ & ſol veri honoris reſplendet, qui non leue aliquod regnum, ſed æternum cultoribus ſuis apportet, poſt ampliſſima præmia, quibus illos cumulare conſueuit.

B Quintuplicem autem eiuſcemodi mercedem, fructumúe obſeruaſſe me memini, qui nouum hominem ad deſtinatum hoc imitationis conſilium ſuauiſſimè inuitet, ac mentem illius adamantem efficiat, ne quis aries difficultatum, quod bene cœperit, euertat. Primus eſt, aurea illa, ac nunquam ſatis laudata Chriſti Domini ſimilitudo. Nec malè. Cùm enim vel Cicerone in partitionibus oratorijs, teſte, *Imitatio ſit, qua impellimur cum diligenti ratione, vt alicuius ſimiles eſſe velimus;* Quid mirum hîc eam velut in nobiliſſimo argumento, feliciſſimè, ſi vſquam, prouehi conſueuiſſe, id Domino agente, ne formalis, vt aiunt, effectus, fructuſque primarius nobiliſſimam actionem deſtituat, vt qui ante portabamus imaginem veteris Adæ terreſtrem, portemus deinde imaginem noui cæleſtem, viuis virtutum eius in nobis coloribus expreſſam: cùm nihil Chriſtiano homini accidere queat optabilius in hac vitâ, quàm vt Chriſtum induat, & in vitâ ſuâ, & conuerſatione, ipſi Deo, Angelis & hominibus, verbis, operibus, & internis tum intellectus, tum voluntatis operationibus Chriſtum vbique exhibeat & repræſentet; quod dum facit, non hominem illum quem Deus in vnitatem perſonæ potenter aſſumpſit, referre dicendus eſt, ſed & Deum ipſum, quam fieri proximè poteſt, æmulari. Cùm enim Chriſtus Ieſus veriſſima fuerit & perfectiſſima Dei imago & in ipſâ humanitate ſuâ expreſſerit vitam Dei; certè qui illum in ſe expreſſerit, is ipſe Deo ſimilem ſe reddat, imo quandam Dei plenitudinem conſequatur neceſſe eſt: in quo ſumma noſtri omnium ſita perfectio eſt.

Cicero.

S. Baſilius. Sapienter id aduertiſſe S. Baſilius videtur, dum ait, Deum, cum in homine ſui ſimilitudinem perficere vellet, & non poſſet homo diuinas perfectiones ſatis aſſectari, naturam humanam induiſſe, vt in ea, tamquam in tabula quadam rudiore & craſſiore, Deus ipſas diuinas perfectiones, quantùm poſſent extra Deum repræſentari, depingeret & corporeis oculis obijceret imitandas. Et hoc voluit Apoſtolus dum 2. ad Corinth cap. 3. ſic locutus eſt: *Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei:*

2. Cor. 3.

A *quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu:* Nimirum in facie Chriſti Ieſu tamquam in lucidiſſimo ſpeculo, non tantùm hominis illius excellentes virtutes, ſed glorioſi Dei perfectiones ita contemplamur, vt mentem noſtram imbuamus ſplendentibus illis formis & ſenſim eandem imaginem in nobis depingamus, internumque mentis noſtræ ſplendorem & claritatem ſpiritu Domini id operante, augeamus. Nobilem ſanè huius imitationis fructum! & dignum omnino, qui ceterorum ipſe antelignanus chorum ducat.

B Sed & alter eſt nempe ſingularis quidam Dei, Chriſtique amor, quo dignari ſolent huiuſmodi, qui ſtrenuè in hoc imitandi ſtudium incumbunt. Cùm enim Chriſtus hac ſuâ ſimilitudine nos imbutos videt, & velut alterum ſeipſum in nobis tamquam in ſpeculo contemplatur, qui ſe ſuaſque perfectiones neceſſariò diligit, & in ijs ſibi complacet, non poteſt quoque non ſibi in nobis complacere, nec impediri, quo minus infinitam illam complacentiam, quâ ſibi bona ſua gratulatur, in participatas à ſe in nobis perfectiones amando deriuet.

Viderunt id veteris ſcholæ Philoſophi, quorum ille, quem Academiæ doctorem vocant,

C *ſimilitudo*, inquit, *mater Amoris eſt*, quod ſcitâ quadam inuentiunculâ idem voluit illuſtrare, dum inter varia hominum monſtra quibus Iouem oppugnatum aliquando aſſerit, neruoſos quoſdam ac robuſtos gigantes fuiſſe, ait, bicipites illos ac quadrupedes, extrema quæque cælo minatos; Iouem verò ne quid ſua detrimenti maieſtas caperet, ac cultus interiret, noluiſſe quidem eos peſſumdare, ſed diſpertiuiſſe medios, & ex vno duos feciſſe. Peractâ verò hac diuiſione iuſſiſſe Apollinem certo loco conſiſtere, & hos dimidiatos homunciones intueri. Et quod, credimus, ſpectaculum fuiſſe? Derepente alter alterum, pars compartem agnoſcens, ad eam accurrit, amplexandoque iterum atque iterum eidem coniungi optabat; atque ita in

Plato.

D priſtinam vnitatem redire, vnâ, ſolaque id ſimilitudine agente amoremque conciliante. Eiuſdem meminit Ariſtoteles 8. lib. Ethicorum, *cui ſimilitudo, amoris illex* dici, haberique ſolebat: & quid mirum? cum ſtirpes inter & arbores vis eadem regnare cernatur: *Omnis ſurculus* inquit Columella lib. 5. *Omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſſimilis. Si vero etiam ſimilem fructum & eodem tempore affert; ſine dubio, egregiè inſeritur.* Et paulò poſt: *Antiquos ait veluti pro lege ſanxiſſe, eos tantùm ſurculos poſſe coaleſcere, qui ſunt cortice & libro, & fructu conſimiles ijs arboribus quibus inſeruntur.*

Ariſtotel.

Colum.

Notauit idem Claudianus de nuptijs honorij & Mariæ, dum ita luſit:

Nutant ad mutua palmæ
Fœdera,

Digitized by Google

Fœdera, populea ſuſpirat populus ictu,
Et platani platanus, alnoque aſſibilat alnus.

quod ſi hîc fieri amat, multò magis inter eos
quibus ſentiendi intelligendique vis à naturâ
Eccli.13. indita maior eſt, quod Siracides 13. cap. pru-
denter aduertit, cùm dixit: *Omne animal diligit*
ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi, ſiue vt
græca habet lectio, *ſimili ſui adglutinabitur vir:*
Quid cauſſæ? an quia quiſque ſe ipſe diligit, &
ſe in alio cognoſcens, in eo quoque ſe diligit?
Vtique; ſimilitudo enim vna quodammodo na-
tura eſt in multis, vnde qui eiſdem ſunt moribus,
ſtudijs, affectibus, facile inter ſe diligunt, Amor
autem ſimiles inuenit, aut facit. Quæ cùm iuxta
rationes æterni conſilij, quibus nihil æquius,
ſanctiuſque eſt, fieri non dubitemus; quis in
Deo abnuat idem poſſe reperiri.

Sed Deum nemo vidit vnquam, & ignoti
imitandi nulla cupido, vt iſte amor oriatur. Ita
eſt: ſed ideo, teſte Paulo Apoſtolo, factus eſt
ſimilis nobis Deus, vt hac ſimilitudine ſui amo-
rem excitaret. Itaque poſt aſſumptam ab eo
humanitatem, Deum habemus ſimilem nobis,
cui vultus ſit, & manus, & pedes, ſicut & no-
bis, cor & oculi lachrymabiles, pectus & viſcera
tenera, quæ malis hominum ingemiſcant, & ip-
ſa pati poſſint ſicuti & paſſus eſt, nobis relin-
quens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius,
quod dum facimus, ſimilitudo oritur, qui amo-
rem progignat tantò quidem dulciorem, quò
maior fuerit ſimilitudo, tam enim ſui amans
Deus eſt, vt in ſui ſimili etiam ſeipſum diligat,
quia aliquid hic certo modo ſuum, vel aliquid
ſaltem ſui videt, non ſecus atque homines re-
percuſſam ſui in ſpeculo imaginem admirantur,
quod alios non diſſimiles ſibi homines videre
iſtic videantur, quos ament.

O quàm excellens & ſuauis hic imitationis
noſtræ fructus eſt, amari à Chriſto! Sed qualis
hic Amor eſt? non leuis, non inconſtans, ſed
ſtabilis & firmus, quo fiat, vt pater ipſe, & filius,
& Spiritus ſanctus manſionem in nobis faciant,
& quaſi in proprio domicilio inhabitent: cuius
rei cauſam ac rationem ipſe Chriſtus his indi-
Ioan.17.26. cat verbis, *vt dilectio tua*, inquiens, *qua me di-*
lexiſti, in illis ſit, & ego in eis. Nimirum qui bene
Chriſtum imitatur, in Chriſto manet, eiſque
coniungitur, & Chriſtus ipſe in eo, adeo vt
Chriſtum Deo patri repræſentet, in eiuſque vi-
cem tamquam Dei filius eadem dilectione ſit
proſequendus, quo pater Chriſtum diligit:
Fons ergo ille amoris, qui ex corde Patris in
Chriſtum filium effuſus eſt, propter Chriſtum
in eius imitatores redundat, cum ingenti copia
bonorum.

Nihil eſt enim quod ad ſe rem vllam tam
alliciat & tam attrahat, quam ad amicitiam ſi-
militudo. Cic. in Lelio.

Tertius imitationis huius fructus eſt, practi-
ca quædam mentis noſtræ illuminatio, quam

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient:*

A ipſe Dominus ac Seruator noſter his verbis
apud Ioannem expreſſit: *Qui ſequitur me non* Ioan.8.12.
ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Ioan. 8.
Super quibus Theodidactus ille Canonicus,
Kempenſis Thomas in limine aurei ſui de hac Thom. à
materiâ libelli, ſic philoſophatus eſt: *Hæc verba* Kempis.
ſunt, inquiens, *Chriſti, quibus admonemur, quate-*
nus vitam eius & mores imitemur, ſi velimus veraci-
ter illuminari, & ab omni cordis cæcitate liberari.
Aptè profectò! Inter alias ſiquidem veteris ho-
minis calamitates, quibus indies conflictatur ac
premitur, hæc vna nequaquam de poſtremis
cenſenda eſt, qua ita à Deo auertitur, atque in
deuia abducitur, vt quânam ad eum redire viâ
debeat, aut poſſit, nec ſcire ſatis, nec intelligere
B euidenter queat.

Deſcendit itaque in has tenebras Chriſtus,
ego, inquiens, *Lux ſum mundi, illuminans omnem* Ioan.1.5.
hominem venientem in hunc mundum: cuius radij, & 12.
quamquam fidei, quam nobis tradidit, doctri-
nâ contineantur, magnam tamen eorum par-
tem ſibi vitæ eius, ac mortis præcipuè exempla
vindicant, ſine quibus ea, quæ mundo præce-
pta, inſtitutaque reliquit, offuſas mentium no-
ſtrarum tenebras non ſatis depuliſſent, nunc
verò luce hac præeunte, tam potenter operan-
tur, vt ſi quis veſtigijs eius, patientis præſertim
inſiſtere decernat, magno animi ſui gaudio mi-
retur, ea quæ obſcura prius ſibi erant vitæ ſpiri-
tualis itinera, certa & plana exhiberi, per quæ
C feliciter ambulans, maxima quadam animi pa-
ce, quieteque fruatur: cuius hanc, non malè,
vt arbitror, exiſtimem dari poſſe rationem, dum
enim ſanctiſſimæ huius imitationis runcinâ ani-
mus ab omni vitio leuigatur, ac præclarâ illâ
Chriſti ſimilitudine imbuitur, fieri amat, vt ille
ſuo nos pondere incliner ad id quod perfectius,
Deoque gratiſſimum eſt, cuius cognitio dum
nobis ſupernæ lucis radio aperitur, clarè nos
perſpicere facit quid ſequamur, vnde immane
eſt quantum ad omnem nos virtutem perſpi-
cuè tam cognitam applicemus. Sed neque id
totum atque vniuerſum eſt, quod tertius hic
fructus importat, corollarij nomine adjicere
quid amplius ſolet, nimirum, vt poſteaquam ip-
D ſum lucis fontem in nobis cœpDerimus poſſidere,
quaquauerſum lucidiſſimos veræ vitæ radios,
per illuſtria virtutum exempla ad alios quoque
illuminandos emittamus.

Magnus profectò imitationis huius quæſtus,
præclarum lucrum.

Venio ad quartum, quod in perpetuâ quâ-
dam cœleſtis vitæ nouitate ſitum eſt: nam, vt
bene S. Bonauentura, Vulnerum Chriſti me-
ditatio ſuum meditatorem alienat, & non ſo-
lum facit Angelicum ſed diuinum c. 1. Stimuli.
Et huc quidem fixo mentis oculo vnumquem-
que collineare, vt nec punctum ab ſcopi huius
vmbilico decedat, optandum foret quam maxi-
mè, verùm, vt noſtra ſe habet infirmitas, auxilio

A opus habet, ſi enim natura humana, vt à Deo condita eſt, ita ſemper recta atque integra perſtitiſſet, nullo alio adiumento, præter eiuſdem Dei gratiam, quam quidem in ipſa origine hauſiſſet, & ſuis deinde meritis vberrimè cumulaſſet, opus habuiſſet: nunc autem cùm hæc natura adeo fracta, deformata ac debilitata ſit, primùm ex originariâ culpâ, quæ in omnes homines pertranſijt, deinde ex proprijs cuiuſque peccatis, nihil iam ei difficilius quàm ad illam beatitudinem aſpira[illegible], ad quam primò factus fuit. Hanc itaque o[illegible]cauſſam, ille hominum creator & cuſtos Deus, cuius natura bonitas, opus miſericordia, vt hanc noſtram imbecillitatem aptiſſimis quibuſdam adiumentis fulciret,

B ad noſtram mortalitatem acceſſit, habituque inuentus vt homo, ex nobis vitæ nouæ exempla reliquit quibus inſiſtentes præclaram vitæ nouitatem hauriamus: quod Apoſtolus probè intelligens, Romanos his verbis admonuit, *Conſepulti*, inquiens, *ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris; ita nos in nouitate vitæ ambulemus.* (Rom. 6. 4.)

Et iterum ad Epheſios 4. *Deponite vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in Iuſtitia & veritate.* (Epheſ. 4. 22.)

C Quem locum commentatus S. Hieronymus. (S. Hieron.) *Induite nouum hominem*, inquit, *id eſt vt alio loco dicit, induite vos Ieſum Chriſtum. Iſte quippe, eſt nouus homo, quo vniuerſi credentes debemus indui atque veſtiri:* Quid enim in homine, qui à Saluatore aſſumptus eſt, non nouum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extremum Crux & paſſio, reſurrectio quoque & aſcenſus in cælum noua omnia fuere. Hic ergo verè creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, quia Deus verus, Dei veri filius fuit, & tota in eo religio atque iuſtitia ex veritate completa eſt. Qui igitur conuerſationem eius imitari poteſt, & vniuerſas in ſe exprimere virtutes, vt ſit manſuetus ſicut ille fuit man-

D ſuetus, & humilis corde, & ponat animam ſuam pro amicis, ſicut ille poſuit pro ouibus ſuis, verberatus non reſpondeat, maledictus non remaledicat, ſed vincat in humilitate ſuperbiam: iſte indutus eſt nouum hominem, & dicere cum Apoſtolo poteſt; *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Ita S. Hieronymus. Quibus verbis edocemur Chriſtum eſſe, qui ſuo nobis ſpiritu vitam reddat dum imaginem eius portamus, ita vt ſpirituales ſimus, cæleſtes ab omni corruptione ſecuri, inſpirante illo nobis vim diuinam, qua non niſi ad Deum aſpiremus doniſque cæleſtibus affatim augeamur.

Hic imitationis eius fructus eſt, adeò vt, ſicut ſine meritis illius nemo per pœnitentiam renouatur, ita nemo vitæ ſanctioris nouitatem ſine eius exemplis & imitatione acquirat. Vnde quo-

A que factum legimus, quoties veteraſcentem mundum nouo ſanctitatis ſplendore reparare diuinæ prouidentiæ viſum fuit; toties & eos quos ad tantum opus elegit, ad hoc exemplar intus & foris nouos quoadmodo homines effinxiſſe, & per eos noua virtutum omnium ad Chriſti imitationem expreſſa exempla, quaſi nouas faces accendiſſe. De millenis vnicus, ſed qui ſatis, ſuperque vices omnium expleat Seraphicus ſit Franciſcus, cuius obſequio dum frigeſcentem mundum ad ſui imitationem & cultum inflammare cuperet, Deus in carne eius paſſionis ſuæ ſacra ſtigmata renouauit: vt animo ac corpore nouus, omnes ad nouam vitæ Methodum prouocaret.

B Quintus, nec ille tenuis aut obſcurus, qui manere imitatores hos ſolet, fructus ac quæſtus, maius Chriſti obſequium ac diuinæ maieſtatis gloria eſt. Notum omnibus perſpectumque arbitror, Deo Domino ac Seruatore Ieſu, confecto iam ſalutis humanæ negotio, à nobis digrediente, grandia illa quibus nos omnes tantopere obſtrinxerat, beneficia paulatim cœpiſſe ex hominum mentibus obliuione deleri, cumq; in eiſdem & viuere illa perpetuò, & aſſiduis debuiſſent laudibus celebrari, ſenſim euanuiſſe, ac non niſi tenuiter cognita permanſiſſe; quapropter ad Dei gloriam prouiſum ſa-

C pientiſſime fuiſſe numquam vt deinceps in Eccleſia deeſſent, à quibus non tantùm in gubernandi docendique officio, ſed etiam in vitæ ſuæ, mortiſque ſimilitudine ipſe repræſentaretur, in quibus tamquam expreſſis imaginibus diuinam ſuam exprimeret ſanctitatem; dum paupertatis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ, charitatis, aliarumque virtutum, quarum cum viueret, lucidiſſima præbuit exempla, tuetur dignitatem: vnde fit, vt in illis viuat, in illis loquatur, eius mortificatio in eorum corporibus circumferatur, in illis humilitas eius, paupertas, obedientia, beneficiorum eius in ſuccedentia ſibi inuicem ſæcula notitia & amor propagetur.

Et hunc certè fructum ab æterno Patre ſibi

D ſuiſque imitatoribus & poſtulaſſe & impetraſſe optimus Dominus videtur, cùm dixit Ioan. 17. *Ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut tu & ego vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me:* (Ioan. 17. 22.) Quapropter licet ceteri omnes fructus, boni ac pretioſi ſint valde, hic tamen vnus vero ac ſincero Chriſti Ieſu imitatori optatiſſimus ſit hoc tempore præſertim neceſſe eſt, quo tam pauci inueniuntur, qui ſerio Chriſtum imitantur, plurimi verò, non ingrati modò ſed & ſacrilegi, & blaſphemi.

Sextus denique, atque is iucundiſſimus imitationis huius fructus eſt, omni hominum generi appetenda maxime certa quædam *εὐθανασία*, de qua tantum nobis omnibus pendere ſolet momentum, quantum ab alio quoquam, cui ſoli ſi curas omnes, atque cogitationes im-

pendderis,

Digitized by Google

penderis,non errafti, hanc ſane Auguſtus dum A aſſiduè in votis habet, rebus omnibus præhabnit, Carolus V. Imperator abdicatis regnis in ſolitudinem ſe abdidit: nec fruſtra; ſi enim, teſte Eccleſiaſtico, *Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur:* Quid erit amanti; quid imitanti fiet? Similitudo mater amoris, amor pariet Euthanaſiam: teſtis mihi notæ ſanctitatis artifex B. Andreas Auellinus, à cuius ore pia hæc atque mirifica fluere ſolebat ſententia, eos qui, dum viuerent, Chriſto aſſueti fuerint patienti conſociari, ſuffixo affigi, morienti commori, obire ſuauiter, doloris exſortes, & nullis confectos anguſtijs, quibus abeuntium ſpiritus vndique circumſtipantur & anguntur, Deiparæ Virginis exemplo, Apoſtolique Ioannis adſtantium Cruci, quorum neutri permiſſa mors fuit ferales nuntios explicare, ſed ambo velut per dulciſſimum ſomnum naturæ conceſſerunt.

Eccle. 1.13.

Franciſcus Boluitus l.2.c.17. vitæ Auell.

Quid hic agat nouus homo; quod Chriſti amatorem ſentire par eſt. Quare ſi quid Chriſtiani ſanguinis in corde reliquum ſeruet, ſi quid læuâ ſub parte mamillæ Chriſtiani ſpiritus palpitare ſentiat, nuſquam melius impenderit, quàm ſi proximè eum imitetur & talem ſe exhibeat, vt gloriæ ſuæ inimicos per eum Ieſus vincat, & in multitudine virtutis eius, in ſe operantis, mentiantur ei inimici eius.

Hi fructus illi honeſtiſſimi, iuxta ac iucundiſſimi, quos pulcherrima illa ac feraciſſima imitationis arbor in omnium gentium ſanitatem proferre conſueuit, multò profectò digniſſima, ad quam omnes Adami nepotes præ illa, quæ nomen ſcientiæ boni ac mali præ ſe ferebat, manus tutò extendant. Certè ſponſa in Canticis pretioſos benedictæ huius arboris fructus contemplata, tandem ipſa ſecum in hunc modum conſtituit: *Aſcendam*, inquiens, *in palmam & apprehendam fructus eius:* Quaſi dicere voluerit: tanta eſt ſuauitas fructuum arboris ſanctæ Crucis, imitationis, inquam Ieſu mei patientis, vt quamuis pugnâ, ac vehementi quadam animi contentione opus ſit, libens omnibus exhauſtis moleſtijs, ſuperatiſque difficultatibus, conſcendere eam, & fructus decerpere contendam. Et quid ni faciat, ſi rationis decempeda actiones ſuas metiri velit, cum nulli dubium eſſe queat, quin, cum ſuauiſſimi illi ſint, & ad ſanitatem omnium gentium vtiliſſimi, cuiuis meritò laborandum ſit, vt eiſdem quàm affluentiſſimè potiatur. Quamquam etiam non raro contingere ſoleat, vt hic labor reapſe leuior, quàm primâ fronte apparebat, inueniatur, cum eadem ſponſa de ſe non grauatè teſtetur, *Sub vmbrâ illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo:* Nimirum tanta eſt Chriſti patientis benignitas, tanta imitationis eius iucunditas, tantæ deliciæ, vt vel vmbra eius tali nos interdum voluptate

Cant. 7. 8.

2. Cant. 3.

afficiat, vt iam non conſcendere opus ſit, ſed quieſcere tantum & ſub vmbrâ eius deliciari ac ſponte illabentes fructus excipere & deguſtare.

Finio Iſagogen binis duorum Patrum admonitis: *Exurgat Deus & cadat armatus iſte, cadat, & conteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor ſui, amator mundi, ſeruus Diaboli. Quid tibi videtur? ſi rectè ſentis, mecum dices; reus eſt mortis, crucifigatur. Noli ergo diſſimulare, noli differre, noli parcere: ſed feſtinanter, audacter, inſtanter crucifige veterem hominem iſtum, ſed Cruce Chriſti, in qua eſt ſalus & vita.* S. Bernard. in med. meditatione vltima.

S. Bernard. in Med.

B. Petrus Damiani l.6.ep.22.

Hîc trophæum Crucis tuæ immobiliter fige, hîc te ſimul cum Chriſto ſuſpende, vt in charitate, B ſicut dicit Apoſtolus radicatus & fundatus *poſſis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo atque profundum illius.* In hac enim cæleſtis figura victoriæ, omnis religio Chriſtiana depingitur, in hoc vitalis ſigni charactere, tota virtutum ſpiritualium perfectio deſignatur. Nam cùm in his tribus virtutibus videlicet fide, ſpe & charitate omnis lex diuina conſiſtat, atque ex his omnium virtutum multitudo procedat, in illa Crucis parte, quæ terræ defigitur, fides, quæ religionis Chriſtianæ fundamentum eſt, figuratur. Huic ſcilicet fundamento tota fabrica bonæ operationis innititur, & vt ſtare poſſit, omnis virtutum ſpiritualium machina ſuſtentatur. Vnde & Apoſtolus C diſcipulis ait: *Nam fide ſtatis.* Per ſupremum verò cornu, quod præ ceteris eminet, ſpes intelligitur, qua noſter animus ad capeſſenda cæleſtia prouocatur. Illo verò ligno, quod in medio poſitum, binis vtrimque porrigitur brachijs, latitudo deſignatur geminæ charitatis. Hoc eodem viuificæ Crucis ſigno, quatuor principalium virtutum numerus indubitanter exprimitur: ex quibus vtique tamquam ſeminibus omnium virtutum ſegetes germinantur, Iuſtitia ſcilicet, Fortitudo, Prudentia, atque Temperantia: per ſupremum namque cornu, quod cælum ſpectat, Iuſtitia figuratur, ſicut ex ipſius Redemptoris ſermone colligitur, qui cùm præmiſiſſet: quia Spiritus ſanctus *Arguet mundum de peccato,* D *& de iuſtitia, & de iudicio*, paulo poſt intulit: *De iuſtitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me.* Et vir ſapiens ait: *Iuſtitia eleuat gentem*, nec dubium, quin ad cælum. Inferior autem pars Crucis, quæ ſuperiorem ſuſtinet molem, Fortitudinem ſignat, quæ videlicet, grauia quælibet & aduerſa æquanimiter tolerat.

Ephe. 3.

2. Cor. 1.

Ioan. 16. 8.

Prou. 14. 34.

Dexterum verò Crucis brachium Prudentiam exprimit, quâ videlicet iniectâ maligni ſpiritus iaculâ, tamquam dextræ manus obiectione propellimus, cumque feruidi ſpiritus telo perfoſſum, diuino muniti præſidio fortiter proſternentes, victoriæ manubias reportamus.

Per ſiniſtrum quoque cornu Temperantia

non immeritò deſignatur. In ſiniſtra ſcilicet manus minor virtus eſt, quàm in dextra: per Temperantiam ergo virtutis noſtræ quodammodo robur attrahimus, dum temperanter & modeſtè viuimus, dum ſæpè rigorem, cenſuramque Iuſtitiæ quadam magiſtræ diſcretionis arte mollimus.

Hoc itaque vitæ tuæ ſignum, Innouande homo, ſicut in fronte depingis, ita nihilominus A cordis tui liminibus imprime; quod vltor Angelus cernens, ſine tua non tardet læſione tranſire, vt qui nunc Chriſto ſponte commoreris, quantò grauior Crux eius in tua conuerſatione conſpicitur, tantò tibi plenior reſurrectionis eius gloria cumuletur. Et hæc quidem hactenus, ſed in anteceſſum: nunc ad rem propius accedamus.

R.P.HA-

Digitized by Google

R. P. HADRIANI
LYRÆI
E SOCIETATE IESV
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Sacra Ieſu Patientis œconomia, prima ad vitæ nouitatem Dux & auſpex.

SEquendus Deus erat, & videri non poterat; ſequendus homo non erat, qui videri poterat: Deus factus eſt homo quem ſequeretur homo. S. Auguſtin. de Nat.

De motus ac Vitæ Nouitate ſcripturus, quam Domini Ieſu mira ac ſingularis Patientia feliciter enixa eſt, nobiſque imitandam propoſuit, ne ſub ſpinoſo capite membrum aliquando vapulet delicatum, quo primum oculos conijciam, vnde potiſſimum exordiar, anceps ſum, neque enim tunc ille pati aut mori cœpiſſe exiſtimandus eſt, cum inter humanæ cruciamenta perfidiæ ſanguineis in horto lachrymarum fontibus B immaduit: cum diuini ſanguinis ſui balſamo inunctus, doloris regnum auſpicatus eſt: cum vno liquatis calice, non aureorum, ſed tormentorum millibus, poculum humanæ feritatis indicem, à cæleſti pincerna propinatum accepit; diu erat cum patiendi moriendique tyrocinium poſuit, idem quod conceptionis ſuæ materno fuit in vtero, & ſupplicij ac mortis ſuæ principium habuit, atque ingentium ærumnarum: nec illud viatorium, aut leue, ſed quod continua ſerie, quamdiu vita ſuppetere viſa eſt, telam, quam ſemel ordiri cœperat, non intermiſit, annos omnino tres & triginta, ac menſes tres, id eſt, 12143. dies, horas autem 291432. minuta verò ad 17. milliones, 485. millia, & 920. Iſta tenuere ſupplicia, continuauere cruciatus,

A quos vna velut catena illigatos ad Crucem vſque fortis bellator attraxit, vt ore Dauidico ante profeſſus eſt, *Defecit*, inquiens, *in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Quæ cauſa? Non vna ſanè, ſed multiplex. Pſal. 30.12.

Iam felix illa, longeque beatiſſima anima, diuino corpori ſociebatur, cum ſubito continere ſe, nec, qua affluebat, gloriam compari ſuo, aliàs debitam communicare iubetur: erat quidem illa, quæ in ipſo inhabitabat plenitudo diuinitatis, animæque gloria eiuſmodi; vt inſtar aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano, Chriſti corpus ſanctiſſimum inundare affluenter, ac gloriam, illi velut æterni Patris filio & hæredi propriam inſpergere potuiſſet; voluit tamen Deus potentiore manu ſua hanc gloriam ſuſpendere, eiuſque exitum, effectumque inhibere, quo fieret, vt ſimilis nobis & ærumnis B ſubditus, & mortis legibus ſubiaceret. O duram ſuppreſſionem! acerbam detentionem! *Itane,* inquit Bernardus ſerm. 64. in Cant. *ſummus omnium vnus factus eſt omnium? quis hoc fecit? Amor dignitatis neſcius, dignatione diues, affectu potens, ſuaſu efficax quid violentius? triumphat de Deo Amor, quid tamen tam non violentum quam Amor? quæ eſt iſta vis, quæſo, tam violenta ad victoriam; tam victa ad violentiam! cum Dominum gloriæ de throno maieſtatis ſuæ deſcendere facit, expolians ipſum cyclade gloriæ ſuæ, vt eum conueſtiat ignominia Crucis.* S. Bernard.

Secuta mox eſt nouem menſium in vtero triſtiſſima manſio, vnde moleſtia, nauſea, tædium, cæteraque non modica humanæ naturæ incommoda & tormenta: quæ magnus olim Ephrem conſiderans velut attonitus dicit: *Habitauit in vtero Virginis non reſpuens fœtorem naturæ* S. Ephrem.

Et

Digitized by Google

S Hieron. Et S.Hieronym. *Nouem menſibus in vtero vt naſcatur, exſpectat, faſtidia ſuſtinet &c.* Vide S.Bonauentura cap.6. de vita Chriſti, *pro hoc beneficio,* inquit, *tam prolixæ recluſionis* [nempe in vtero] *nunquam digne ei poterit ſatisfacere homo.* (S.Bonau.)

Sanè Dionyſ. Rickelius, Hildephonſus de Oroſco, & Baſilius Ponce de Leon ſentiunt, hanc clauſuram ex vehementioribus afflictionibus vnam fuiſſe, quibus toto vitæ ſuæ decurſu Saluator afflictus fuit: hic ſiquidem loci anguſtia, lucis defectus, alimentum horribile, triplicis membranæ inuolucrum propter vrinæ ac veſicæ maternæ grauem viciniam, quæ omnia non parum hominem affligere ſolent, vt non immeritò, velut admirabunda canat Eccleſia, *ad liberandum hominem non horruiſti Virginis vterum.*

Excepit hanc propediem inſecuta natiuitas, abiecta illa, inimitis, atque incommodis pleniſſima, non leuem patiendi ſegetem mox datura infanti, quam locus ipſe primum exorſus eſt, vile ſcilicet pandochium, vt loquitur Chryſoſt. hom.2. op. imp. tenebroſum & ſordidum, & magis animalibus, quam hominibus aptum.

Tempus deinde, hiems ſcilicet media, & nox intempeſta, quando per ſolis abceſſum, aër ipſe frigore rigidus & gelidis humoribus oppletus, pruinarum intemperie humanis corporibus moleſtiam exhibet, atque adeo tenellum infantis Ieſu corpuſculum non potuit non grauiter afflixiſſe, vti Vincentius Moles in naturali ſua philoſophia de corpore Chriſti præclare docet. Certe, fuiſſe eam SS.PP. communem ſententiam legentibus eorum ſcripta, ad oculum patet, quos inter S.Bernard. ſerm.3. de Nat. ſic loquitur: *Hieme natus eſt, nocte natus eſt Chriſtus, nunquid creditur caſu factum, quod in tanta aëris inclementia naſceretur? cuius eſt hyems & æſtas, dies & nox? non eligunt ceteri pueri, quando naſcantur; naſcitur Dei filius, & elegit tempus quod moleſtius eſt, præſertim paruulo & pauperis matris filio, quæ vix pannos habebat ad inuoluendum.* (Vincentius Moles in Nat. Philoſoph.) (S. Bernard.)

Quis non obſtupeſcat, clamat S.Petrus Damiani ſerm.1. *Quod is, qui cæli immenſitate non capitur; in anguſto præſepio collocatur; qui electos ſuos ſtola immortalitatis induit, vilibus pannis contegi non contempſit, in ſtramine recubuit animalium, qui cibus eſt Angelorum.* Quæ, eiſque ſimilia non pauca quam naturæ noſtræ aduerſentur, nemo ignorat. (B.Petrus Damiani.)

Subſequitur illico Circumciſio, *cum is, quem nemo*, vt S.Bernard. ait ſerm. 1. de Circumciſ. *arguere poteſt de peccato, ipſe peccati remedium & verecundum pariter. & auſterum ſine vlla neceſſitate ſuſcepit*, vt cum Euangelico Propheta dicere potuerit: *Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* c.43. Sane ad laborem iſtum ſiue dolorem quod attinet, multi atrocius Crucis ſupplicio fuiſſe hoc vulnus aiunt; licet enim illa Circumciſionis plaga videatur leuior ijs, quas in Cruce claui & lancea inflixerunt, lacteæ tamen, tenerrimæque carni, octo dierum infanti, iudicij vel tum præſtantiſſimi, & apprehenſionis viuaciſſimæ, atrociſſimum illud vulnus fuit, quod pleriſque non infantibus ſolum, ſed viris quoque mortem adferebat. (S. Bernard.) (Iſaiæ 43. 24.)

Sed fuit & alia non minoris fortaſſe ponderis ratio, propter quam acerbior hæc in Chriſto fuiſſe potuit plagula ſupplicio Crucis, nimirum quod hoc tormenta omnia, & dolores Chriſti finiuerit, illa vero inchoarit, vt vitam laborioſam doloribus & ærumnis intertextam ordiretur.

Venio ad Dentitionem infantis, non modicum illius ætatulæ tormentum. De hac ſic hippocrates ſcribit: cum dentes incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maxime dum caninos edunt dentes, gigni ſolent. Quin & plures eo interire viſi ſunt, quod craſſior, duriorque gingiuarum materia ab enaſcentibus dentibus findi & perrumpi nequiret, vt bene ſupranominatus Moles oſtendit. Morbos omnes à Chriſti corpore amoueo, dolores non item. Dentes itaque dum à ſeptimo menſe, aut circiter erumpere cœperunt, maiori ipſe dolore affectus fuit, quam ceteri homines affici conſueuerunt, tum quia acutiſſima ſenſatione præditus fuit, tum vero, quia ſacroſancta gingiuarum eius caro, quæ tunc lacerari ſolet tenerior, delicatiorque fuit. Accedit, quod nullam pro nobis patiendi occaſionem, quam naturæ aſſumptæ offerebat conditio, duceret prætermittendam, vſque ad eorumdem dentium poſitionem, quos ſubinde, vt alij infantes ſolent, poſuiſſe, nouoſque acquiſiuiſſe, non ſine inſigni dolore probabile ſit, tum ex ijs, quæ paulo ante attulimus, tum quod in varijs ſacrarijs eiuſmodi reliquiæ; vt Cameraci apud Aubertinos Canonicos, & alibi aſſeruentur.

Sed quid de fame & ſiti dixerimus? dura hæc tela, quorum aculei quos fodicant, non leuiter pungunt: cum enim vita noſtra in calidi & humidi coalitione poſita ſit, hoc autem ſtatim vbi viuere cœpimus, vt oleum lucernæ ab igne, ſenſim conſumatur, alimento opus habet reparari, vt vita conſeruetur. Sed neque diuturna alimenti priuatio ſolam mortem gignit, verum etiam dolorem ipſa fames procreat & ſitis peracerbum.

Et tamen quidem hanc, familiarem Chriſto fuiſſe ex plurimis Euangelij locis comperimus, tum, cum duodennis Ieroſolymæ ſubſtitit, & panem triduo mendicaſſe probabile eſt; tum vero cum per ſata ambulans Apoſtolis ſpicas vellentibus, & incoctum frumentum, fame ſiquidem vrgente, comedentibus, eos non impediuit: tum autem vel maxime, cum poſt quadraginta dierum, noctiumque ieiunium, teſte Matthæo eſurijt, nec ſane leuiter aut remiſsè, ſed acriter, & magis quam mortalium quiſquam (Matt. 4. 2.)

quam longiſſima inedia confectus, famis dolorem percipere potuiſſet. Vnde ſic philoſophatur Vincentius Moles cap.5.d.1. & 3. ſi ex vnius diei naturalis abſtinentia, magna ſentiatur in ore ventriculi moleſtia propter omnium partium ab ipſo ventriculo attractionem; in Chriſto, qui præ ceteris omnibus 40. diebus ac noctibus abſtinuit, neceſſario quoque fuerit ſenſatio & moleſtia oris ſacroſancti ventriculi, ſed omnes fameſcentes tranſcendens: exiſtimat enim præfatus auctor omnes ſimul ieiunantes, fameſcenteſque mortales, quotquot ab Adamo hucuſque vixere, tam intenſam paſſionem in ore ventriculi ſui non ſenſiſſe, quam habuit Chriſtus.

Vincent Moles.

Quæ autem de fame dixi, etiam pro ratæ portionis regula de ſiti intelligenda ſunt, quam & cum Samaritana colloquium, & verbum *ſitio* in Cruce prolatum ſatis demonſtrant. Ad frigora venio humano corpori non parum inimica, cum enim, vt Ariſtoteles voluit, in calido & humido vita hominum conſiſtat, calore exſtincto vitam ipſam interire neceſſe eſt, quapropter eum qui à frigore patitur, non leuiter pati dixeris, vtpote qui ea in membris ſuſtinet, à quibus toti corpori interitus aut ſane moleſtia non parua ſuccreſcat. Certe quod ad pedes Chriſti attinet, ſcio quoſdam Chriſto ſandalia, quibus inferior ſaltem pedis pars tegebatur, tribuere, ſed alij calceamenta in totum abnuunt, docentque nudipedem ambulaſſe, firmantque teſtimonio Io. Boucherij Minoritæ ſeduli terræ S. exploratoris l.2.c.12. qui refert etiamnum apparere quatuor Chriſti veſtigia, ex quibus liqueat nudis eum calcibus inceſſiſſe. Ad caput autem quod ſpectat, nudo itidem ac nullo pileo ambulaſſe contectum probabile fit, vnde facile Magdalenæ fuerit illud vnguento perfundere.

Matt.26.7.

Iam vero quanta ex horum membrorum frigore incommoda oriantur, cuiuis pronum eſt iudicare. In Palæſtina quippe vehementiſſimus æſtus eſſe ſolet, nec tamen hiemis tempore frigora deſunt, quibus pellendis Ieſus concitato greſſu ambulaſſe legitur Io. capite decimo: *Facta ſunt encænia in Ieroſolymis & hiems erat, & ambulabat Ieſus in porticu Salomonis*, ſcilicet vt frigus motu pelleret, motus enim, vt aiunt, eſt cauſſa caloris. Sed quid de rigoribus & horroribus dicam, quibus in præſepio affectus fuit; hoc eſt, paſſione calidi natiui, dum partes externæ cutaneæ à frigore afficerentur, muſculis ſe propter moleſtiam inde exortam inæqualiter mouentibus? Quid de frigoribus Montis Caluarij proloquar? quæ natiuo calore exhauſto nudus omnino, cælo inclemente, ventis expoſitus, qui Martio menſe, in locis editis potiſſimum ſæuiunt, de excelſa trabe pendens expertus eſt. Rigebant membra, tremebant muſculi, dentes collidebantur, ipſa viſcera ſubibat frigus, prorſus vt ſi non pareret morti aditus per vulnera; potuiſſet vita Chriſti frigore fuiſſe exſtincta.

Ioan.10.23.

His proprij laris, ſiue habitationis defectum, inopiamque adiungo; de qua non minima incommodorum ilias pullulare conſueuit, quam nouiſſe ſe atque expendiſſe ſatis oſtendit Sapiens cum Eccleſiaſtici 29. dixit: *Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quam epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio.* Quibus verbis eius infelicitatem aperit, qui quantumuis ceteris affluat, domo propria caret, ſatius eſſe, inquiens, domi ſuæ tenuiter viuere, quam adipaliter alienæ. Addo multas neceſſitates hominibus ſuperuenire, quibus ſatisfacere etiam in propria domo ingenui homines non ſine rubore conſueuerunt: quid fiat alienæ? Et moleſtiſſimam hanc penuriam paſſus Saluator fuit tum in ſeptennali exilio ſuo, tum vero triennali prædicationis ſuæ officio, cuius decurſu iam ſub dio in montibus & deſertis, iam apud alienos diuertere coactus fuit, quod propheticos oculos nequaquam latuit, ſed magna admiratione compleuit dicente Ieremia, *quare ſicut colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? quare futurus es velut vir vagus?* cap.14. *In propria certe venit, & ſui eum non receperunt*, Ioan.1. vnde & mater eius recens natum *reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio*. Lucæ 2. Dura res, & ſatu difficilis ac permoleſta! quæ neque hic ſtetit, aut finem inuenit, ſed & in vitam ſequentem vniuerſam miſerabiliter defluxit, ipſomet verbis id nequaquam obſcuris deplorante: *Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet*. Matth.8.

Eccli 29.29.

Ier.14.8.

Ioan.1.11.

Luc.2.7.

Matth.8.20.

Quid vero de fatigatione dicemus? cui non minus, quam anterioribus ſe ærumnis ſubdidit, noſtri cauſſa, quos amabat. Pedes ſiquidē obire vicos & caſtella ſolitus laſſabatur Dominus, & oppido fatigatus, quietem admittere ſubinde cogebatur, vt ſequentibus ſe laboribus parem ſeruaret, teſtis mihi Ioannes cap.4. ſic loquens: *Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* de quo S. Auguſtinus: *ideo fatigatus ab itinere, quid eſt aliud, quam fatigatus in carne?*

Ioan.4.6.

S.Auguſt.

Vbi notandum ſub nomine fatigationis intelligi tam facultatis animalis quam vitalis non leuem imminutionem, qua principium ſenſus ac motus quod cerebrum eſt & cor ipſum, in quo ſpiritus vitæ generantur ad omnes corporis exercendas operationes, non parum affliguntur: vnde fiebat vt Ieſus non ſolum tunc haberet languorem ad motum localem, ſiue progreſſum faciendum, ex vi defatigatæ facultatis animalis; ſed & vitalis, quæ res eum magis vrebat.

Sequitur Vigilia, quæ amplam quoque patiendi Domino palæſtram aperuit, dum illam, vti priora, nequaquam defugit: neque enim ſomnus dedecere Chriſtum poterat, vtpote qui non ex obſtructione meatuum in eo proueniebat, ſed quod anima ipſa ſpiritus animales reuocans in cerebrum, ad refocillationem eos tradere-

ret

ret quieti. Somno itaque, infans potiſſimum, quiete vero adultus & prædicationis officio iam deditus indigebat: vtrique autem conciliando lectulus requirebatur, ſed quoties eum, patiendi auidus ſibi denegauit? Vt de infantia taceam,

Vincentius Moles.

auctor eſt Vincentius Moles cap. 5. dub. 1. & 3. Chriſtum quadraginta illis diebus, quos in deſerto tranſegit, non ſolum omni cibo & potu abſtinuiſſe, verum etiam ſomno. Confirmatque ſententiam ex eo quod ſacer hiſtoricus dicat, non ſolum ieiunaſſe dies, ſed etiam noctes; etenim qui nocte dormit, non ieiunat, durante ſomno; ſomnus namque ſenſuum alimentum eſt.

Deus magne, quanta & quam diuturna debuit hic moleſtia fuiſſe affectus. Sed præludia fuere, quibus ſecuturis laboribus, ærumniſque præiuit, quando & in oratione pernoctaturus, & noctibus moraturus in monte, poſthabito ſomno res hominum erat collaturus cum patre, non vice vna aut altera, ſed frequenter: quod cum perdiriſſimus ille mercator, monſtroſæ impietatis anteſignanus Iudas non ignoraret, iſtic inauditum perfidiæ ſuæ prodigium edere ſtatuit, vbi ſciebat magiſtrum nocturnis horis orationi vacare,

Ioan. 18. 2.

Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc. Ioan. 18.

Quantum vero eiuſcemodi vigiliæ tormentum naturæ pariant, explicat fuſe Galenus l. 2. de ſymptom. diff. & expertus eſt religioſiſſimus Petrus de Alcantara magnus ille vitæ ſpiritualis antiſtes, qui nullam in omni domandæ carnis ſuæ exercitio ſenſiſſe moleſtiam illi ſimilem dicebat, qualem in ſuperando ſomno fuerat expertus, & hanc Chriſtus trium & triginta annorum decurſu creberrimè noſtri cauſſa, conſtanterque exhauſit.

Sed nulla hæc omnia, vel leuia admodum dixeris, ſi cum poſtrema vitæ illius cataſtrophe volueris contuliſſe, non diebus, inquam, multis ſed vna ſaltem naturali diecula, quam illæ quatuor, ac viginti horæ, quas in hoc mundo ſupremas habuit, compleuerunt: quando ó nouum ſalutis genus! vt mundus viueret, ipſa mundi vita per ſummum ſcelus perempta eſt, Dominum ac Magiſtrum prodente diſcipulo, atque in faciem vitæ, ore ſacrilego ſpiraculum mortis inſpirante.

Cum ſubito abſtringi vinculis cœpit libertas, raptari humanitas, iniquitati ſiſti integritas, & quidem rea, ſed nimiæ charitatis. In Annæ Domo ſceleſtiſſimi prædonis manu, Rex gloriæ percuti alapâ in præmium æquitatis: velari facies, conſpui, ignominioſè conclamari: atque ita apud ſuos exceptus mox ad externorum tribunalia traduci. Accuſari mox apud Prætorem populi Romani, falſis vbique teſtibus circumueniri, poſtulari ad necem.

A Prætore ad Galilææ Regulum ablegari;

A ſed ab inſano Principe dum reatus innocentis illiberaliter albo innocentiæ pallio abſoluitur, palliata quaſi fatuitas ad præſidem, iniquæ criminationis appendix reuocatur.

Præſes innocentiæ patrocinaturus vt plebis efferatos animos emolliat, remedium malorum, ſed malis omnibus peius aggreditur, vtque commodius miſericordiam reo conciliet, plane miſerabilem facit.

Obligari iubet ad columnam nudum & ſua tantum modeſtia coopertum.

Illum lacertoſi virgatores circumſtant, diripiunt, lacerant, concidunt.

Rubos exinde acuminatis acerbe cuſpidibus formidabiles tenerrimo capiti duriſſimæ carni-
B ficum manus imponunt, arundinem dexteræ inſerunt, atque hiſtrionicam adijcientes humeris purpuram, per iocum timidi adorant.

Cumque priuatim ſat luſum fuerat, in ſcenam traducunt.

Siſtitur itaque plebi iterum reus collachrymandus in pupura, commiſerandus in corona, ſed in cauſſa obſtinate perſiſtitur, donec incuſſo metu, excuſſa fide Prætoris, fraude, periurijs, vociferationibus edictum cædis extorquetur.

O nouam Iudicij formam omni ſcelere conflatam! accuſat ambitio, cognoſcit inuidia, cenſet improbitas, punit immanitas, ſine crimine,
C lege, teſte, patrono.

Ad ſupplicium itaque rapitur, ſibi Crucem baiulans ſiſtitur ad Caluarium, nudatur, traiectiſque manibus ac pedibus, in ſublime tollitur, atque inter ſicarios medius exſpirat.

Denique exanimato cadaueri latus confoditur, vt etiam poſt mortem exſatiata necdum feritas habeat quo paſcatur, ipſeque exaggeratam quandam oſtendat patiendi cupiditatem, cum vulnera ſuſcipiat doloris, etiam cum dolorem vulnerum ſentire non poſſit. Hunc finem habuit funeſta illa tragædia quam Amor φιλάνθρωπος, noſtræ humanitatis fæcibus illitus, in Chriſti perſona egiſſe dignoſcitur; hoc exitu, longe quidem illi triſtiſſimo, nobis vero lætiſ-
D ſimo, ea concluſa eſt, in qua cæli, terræque princeps, partem primam & maximã ſolus ſuſtinuit, cùm facta eſt crudeliſſimis latronibus in Dei filio experiundi poteſtas, vtrum Dei patientia plus poſſet, an plus hominum poſſet crudelitas peſſimorum. Dies non orientis ſolis propria, ſed occidentis, cuius ſanguine colorabatur, quæ hominum oculos non tam fouit ad aſpectum, quam ferijt ad luctum, vt quæ lux optimo parenti fuit filia ſanguinis fieret non ingratis filijs parens lachrymarum.

Verum quod aliàs vſuueniſſe non raro ſolet, quorum in diuinarum cognitione rerum peregrinantur animi, quandam hic diuinæ potentiæ infractionem, æque imperite, vt impie ſuſpicantur, cum tamen duæ illæ ſcholæ ſapientiſſimæ, quibus veræ fidei magiſtris vtimur, Apo-

ſtolorum

Digitized by Google

ſtolorum & prophetarum, quorum alteri vidêre factam, alteri viderunt faciendam, factæ cauſſam tribuunt diuinæ erga homines voluntati & ita ſane eſt: oblatus eſt quia ipſe voluit. Magnum quidem eſt quod nobis bonum pepererunt labores tui, ô! bone Ieſu, maiores porro labores, quam quod per ipſos eſt partum: ſed longe maximus amor, qui te, nobis vt proſpiceres, te vt deſpiceres, coëgit.

Quærit hic S. Thomas 3. p. q. 46. a. 5. An Chriſtus paſſiones omnes, ſiue cruciatus ſuſtinuerit, qui ab extrinſeco inferri homini queunt, ab intrinſeco enim procreatos non decuit eum pati.

Et affirmatè quidem S. Hilarius reſpondere viſus eſt l. 20. de Trinit. *Vnigenitus*, inquiens, *Dei ad peragendum mortis ſuæ ſacramentum, conſummaſſe ſe omne humanarum genus paſſionum teſtatur, cum inclinato capite emiſit ſpiritum.*

S. vero Thomas in hunc modum reſpondet: *Chriſtus non paſſus eſt omnes paſſionum ſpecies, quia multæ ſibi inuicem contrariæ ſunt, vt combuſtio ab igne, & ſuffocatio ab aqua; ſed ſecundum genus paſſus eſt omnem humanam paſſionem, quæ tripliciter diuidi poteſt.*

Primo ex parte hominum, à quibus paſſus eſt, gentilibus, Iudæis, maſculis, feminis, Principibus & ignobilibus, ſuis & alienis.

Secundò ex parte eorum à quibus homo pati poteſt, in amicis ſuis, in fama, in honore & gloria, in rebus, in anima & corpore.

Tertiò ex parte membrorum corporis, quæ omnia & ſingula in Chriſto cruciata, afflictaque fuerunt, vti & ſenſus omnes in quibus præ ceteris omnibus, quotquot vnquam in terris vixêre, aut victuri ſunt aliquando, grauiſſimos ſuſtinuit cruciatus, quod ſic explano: Deus homini dando iuſtitiam originalem, reddere impaſſibilem volebat, quam tamen prærogatiuam vna cum priore illa iuſtitia imprudens abiecit: cui malo vt, Deus pater mederetur, filium ſuum humana carne veſtitum ideo paſſibilem eſſe voluit, vt pœnam quam alter meruerat, vnus ille exſolueret ac ſuſtineret. Res mira! nihil omnino in tota rerum vniuerſitate ita creatum eſt ad patiendum, præter vnam Chriſti carnem, accedente eòdem nō vna ſed gemina cauſſa, nempe quia caro eius maxime tenera & ſenſibilis; tum verò, quia animâ eiuſmodi informata, quæ viuaciſſimæ foret apprehenſionis, vnde dici poteſt, non abſolute quidem, ſed reſpectu habito ad duo illa prædicta capita, vehementius ſenſiſſe Chriſtum vel vnius aciculæ in digito puncturam, quam alius quilibet pugionis plagam in pectore ſentiret.

Et iuxta hanc quidem triplicem diuiſionem, dicendus Chriſtus paſſus fuiſſe, & omne humanarum genus paſſionum conſummaſſe, quod neutiquam ad ſolos illos dies, aut tempus, quo reapſe duros iſtos, acerboſque cruciatus in car-

A ne ſua pertulit, adſtringendum eſt; cum vitâ enim ſupplicium cœpit, vixdum in virginis vtero hominem induerat, cum tamquam in magni operis veſtibulo ſecuturæ ſeriem Paſſionis animo præcepit: tunc naſcentis ærumnæ, nati ſuſpiria & lachrymæ, exilia & pœnæ, ingentes animi corporiſque moleſtiæ propoſitæ fuerunt, mox flagra, ſpinæ, claui, crux, coniurata mortis agmina ſub aſpectum prolata ſunt, nec ſub aſpectum modo, ſed cordi mordicus comprehenſo certatim cohæſerunt vniuerſa, vt tamquam rudimentum futuræ conſtantiæ caperent, obnoxium iam ſibi Dominum, per omnia imminentium genera pœnarum proludendo traduxêre, proditorem obiecêre, raptarunt per vrbis fora,

B atque ſubſellia, cæcidêre, illusêre, patibulo ſubiecêre, ſuſpenderunt, transfoderunt; quæ omnia libens ille, volenſque acceptauit; ita Iſaias cap. 50. in perſona Chriſti locutus, ait: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum. Dominus meus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorſum non abij, corpus meum dedi percutientibus &c.* Cuius prophetiæ hæc eſt interpretatio, vt illud *mane* bis repetitum, duas ſignificet acceptationes Crucis pro nobis ſubeundæ, quas fecit filius Dei, primam ab æterno, quæ facta in triclinio SS. Trinitatis, alteram in vtero matris, vbi ſtatim atque homo factus eſt omnia denuo ſibi exhibita acceptauit: quod & gentium Doctor Paulus Apoſto- Iſaiæ 50.4.

C lus ad heb. cap. 10. his retulit verbis: *Ideo ingrediens in mundum dicit, hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Tunc dixi, ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Heb.10.5.

In libro hoc prædeſtinationis æternæ, adeoque principali eius capite, ſeu decreto ſcriptum erat Dei Patris voluntatem eſſe, vt filius humana carne aſſumpta tribus ac triginta vitæ ſuæ annis decurſis in ara Crucis moreretur, quod ille non tantum non exhorruit, ſed maxima mentis promptitudine iam homo factus in eo ſibi complacuit, & ſummo charitatis ardore ſuccenſus amplexatus eſt, *ego* inquiens cum Euangelico vate, *feram, ego portabo, & ſaluabo*, quaſi Iſaiæ 46.4.

D diceret, ego quidem hactenus vt hominum creator, eis prouidentiæ meæ beneficium impendi, miſeriarum ac calamitatum humani generis miſertus fui, nunc autem ipſe homo factus pœnas ſubibo, peccati pondus portabo.

Nec ambulatoria hæc Chriſti voluntas fuit, aut Iuſtitium vllum admittere viſa eſt, ſed è veſtigio rata, atque efficienter agere cœpit, tormentis ſingulis, atque ſupplicijs, quæ ſuo quæque tempore paſſurus erat in corpore, ex hoc ipſo momento animum occupantibus nec eundem relicturis, donec reapſe compleantur, vnde tantus ac tam acerbus in eum perpetuo dolor incubuit, vt omni dubio procul aſſerere liceat, ſufficientiſſimum illum fuiſſe ad vitam

Domino millies eſplendam; ſi vim ſuam exſerere in corpus permiſiſſet, quod Regem Auum virum ſecundum cor ſuum celaſſe non voluit, vnde is pſal.87. velut ore illius prolocutus, teſtibus magnis Patribus Hieronymo & Auguſtino;
Pſ.87.16. ſic canit: *Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea.*

Quæ verba S. Hieronymi ex Hebræo ſermone conuertens, *ærumnoſus*, legit, *ſum ab adoleſcentia mea*. Genebrardus vero: *exſpirans ſum a iuuentute mea*. Card. Caietanus: *Obediens ſum à puero*. Vatablus, *animam ago*, ſiue, *mortuus ſum ab adoleſcentia mea*, Notatque vocem hebræam ſignificare eum, qui lenta morte conficitur.

Accedit commune SS. PP. iudicium, qui totum hunc pſalmum ad Seruatorem mundi Chriſtum referunt, cui ſpirare, exſpirare fuit, quique vere dicere potuit, *Moriens ſum à iuuentute mea, à prima pueritia animam ago*: Quod probe intelligens eminentiſſimus Robertus Car-
Bellarm. dinalis Bellarminus, magnum illud vaticanæ purpuræ decus, ita lib.2. de gemitu Columbæ cap.3. ſcripſit: *Crucem ſuam Chriſtus ſemper ante oculos ſic habuit, vt vere dici poſſit, toto vitæ ſuæ tempore in ea pependiſſe: Immo cum eius ſcientia indita, ſeu infuſa eſſet independens à corpore & ſenſibus, quando corpore dormiebat, cor eius vigilabat, nec ab intuitu Crucis, aut doloribus Crucifixi vacuum erat.*

Teſtatum id ipſe ſingulari cuidam amico ſuo
Alanus. voluit, vt Alanus Rupenſis ſcriptum reliquit, dicens: A principio meæ conceptionis ad horam vſque mortis, crucis tormenta pertuli pro te, & cunctis filijs Adæ. Neque enim, vt auctor
Ludolph. eſt Ludolphus de Saxonia part.2. cap.67. exiſtimandum eſt, quod paſſionis ſuæ pœna, in eius ſola captione & traditione fuerit inchoata: ſed potius ab inſtanti ſuæ conceptionis vſque ad mortem eius durauit.

Quod vt clarius perſpiciamus, notandum eſt
Vaſquez. quod Gabriel Vaſques in 3. part. q.15. a.9. diſp. 62. cap.2. prudentiſſimè animaduertit, ſcilicet ad dolorem, quo homo conflictari ſolet, tria concurrere.

Primum eſt Læſio corporis. Alterum eſt Cognitio ſenſus externi qua hæc Læſio percipitur. Tertium vero fuga quædam & diſplicentia in appetitu ſentiente circa eiuſmodi Læſionem: & in hoc quidem formaliter ſitam eſſe rationem doloris, non autem in tactu & ſenſu exteriori:
S. Auguſt. quod itidem ſenſiſſe S. Auguſtinum liquet ex cap.15. lib.14. de ciuitate Dei, vbi ſic loquitur: *Dolor carnis tantummodo offenſio eſt animæ ex carne, & quædam ab eius paſſione diſſenſio, quæ triſtitia nuncupatur; diſſenſio eſt ab ijs rebus quæ nobis nolentibus accidunt.* Ex qua ſententia conſectaneum eſt, non modo doloribus corporis, atrociores fuiſſe animæ Chriſti cruciatus, ſed etiam dolores omnes illos obiectiue quidem fuiſſe in corpore, formaliter autem in anima, adeoque Dominum Ieſum non tam ab alapa multis, flagellis ac ſpi-

A nis ſatellitum quàm à diuturna illa triſtitia, ſupplicioque patientem dici debere. Et tribus quidem potiſſimum modis Anima corpori ſociata, dolorum pœnarumque capax eſſe, teſte S. Tho- S. Thom. 3.p.q.35. a.4.
ma 3.p.q.35.a.4. inuenitur.

Primo, quatenus eſt forma corporis, quo Læſo per compaſſionem ipſa quoque cruciatur.

Secundo, quando anima quidem ex rebus præſentibus affligitur, ſed quæ non tam corpori, quam appetitui rationali, ſecundum fortunæ aut animi bona aduerſantur.

Tertio per apprehenſionem, ſeu ratiocinationem, quatenus mala imminentia forti apprehenſione facit ſibi præſentia, qua ratione ſæpe-
B numero crudelem in modum offenditur & torquetur.

Quæ omnia in Chriſto locum peculiariter inuenêre, non tantum ex ſe, verum & ex duratione, qua velut cum eo nata, denataque fuerunt: præbente ſic illo nobis omnibus pulcherrimum, ampliſſimumque imitandæ patientiæ ſuæ theatrum, in quo, velut ex orcheſtra ſpectemus, quid Dei Filius paſſus ſit, nobis relinquens exemplum vt ſequimur veſtigia eius.

Claudam prædicta omnia ſingulari quodam viſo, ſeu ſpecie cælitus repræſentata eximio cuidam Dei amico, dum Virginis pſalterium magna quadam pietate decurreret: ſentiebat hic
C ſe à Chriſto totaliter abſorptum, & quaſi in ipſum penitus mutatum, in capite ſuo coronam ſpineam, in manibus vero ac pedibus Domini Ieſu ſtigmata experiebatur, quæ inter hæc ex ore Chriſti verba clare ac diſtincte audiebat: tu, alijque complures te maiores, dicere ſoletis: Ecce Dominus Ieſus Chriſtus tantum per medium diem ſuſtinuit paſſionem, & cum Deus eſſet, facile id factu erat. Qui in grauiora longe ſuſtinere potuiſſet, ſi voluiſſet, nec tamen fecit, nos vero ſerui eius multis grauiſſime tribulamur à mundo, carne, diabolo, nec ſumus Deus, aut ferrei; cur ergo tantilli tanta, tamque diuturna patimur, cum Chriſtus exiguo ſpatio paſſionem compleuerit? veni ergo, inquiebat Chriſtus, & vide quæ tibi oſtenduntur.
D Et ecce ſubito erant in regio palatio, in cubiculo regali. Hic erat virgo ineffabili decore modeſtiaque præfulgens, quæ coram Archangelo Gabriele hæc verba proferebat: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Eodem inſtanti ſuis ille oculis, ſole tunc clarioribus, intima corporis virginei penetralia perſpiciens, puellum in eis vidit minimæ quantitatis, inſtar auriculæ paruulæ, ſed cunctis membris abſolutum. Monente Ieſu, inſpice diligenter: videbat in quahbet pueli parte totum ineſſe mundum, atque iterum in qualibet mundi parte intra puellum eſſe Ieroſolymam, vbi paſſus fuit, eique tunc à Chriſto reuelatum fuit, quod à primordio vitæ, continuò ſic fuerit paſſus, quemadmodum ſub extremum vitæ: aiebat enim, ſic à

principio

principio meæ conceptionis ad horam vſque mortis continuò cruciatus pertuli pro te & cunctis filijs Adæ. Vide porro diligenter: & illico videbat Ieſum Cruci affixum, quæ arboris inſtar immenſæ ſtabat ſpectaculo tam miſerando, vt ex Crucifixi compaſſione, omnis creatura, non ſolum naturalis; ſed etiam cæleſtis emori poſſe videretur. Tunc ei ſpectanti aiebat Chriſtus: En quanta pro te pertuli ſcias, alijſque prædices: ego pro quolibet peccato particulari continuè & diſtinctè ſic paſſus ſum, tamque acerbe, vt ſi mihi vitæ fuiſſent tot, quot in terra animata degebant, tot omni momento potuiſſem mortibus extingui, niſi Deus mihi vitam ſuſtentaſſet. Patiebar item pro omni bono tuo & virtute & ordinatione per Eccleſiam inſtituenda. Item pro quolibet dono gloriæ ſingulis promerendo tanta ſuſtinebam, vt ſi; quot ſunt arenæ viſquam; quot in cælo ſtellæ, tot vitæ mihi ſuppetiuiſſent, extingui nihilominus potuiſſem quouis inſtanti, ni me Dei potentia conſeruaſſet: quia Verbum Dei in me, quantum erat; tantum amabat ſalutem & dolebat perditionem ſingulorum & maxime offenſam Dei. Is tamen ingens dolor ſic fuit ligatus, vt non redundaret in corpus meum, niſi quantum ad aſſumptos à me communes defectus & quantum diuinitas permittebat.

Sicut enim gloria mea erat ligata, ne in corpus meum redundaret, ſic & pœna. Vtque gloria, ſic & pœna illi æquabatur.

Ita B. Alanus de rupe part. 1. cap. 12. Pſalterij & Thomas Leonardi in Ieſu Crucifixo c. 2. qui reuelationem hanc prætterquam quod ab Alano viro probatiſſimo, doctiſſimoque referatur. vt dictis Prophetarum & Apoſtolorum, atque etiam aliorum doctrina & virtute illuſtrium reuelationibus conſonam laudat. Vnam præterea huic, nec diſparem licet in ſexu altero adiungo ex vita Ven. Mariæ Magdalenæ de Vrſinis, quam Ioannes à S. Maria conſcripſit: cum hæc continuis doloribus affligeretur, contigit die quadam ſuper eis apud Dominum impenſius queri, inter quæ ſomno correpta fuit. In ſomnis apparuit ipſi Chriſtus Crucifixus, filiam ſuam ad alacriter ferendam Crucem adhortans, cum ipſe eius cauſſa duriorem longe grauioremque portaſſet. Dicente autem illa: ô Domine, non fuiſti Cruci affixus niſi tribus horis; me vero tot iam menſibus Cruci affixam, vis iſtam perferre diebus omnibus vitæ meæ. Replicauit Chriſtus: Ah ingrata! à primo inſtanti meæ conceptionis, vſque ad extremum vitæ, crucem ſuſtinui, incipiens iam tum pati per viuas apprehenſiones ſecuturæ Crucis, quam ſemper habui præ oculis donec illi reipſa affixus fui: Quæ patris optimi filialis correptio tantum illi profuit, vt cruces ei ante formidabiles, poſtea forent optabiles & expetendæ. Tomo 2. pag. 712.

R. P. Alvarus de imit. IESV *patient.*

A Hæc ibi de graui illa atque continua Chriſti, quam noſtri cauſſa atque exemplo, dum apud nos vixit, lubens geſtauit.

Quia vero moleſtum nimis & arduum cuiquam videri poſſet, homini præſertim veteri renouando, trium ac triginta annorum imitabilem ſeriem proponere; dieculæ vnius non longum ſpatium ſelegi: eius, inquam, quæ Chriſto ſuprema fuit, tantis ac talibus vitæ nouæ ſubſidijs, atque incitamentis abundans, quanta, qualiaque ille deſideret, qui per Dei ac Domini ſui patientis veſtigia, depoſita vitæ morumque vetuſtate, ad noui hominis dignitatem aſpiret: contractam ſiquidem hic velut tabulam quandam intueor, in qua multorum dierum ſpatia
B in vnum coalita, breui, claroque docent compendio, quod pluribus ante fuerat commendatum, veterem Adamum exuere, nouumque, id eſt, Chriſtum induiſſe. Velit, iubeatque diuina clementia, *Vt ſecundum exemplar hoc quod nobis in* Col. 3. 9.
Monte monſtratum eſt, faciamus omnes, expoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. Coloſſ. 3. 9. *qui* Rom. 8. 30.
enim præſciuit nos, vt idem gentium magiſter & Apoſtolus, loquitur, *& prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*; Quæ conformitas vt SS. PP. tradidere, potiſſimum paſſionis eius & Crucis imitatione conſiſtit: æquiſſimum enim eſt, vt viuat
C in nobis, qui pro nobis mortuus eſt & Crucifixus, & noſtris quoque rationibus opportuniſſimum, vt in vita noſtra mortali viuat fons vitæ immortalis, vnde fiat, vt Chriſti fratres; filij & hæredes Dei conſtituamur, quod Syrus innuit, cum vertit: *Et à principio cognouit eos, & ipſos obſignauit in ſimilitudine filij ſui*, qua feliciter induti, non ſolum nomen, ſed rem quoque libertatem ſcilicet filiorum Dei opportuno tempore conſequamur, cuius, vel in mythologis vmbram iuuerit detexiſſe.

Ad antrum Polyphemi diuerterat cum ſocijs Vlyſſes, vi tempeſtatis in Siciliam delatus, Odyſſ. 9.
cum reuerſus Cyclops, hoſpites eadem iam ſecum incluſos ſpelunca aggreditur, mox qua-
D tuor ex eis interimit, deuoratque. Quod conſpicatus Vlyſſes, atque in omnem libertatis ſuæ fortunam intentus, gigantem ſomno vinoque obrutum conto excæcauit: quo ille multo quam ante factus efferatior, portas obſidere, ne quis forte captiuorum pecudes inter, quas plurimas iſtic nutriebat, ac quotidie matutinis horis ad paſcua ablegabat, iniecta manu ſingulas explorans, euaderet: certus eos omnes, quotquot inter oues exitum tentarent, occidere, ac gulæ ſuæ ſacrificare. Quid hic Vlyſſes? ſe, comiteſque omnes ouinis pellibus inducre, vt cum ad oſtium ſpeluncæ deueniſſent, atque à cæco illo tyranno ſingulis manus inijcerentur, lanigero, vt erant vellere induti, oues crediti, tuto poſ-

ſent elabi. Neque aliter accidit ac voluit Vlyſſes, & optatis fortuna reſpondit.

Polyphemus diabolus eſt: huius ſpelunca, peccati ſtatus atque conditio: detinetur illâ quiſquis varijs actus erroribus, in longinquam regionem abijt, vbi aduerſarius ille noſter indeſinenter circuijt quærens quem deuoret, modo hunc, modo illum dilatatis inferûm faucibus abſumens. Quid prudens hic agat Vlyſſes? homo ſcilicet, libertatis ſuæ, vitæque nouæ cupidus in paucis? Agni vellere induatur neceſſe eſt: & cuius *Agni*? Dicet Princeps Apoſto-
1. Pet. 1. 19. lorum Petrus, *immaculati & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter nos, qui per ipſum fideles ſumus in Deo:* Atque hoc eſt quod gentium Doctor Paulus Romanis ſuis conſulebat,
Rom. 13. 14. dicens: *Induimini Dominum Ieſum Christum*, qui in Paſſione ſua veram ſe nobis ouem exhibuit, iux-
Iſaiæ 53. 7. ta Euangelici vatis prophetiam: *Sicut ouis ad occiſionem ducetur; & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet & non aperiet os ſuum;* Quo alluſit S. Io-
Ioan. 1. 36. annes Baptiſta, dicens: *Ecce agnus Dei*; ſcilicet ab Iſaia hîc prædictus & in Agno Paſchali præfiguratus. Vbi notandum ſymbolici Agni nomen puta, Ieſum græce per anagramma idem eſſe quod Ouis, vt patet ex hoc eius anagrammatiſmo Ἰησοῦς: Σὺ ἧ ὄις. Id eſt, *tu es ouis*. Cuius tunc vellere nos induimus, cum patientiam eius, manſuetudinem, humilitatem, ceteraſque virtutes imitamur, ſicut enim homo continetur veſtimento ſuo vt S. ait Thomas, & ſub colore eius videtur: ita in eo, qui Chriſtum imitatur, ſolus Chriſtus, eiuſque indumenti color, id eſt, ſanctitas appatet. Vnde & S. Ioan. Chryſoſtomus: induere ait Chriſtum, eſt vndique in nobis per ſanctimoniam & manſuetudinem, Chriſtum conſpicuum eſſe. Homo enim indutus, id eſſe videtur, quod indutus eſt. Chriſtum indutus diabolum vincet.

Claudo caput eiuſdem Patris Chryſoſtomi verbis: *Appareat itaque in nobis Chriſtus*, Et tartarei Polyphemi euaſerimus manus, iam in libertatem filiorum Dei aſſerti, donec ad cæleſtem Ithacam, quo noſtri omnium tendit nauigatio, feliciter pertingamus.

CAPVT SECVNDVM.

Noui operis aggreſſio. Ieſus Chriſtus Paſcha cum diſcipulis celebrans ad tranſitum homines inuitat. Veſtigia eius ſequutus pes tuus. Iob. 23. 11. Ἔπου Θεῷ.

QVi verbum meum audit tranſijt à morte ad vitam. Ioan. 5. 24.

Quæ duo noſter homo ad rem, quàm parat, habere debet commendatiſſima, duabus his vocibus Deus Moyſi aperuiſſe creditus eſt, cum
Exod. 25. 40. dixit: *Inſpice & fac*, ſcilicet *ſecundum exemplar*
A *quod tibi in monte monſtratum eſt*. Prima intentam patientis Ieſu contemplationem efflagitat; altera ſtrenuam imitationem requirit. Et primum quidem hoc arduum nec moleſtum: cum, dicente Paulo Gal. 3. *Ante oculos noſtros Chriſtus Ie-* Gal. 3. 1.
ſus præſcriptus eſt, in nobis crucifixus: Sequens vero, non ita expeditum, ſed laborioſum; cum vetus homo, quod natura refugit, exuendus eſt, nouuſque induendus. Atque hoc eſt quod à Paſchate, atque in ipſo quidem Paſchate, quæ vox Tranſitum ſignificat, paſſionem ſuam Chriſtus exorſus ſit, vtique ad innuendum omnibus, fruſtra de induendo nouo homine cogitari, niſi ante quis fuerit vetere exutus; terram
B promiſſionis, non niſi tranſito Iordane, obtineri. Ita facer renouandi hominis præco Euangeliſta: *Venit dies Azymorum, in qua neceſſe erat occidi* Luc. 22. 7.
Paſcha. Et miſit Ieſus Petrum & Ioannem, dicens: euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus. At illi dixerunt, vbi vis paremus? & dixit ad eos: ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo quidam amphoram aquæ portans; ſequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis Patrifamilias domus: dicit tibi Magiſter, vbi eſt diuerſorium, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? & ipſe vobis oſtendet cœnaculum magnum ſtratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt, ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha. Et cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli
C *cum eo, & ait illis; deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Atque hic modus ille eſt, vitæque ratio, quam tenuit Dominus ac magiſter noſter, dum ex hoc mundo tranſiturus ad Patrem *Initiaret nobis viam nouam* Heb. 10. 20.
& viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, vbi non Iudaicos ego ritus, quos completurus aduenerat redordiri, non morientis litteræ cadauer, quod cum honore ſepultum eſt, reſuſcitare, nec ad vmbram digladiari conſtitui, ſed ad ſolem, Solem, inquam, Iuſtitiæ progredi ſtatui, in quo viam noſſe, veritatem aſſequi & vitam nouam redauſpicari omnes poſſimus.

Nihil hic otioſe factum à Chriſto, omnia myſteriorum pleniſſima.

Prima Inſtitutione cum ex Ægypto Iſrael recederet, Phaſe celebrat, iubeturque diem
D iſtum habere in monumentum ac ſolennem Domino, cultu ſempiterno; quo collabentem ſubinde animum perpetua beneficiorum memoria reſtauraret. Parere & ceremonijs his ſubijci voluit Chriſtus, nulla quidem neceſſitate compulſus, ſed honeſto illas fine claudendi deſiderio incenſus, dum pretioſum à vili ſegregans, quod erat terreſtre expunxit, quod vero ſpiritum foueret ad nos vſque tranſmiſit, eodem, quo ipſe præiuit, ad ſequendum inuitans. Quare cum Incolis Taprobanes in nauigatione alites duces habuiſſe, tantæ laudi ac gloriæ à Solino datum eſt; quid de nobis dicetur quibus Deum ipſum ducem ac magiſtrum habere datum eſt, quem Iſaias Propheta cap. 45.

Digitized by Google

Iſaiæ 45. 2. ſic loquentem inducit: *Ego ante te ibo.* Idoneum itaque ducem habemus, vt in omni iam vita & curſu actionum noſtrarum id ſanctiſſime dicere poſſimus, quod Gizericus Vandalorum Princeps aliquando pronunciauit, qui cum magnum exercitum comparaſſet, eoque in naues impoſito, ſublatis anchoris nauigare cœpiſſet, à gubernatore interrogatus, quo duci vellet? *Quo*, inquit, *iubet Deus.* Quid igitur per hoc Paſcha Iſaiæ 41. 2. facere nos iubet Deus? *Olim ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, vocauitque eum vt ſequeretur ſe*, Iſaiæ 41. vel vt eſt in hebræo, *vt ſequeretur ad pedem ſuum*, Iam vero nos vocat ab occidente renouandos ſpiritu, vt tranſitu facto, quaſi à veſtigio præeuntis & iubentis filij ſui nequaquam diſcedamus, ſi quo ille deuenit, & nos aliquando pertingere velimus.

Tranſitum autem hunc anima celebrat, vt ait Abbas Dorotheus doctrina 22. cum egreditur à cogitationibus Ægypti, hoc eſt, à peccato, quoties enim digreditur anima à peccato, toties Euagrius. Domino Phaſe celebratur, vt olim Euagrius dicere ſolebat, *Phaſe enim proprie digreſſio eſt à malo.*

Spectabat hoc, clareque intellexerat Aurelius Auguſtinus, cum tractatu quinquageſimo quinto in Ioannem tantopere huc aduocaſſe S. Auguſt. nos, atque inuitaſſe inuenitur, his verbis: *Agimus*, inquiens, *ſaluberrimum tranſitum ad Chriſtum, & ab iſto inſtabili ſæculo ad eius fundatiſſimum regnum, ideo quippe ad Deum permanentem tranſimus, ne cum mundo tranſeunte tranſeamus.*

Et Paulo poſt, nonnullis interiectis: *Ecce Paſcha, ecce tranſitus: vnde, & quo? de hoc ſcilicet mundo ad patrem, ſpes membris in capite data eſt, quod eſſet illo tranſeunte, ſine dubio ſecutura.* Quid ergo *infideles, & ab hoc capite, atque eius corpore alieni? Nonne & ipſi tranſeunt, quia non permanent? tranſeunt plane & ipſi, ſed aliud eſt tranſire de mundo, aliud ad patrem, aliud ad hoſtem. Nam & Ægyptij tranſierunt; non enim perſequendo manſerunt, non tamẽ pertranſierunt per mare ad regnum, ſed in mari ad interitum.* Alium nobis aperuit tranſitum Chri- S. Eligius Hom. 4. ſtus, cum teſte Eligio Nouiomenſi hom. 4. de cœna Dom. ſuo Paſchate, hoc eſt tranſitu ex hoc mundo ad Patrem, nos de vitijs ad virtutem, de terrenis ad cæleſtia, de caducis ad æterna tranſire docuit: magno ſcilicet fructu & commodo noſtro, dum ſic è veteri in nouam tranſimus creaturam. Sed vbi tranſitum hunc ſuis voluit adornare? *Baiulus*, inquiebat, *Chriſtus, amphoram aquæ portans in cænaculum vos ducet.* Cænaculum, ait Beda lib. 6. in cap. 22. lex ſpiritualis eſt, quæ de anguſtijs litteræ egrediens, in ſublimi loco recipit ſaluatorem. Nam qui adhuc occidentem litteram ſeruauerit, qui non aliud in Agno quam pecus intellexerit, iſte nimirum in imis Paſcha facit, quia ſpiritus Maieſtatem comprehendere necdum didicit. At qui aquæ Baiulum, id eſt, gratiæ præconem in domum Eccleſiæ fuerit ſecutus, hic per ſpiritum A viuificantem, textum litteræ tranſcendendo, in alto mentis diuerſorio, Chriſto manſionem præparat, quia cuncta vel Paſchatis Sacramenta vel cetera legis decreta, de eo ſcripta intelligit: quod clare diſerteque, vt aſſolet, S. Ambroſius l. 10. ep. 83. ad Epiſc. Aemyliæ his verbis perſcripſit: *Aduertimus quod non ad terrena deſcen-* S. Ambroſ. *dere ſed in ſuperioribus locum magnum ſtratum quærere debeamus vt Domini Paſcha celebremus.* Idem S. Hieron. in Marci 14. expreſſit *Sequimini*, inquiens, *eum, qui ducit ad altum, vnde Rahab ex-* S. Hieron. *ploratoribus mandat, vt non irent per ima, ſed pergerent per excelſa. Cænaculum grande Eccleſia magna eſt, qua narratur nomen Domini, ſtrata varietate* B *virtutum & linguarum, circumamicta varietate, in qua paratur Domino Paſcha.*

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Docuiſſe hoc B. Virginem Mechtildem vi- S. Mecht. ſus eſt Chriſtus l. 3. gratiæ c. 21. cum illi viſendum ſe daret: quid fecerunt, inquiebat, quos miſi ante faciem meam præparare Paſcha? ſtatimque videre viſa eſt, quaſi ipſa eſſet in domo miræ magnitudinis, in qua erat menſa aurea &c. Et ait Dominus: hæc domus amplitudinem largitatis meæ deſignat, quæ ad ſe venientes liberaliter ſuſcipit & delectabiliter. Menſa eſt amor, ad quem homo ſecurum debet habere acceſſum &c.

Sed adiuncta quæ rem hanc circumſteriſſe ſacer Euangeliſta commemorat, explicantem Algerum l. 1. c. 22. audiamus: *Accinctis*, inquit, Algerus. C *renibus, calceatis pedibus, baculos ſtenentes agnum iubemur comedere, cum lactucis agreſtibus, feſtinantes: vt caſtitate præcincti, & ne à ſerpentibus huius ſæculi mordeamur, exemplis SS. Patrum munientes greſſus actuum noſtrorum, virga diſciplinæ caſtigantes carnis intemperantiam, comedamus Agnum cum lactucis agreſtibus, id eſt amara compunctione plenis, ita cum deſiderij feruore feſtinantes ad patriam. Eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus Domini, quo ex hoc mundo tranſiuit ad patrem, cum quo deſidiâ tardus, & ſuper ollas carnium in ſæculi Ægypto remoratus non præualet tranſire.* Mox vero quid ſingula ſibi velint, eo ipſo capite explanat: *Lex dedit in calceamentis cautelam ne à vitijs fallamur; in baculo diſciplinam, qua perpetrata corrigamus: in lactucis compunctionem, vt non* D *ſolum exterius, ſed etiam interius pœnitentiam agamus; in feſtinatione deſiderij ardorem quo ad cæleſtia, cæleſtem ſcilicet conuerſationem ſuſpiremus.* Et huius quidem non ignobile ectypon in ſapientiſſima virgine B. Columba Reatina licet agnouiſſe, Columba Reatina. quam cum ſibi Virginum Sponſus Chriſtus Ieſus magno charitatis priuilegio deſpondiſſet, ac Peruſium ad ſacratius vitæ inſtitutum è paternis ædibus exciuiſſet, tum Comete ſupra domum eius apparente Peruſium verſus protenſo; tum Crucifixo, è cuius brachijs copioſus in aëre ſanguis manare videbatur inuitaſſet, ſequi vocantem propoſuit Columba: quare ad iter ſe diſponere cœpit, matre, cognatis ac cæteris omnibus relictis, & proxima quidem die, quæ

feria hebdomadis quinta erat; Agnum Paſchali ſimilem præparari ſibi iuſſit, non iam illum promiſſæ veritatis prodromum, ſed acceptæ, exhibitæque ſignum ac monimentum, cumque duodecim ſodalibus ſuis, quas in reliquis arcanorum participes potiſſimum habebat, edendum, Chriſti exemplo, appoſuit; à cœna omnibus pedes lauit, eaque verba dicere cœpit, quibus & ad Dei amorem omnes accendit, & ſupremæ ſponſi ſui cum Apoſtolis cœnæ memores eſſe voluit, omnibus ob oculos ſtatuens Chriſti exemplum ad imitandum, iuxta propriam virium cuiuſque facultatem. Ita Seraphinus Razzius in Vita Columbæ.

Præclarum bona Virgo tranſitum de Ægypto in Chanaanitidem de huius ſæculi tenebris ad lucem filiorum Dei facere inſtituebat, ſponſi mores, quos pro regula acceperat, illi præ oculis verſabantur, hinc quod in Tranſitu eius factum nouerat, non tam ad ſonum litteræ, quàm ex cæleſtis gratiæ ſpiritu ſtuduit æmulari; quo facta vegetior vocantem Deum, vt vera hebræa trans fluuium ſequeretur.

Arphazad.

Meminerat Arphazadi qui olim ex Armenia in Chaldæam diſceſſurus, Tigrim fluuium traiecit, ad cuius memoriam, ne vnquam elaberetur, fouendam, filium ſibi tunc natum Heber, id eſt tranſeuntem appellauit.

Recordabatur Abrahæ, quem inſuper & hebræum S. literæ appellant, quod primus eius geotis ex Meſopotamia tranſito Euphrate, in Chanaanitidem migrauit, quamuis Chryſoſt. exiſtimet Thare filio ſuo id nominis impoſuiſſe, quod ſpiritu prophetico proſpiceret, eum fluuio magno tranſmiſſo in Palæſtinam traiecturum.

Vt, vt fuerit, tranſitum vterque tam Heber, quam Abraham ſuo nomine commendat, vt quicunque vitæ nouitatem adamat, vel in confuſione linguarum cum Heber ſeruari deſiderans, vel cum Abrahamo bonâ gratiâ apud Deum florere exoptans, antè de vitio ad virtutem tranſire non negligat, vt qua Chriſtus ex hoc mundo tranſiens via ad patrem præceſſit, ſubſequi non formidet.

Et omnis quidem tranſitus duos habere terminos conſueuit, vnum à quo, vt Philoſophi loquuntur, alterum vero ad quem. Terminus, à quo tranſitus Chriſti exorſus eſt, Mundus fuit, ille, inquam, multa vitiorum tabe corruptus: terminus ad quem, Pater cæleſtis in cuius manibus decor & imperium ſita ſunt.

Huic autem ſimilis & noſter eſſe debet, ſi optata cupimus nouitate potiri.

Ad viam quod attinet, quam Chriſtus tenuit, mentionem non facit Euangeliſta, ſed termini ſolius ad quem, vt innuat, omnibus, qui cum Domino tranſire cupiunt ex hoc mundo, ab aſperitate viæ oculos auertendos eſſe, ſolumque viæ terminum, ad quem properant, conſide-

A randum, qui ſufficere largiter queat vniuerſis, ad finem propoſitum conſequendum. Beata Anima! quæ ſic tranſit ex hoc mundo ad patrem. *Quæ tranſit cum mundo*, inquit Auguſtin. *ad hoſtes tranſit, qui vero ſic de mundo ad patrem tranſit, de vetuſtate tranſit in nouitatem.*

S. Auguſt.

Et hanc quidem tenuerunt heroes illi, heroideſque plurimæ, quæ mundi voluptatibus nuncio remiſſo ad cæleſtes delicias animum tranſtulere.

S. Alexius.

. Agmen ducat Romanus Alexius, qui patrem Romæ habuit Euphemianum ſenatorij ordinis, & regij ſanguinis ſponſam. Sed qua nocte hymenæus pedem thalamo inferebat, ſponſum non reperit, ſciens namque quia venerat hora B ſua, qua ex hoc mundo, id eſt mundi vanitate tranſiret ad patrem voci eius obediens ad terram, quam monſtrauerat ſibi, noctis beneficio elapſus, Edeſſam trans mare abijt, ibique inter mendicabula nouus homo factus, Romam tandem redijt, ſed incognitus, quia nouus, quia hebræus, veruſq; Abrahæ nepos. Placuitque hic adeò ſpiritus Domino, vt ipſe interdum eiuſdem ſe auctorem dici, haberique non fuerit dedignatus: ita namque de S. Ioanne Silentiario commemorat Cyrillus, dum vitæ nouæ candidatus ad eandem frequenter cum lachrymis adſpiraret; Deum obſecrans vt locum ei gratum, ſalutique propriæ conſequendæ idoneum commonſtraret, noctu dum forte per impluC uium tranſit, repente lucidiſſimam quandam ſtellam conſpexit, quæ ſignum ſanctiſſimæ Crucis in ſe habebat expreſſum rectoque curſu ad eum ferebatur; voce hac ex luce illa non obſcure inſonante: *Si vis eſſe ſaluus, ſequere hanc lucem.* Credidit Ioannes, & quam ipſa viam ſignabat, conſtanter ingreſſus, ad maximam Sabbæ Lauram peruenit, vbi veterem hominem rite exuens, nouo indui cœpit.

S. Ioan. Silentiar.

Et ecce alterum. Initio Ciſterc ienſis Ordinis, anno nimirum 1104. Adoleſcens quidam Lugduni, litterarum iuxta ac vitæ nouæ perſtudioſus, nocte quadam viſionem ardentibus votis congruentem habuit eiuſmodi: In valle, vt videbatur conſtituto, ac circumſpicienti, priD mum occurrit fluuius tranandus, qui arduum & præruptum montem alluebat. Eleuans autem oculos proſpexit in eo monte ciuitatem, tantis, tamque varijs ædificiorum, turrium, mœniumque ornamentis illuſtrem, vt illius aſpectus oculos, animumque intuentium raperet, videntem verò neutiquam ſatiaret. Subit & deſiderium vrbis illius adeundæ, ſed interiacebat ingens ille fluuius: quare dum traiectum animo verſat, 12 videt pauperes in ripa fluminis lauantes veſtimenta ſua: quos inter vnus alijs multum diſſimilis ceteros in abluendis veſtibus adiuuans interrogatus, quinam illi? quid agerent? reſpondit, hos nouæ vitæ amore peccata eluere, ſe vero, qui filius Dei eſſet, eos iuuare: ciuitatem illam

Adoleſc. Ciſterc.

regnum

Digitized by Google

regnum eſſe cælorum, in quam vbi veſtes purgarint traiecto fluuio admittantur, & hanc quidem viam eſſe ad vitæ nouitatem; præter hanc autem, aliam nullam: quibus dictis viſio diſparuit, ac iuuenis explicante eam Epiſcopo Cabilonenſi, Ciſtercium ad ſcholam vitæ nouæ tranſijt, vbi ianitorem reliquumque conuentum intuitus omnes ex nocturno viſo lauantium ad ripam fluminis agnouit, ipſiſque adiunctus eſt. Chronicon Ord.

Nec imitatrice hac gloria pollere ſic virilis ſexus cenſendus eſt, vt ab ea femineus excludatur: eſto hic viribus ac robore illi cedat, non tamen obſequio, aut pietate: Vbi notandum feminarum nullam Chriſto in paſſione vllam irrogaſſe iniuriam, ſed plures contrà non minimo ſolatio fuiſſe. Claudia Procula Pontij Pilati vxor Chriſtum iniuſtæ neci eripere ſtuduit, & ſerio atque operoſe coniugem ab incepto deterruit.

Maria Magdalena Magiſtro ad mortem vſque comes indiuidua adhæſit, mortuum cum reliquis vngere ſategit. Berenice ſiue Veronica calanticam abſtergendo vultui, ſudore, cruore, ac ſputis illito exhibuit.

Maria Iacobi, Salome, aliæque, nec captum, crucique affixum deſeruere. Maria mater omnes pietatis ſtudio & compaſſione anteuertit. Vnde non mirum ſi patientem, paſſumque Dominum imitandi ſtudio, vt deinceps in ſingulis videbimus, viros vel præuerterint, vel ijs ſe coæquarint.

Quod itaque ad præſentem rem attinet, Maria illa cui nomen Ægyptus dedit, infandum veneris olim proſtibulum, ſupra omne Augiæ ſtabulum veterno ſcelerum impuriſſimorum muceſcens, poſtquam vitæ prioris pertæſa ſenectam exuere cogitans, ad Virginem cognominem Deiparam ſcilicet confugiſſet, vt locum ſibi gratum, & aptum pœnitentiæ oſtenderet, oraculum hoc audijt: *Si Iordanem tranſieris, bonam requiem inuenies.* Quas voces ad ſe pertinere rata, ad Iordanem multis diffluens lachrymis eodem die peruenit, eiuſque flumine vultum pedeſque abluens, animam peccatis ſordidam Sacramento pœnitentiæ expurgans, paſcha celebrauit, id eſt Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramento refecit, atque ita Iordanem tranſijt, cum vetere aquila, ac ſene colubro in dies magis ac magis renouanda. Sophronius in vita.

Peccatrici adiungo virginem, ſed pœnitenti, & ſupra niuem dealbatæ: Mariæ inquam Ægyptiæ Morinam Auſtrabertham, Batefridi Comitis filiam; quæ poſteaquam S. Præſulis Audomari exhortationibus ad virtutem inflammata, mundi odiſſe illecebras, nouaſque Agni nuptias ambire cœpiſſet, nec quo tandem modo iſtuc pertingeret, ſat ſciret: fuſis ad Deum precibus fugam clanculum capeſſiuit, cumque ad flumen, cui nomen. Quantia, nunc Canchiis peruenisset, aquas altius reperit paſſim intumuiſſe, quam vt pedibus eum traijciendi vlla prorſus facultas dari poſſe videretur. Quare pia virgo ad ſocios conuerſa, nam vobis, inquit, alium pontem ſubſternam: & ecce. Quantia liquidam oblitus naturam, ſolidum virgineis pedibus præbet tabulatum. Tranſito amne ad Audomarum properat vitæ nouæ myſterijs inauguranda. Velum à S. Præſule accipit, & vetere excuſſa, noui hominis cœpit gloria reſpirare. Malbrancq in hiſt. Moriuorum tom. 1. l. 3.

Et quorſum arbitramur hæc omnia collineare? quid tranſitus hi tam varij, tamque prodigioſi, vel Deo ſuggerente, vel conſulente ſuſcepti, nobis innuere videntur? vnum hoc ſcilicet, omni Chriſtianæ nouitatis candidato myſticum Paſcha, id eſt, tranſitum ante celebrandum, quam ad illam perueniat, eumque Chriſti auxilio nequaquam defuturum nobis, cum & ſuum corporibus non ſemel, inuſitati moris facinore, voluerit indulgere. Cui & hoc neceſſario addiderim, vt quemadmodum Paſcha talis eſſe tranſitus dicitur, vt non fiat remeatio ad locum vnde tranſitur, ſic plane homo nouus tranſeat à vitijs & ab affectionibus inordinatis, vt illo nunquam rediiſſe deprehendatur. Ita S. Bernardus ſerm. 1. de reſur. Reſurrectio tranſitus eſt, & tranſmigratio. Chriſtus enim non recidit, ſed reſurrexit; non redijt, ſed tranſijt, tranſmigrauit non remeauit. Denique & ipſum quod celebramus Paſcha, tranſitus non reditus interpretatur! & galilæa vbi videndus nobis promittitur, qui reſurrexit, non remeationem ſonat, ſed tranſmigrationem. Si poſt conſummationem Crucis in noſtram hanc mortalitatem & vitæ præſentis ærumnas Chriſtus Dominus reuixiſſet ego, eum non tranſiiſſe dicerem, ſed rediſſe: non tranſmigraſſe in ſublimius aliquid, ſed ad ſtatum rediiſſe priorem. Nunc autem quia tranſijt in nouitatem vitæ, nos quoque ad tranſitum inuitat.

S. Bernard.

CAPVT TERTIVM.

Pedes diſcipulorum Dominus abluens renouando homini manum impertit.

VIde ne deſpicias conſilium eius, & extenſam manum ſit qui aſpiciat. Lauamini, mundi eſtote. Iſaiæ 1.16.

Sciens Ieſus quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit & ad Deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua; & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Ioan. 13. 3. Magnum principium, quid grande myſterium. Nemo hic Chriſtum ſuæ oblitum exiſtimet Maieſtatis, neque enim ſublimitatem naturæ ſuæ, quam à Patre acceperat, neſcire poterat, aut ignorare poteſtatem ſciebat;

bat, quia *à Deo exiuerat*, non ſicut radius à ſole, vel tamquam fluuius à mari, vel ſicut virgultum ab arbore, ſed ſicuti Sol à ſole, arbor ab arbore, à mari mare, lumen de lumine, filius à patre, Deus verus de Deo vero, & *ad Deum vadit*, vt vera Columba Noëtica ad Arcam, vnde digreſſa fuerat, ramum oliuæ virentibus folijs ad veſperam portans, quo eum diuinis præordinationibus anteibant & honor poteſtatis & gloria paſſionis. Quæ licet compertiſſima haberet omnia, non potuit tamen illum aut poteſtas retrahere, aut cohibere maieſtas, quin ad iacentem ſe hominem abijceret, & quem vetuſtate iam marcidum nouerat, ad vitæ nouitatem ſuo reuocaret exemplo.

Surgit itaque à cæna: Et bene id quidem ac recte, vt ſecum iacentem erigat, ipſe prius exſurgit, clamans id facto, quod ante Iudæis Iſaias inclamauerat verbo: *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum.* Et poſtmodum Epheſijs ſcripturus erat diuinus Apoſtolus, *ſurge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* q. d. ſurge peccator è tenebris ſcelerum tuorum, expergiſcere de ſomno peccati, & exortus iam Sol Iuſtitiæ Chriſtus ἐπιφαύσει σοι, id eſt, illuceſcet tibi, vt in nouam creaturam euadas. *Et ponit veſtimenta ſua.* Cum enim nouam omnibus conſtrueret viuendi normam, veſtes exuit, vt tertiò id eum paſſionis tempore feciſſe non otioſe Euangeliſtæ notarunt, Primum hic in pedum ablutione. Secundo in corporis innocentiſſimi flagellatione. Tertio in Crucifixione, vſque adeo id homini renouando iudicans expedire, vt ſemel id feciſſe minime contentus, tertiò voluerit iteraſſe: primum ad humilitatis exemplum; ſecundum ad pœnitentiæ normam: tertium ad peccatorum omnium, veteriſque formæ abdicationem: ſiquidem qui veterem expoliare hominem contendimus laceratam tunicam, corroſam chlamydem, ſordidum indumentum, peccati vetuſtate corruptam ſindonem pœnitendo exuamus, ac procul à nobis relegemus neceſſe eſt.

Iſaiæ 60. 1.

Eph. 5. 14.

Origenes. Auctor hic Origenes eſt, eum omnibus plane ſe veſtibus exuiſſe Chriſtum, adeoque ſolo linteo præcinctum, ne omnino nudus eſſet, hoc officio fuiſſe perfunctum, atque ita vere ſeipſum, formam ſerui accipiendo, exinaniuiſſe. Suadetur è textu, quoniam non vnum ſolum, ſed plura poſuiſſe legitur veſtimenta, atqui duo tantum habebat; tunicam ſcilicet & pallium, ergo vtrumque poſuiſſe credendum eſt, in anteceſſum vtique nuditatis, quam tum in flagellatione, tum in Crucifixione ſubiturus erat, exemplum vero omnibus nobis, qui in exuendo vetere homine, non integre ſed partito laboramus, nolentes *exſpoliari, ſed ſuperueſtiri.* 2. Cor. 5. vti ex S. quoque Ambroſio patebit infra. *Deinde miſit aquam in peluim:* Oblatam ſiquidem ab aliquo famulantum, & ſortem hanc quidem diuis Martiali & Cleophæ obtigiſſe teſtis eſt B. Aurelianus in hæc verba: Vir iſte ſanctiſſimus fuit Martialis, ad ſeruiendum deputatus cum Cleopha, alijſque, vt ea quæ tali apparatui neceſſaria erant, ipſi ſupplerent, cibi videlicet & potus copiam: aquam & lintea ad diſcipulorum pedes detergendos. Ita ille. Ab his itaque peluim & aquam Dominus accepit, & lauare cœpit pedes diſcipulorum ſuorum. Ad hoc ego ſpectaculum, ſeu miraculum potius, quod ſupremus orbis terrarum, cælique imperator Deus in terris edidit, cum ſe ad poſtremiſſimorum hominum pedes abiecit, honorem ſummum ad infimam humilitatis lineam inclinauit, dignitatem excellentiſſimam ad viliſſimorum hominum veſtigia proſtrauit, ad hoc, inquam, admirandum ſpectaculum, ſeu potius ſpectandum miraculum, quod eo magnificentius, quo vilius, hoc altius, quo humilius, non vrbem aliquam aut prouinciam, ſed orbem terrarum euocatum velim vniuerſum, vt impiorum quidem execrabilis ſuperbia condemnetur, mortalium faſtus proſcribatur, verbo vno, vetus ille homo, cæli odium, terræ faſtidium, omnium peripſema vndique proſcriptus, nouo qui ſecundum Deum creatus eſt locum cedere compellatur. Et huc quidem ſpectaſſe viſus eſt, auditusque S. Ambroſius, cum in proœm. l. 1. de Spiritu ſancto, ſic ſcripſit: Veni Domine Ieſu, exue te veſtimentis tuis, quæ propter nos induiſti: eſto nudus, vt nos miſericordia tua veſtias: præcinge te propter nos linteo, vt nos tui muneris immortalitate præcingas. Mitte aquam in peluim, laua non ſolum pedes, ſed etiam caput. Nec ſolum, ſed etiam mentis veſtigia. Volo exuere omnes noſtræ ſordes fragilitatis, vt ego dicam: *Nocte exui tunicam meam, quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cant. 5. 3. Quanta iſta Maieſtas eſt? quaſi miniſter pedes famulorum tuorum lauas, quaſi Deus rorem mittis è cælo: nec ſolum pedes lauas, ſed etiam vt tecum recumbamus inuitas, &c. exemplo nos tuæ dignationis hortaris, dicens: *Vos vocatis me Magiſter & Domine: & benedicitis: ſum etenim: ſi ergo ego laui pedes veſtros Dominus & Magiſter & vos debetis alter alterius pedes lauare. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*

2. Cor. 5.

Cant. 5. 3.

Ioan. 13. 13.

Volo ergo & ego pedes lauare fratrum meorum: volo Domine implere mandatum. Bonum myſterium humilitatis, quia dum alienas ſordes lauo, meas abluo. Veniat itaque Domine Ieſu hæc aqua in animam meam, in carnem meam, vt huius humore pluuiæ noſtrarum conualles mentium, atque intimi cordis arua vireſcant. Dilue greſſus mentis meæ, ne iterum peccem: ablue animi mei calcaneum, vt poſſim abolere maledictum, ne morſum in interiore pectore ſentiam ſerpentis. Hactenus S. Ambroſius.

Ad crurum vero, pedumque lotura quod attinet non vnius ætatis aut gentis, ſed multarum nationum conſuetudine celebrem, ac ſacra vetuſtatis memoria commendatam inuenio: hanc Romanos, non ſequiores illos tantum, ſed & priſcos frequentaſſe Author Seneca eſt cum Plutarcho: hanc Græcis quoque ante Romanos obſeruatam Euſtathius & Athenæus docuere, eandem & Ægyptijs ex aureo Amaſidis pelluuio ſatis compertam Herodotus teſtatur: quin & Afris, ac Syris in more poſitam alij voluere; ſed omnium antiquiſſimus Moyſes hoc abluendorum pedum officium hoſpitibus præſertim exhiberi ſolitum, tum ex tribus illis cæleſtibus nuntijs, quibus Abraham ſub ilice Mambre plantas abluit, tum ex duobus illis, quibus Loth aquam diluendis pedibus obtulit, ſatis confirmat. Sed nuſquam tali forma ac modo, quibus hic Chriſtus inſtitit, vſurpatam vlla ætas aut locus aſpexit, ab ancillis atrienſibus, à ſeruis mediaſtinis fieri ſolitam teſtantur omnes. Neque enim, ſi penitius rem introſpiciamus, aut Abraham, aut Loth quantumuis hoſpitum ſuorum dignitatem augurati, eorum pedes abluiſſe, ſed aquam duntaxat obtuliſſe leguntur, qua vel famuli vel ancillæ, alit ſane ipſi ab eis adiuti obſequium hoc qualecumque præſtiterant. Quod minime ignoraſſe credita Abigail fuit, quæ iam vidua, atque à Dauide ad thalami conſortium euocata, dum nuntijs regias offerentibus tædas, in hunc ipſa modum reſpondit 1.Reg.25. *Ecce famula tua ſit in ancillam vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.*

1.Reg.25.

Et hoc tam vile, tam abiectum ac ſeruile officij genus Dominorum princeps, Principum rex, Regum imperator, Imperatorum dictator, atque omnis mundi opifex & architectus, mortalium immortaliumque arbiter ſubire voluit Chriſtus, cum potentiam maximam, infinitam maieſtatem ad tantam abiectionem demiſit, cæleſtes manus pelluuio immerſit. Felicem peluem! quam diuinis manuum ſacratiſſimarum contactibus Dei filius ſacrauit, quod Apoſtoli pro tantæ rei dignitate conſiderantes eam à Patrefamilias ſepoſitam, atque in honore deinceps haberi voluere: nec minor poſterorum circa ſacratiſſimum hoc inſtrumentum religio fuit; auctor ſiquidem Bartholomæus Salignacus eſt in ſuo terræ ſanctæ itinerario, in ciuitate Rhodiorum, adeoque in præcipuo templo S.Ioannis Bapt. Crucem æneam viſi, quam conflatam ferunt ex materia peluis, qua Dominus in nocte cœnæ lauit pedes diſcipulorum ſuorum: ſacro ære liquato de quo fabrefacta fuerat, Crucifixi effigiem informarant, ne vlla temporum iniuria, aut obliuioſa ſocordia aliquando prophanaretur.

Nec ſolæ manus famulatæ pelluuio, os quoque & caput ad imprimenda plantis oſcula, tanta ſummiſſione extendit, nam vt B. Laurentius Iuſtinian. cum pluribus alijs auctor eſt, non pedes ſolum lauiſſe, ſed & oſcula eiſdem adieciſſe credendum eſt, vt iam nemo ſe indignum arbitrari auſit, quod tanta Maieſtas facere non recuſauit, quo corruptæ naturæ noſtræ veterno, affuſa velut hac aqua macerato, facilius omnes antiquum hominem in nouum reformemus, atque ab inſigni hac animi corporiſque demiſſione propius exorſi, in nouam paulatim creaturam tranſeamus. An autem & ſibi viciſſim à diſcipulis pedes ablui permiſerit Chriſtus? Tacent Euangeliſtæ: negat S.Ambroſius lib.6. in Lucam. Et quare? vt nos lauaremus eos lachrymis noſtris: ne aqua communis atque ordinaria dilueret reſtantes reliquias, aut odorem lachrymarum minueret, quas paucis antè diebus Magdalena ijs infuderat. Ita Franciſcus Maria Materdona, parte 4. Satis autem illi erat ab eis hoc quantulumcunque officium impendi membris ſuis, quorum commodo ſolet caput ſtudere: atque huc ea verba ſpectare arbitror, quæ lotis iam omnibus ſtatim repræſentauit, dicens: *Scitis quid fecerim vobis: ſi ego laui pedes veſtros Dominus ac magiſter, & vos debetis alter alterius pedes lauare. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* q.d. cognoui ab initio vos homines vſque adeo auidos eſſe meæ ſimilitudinis, vt etiam ipſi vel maxime formidando ſerpenti falſiſſima pollicenti dederitis fidem, cum propenſi ad indebitam Creatoris veſtri ſimilitudinem anſam cepiſtis erroris: Communi huic deſiderio occurrere volui, his tam factis quàm verbis obuiando: *Exemplum dedi vobis*, vt cui natura ſimiles eſſe non poteſtis, alia vos via ſimiles præbeatis, non offero diuinitatis exempla nec cæleſtis potentiæ normam, ſed humanæ virtutis effigiem repræſento, qua inordinatum illud diuinæ aſſimilationis deſiderium, ad veram formam ordinando reducam: ſit itaque in vobis ſupremus ille diuinæ aſſimilationis appetitus non vt diuinæ ſcientiæ celſitudinem attingatis ſed vt humanarum actionum normam ex imitatione mei; qui præco, ſumere velitis. Non poſſum non viri magni è Stoica diſciplina, non dicam exemplum, hoc enim à maximo Seruatore noſtro petendum eſt, ſed aliquam ſimilitudinis vmbram afferre, qua clarius id nobis eluceſcat; è ſanguinis abceſſu interitum ſibi imminere aduertens L. Annæus Seneca, ait Corn. Tacitus, teſtamenti tabulas popoſcit, denegante Centurione, conuerſus ad Amicos, quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod vnum iam tamen pulcherrimum habebat, imaginem vitæ ſuæ relinquere teſtatus eſt. Sic Dominus Ieſus vtique Pictor egregius in hac lotionis ſuæ tabula, ſui nobis imaginem expreſſit, quã auditoribus olim commendare volens Auguſtinus, ita Chriſtum cum Petro colloquentem inducit: *Nunquid arbitraris me quaſi ſeruum velle tibi ſeruire?*

B. Laurent. Iuſtin.

S. Ambroſ.

Materdon.

Seneca.

S. Auguſt.

falletis.

ſalteris. Y ande te, vt humilitatem te doceam peccatorum ablutricem. Ecce quanti nos æſtimet Deus, qui vt conformes nos faciat imagini filij ſui eum ſimilem nobis factum, mundo in exemplum dedit: ſed verbis eiuſdem S.P. Auguſtini cetera proſequamur, ne dum meis vtor, præſtantiſſimum exemplum deterere potius videar quam laudare: hic itaque poſteaquam ſerm. 127. de tempore, pellendo veteri homini tormentum hoc ingens adhibuiſſet, ſic pergit: Quam excuſationem prætendere poterimus, qui dedignamur impendere peregrinis, quod ille dignatus eſt impendere ſeruis? Sed ſunt fortaſſis aliqui viri potentes & nobiles, ſunt aliquæ delicatæ matronæ, quæ dedignantur ſe inclinare vſque ad veſtigia ſanctorum peregrinantium in hoc mundo, hoſpitum pedes non ſolum ipſi non dignantur abluere, ſed nec ſuorum cuipiam, vt pro ſe faciant, imperare. Erubeſcunt forſitan nobiles, delicatis manibus viri vel mulieres Chriſtianæ in hoc mundo ſanctorum contrectare veſtigia, quia natalium hoc prærogatiua non patitur. Mala nobilitas quæ ſeper ſuperbiam apud Deum reddit ignobilem. Erubeſcunt ergo nobiles & potentes ſanctis & peregrinis abluere pedes in hoc ſeculo: ſed ſi ſe non correxerint plus habent erubeſcere & dolere, cum ab illorum conſortio ſeparati fuerint in futuro. Tunc ſine vllo pœnitentiæ remedio affligentur, cum illos, quos deſpexerant, propter humilitatem viderint accipere regnum, ſe propter ſuperbiam, ſupplicium meruiſſe. Inclinemus nos ergo ad Sanctorum vel peregrinorum veſtigia, quia cum hoc ſancta humilitate complemus, illorum quidem pedes manibus noſtris tangimus, ſed animarum noſtrarum ſordes & maculas per fidem & humilitatem abluimus, & non ſolum minuta, ſed etiam capitalia peccata purgamus. Ita ille. Quid vero clarius, aut certius in rem præſentem ſapientiſſimus Doctor dixiſſe potuerit ad fidem inueniendam non ſcio, certe id primis iſtis Chriſtianæ ſcholæ diſcipulis adeo cordi fuiſſe liquet, vt Tertull. l. 2. ad vxorem, matronæ cuidam matrimonium cum ethnico, vel ex hoc capite diſſuadere non dubitarit, quia, vt ait, paſſurus non eſt, vt ſanctorum pedibus aquam offerat. S. autem Hieronymus vſque adeo ſanctiſſimo huic exercitio deditus fuiſſe legitur, vt ad Pammachium ſcribens, eum vel hinc ducto argumento Bethlehemum inuitaſſe reperiatur, finito, inquiens, vt vobis pedes lauem: ſatis ſuperque gnarus quantum hoc Chriſtianæ demiſſionis exercitium, ad noui hominis formam ſuſcipiendam conducat. S. Auguſt. Tertull. S. Hieron.

Teſtati reapſe fuerunt id omnes iſti, quotquot ex omni hominum genere, hinc ducto exordio, ad noui hominis imaginem ad conformitatem cum Chriſto generoſe aſpirarunt, nec minus feliciter ſunt aſſecuti, quorum vt hic teſtium fœcundiſſimam nubem lectori meo im-

A ponere ſtatui, iterum eundem *Deponere volo omne pondus & circumſtans peccatum:* veterem hominem intelligo, *ac per patientiam currere ad propoſitum certamen, aſpiciendo in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum; qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, nunc autem in dextera ſedis Dei ſedet.* Heb. 12. 1. Heb. 12. 1.

Primus itaque in ſcenam hanc prodeat Romanus Pontifex, cui vt præ ceteris noui hominis dignitas competit, ita quoque ſcimus, iſtic pertingendi non intermittere rationes: quare ad præſentem hanc quod attinet; licet hic ſo gnauiter exerceant omnes, Clementem tamen VIII. admiranda legimus via præcucurriſſe, Clemens VIII.
quem annis ſingulis in Cœna Domini 24. pau-
B peribus pedes lauare, linteo extergere, ac denique oſculo excipere ſolitum accepimus, deinde illis ipſis in palatio ſuo menſæ adhibitis miniſtraſſe, quibus ne quid deeſſet, poſteaquam duarum, triumúe horarum ſpatio ad virtutum Chriſtianarum exercitium Chriſti exemplo incitaſſet, nouis veſtibus indutos dimiſiſſe.

De S. Andrea Feſulano Antiſtite ſcribit vitæ auctor, qualibet feria quinta in Dominicæ humilitatis memoriam pauperibus lauare pedes conſueuiſſe: accidiſſe autem vt quidam inter ceteros mendicus adeſſet, quem cum Epiſcopus lauare vellet ipſi reſiſteret, à quo dum cauſam Andreas petit, intelligit crura in putredinem verſa, ſtomachum ei factura. Cui Andreas, S. Andreas Feſulanus.
C confide fili in Dom. Ieſu, & infuſa aqua in peluim pauperis crura lauare cœpit: & ô! rem admirandam, ille cruribus lotus, omni confeſtim morbo ſolutus eſt.

Italo huic Præſuli geminum ex Chriſtianiſſima Gallia adiungo, prior erit Godefridus Ambianenſis: mirum ſane eſt, quam hic benignum ſe miſeris exhibere ſolitus fuerit, tredecim de his epulo ſolitus excipere, antè ſua manu eorum pedibus ablutis; nihil vtique alienum à ſumma dignitate exiſtimans facere, quod prior pontifex maximus Chriſtus feciſſet. Alter eſt Franciſcus de Sales Epiſcopus & Princeps Gebennenſis, quotannis hic in Cœna Domini 13. pauperibus abluere pedes ſolitus, tanta S. Godefridus. Franciſcus de Sales.
D animi ſui demiſſione & gaudio, vt alius homo eſſe videretur, cum id, quod olim Dei filius egerat; ipſe imitaretur. Intellexerat is ſanè, quod ex Miſſali Gothico conſtat, vbi Sacerdos, in ceremonijs ad Chriſtianum faciendum, dum pedes baptiſati lauantur, iubetur dicere: *Ego tibi lauo pedes: ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus fecit diſcipulis ſuis, tu facias hoſpitibus & peregrinis, vt habeas vitam æternam.* Dici certe non poteſt, quam id Dei filius in nobis promotum velit, vt nec vna vice id obiuiſſe in exemplum noſtrum contentus, iterum, iterumque, & nunc quidem glorioſus exercere non dubitarit, quod in Godefrido Villarienſi Aſceta, Matthæus noſter Raderus p. 2. Viridarij cap. 6. teſtatum nobis Godefridus Villarienſis.

reliquit,

reliquit. Vir erat hic magnæ ſanctitatis & prophetiæ dono illuſtris, qui gnarus admodum eiſdem plane rationibus Dei in nobis imaginem foueri, quo genita eſſe perhibetur, diligenter inſtitit, vel hoc genere humilitatis eminere: quapropter cùm ſorte officij pro religioſorum vſu per hebdomadem exerceri ſoliti, ad curandam culinam vocatus eſſet, eamque ſedulo adminiſtraſſet, poſtremo hebdomadis die ſingulorum pedes de more abluturus, vidit Chriſtum ipſum ſecundum vltimas preces linteo præcinctum cum pelluuio ad ſe ingredientem, qui poſtquam ſedere eum iuſſiſſet, his verbis fuit allocutus: *Iam dudum lauiſti pedes meos, nunc viciſſim lauabo tuos.* Deprecantem coëgit auctor humilitatis, vt officium admitteret. Sedit ergo mortalis homo; procubuit iterum immortalis Deus, & flexis genibus Godefridi pedes lauit, ac mox euanuit.

Quis iam ſacerdos, aut religioſus aſceta id abnuat, quod ſupremus ille myſtagogus vel iteratis vicibus præſignauit.

Petrus Iuſtinell. Notandum hic in primis quod de Petro noſtro Iuſtinello ſcribit Philippus Alegambe in catalogo: Sacris initiatus primam hoſtiam litauit in hoſpitali, vbi ſe primitias ſpiritus hauſiſſe aiebat; prius autem quam ad aram accederet, erratorum veniam à ſuo Rectore precatus, duodenis pauperibus pedes abluit, & venerabundus, exemplo ſeruatoris exterſit, ſacram mox Euchariſtiam ſingulis infirmis ad lectum attulit, & iuſſis in ſua verba ſequi ad actum aliquem contritionis, eam reuerentiſſimè porrexit.

Sed ad ſæculi filios; Reges, inquam, & Principes veniamus; quorum agmen ducet Ludouicus regum Galliæ ſanctiſſimus, eius nominis nonus. (Ludou. 9.) Hic ſingulis ſabbati diebus centum pauperes conuiuio excipiens, aliquot ex eis eligebat, quorum ipſe pedes lauabat: quibus religioſiſſimus ille Princeps minime contentus, regni ſui primores, eiſdem imbuere diſciplinis non ſegniter ſatagebat, vnde factum eſt vt cum aliquando ex nobili viro inquiſiuiſſet, lauaretne ſuorum pedes feria quinta maioris hebdomadæ? & ille ſibi hoc indecorum videri reſpondiſſet; ſubintulerit ipſe: quid? indecorum? non debes abhorrere quod ſuo nobis exemplo exhibuit Dei Filius, quia hoc die diſcipulorum pedes lauit; quanto minus tu faceres quod modo Rex Angliæ, qui leproſorum pedes hoc die non lauare tantum, ſed exoſculari etiam conſueuit. Ionuillius cap. 84. Huic ſocium iungo Robertum (Robert.) eiuſdem regni ac ſceptri heredem, qui feria quinta cuiuſque hebdomadis, veſte regia exutus, atque ad carnem cilicio tectus centum ſexaginta pauperibus pedes lauans, capillis capitis ſui quos ex more gentis ac temporis illius promiſſos admodum gerere ſolitus erat, tergebat, & ad mandatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis donabat, aſtante Diacono, qui lectionem ſecundum Ioannem in cœna Domini dictam & factam legebat, vt auctor eſt Heldegaldus in actis vitæ eius.

Gallican. Sed quid de Gallicano viro patricio & Romanorum Conſule nobiliſſimo dicam? qui poſteaquam Chriſtianis ſacris initiatus eſſet, poſt deuictos Scythas, omnem Thraciam in libertatem vindicatam, ac quinque ſeruorum millia libertate donata, ad Oſtia Tyberina ſeceſſit, ædibus peramplis ad peregrinos ſuſcipiendos iſtic ædificatis, ad quem ab Oriente & Occidente venêre plurimi, virum viſuri Auguſtis amiciſſimum, lauantem pedes pauperum ac peregrinorum, & cetera caritatis officia exhibentem. De quibus fuſe Card. Baronius tomo 3. ad an. Chriſti 330.

Nec meliori ſexui cedere hic ſequior viſus eſt, quodque aſſidue Deo ſuo, apud quem non eſt acceptio perſonarum ſe conformandi ſtudium experitur, & hic ſtrenue impenſum voluit: atque in primis eminere hic viſa eſt S. Eliſabetha Aragoniæ regibus prognata, ac Dionyſio Luſitaniæ Regi Chriſtianis cærimonijs in matrimonium iuncta, (S. Eliſab. Luſitanæ Reg.) quæ feria maioris hebdomadis quinta, pauperum feminarum pedes abluere conſueta, magnum ſuæ operæ pretium referre viſa eſt, cum inter lauandum vnam aliquam aduertit pedem alterum, quia cancro infectus erat, retrorſum cohibere, quare eum generoſe arripiens, lauit & oſculata eſt & ſtatim omni morbo liberum demiſit. Antonius Vaſconcell.

Nec deſuiſſe hic cenſenda eſt Maria Caroli V. Filia Maximiliani Cæſaris coniux, (Maria Auſtriaca Maximil. Cæſ. Coniux.) quæ feria V. Maioris hebdomadæ pauperibus & ipſa genibus flexis pedes lauabat, tergebat, oſculabatur, eiſdem exinde conuiuium inſtruebat, aquam manibus affundebat, deinde menſæ ſeruiens cibos miniſtrabat, diuidebat, & potum infundebat. Ioan. Gans in Virg. Auſtriac.

Reginam Princeps ex eodem regno comitetur, Ioanna ſcilicet Alphonſi V. Regis filia, (Ioanna Luſitana Princeps.) hæc die Iouis ſancto in cœna Domini duodecim mulieres deformes, mendicas, & quæ nauſeam mouere poſſent induſtriè inquiri & aduocari mandabat. Harum ſordidos pedes; depoſito regio ornatu & ancillari cultu ſumpto, ne à pauperibus agnoſceretur, infuſa in peluim aqua, flexis poplitibus, ſedulo purgabat, purgatos tergebat, terſos blandè oſculabatur, nouis deinde veſtibus donatas dimittebat. Tum rurſus in ſacram ædem ſe recipiebat, diu noctuque ibidem perſeuerans in ieiunio & oratione, donec paſchalis dies illuceſceret. Vaſconcellus in Anacephal. Luſitanis his Gallicam ſubiungo Iſabellam ſcilicet S. Regis Ludouici ſororem vnicam, (Iſabella Francica.) quæ tredecim pauperculis feminis eadem feria quinta pedes abluere ſolita fuit, quibus deinde ad menſam accumbentibus inſeruiebat ipſa, & 30 ſolidos in memoriam Chriſti venditi largiebatur. In Vitæ hiſt.

B. Ange-

B. Angela Fulginas.

B. Angelam Fulginatem die illo nobis ſanctiſſimo, ad noſocomium ſecedere ſolitam accepimus, vbi fœminarum pedes & virorum manus magna animi, corporiſque demiſſione abluebat. In Vita.

Lucretia Alciata.

Lucretia vero Alciata matrona nobiliſſima Placentina, Comitis Horatij coniux, ancillarum ſuarum pedes affuſa aqua mundare ac deinde oſculo excipere aſſueta, quid omni tempore ac quauis occaſione fieri debeat ſatis ſuperque oſtendebat. Vtinam & nos vel harum exemplis commoti, vel præeuntium veſtigijs allecti, ad magni illius, diuinique prototypi imitationem feramur, quo veteris noſtri hominis figura paulatim defluente, noua aliquando ſuccreſcat, neque enim ad conſortium Chriſti quempiam admitti poſſe ſperandum eſt, qui peccatorum fuerit ſordibus inquinatus. Atque huc denique ſpectare arbitror magnum illud pœnitentiæ lauacrum, ab eodem ad abluendas animas noſtras mirifice inſtitutum, in quo dum ipſe præcipuè operatur, voluit id nos principe cura complexos ſedulo frequentare, cuius tres nobis conchas ſiue labra præſcripſit, quorum nomina ſuffixis titulis hæc eſſe noſcuntur, Contritio. Confeſſio, Satisfactio. Contritionis excitandæ documentum ſuppeditant verba hæc. 1 *Cœnâ factâ*, vltima ſiquidem quam in terris fecit. Claude tu quoque cœnas & comeſſationes tuas, finem impone luxui, nuntium remitte Gulæ. 2 Iudæ peccatum, ac dæmonis in eo fallendo dolos expendit, vt tu peccata & noxas, quibus Deum offendiſti examines, ac dæmoni, cui adhæſiſti renunties; memor cum Dei creatura ſis, ad eum te tendere debere neque alium tibi finem fuiſſe aliquando, aut futurum.

Deinde *ſurgit à cœna*. Res ſeria ablui velle & mundari, ſurgendum proinde, excutiendaque omnis deſidia, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, id eſt teipſum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. *Eruere quaſi damula de manu & quaſi auis de manu aucupis*, inquit Salomon Prou. 6. Relege veſtigia viarum tuarum, ini rationem cum animo tuo & vigili attentione quid æris alieni contraxeris, expende.

Prou. 6. 5.

Sequitur Confeſſio. *Et ponit veſtimenta ſua.* Depone hic proinde paludamentum tuum imperator, Rex trabeam, purpuram Satrapa, Miles Chlamydem, togam Senator. Omnes hic paſſes adſiſtere oportet, excuſationum tegumenta nulla, fallaciarum aut ambiguitatum pallia nulla vſurpanda ſunt. Additur; *& præcinxit ſe*, præcingere & tu, *accinge ſicut vir lumbos tuos*, nulla hic verecundia poſt factum admittitur, quam antè oportebat admiſſam. *Et miſit aquam in peluim*: hoc imitaberis cum fontes oculi, labes, quas intulêre, abſtergent. Reſtat *Satisfactio*, quam ſponte nos ſuſcipere docuit, dum mox ſubiunxit, *non eſt ſeruus maior Domino ſuo*, vt neme-

Iob. 38. 3.

Io. 13. 16.

A pe videant, diſcantque ſerui ſponte à ſe pœnis exactis propria luere peccata, vbi Dominus tot ſuſceptus luere voluit aliena.

S. Ignatius Loyola.

Eximium hic de ſe dedit Ignatius exemplum, ille inquam, quem primum familiæ parentem Societas Ieſu agnoſcit, cui poſteaquam vitæ nouitas ſuauiſſimæ lucis ſuæ radijs oculos perſtrinxiſſet, quibus & anteactæ maculas ætatis agnoſcere & porro eaſdem cœpit abhorrere, ſtatim illactenus exarſit, vt non contentus partio, rationes circumſpiceret, qua via de cetero ad nouæ vitæ dignitatem perueniret certus pijs lachrymis, magniſque ſupplicijs vltro aſſumptis veternum expellere & numini præter ceteros egregie ſeruitutem ſeruire. Ac primo qui-B dem ante omnia placuit patria excedere, ætatemque reliquam ab neceſſarijs procul habere. Ad montem itaque Serratum intendit, celebri fama locum, & vitæ nouæ, quam auſpicari cœperat, Gymnaſium opportunum. Veſtimenta hic ponit, vili ſe lacerna præcingit, noctem pro ara virginis excubat, largis oculorum imbribus madens, quibus fractum, ſauciumque animum expiet aut emundet nox de quærendo medico prudens circumſpicit, cui mentis ſuæ vulnera nudare poſſit. Et vſu forte venit, vt in virum religione ac cetera virtute ſingularem incideret, apud quem tridui ſpatio, omnem priorem vitam, inter gemitus veri doloris teſtes penſiculatè recognouit. Nec eo contentus, ſed inde di-C grediens, mendicantis fortunæ tunica & fune præcinctus, caput & pedem alterum nudus, nam alter à vulnere necdum valuerat, in ſpecum Manreſæ ſuburbanum ſe abdidit, vbi lectulum, ſomnumque humi capere, noctem plerunque vigilijs lachrymiſque exigere, ad hæc plagis tot quotidie corpus inceſſere, ſeptemque ipſas horas flexus inter preces ducere cœpit. Victûs lautitias rebatur, atri, durique panis cruſtulum, quod pro ſtipe acceptum, ipſe famelicus interdiu, non ſæpius ſemel, cum fontana ſumebat, reliquo & quidem meliore, quod obueniſſet, in pauperes erogato. Quod niſi ſit veteris hominis labes eluere, & contaminatos af-D fectuum pedes mundare, amens ſim. Ribadeneira lib. 1.

Quod viros inter Ignatius, hoc Catharina, cognomento pœnitens, Senenſes inter mulieres fuit. Vt enim primum Deo ſapere cœpit, ac ſacro pœnitentiæ lauacro eluta, libidines, quibus aſſueuerat auerſari, catenis aureis in verbera euibratis, ac late cruentatis tyrocinium poſuit. Propius exinde illi mos ferreis vti, quibus ſanguinem ad animæ ſuæ balneum per horam integram quotidie proliciebat, mox paulatim impetratis à cælo viribus, ter ſingulis noctibus iterabat. Aſpero primum vſa lectulo, mox nullo: ſomnum cui non vltra duas horas indulgeret, ſedens, reclinato capite in dexteram, capiebat. Vitæ hiſt. Atque hoc ſacræ nobis Meta-

noeæ

ntex pellunini eſt, quo pedes animæ, affectiones ſcilicet noſtras expurgemus.

CAPVT QVARTVM.

Eucharistiam Chriſtus inſtituit, vitæ noſtræ ad Paſſionis ſuæ exemplar componendæ monumentum, ſimul ac robur.

Non ſapit, cui Panis hic deſipit.

Ioan. 6. 54. *NIſi mandücaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis* Ioan. 6. 54. *Cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo: & accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cœnauit dicens: hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

Luc. 22. 14. Lucæ 22. 14. Legali iam vulgarique cœnula ritè peracta, eorumque, qui aderant, pedibus ſtupenda lauatione mundatis, accepit panem in manus ſuas & eleuatis oculis gratias egit Patri, omnium animis tanta rei nouitate perculſis: moxque efficiendi, quod volebat, potentiſſimus, *Hoc eſt*, inquit, *corpus meum*. Quibus verbis ipſe, qui vitam ideo acceperat, vt donaret, anteuertens donationis tempori, ſe viuens viuentem, victurumque perpetuò, panis vinique ſub ſpecie hæredibus ſuis legauit. O beatam hæreditatem! beatitatis certe pignus nobiliſſimum ſemen immortalitatis perenne! Anne pa- C rum diuino hoc ferculo collatum in nos beneficij exiſtimemus? ſic habeamus neceſſe eſt, quod vetere homine moriente, in nouum tutò tranſeamus, ab hoc cibo eſſe potiſſimum: quod abrogatis mortis legibus, excitandam rurſus ſemel exſtinctam vitæ reparabilis fauillam certo credimus, ab hac menſa pronaſci. Quod vitale quaſi ſemen mortuis cineribus occluſum, erupturum olim in immortale vitæ germen, ſine vlla dubitatione ſperamus, ab his epulis ortum ducere. O menſam ſino, hoc eſt, vitæ auctore digniſſimam! Tibi, tibi, inquam gratiæ, Ieſu amabiliſſime, qui nunquam ſatis pro dignitate noſtræ te vitæ auctorem credidiſti, niſi ſæpius reparatoris titulum mereri voluiſſes, dignus vti- D que cuius memoriam nulla vnquam ex animo noſtro deleat obliuio, quod inſequentia mox verba ſatis commendant quibus, *Hoc*, inquiebas, *in meam facite commemorationem*. Et ſane neceſſarium erat perenne aliquod tanti beneficij extare monumentum, nec conuenientius aliud potuiſſet reperiri: omnium ſiquidem facile obliuiſcimur, etiam noſtri; vnum cuius nos obliuiſci natura non patitur, cibus eſt, hunc quotidie requirimus, indies ſectamus, quare & hunc diuina Sapientia paſſionis ſuæ voluit eſſe monumentum, vt quemadmodum abſque cibo nullo nos die eſſe poſſumus, ita nec abſque ſanctiſſimæ paſſionis ſuæ memoria eſſe velimus.

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A Itaque modum reperit, vt quod ſibi fuit durum pati, prædulce nobis fieret meminiſſe, via, ac modo ſapientiſſime inuento, quo ſemel mortuus, atque ad vitam iam reuerſus, quotidie tamen ad noſtram excitandam memoriam myſtica immolatione moreretur: dum enim Sacerdos ita panem in Chriſti corpus conſecrat, vt ex vi verborum ſanguis non veniat, itaque viciſſim vinum in ſanguinem, vt ex eorum verborum vi corpus non veniat; fit vt in eſſe myſtico, ſeu Sacramentali ſanguis à corpore ſeparetur: quod cum fit ſequentibus ſanguinem ſpiritibus, qui ſunt vehiculum animæ, mors ſequatur animantis, neceſſe eſt, atque adeo quo- B tidie ante oculos noſtros incruenta, veraque immolatione Chriſtus crucifigatur. Ad hæc in pane & vino Sacramenti huius fit conſecratio; quia pulchrè in his memoria Dominicæ peragitur paſſionis, quorum vtrumque quodammodo patitur & premitur: quia ſicut grana teruntur, vt panis fiat, ſic & vuæ calcantur, vt vinum fluat. Franco Abbas lib. de gratia. Et præter monumentum quidem, quo nobis in memoriam redeant optimi, pientiſſimique Saluatoris cruciatus, neceſſarium quoque robur erat, vireſque animi non paruæ, quibus & eum imitari atque ad eius exemplar vitam noſtram exigere poſſemus. Et hoc efficit cibus hic, dum cor hominis confirmat, & ad ſectanda Chriſti veſtigia prouocat, cæleſtis gratiæ collatione mentes vege- C tans & confortans. Quod S. Auguſtin. lib. 9. S. Auguſt.
Confeſſ. cap. 10. ex perſona Chriſti his verbis expreſſit: *Cibus*, inquiens, *ſum grandium* qui generoſo ſcilicet animo voluptatem ſpernunt, ac ſenſuum blanditias calcant, *creſce*, amore & propoſito melioris vitæ, *& manducabis me* per cognitionem mei, *nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ*, quo alitur corpus, *ſed tu mutaberis in me*, per imitationem & ſimilitudinem amoris. Communicantes enim Chriſti Domini corpori & ſanguini, vnum cum eo efficimur, vt quæcunque ille patitur & nos pati oblectet, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corpore noſtro. Neque enim homo, dignissimum Deo animal, rebus à ratione alienis inferior, minuſque Deo D cordi eſſe cenſendus eſt, quam illas non ſemel, at ſæpius fuiſſe omnes ſcimus; quod ſecus fortaſſe quis ſuſpicari poſſet, ſi quæ in illis Euchariſtia aliquando operata eſt, hic tandem deſineret deſiderari. Duplicata hiſtoria ſuſpicionem firmo. Cranemburgi anno Chriſti 1280. opilionem quendam vixiſſe inuenio, qui paſchalibus V. Sacramenti Craneburg. hiſtoria. ferijs ad ſacram menſam vnà cum pluribus alijs accedens, vel oblatrantis conſcientiæ metu, vel terrore numinis ſacram hoſtiam deglutire non auſus, eandem ore exemptam in quercu duos inter ramos depoſuit: cuius facti mox pœnitens, ad Curionem ſe contulit, & rem, vti acciderat denarrauit. Venit Sacerdos, arboreque conſcenſa, ſacram hoſtiam dum inde tollere

 nititur,

hitur, deorſum videt in truncum deuolui. Fruſtra igitur adhibitis omnibus, quæ tempus & ratio ſuggerebant, Deum venerans rogat, obteſtaturque ſe tamdiu viuere vt velit, vſque dum quorſum hæc res abitura ſit intelligere poſſit. Octo jam ac viginti anni à priore hoc caſu profluxerant, cum forte fortuna arbor illa ab hero exciſa in terram procubuit, dumque fiſſores adhibitis cuneis findendæ grauiter inſiſtunt, ecce tibi perfectiſſimam Chriſti crucifixi imaginem, quæ iſtic ex S. hoſtia creuerat, de medio fiſſæ arboris exſilire, quæ mox admirandis pollere ſignis, & ſupra naturæ vires prodigijs coruſcare cœpit, hoc in cæteris teſtari viſa, Euchariſtiam vel in arbore, à Dominicæ paſſionis commendatione non ceſſare. Ex archiuis Loci. Ægid. Gelenius in Staurol. Arbori Aquam aſſiſtens poſitus inſtar, licet homo in terram labitur, eam tamen longiſſimè antecellit: Scribit

V. ſacramenti Lakenſis hiſtoria.

Laurentius Benedictus I. V. Licentiatus, ac Lakenſis municipij Curio lib. de gloria Deiparæ Virginis cap. 25. fuiſſe iſtic mulierem pauperem, quæ panis atque annonæ indigentior, veſtem, qua dominicis, feſtiſque diebus amiciri conſueuerat, decentius, pignori Bruxellis apud Iudæum obligatam, interim vero Paſchali feſto adueniente, quo vnà cum vicinis, ac contribulibus diuina obire myſteria pro more ſolebat, nec qui illis intereſſet dignum haberet veſtimentum, proprio jam oppignorato, atque in manibus Iudæi permanente, fœneratorem ſuum adijt, obteſtans vt pro die ſaltem vna reddere ei veſtem non grauaretur, quam ſub veſperum certa fide reportaret. Abnuere ille, & vt erat indolis perfidiæ non ſegniter illigatus erroribus, negat penitus, niſi quam in Paſchate de Sacerdotis manu accepturá erat hoſtiam, illi in manum vnà cum veſte conſignaret. Exhorruit primùm tanto audito ſacrilegio femina, ſed quid non mortalia pectora cogis, non jam auri ſed honoris, cibique dira fames? impijs conditionibus aſſentitur, fidem dat, veſtem aufert, ſacrilega illa mente diuinis epulis accumbit, & exſpectatam Dei vindictis mactam, impio vix ore tremendam hoſtiam exceperat, cum totis artubus tremere, interaneis mirandum in modum cruciari, ſtomachi nauſeâ vrgeri, quare tempio egreſſa in vicinum puteum procumbens S. hoſtiam eructat, iuſtaque quo nimium preſſa fuerat, pondere, velut altero plumbi talento, in templum regreditur altè meditatum ſcelus ſilentio & dolore preſſura. Biennium res iſta tenuit, ſilente femina, non puteo, qui inſolito aquarum ſuauium alexiterio, & morbos depellere, & febres ſanare non deſiſtebat, donec tandem his, alijſque prodigijs muliere permota, facinusque ſui ſcelera aperiente, exhauſtus puteus fuit, atque in fundo, *Crucifixi imago* reperta fibris ac capillamentis plurimis velut de terra excreſcens, quæ centenis aliquot annis in templo

A Lakenſi piè culta, ſeruataque fuit, vſque dum ciuilibus bellis turbata religio, & hæc cum alijs plurimis Sanctorum Lipſanis effigies perdita aut furto ſublata fuit: teſtatur autem præfatus auctor etiam tum ſuperfuiſſe non paucos, cum hæc ſcriberet, qui imaginem illam ſuis ſe oculis conſpexiſſe, teſtarentur.

Atque his, alijſque, quæ breuitatis ſtudio prætermitto id effici poſſe crediderim, ſi in eiuſmodi rebus tanto ab omni rationis vſu diſſitis interuallo, diuini Corporis Sacramentum talia operari conſueuit, quibus acerbos Chriſti Domini cruciatus, diraque ſupplicia reuocare, atque omnibus in memoriam redigere velle videatur; quid facturum arbitrabimur, quoties B pio rationabilis obſequij exceptum, fotumque fuerit ſinu iuxta ſanctiſſimam inſtituentis Domini voluntatem, quam Apoſtolus eius Paulus 1. Cor. 11. his verbis expreſſam nobis reliquit: *Quotieſcumque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis*, hoc eſt, vt Syrus vertit, *in memoriam reuocabitis* vt illi vos conformantes in homines nouos tranſeatis, nam vt bene S. Gregor. Nyſſenus orat. Catech. c. 37. *Sicut paruum fermenti ſibi aſſimilat totam conſperſionem, ita corpus Chriſti cum fuerit intra noſtrum, totum ad ſe tranſmutat & transfert*; Quo neceſſe eſt fraudari illos, qui ab eo ſe abſtinent & genium defraudant, *niſi enim*, vt ipſe apud Ioan. C cap. 6. teſtatus eſt, *manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis*. Ad quam cum indies magis, magiſque anhelarent, quotquot vitam veterem exoſi, nouæ amoribus dediti Chriſtiformes eſſe ſerio cupiebant, dici ſatis, explicarique non poteſt, quanto protinus ardore ac ſtudio ad diuinum hoc coliphium omnes properarint, quotidie id ſumere cupientes, cuius quotidiano fructu atque ſubſidio ſe tantopere indigere non ignorabant, ipſomet Domino aſſiduas illorum mentibus faces ſubdente, dum in aurea pleniſſimæ orationis formula, quam ſuis tradidiſſe legitur, Sacramentum hoc panis quotidiani nomine indigitans commendauit, ſecundum ſanctiſſimi D Martyris Cypriani explicationem, qui orat. 6. de orat. Domini ſic ſcribit: *Panem noſtrum, id eſt Chriſtum, dari nobis quotidie petimus*: Quo ſpiritu imbutus Clemens Petri diſcipulus & Dionyſius Pauli, non obſcurè idipſum prætulerunt, his verbis: *Poſt Euangelium & ſacrarum litterarum lectionem, qui ad ſumendam Euchariſtiam parati non erant, foras mittebantur, atque omnibus tradita communione diuina, Sacerdos gratias referens, finem myſterijs imponit*. S. vero Anacletus, qui à Petro quintus Eccleſiam in annum 112 gubernauit, mandat vt hæc conſuetudo per Canones Apoſtolorum ſtabilita, & in eum vſque diem conſeruata ſarta tecta cuſtodiatur, adeo vt qui nolint communicare, prohibeantur Eccleſiæ ingreſſu, verba eius ſunt: *Peracta conſecratione om-*

1. Cor. 11.

S. Gregor. Nyſſenus.

Ioan. 6. 5

S. Cyprian.

Clemens l. 8. Conſt. Ap. 18. alias 20. Dion. Eccl. Hierarch. c. 3.

S. Anaclet.

nes

nes communicent, qui noluerint, Eccleſiaſticis carere debent liminibus, ſic enim Apoſtoli ſtatuerunt, & S. Romana tenet Eccleſia. S. Hieron. Et S. Hieronymus etiam ſua ætate id apud Romanos, Hiſpanoſque in vſu S. Auguſt. fuiſſe aſſerit in Apologia contra Iouin. & S. Auguſtin. ſerm. 28. de verbis Domini & epiſt. 121 idem teſtatur. Denique certiſſimum eſt hanc ab Apoſtolis conſuetudinem profluxiſſe, ſed ab eorum morte paulatim fuiſſe immutatam; quid autem his maxime temporibus expediat, frequentius, vt olim dum feruerent omnia, aut rarius, vt modo cum tepor atque ſocordia late imperant, diuinis epulis accumbere, nemo melius S. Thom. S. Thoma Aquinate ſecuriuſque decernat, hic itaque 3. p. q. 80. a. 10. diſputans, licitumne ſit atque laudabile communicare quotidie? Reſpondet, duo circa vſum huius Sacramenti conſideranda, vnum ex parte ipſius Sacramenti, cuius virtus hominibus eſt ſalutaris ideoque perutile eſſe quotidie ipſum ſumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat, vnde S. Am- S. Ambroſ. broſius dixit lib. de Sacrament. *Si quotieſcunque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere, quia ſemper pecco.* Alterum ex parte ſumentis, in quo requiritur, vt cum magna deuotione & reuerentia ad hoc Sacramentum accedat: & ideo ſi aliquis ſe quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile eſt, quod quotidie ſumat. Vnde S. Auguſtinus cum S. Auguſt. dixiſſet, *Accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit,* ſubiungit: *ſic viue vt quotidie merearis accipere:* Sed quia multoties in plurimis hominibus multa impedimenta huius deuotionis occurrunt ex minore vel corporis, vel animæ diſpoſitione, vtile non eſt omnibus ad hoc Sacramentum quotidie accedere, ſed quotieſcunque ſe homo ad illud inuenerit præparatũ, quod magnus ille Mediolanenſium præſul, ſæculique noſtri ornamentum Carolus cognomento Borromæus apprimè ſecutus, Eccleſiæ ſuæ ſequendum his S. Carol. Borrom. verbis reliquit: *Ad ſaluberrimum huius Sacramenti frequenter ſumendi vſum Parochus fideles cohortabitur, atque excitabit naſcentis Eccleſiæ inſtitutis atque exemplis, & Sanctorum Patrum omnium conſentiente doctrina, vt ex Catechiſmo Romano diſcere poterit, & ſententia œcumenicæ ſynodi Tridentinæ, quæ optaret quidem fideles in ſingulis miſſis non ſolum ſpirituali affectu, ſed Sacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicare. Curabit certe vt præter Paſchatis communionem quæ Eccleſiæ præcepto neceſſaria eſt, ſaltem in præcipuis ſolennitatibus veluti die natalis Domini, Epiphaniæ, Pentecoſte, item in diebus feſtis B. V. Mariæ communicent. Crebris præterea monitis illud* B. Silver. *quod Beatiſſ. Siluerius Pontifex ſtatuit, in conſuetudinem reuocare ſtudebit, vt qui ſæpius non communicant, in quadrageſima ſaltem Dominicis diebus Corpus Domini ſumant, & die item Cœnæ Domini ex antiquo inſtituto, ac præterea in Aduentu idem præſtent.* Hæc ille. Sed iuſtis atque feruentibus lex nulla eſt poſita, quod Cardinales à latere legati cum

A plenaria authoritate dubia Concilij Tridentini reſoluendi, in hunc modum declararunt: obſtat Concilium Tridentinum Epiſcopo volenti præſcribere certa tempora, vt dies Dominicas, quartam & ſextam feriam, quibus tantum liceat viris laicis, coniugatis, negotiatoribus & mulieribus etiam non coniugatis SS. Euchariſtiam ſumere, ob reuerentiam, quam poteſt quotidiana huius Sacramenti ſumptio in ſua parere diœceſi, quia antiquo tempore peracta conſecratione omnes aſtantes Euchariſtiam ſumebant. Horum itaque temporum vſum qui deamat, feruorem quoque virtutemque reſtauret, ne quod in ijs laudem, hic ſentiat vitupe-

B rium retuliſſe, ſed contrà miram quandam ac ſingularem inter hominem & Chriſtum, cuius is carne ac ſanguine frequenter paſcitur, vitæ morumque ſimilitudinem ac conſenſionem, quo *Non noſter ſenſus in nobis, ſed Chriſti iugiter perſeueret affectus:* Eccl. Cuiuſmodi omnes illos fuiſſe accepimus, qui frequenti, probataque Dominici corporis ac ſanguinis participatione, omni æuo ac tempore Chriſtiformes effecti, de veteri forma in nouos homines commigrarunt. Chorum ducet Ignatius ex S. Ioannis Apoſtoli ſchola docilis oppidn diſcipulus, qui tanta erga diuiniſſimam Euchariſtiam pietate ferebatur, vt S. Ignatius Martyr. eam ipſe non ſolum frequentare aſſidue, ſed

C omnes eodem pertrahere conaretur, cuius vel vnicum alterumue in hanc rem teſtimonium, multorum expleat auctoritatem. Hic itaque in epiſtola ad Epheſios ſic ſcribit: *Date operam vt frequentius congregemini ad Euchariſtiam quando enim id agitur expelluntur poteſtates Satanæ &c.* Item in ea quam ad Romanos dedit, ſic loquitur: *Non comedam eſcam corruptionis, neque voluptates huius mundi deſidero, volo panem Dei, panem cæleſtem, panem vitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti, filij Dei viui, qui natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahæ, & potum volo ſanguinem eius, qui eſt dilectio incorruptibilis & vita æterna.* Vnde quoque factum, vt ei in delicijs eſſet verbum hoc: *Amor meus crucifixus eſt,* & tanquam nouus homo iam factus glorioſum Theophori nomen indeptus ſit.

Præſuli huic Antiocheno virginem Belgi-

D cam adiungo Liduinam, quæ cum grauiſſima B. Lidvvina. detineretur infirmitate, & ſubinde à viro Dei Ioanne viſitaretur, cœpit is eam ad patientiam propoſita Chriſti paſſione frequentius exhortari, quod illa non audire libentius, quam exſequi velle reapſe demonſtrans, facturam ſedulò ſe pollicebatur, & tentabat illa quidem, ſed cum in ollulam ſuam necdum miſſa eſſet farinula Eliſæi, qui Chriſtus eſt, amara & inſipida erat omnis eiuſmodi cogitatio. Reditur itaque ad lamenta & querimonias, quippe mors erat in olla. Redit quoque ad eam Chriſti ſacerdos, quantum profecerit percunctatur? Reſpondet illa, tu quidem, mi pater, ad optimum me ſtudium hortatus es, ſed dolorum acerbitas gu-

A ſtate prohibet, quidquid de Domino cogitandum ſuſcipio. Ille itaque cognita bona eius voluntate vt vim ſibi aliquantulam inferat monet, Chriſtumque patientem intueatur, qui ſuis è plagis facere ſolet vulneribus noſtris medicinam. Quibus auditis ſancta virgo manum cœpit mittere ad fortia, & Domini ſui cruciatibus lenire proprios & mitigare. Cum die ſequenti Sacerdos reuerſus, ſacroſanctis Euchariſtiæ myſterijs ægram impertiuit, hactenus, inquiens, ego te incitare conatus ſum, ad Domini paſſionem imitandam, iam vero ipſe tibi loquetur: ſi fortiter & conſtanter ei obtemperaueris, erit merces tua magnanimis. Vixdum ille finiuerat, cum tantas virgo prorupit in lachrymas, vt die-

B bus vix quindecim eas ſiſtere potuerit aut cohibere. Interim creſcente morbo confirmabatur ſpiritu, nec quidquam ei ſapere videbatur, niſi ſolus Chriſtus & hic crucifixus, vnde tantopere inflammabatur, vt non ſe, ſed Chriſtum in ſe pati liquidò affirmaret, nec ſolum in acerbiſſimis doloribus gratias Deo agebat, ſed eos ipſos augeri potius, quam minui peroptabat. Ioan. Brugman in Vita. Virginem coniux ſequatur, niſi forte aſſecuta comitetur. Auctor eſt Bon-

Muliet Itala.

ſignorius Cacciaguerra l.3. de Commun. c.26. mulierem fuiſſe Chriſtianis moribus præcellentem, quæ impari marito nupta, helluationum eius atque impudicitiæ pertæſa rogare eum cœpetat ne rem familiarem, communeſque libe-

C ros, & quod caput erat, ſalutem propriam perditum iret, quibus ille factus commotior, vulnus longe grauiſſimum vxoris ſuæ capiti inflixit, adeo vt mortuam credens, arrepta chlamyde fuga quantocyus ſibi conſuleret, ne forte à ſuperueniente magiſtratu comprehenſus, pœnas, quas promeruerat, pendere cogeretur. Quo viſo illa, quæ iam in ſanguine ſuo natitans fugientem animam agebat, ne fugam, exclamat, capeſſe marite mi, neque extimeſcas, Deus ignoſcet, vti & ego ex animo tibi condono. Si opus fuerit, te pro modulo meo excuſabo. Vnde hæc feminæ virtus? Vnde animus tanta fortitudine ſuccinctus? non aliunde, ſcribit præfatus auctor, quam ab ipſa Euchariſtia, quam ſemel,

D iterumque quot hebdomadis pia mulier ſuſcipere ſolita erat. Hæc Euchariſtici pignoris caſta miracula, hæc vis atque potentia qua cordium noſtrorum imbecillitatem roborat, atque transformat.

Ioan. à Cruce.

Miratus fui non ſemel dum Ioannem à Cruce ſacri Ordinis de monte Carmelo in hiſpania reformati poſt S. Thereſiam aſſertorem præcipuum, à Chriſto Domino interrogatum legerem quid mercedis ſibi pro laboribus ad Dei gloriam exantlatis depoſceret, ac mox nihil cunctatum reſpondiſſe: *Domine pati & contemni pro te:* Iterum dico miratus fui & magnopere quidem: nec quemquam exiſtimem id poſſe, aut velle improbare; mirari tamen deſij, vbi vitæ

vitæ

A eius ſerie expenſa didici, tanta ſolitum religione ac pietate diuiniſſimi Sacramenti epulas frequentare, vt deſcendentis de altari facies, inſtar Moyſis colluceret, nec quiſquam in eum oculos figere poſſet, vel auderet. Sacroſancti corporis ac ſanguinis Chriſti, quibus aſſidue reficiebatur, vis atque efficacia nouum hunc atque inſolitum procreabant ardorem; quod vel inde meretiare, dum anno tertio poſt eius mortem in carnis de corpore illius præciſa particula, apparere cœpit nunc Chriſtus ſaluator noſter Cruci ſuffixus, nunc venerabilis Sacramenti Hierotheca coram qua ipſe genibus nixus videbatur, quemadmodum hoc multorum hominum teſtimonio ac præcipuè Reuerendiſſimi Domini

B Ioannis Viglij de Quinnones Epiſcopi Vallиſoletani auctoritate in contradictorio, vt aiunt, iudicio, comprobatum eſt.

Hæc illa ſunt, quæ diuinus hic cibus operatur miracula. Felix paſtus, quem vitæ nouitas ſequitur, felix menſa quæ priore vita extincta, nouam parturit: vnde Oſeæ cap.14: vbi nos legimus *viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea.* Paraphraſtes Chaldæus legit: *Viuent mortui, ac-* Oſeæ 14.8.
creſcetque bonum in terra; Ac ſi idem eſſet viuere mortuos, & viuere tritico, quod in ſanctiſſimo hoc myſterio fieri videmus, vbi homo & mundo & ſibi moritur, vt Chriſto viuat, quare non inconcinnè P. Ludouicus de ponte vitæ ſanctimonia, ſcriptiſque aſceticis clariſſimus l.4.

C exhort. 8. quod noſter Zachariæ 9. vocat *Fru-* Zachar. 9. 17.
mentum electorum, cum alijs vertit *frumentum iuuenum, ſeu adoleſcentum*, quod licet & ſenum ſit, tamen quia ſenectutem ipſam reflorere facit, & renouat, iuuenum dici poteſt. Verba boni Patris hæc ſunt: *Frumentum electorum, vel vt* Lud. de ponte.
alij vertunt, frumentum iuuenum, ſeu adoleſcentium, quia ſpiritualem vigorem conſeruat, & comedentium iuuentutem renouat, ſicut Aquilæ, ne pereat & ſeneſcat. Quod & prudenter annotauit Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus lib. 2. de Verit. Euch. ſic ſcribens: *Cum de die in diem nos reno-* Guitmundus.
uet, ipſum veteraſcere numquam nouit. Modum explicat Nicetas Choniates l.3. in Alexio Comne- Nicetas Chon.
no his verbis: *Vt parum fermenti totam maſſam*

D *fermentat & ſibi ſimilem & parem reddit, vt diuinus Apoſt. ait: ſic immortale factum Dei corpus, cum in noſtro corpore fuerit, totum id in ſe commutat, & transfert:* Hominemque veterem, nouo iam renato, quod ex ſe eſt, potenter extinguit. Verum enim vero quoties noſtro hic tepore cibus non proficit, & qui datus fuerat in vitam, nihil minus in nobis operatur. Auctor eſt Claudius Fauchetus, regnante in Gallia Philippo, Auguſto vixiſſe in Veromanduis virum nobilem, cui nomen Reginaldo de Concij quem tam veſano amore vxoris Domini de Faël correptum fuiſſe ſcribit, vt cum nec vltramarinis bellis, quibus animum adiecerat, nec plurium annorum abſentiâ ſuperarit, donec lethali vul-

nere

nere ſaucius, textum è crinibus eius mnemoſynon, quod hactenus in caſſide geſtarat, ei cum corde ſuo, vbi exſpiraſſet, per armigerum adiunctis litteris remittendum curaret, vt quod eius, abſens licet, nunquam obliuiſci potuerat, nunc præſens ab eadem ſeruaretur.

Mortuo Domino abijt ſeruus cum corde in Franciam, & opportunitatem quærens clam marito, coniugem conueniendi, à Domino, vt eſt ſuſpicax hominum genus, veram aduentus cauſam aperire coactus, ſcriniolum cum litteris tradit, & recedit. Quid agat Maritus? corde adulteri in minutal conciſo, aromatis, ſaccaroque inſperſo, pulmentum vxori in cœnam apparari iubet. Illa noui edulij ſapore delectata, edere, cibumque laudare ac propinato ſæpius maſſico frequentius irrigare. Cum à marito, an quod ediſſet ſat ſciret, interrogata, cum ſe Reginaldi cor ediſſe intelligit, ſcriniolum, quo clauſum fuerat cum litteris accipit, quibus admodum perculſa, de menſa in terram collabitur, ita eſt, inquiens, cibum illum dilexi vehementer, & cordi meo carum babui. Obijt ille? non decet me mortuo ſuperuiuere. Et ſubito in imum conclaue, marito fruſtra ſe opponente, abripitur, ante non egreſſura, quam aliorum manibus efferretur, quod paucos poſt dies, poſtquam inedia & mœrore confecta, triſte ac deteſtandum de ſe ſpectaculum dedit.

Res nefanda & in vltimas terras procul hinc deferenda; quod autem hic eius memoriam refricarim, veteris hominis fecit inertia, quæ tanta ſubinde inuenitur, vt ab eiuſmodi vinci ſe ſinat, quos in bono, longis debuiſſent paraſangis ſuperare: Deum amare ſe dicit, eoque iam non neſcius, ſed conſcius, non ſolo, inquam, corde, ſed corpore toto in cibum amoris manibus præparato epulatur, nec tamen ſibi moritur, vt illi viuere incipiat, vita, inquam noua, qua viuat in æternum, iuxta ſanctiſſimum diuini amatoris effatum: ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Ioan. 6.

Pſal. 45. 12. *Vacate igitur & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Chryſoſtomus legit *& curamini.* Hoc nouo homini proprium, hoc ab eo exſpectat Deus.

CAPVT QVINTVM.

Digreſſus in hortum Gethſemani veram Orandi formam, ac regulam nouo homini erudiendo Chriſtus tradit; recte ſiquidem viuet, ſi rectè norit orare.

VEnite adoremus & procidamus ante Dominum qui fecit nos. Pſ. 94.

Lucæ 22. 39. Matth. 26. 41. *Vigilate & orate.* Matth. 26. *Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum. Secuti ſunt autem eum diſcipuli: & cum perueniſſet ad locum, dixit illis: orate, ne intretis in tentationem.*

R. P. *Lyræus de imit.* IESV *patient.*

A *Et ipſe auulſus ab eis, quantum iactus eſt lapidis, poſitis genibus orabat dicens: Pater, ſi vis transfer calicem iſtum à me, verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Apparuit autem ei Angelus de cælo confortans eum, & factus in Agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.*

Poſteaquam ad Chriſti Imitationem viuere, eumque auctorem habere cœpit, à quo exemplum capiat, homo Chriſtianus peccatorum noxis iam exſolutus, ac vitæ pabulo refectus, primum, quod mente animoque comprehendat, aſſiduoque exerceat, orandi ſtudium ſit, & certa quædam eiuſdem norma habituſque ſingularis, quem ſi vſquam, hic ſane Philaretus B Chriſti exemplo ſibi comparet, neceſſe eſt. Licet enim Dominus Ieſus non rarò & alibi oraſſe legitur, nuſquam tamen aut accuratius aut maiore fructu & exemplo: vbi quinque, velut totidem clariſſimi luminis faculas ſparſiſſe viſus eſt, quibus nos omnes ac ſingulos ad perfectæ Orationis formam adducat; & harum quidem prima Paraſceue, ſecunda humilitas, tertia, reſignatio, quarta perſeuerantia, quinta, mortificatio nuncupanda ſunt. Pleniſſimum ſane lumen quod πεντάμυξος Chriſti lampas eis effundat; quibus vitæ nouitas in amoribus, & Chriſtus in oculis ad exemplum eſt.

Auſpicemur à prima quam Paraſceuen dixi, hoc eſt, animi quandam ac corporis præparaC tionem, qua id quod aggredimur & fieri quam optime & ab omni impedimento abeſſe queat longiſſime: cum enim nihil ita neceſſarium vitæ bene inſtituendæ ſit, atque Oratio, amentes ſimus, niſi quod à nobis fieri neceſſe eſt, operam demus vt eo modo fiat, quo eum quem volumus exitum ſortiamur, quem certa temporis, locique conſtitutio ſolent polliceri. Loca eligimus ne rerum variarum imaginibus occurrentibus aut hominum interuentione turbemur: tempora deſignamus, tum vt aptiora hæc nanciſcamur, tum ne inter varias diſtractiones nobis dies elabatur priuſquam orationi fecerimus ſatis. Nihil horum Chriſto Domino neceſſarium erat, quod autem & tempus oraD tioni ſelegerit & locum, id ſanè noſtri cauſſa feciſſe cenſendus eſt, quibus admodum pronum eſt orationem negligere, vbi nullum habuerimus certum orandi tempus aut præſtitutum locum: locum, inquam ab arbitris ſeiunctum, turba excluſa, tempus vero à curis liberum ac ſemotum, hac via Chriſtus præiuit, vt ſequatur Chriſtianus.

Egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum, locum ſcilicet orationi aptum, quia ſolitarius; tempore commodo, quia nocturnum, relictiſque octo diſcipulis ad ingreſſum horti, *ſedete hic*, inquit, *donec vadam illuc & orem:* velut nobis elocutus, ſedete amici, quieſcite cogitationes, ceſſate ſenſus donec cum Deo agam.

Digitized by Google

Quin & à tribus illis quos ſecum peculiarius aſſumpſerat, cum nonnullorum ſubinde in oratione nos oporteat meminiſſe, *quantum iactus eſt lapidis, auulſus*, docuit eos quoque paucos, quorum meminiſſe voluerimus orantes, extra iactum lapidis collocandos eſſe, ne fortaſſe, nos queant, priuſquam voluerimus interpellare: atque ita non temere eundum eſſe ad ſummi numinis familiaritatem, ad gratiæ thronum, ad cæli regem alloquendum oſtendens, orationem non rem aliquam nihili aut exigui momenti eſſe, ad quam conſuetudine rapi ſolemus, expreſſit.

Hauſere doctrinam quotquot vitæ nouæ candidati ad eius exemplum componere ſe fingeroque voluerunt, atque hinc ſacri illi Sanctorum ſeceſſus, columnæ Stylitarum, deſerta Eremitarum, cellæ Anachoretarum, ſcalæ Alexiorum, ſepulchra Hilarionum, antra Macariorum, latibula Arſeniorum, lauræ Cœnobitarum, oratoria domeſtica tot aſcetarum pullularunt: homines ſiquidem precandi ſtudioſi vt Deum adeant, à ſe abire, vt Deum quærant, ſe relinquere cœperunt. Inter illuſtriora monita

S. Thereſ.

ſeraphicæ Virginis Thereſiæ hoc nequaquam poſtremum: *Solitudo inprimis orationi neceſſaria, quam ſectatum Redemptorem noſtrum conſtat, vt exemplo præiret*: Quod auide patrum memoriâ

S. Franciſc. Xauerius.

magnum illum Orientis Apoſtolum S. Franciſcum Xauerium ſectatum fuiſſe accepimus, dum quotieſcunque copia erat, haud paulo libentius in ſacris ædibus pernoctaret, adeoque, vbicunque res daret, cubiculum ſibi quærere ſolebat templo proximum, quo ſe de nocte clam, ſupplicandi cauſſa referret; quod Meliapore ad ædem S. Thomæ cum diuerſaretur, clare oſtendit, vbi de nocte conſurgens, itabat in templum, nec vllis aut hominum ſermonibus aut dæmonum turbis hinc potuit abſterreri. Alias vbi ſacri loci deeſſet commoditas, cum diu multumque requiſitus foret, in ſilua aliqua, aut ſolitudine ſuppliciter orans inueniri ſolebat: quin & huic ſocium in eadem aſceſi adiungere liceat

S. Carol. Bortom.

S. Carolum Borromæum, ingens ſuperioris ſæculi lumen & ornamentum? quem certis temporibus in ſolitudinem Veralli montis, vbi ſculptis imaginibus Dominicæ paſſionis myſteria ad viuum repræſentantur, ſecedere, ibique diebus aliquot voluntaria caſtigatione aſperam, ſed Chriſti dolorum meditationibus ſuauem vitam ducere ſolitum inuenimus.

Luc. 22. Matth. 26.

Sed ad alterum Chriſtianæ orationis gradum aſcendamus, cui nomen humilitas: *Et poſitis genibus procidit in faciem ſuam orans.* Luc. 22. Matth. 26. Quid demiſſius, quid dici poteſt humilius? Auctor eſt Beda de locis ſanctis c. 6. & ex eo Baronius anno Chriſti 34. petram ipſam in qua Chriſtus orans genua flexit, quaſi mollem ceram ijs ceſſiſſe, atque in ſe genuum Domini veſtigia impreſſa excepiſſe, cumque lapi-

Beda. Baronius.

A dem decenter iſtic in Eccleſia aſſeruari. Si quæras huius cauſſam periſtaſis? dico hunc ſitum, poſitumque corporis adhibuiſſe, tum vt inſigne nobis inter orandum humilitatis, tum reuerentiæ exemplum daret, quod in noſtris ad eum precibus poſſemus imitari, qui cum in forma Dei eſſet, ac ſine rapina aut vſurpatione dignitatis alienæ æqualem ſe patri poſſet aſſerere, quippe cum ipſe & Pater vnum eſſent, memor tamen humanæ naturæ, quam aſſumpſerat, eo vſque ſe demittit, vt in genua ſe abijciat & procidat in faciem ſuam, velut indignus qui cælum ſpectaret, quod neque filius prodigus ante hominem patrem feciſſe memoratur: & ſane quis eſt qui audeat erecto vultu coram Deo ſtare & B ſuam illi cum Phariſeo iuſtitiam obijcere, cum ipſa ſanctitas, ipſa iuſtitia atque innocentia non audeat vultum iudicis intueri. Fors miretur aliquis cæleſtes illos genios, quos ab ardore ſpiritus Seraphim dicimus, cum in Dei conſpectu ſtant, alis velare ora ſua: maius eſt Regem Angelorum toto terræ elemento ſibi vultum contegere, vt ſancta illa humilitatis Eclypſi oſtenderet coram Deo omnium conditore, quemcunque ſolem creatæ gloriæ deficere oportere. Sole hoc igitur ſuccumbente, quod ſidus fulgebit? quis adeo impudenter audax, qui coram Deo ſe aliquid eſſe exiſtimet? cum videat eum, qui Rex C regum eſt & Dominus dominantium eſt, ſeſe adeo proſternentem, velut ipſum ſub terram ſe vellet abripere, atque in nihili latebras redire, quippe qui humanam naturam ex nihilo ſeſe à Deo habere non ignorabat. Homo flocci! merum nihilum cur te aliquid eſſe exiſtimas? Terra & cinis cur ita extolleris? vt coram Deo tuo ac Domino te credas erecto collo poſſe adſiſtere? Vilis terræ vermicule, immunde ſcarabæe ſubi fimetum tuum, à facie maieſtatis eius abſcondere, videſne vt quatuor illi & viginti Apocalyptici ſeniores ceciderint in facies ſuas dum adorant viuentem in ſæcula? & tu vultu ſcabie obſito, ac pure ſcelerum fluentibus buccis cælorum Principem compellare ſuſtineas, D atque impudentibus oculis procaciter intueri? inuerecunde nimis frontem explicas, quiſquis ita temere caput extollis, tutius ſane, conſultiuſque feciſſe illi dicendi ſunt, qui Chriſti imitatione, nobis vero ad exemplum viam contrariam inſiſtentes creaturam nouam in Chriſto induerunt, quorum agmen ducet B. Iacobus Apoſtolus, Alphæi filius, Domini frater appellatus, quem S. Ioan. Chryſoſt. hom. 5. in cap. 1. Matth. teſtatur ex longa precandi conſuetudine genibus callum abduxiſſe, qui vel camelo duritie certaret, nec genua ſolum, ſed & frontem ex eiuſdem ad terram alliſione calloſam circumtuliſſe; quod namque præſens in magiſtro non ſemel viderat, non poterat non prudens diſcipulus imitari. Idem de S. Apoſtolo Bartholomæo litteris traditum inuenimus, qui vt Deum

S. Iacobus Apoſtol.

S. Barthol. Apoſt.

in

in vota ſua flecteret genua centies die, toties
noctu fertur flexiſſe. Surius.
Certe Simeon ſtylites terreſtris ille Angelus
genua toties flectebat, vt ſocius aliquando id
cum feciſſe 1240 vicibus numerarit, & ita pro-
fundè, vt capite tangeret pedum extremitates,
B Franciſc. Borgias. hos ſedulò imitatus B. P. Franciſcus Borgias,
ille ex opulento Gandiæ duce & Cathalauniæ
pro-rege, voluntate pauperrimus; horas aliquot
plerumque orabat humi proſtratus, vnde hu-
more hauſto è terra, dentes illi vacillantes ex-
cidere, oſque lædi cœptum fuit, vt Andreas
Schottus noſter in vita eius l.3. c.18. recenſet.
Albertus Creſpin. De Alberto vero Creſpinienſi aſceta ſic ſcribit
vetus auctor, centies de die inter orandum ge-
nua flectere ſolitum, quinquagies vero toto
corpore pronum in terram procubuiſſe.
Nec ſequior hic ſexus defuiſſe ſe paſſus eſt,
B. Margar. Hung. ita namque de B. Margareta Hungarica refert
Garinus, eam propter aſſiduas proſtrationes in
cubitos & genua, veſtes ijs in locis laceras ge-
ſtaſſe, cutem verò in genibus contritam ac tan-
dem illi callos inſtar ouorum teſtæ obduratos
Galliota à S. Anna. excreuiſſe. Quid autem de V. illa Galliota à
S. Anna, alias de Vaillac ex ordine S. Ioan.
Hieroſolymitani dicemus: quæ an. 1618 plena
meritis ad ſponſum migrauit, certe cum non
generis minus, quam virtutum dignatione cla-
reſceret nequidquam hac in parte defuiſſe no-
tata eſt, de qua memoriæ proditum inuenimus,
quatuor horis quotidie nudis genibus humo
fixis orare conſueuiſſe, de quibus mediam facie
ad terram depreſſa precabunda tranſigebat.
Tertia quæ hinc eminet Virtus eſt Pruden-
tia, quam nobis S. Cæſarius Dial. 3. his verbis de-
pinxit: *Deprecabatur poculum Chriſtus, nos inſtruens,
in pericula non eſſe inſiliendum, ſed aduentantia forti-
ter ac viriliter eſſe ſuſcipienda. Ideo Crucem per medi-
tationem æſtimatam, certò conſilio deprecatur, quidem,
exhibitam vero ſuper humerum, tamquam victor tol-
lens ibat ſponte in os fugendus.*
Quarta, quam in hac Oratione notamus,
Chriſtiana virtus eſt, Reſignatio, ſiue volunta-
tis ſuæ in diuinam tranſcriptio, quo fiat, vt pa-
rati ſimus id velle, quod vult Deus; id recuſa-
re, quod nolit. Hæc virtus Chriſto propria eſt,
qui ita in omnibus Patris nutum ac voluntatem
amabat, vt vnâ hac potiſſimum de cauſſa in ter-
ras aduenіſſe ſe diceret, *Deſcendi*, inquiens Io-
an. 6. 38. *De cælo, non vt faciem voluntatem meam,
ſed eius qui miſit, me.* Paternæ, inquit, Lauren-
tius Iuſtinianus, ſe realiter ſubdit voluntati, di-
cens: *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu:*
Tali prolatione verborum, talique mentis aſſen-
ſu renitentis carnis ſpiritus palmam obtinuit, hu-
iuſque pugnæ celebrato triumpho ab oratione
ſurrexit. Felix ille, quiſquis hac animi ſui cum
Dei voluntate concordia, orationem ſuam con-
ſpergit, nã illi proſpera contingent omnia, &
quem optauerit exitum feliciter conſequetur:

A quod apprimè doctus S.P.N. Ignatius, hanc S. Ignatius Loyola.
ſuis impenſe virtutem ceu primariam ad res
magnas à Deo conſequendas commendare ſo-
litus erat, vnde etiam in aureo ſuo exercitio-
rum libello, eam ante omnia requirit ab illo, qui
iam ſpiritus exercitia obire proponit: nimirum,
vt quamuis in partem liber ac ſolutus ſit, &
vtrimque ex æquo auulſus, non magis ergà rem
hanc quam illam affectus, in hoc vnum inten-
dat vt Dei in ſe voluntas perpetuo fiat & vbi-
que impleatur, *Hæc namque vox Capitis, vt ait*
S. Leo, *ſalus eſt corporis, hæc vox omnes fideles in-* S. Leo ſer. 7. de paſſ.
*ſtruxit, omnes confeſſores accendit, omnes martyres
coronauit, fiat voluntas tua.* Et ratio quidem ge-
B mina eſt, atque expedita, tum quia hoc pacto
tolluntur obſtacula & impedimenta omnia, quæ
ab effrenatis affectionibus iniici & à prauis poſ-
ſent deſiderijs occurſare: tum vero, quia quò
homo magis Deo nititur totum ſe illi commit-
tendo, neque aliud quam ipſe voluerit deſide-
rando; eo quoque Deum magis pellicit ad om-
nem ſuis neceſſitatibus curam non vulgariter
impendendam. Et hanc quidem virtutem licet
optimus Magiſter Chriſtus non ſemel docuiſſe
nos viſus ſit, nuſquam tamen clarius, quam in
hac oratione expreſſit. Nec id admirandum,
tum enim difficilius eſt ſe Dei voluntati per-
mittere cum ijs de rebus agitur, quas impenſius
diligimus aut ſectamur: nihil autem erat quod
C maiore affectu complecteretur Chriſtus, quam
vitam ſuam, cuius pretio in rebus omnibus,
quaſcunque creando condidit Deus, ſciebat
comparandum eſſe nihil: cumque eius charitas
ordinata eſſet, vt vnumquodque iuxta pretium
ac valorem cuiuſque diligeret, plus neceſſario
diligebat vitam ſuam, magiſque eius iacturam
vel ad breuiſſimi temporis momentum perſen-
tiſcere debebat, quam omnes ſimul homines
vnquam rem vllam dilexerunt, vel damnum
ſenſiſſe potuerunt, etiamſi omnes omnium
quotquot fuerunt aut erunt coniungerentur
affectus. Rem ergo tantam ac tam ſingulariter
ſibi dilectam vſque adeo libere in manus Pa-
tris conſignat, vt idem non ſemel, ſed ſecundo,
D ac tertio, iterato conſtantis animi propoſito ad-
ſtruere non dubitarit. Inſignis profectò volun-
tatis propriæ abnegatio & integra in diuinam
reſignatio. Cum enim onera & labores forent
extremi, & vehemens ad eoſdem declinandos
naturæ procliuitas, interior mentis anguſtia in-
audita; inſignis & generoſiſſimæ virtutis actus
fuiſſe debuit, ſe ad illa, quæ Deo circa ſe diſ-
ponere placeret, reſignare: nobis vtique in ſti-
mulum & exemplum, ſtimulum inquam acer-
rimum, quo noſtra ſe ignauia ad vitæ nouita-
tem excitet, exemplum vero perſpicuum &
præſtans, quod veternum corrigat & expellat.
Et quis tanto lumini rebellet? præſertim cum
adeo ſe boni melioris inſcium homo ignorare
non poſſit, vt ſemper illud minimum velit, quod

Deüs vult, ac ſemper ſolet eſſe quam optimum. Veriſſimum dictum, abſque indifferentia & reſignatione nulla Deo placere poteſt Oratio: *Non quod ego, ſed quod tu.* Vltramatinus Orationis hic color eſt, quem qui Orationi induxerit, ſplendidam illam, Deoque fecerit gratiſſimam. *Si vis, fiat quod oro, ſin autem nolis, non fiat, obſecro, non fiat quod peto. Melius eſt mihi repulſam te pati volente, quam votorum ſummam aſſequi te nolente:* Quod ſanè ad prudentiſſimæ rationis libellam expendiſſe oportuit eos omnes, quotquot vitam nouam hac via exorſi, nos vt vel ſequamur, inuitant, qualis celeberrimus ille ac ſapientiſſimus aſceta apud Alphonſum Salmeronem Tom. 10. tract. 12. quem, vbi ad Deum quidpiam poſtulaturus accederet, Alphabetum ei offerre ſolitum narrat hac addita prudenti clauſula: tu Domine elementa hæc collige, & quod tibi magis acceptum eſt, mihique ſalutare, hoc peto: quid autem illud ſit tu melius noſti. Rectè quo etiam reſpexiſſe crediderim magnum Macarium, dum hanc omnium optimam precationem aſſereret: *Domine da mihi quod vis, & quod tibi gratum eſt.* Aurea certe Orationis periſtaſis, Midæ virgula, quæ fine non minus opulento, quam ſancto omnem orandi Methodum coronat, quam dum B. Franciſcus Borgias rerum ſpiritualium etiamnum rudis atque inexpertus, aut negligit aut ignorat, monitore opus habuit ac doctore, rem totam Andreas Schottus exponit: lento, inquit, morbo confici cœperat Franciſci Coniux, affligebat autem virum quamuis conſtantem, quod altera ſui parte ſpoliari ſe cerneret, & liberorum matre & ſocia curarum. Ægrotante igitur illa, orare frequenter, piorum etiam hominum precibus adhibitis: cum ſolus aliquando conclaue, remotis arbitris ingreſſus, enixe obteſtaretur Deum, ſaluam coniugem, ſuperſtitemque vellet: ecce tibi vocem quandam interiorem clare audire viſus eſt, vt poſt ipſe retulit, quæ diceret: vxorem ſi diutius ſupereſſe vis, arbitratu tuo fiat. At tibi non expedit. Qua re turbatus minime dubitauit, Dei vocem eſſe, parendum itaque: tacite enim redargui quod, quid peteret, ignoraret. Rurſus vero in lachrymas ijt, hiſce vocibus admiſſis: Domine Deus, vnde hoc mihi, vt arbitratui committas meo, quod in tua ſolius eſt poteſtate? mea permagni refert tuam ſequi in omnibus voluntatem. Quis enim te, nouit rectius, quid è re mea ſit? tua itaque voluntas fiat, nec de vxore ſolum, ſed de liberis etiam ſtatuas ſupplex oro. Obſeruatum vero eſt poſt has preces ad deſperationem laborare coniugem cœpiſſe, morboque aucto non ita diu poſt, animam ſalutis auctori reddidiſſe. Tanti eſt Deo vel ſemel inter orandum ſe totum condonaſſe. Conſignatiſſimè hoc certe explicat S. Auguſtinus Tomo 8. in Pſal. 85. his verbis: *Quid eſt quod dicit multis locis ſcriptura, quia inuocabunt*

Alphonſ. Salmeron.

S. Macar.

S. Franciſ. Borgias.

S. Auguſt.

A *& non exaudiam eos. Certe miſericors omnibus inuocantibus ſe. Inuocant illi, ſed non Deum. Inuocas, quidquid amas: inuocas quidquid in te vocas: inuocare, quidquid vis, vt veniat ad te. Porro ſi Deum propterea inuocas, vt veniat ad te pecunia, vt veniat ad te hæreditas, vt veniat ad te ſæcularis dignitas, illa inuocas, quæ vis vt veniant ad te: ſed Deum tibi adiutorem ponis cupiditatum, non exauditorem deſideriorum. Deus bonus ſi det quod vis. Quid, ſi male vis? nonne erit tibi magis quam dando miſericors? Porro ſi non dederit, iam nihil tibi Deus eſt, & dicis: quantum rogaui, quam ſæpe rogaui, & non ſum exauditus. Quid enim petebas? forte mortem inimici tui. Quid, ſi & ille petebat tuam? qui te creauit, ipſe & illum: homo es, homo eſt & ille, Deus autem Iudex eſt: audit ambos,* B *ſed non exaudit ambos. Triſtis es quia non es exauditus contra illum: gaude quia ille non eſt exauditus contra te. Ego, inquis, non hoc petebam, non inimici mei petebam mortem, ſed vitam petebam filij mei. Quid mali petebam? Nil mali petebas, ſicut tu ſentiebas. Nam quid ſi ille raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum illius. Sed peccator, inquis, erat: & ideo volebam eum viuere vt corrigeretur. Tu volebas eum viuere vt melior eſſet. Quid ſi Deus nouerat, ſi viueret, peiorem futurum? Vnde ergo noſti quid illi prodeſſet mori, an viuere? Si ergo non noſti, redi ad cor tuum, dimitte Deo conſilium ſuum. Quid ergo, inquis, faciam? quid orem! quid ores? quod te docuit Dominus quod te docuit cæleſtis Magiſter: non quod ego, ſed quod tu:* Quo teſte S. Leone ſer. 5. de Paſſ. demonſtra- C tum eſt *Quid poſsit à trepidante orari, & quid non debeat à medente concedi.* Intellexerat id Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus, vt ſcribit Didacus de Yepes Epiſc. Taraſonenſ. qui illi à ſacris confeſſionibus erat, cum enim ſibi ante mortem ea prælegi iuſſiſſet quæ Bloſius Abbas de ſolatio ex Chriſti paſſione hauriendo conſcripſit, tantum internæ dulcedinis ſenſum ad ea verba *Pater, non mea voluntas, ſed tua fiat,* percepit, vt ea, audeo dicere plus millies repetiuerit, cõtinuis conformationis ſuæ cum diuina voluntate actibus inſiſtens. Quibus adeo firmari ſibi cor ſenſit, vt ad eum apicem pertingeret, quo mortem ſuapte natura formidabilem, ſummis votis appeteret, ſi nempe ita diuino ar- D bitrio ſtaret.

Philoſophiam hanc quoque ab ipſo Chriſto, didicit S. Gertrudis, cum enim petijſſet à Domino quomodo paſſionem eius laudabiliter poſſet recolere? reſpondit Dominus, vt ſcilicet reuolueret ſæpius cum gratitudine & compaſſione anxiëtatem illam, qua ipſe Creator & Dominus in agonia conſtitutus prolixius orauit, & præ nimia vehementia anxietatis, deſiderij & amoris ſanguineo ſudore faciem terræ irrigauit, & omnia opera ſua, omniaque circa ſe agenda ipſi commendaret in vnione ſubiectionis illius, qua ipſe eadem ratione dixit ad patrem, *Pater non mea, ſed tua voluntas fiat,* & ſic omnia proſpera & aduerſa ſuſciperet in illo

amore

amore quo ipſe omnia mittit ad ſalutem. lib. 4. Inſinuat. cap. 22.

Quinta Virtus ex hac Chriſti Oratione proſiliens, conſtantia eſt. *Et factus in Agonia prolixius hoc eſt extenſius & intenſius orabat*, tribus circiter horis vt quorundam fert opinio. Et tertio quidem eandem orationem iterauit, *Tertiò*, inquit, S. Auguſtin. *propter trinam negationem Petri*. Nos ſi voti pro libito compotes non reddimur, ne ſecundo quidem orationem repetimus. Nulli autem dubium eſſe poteſt, quin omnis illa Domini agonia noſtri cauſſa, non ipſius ſuſcepta ſit, ipſe enim ſemper ac ſtatim exaudiebatur à Patre, quod vero hic ad agonem vſque inſtiterit, indicat eum velut cum Patre certamen iniuiſſe, abnuebat iſte, inſtabat hic, zelo iuſtitiæ inflammabatur iſte, hic vero rationibus multis miſericordiam vrgebat, ſemel, iterum ac tertio eundem ſermonem retexens & prolixius orans, ne vel tædio nos exercitium illud diffugere vel moleſtia contingeret aliquando declinare, *Virtutis* namque *pondus*, vt ait S. Gregor. 9. Moral. c. 21. *non habet Oratio quam perſeuerantia continui amoris non tenet*. Perſuaderi ſiquidem vult Deus & fideliſſima velut precum perſeuerantia cogi, quod magnum illum Edeſſenæ Eccleſiæ Phoſphorum S. inquam Ephremum notaſſe accepimus, cum dixit *præcipuum Satanæ opus eſſe vt cogitationes Orantis in infinita iaculetur, nec ſinat hominem in ea perſiſtere poſtulatione quam impetrare contendit*: Nouit quippe, quod ſi perſeueret deprecans exaudiet eum, qui fecit illum, aut dando, vt ait S. Bernard. quod petitur; aut quod nouit eſſe vtilius, negando: hinc omnem in partem tortuoſus ille coluber gyrare ſe aſſolet, vt ab ea, quam cœpimus, prece, victi fugatique diſcedamus, quod vel in Corbeiacenſi Leonardo teſtatiſſimum videre licet, cui dum prolixius oranti ſerpentem in ſinum mittit, ille vero contrà non expaueſcere, ſed immobilis perſiſtere, donec precandi finem ſine interruptione feciſſet, hoc tandem proſphonemate in fugam dedit: quid tibi hic vis? ſi quid licentiæ accepiſti, exſere. At fugit, nihilque omnino damni, noxæque irrogauit.

S. Gregor. — S. Ephrem. — S. Bernard. — Leonard. Corbei.

Pluſculum in noſtro Bernardo Cantabro, de quo Sacchinus 2. p. l. 1. n. 139. licere ſibi ratus, ſæpe forma colubri per collare ad nudum orantis corpus, lubricus ſe inſinuans, totum gelido ſuo attactu pertentabat, quo tamen ille nequidquam motus nec orationem intermittebat, nec locum mutabat. Amplius in S. Dominicum Calarogitanum ſanctiſſimi ordinis Patriarcham moliri viſus eſt dum prolixiori eius per noctem inſidians orationi, de templi fornice ſaxum ingens deiecit, quod veſtem eius radens magno fragore in terram allidebatur, caſſo tamen vtrîtoque conatu, viri conſtantia, vt credere par eſt, qua ne latum quidem vnguem loco ceſſerat, nec verbo precem diminuerat, inimici vires confringente.

Bernardus, Cantaber. Sacchinus. — S. Domin.

Hoc melliſluus Doctor Bernardus cariſſimæ ſorori humbelinæ conſultum dixerim, an præceptum voluit dum ita ad eam ſcripſiſſe legitur cap. 49. *Soror dilecta ora indeſinenter, ora iugiter, precare Deum diebus ac noctibus, oratio ſit ſine ceſſatione, oratio ſit frequens, oratio de ore tuo non cadat, inſiſte orationi, ſurge in nocte ad precem, pernocta in oratione, rurſus ora*. Totis id medullis hauſerat Iſidorus Madritenſis, ſanctus Agricola, qui dum ſub miſſæ ſacrificio præcibus inſiſtit, nuntium accipit lupum equos inuadere, & præſens, ni citus accurrat, exitium moliri. Quid Iſidorus? inchoatas preces proſequitur, donec ſacro miſſæ officio rite abſoluto ipſe penſum ſuum abſoluiſſet, quo finito, ad equos viſens, lupum iuxta eos emortuum reperit iacere: vſque adeo verum ille pronuntiauit, qui dixit: *Feliciter perorat, qui in oratione perſeuerat*.

S. Bernard. — S. Iſidorus.

Sexta denique Orationis Chriſti conditio Mortificatio eſt. Repræſentat hanc ſudor ille ſanguineus, docent lachrymæ tanta copia atque affluentia foras vndique prorumpentes: Nubes ſiquidem illæ timoris ac triſtitiæ quæ hactenus diuinæ ſerenitatem frontis, animique turbarant, hucuſque ſolutæ in lachrymas, impendentis mortis gelu amplius concretæ, imbrem ſanguinis perrupto corpore, nouo miraculo profuderunt: ſcilicet è peccatorum noſtrorum cœno, tormentorum vndis excitatæ nubes, non niſi prodigioſè poterant depluiſſe. Ita piiſſimæ Agathæ à Cruce in eo raptu, qui tenuit ad XXIV. horas, nempè à veſpere cœnæ Domini, vſque ad veſperum Paraſceues, reuelatum eſt, Chriſtum à prima oratione in horto immaduiſſe ſudore frigido, ceu ſolent moribundi, quo terra ipſa irrigata fuit. Tum vero in poſtrema ſanguinem per eoſdem poros exſudaſſe: & huius quidem ſudoris ſcribit hugo Carthuſianus guttas ad 97305 aſcendiſſe. Sed præterquam quod hoc ſine ſolido fundamento dicatur, ratio grumorum catenæ in modum inter ſe connexorum calculum iſtum eludit. Quod ſi in ſtillas cogitatione reſoluas, non iam ſex millia, ſed plures myriadas reperies. O ſudorem non tam copioſum, quam pretioſum! Amorem patiendi inauditum! vt bene dicere potuerit Hildebertus: *Sanguineus ſudor Crux fuit ante Crucem*.

Agatha à Cruce. — Hugo Carth. — Hildebert.

fortitan ex reuelatione Angeli qui guttas distinguere facile potuit.

Et audiendus hic nobis Simon de Caſſia: mens mea, inquit, ſemetipſam cogit inquirere, ſed non poteſt; tamen ſcire peroptat, an orarit prolixius, quia ſanguis exibat, an ſanguis effluxerit è corpore, quia prolixius & vehementius orabat? Eratne ſanguis defluens orationis acceſio, an oratio ſanguinem ſic cauſabat?

Simon de Caſſia.

Non dico quod volo, quia tantum non capio: tamen dico quod ſentio, quia anima profundiſſimè Deum orans, corpore vt ſuo inſtrumento vtebatur ad ſigna, & ad figuras & ad oſtenſiones eorum, quæ in anima ſua diuinitus & hu-

Digitized by Google

& humanitus in redemtionem humani generis agebantur. In virtute amoris & paſſionibus corporis perſeuerantiam docebat, vt vſque ad ſanguinis effuſionem à voluntate diuina nullatenus recedamus. lib. 13. de paſſ.

Atque ita *Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Vbi notandum globos ſanguinis ſudaſſe Chriſtum, vt patet ex græco, pyta, vel quia Chriſti ſanguis pretium erat, ideo nummi figura rotunda; vel quia mundum ille ſanguis redempturus, & plures poſſet redimere, ſi eſſent; mundi autem globoſa figura eſt; vel quia velox ad redimendum, ideo globi decurrentes in terram dicuntur, eſt autem globoſa figura ad motum prona. Addit S. Auguſtinus in Pſal. 140. Hos globos ſanguinis de toto corpore eius diſtillaſſe, igitur, vt bene ponderat Ioan. Bap. Maſculus noſter ex oculis, auribus, pectore, latere &c. vt totum corpus noſtrũ ac ſenſus ſanctificaret. Dixit olim de magno fletu antiquus poëta, ſanguis erant lachrymæ; hic autem non inpropriè, aut hyperbolicè, vt Theophylacto quondam & Euthymio placuiſſe videtur, ſed verè ac propriè; in vehementi ſiquidem angore naturaliter hominem poſſe ſanguinem ſudare, auctor eſt Ariſtoteles lib. 3. de hiſt. animal. c. 19. præſertim ſi delicato ac poroſo corpore præditus ſit; qualem fuiſſe Chriſtum indubitatum eſt, nam cum ſudor nihil aliud ſit, quam ſerum, ſiue pars aquoſa ſanguinis, nihil mirum, ſi cum eo ſubtilior ſanguis ex magna profluens anxietate, excernatur. Ita namque ſcribit Ioannes noſter Maldonatus in cap. 26. Matth. hominem viribus ac robore pollentem, audita in ſe capitali ſententia, ſic metu ac dolore exanimatum, vt ſanguinei ſudoris guttæ, vnà cum aqueis in eius vultu apparerent; quod & alter Ioannes nempe Soarius Epiſcop. Conimbricenſis tractatu 225 in Ioan. viſus eſt confirmare, dum feminam ſcribit mariti mortem vſque ad ſanguineas lachrymas proſecutam, quædam, inquit, matrona in hoc regno tot effudit lachrymas orbata viri ſui coniugio, vt deficiente humore ſanguinem per oculos eijceret. Angor ſiquidem inflammat & extenuat ſanguinem, poroſque aperit, atque ita eundem per illos excludit, maxime ſi iam exſudarit omnem propriam ſudoris materiam, quod hic accidiſſe Caietanus arbitratur: quamuis non ex angore ſolum, ſed & magis ex actu fortitudinis heroicæ angori reſiſtentis naturaliter ſecutum fuiſſe hoc ſanguinis profluuium rear, tum vt doloris acerbitatem tum vero vehementiam amoris oſtenderet, atque vnà in nobis ſpem, amorem, ſuique accenderet imitationem; neque enim ſolum tormentorum cogitationem adeo acrem fuiſſe crediderim ad exterrendum, vt ea ſola Chriſtum, id eſt, fortitudinem Dei, beatorum ſpirituum lætitiam, ſpem omnium rerum creatarum in pauorem inducerent, in tædium,

Ioan. Soarius.

Caietanus.

A ac mœrorem præcipitarent. Dicite vos membra Chriſti mei ſanctiſſima quoniam triſte ſuſcepiſtis oculorum officium, quid illud eſt quod lachrymatione ſanguinea lamentamini? non certè lanienam veſtrã vltro vobis prius expetitam, nec tormentorum acerbitatem animo præceptam, ſed amoris vehementiam rear, cui non vna, ſed varia cupiebat à ſe morte eſſe litatum. Vnde S. Bernardus ſer. 3. in Dom. palm. *Ibi quidem*, inquit, *non ſolis oculis, ſed quaſi membris omnibus fleuiſſe videtur, vt totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, totius lachrymis corporis purgaretur:* Incredibilis namque Chriſti, amor aqueis haudquaquam expletus oculorum lachrymis, ſanguineo voluit totius corporis fletu inter orandum pec-

B cata noſtra expiare, quem hugo Carthuſianus lachrymis 62200 ſtetiſſe affirmat. Præterire hic nequeo piam Pariſienſis Cancellarij tom. 2. lib. de paſſ. Chriſti, commentationem, qua ſcribit Chriſtum audito Iudæ, militumque acceſſu, delectatum adeo fuiſſe, vt præ lætitiæ exuberantia ſanguis eius primum in venis commoueri, ſalire, tripudiare: tum vero foras ſeſe per vim proripere, erumpere cœperit & exultare. *Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Quod ſi verum eſt, non iam vna, ſed duplici, timoris ſcilicet & amoris ſcaturigine fons ille viuus erupit.

C Ô nouas Amoris illecebras! ô nuſquam audita patibulandi hominis gaudia magis opportuna! tot quaſi labijs Cruci arridentis, quot circumquaque effuſus aperuit venas cruor! Decurre, decurre, ô ſanguis profuſius in terram, vt hoc quaſi onere leuatus Dominus, expeditior aduolet; neſcio an dixerim in occurſum proditoris, an in complexum Crucis. Certe recta itur ad Crucem, vbi in itinere Iudas inuenitur.

Sacer cruor & omni clamore vocalior ad filios Adæ potenter commouendos! Sed ó! Cor humanum adamante durius, dum puriſſimi Agni ſanguine non emolleſcis! vt aſperum ſis & indocile, neque te in hiſtoriam alieni doloris poſſis formare; ſaltem amans tui cede tandem

D tuis malis, quorum ſi obiecta imago acerrima, quemadmodum ſigillum calens molliſſimam ceram imprimit, ſic eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: eorundem acerba recordatio non imprimet in tuo corde lachrymabilem ſpeciem ſui? aut quæ ſanguinem elicuit ab innocenti corpore, non exprimet à fontibus oculis lachrymas, aquas nimirum ad lapideum cor emolliendum, diuiniſque exercitijs adaptandum. Macra ſiquidem atque exſucca nimis illa oratio eſt, quam fletus aut ſanguis, hic de ſupernis, ille vero de infernis affluens non humectat. Verum quidem eſt, vt Aſcetarum Principes tradunt, donum hoc eſſe gratuitum nec omnibus ex facili ſolere concedi: non tamen propterea deſiſtendum ex parte noſtra, quin eiuſmodi conſiderationes, affo-

ctus

Digitized by Google

ctus & ſtudia afferamus, ex quibus irriguum iſtud gratioſe prouocemus, quod egiſſe & ſtrenuè quidem atque feruenter omnes illos in confeſſo eſt, quos hac in parte eximios colimus & veneramur, in quibus principatum, iure ſibi vindicat S. Franciſcus Aſſiſias, quem inter orandum non lachrymas tantum, ſed & ſanguinem profundere ſolitum ſcribit in apparatu ad Ordinis ſui Annales Lucas Wadingus nobilis hiſtoricus §.29. ita enim inquiens, rubebant oculi, vt omnino ſanguis appareret.

S. Franciſc. — *Lucas VVading.*

B. Lyduin. De B. Lyduina Virgine Scheidamenſi ſcribit Ioannes Brughmannus, inter orandum tantos ab oculis ſoliam lachrymarum riuos effundere, vt ijs deficientibus guttas ſanguineas, quas apud familiares appellabat Roſas ſuas, profunderet, ex quibus præfatus Brughmannus nonnullas vidiſſe ſe ſcribit, earumque miram fuiſſe fragrantiam teſtatur. *S. Lutgard.* S. Lutgardem vero refert vitæ auctor l.2.c.19. dum circa Chriſti patientis cruciatus occupata ferientius orationi inſiſteret, toto corpore ſanguinem ſudaſſe, quo velut etiamnum recẽti in manibus, facie, ac cincinnis, quaſi guttis nocturnis aſperſam à ſacerdote viſam eſſe ait, qui & capillum cruentum reſecuit, quem tamen, illâ ab extaſi reuertente, ad colorem natiuum rediuiſſe inuenit.

B. Maria OignIac. B. Maria d'Ognies, Niuellis in Brabantia gallica oriunda, conſpectâ quacumque Chriſti patientis effigie, profuſis lachrymis, etiam viam, qua gradiebatur, humectabat.

B. Stephan. Soncinas. B. Stephanam Soncinatem his lubens adiungo, quam inter meditandum ſuper exceſſis, quem ſponſus compleuit in Hieruſalem, adeo lachrymari ſolitam legimus, vt pauimentum non duorum oculorum fletibus, ſed fontium riuulis inundatum videretur.

B. Clara. De B. vero Clara de monte Falchio ſcribit Cornelius Curtius vſque adeo Chriſti patientis cruciatibus compati ſolitam, vt lachrymas ſæpenumero erumpentes in modum imbris depluerent, & totum in quo genuflexa procumbebat, pauimentum largo fletu humectaret. Porro in hoc æſtu lachrymarum Deum aliquando orauit, vt tormentorum ſuorum viuam ei imaginem manifeſtò oſtenderet, nec pio ſanctoque deſiderio fruſtrata fuit: Chriſtus enim illi omnia quaſi in tabula graphice depicta, ſingulari quodam priuilegio ad oculum videnda obiecit. Neque id ſatis: vocem præterea audiuit loquentis in hæc verba: quid antiquius tibi eſſe queat, ô Clara, quam vt pœnis meis adſis, non modo vt particeps, verum etiam ſpectatrix & præſens. Quæ vox ita aures, animumque virginis affecit, vt mira quadam pœnarum eius deinceps communione gauderet.

B. Margar. Sed neque Margaritam Sulmonenſem abeſſe hinc patitur Lucas Wadingus qui tomo 4. Annalium Minorum ad Annum Chriſti 1395 hanc ſcribit tam vberes in oratione lachrymas fundere conſueuiſſe, vt earum non paucæ, dum virguncula immobilis in oratione perſiſteret, in manus eius cadentes congelatæ, totidem vniones aut gemmas referrent. *Alphonſ. Rodrig.* Sed quid de Alphonſo noſtro Rodrigues rerum temporalium adiutore diximus? quem inter orandum tanto dolore ac lachrymis immaduiſſe accepimus, vt teſte Ludouico Ianino, propemodum rumperetur, de eo namque præfatus auctor memoriæ traditum refert, dum nouum vitæ genus parturiens, nocte quadam feruentius oraret, precanti adſtitiſſe Chriſtum, duodecim cælitibus comitatum, de quibus cùm vnus (erat is Seraphicus Franciſcus) ex eo quæſiuiſſet, cur tantum in oratione ploraret, ipſum altè ſuſpirando, qui poſſim, reſpondiſſe, tenere lachrymas, conſcius Dei mei toties à me grauiter offenſi, cum leues etiam in eum noxæ, protenſo ad obitum luctu non ſatis expientur. Et certe ſi illæ Chriſtum in gethſemaneo viridario ad fletum ac lachrymas ad ſanguineum ſudorem deduxerint; quid mirum ſi nos, quos propius contingunt, ad vtrumque, dum pro eis apud Deum intercedimus, compellant. Norat id, clareque perſpexerat præfatus Alphonſus, quare ad vitæ nouitatem aſpirans, lachrymarum fontibus, blando illo nimis ac molli nequaquam contentus elemento, actiore opus eſſe arbitratus, ſanguinis balneum adiunxit, dum nouis de ſe ſupplicijs ſumendis exercitus, ſuam vtroque ex capite Orationem irrigauit.

Atque hæc Chriſti Domini ac magiſtri noſtri Oratio fuit, verum exaudita ne illa fuit, an vero à Cæleſti Patre repulſa?

Non exaudiri non potuiſſe eum pro comperto eſt, cui ſola atque vnica æterni Patris voluntas in deſiderio erat; de qua, miſſo nominatim Angelo, plenius edoctus, iamque animo ſuo abunde ſatiſfactum intelligens, magna animi fortitudine ac quiete ab Oratione ſurrexit, ſeque ad amarum Paſſionis calicem generoſe ebibendum accinxit.

S. Cathar. Senenſ. Eſt tamen & alius quidem modus ac formula, qua poſtulati ſui conceſſum ac condonationem Dei filius inuenit, quam S. Catharina Senenſis veriſſima æui ſui gemma, cæleſti quodam influxu accepit, cum ſcilicet Chriſtus ex ingenti patiendi deſiderio, quo humani generis redemptionem ſitiebat, ab æterno Patre petijſſet, vt ſi fieri id poſſet, celerrimè perficeretur, atque ocyus calix ille tranſiret, in eo prorſus exauditum fuiſſe; Paucis enim horis vniuerſa paſſio finita fuit. Ita voluntatem timentium, addo & amantium ſe, facere beneuolè ſolet Deus.

Dicta hactenus prudenti ac docto Bomplati noſtri Elogio obſigno, quod memori mente, ſi quod aliud, nouus homo recondat:

Angelis diſce

Ignotum Angelis myſterium

Præ-

Procidit ſuper terram Dei filius
Vt cælum ſuſtineat.
Non niſi cadente Dei prole
Stat domus Dei.
Sanguine ſudat vultus Dei;
Vt in ſudore vultus ſui
Veſcatur pane ſuo Deus.
Panis Dei, voluntas Dei eſt.
Diſce tu quoque mortalis
Ignotum mortalibus documentum.
Voluptatis pœna ſanguis eſt:
Niſi peccaſſet
In horto voluptatis homo,
Non funderet ſanguinem
In horto Gethſemani Deus.

Et vere ita eſt. Tradunt naturalium rerum ſcriptores ſerpentis quoddam peſtiferi genus eſſe, cui nomen hæmorrhois, à quo quiſquis tangitur, non ſolum per vulnus inflictum, aliaſque conſuetas vias: ſed per inſolita omnino loca, aures nimirum, oculorum angulos; dentium gingiuas, vnguium radices, demum per omnes corporis poros, atque meatus, ſanguinis profluuio laborat, quod & Lucanus lib. 9. de bello Pharſal. His verſibus expreſſit: — Lucanus.

Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo,
Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycij preſſura croci: ſic omnia membra
Emisêre ſimul rutilum pro ſanguine virus.
Sanguis erant lachrymæ: quæcunque foramina nouit
C *Humor: ab his largus manat cruor: ora redundant*
Et patulæ nares: ſudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt venis: totum eſt pro vulnere corpus.

Et quis, Sodes, ille ſerpens eſt? niſi is qui peſtifero ſuo afflatu Euam ex matre viuentium fecit morientium matrem: & peſtiferũ hocce virus eſt, quod ſecundus hic noſter Adam exſudat.

Sed & aliò mentis noſtræ oculos cum illo aduertere neceſſe eſt: *Orans cum ſudore ſanguineo*, inquit S. Auguſtinus in pſal. 93. *Ieſus Chriſtus ſignificabat, de toto corpore, quod eſt Eccleſia, emanaturas Martyrum paſſiones: quas ille ſcilicet, tanquam caput in membris ſuis præſentiebat, ſuum quidem vltro ipſe profundebat, ſuorum autem militum ſanguinem fundi tenerrimè commiſerabatur.* — S. Auguſt.

D Neſcio quo pacto filium Mater, vt olim ſæpius, ita & modo, vel in imagine imitata ſit: Annus agebatur à ſalute condita milleſimus ſexcenteſimus tertius, quo Sichemienſi in agro, tractu Collis aſperi, Magnæ Virginis Mariæ imago clarere miraculis cœperat, venerant autem Sichemium è magiſtratibus pagorum adiacentium negotij publici cauſa, eoque peracto domum quiſque redituri ad ſacrum tamen locum religionis & orationis cauſa diuertunt. Quinque erant: atque ij dum corpore flexo orant, vnus intentior in Diuam, guttam ſanguinis, floride purpurantem in labro eius videt. Hæret, ambigit, accedit, & audet manu tangere & digitis primoribus abſtergere. Attonitus

A oſtendit proximis, pariter mirantibus: atque ecce alia eodem loci gutta ſe oſtendit, & ab alio detergetur. Fit tertium, fit quartum, quam primus ille candido linteo exceptam omnibus exhibuit, veri ſanguinis colore & facie: manſitque & in poſterum diem denarij nummi modulo diffuſa, ſed diutius rubens. Circumſpicere ijs cura fuit ſacelli tectum, & num perplueret, nequis humor forte delapſus feſelliſſet. Nihil fuit: ne ipſa quidem ſtatua colore vllo nouo tincta iam pridem, ſed quidquid, & quaqua cauſa hoc fuit, vi cæleſti ex arido ligno ſtillauit. Ita Iuſtus Lipſius. Et pergit:

Quid ſigni tamen hoc fuiſſe dicam?
B *An ſudas, Dea, ſanguinem hoc in æuo,*
Quo ſanguis male funditur: dolorem
Et ſic exprimis? an magis cruenta,
Siſtis bella, tuiſque gutta labris
Vt deterſa fuit, ſic & madenti
Huic fiet patria? ô benigna fiat:
Et iuua precibus, Deumque placa.

Felix augurium, nec ab eo, quod ante filius tulerat, diuerſum! Ita Mater filium æmulatur: beatos nos ſi vtriuſque profluuio proficiamus; ac veterem hominem expurgemus: *Non enim*, vt bene aduertit Bernard. ſerm. 3. in Ram. pal. *ſolis oculis, ſed quaſi omnibus membris fleuiſſe videtur, vt totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, totius lachrymis corporis purgaretur.* Olim ad pauculas lachrymas, quas in Lazari funere profudit exclamarunt Iudæi: *Ecce quomodo amabat eum.* Quid par eſt nos modo ſentire & dicere aliud ad tot lachrymas, quas toto è corpore ſanguineas profudit, quarum, quot ſtillas, tot amoris teſtes habemus, quibus animarum noſtrarum ſalutem complexus eſt, quam ecce quomodo diligebat eas! ſanguine opus pro ſanguine. — S. Bernar. — Ioan. 11. 36.

CAPVT SEXTVM.

Dum ab amico Iuda, eoque diſcipulo Chriſtus Iudæis atque Romanis oſculo traditur, Ingens boni hominis Cautela.

D A filijs tuis caue & à domeſticis tuis attende. *Eccli.* 32.

Inimici hominis domeſtici eius. *Matth.* 10. 36.

IAm finem ſpectabat Oratio, cum adeſt interea monſtroſæ impietatis anteſignanus Iudas, mercator perditiſſimus, cum ſacrilego emptorum grege, & amoris ſyngrapho, nempe oſculo, proditionis impiæ mercaturam inſtituit: *Sciebat* vtique *locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis*: accepta itaque cohorte inauditum perfidiæ caput greſſum accelerat, ne forte populus Ieſu fauens, qui plurimus hoc tempore Hieroſolymam venerat, cum — Ioan. 18. 2.

aut capi prohibeat, aut vinctum ſoluat. Cohors autem, vt annotat Auguſtinus non Iudæorum, ſed militum erat Romanorum à Præſide accepta, ad reum legitimæ poteſtatis obtentu ſecure circumueniendum: & quia nox erat, lumen attulit peſſimus ſatanæ laternarius Iudas, licet enim plenilunium eſſet, ita vt nocte tota ſplendere luna potuerit, tamen quo certius & Ieſum cognoſcere & ſi forte in latebras ſe abderet, aut inter alios occultaret, noluit lumen comitatui deeſſe. Dederat autem eis nefandus traditor, antequam eo ventum eſſet, ſignum mutum illud, oſculum ſcilicet, dicens: *Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum*, obſeruate eum, quem ego oſculaturus ſum, ipſe eſt quem quæritis, quemque me vobis traditurum promiſi, B comprehendite, tenete & abducite circumſpectè, ne manibus veſtris elabatur. Malignè, vtique, teſte Origene, in Matth. dixit id Iudas, tamquam ſi diceret, niſi diligenter eum tenentes abduxeritis, cum voluerit, effugiet vos. Et oſculum quidem vice ſigni dediſſe voluit, tum vt eo noviſſe Ieſum poſſent. Romani ſiquidem milites, quorum hic potior pars erat, facie vix eum agnouerant & facile ex diſcipulis aliquem pro Ieſu comprehendiſſent, præſertim cum vnus ex eis, Iacobus ſcilicet Alphæi, ſimillimus magiſtro foret: tum vero ne primus irruere & manus violentas magiſtro inijcere videretur; idque duplici ex cauſſa, vnâ, quam Origenes affert, quod metueret ne, ſi manifeſtum ſe aduerſarium ac proditorem magiſtri oſtenderet, ipſi cauſſa euaſionis fieret: alterâ quam tradit S. Hieronymus, quod videri nollet, eo impudentiæ perueniſſe, vt palam ſe vnum ex hoſtibus profiteretur: conuenientiſſimum autem in hunc finem oſculum eſſe iudicauit, quo diſcipuli Ieſum vel nouo aduentu ex via, vel magno aliquo incidente negotio iuxta gentis conſuetudinem ſalutabant. Admiſit vero benigniſſimus Dominus oſculum ſibi ab eo porrigi, nec faciem alienus auertit imo vt B. Birgitta teſtatur cum breuioris ſtaturæ Iudas eſſet, Chriſtus ſe ad oſculum illius excipiendum inclinauit, duplicem ſcilicet teſte S. Ambroſio ob cauſſam, prima eſt, ne refugere proditionem videretur: D altera vt ipſum proditorem magis afficiens certius ad pœnitentiam commoueret, cui ſolita amoris officia non negaret: ſed ô! quanta id maiore beneuolentiâ, amoreque ſuſceptum, tanto nequiore fraude probroque irrogatum eſt. *Signum ſacrilegum, fugiendum placitum*, exclamat Auguſtinus, *vbi ab oſculo incipitur bellum, & per pacis indicium pacis rumpitur Sacramentum*. Execrata ſane tantopere eſt oſculi huius atrocitatem priſca Eccleſia, vt cum fideles præſtituto ſacrificij tempore, & alibi quoque ſalutare inuicem in oſculo ſancto conſueuiſſent, per illud tamen tempus, quo Dominica paſſio recolebatur (Paſcha appellat Tertullianus lib. de orat. c. 14.) iam,

S. Auguſt. — Matth. 26. 48. — Origen. — Origen. — S. Hieron. — Lib. 4. Reuel. c. 66. S. Birgitta. — S. Ambroſ. — S. Auguſt. — Tertull.

R. P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

A oſculo abſtinerent, oſculi Iudæ atrocitatem deteſtati. Ita Berno Angrenſis lib. de rebus ad miſſam ſpectantibus cap. 7. & Hugo Victorinus lib. 3. de offic. c. 18.

Berno. — Hugo Victorin.

Oſculum itaque impuriſſimis labris expreſſum, Chriſtus qua erat vel in deterrimos facilitate, non eſt auerſatus, ſed blanda quadam interrogatione monſtrum compellans, *Iuda*, inquit, *oſculo filium hominis tradis?* Hoc eſt, amoris pignore vulnus infligis & charitatis officio ſanguinem fundis? ac pacis inſtrumento mortem irrogas, ſeruus Dominum, diſcipulus prodis magiſtrum? Mirandum quod in ſimili, quamuis abſimile, nuper Venetorum reſpublica ſtratagema ſpectauit, vſque adeo enim oſculis humana B ſolet nequitia abuti: Fratres erant germani quatuor, è quibus vnus ob admiſſum facinus à Senatu capitis damnatus: dicta iam erat decretoria dies infami ſupplicio notanda: & hinc quà pudore, quà dolore, quà etiam amore anxij fratres verterunt ſe partes in omnes, vt præſenti pœna, ferroque imminente fratris caput eriperent: adhibiti qui ad Iudicem venirent ſupplices, qui miſericordiam implorarent; ſtetit tamen ille pro Iuſtitia, nec vlla ratione flecti ſe paſſus fuit. Quid igitur? cum incaſſum tentata eſſent omnia, è fratribus vni in mentem id venit, vt ſi minus fratrem ab eo mortis genere liberare poſſet, liberaret certe ab ignominia, quæ illi comes eſſe ſolet. Itaque inito conſilio id ſal- C tem à Senatu impetrauit, vt ſibi vnà cum duobus alijs fratribus, captiuo fratri extremum liceret valedicere. Datum illud, & quidem beneuole: ſic in ergaſtulum admiſſi, per ſuas quique vices in fratris amplexus & oſcula proruunt, non ſine adſtantium ſenſu & lacrymis: ſed ô ingenioſa neceſſitas! ô amor! ô dolor! ô pudor! quid non audes? quid non potes? natu minimus dum in amantiſſimi fratris brachia proruit, dum eum amplexatur, & arctius ſtringit, nucem plenam præſentiſſimo veneno (quam cum in finem in ore habebat) vnà cum oſculo fratris ori infudit: itaque illum eadem ipſa nocte è medio ſuſtulit, in ipſis ergaſtuli tenebris, ne die inſequenti in oculis & luce ampliſſimæ ciuitatis, D in deſtinatum ignominiæ, mortique theatrum educeretur, ferroque periret capite minutus. Ita peremiſſe ſcelus quidem fuit, ſed eo venia dignius, quod ab amore, dolore, pudore & inuentum ſit, & excuſum: at tuum illud facinus, ô ſceleſte! ô impie! ô perdite Iuda! nec gratiæ, nec excuſationi locum vllum inuenire vnquam poterit. Ecquid enim? ille fratrem è medio ſuſtulit, tu Dominum, qui tibi & pietate pater, & beneuolentia frater erat. Ille hominem, tu filium Dei. Ille fratrem occidit, ſed criminis iam conuictum & nocentem, tu vero hominem Deum, qui nec culpæ reus eſſe poterat, nec pœnæ, cuius hæc ad impios ſatellites & iniuſtitiæ crudelis adminiſtros fuit oratio: *Quem-*

Luc. 22. 48. — Iacob. Lobberius in tract. primo aſcet. cap. 4. — Matth. 26. 48.

cumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Tenete, inquit, ſed qua manu, quo vinculo? vtique immiti manu, duro, ferreo, immani vinculo. Melius profectò, ſatiuſque, ô militaris cohors, amica dextera tenuiſſes eum, & vinculis caritatis conſtrictum obligaſſes tibi; quod optimo ſeruatori gratum admodum fuiſſet; ita quippe cum tibi loquentem S. inducit Auguſtinus: S. Auguſt. ſerm. 132. de temp. *Vtinam ſciſti tenere me, quia ego deſcendi à perſequentibus te. Vtinam teneres me, & non perderes te!* Sed proh! dolor, tenes me & perdidiſti.

Edito itaque ſigno hoc atque indicio, ſtatim comprehenſura Chriſtum turba militum confluxit, ipſo Iuda, vt loquitur S. Leo, S. Leo. *Priuilegio perfidiæ, obtinente in facinore principatum.* Serm. 5. de paſſ. Quam autem res hæc dura triſtis ac probroſa Chriſto fuerit, non vno Dauidicæ pſalmodiæ loco, maxime vero pſal. 40. clariſſime datur intueri, vbi in eius perſona ita lamentatur propheta: Pſ. 40. 10. *Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem.* q. d. Multæ mihi ab inimicis ſtructæ inſidiæ, irrogatæ iniuriæ multæ, ſed quod ille, qui arctiſſima mecum familiaritate coniunctus, & cui fidebam ſummopere, atque ad menſæ meæ conſortium admiſeram, extulerit contra me calcaneum ſuum, ſupplantare ac perdere me conatus ſit, auctor ad perdendum me factus, maximo id dolore me conficit. Quæ verba de Iuda proditore intelligenda, omnium Patrum communis doctrina eſt, ſequentium Chriſtum ipſum qui locum iſtum de Iuda citauit Ioan. 13. 18. Ioan. 13. 18. his verbis, *Non de omnibus vobis dico; ego ſcio quos elegerim, ſed vt adimpleatur ſcriptura, qui manducat mecum panem meum, leuabit contra me calcaneum ſuum.* Velut diceret: non doleo Iudæos ex deprauata voluntate ſua me inuadere, ſed quod ingrati illi pedes hiſce manibus meis loti currant ad me tradendum, id me affligit, vritque non parum. Atque hæc pia Paſchaſij Abbatis in cap. 26. Matthæi meditatio eſt: *Domine,* inquit, *cur vocas peccatum calcanei; ſi Iudas ore te tradidit & oſculatus eſt? Hoc autem fuit, quia eiſdem pedibus, quos Chriſtus lauerat, & reuerenter receperat, cum eis Iudas ad tradendum iuerat.* Vbi notat quoque Maldonatus Maldonat. Chriſtum, non ſolum hoc teſtimonium ſibi accommodaſſe, ſignificando id ſibi euenturum, ſed etiam de ſe propriè dictum interpretari voluiſſe.

Atque iterum Pſalmo 54. Pſal. 54. 13. vbi in hæc verba grauiſſimæ huic iniuriæ Propheta regius prorumpit: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu,* Difficulter ſcilicet potuiſſe euitari.

Certe hic Iudam Ruffinus Ruffinus. *hominem* vocari docet ſecundum carnalitatem: *vnanimem* per ſimulationem: *ducem* per prædicationem: *notum* per fidem: *ſimul* fuiſſe per conuerſationem: *dulces* cepiſſe *cibos* tam corporales, quam ſpirituales. Hilarius vero ac Caſſiodorus aiunt dici S. Hilarius. Caſſiodor. *vnanimem*, quia Apoſtolus: *Ducem* quia miſſus ad vicos & caſtella vt prædicando futuri regni princeps eſſet: *Notum*, quia nouerat Iudas familiariter quæ fiebant & docebantur à Chriſto: *Dulces capientem cibos*, quoniam eodem conuiuio vſus, interfuerat cum vel aqua in vinum mutata, vel multiplicati panes: *Ambulantem in domo Dei cum conſenſu*, frequentando templum: vbi notanda pathetica reticentia, tu vero &c. nullo expreſſo verbo; vt maximum aliquod intelligatur. Fuiſſe olim memorant hiſtorici latronum quoddam genus impium ac ſceleſtum, quos *Philiſtas* aut *Philetas* appellabant antiqui. Hi viatores ementita amoris ſpecie, complexu & oſculo ſuo necabant. At enim Philetis illis atque latronibus crudelior Iudas fuit, vt qui Dominum ſuum ac magiſtrum oſculo vendidit quod omni æuo amoris ſymbolum habitum eſt, vnde apud Xenophontem eadem vox Φιλεῖσθαι & amare & oſculari ſignificat: quare crediderim ego vel hinc nihil accidere potuiſſe Chriſto ſiue ad infamiam grauius, ſiue ad ferendum moleſtius, quam eum quem ſingulari priuilegio in domeſticum, in Apoſtolum ſelegerat, latronum anteſignanum, ſuique magiſtri ſuſtinere proditorem. Si namque exercitatiſſimus ille Huſſitarum Regulus inter grauiſſimas calamitates, quas permittente Deo tolerauerat, deſeri à notis atque domeſticis tamquam præcipuũ ac palmarium numeret infortunium, *Noti*, inquiens, *mei, quaſi alieni receſſerunt à me*; Iob. 6. 13. quid exiſtimandum de Chriſto erit, qui non ſolum à ſuis ſe domeſticis & notis deſertum, ſed ab vno ex illis proditum, & ab altero breui nouerat forè denegandum. Si Dauidi Regum optimo luctuoſum fuit, audiuiſſe Achitophel arcani Concilij ſui principem, ad tantam à ſe prouectum dignitatem, cum rebelli filio ſuo Abſalom in patrem conſpiraſſe, eique duodecim hominum millia ad bellum parenti indicendum collegiſſe, ſeque horum omnium Ducem ac regni totius perturbatorem declaraſſe; quam graue Chriſto fuiſſe arbitrabimur videre ex Apoſtolis ſuis vnum arcani concilij aſſeſſorem, ad ſublimem illum Apoſtolici culminis apicem adſumptum, ſuiſque theſauris præpoſitum, aduerſus ſe cum rebellibus conſpiraſſe, ac ſigno dato, quo in patrem benigniſſimum irruerent, eumque in necem traherent acerbiſſimam, colluſiſſe. Magna ſanè, atque execranda feritas, etiam me iudice, fuiſſe debuit, ſimul & ingrati animi nota, nunquam ſatis eluenda, quam in Popilio Lenate omnis poſteritas intuebitur, Popilius. Cicero. qua ille in M. Tullium Ciceronem vſus eſt, dum ei, qui ſe parricidij accuſatum ſtrenuè defenderat, atque à morte liberarat,

tanti

tanti immemor beneficij vitam eripuit,cui ſuam A
debebat.

Maior ſanè atque atrocior perfidi proditoris
Iudæ inhumanitas, dixerim an bruta ſtupiditas,
qui tot auctus officijs, tot beneficijs cumulatus
poſteaquam patrem eius Chriſtus à lepra, ma-
trem à paralyſi curaſſet, cum vero nihil tale
commeritum Apoſtolorum collegio inſeruiſſet,
horum tamen omnium oblitus ab eius ſe ſchola
Simon de Caſſia. ſubduxit, calumnijs, teſte Simone de Caſſia, nec
paucis, nec leuibus onerauit, ac tandem illi vitam
ereptum iuit, cui ſuam, ſuorumque millenis
nominibus debitam non poterat ignorare: &
hæc medullitus non ſenſerit Chriſtus? certe,
vel maximè; neſcio enim quid doloris acerbi- B
tatiſque in eo exuberet, dum id quod prodeſſe
debere autumas, ſentis aduerſari; liquet apud
Trebel. Pollio. Trebellium Pollionem in milite, qui vnum de
triginta tyrannis interficiens, feriendo dixit;
Hoc gladio occumbe, quem tu ipſe tibi feciſti: Machæ-
ropæus enim antè fuerat, qui eo, quem in vſus
ſuos confecerat, cultro corruens duplici ſic vul-
Iulius Cæſar. nere exſpirauit. Notaſſe id crediderim Iulium
Cæſarem non parum; cui grauius nihil in vita
accidiſſe ferunt, quam dum ceteros inter con-
iuratos M. Brutum conſpicatus, & ceterorum
quidem ducem & anteſignanum, ab eo ſe vidit
tam atrociter vulnerari, à quo debuiſſet etiam
cum vitæ ſuæ diſcrimine defendi, vnde cygnea
quoque morientis vox *καὶ σὺ τέκνον*, & tu filij?
q.d. Et tu amicorum intime vitæ meæ prodi-
tor es? in Dominum, in patrem ſicam vibras?
quamuis illud non ad familiaritatem, aut bene-
ficentiam ſolum referant, ſed ad genus quoque,
atque proſapiam, quod Brutum credant ex Ser-
uilia & Cæſare fuiſſe conceptum, ſed vt vt fue-
rit, eodem res cadit, admirandum in modum
ex priore beneuolentia & fide dolorem exau-
Arbiter. Cant. 1.5. gens. *Qui enim ignotos lædit*, vt ait Arbiter, *latro
appellatur, qui amicos paullo minus quam parricida*,
vnde illa Sponſæ Canticor. 1. querimonia *Filij
matris meæ pugnauerunt contra me.* Filij matris
meæ communi ſanguine prognati, atque exin-
de diligere iuſſi, filij matris meæ eiſdem vberi-
bus alti, ideoque amori mutuo deuoti, & hi
me impetere, famam lacerare & vitam, res vna D
neutiquam ferenda. Et ita certè eſt, quod &
Dei populum Machabæorum tempore non le-
uiter vſſit, dum 1. Machab. 7. clamare compulit:
Fratres noſtri oderunt nos. Sed numquid aſperiore
aliquo verbo, infidelem Iudam Chriſtus exce-
pit. Nequaquam: quin & Amicum vocat: *A-
micè*, inquiens, *ad quid veniſti?* Quem non de-
liniuiſſet, quem non flexiſſet hæc vox, ait Chry-
ſoſt. quam beſtiam, quem Adamantem? Infeli-
cem tamen illum non flexit: flectet tamen vt
ſpero, hominem nouum, vt Domini manſue-
tudinem vel in ſumma iniuria imitetur. Tales
ſanè fuiſſe Aſcetas illos Ægyptios ſcribit Ruf-
finus lib. 2. cap. 3. cum monaſteria eorum poſt

A obitum S. Athanaſij, Lucius Arrianus Epiſcopus
armata manu inuaderet, hoſtium gladijs ceruì-
ces obiectabant, nihilque aliud mortem inten-
tanti militi dicebant quam hæc Chriſti verba:
Amice ad quid veniſti. Sic repellendus Iudas eſt.
Sed quonam is lucello ad fœdiſſimam hanc
proditionem impulſus eſt? eo ſcilicet quo ipſi
affectum pridem iniecerat philargyria, cum à
reculis, quas initio ſublegere cœperat, ſenſim
ad grandia furta delapſus eſt, ait enim Ruper- Rupertus. in Matth.
tus lib. 10. in Matthæum, Iudam ſolitum ſubri-
pere decimam partem eorum, quæ in loculis
habebat, vnde vult eum triginta illos argenteos
in proditionis ſuæ pretium petiuiſſe, quod ea
B ſumma decimam contineret trecentorum de-
nariorum, quibus venire potuerat vnguentum
nardi ſpicati, inter cœnandum in Bethania pio
mulieris ſtudio Chriſti capiti ac pedibus affu-
ſum: cuius pretium non ita diſperdi, ſed in lo-
culos recondi potuiſſe, atque etiam debuiſſe,
murmurans dixerat, captans illud ex proditione
lucrum, quod ſibi ante periiſſe egrè ferebat,
adeo, vt bene ſcribit S. Leo ſerm. 9. de paſſio- S. Leo.
ne, *Amori pecuniæ vilis eſt omnis affectio, & anima
lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. Nul-
lumque eſt in illo corde iuſtitiæ veſtigium, in quo ſibi
auaritia fecit habitaculum.* Obſeruatione hic di-
gnum eſt, quod S. Paſchaſius monet in illa ver- S. Paſchaſ.
C ba: *Conſtituerunt ei triginta argenteos.* Quærit
enim, vt quid triginta? quem in finem? & reſ-
pondet animum Iudæ vendentis & Iudæorum
ementium Chriſtum, fuiſſe, vt quemque an-
num, quo vixerat, vſque ad tres vltimos præ-
dicationis vno argenteo æſtimarent: *Tot argen-
teis*, inquit, *emitur, quot annis peregrinatus eſt:*
Tres vero poſtremos nullo pretio auſos æſtima-
re; priori ſummæ Iuda acquieſcente, qua dam-
num, quod apud Magdalenam incurrerat, ſcie-
bat reſarciri. Atque hoc eſt, teſte Petro Chry- S. Petro. Chryſoſt.
ſologo ſermone 29. quod *Apoſtolum fecit prodito-
rem, vt hominem cogeret Deum negare, vendere ger-
manum ſui ſanguinis, diſtrahere conditorem, & ipſum
ſanguinem taxare pretio, quem ſponte Dominus erat
noſtrum in pretium largiturus.* Ita ſapientia increa-
ta tametſi omne aurum in comparatione illius
D arena eſt exigua, triginta argenteis eſt æſtima-
ta. Indigna res, neque vllo modo ferenda, cœ-
leſtis gloriæ Dominum tantillo venire & ho-
minem bullam ac cinerem permagno velle æſti-
mari! Cauebit id, quiſquis nouus homo eſſe
concupiet, exemplo ſit vnus è multis Fulgen- Fulgentius Freira.
tius Freira Luſitanus, Societatis noſtræ coad-
iutor temporalis, quem ad Patrem Andream
Ouiedo Æthiopiæ Patriarcham miſſum inter-
ceperant Turcæ, remiſque addictum ſeruabant:
hunc in Ægypto P. Chriſtophorus Rodrigues
ad Coptos à ſummo Pontifice legatus offendit,
& enixè laborauit, vt redimeretur. Mille om-
nino aureos eius Dominus expoſcebat. Obſtitit
Fulgentius quoad potuit, aſſerens ſe tanti non

Digitized by Google

eſſe, qui tam ingenti pretio redimeretur, cuius Dominus ac Creator inferiori multo venundatus eſſet, & alioquin in ſeruitute ipſa libertatem ſe filiorum Dei iam eſſe aſſecutum. Nihilominus euicit ſocij charitas & Luſitanorum inſtitorum liberalitas, atque adeo mille aureis redemptus eſt. Erat profecto quod bonus ille frater tantum lytrum, Chriſti ſui contemplatione deprecaretur; cum eo quidem lytro ipſe in libertatem aſſereretur, Chriſtus verò ſuo illo exiguo & vili in ſeruitutem & in mortem emptus fuiſſet.

Sed his ſuperuacaneis forte fuſius immoratis hoc verò non ſegniter annotandum, quòd legat Apoſtolo, eodemque diſcipulo in mortem ſuâ tradi ex ſummo atque incredibili patiendi deſiderio voluit, totum id in noſtram omnium ſalutem mirificè direxiſſe, vt ſcilicet nouus homo perſpicere aliquando poſſet, infelicem eſſe hominem, qui confidit in homine, iuxta prudentiſſimum Ieremiæ effatum cap. 17. hæc dicit Dominus: *Maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.* Ecce quam grauibus, quam ſignificantibus verbis periculum exaggerat! quo nouo homini, ſuo cautum eſſe exemplo deſiderat.

Ier. 17. 5.

Neque id ſolum ei conſilium fuit, aliud prætetea notaſſe hic viſus Auguſtinus eſt, cum ideo à ſuis deſertum ac proditum ſcribit, vt improbitatem eorum tolerare nouus homo incipiat; à quibus ſibi amorem fidemque debitam expectarat, de quo antea non ſemel monuiſſe ſuos Dominus auditus eſt, dicens Lucæ 21. 16. *Trademini autem à parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.* Quid grauius? ab alienis pati, vetus iniuria eſt, nec moleſte forſitan ferenda: à domeſticis vero, acerba, & intolerabilis viſa, diſcenda tamen Chriſti exemplo omnibus, quotquot ad vitæ nouitatem contendere deſiderant, vt omni carnis affectu liberi, cognatique ſanguinis fallacias exoſi, ſpinas inde ac certamina colligere non vereantur, vbi non aliud quam roſas metere ac flores legere cogitarant, de quo luculentum Seruatoris monitum idcirco Euangeliſta non tacuit, ne, quod natura durum & aſperum, ſubito atque inexſpectato ſuo aduentu grauius fieret, atque moleſtius toleratu. *Nolite*, inquiebat, *arbitrari quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius.* Matth. 10.

Luc. 21. 16.

Matth. 10. 34.

Et rectè id quidem, grauiſſimum nempe ab eiuſmodi in vincula ac mortem trahi, cui ſufferendo non pauci impares, atrocem iniuriam ſupremo habitu redemerunt, vtque vetera prætercam, ſcribit Barbaſtrenſis Epiſcopus homilia 43. num. 50. Cum ex edicto Regis Philippi II. Hiſpaniarum Monarchæ vnus aliquis e primis miniſtris regijs viſitatori traditus eſſet, vt in vitam eius inquireret; multi, vt aſſolet, multa in eum contulerunt: vnus autem quo in primis ille miniſter amico vtebatur, etiam ipſe ſymbolum ſuum contulit: & tametſi in re non adeo graui amicum ſuum accuſaret, tamen poſtquam id reo innotuit, ſic eum rei indignitas perculit, vt febri ſubito correptus, haud multo poſt extinctus fuerit. Cauſam morbi, ait auctor, ex eo ſciſcitanti mihi non ille aliam, quam amici proditionem attulit; quam licet, vti & accuſationis momenta pro viribus eleuarem atque hominem ſolari ac recreare validis argumentis conater, fruſtra fui, ita malum animo inſederat, eumque penitus occuparat.

Vnde & quanta hic in ſufferendo pœna, & in ſuperando fortitudine opus ſit ad oculum patet; quantiſque ij laudibus digni habendi ſint, qui ſeſe hic fortes conſtanteſque præſtitere, quorum hic nonnullos, in noui hominis ſolatium operæ pretium fuerit recenſere.

Experti hoc itaque & cum gaudio quidem, vtriuſque ſexus non pauci, quia nouitatis vitæ candidati, & imitandi illum ſtudioſi, qui à domeſtico & familiari in mortem tradi voluit, quo pœna ſibi foret acerbior, nobis vero ſenſus ſuauior; quorum primus ſit S. Hermenigildus Rex, Leouigildi regis Viſigothorum filius, quem ab Arriana hæreſi ad Catholicam fidem conuerſum Arrianus pater tum minis, tum blanditijs, vt ad eandem hæreſin rediret, pellicere aggreſſus, cum ille conſtantiſſimè reſponderet, nunquam ſe veram fidem poſſe relinquere, quam ſemel agnouiſſet, regno, ad quod eum genuerat, priuauit, rebuſque omnibus exutum in arcta cuſtodia recluſit, colla, manuſque ambas ferro ligauit, ac denique apparitores ad eum immiſit, qui conſtantiſſimum Iuuenem, illic vbi iacebat, impacta in cerebrum ſecuri, interemerunt. Crudelis pater! nec vnius filio fabricator coronæ, quæ vitæ nouæ deceat Maieſtatem.

S. Hermenigildus.

Idem experti S. Venceſlaus, dum à Boleſlao fratre, & Drahomira matre, infanda morte in menſa perimitur & obtruncatur. Surius.

S. Venceſl.

S. Paulus Thebæus dum à marito ſororis ſuæ prodendus, ad eremum confugit; primuſque in ea habitaculum fixit. S. Hieronym.

S. Paulus I. Eremita.

Sigericus filius Sigiſmundi Burgundiæ Regis quem pater interemit, vt Sigebertus ſcribit in Chronico.

Sigericus.

Eduardus II. Angliæ Rex quem Alfreda nouerca de medio ſuſtulit.

Eduardus.

Nec minus eiuſdem gloriæ conſortes ſubticendæ hîc tum Nicomedienſis Barbara, tum Hibernorum Regis filia Dympna, vtraque vitæ nouæ paſta delicijs, vtraque à domeſticis ac propinquis morti tradita & quidem à patre: illa

poſtea-

poſteaquam pugnis contuſa, capillis per aſpera ſaxorum raptata, boum neruis diu multumque lacerata, à patre Dioſcoro qui hanc ſibi à iudice fieri poteſtatem rogarat, proprijs manibus obtruncata. Hæc poſteaquam ſacris vndis abluta, nouum vitæ genus, quale cæleſtis Agni caſtiſſimam ſponſam deceat, foret auſpicata, à patre, non iam patre aut Rege, ſed truculentiſſimo tyranno impiè vexata, ac furore maximo diu multumque afflicta, tandem interempta & capite minuta fuit, digna quam Angeli marmoreo compoſitam ſarcophago tumularint: Talis & S. Lucia Martyr quam Eccleſia faſtis ſuis ad 16. Sept. adſcripſit à filio Euprepio accuſata & impio Iudici in mortem tradita.

Talis & flauia Domitilla Domitiani Imperatoris neptis poſt plurimas illatas iniurias ab eodem interempta.

Artemia Maximiani Imp. Soror, & Serena eiuſdem coniux ab eodem crudeliter necatæ. Ne verò ſola vetera collectr, accipe à recenti memoriâ, quod è Regno Cicungi, ciuitate Tanangrana Ioannes Rodriguez Girano ſuis ad P. Generalem litteris anno 1610 ex Iaponia ſcripſit; Iuuenis, inquit, hic erat, à noſtris Baptiſmi tinctus Sacramento; qui dum feruenter vitæ nouæ exercitationibus vacat, apud domeſticos, atque inprimis parentem grauiter offendit, qui mox re exploratâ, ad ſe accerſitum filium magno iubet ſupercilio Chriſti doctrinam eiurare, ni ſtatim pareat, virgis, flagriſque diſciſſum, velit nolit poſtea facturum. Sed ventis ille has minas committere, nihilque ex ijs, quæ ſemel rectè conſtituerat immutare: quo grauius etiam iuuenem accepit pater, nihil vt factum propius fuerit, quam vt inter verbera inſons exſpirarit: Accurrunt famuli, brachijſque ſublatum lectulo imponunt. Neque hic patris ſubſtitit immanitas, exiguntur coronæ precatoriæ orbiculi, ſin tradere recuſet, vita priuandum inclamat, quare parentis cognita amentia, & quàm minaretur, longe facturum immanius non ignorans, granis ab amico ſumptis, & corollæ in morem colligatis, abſque Crucis ſigno, ad eum in pixide mittit; Irrideri ſe parens ratus ſuſtim eum perſequitur, non quieturus donec ædibus exactum ad manticam adigat, compellatque, vti & factum eſt. Ad hanc conſtantiam obſtupuere gentiles, qui vel hinc de fidei Chriſtianæ præſtantia bene exiſtimare cœperunt, cuius amore adoleſcens tam ardua pateretur.

Iuuenis Iaponius.

Geminum, ſi non maius atque illuſtrius alter & hîc ſexus ſuppeditat. Virgo erat in eadem Iaponia, cui nomen Monica, Chriſtianis ſatris pridem imbuta, ac iam virginitatis voto deſponſa Deo, forte hoc parentes ſubodorati, eam ad matrimonium compellere, recuſare illa. Hinc infimis culinæ miniſterijs filiam addicere, inſtar ancillæ atque mancipij habere Virginem, lætari illa atque gaudere inprimis, ob

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

teſſerariam Domini ſui ac ſponſi veſtem, qua ſe inſigniri conſpiceret: nihilo tamen ſegnius inſtare propinqui. Nix alta de cælo ceciderat, cum Monicam ædibus exactam ſub diuum protrahunt, & mortem, ni voto renuntiet, intentant: quid illa? ad mortis nomen trepidare, aut expalleſcere? nequaquam, ſed mox in genua prolapſa, collum protendere, exclamare, ferite potius, quam à me Deum feratis: quo vnus aliquis vt lingua procacior, ita manu promptior, euaginato gladio ei caput præſecuit, anno 1624 14 Feb. ac mox loco Ethnicis incognito terrâ cadauer obtuens, iuxta pinum quandam ſepeliuit, cuius rami ſingulis noctibus ad terram vſque incurueſcere, multique circum ſpecioſi pueri apparere viſi ſunt. Ita domeſticorum bella, vexationeſque ſenſit Monica, ſed amaritiem Angeli deterſerunt, quia vitam nouam fuerat profeſſa.

Sed minoris fortaſſe hæc fecerit aliquis, quia poſt Chriſti in terras aduentum contigerunt; pluris vero facturus ſi antequam is inter homines apparuiſſet, eiuſcemodi deſignaſſent: & deſignauit Mariame, inclyta Machabæorum ſtirpe edita, herodis peſſimi omnium viri vxor optima, forma corporis ſupra ceteras eximia, animi etiam virtutibus maior, integerrimæ pudicitiæ femina, quæ falſis veneficij accuſationibus circumuenta, carceri à marito tradita fuit: quod conſpicata Alexandra mater, cum non abſimilem ab herode ſibi fortunam imminere vereretur, niſi ſe ab eo, quod filiæ imponebatur, flagitio liberam, inſontemque monſtraret, illi cœpit conuicia facere, ſceleſtiſſimam, atque in virum longe ingratiſſimam clamitare, ac tali quod incurrerat exitio non indignam, quin & eatenus ſui obliuiſci, vt tantum non, in faciem innocentis filiæ vnguibus ſuis mulier regia inuolaret. Quæ inter patiens admodum Mariame, neque verbo illam appetere, neque tantillo calumnijs eius, furoreque turbari, ſed animo excelſo ſufferre omnia, quo poſtea & mortem maritali ſecuri collum ſubijciens, nec colore quidem mutato, impauida excepit: digna quæ 50 annis Chriſti natalem præcedens, domeſticâ tam matris, quam Coniugis proditâ perfidiâ, ante meruit guſtare, quod ipſe maiore copia, poſt annos octoginta, ad poſterorum exemplum erat exhauſturus.

Mariamne.

CAPVT SEPTIMVM.

IESVS *data comprehendendi ſe facultate, ab hoſtibus tenetur, & iniectis vinculis rigidè ligatur.*

Felix neceſſitas quæ hominem ad meliora compellit.

INijce pedem tuum in compedes illius & in torques illius collum tuum, & erunt tibi vincula eius alliga-

tura ſalutis. Eccl. 5. *Stabiles eſtote & immobiles,* A
ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino. 1.
Cor. 15. *Cohors ergo & Tribunus, & miniſtri Iudæo-*
Ioan. 18. 12. *rum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.* Io-
an. 18. 12. Græcè ὁ χιλίαρχος, mille viris præ-
fectus, quia græca voce etiam vtitur Syrus: Co-
hors namque mille, ac paullo plures milites nu-
merabat, Cohortem autem ſi non vniuerſam,
at maximâ ſui parte hic adfuiſſe ex eo colligere
licet, quod proprius eius Dux voluerit adeſſe,
S. Chryſ. certè S. Ioannes Chryſoſtom. mille viros hîc
exprimere non dubitauit: ij ergo cum miniſtris
Iudæorum comprehenderunt Ieſum ſponte ſe
eiſdem permittentem, quo ſine, nec minimo li-
Chriſti captiuitas. cio eum detinere potuiſſent: cum ecce vinciun- B
tur regiæ illæ manus, illæ mirificæ, illæ ſaluta-
res, illæ molitione rerum, illæ ſceptro diuinita-
tis illuſtres, corpus diuinitatis ſedes atque do-
micilium funibus circumdatur, catenam inſuper
collo eius injiciunt, quia velut ſacer homo aut
ferale mancipium ad exitium trahatur, ita in ce-
S. Bernard. teris S. Bernardus meditatur, *Præter validiſſimos,*
inquiens, *funes, & cathenas inſuper ferreas eius collo,*
corporique reliquo circumieterint, vt Iudæ proditoris
conſilium tanto accuratius exſequerentur, ſcribit au-
Corozetus in antiq. tem Ægidius Corozetus lib. de antiq. Pariſien-
ſib. c. 13. Cathenas haſce à B. Ludouico Fran-
corum Rege olim redemptas, ac Pariſios in ſa-
crum ſacellum illatas eſſe. His itaque conſtri- C
ctus per torrentem Cedron canis inſtar raptum
Pſ. 109. 7. innuit Dauid Pſal. 109. cum dicit: *De torrente in*
via bibet, vt Auctor Hieronymus eſt, cum Cy-
priano, vbi in rupe, cui in tranſitu alliſus fuit,
etiamnum manuum eius, & funium quibus li-
gatus erat, teſte Aranda, veſtigia apparent, & à
peregrinis magna pietate coluntur. Mala Vin-
S. Ambroſ. cula Iudæorum, exclamat Ambroſius, quibus
non *Tam Chriſtum ligant, quam ſeipſos alligant:* Por-
ro ad vniuerſam hanc Chriſti Domini noſtri ac
Saluatoris captiuitatem quod ſpectat, fuiſſe
eam dudum antè Prophetis præcognitam, li-
Thren. 4. 20. quet ex Hieremiæ cap. 4. Thren. 20. vbi in hunc
modum is legitur fuiſſe lamentatus *Spiritus oris*
noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris,
cui diximus, in vmbra tua viuemus. Quæ verba li- D
cet nonnulli de Rege Ioſia ab hoſtibus capto
interpretentur, alij vero de Sedechia Rege,
quem Chaldæi catenis vinctum in Babylonem
abduxerunt; communis, tamen SS. PP. ſenſus in
Chriſtum Dominum incumbit, quos inter vnus
S. Ambroſ. S. Ambroſius, multorum explebit nomina cum
dicit: *Quid hoc manifeſtius, quando & nomen Chriſti*
expreſſum eſt, & comprehenſio inter manus perſequen-
tium perfidorum declarata eſt, & vmbra viuificans, &
gratia egentibus conferenda deſcripta eſt? Rectè id
quidem: licet enim Chriſti nomen prædictis
verbis expreſſum, commune Regibus videatur,
ex eo quod vnctum ſignificet, iique tunc paſ-
ſim oleo vngerentur; Regum tamen nullus per
vniuerſam ſcripturam Chriſtus Dominus, ſed

Chriſtus Domini vocatus inuenitur, vti in Re-
gum faſtis l. 1. c. 16. de Saule liquet, quem Dauid
Chriſtum Domini appellat: adde, quod in He- 1. Reg. 16.
bræo יהוה id eſt, Deus legatur vnde Clemens
Irenæus, Iuſtinus, Origenes ad litteram de
Chriſto Seruatore intelligendam Prophetiam
docuêre; ad quem more Prophetico auolans
Ieremias quaſi ad clauſulam, & cataſtrophen
ſuarum lamentationum aſpiciebat.

Cohors ergo, Tribunus & miniſtri Iudæorum com- Ioan. 18. 12.
prehenderunt Ieſum, Spiritum oris noſtri, id eſt, ani-
mam & vitam noſtram, quia ſicut ſine ſpiritu
corpus mortuum eſt, ita anima ſine gratia Chri-
ſti mortua cenſenda eſt. *Et ligauerunt eum.* Gau-
debant teterrimi gladiatores gemente cælo, ſuis
vinculis obſeſſas manus aureas, ſceptro inclytas,
aſtrorum artifices, rerum omnium molitrices:
contra; Lugebant diſcipuli; dum auguſtiſſi-
mum cæli numen præda fieret ſicariorum, qui-
bus pro nihilo erat vexare probris, & maledictis
laceſſere innocentem: quo factum eſt, vt alte-
ra illa apud Ezechielem cap. 3. Prophetia im- Ezech. 3.
pleretur quæ dicit: *Et tu fili hominis, ecce data ſunt* 25.
ſuper te vincula, & ligabunt te in eis, ſiue vt vertit,
Syrus & Arabs: *Iniectæ ſunt ſuper te catenæ,* à vi- Iudic. 15.
cinis ſcilicet & familiaribus tuis: quæ omnia 12.
hîc in apertum veritatis campum ex vmbra
producta ſunt, & ô! quam nouo, ſtupendo-
que omnibus modo: tria quondam hominum
millia è tribu Iuda ad Samp ſonem profecta le-
gimus, qui dixerunt, *Ligare te venimus & tra-*
dere in manus Philiſthim, Et duobus ligatum fu-
nibus ſecum abduxerunt, quos ipſe poſtea, irru-
ente in ſe Spiritu, diſſipauit ac fregit, ſicut
odor ignis lina ſolet conſumere, & hic filius
Dei eſt, in quo Spiritus ſanctus, ſpiritus ille
fortitudinis, non ad breue aliquod atque incer-
tum temporis ſpatium inhabitat, ſed eſſentiali
vnitate perſeuerat perpetuo, à longe pauciori-
bus capitur & ligatur! Aliàs ſeptem neruiceis
funibus idem Samſon adſtrictus, eos rupit, quo-
modo ſi rumpat quis filum de ſtuppæ tortum
ſputamine, & hic Samp ſone immenſum for-
tior, vt ignauus ac debilis rapitur, ac vincitur.
Quid ita? à monocerote diſcendum eſt, de quo
ſcribit ex Ariſtotele Plinius, ferociſſimum Plinius.
quamuis animal ſit, quod nulla ratione capi,
ac cicurari ab homine queat, virginis tamen
allici ſubinde in gremium, in quo poſteaquam
reclinauerit caput admiranda quadam ſympa-
thia manſueſcere, poſitaque feritate à venato-
ribus capi. Qui monoceroti ſimilem Dei filium
dixerit, nihil noui aut abſoni dixiſſe rear, quam
diu namque in ſinu patris ſedit, nec ad oras no-
ſtras peregrinus acceſſit, nunquid alter dicendus
Monoceros, diuinæ potentiæ cornu formida-
bilis, ſternens omnia, & ſubuertens vniuerſa?
nec erat qui poſſet reſiſtere poteſtati eius. Ve-
rùm poſteaquam pudicæ Virginis pellectus in
gremium, nouem hic menſibus quieuit, ita
benignus

Digitized by Google

benignius atque humanius effectus eſt ; vt ſeſe non ſolum ab eâ pannis inuolui, geſtarique paſſus ſit, verum & à Iudæis ac diſcolis vinciri, ligarique permiſerit, quod vel ſemel, docente Spiritu Sanctô cum Iſaias expendiſſet, attoni-

Iſaiæ 53.1. tus exclamaſſe legitur : *Quis credidit auditui noſtro,& brachium Domini cui reuelatum eſt*. q.d. Nemo credet Dei fortitudinem ſeſe adeo demiſſuram, vt in vincula,ac compedes noſtri cauſâ ſe tradat ; grauiſſimum ſiquidem opprobrium, atque omni viro honeſto intolerandum, quod vel ex vno Dauide hic audiuiſſe ſuffecerit, qui de amico ſuo Abner in epicedio, quod ei

2. Reg. 3. 33. decantaſſe legitur,ſic loquebatur : *Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner ; manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati* 2. Reg. 3. 33. Turpiſſimum ſiquidem apud Iudæos habitum ſemper fuit, atque probroſum vinculis alligatum inſtar latronis mortem oppetere :& hanc nihilominus talem, tantamque ignominiæ notam ac labem inuri ſibi ſuſtinuit, ac gaudio plenus tolerauit Chriſtus. Miraris ? ſubeundo probro hoc Adami culpam eluere, ac ſatiſdato paternæ gloriæ cauere ſtatuerat : manus ſuas Adam nimia profectò licentia ad exitiale pomum extenderat, diuinique mandati factus præuaricator, ſe ac nos omnes ſempiternis noxarum vinculis innodârat, à quibus, vt reos Chriſtus abſolueret, dum nos illis extricat,manus ſuas ac collum eiſdem irretiuit, & rumpere quidem illa nullo negotio potuiſſet,at noluit: tum vt libertatis peſſimæ manuum noſtrarum, collique perperam elati pœnas exſolueret, tum verò æterna, quibus mancipandi eramus, vincula diſſiparet : quando Dauidicum illud paucis ante cognitum oraculum,impleuiſ-

Pſal. 118. 61. ſe dicendus eſt : *Funes peccatorum circumplexi ſunt me,ego autem legem tuam non ſum oblitus*. Et quæ alia hæc lex erat, quam diuinæ Iuſtitiæ regula, cui ex aſſe debuerat eſſe ſatisfactum ? quæ alia, quam ignea illa charitatis lex, quam vti nobis eſſe voluit commendatam ; ita prior ipſe voluit

S. Ioan. Chryſoſt. *Feruens amor ergà vincula S. Pauli.* adimplere, quando peccatorum noſtrorum funibus conſtrictus,nos in funiculis Adam,in vinculis charitatis ſecum voluit colligare, vt iam neque nos pudeat vnquam, nec tædeat aliquando eiſdem pro Chriſto & cum Chriſto vinciri, ſed contra cum Paullo Apoſtolo de illis gloria-

Pſal. 1. Chryſoſt. ri, dicendo : *Ego vinctus Chriſti Ieſu. Vinctum enim eſſe propter Ieſum*, vt ait Chryſoſtomus, *illuſtrius eſt ; quam ſiue Apoſtolum,ſiue Doctorem, ſiue Euangeliſtam eſſe : ſi quis, inquit, Chriſtum diligit, is nouit quid ſit, quod dico, ſi quis vitæ noua candidatus Chriſti amore ardet, is nouit, quæ vinculorum eius virtus ſit,hic optione data potius habebit catenam ferre propter Chriſtum, quam cælos inhabitare cum ipſo : iſtud fortaſſis etiam illuſtrius eſt, quam ſedere ad dexteram ipſius, honeſtius quam ſedere ſuper duodecim thronos iudicantium 12 tribus Iſraël : etiamſi autem nullam haberet mercedem res iſta, hoc tamen ſolum*

A *magnum præmium foret, iſta pati ob dilectum*. Rectè profectò, & digniſſima omnia, quæ ab aureo ingenij flumine promanarint, ſed pergit

Chryſoſt. Chryſoſtomus, *Ad me*, inquiens, *quod attinet ſi quis mihi vel vniuerſi cæli, vel huius catenæ copiam & optionem largitus fuiſſet, catenam ego hanc planè elegiſſem : deinde, ſi mihi cum Angelis ſtandum eſſet ſurſum, aut cum Paullo vinctum in carcere, carcerem vtique prætoptaſſem. Ad hæc ſi quis me vnum ex ordine,& numero cæleſtium potentiarum,etiam quæ propè thronum Dei ſunt, aut talem ligatum feciſſet, talis vtique eſſe voluiſſem* : Et Paulo poſt diſſeretis de B.Petri catenis, hæc ſubiungit : *Honoratus eſt Petrus iſtâ catenâ, erat enim vinctus, atque traditus*

B *militibus & dormiebat : ita videlicet erat hilaris, atque nihil prorſus immutatus, vt grauis illum teneret ſomnus : venitque ad eum Angelus & percuſſo latere excitauit eum. Hic ſi mihi quiſpiam dixiſſet, elige vtrum velis : vis eſſe Angelus Petrum ſtimulans & ſoluens, an Petrus ſolutus ? Petrus vtique mallem eſſe, propter quem, & Angelus deſcendit, vt vinculis illis potiri licuiſſet*.

Quid mirandum, ſi hoc non admiremur? non obſtupeſcamus ? quid itaque nos dicemus de eiuſmodi vinculis ac catenis, quantæ gloriæ atque honori nobis eas ducere debeamus ? certè glorioſius eis circumdari, quam in ordinem Seraphim adſciſci, cum illis Chriſto ſimiles efficimur, quod omne id quod creatum eſt, lon-

C giſſimè antecedit. Sed quid præfatus Doctor ſubijciat, audiamus : *Nihil hac catena beatius : non ita beatum dico Paullum, quod in paradiſum raptus, atque quod in carcerem coniectus ſit : non ita beatum exiſtimo, quod verba audiuit ineffabilia, quam quod vincula ſuſtinuit. O beata vincula ! ô ! beatas manus, quas catena illa exornauit : non erant ita præclaræ Paulli manus quando claudum illum Lyſtris erigebant, atque dum vinculis erant circumligatæ*.

Quantus hac in re Chryſoſtomi feruor, quanta eloquentia ! vtinam nobis ab eo perſuaderi ſinamus, vt non minora nos de Chriſti vinculis, quam ipſe de Paulli catena glorioſè Philoſophatus eſt, ſentiamus, tantoque ſaltem in Chriſti vincula deſiderio feramur, quanto Chryſo-

D ſtomus, vt catenas Pauli contingeret, ardore exarſit : optauit Chryſoſtomus in Paulli vincula irruere, ea ſibi arctius adſtringere ; atque identidem oſculari, quia eius membra contigerant, qui ea Chriſti gratia portarat ; *Quod ſi*, inquit, *temporibus illis eſſe contigiſſet vincula illa complexus fuiſſem, atque in ſinu meo collocaſſem, neque oſculari ceſſaſſem illa, quibus ipſe pro Domino ligatus fuit* : Quid ni, & nos in Chriſti vincula, quaſi propoſita iam nobis, alacriter irruamus, & ea in ſinu noſtro collocemus, vt peccatorum catenis diſruptis, illis alacriter induamur, nec vnquam eorum memoriam prioribus exſoluti deponamus. *Duæ ſiquidem præcipuè res ſunt*, in-

S. Eucher. quit S. Eucherius, epiſtola de contemptu mundi *quæ maximè homines in negotijs ſecularibus vinctos*

 tenent,

tenent; & eblanditis ſenſibus captos illecebroſo amore conſtringunt, opum voluptas & bonorum dignitas, quarum prior non voluptas, ſed egeſtas: ſequens, non dignitas, ſed vanitas nuncupanda eſt. Hæc vtraque alternis nodis irretitis greſſum impediunt, fallax complexa collegium. Hæc peſtiſere pectoribus humanis blanda deſiderijs vitia inſpirant, deſatigataſque mentes mortalium facili iucunditate ſollicitant. Vtriſque nos Chriſti vincula expediunt, & in ſanctam libertatem abductos, vitæ reſtituunt nouitati.

Vinciri propter Chriſtum, glorioſum eſt. Latere id nequit complures vtriuſque ſexus Athletas, quibus Chriſti vinculorum amor atque vtilitas caſto igne medullas ſuccenderat, vnum hoc metuentes, ne quod omnium ſaluti Chriſtus geſſerat, ad exemplum, ſibi perire, atque excidere poſſet ob teporem. Sapientis itaque conſilium ſecuti, (Eccli. 6. 25.) *Inijcere pedem ſuum capere in compedes illius, & in torques illius collum ſuum, nec acediari manicis, ſeu vinculis eius.* Eccli. 6. 25. Quibus Spiritus ſanctus trium membrorum, eorumque principum vincula nominat, compedes ſcilicet quibus pedes vinciuntur, torques quibus collum cum cætero corpore induitur, ac denique manicas quibus manus conſtringuntur, vt ſignificet Chriſtum Dei ſapientiam, diſciplinâ exempli ſui coërcere ac ſtringere omnia hominis membra, ſenſus omnes, atque actiones, quod non tam ſpiritualibus interioris hominis exercitijs, quam carnis & ſenſuum ſpõte inflicta vexatione perfici certum eſt. Si namque apud Lucianum ligari ſe paſſi ſunt quidam, vt Philoſophiæ vacarent: (Tacitus.) ſi Cornelius Tacitus lib. de moribus Germanorum ſcripſerit eos olim dum lucum Dijs ſacrum ingrederentur, vinculis ſe obligare ſolitos, vt ſe Dijs obſtrictos profiterentur, vnde natum verbum Religio, à religando videlicet, quod hominem Deo, cuius eſt, alligare conſueuit; cui mirum eſſe videbitur hominem Chriſtianum ad Deum per nouitatem vitæ accedentem, eiuſmodi ſe vinculis induere, quod non vno ſed plurimis, ijſque locupletiſſimis teſtibus facile eſt comprobare. Primas feret Dominicus Loricatus, de quo B. Petrus Cardinalis Damiani in epiſt. ad Blancam Comitiſſam: à tribus ſcilicet annorum luſtris duobus ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur, qui cum illi prælonga iam conſuetudine viluiſſent, quatuor item ſuperaddidit, vt duobus in coxis, duobus conſequenter in cruribus ſtringeretur. Magnum ſanè vincti pro ſe Domini æmulatorem! huic ſodalem aduoco Dominicum alterum, Ordinis ſcilicet Prædicatorum ſanctiſſimum Parentem, de quo Theodoricus de Apoldia lib. 3. c. 12. ſemper ad lumbos catenam ferream habebat.

Henricus Suſo. Parentem filius ſequatur Dominicum Henricus Suſo, hic dum ad quietem ſe componeret, gutturi ſuo circumdabat partem cinguli cuiuſdam, cui arte duos inſeruerat annulos ex corio confectos, cui manus inſertas & brachia incluſit ſeris duabus, quarum claues ante lectum poſuit in aſſere quodam, donec ad preces nocturnas ſurgens ſeipſum abſolueret. In his vinculis brachia eius ad guttur ſurſum verſus ita extenſa, eademque vincula adeo obfirmata erant, vt etiamſi cubiculum totum arſiſſet, ſe iuuare non potuiſſet cap. 17. Vitæ.

S. Edm. Cant. De S. Edmondo Cantuarienſium Archiepſc. ſcribit vitæ auctor, nequis illum petulantis ardor libidinis tranſuerſum raperet, fune ex equorum pilis triplicato, ita corpus ſtringere conſueuiſſe, vt à ſcapulis vſque ad renes crebro ambitu reſtis duceretur, & infimæ parti tanta vi, nexu adſtringeretur, vt vix corpus inflectere, aut inflexum erigere poſſet. Ita S. Antonin. 3. p. tit. 19. c. 10.

S. Franci. Xauerius. Socium huic nec imparem quidem, ſi non ſuperiorem adiungo S. Franciſcum Xauerium è Societate Ieſu, magnum illum Indiarum Apoſtolum, de quo ſic Horatius Turſellinus, Ioan. Bapt. Lucena alijque ad rem noſtram: diuinus qui à S. Ignatij exemplo & conuerſatione in omnes promicabat ignis, tantos in Franciſco excitarat ardores, vt ſui abiectionem & crucem, affectuumque & cupiditatum, quas in ſæculari vita amauerat, edomationem, multo iam quæreret ardentius, quam dignitatem antea & corporis commoda quæſiuiſſet. Quoniam vero robore & membrorum agilitate ſingulari, ſaltuque corpus ſuum oblectarat, & quod æquales excelleret, nimium ſibi placuerat, vbi iam vitæ nouæ initiatus eſt, leuem hanc noxam grauiſſimè vindicandam ſupplicio exiſtimauit: quare noxijs membris, brachijs, maximè & lumbis nodoſo funiculo non ſine acri dolore conſtrictis, vt iam nec currere, nec ſalire poſſet, dies aliquot continuos exegit. Superueniente interea profectione, qua in Italiam vocabatur viam longam & aſperam pedibus ingrediens, ſaua hæc ligamina demere ſibi neglexit, vnde factum vt continuo corporis in via motu & agitatione, adeo profundè carni inhæſerint vincula, vt nodorum ſumma vix exſtarent, & vlcera fœdiſſima apparerent. Ad extremum itaque Franciſcus atrocitate illius carnificinæ in horas creſcente, neceſſitati cedens, ſocijs mali cauſſam explicauit: cuius illi vicem miſerati pedetẽtim, non ſine maxima difficultate eum ad proximum hoſpitium detulerunt, medicoque conſeſtim adhibito corpus diſpiciendum propoſuere, qui ſtatim aperte pronuntiat, funibus iam carni profundius inſidentibus, nullum eſſe remedio locum, quod ſine acerbiſſimo ſenſu doloris, multiſque & vaſtis carnis inciſionibus hi ſolui, diſſecarique nodi non poſſent, ingenti ſocios de Franciſci ſalute, cura contorſit, ergo omnes pariter ab humano ſubſidio ad diuinum verſi, cæleſtem medicum pro ſe quiſque ſuppliciter, confidenterque tota ea nocte implorare, tanto vt collegæ ſui malo, potente dextera mederi digna-

digiaretur. Nec irritæ cecidere preces, nam poſtridie mane viderunt funiculos, omnes diſfractos è carne excidiſſe, vlcera prorſus euanuiſſe; & Franciſcum ita vegetum & alacrem, vt alios precuntes non ſequi modo; ſed etiam conſequi poſſet; & cum regio Propheta exclamare: Funes ceciderunt mihi in preclaris.

Simon Bucerius.

Ex eadem hac noſtra Societate fuit Simon Bucerius, qui ſupra domeſtici laboris opera, non ſanè leuia, catenam ferream collo iniectam, atque ad pectus decuſſatam, tum poſt lumbos acriter adſtrictos, circa femora, tibiaſque circumdatam diu geſtauit. Annales Soc.

Ioan. à S.Guil.

De Ioanne à S.Guilelmo ex diſcalceatis S. Auguſtini monachis refert Arſenius de Aſcenſione, ligatum funibus per totum corpus & crura in memoriam funium & chordarum, quibus nocte Paſſionis ſuæ Chriſtus Dominus ligatus fuit, iugiter perſeueraſſe.

Henricus Princeps Angliæ.

Sed quid de Henrico Principe, filio Henrici ſecundi Regis Anglorum dicemus? nuſquam certe clarius patere arbitror, quam vincula hæc vitam nouam exornent ac deceant, quam in præſenti viro, qui cum multa in Deum impiè, multa in Patrem indignè, plurima vero in ſubiectum ſibi populum intoleranda admiſiſſet, ad extremam vitæ lineam deductus, facta peccatorum omnium ſedula exomologeſi, ligato ad collum fune, Epiſcopis & viris religioſis adſtantibus, clara voce dixit: trado me peccatorem indignum culpabilem & obnoxium per funem iſtum vobis, illo trahite me deorſum ex lectulo, & in cineres deuoluite, vt eo, quem meritus ſum, lecto exſpirem. Factumque eſt, ſicut præceperat illis. Ita Rogerius in hiſt. Angl. ad Annum 1183. Idipſum agnouit & cum fructu vſurpauit S.Elzearius Comes Ariani, is

S. Elzear.

enim ab anno tertiodecimo ætatis ſuæ ieiunijs vacans, noctu funem multorum nodorum induebat, præcingens lumbos ſuos, ne vnquam Chriſti pro ſe vinculis adſtricti obliuiſceretur, cuius ſe liuore ſanatum non ignorabat. Quod

S. Carolus Borrom.

vti hi in propria, ita S. Carolus Borromæus in aliena facere cauſſa non prætermiſit, de quo in ſacris eius Eccleſiæ diptychis ſic annotatum legimus: quo tempore peſtis Mediolani graſſabatur, humillimis ipſe precibus reconciliator accedens, publica ſupplicatione indicta, fune ſibi ad collum alligato, nudis pedibus etiam offendiculo cruentatis, crucem baiulans, ſemetipſum pro peccatis populi hoſtiam offerens, diuinam indignationem auertere ſatagebat.

V. Petrus à Mazara.

Admirabilis autem in hoc genere fuit vir omni virtutum laude excellens Petrus à Mazara Capuccinus, qui Dominicæ Paſſionis opprobria tam profundè animo ſuo inſculpſerat, vt qualibet ſexta feria Chriſto patienti conſecrata, fune ſibi ad collum alligato, ſeſe à nouitijs raptari iuberet, quo tempore tam ingentes gemitus ac ſingultus edere ſolitus erat; vt

A omnes ad lachrymas prouocaret. Zach. Boucrius in Annal.

Marcus Kyriacopulus.

Et ne quid ſupremis hiſce noſtris temporibus anteriora præripuiſſe laudis videantur; accipe à recentiſſima memoria Marcum Kyriacopulum Cretenſem, qui cùm anno 1638 Smyrnæ eiurata Chriſti fide, in qua hactenus conſtanter vixerat, ad impiam Mahometi ſectam, caſtraque tranſiſſet; ac tandem facti pœnitens per Epiſcopum Tunenſem Deo reconciliatus, atque Eccleſiæ redditus eſſet; inde in Cretam reuerſus, vſu & familiaritate R. P. Gabrielis Pandagali Superioris monaſterij Kyrij Acrotyriani incenſus ad honorabilem de ſe animaduer-B ſionem ſumendam; voluit Conſtantinopoli publicè errorem ſuum damnare, & libere Chriſtum profiteri. Sed expeditius fore perſuaſus, vt, vbi infami facinore offenſionem dederat ſanctiore exemplo, notus ipſe cognitis ſibi recrearet, Smyrnam nauigare propoſuit, triduano itaque ieiunio, orationeque præmiſſis, ac ſumpto ſacratiſſimo Sacramento, vincula ferrea vtrique brachio, ambobus cruribus induit, & aliud arctius; moleſtiuſque collo circumdat, quibus ſe vinctum Ieſu Chriſti, coram Deo Angelis atque Hominibus proteſtetur. Naui itaque conſcenſa, veſte Chriſtianum pro ſe ferens, Smyrnam appulit, vbi agnitus & ſuper hac mutatione interrogatus, ſe aperte Mahometiſmum eiurat, deteſtatur, explodit, quare colaphis cæ-C ſus, alijſque vexatus tormentis, tandem abſciſſo capite glorioſum certamē abſoluit. Anno 1643. Prid. pentecoſt. Ita P. Iſaacus Dautry Smyrnæ reſidens in Comment.

S. Birgitta.

Nec alter hic ſexus priore licet infirmior, ceſſiſſe viſus eſt. Agmen trahet B. Birgitta, de qua vitæ auctor, nodoſa & aſperrima ligamina ad corpus ferre conſueuiſſe, quæ neque noctu, neque interdiu à ſe dimouebat: hoc ſatagens, ne Chriſti Domini ſui oblita, inſtar onagri libera, per huius mundi deſerta vagaretur. In-

B. Beneu. Auſtrica.

tellexerat id B. Beneuenuta Auſtriaca, quæ biennio toto tam arctè membra ſua fune conſtricta habuit, vt in carnem ipſam penetraret, vnde factum ſummis eam doloribus excruciari, D cumque ſine inciſione tolli non poſſet, omnemque ipſa medici manum ſubterfugeret, rem totam fuſis precibus cæleſti ſponſo commiſit, cùm ecce, ingenti miraculo ſublatum funem ad pedes ſuos prolapſum inuenit: Seraphinus Razius in Vita. Nec procul hinc diſceſſiſſe viſa fuit nobiliſſima Glotharij Francorum

B. Radeg.

regis coniux B. Radegundis, quæ vitæ nouitatis per Chriſtum nobis oſtenſæ cupidiſſima, dum veterem ſtudet excutere, nouam generoſo corde vitam amplexa eſt, quod vel ex hac, de qua agimus, vinculorum aſceſi luce clarius demonſtratur, cuius obtutu tres ſibi ferreos circulos adaptârat, quos collo, atque ambobus brachijs innexuit, tres inſuper adiecit catenas,

quibus

Digitized by Google

quibus reliquum corpus ſuum ſtrictius alligauit, carne paulatim ferrum ſuper contegente; quam ideo in pectore non minus quam dorſo incidere neceſſe fuit.

V. Ioannam de la Croix ex ord. S. Franciſci monialem, auctor eſt Antonius Daca, vitæ eius ſcriptor, chordis & funibus tum brachia, tum reliquum corpus conſtringere ſolitam fuiſſe, ad eorum funium memoriam, quibus Chriſtus ligatus fuit, catenis inſuper, quibus in ſe animaduertebat, cinctam inceſſiſſe.

B. Coleta. De B. quoque Coleta tradit Stephanus Iuliacenſis, durè admodum & aſperè ſe habere ſolitam, tribus namque catenis ferreis ſtringendo corpus tenctum, carnem ſuam mirum in modum cruciabat.

Ne autem veteribus ſolis inſiſtam, anno CIↃ. IↃC. C. XIV. Londini in Anglia viuere deſijt virgo nobilis, Placentiâ in Hiſpanijs oriunda, non minima heroicæ ſanctitatis laude conſpicua Aloyſia de Caruaial; Aloyſia de Caruaial. quæ vti virginum ſponſo deuota, ita eiuſdem imitandi ſtudio intenta, lumbos, brachia & femora, imò & collum acutis, aſperiſque catenulis, ceu funibus ex ſeta equina contextis ita incinxerat, vt nullo non paſſu è cattus vetuſtate, ad nouitatem ſpiritus ipſa contenderet: vt Ludouicus Munnos in eius vita latè teſtatur.

Mitior aliquanto Mariæ Velæ diſciplina & imitantibus promptior: Manus candore ac teneritudine pulcherrimas fidiculis adſtrictas in liuorem cum daret, rogata, quid ita faceret? vt eo imbuam colore, inquiebat, quo diu olim ſunt futuræ. Aſperrimo fune lumbos conſtringens, eius exinde capita ita genibus alligabat, vt non ſine cruciatu gradum faceret, atque ita religioſæ adſueſceret quieti: manus, pedeſque cum ſe ad quietem componeret, ita arctè colligabat, vt ſomno quietè frui non liceret, ſed dolore ſæpius admonente euigilaret. In Vita.

Ne vero quis in primis hiſce cōſiſtere ſe poſſe diffiſus animū deſpondeat, occurrit ſacer Ordo Minorum, dùm circa annum CIↃ. IↃC. LXXIX. approbante Leone X in Chriſti memoriam funibus pro nobis conſtricti, Chorda S. Franciſc. chordam S. Franciſci, vt vocant, ſecularibus diſtribuere cœpit, qua præcincti, vinculorum Chriſti memores, concupiſcentijs prauis frænum inijcere recordarentur: qua re diligenter expenſa Xyſtus V. Romanus pontifex anno octogeſimo ſexto ſupra milleſimum quingenteſimum Archiconfraternitatem Chordigerorum Romæ, motu proprio inſtituit, quam maximis indulgentijs, fauoribuſque dotauit: Iuuerit autem prima diplomatis verba audiuiſſe, quæ ſic ſe habent: *Diuinæ charitatis altitudo eminentiſſima & ſumma amoris Seraphici inexhauſta bonitas, qua ab æterno & ante mundi conſtitutionem in charitate perpetua dilexit nos, vtque nos ſibi obſtringeret in funiculis Adæ, id eſt, naturæ, gratiæ, & gloriæ ad ſe trahere voluit, videns protoplaſti culpa peccatorum funibus circumplexos, non modo nos vinctos ſuos non deſpexit, ſed in fortitudine educendos de mendicitate & ferro diiudicans, in funiculis ſecundi Adæ, inquit, traham eos, vtque inſolubilius noſmet ſibi vinciret, tenaciuſque obſtringeret, filium ſuum Redemptorem noſtrum, filium Adæ factum, iuſtitiæ cingulo in omni vita ſua ad lumbos præcinctum, ſuamet ſolius interius charitate vinctum licet, funibus impiorum pro ſua voluntate ligatum ad mortem Crucis attraxit, vt ſic nobis victis & peccatorum funibus vinctis ſapientia fieret, iuſtitia, & ſanctificatio atque redemptio* &c. Hactenus Pontifex: quibus ille id voluiſſe viſus eſt, vt vel in hoc mundi ſenio eiuſmodi chordæ vel funis geſtatione, vnumquemque ad officium, vnde tepore nimio excidiſſe viderat, reuocaret, neque vnquam tam ſalutarium vinculorum periret memoria, quibus vetere homine exſtincto, nouus indies maiore exſurgeret libertate.

Ad hæc, inter ceremonias, quæ adhiberi ſolitæ ſunt plenæ Chriſtiana pietate & militari ornamento, dum aliquis in Equitum Melitenſium Equites Melitenſ. collegium adoptatur, vna eſt, qua, fune collo impoſito, dominici iugi, exemplique quod ſubire, imitarique debet, admonetur. Ita Antonius Poſſeuinus.

Neque hic velim vt nouus homo Catenas, aut funes cannabe, ferroque conſtantes neceſſarios ſemper exiſtimet, tironibus illi non inconuenientes ſint, prouectioribus non ita: teſtis mihi S. Gregorius magnus, qui l. 3. Dial. S. Gregor. Moral. l. 3. c. 16. c. 16. ſic ſcribit: Iuuenis quidam Martius nomine, cum in montem Marſicum ſolitariæ vitæ ducendæ cauſa ſe contuliſſet, inibi pedem ferreæ catenæ innexuit, hanc vero ad rupem affixit, ne longius poſſet vagari, quam catenæ longitudo permitteret. Audierat boni adoleſcentis inſtitutum ac nouum vitæ genus exploraturus S. Benedictus, quendam ex diſcipulis ad eum miſit, qui verbis ſuis illi diceret: ſi ſeruus Dei es, non te teneat catena ferrea, ſed catena Chriſti. His auditis Martius illico obediens catenam ſoluit; ſolutus tamen longius non proceſſit, quam ante ſe catena extenderat, dum ad eam conſtrictus eſſet. Ita nouus homo timoris vinculis ſolutus, ea, quæ Chriſti patientis amor, nectere conſueuit, non prætermittet.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

Ieſus ad Annam ducitur. & coram Pontifice ab aſſiſtente miniſtro alapa caditur in noui hominis ſolatium ac documentum.

Facti contumelia prima virtutis probatio eſt.

Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. *Thren.* 3.30.

Ioan. 18. 19. *ET adduxerunt eum ad Annam primum. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: ego palam locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil: interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Hæc autem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: ſic reſpondes Pontifici?* Ioan. 18. 19.

Poſteaquam intra horti ſepta, hoc eſt intra ſecretioris tyrocinij cancellos, ſe nouus homo
aliquantiſper exercuit, & diuerſarum virtutum
fructus meſſuiſſe iam viſus eſt, atque eo denique
perueniſſe, vt Chriſtum apud ſe vinctum,
hoc eſt, conſtantibus, firmiſque animi propoſitis
adſtrictum habeat, exeundum illi primo ad
Annam eſt. Annas interpretatur gratia, primum
enim ad opera gratiæ, id eſt, religionis publicè
exercenda progrediendum eſt. Huc trahit Apo-
Heb. 13. 13. ſtolus Hebr. 13. *Exeamus*, inquiens, *ad eum extra caſtra, improperium eius portantes*, Imitando
ſcilicet vltro, lubentique animo amplectendo
Chriſti humilitatem, contemptum, ærumnas:
quibus verbis magnus Apoſtolus eos excitabat,
qui ex hebræis in Chriſtum crediderant, vt læti,
2. Cor. 6. 8. fidenteſque tanto duce præeunte, *Per infamiam, & bonam famam, in charitate non ficta* Veritatem
ex vmbra ſequerentur. Chriſtus veritas eſt, ſimulationem
omnem procul à ſectatoribus ſuis
faceſſere iubet. Si namque diſcipulus ille quem
arcani conſilij ſui participem fecerat, quemque
præ ceteris diligebat, epiſtolà illâ quam Caio familiari
ſuo inſcripſit, profiteri non dubitarit:
3. Ioan. 4. *Maiorem gratiam, ſiue ſolatium non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare*; Quid de
hac re Magiſtrum ſenſiſſe credendum eſt cui
tantoperè omnis veritas, & genuina ſimplicitas
cordi ſunt. Dormitantium in ſpirituali via, hic
morbus eſt, inficias ire ac tegere veritatem, quos
niſi galſis admoneat, niſi vigil ſuperior reſpiciat,
nunquam ſe eiuſmodi ludibrijs expediant. Ex
Chriſto itaque ipſo præeunte quæ nobis ſit vitæ
ratio ineunda, diſcendum eſt.

Interrogatus ergo quid profiteretur: *Ego*, inquit, *ſemper docui in ſynagoga, & in templo, vbi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.* Publica atque omnibus expoſita tempore
quonis & loco Chriſtianæ perfectionis doctrina
eſt. Diſſimulationis non eget: in aperto ſit,
A neceſſe eſt, quidquid perfectum veritatis ſectatorem
decet. Quod ſi te, infelix Anna, lateat,
ſi numquam ad Chriſtum audiendum neque
in templo, neque in ſynagoga, cum in vtroque
tibi principatum vendices, acceſſeris; interroga
eos qui præſentes adfuêre, illi teſtimonium
ferent.

Si vero neque tu, ô homo, Chriſtum adieris
aliquando, vel quia verbo tibi viſus, vel geſtis
ſublimior, quam tua ſe illum capere queat infirmitas,
infinitus Sanctorum numerus eſt,
quemcunque ex ijs obuium habueris, intrepido
animo, vultuque interroga, quid Paulus, quid
Ignatius, quid Franciſcus ab eo didicerint, exquire,
atque ita demum eius veſtigijs inſiſte.
B Magnarum ſiquidem hic vigor eſt mentium &
fidelium lumen animarum, ea ſubſequi via, qua
Chriſtus, qua Sancti præceſſerunt, eaque omnia
à nobis conſtanter exigere quæ illi accepta
à Chriſto gratia præſtiterunt; contra vero, ijs
omnibus interdictum ſibi exiſtimare, quæ mundo
dediti homines ſuiſque cupiditatibus obſecundantes
amplexi ſunt. Quid autem hic te maneat,
ſi roges, reſponſum extemplò dabit quem
amas: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat,* Ioan. 15. 19.
diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus: Solatur
autem quod ante præmiſit: *Non eſt ſeruus maior Domino ſuo: ſi mundus vos odit, ſcitote quia me priorem odio habuit.* Ioan. 15. 18. atque hoc eſt quod mo- Ioan. 15. 18
C do in exemplum noſtrum expertus eſt Chriſtus,
poſtquam ad Annæ domum noctis hora circiter
ſexta deductus atque in eadem ad Oleam
quæ etiamnum iſtic multum cauernoſa, & tres
ferè in truncos diuiſa oſtenditur alligatus fuit,
interea dum Pontifex, qui ob ſenectutem dormitum
conceſſerat, ſe veſtiret; ac captiuum acceſſeret;
quantis autem hic ſannis ac conuitijs
fuerit proſciſſus etiam tacente Euangeliſta, intelliget,
qui cum Iſaia cap. 9. 3. non ignorauerit,
quomodo *Victores captà prædâ, quando diuidunt ſpolia, exultent.* Isaiæ 9. 3.
Sed tenue illud initium fuit, ſi ad
ſequentia animum reflectas.

Interrupta quiete iam Annas ſurrexerat, ſtabatque
ante pontificem Ieſus nullo crimine,
D multis vero funibus, cateniſque adſtrictus: cum
is è veſtigio interrogare eum de diſcipulis ac
doctrina ſua; reſponere vero alter ſe palam omnibus
locutum, ex quibus clara ſui haberi cognitio
queat: quo dicto ſtatim fuit qui diuinum
vultum, ſedem illam pudoris, regiam diuinitatis
inflicto colapho violaret: nimirum ad omnem
patientiæ gradum ſatis non erat, ſine latronum
ritu vinciri, ſine cauſſam dicere, vt
reum, niſi in faciem etiam, tamquam puer ignobilis,
impudentiſſima miniſtri dextera cæderetur.
Neque atuit illa: aruit fortaſſe, ſed ad contactum
vitæ, in præmium, quod veſtigia oſculi
à proditore impreſſa deterſiſſet, reuixit.

Sed quis ſceleris tanti auctor fuit? percuſſus
alapa

Digitized by Google

alapa eſt ab homine ſacrilego, quamquam ea non tam hominis, quam improbitatis manus fuit, ab eo inquam, cuius aurem paulo ante tetigerat ac perſanarat, ſeruorum omnium ingratiſſimo depalmatus contumeliam hanc reportauit. Ita S. Ioan. Chryſoſt. Euthymius in Ioan. alijque, quod & Turcæ ipſi peregrinis tradere non prætermittunt.

Verebatur, credo, homo hominum poſtremus, ne, quia beneficium à Domino acceperat, cum eo amicè ſentire Pontifici videretur; idcirco inſigni aliquo facinore delere eam de ſe opinionem ſtatuit, nec tantum eſſe, ſed etiam videri voluit ingratus, docuitque exemplo ſuo, apud ſeruiles & venales animos beneficium ſeri, contumeliam meri.

Nec dolor atque acerbitas leuia fuerunt, credibile enim eſt ſacrum cruorem naribus, oculiſque protupiſſe, teneramque illam percuſſi Domini faciem liuore obductam illicò intumuiſſe: auctor enim S. Bernardus eſt ſermone de Paſſione impiam illam miniſtri manum ferrata chirotheca armatam fuiſſe: & S. Vincentius Ferrerius cum Antonio Burgenſi tanta vi atque conatu hanc alapam Chriſto inflictam eſſe, vt is ſtatim in terram corruerit: Ludolphus vero à Saxonia, ex ore eius ſanguinem profluxiſſe, atque in veneranda eius maxilla digitorum impreſſa veſtigia remanſiſſe, quorum ſigna in Veronicæ imagine reperta ſcribit, vt non immeritò ad iniquiſſimi illius blateronis audaciam deteſtandam vſurpare liceat, quod olim cap. 15. 25.

Iob. 15. 25. Huſſitarum Regulus expreſſit: *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam*, & contra omnipotentem roboratus eſt.

Atrox profectò hæc iniuria fuit, dum contra eum improbiſſimus nebulo roboratus ferrata manu ferreus ipſe, Dei maxillæ digitorum veſtigia impreſſit, tum quia animo vlciſcendi iniuriam Domino ſuo, vt percuſſor credebat, illata eſt; tum propter nobilium, grauiumque virorum præſentiam, quibus ante hac admirationi fuerat, tum verò quod à præſente tam Iudæorum, quàm militum turba cum plauſu fuerit

Chryſoſt. hom. 81. in Ioan. approbata, vt merito exclamet Chryſoſtomus Hom. 81. In Ioan. *Exhorreſcat cælum, contremiſcat terra de Chriſti patientia, & ſeruorum impudentia. Alapis Deus percuti potuit? O! Angeli, qui hæc intuemini, quomodo ſiletis? quomodo manus continere potuiſtis? quomodo pro Domino veſtro non reſpondetis? An hoc ita ſtupitis, quod attonitos vos teneat tanta inſolentia? & tanta manſuetudo? tanta peruerſitas & tanta patientia? Ipſam vniuerſam creaturam perhorruiſſe puto*, ait S. Cyrillus, *ſi ſenſum huius rei

S. Cyrillus. habuerit: Dominus enim gloriæ impia hominis manu cædebatur.*

S. Ephrem. de Paſſ. B. vero Ephrem ſerm. de Paſſ. *Qui de puluere*, inquit, *terra hominem finxerat, per gratiam, à manibus, quas ipſe formauerat alapam accepit*. Quod S.

S. Auguſt. tract. 113. in Ioan. Auguſtinus expendens, tractatu 113 in Ioan. ita

A ſcribit: *Si conſideremus quis acceperit alapam, nonne vellemus eum, qui percuſſit, aut cæleſti igne conſumi, aut terra dehiſcente ſorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut alia eiuſmodi pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam non potuiſſet, per quem factus eſt mundus, niſi patientiam docere nos voluiſſet, qua vincitur mundus?*

Tantopere autem contumelia hæc prominuiſſe viſa eſt, vt aquilinos Prophetarum oculos effugere non potuerit, quos inter Hieremias Thren. 3. 30. non obſcurè eam perſtrinxit, dicens: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs*: quod dudum ante Iob. cap. 16. eiſdem penè verbis, non tam perſonam ſuam, quam Thren. 3. 30. Iob. 16. 11.

B Chriſti repræſentans expreſſerat, *Percuſſerunt*, inquiens, *maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis*. Et Michæas cap. 5. *Percutient maxillam principis Iſrael*. Quin & Sibylla Erythræa id minimè neſciſſe viſa eſt apud Lactantium lib. 4. c. 28. Mich. 5. 1. Sibylla Erythræa.

In manus iniquorum infidelium poſtea veniet.
Dabunt & alapas manibus inceſtis.

Quemadmodum nec Delphica, quæ ceteris oraculis ſuis hoc attexuiſſe legitur: Sibylla Delphica.

Impingent illi colaphos

Vſque adeo res vna hæc execrabilis habita ſemper fuit ac deteſtanda, vt tanto ante tempore, ipſi calculum ſuum adijcere Prophetæ non dubitarint. Horrendum ſiquidem ſcelus & plus quam ſatanicam impietatem! vel purum

C hominem, ſed innocentem, nedum verum Deum ac hominem tanta feritate tractaſſe. Oza manum ad arcam applicuerat, *quoniam boues calcitrabant, & declinauerant eam*. 2. Reg. 6. Et ſubita morte percuſſus interijt. Ieroboam Rex manum ſuam contra Prophetam, à quo, Dei iuſſu monitus fuerat, cum minis ſuſtulerat, & ſtatim, vt ait ſacer Hiſtoricus, *Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum*. 3. Reg. 13. 4. Et hic manus non Regis, ſed ſcurræ, non in Prophetam extenſa, ſed magno niſu impacta in faciem Regis Regum ac Domini & Principis omnium Prophetarum non aruit, ſed viget, & viuit, non ad deponendam, ſed augendā magis audaciam! 2. Reg. 6. 3. Reg. 13. 4.

Si quis virum patricium, ac nobilem in fa-

D ciem cædat, non leuem pœnam incurriſſe cenſendus eſt: quid ſi Comitem, ſi Principem, ſi ducem, quid ſi Regem, aut Imperatorem! tanto namque eam creſcere conuenit, quanto perſona, quæ læditur maior eſſe iudicatur, & hic non homo, ſed Deus patitur, qui ſuorum commodis proſpicere geſtiens, propria negligere non veretur!

Olim Apoſtolo Thomæ, in aula Regis Indiæ maleferiatus nebulo alapam impegerat, & cum foras exit, ingentem moloſſum incurrit, qui arrepto dentibus brachio, quo nefariam Apoſtolo plagam intulerat, vnico illud morſu à reliquo corpore auulſit Abdia teſte. *Percuſſor S. Thomæ Apoſt. Punitus.*

B. Romualdum Camaldulenſium aſcetarum Patriarcham tenebriones quidam colaphis atque *Percuſſores S. Rom. Caſtigati diuinitus.*

Digitized by Google

que alapis exceperant, & quid actum? eodem A die, nec ſeriùs, partim domus ruinâ oppreſſi, partim aquis ſubmerſi debitas ſceleris pœnas perſoluerunt.

Percuſſores S. Elphegi puniti.

S. Elphegum ciues quidam ad quos diuerterat colaphis mulctarant, cum ecce vix ille portis pedem extulerat, & tota ciuitas incendio deflagrauit.

Antioch. ob violatam imaginem Eudoxiæ puniti.

Antiocheni Eudoxiæ Imperatricis ſtatuam in populari quodam tumultu conſperſam luto in terram deiecerant, quo audito Theodoſius Imperator vrbem totam ferro, flammiſque vaſtatam exſcindere ſtatuerat, nulli ſexui, aut ætati parſurus: & feciſſet, niſi per deprecatores ad miſericordiam motus, primis incentoribus B caſtigatis, culpam ceteris remiſiſſet.

Et hic, notate & obſtupeſcite! ſceleſtiſſimi thraſonis impietas, extento brachio, exertiſque viribus ori colaphum imprimit, quod ſplendor eſt gloriæ & manu inſaniſſimus lucem tentat, nec ad feruentiſſimæ lucis contactum exarſit illico in cineres manus illa. Sed mirari deſiſtite voce manſuetiſſima, quaſi afflatu auræ tenuis illam Chriſtus refrigerat, vſque adeò ſui negligens, alienis commodis voluit patrocinari. Prætereundus hic neutiquam mihi S. Ioan. Chryſoſtomus eſt, qui hom. 7. ad popul. poſtquam patientiam Chriſti in ſufferenda hac alapa deſcripſiſſet, petit cur Deus qui Ieroboami C manum, quà Prophetam percuſſerat tabeſecit, Chriſti iniuriam non vindicarit. Reſpondetque id ideo factum, vt te doceat ea quidem quæ Dei ſunt vindicare, quæ verò propria ſunt prætermittere. Sicut enim mea prætermitto, tua vero vindico: ſic & tu mea vindica, tua verò prætermitte. Neque enim probare vnquam potui ſiue hiſtoriam, ſiue, vt vero propius, commentum, quod Franciſcus Alcharotus Eccleſiæ Nouarienſis Canonicus in ſuo terræ ſanctæ hodæporico, aliique non pauci ſcriptores euulgarunt, de Petro Banzio Vicentino nobili, quem, dum anno CIↃ. D. LXXI. terram ſanctam obiret, à Turca quodam deductum volunt ad locum quendam in vrbe Hieroſolyma ſecretiorem, cuius ingreſſum ferrea ianua muniebat, D in imo autem lacus quidam aqua & ſulphure permixtis horridus ſedebat, in cuius medio vir quidam cruciabatur acerrimè, manum incunctanter, molæ inſtar Ixionis, rotans, voce emiſſa identidem: *Sic reſpondes pontifici?* Quem aiebant infelicem illum Malchum eſſe, qui olim Chriſto alapam impegit, quemque ab eo tempore terra abſorpſerat, ibique tormentis maximis exercitum diuina nemeſis attinebat: dignum nebulone ſupplicium, ſi reuera tale. Fieri id quidem ita potuiſſe nulla Theologia vetat: quis enim tam cæcus eſt, aut tam malè de diuina omnipotentia ſentiat, vt præſumat eam vſque adeò arctare, vt illam, quæ infinitos ſpiritus æternis cruciatibus in ſinu terræ cruciandos tra-

Commentum Turcicum de Malchi ſupplicio.

didit, neget vnum, alterumue addicere non poſſe eiſdem, vel etiam maioribus in ſuperficie terræ? cum ibi, ſicut in centro, plures ſuorum ſcelerum pœnas dare SS.PP. affirment: verum an ita reapſe hæc ſe habeant, vnà mecum dubitant multi, tum propter Turcarum relationem, quibus exigua fides habenda eſt, tum vero propter dæmonum illuſionem, qua nobilis ille Vicentinus exiſtimaſſe potuit videre ſe, audireque, quod minimè vel videbat, vel audiebat. Quod vero ad Malchi perſonam attinet, licet S. Ioannes Chryſoſt. atque Euthymius illum huius iniuriæ deſignatorem ſtatuerint, ſunt tamen & alij, teſte Petro Cottono, qui doceant, Chriſtum, dum Malcho auriculam in horto reſtituit, corporis vnà cum animæ, ſanitatem reddidiſſe, atque ita veriſimile eſſe illum, hoc à Domino beneficio accepto, benefactoris ſui ſimul potentiam & bonitatem demiratum, in ipſum credidiſſe, ac proinde à ſceleſta illa colluuie ſe ſubducendo, in domum ſuam commigraſſe, atque irrogatas innocenti huic ſanctoque viro iniurias deploraſſe. Quicunque itaque fuerit ille, hoc certum, mille pœnarum generibus digniſſimum, diuinæ tamen manſuetudinis gratiam in ſe mirificè expertum, quæ tum noſtri cauſa, tum exemplo, hic euidenter eluxit.

Petrus Cottonus.

Auctor eſt B. Ephrem olim in more poſitum fuiſſe, quoties ſeruus aliquis manumittendus ac libertate donandus eſſet, eoram Iudice ſiſti ſolitum, qui alapa inſigni exceptum poſthac liberum fore pronunciabat. Cui non abſimile eſt, quod Germanis vſitatum aſſerunt, apud quos dum ex equeſtri famulitio Ephæbus aliquis ab arctiore diſciplina eximendus, ius gladij portandi conſecuturus eſt, ante ab equeſtris ordinis viro nobili certis conceptiſque verbis in faciem cæditur, ac deinde gladio ſuccinctus, liber eſſe poſthac declaratur.

B. Ephrem.

Modus manumittendi, ſeu libertate mittendi per alapam.

Peccatum, magnus ille ac nefarius tyrannus, omnes nos peſſimæ mancipauerat ſeruituti, nec diem vllam, aut noctem à gemitu, fletuque liberam calamitas miſeris indulgebat. O quoties non iam rorantibus oculis ſed lachrymarum imbre fluentibus triſtiſſima Adæ poſteritas identidem ingeminans clamabat: *O Adonai, ô dux domus Iſrael, qui Moyſi apparuiſti in igne rubi, veni ad liberandum nos in brachio extento.* Audiuit tandem, vtque nos in libertatem vindicaret, ipſe diuini furoris alapam noſtri cauſſa ſuſcepit dum *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicens: ſic reſpondes pontifici?* Quippe qui gladiatoriam percutiendi licentiam, fœda etiam adulandi ſacerdotibus arte turpabat, cui proinde gemino & ignominiæ, & doloris ictui Chriſtus occurrens, ita patientiam iniuriæ præbuit, vt falſitatis calumniam reprobaret, quia enim miles ignarus errauerat, docendus: & quia barbarus inſultauerat, patienter ferendus fuit.

Officium Eccleſiaſticum.

Sed cur, inquit, Auguſtinus, tractatu 113 in Ioan.

S. Auguſt.

Matth. 5. 39.

Cur Chriſtus non præbuerit alteram maxillam percuſſus.

Ioan. non fecit Dominus quod præcepit, *Si quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei & alteram?* Ex ipſo veritatis adyto liquet reſponſio, ſatis namque quod olim docuerat, comprobauit exemplo, cum diuiniſſimum vultum paulò poſt mille alapis, colaphiſque præbuit violandum, quamuis ab eo nunc duxerit abſtinendum, ſic ipſemet legis ſuæ præclarus factus interpres, quam ſemper ita ſeruandam eſſe docuit, vt ſi neceſſum fuerit maxillarum alteram ad ſimilem ictum omnes porrigamus, & cum rei peritaſis aliud, quia melius, viſa fuerit exigere, iam ſolum interioris promptitudine voluntatis, eandem compleamus: atque ita nunc palmaris contumeliæ notam amica voluit reſponſione tranſmittere, vt in conſilijs atque iudicijs ſeruandam Iuſtitiæ normam & æquitatis lineam minimè tranſiliendam ceteros ipſe, quia Dominus admoneret; reapſe demonſtrans, teſte eodem S. Auguſtino quod addendum erat, ſua

S. Auguſt.

ſcilicet illa magna præcepta patientiæ non tam oſtentatione corporis, quam cordis præparatione adimplenda eſſe: fieri enim poteſt vt alteram maxillam viſibiliter præbeat & iratus. Quanto ergo melius! & reſpondet vera placatus, & ad perferenda grauiora, tranquillo animo ſit paratus. Nobile profectò manſuetudinis & patientiæ documentum, quod rectè expendens S. Ambroſius ſerm. 6. in Pſal. 118. *Quam bonum*, inquit, *eſt ferre conuitium, & conuitum non referre, Deum præſulem acquirit, qui conuitianti neſcit iraſci.*

S. Ambroſ.

Quæ cum ita ſint, agite porro omnes, quotquot excuſſo diabolicæ tyrannidis infauſto iugo, ad libertatem filiorum Dei hoc duce contenditis, vitæ nouitas hâc petitur viâ, & quæ hactenus animo abdita, ac velut ignota latuerat, in apertum prodit, & ſe agnoſci gaudet, cuiuſmodi cum tanta nobis teſtium nubes impoſita ſit, qui ſua nos vndique luce circumſtant, congruenter admodum me facturum cenſui, ſi qua illi præluxerint via, eandem nobis ſtatuero in exemplum, atque inter hos iure optimo primi cenſendi ſunt, de quibus beatiſſimus Apoſtolus Paulus 2. Cor. cap. 11. ſcribit: *Suſtinetis ſi quis in ſeruitutem vos redigit, ſi quis deuorat, ſi quis in faciem vos cædit*, Conſtantes ſcilicet, & contra ſpiritum Satanæ vos colaphiſantem fortes, nec quidquam iurgantes, ſed animo infracto quantuis iniuriam exſorbentes de quorum numero laureatus Chriſti Martyr Chriſtophorus fuit, quem poſtquam vrbis Samiæ præfectus in faciem atrociſſimè percuſſerat, dixit: *Vindictam mihi crede abs te repoſcerem, niſi Chriſtianus eſſem*, His verbis ſignificans, eum qui vetere homine exuto Chriſtum induit, nonniſi patientiæ illius exemplum imitando veri Chriſtiani nomen promereri. Metaphraſt. in Vita.

2. Cor. 11.

S. Chriſt.

Nec procul ab eo S. Bernardus diſceſſiſſe viſus eſt, dum à regulari clerico, iam nimium ir-

S. Bernard.

A regulari, cui habitum ordinis iuſta ex cauſſâ denegârat, alapam retulit, vnde maxilla inflari, ac rubere cœptâ, præſentes hominem inuadere, ad pœnas depoſcere, ſolus autem Bernardus factum excuſare, vindices impedire, ac liberum dimittere eius exemplo; cuius ſe diſcipulum profitebatur, quique non ſolum maxillam alteram pòſt percuſſuris, ſed corpus totum in cruce figendum præparabat. lib. 3. c. 16. Vitæ.

Bernardum in opere pulcherrimo ſecutus eſt Iſidorus Clarius Fulginatum Epiſcopus, ludentes hic in foro præteriens officij admonuerat, cum eam ob cauſſam ex illo perditorum grege vnus nobilitate audax ac furore præceps cola-

S. Iſidorus.

B phum excuſſiſſimâ palmâ Antiſtiti infregit; ſed ſtetit ſibi conſtans Iſidorus, ac diſſimulata iniuria, qua cœperat, ire perrexit. Eundem vir nobilis ab eo in intima deductus conclauia, ibique de propudioſa, quam ageret, vita leniter monitus, rabie furens ac ſcelere amens, depalmarat, non ideo tamen quidquam patientiæ minus decorum fecit Iſidorus, quin irruentes famulos abire iuſſit, nihil factum etiam dictitans, ſed quas Chriſti ſeruus diſſimulanter tranſmiſerat iniurias, grauiſſimè ſuo tempore vltus eſt Deus, nam vterque emota mente deſipientes, longa & miſeranda ciuibus fabula fuere.

Non abſimilis in Ægidio Gonzalio, viro inter primores Societatis Ieſu clariſſima laus eſt.

Ægidius Gonzalius.

C Efferauerat in vltimam rabiem aduerſa alea hominem de vulgi fæce, neſcio quem. Is à ludo, amenti ſimilis digrediens Gonzalio, qui primus furenti occurrit colaphum inſolentiſſimè infregit, quod Ægidius Chriſtianæ memor diſciplinæ adeò diſſimulanter habuit, tamque compoſito gradu, quo cœperat, ire perrexit, comes vt dubitaret, verene depalmatus fuiſſet, an ipſe falſus videndo. Verum id clarè intellectum eſt, cum altera die domum noſtram, iam ſibi redditus, percuſſor venit, crebroque gemitu ac ſingultu expiatus eſt.

Vlterius etiam tetendit Bernardinus ex ordine miniſtrantium infirmis, Camilli fundato-

Bernardin. Ex ord. miniſtrantium infirmis.

D ris non viæ magis, quam virtutis comes, etenim hominem à quo colaphum acceperat curriculo aſſecutus [nam ille quantum poterat ſubduxerat ſeſe] quantas & ipſe potuit gratias pro accepto beneficio agere non dubitauit. Ita qui vitæ nouæ, hoc eſt Chriſtianæ præceptis initiati ſunt, iniurias quamquam oppido luculentas, cum ex illis plurimum ad Chriſti Domini imitationem proficiant, lucro imputare conſueuerunt.

Nuſquam autem felicius, quam à ſæuiente libidine iam fruſtrata, hæc meſſis pullulare conſueuit: abduxerat noſter Ludouicus Vngria in pudicitiæ caſtra ab impuro amatore feminam, cuius abſentiam ille impotentiſſimè cum ferret, Ludouicum hominem ætate ac moribus venerabilem publicè colapho verberat. Non illius

Ludouicus Vngria.

maior

maior fuit rabies, quàm Ludouici patientia, quaſi beneficium accepiſſet, ſublatis in cælum oculis manibuſque gratias magno animi ſui ſenſu Deo peregit, Annal. hoc:

Ioan. Sanctius.

Supparem huic Io. Sanctium iungo, hominẽ quẽ Aulæ diſciplina nouũ reddiderat, qui dum è lupanari ad pœnitentiæ caſtra mulierculam eo transfugio ſeruandam perduceret, obuiam factus amator impurus, rabieque, quam libidinis aſſeclam nominamus, percitus, conuitijs onerato, luce palam in ipſo foro alapam inſregit. Sed ſtetit inmota ſacerdoti patientia, quæ ſenio robuſtior, humi poſito genu malam alteram obtulit verberanti. Nulla re magis frangitur ira, quàm patientia, mox enim accidit, qui iniuriam fecerat, Sanctio ad genua, & veriſſimis perfuſus lachrymis veniam pacemque precatus geminæ perturbationi, libidini, atque iræ ab vna venerandi ſenis patientia ſenſit ſibi factam eſſe medecinam. Eiuſdem coronæ particeps fuit &

B. Ioan. de Deo.

B. Ioannes de Deo, primipilus Ordinis ſui, qui dum Granatæ iuuenem bono loco progenitum intrare domum ſuſpectæ mulieris conſpicit, præeuntem inſequitur, rogans vt ſaltem homines ſuſpicione eximeret mali, & ſecum exiret. Ille nugari & ridere. Hic inſtare ille iraſci: hic rogare ille iniurias iacere, imò alapam infligere bene formatam Hic in genua procidere, & alteram petere, modo ſuſpectum hoc conſortium declinet, & non peccet. In Vita.

S. Spirid.

Spiridionem ignoraſſe videar, ſi hos inter, nomen eius præteriuero: à Conſtantio Imperatore ad aulam accerſitus, ſe vir humilis iſtuc conferebat, nulla in ſpeciem veſtium pompa nobilis, nullo comitatu æſtimandus: cum ecce quidam in limine domus regiæ virum intuitus, atque indecorum ratus, tam abiecta ſpecie hominem palatium intrare, ſacræ eius maxillæ impudenter colaphum inſregit: & tulit id quidem Chriſti exemplo vir ſanctus patienter, atque ad alterum ſe non imparatum oſtendit, quæ res inſolentem illum tanto affecit pudore, vt repente ei ſupplex fieret & inconſideratæ audaciæ veniam peteret, quam etiam libens conceſſit: quo factum eſt, vt à viris principibus in honore habitus ad Imperatorem deduceretur. Surius.

B. Siluest.

Quin & numerum hunc compleat B. Silueſter, ordinis Silueſtrinorum fundator, qui ob admiſſum Iuuenem in cætum ſuum, ab amicis eius grauiter vexatus, ac tandem impactâ alapâ, gemino ex capite, vehementer læſus, tanta animi moderatione & æquitate contumeliam tulit, vt tum Euangelici memor conſilij, tum Domini Saluatoris motus exemplo, non modo nullum verbum acerbius protulerit, ſed ne minimum quidem ſignum, verus Chriſtiani nominis athletes, monſtrarit. Nec hic tantæ laudis adorea ſtetiſſe viſa eſt, ad plures neque inuita tranſijt: Dum quis in ordinem equeſtrem adſciſcendus erat, ab eo qui cæremonijs præerat, alapa his verbis prolatis percuti cœptus eſt: *Ad honorem Dei omnipotentis te militem ordino, memento quoniam Saluator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphiſatus & illuſus eſt, eius opprobria memorari non deſinas, cuius crucem acceptare conſulo, & mortem Christi vlciſci te moneo.* Ita Chronica Flandriæ ad Annum Domini CIↃ. CC. XLVII, cum Guilielmus Comes Hollandiæ Aquiſgrani à Cardinali S. Georgij ad velum aureum Eques crearetur, paulo antequam in Regem Romanorum eligeretur: Sanctius verò dum Confirmationis Sacramento initiamur in faciem cædimur, tum enim è gregarijs militibus in antepilanos aſſumimur, nouumque robur induimus, quocirca & hic ſolet Epiſcopus alapam Confirmato infligere, ſigno edito innuens & in iniurijs patiendi conſtantiam, & in opprobrijs tolerandi ſolertiam, Saluatoris exemplo nobis commendari: quare nec Chriſtianum pudere debeat iniuriam ferre, neque incidere eam velle aliquando vlciſci. Efficit enim hoc Sacramentum frontem illi ſimilem, quam Deus Ezechieli dediſſe legitur cap. 3. 8. *Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt Adamantem, & vt ſilicem faciem tuam*: Nec adamas, nec ſilex percutientibus cedunt, nec impreſſis veſtigijs ſignum ictus aſſeruant, quam cauſſam fuiſſe arbitror cur Theophorus ille Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, ad Polycarpum ſcribens, Cor hominis noui voluerit eſſe *ὡς ἄκμων τυπτόμενος*, inſtar incudis ſolidum, quæ recipit quidem ictus, ſed ſignum ictus non ſeruat, reſonat icta, ſed non retinet impreſſionem.

Ordinis equeſtris cæremonia.

Sacram. Confirmationis.

Ezech. 3. 8.

S. Ignatius Martyr.

S. Eulogi

An non talis S. Eulogius perpetua Cordubenſium gloria, qui dum à Saracenis ad necem raperetur, atque à milite alapam acciperet, ſine commotione ad alteram ſe obtulit, quam & illicò eadem promptitudine, qua flagitarat, accepit. Cum ecce ſtatim à morte ſupra corpus eius in tantæ manſuetudinis ſignum columba reſedit. Surius.

Sed dicet fortaſſe aliquis cũ Venuſino poëta:

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
Manant in agros

Non ſemper tyrannicæ perſecutionis hiems eſt, nec perpetuò bruma ſæuit. Ita eſt, ſed in Virtutum caſtris habet & Pax alapas ſuas, quibus nouus homo ad bellum excoquitur, vt enim gladiatores ſub alipta exerceri ſolent atque ad omnem pugnæ & vulnerum patientiam in vmbra obdurantur: haud aliter virtus priuatis etiam rudimentis, ac voluntarijs certaminibus eruditur.

Plato Studita.

Atque hic minimè tacendus eſt magnus ille Studitæ Platonis animus, qui deliberato ſæculi contemptu, ad monaſterium contendit, inſtans precibus, genibus prouolutus, vt nouæ & religioſæ vitæ rudimenta liceat inter eos ponere.

R. P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

Sed Abbas cum genus, educationem clara om-
nia, & vel delicijs, vel honoribus cumulata de-
prehendiſſet, non poteris, inquit, in hac vitæ du-
ritie monachi laborem ſuſtinere. At contra Pla-
to: Omnia tibi Pater trado, mentem, volunta-
tem, corpus: iam dudum labores omnes mente
præcepi, duri non erant, quos Dei mei cauſa
elegi. Nec facilior, quam veracior in promiſ-
ſis fuit: quare præpoſitus calcar addere curren-
ti volens, duris cum imperijs exercebat, increpa-
bat coram alijs auſterius, ille vero increpationes
non minori excipiebat lætitia, quam ceteri lau-
des. Denique ſic exarſit imitandi Christum,
voluntarieque patiendi deſiderio, vt multis pre-
cibus ab Abbate contenderit, vt pugnis & alapis
cæderetur: diu multumque rogatus Abbas vi-
dentibus & admirantibus multis ad conceſſit,
ſpectaculo penè fidem excedente. Iubebatur
frater quidam alapas, pugnos, verbera incutere:
vrgebat iuſſio, percutiebatur, at percuſſore la-
chrymante, ridebat; lætabatur, geſtiebat præ
gaudio percuſſus, id vnum ſibi iucundum ac
glorioſum credens, ſi pro Christo dolere, pati
& contemni daretur. Theodorus Studita in
vita eius.

Caroloman.

Huic ſocium in hac palæſtra adiungo Caro-
lomannum, qui patruus Caroli Magni Impera-
toris fuit, Pipini regis frater natu maior, & ipſe
Germaniæ Rex, rerum fortiter, feliciterque
geſtarum gloria clarus, huic cum parum vide-
retur labores bellicos, pacis opes, conſiliaque
Deo conſecraſſe, ſe quoque, ac ſua omnia per-
fectiſſimè abdicata Christo tradere decreuit,
relictoque regno ac patria, Romam abijt, & in
Soracte ædificato monaſterio monachi habi-
tum, ſed multo magis animum induit, nec la-
tentem includi animo principem ſinebat, ſed
antiquo homine depulſo, in hoc intentus in-
cumbebat, vt ab omnibus, quæ mundi ſunt, eſ-
ſe poſſet alieniſſimus. Verum dum vnde con-
temtione minuebatur, inde verior illi gloria creſ-
ceret, eumque venerabundi plurimi inuiſerent.
Clam inde ſe ſubduxit, & egenus atque inops
Caſſinum petijt, ac pœnitentiæ locum popoſ-
cit. Annuit Abbas, iuſſitque tanto virorum,
animumque illius periclitari accuratius, quod
barbaræ ignotæque gentis homo videbatur: at
ſemper & patientia & omni virtutum genere
claruit, ad viliſſima coquinæ miniſteria prom-
ptus, ab inſolente coquo & alapas & acerbas
verberationes æquiſſimo animo ſufferebat. Ba-
ronius tomo 9. anno Christi 747.

Ioannes Marinonius.

Sed quid vetera conſectamur, vbi nouis at-
que recentibus abundamus? Notus à morum
ſanctitate ac religione Ioannes Marinonius, re-
cuſato Archiepiſcopatu Neapolitano, maior,
quam vnquam mitra, pedoque fuiſſet, quanto
hic impudentis ſcurræ alapam Domino ſuo
impactam ſenſerit, vel hinc liquere arbitror,
dum non ſemel hanc ad altare Hiſtoriam le-
A gens, à circumfuſa populi multitudine tanto
cordis dolore percelli viſus eſt, vt cum percuſ-
ſo Domino in terram deciduus laberetur. Bo-
ſtius lib. 1. c. 5.

Petrus de Anaſco.

Accedit Petrus de Anaſco Societatis Ieſu ſa-
cerdos ex Prouincia Peruana, qui vernas & do-
mestica mancipia precibus vrgere imò & pretio
ad id conducere ſolitus, vt ſe alapis contunde-
rent, poſito illi præmio non vulgari, qui percute-
ret validiſſimè. Ipſe interim memoria alaparum
Christo ſuo impactarum mirificè recreabatur.
Annal. Nec ſegnior hic viſus eſt infirmior ſex-
us. Patet in nobiliſſima Luſitaniæ principe Io-
anna, Dionyſij regis filia vnica, quæ morte in-
ſtante cum prælegi ſibi Paſſionem Christi vo-
B luiſſet, iamque peruentum eſſet ad alapam
Christo à miniſtro Pontificis impactam, peti-
uit ſibi brachium ſuſtolli, atque ita alapam ſibi
dedit, quam fortiſſimè poſſet; dicens: *Demitte
Chriſte famulæ tuæ peccata ſua.* Vaſconcellus.

Ioanna Luſitana.

Nec aliena ſemper opera adhibita fuit, &
propriæ in faciem ſuam manus non ſemel ar-
matæ, & ſacro huic miniſterio famulatæ ſunt.
Decumbebat morti vicinus eminentiſſimus
Staniſlaus Cardinalis Hoſius, dum legi audiens
Euangelium S. Ioannis, quod Christi cruciatus
examuſſim recenſet, alapam Christo impactam
aduertit; quare os ipſe quoque ſuum extem-
plo eleuata manu verberauit. Staniſlaus Reſcius
in vita.

Staniſlaus Hoſius.

C Eodem in ſtatu verſabatur V. Agnes de que-
ſada ex ord. Minimorum, cum idem ſibi præ-
legi euangelium voluit. Quod dum fit, ipſa-
que decuſſatis brachijs, nixa genibus auſcultat,
mox anagnoſte alapam Christo impactam reci-
tante, dilecto compati deſiderans, grauem ſibi
alapam inflixit. Annales ord. Hæc ſi mortem
ex propinquo aſpicientes facere non formida-
rint, quis ſanas & integras idipſum deſignaſſe
miretur? in quo ſereniſſima illa Margarita, è
Lotharingis ducibus non certius olim, quam fe-
licius ex Deo ſuo prognata, documento omni-
bus fuit, votum hæc Deo fecerat omni die, qua
valeret, Christi patientis doloribus compatien-
di, vnde factum vt in cubiculo, ante oratorium
D in quo Crucifixi imago poſita erat, pugnis &
alapis ſeipſam ad ſudorem vſque percuteret.
Monita à Sodali ne valetudinem peſſumdaret,
reſpondebat: *Sicut calcaria, & virga excitant
equum, ita hæc verbera ſpiritum meum: ſinite,
quæſo, me, compati volo Ieſu meo: votum voui fer-
uentius Deum amandi.* In Vita.

Agnes de queſada.

Margarita Lotharing.

Idem de Anna Sanchia ex ord. S. Dominici
tradunt Annales ord. quæ ſingulis ſextis ferijs
per clauſtrum genibus repens alapis ſe & pugnis
contundebat, earum memor, quas ſponſus
olim à Iudæis accepiſſet, vnde die ſequenti li-
uida apparebat.

Anna Sanchia.

Magnum id quidem atque heroicum dixe-
rim opus, hoc reſtat, vt diuinum quoque liceat
nomi-

Digitized by Google

nominare, cum neque à propria, neque aliena hominis manu, ſed cæleſti illa, atque Angelica profectæ alapæ, eodem, quo antè, genas pinxerant Saluatoris & hominis incipiant malas colorare.

A. Coleta. Clarum id atque perſpicuum fiet in B. Coleta, quam aliquando in ſacra Paraſceue tam attentè in Chriſti meditandis cruciatibus verſatam accepimus, vt grauiſſimis affecta pœnis, etiam in corpore ſtuporem obuijs afferret, adeo enim facies eius contuſa, cæſaque apparebat, vt nihil in ea, niſi pellis & oſſa fracta, & comminuta, naſuſque complicatus cerneretur. Stephanus Iuliacus in Vita.

B. Chriſt. de Aquil. Nec leuiore calculo præſentem hanc rem B firmabit B. Chriſtina de Aquila ex ord. Eremit S. Auguſtini, quæ feria quinta maioris hebdomadæ in ecſtaſin rapta, viſa fuit in facie, ſecundum malam ſiniſtram ſubatro colore liueſcere, die autem ſabbati ad ſe reuerſa, interrogataque de ſtupendæ eſtaſeos ſucceſſu, reſpondit à primis ſtatim incunabulis petiiſſe ſe cum Domino magna paſſo aliquantillum pati, adeoque rogaſſe minimos dolores experiri eorum, quos pro humani generis ſalute pertuliſſet: contigiſſe vero id ſibi dum plagam alapæ, cum eiſdem ſignis, quæ ab improbi ſatellitis armata manu Saluator olim receperat, accepiſſet: Curtius.

Atque hæc, licet fortaſſe nimia, ad difficillimæ in Chriſtiana Philoſophia probationis exempla, volui attuliſſe, vt vel ipſa præſtantium multitudine intelligatur, nihil eſſe tam arduum quo nouus homo, Chriſto præeunte, non poſſet eniti.

CAPVT NONVM.

Falſorum teſtium productione in domo Cayphæ Chriſtus obruitur, ſua nequidquam ei patrocinante innocentia.

Æquanimiter ferre iniuriam magnum progreſſus experimentum.

Vide ne calumnia conturbet ſapientem, & perdat robur cordis tui. *Eccli.* 7. 8.

Matth. 26. 59. *M*Iſit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem, vbi ſcribæ & Seniores conuenerant. Principes autem Sacerdotum & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt, hic dixit, poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. Matth. 26. 59.

Iam Dominus apud Annam manifeſtè profeſſus erat ſe publice in templo ac ſynagoga locutum omnibus, atque optima vitæ morumque præcepta populo tradidiſſe; nec minus re-

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

A apſe quam verbo oſtenderat, cum ſibi os illud aureum eloquentiæ cæleſtis oraculum à thraſone dicamne? an paraſito obtundi paſſus eſt, vt verbum durius nullum præ ſe ferret.

Conſequens itaque erat, vt idipſum apud Caypham, Herodem ac Pilatum maiore in lumine poſitum omnibus ſtatueret in exemplum, vt quotquot è vitæ nouæ tirocinio egreſſi, perfectum eius, robuſtumque ſpiritum aſſequi cuperent in agentis Chriſti, patientiſque formulas proſpectarent, vbi ad veram prudentiam, vitæque optimè degendæ methodum ſuppetere ſolet modus admirabilis & incredibilis facultas.

E domo itaque Annæ nocte media eiectus B potius, quam dimiſſus, ad Concilium trahitur Iudæorum, hoc eſt ad tribunal tenebrarum captiuus Sol Iuſtitiæ intempeſta nocte raptatur: & licet de capiendo per dolum eo, in quo dolus non erat, diu ante cogitaſſent, iam de tollendo eo, qui peccatum non fecerat, effrænatè conſultant. Stabat manibus poſt terga reuinctis facie verberibus liuida, oculis lurido pallore ſuffuſis, atque in terram deiectis, funem collo geſtans, nullas habens in ore ſuo redargutiones. Spectaculum miſerum, ac luctuoſum! de quo tanta cum nobis manauerit vtilitas, nulla quoque voluit obliuione deleri quod vel inde amplius noſſe datum eſt, cum totam rei ſeriem C longe triſtiſſimam iis, quos præcipuo ſtudio in amoribus habebat, non ſemel legitur ſeipſa velut præſentem exhibuiſſe, quos inter nequaquam poſtrema Virgo fuit Richmundis nomine, habitu quidem ſæcularis, ſed vita religioſa valde, ac ſpiritualis, quæ ieiunijs atque obſecrationibus identidem vacans, mente ſæpiſſimè excedebat. Richm.

Hæc tempore quodam Dominicæ paſſionis, cum de ipſa meditando valde compungeretur, mente excedens, mox per Spiritum in domum quandam [Cayphæ hæc erat;] amplam & hiemalem rapta eſt, in qua Saluatorem ſtantem vidit nudipedem, & quaſi captiuum, & circa illum multitudinem Iudæorum. Stabat autem demiſſo vultu, ſola tunica indutus, atque diſcinctus, manibus etiam demiſſis. Et ſicut ipſa deinde retulit, in diuerſis angulis domus deni ac D duodeni ad inſtar ciconiarum congregati ſuſurrabant, de morte illi inferenda conſultantes; quemadmodum hæc fuſius Cæſarius lib. 8. c. 9. proſequitur.

Erant autem hi Iudices illi tenebricoſi, ſcelerum architecti ibuiddi inflammati, liuore tenenti, ſuperbia tumidi, ambitione faſtuoſi; nihil magis quam ſuæ auſi inuidiæ Chriſti cruorem ac ſanguinem ſitientes. Accuſatores iidem, ipſi Iudices, maleuolentia pleni, iniuſtitia ſtimulati, ſimul ſceleſti. [illegible]

Teſtes pecunia conducti, ſpe præmij, fauoriſque allecti. Reus verò, ipſa innocentia integrior, omni integritate innocentior, Chriſtus Ieſus; ſed quidnam huic expectandum ab iis,

qui non ſolum omnem iudicij formam legumque Iuſtitiam libidini ſuæ poſtponerent, ſed & acerrimo turpiſſimoque ſtudio falſos teſtes conquiſiuerant, quorum teſtificationem, vt velum fucatæ iuſtitiæ oppandere, & iuſtum de medio tollere poſſent. At magna vis veritatis eſt, nullis merſabilis vndis exſuperat, quodque Auus regius de nepote olim cecinerat, in apertum hic
Pſal. 26. 12. prodire viſum eſt: *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.* Verè vtique mentita, multi enim vt S. Marcus ſcribit, *Teſtimonium*
Marci. 14. 56. *falſum dicebant contra eum: & conuenientia teſtimonia non erant.* Vidiſſes inuidiâ liuidos, maleuolentiâ ſuffuſos, non iam verba, ſed fulmina ore toto minitantes.

B Sed quare non abſque teſtimonijs quod corde conceperant intrepidè perfecerunt? præſertim cum iam dudum antè, quàm in iudicium adductus eſſet, apud animum ſuum ſtatuiſſent iure, an iniuriâ eum morti dare? Gemina id rear factum de cauſa, vna vt conſulerent honori ſuo, ne enim homicidæ potius viderentur, quam iudices, aucupari formam iudicij voluere: quod rectè annotauit Chryſoſtomus, dum,
S. Chryſ. inquit, *Nonnulla more iudicum quæſiuiſſe, vt habitum iudicij atque figuram inſidijs prætexerent, inſidias ſuas;* teſte Victore in Marcum, *iuſti tribunalis ſchemate pallian tes:* Siue enim verum teſtimonium foret,
Victor in Marcum. ſiue falſum, modo ferretur vel à duobus concorditer de crimine morte digno, ſufficere poterat ad hoc, vt videri poſſent iuſtè eum morti adiudicaſſe. Altera teſtimonij quærendi cauſſa fuit Pilati Præſidis neceſſaria opera, abſque qua neminem morte plectere ipſis licebat, abſtulerant enim ipſis Romani, Iudæorum rerum iam Domini, facultatem omnem interficiendi quemquam, quare cum ad illum deuoluendam cauſſam non ignorarent, neque conſenſurum vnquam petitioni ipſorum, niſi de crimine morte digno cognouiſſet, teſtes ſerò inquirebant & acceleratione quidem captum vt nullam diei feſti, quem ante ſeruare ſtatuerant, habendam rationem exiſtimarent: tum metu, ne quâ forte eluderetur viâ; tum verò ne ſanguinis eius expetiti orta iam ſitis, quàm perſonæ præſentia mirum accenderat, ante reſtingueretur quàm eodem ſe pollicibiliter ſatiaſſent.

At nullum eiuſmodi inuenire teſtimonium fuit, quantùs falſitate ſibi tuſſura fuerunt, quod iniuſte ſpecie captiuum, ſcelere damnaret.
Origenes. *Nullum,* inquit Origenes, *veriſimilitudinem reprehenſionis inuenerunt in eo, multi licet eſſent & contrà; alius & ingenioſè.* Quod neque eo accidiſſe credendum eſt, quod ſibi ab illo teſtes metuerent qui iam captus tenebatur & vinctus, neque quod ipſum impenſius amarent, plurimi namque & placendi Principibus ſtudio, & innocentem quali quali teſtimonio perdendi inuidiâ incenſi, varia in iudicio ... erant;

A alij quod legem Moyſis temerarius damnaſſet, alij quod ſabbatum Prophanus violaſſet, alij quod Seniorum traditiones tranſgredi ſuos impius docuiſſet, alij quod Principes ad plebem ſeditioſus traduxiſſet, alij quod arte magica miracula patraſſet, alij denique quod regnum affectaſſet, & populum ad rebellionem impuliſſet; ſed hæc omnia, quantumuis acria, multumque odioſa, neque firma, neque idonea ſatis viſa ſunt, quæ hominem capitis condemnarent, vt iure cum Propheta conqueri potuerit Pſal. 108. *Os peccatoris & os doloſi apertum eſt ſuper me,* Pſ. 108. 2.
locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa. Surgentes te- Pſal. 34. 11.
ſtes iniqui quæ ignorabam, interrogabant me: Pſal. 34. 11.

B Verum nec ſic abierunt odia, aut finem impietas tulit, vltra tendere viſa eſt, ne victa malitia ſuccubuiſſe, vel decoxiſſe improbitas diceretur. Alios itaque duos ſubdola ſynagogæ hypocriſis producere teſtes voluit, quibus vniuerſam rem confectum iri ea propter non dubitabant, quia piaculum grauius aut deteſtabilius, Matth. 26.
quod fingerent, non habebant. *Nouiſſime ergo ve-* 60.
nerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: quoniam nos audiuimus eum dicentem: ego diſſoluam templum hoc manu factum, & poſt triduum aliud non manufactum ædificabo. Et alia quidem ſacer Euangeliſta ſubijcit; vnum autem illud recenſuiſſe ſat erit, tum vt ex eo de cæterorũ falſitate lector iudicet, tum verò myſticum in eo ſenſum mortis ac reſurrectio-
C nis Dominicæ vaticinium vnà mecum agnoſcat: voluiſſe autem illo nequiſſimos luteones velut robuſtiſſimo in Deum impietatis telo innocentem configere vel inde perſpicuum eſt; quod cum vnicum eius in vniuerſa terra Iſrael delubrum eſſet, eo exciſo omnem extendere religionem velle videretur: inſuper arrogatæ ſibi vel diuinæ potentiæ, ſumma cum blaſphemia, vel artis magicæ cum turpiſſimo ſcelere notam incurriſſe, cum templum illud in quo ædificando 46. annis ſudatum erat, triduo ſe reſtaurare poſſe præſumeret nimis quam arroganter.

Nullius certè fuit vnquam tanta vis ingenij, dicendi, ſcribendiue facultas, qui aſſequi ſe
D poſſe ſperauit, quantopere hominem ingenuum ac probum, cui nomen vitâ ſuâ eſt carius, qualis Chriſtus Dominus erat, afficere ſoleat calumnia, aut falſum teſtimonium contriſtare. Teſtis mihi Regum ſapientiſſimus Eccle. 7. *Calumnia,* inquiens, *conturbat ſapientem,* Eccle. 7. 8.
& perdit robur cordis eius: Dum videlicet, vt ait S. Gregorius Thaumaturgus, *inſidias ſtruit, &* S. Gregor.
conſtantem labefactat virum: Quare non abs re Thaum.
Sirachides Eccli. 26. *A tribus timuit cor meum, &* Eccli. 26.
in quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis, collectionem populi; & calumniam mendacem. 6. Id eſt, tria conturbant cor meum, quæ hominem faciunt anxiorem vitam viuere; quarum ſit ipſa mors corporalis, omni miſeriæ finem imponens;

Eccli. 30. 17. iuxta illud, *Melior eſt mors, quam vita amara,* nempe totius ciuitatis criminatio, ac ſiniſtra ſui exiſtimatio: inconſultæ rurſus multitudinis conſtra aliquem coitio: tertiò calumnia mendax, ſeu crimen confictum, quod alicui falſo imponitur, vnde Dauid compulſus dicere: Pſal. 118. 134. *Redime me à calumnijs hominum, vt cuſtodiam mandata tua,* quaſi diceret, non poſſum tranquillo quietoque animo cuſtodire mandata tua, dum calumnijs hominum inceſſor. Equidem ab huiuſcemodi infirmitatibus aberat Dominus, non tamen vim mali huius ſenſiſſe credendus eſt; tum propter ſpontaneam ſui ſubmiſſionem, qua ſe miſerijs noſtris expiandis volens tradiderat, tum verò ob arrogantiam atque impudentiam eorum, qui nefanda hæc mendacia concinnârant. Conati ante fuerant non ſemel ea Chriſto obijcere, quæ veritatis aliquam præ ſe ſpeciem ferrent, atque ijs apud populum iſtum ac Magiſtratum traducere laborârant, ſed fruſtra hactenus cecidiſſe omnia edocti, ad mendaces infulas, falſa, incertaque teſtimonia, confugerunt, impium Regem Achab non degenere ſtudio imitati, dum innocentem Naboth perdere ſatagens, ſcripſit ad maiores natu & optimates Iezrahel, vt duos viros, filios Belial contra eum ſubmitterent, qui falſum teſtimonium dicant: 3. Reg. 21. *Benedixit Deum & regem*, quo ſuper educerent, & lapidarent eum, 3. Reg. 21. Scelus ingens, & caninis meritò dentibus expiandum. Experta id Ieſabel peſſima eiuſdem architecta; Iudæos verò nefarios huius auctores non deſeret pœna hoc pede claudo. Sed quid ſycophantas hos in concinnandis hiſce calumnijs ſpectaſſe arbitrabimur? Quod captioſi Sophiſtæ ſolent dum nequiter alios fallere & circumuenire volunt; Ioan. 2. 19. dixerat aliquando Chriſtus: *Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.* Ioan. 2. 19. Non verò poſſum ego deſtruere templum Dei, ſed, *ſoluite* vos templum hoc; ſolutionem ipſis tribuens, non ſibi. *Impietatem*, inquit Origenes, Origen. *ſolutionis templi, non ipſe promiſit facere, ſed ipſis qui fuerant apti ad huiuſmodi opus, commiſit. Sibi autem quod reſeruauit, id eſt, & ego in triduo excitabo illud. Neque dixerat Ieſus & poſt triduum poſſum reædificare illud, ſed poſt triduum excitabo illud.* Denique locutus fuerat Ieſus de Metaphorico templo corporis ſui, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitabat, iſti autem affirmabant locutum eſſe eum de templo iſto lapideo à Salomone primum condito, ac deinde per Eſdram, denique per Herodem reſtaurato. Pſeudologia aperta, ac flagitioſa, qua eximiam Chriſti innocentiam poſtulidare, ac perdere impiè laborabant. Poterat verò minima veritatis ſcintillula falſarios hoſce confundere aut fulmine de cælis immiſſo exſcindere, ſed noluit, vt qui ſuis legem ſtatuere venerat, poneret & exemplum, quod non alacriter minus, quam conſtanter imitari viſi ſunt, quotquot viâ nouâ

A quam ipſe ſuis initiauit, cælum petere decreuerunt.

Et documento quidem primo eſſe hic poterit, qui primus Chriſti fidem ſanguine obſignauit ſuo, quamque nomine ſuo coronam præferebat feliciter hac via promeruit, de quo ſic in actis Apoſtolorum S. Lucas cap. 6. 13 Scribit: *Commouerunt Iudæi plebem, Seniores & ſcribas, & concurrentes rapuerunt Stephanum, & adduxerunt eum in concilium & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus locum ſanctum & legem, audiuimus enim eum dicentem: quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes;* Actorum 6. 13. S. Stephan. Vbi Notat S. Auguſtinus hos falſos teſtes eanS. Auguſt. B dem pene calumniam impingere S. Stephano, quam paulò ante Scribæ impegerant Chriſto. Porrò eos mentiri, & calumniari S. Stephanum patet, quia Stephanus nihil dixerat contra locum ſanctum, id eſt, contra templum, vel Ieruſalem, quæ erat ciuitas ſancta, neque contra legem, nam & Chriſtus de ſe dixerat, *Non veni* Matth. 5. 17. *legem ſoluere, ſed adimplere*, imo perficere, falſis itaque calumnijs obrutus Chriſto aſſimilabatur Stephanus vt iam mirari quis deſinat, quod licet ſubiungit Hiſtoricus, *Et intuentes in eum omnes, qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli, abundantia cordis*, vt ait S. Hi- Act. 6. 15. S. Hilarius. C larius Arelatenſis *transfetante in decus corporis & in faciei pulchritudinem, candore, ſplendoreque animi exundante.* Tanti eſt Chriſti exemplo falſa teſtimonia patienter tolerare.

Quod ſi Stephani nondum perſuaſit exemplum, ſpectetur obſecro tot illuſtrium Præſulum atque hierarcharū glorioſa, & memorabilis patientia, quam varijs iniurijs, atque contumelijs fortiter læſi ad Chriſti Seruatoris exemplum feliciter non minus, quam fortiter euicerunt.

Et primus quidem in hunc numerum veniat Gregorius Agrigentinæ Præſul Eccleſiæ, morum ſanctimonia clariſſimus, qui à Sabino atque Creſcentio, falſo crimine, conſuetudinis ſcilicet cum Eudocia puella accuſatus, coram S. Gregor. Agrig. D Synodo Romana, & L Patrum, ex teſtibus in iudicium adductis, verba hæc Pſalmi conſtanti voce pronuntiauit: *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, quæ ignorabam obtrectabant mihi.* Cum Pſal. 26. 12. ecce ſtatim puella à dæmone correpta ad pedes eius corruit; Gregorius verò ſatana de puella exire iuſſo manuque illius apprehenſa, verum eam dicere præcepit: cum illa extemplo faſſa eſt, ſe à Sabino atque Creſcentio muneribus corruptam, Gregorium falſo accuſaſſe; qui mox apud Synodum pro teſtibus atque actoribus interceſſit: qua obtenta, è veſtigio tenebræ magnæ obortæ ſunt & actorum alij vtraque, alij altera genâ nigri apparuerunt: Sabino vero atque Creſcentio labia atro colore, qui nunquam poſtea elui potuit, infecta ſunt. Auctor Sutius ex Metaphraſte.

Ita ſui imitatores vindicat neque obliuiſcitur Chriſtus.

Socium ſe Gregorio, vt in inſula, ità & in falſis teſtimonijs generosè ſufferendis Narciſſus adiunget: ſanctus, inquam, ille Hieroſolymæ Epiſcopus, in quem cum perditi quidam homunciones confictis dolis conſpiraſſent ac turpem quandam criminationis calumniam falſiſſimo iureiurando impegiſſent, ab oculis vniuerſæ multitudinis ſe repente ſubmouit, ſola innocentis vitæ conſcientia atrocem calumniam, Chriſti exemplo, ſolaturus. Cum ecce, cæleſti Nemeſi falſarios perſequente, quæque illi ſceleratè mala imprecati fuerant, eiſdem celerrimè immittente, primus ſuæ domus incendio, cum totius familiæ interitu, abſumptus eſt: alter miſerrima peſte interijt: tertius poſt humillimam flagitij ſui confeſſionem vtriuſque oculi lumine orbatus eſt: ſic perſequente, qui ſuos exagitant, Deo.

S. Narciſſ.

Sed à bonis fortaſſe, atque alias claris honeſtiſque viris, & quidem ſine iuſta cauſſa à ſe data infamari, vexarique quis extimeſcat? & hic Chriſtus præiuit, ſecutique ſunt non pauci.

S. Epiphanium Salaminæ Cypri Epiſcopum Doctorem Catholicum, hæreſum hoſtem & oppugnatorem, Anthropomorphytarum hæreſi attaminatum fuiſſe cenſuit Theophilus Alexandriæ Epiſcopus Catholicus vt patet ex prato ſpirit. & Card. Baronio.

S. Epiphan. *Falſo accuſatus.*

Eundem Epiphanium tanquam violatorem Canonum increpauit S. Ioan. Chryſoſtomus, & ex Eccleſia, quam erat Epiphanius ingreſſus, coëgit diſcedere, minatus illi tumultum populi, ni abſcederet.

S. Ioan. Chryſoſtomus notæ doctrinæ & ſanctitatis doctor Eccleſiæ grauiſſimis calumnijs priuatim & publicè, à ſubditis & æqualibus exagitatus eſt. Suſpectus fuit S. Hieronymo: grauiſſimè vexatus à Theophilo Alexandrino Epiſcopo, qui S. Chryſoſtomum, adiutus à triginta ſex Epiſcopis reum citauit ad Concilium Chalcedone coactum regio edicto. Ob quas accuſationes in exilium pulſus non ſemel & damnatus à ſynodo Conſtantinopolitana, vinctuſque in exilium ductus, & in eo mortuus eſt. Quæ omnia Baronius enarrat.

S. Ioan. Chryſoſt. *Falſo delatus.*

Porro inter accuſationis contra eum inſtitutæ capita plurima, hæc erant, quæ ipſemet in epiſt. ad Cyriacum recenſet: Quod Margaritas multas Eccleſiæ vendidiſſet: quod fornicatus eſſet: quod diceret clericos nullos honore dignos: quod S. Epiphanium dæmoniacum appellaret: quod librum edidiſſet aduerſus Clerum, plenum ſycophantijs & calumnijs: quod neque procedens in Eccleſiam, neque exiens oraret: quod reciperet mulieres, ſolus cum ſolis agendo omnes alios eijceret foras: quod ita Eccleſiæ reditus impenderet, vt ſciret nemo, quem in vſum conuerſi ſint, quod ſolus comederet, balneo vteretur, illud alijs vetans: quod pugno quendam in Eccleſia Apoſtolorum percuſſiſſet, & profluente ſanguine ex ore percuſſi, nihilominus ſacrificium obtuliſſet: quod peccatoribus aditum aperiret, recidiuos admittendo ad abſolutionem, & plura alia: vnde cùm eo mortuo nomen eius tamquam Epiſcopi catholici & probi, in Eccleſiaſticas tabulas referri cuperet Atticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & id ipſum ſuaderet S. Cyrillo Alexandrino, obſtitit Cyrillus & talia ad Atticum ſcripſit: Quomodo inter Epiſcopos laicus, aut inter germanos & legitimos, qui talis non eſt, conſiſtet? Nam ſi patui id facimus & ducimus, non adfert dolorem Apoſtolorum choro Iudas proditor, in eodem cum illis ordine cenſus, Iudæ autem nomine, in eorum numerum relato, quo deinde Matthias nobis loco poneretur. Et quidem perſtitiſſet in ſententia Cyrillus, ni diuina viſione admonitus, opinionem mutaſſet, vnde cognito ſuo errore eum in album Epiſcoporum catholicorum & proborum adſcripſit.

S. Gregorius Nazianzenus accuſatus à monachis qui ei delicias & vitæ mollitiem obijciebãt, quod alienã vxorem expetijſſet: & eò progreſſi ſunt, vt ad altare Dei lapidibus appeterent ſacrificantem.

S. Gregor. Nazianz.

S. Athanaſius quot calumnijs appetitus? teſtatur Ruffinus: in huius, inquiens, perſecutiones vniuerſus coniuratus orbis, & commoti ſunt principes terræ, gentes, regna, exercitus coierunt aduerſus eum.

S. Athanaſ.

Tandem condemnatus fuit à Concilio Mediolanenſi, teſte Seuero & hilario. Opponebatur autem ei præter hæreticam in fide doctrinam, quod ſanctam menſam euertiſſet, myſticum poculum fregiſſet, quod magus eſſet, & augurandi ſcientiæ vacaret, vt habet Sozomenus. Imo teſte Metaphraſte adulterij eum accuſarunt, quamobrem multorum inuidiam & odia incurrit, malens potius placere Deo quam hominibus, aut humanos fauores prenſare.

S. Baſilius magnus, teſte S. Gregorio Nazianzeno non tantum Euſebium Epiſcopum Cæſarienſem, qui ante eum Eccleſiæ illi præfuerat, ſibi aduerſantem & contumelia ſe habuit afficientem, ſed & Eccleſiæ partem ſelectiorem, & ſapientiorem, id eſt monachos & alumnos ſuos, maxima contentione incumbentes contra Baſilium, quem credebant ſuſpectum eſſe in fide & negotio veritatis.

S. Baſilius.

Imo S. Athanaſius ei fuit iratus & minatus. Quin & S. Damaſi Papæ ſtudium erga Baſilium, alias ſibi carum, reſtrixit adeo, vt ne reſponderet quidem ad epiſtolas Baſilij, ob rumores non leuis momenti contra eum ſparſos.

S. Auguſtinus fuit inſimulatus auaritiæ cum ſuis Hipponenſibus. Iulianus quoque Pelagianorum aduocatus dicebat eum ſenſiſſe, quod olim Pelagiani. Fuſſalenſes quoque ciues accuſarunt

S. Auguſt.

ſarunt Auguſtinum apud Cæleſtinum papam, quod eis præfeciſſet peſſimum Epiſcopum. Fuit ei quoque à Catholicis adſcriptus ethniciſmus & Manichæiſmus, S. Proſpero teſte.

S. Hieron. S. Hieronymus pro Origeniſta habitus, teſte Sulpitio.

Pro Anthropomorphita à Ruffino.

Sabellianus appellatus à Vitali Epiſcopo Antiocheno.

Item pro mago & malefico habitum ſe ſcribit in epiſt. ad Aſellam.

Item à Clericis Romanis tantas perſecutiones paſſus eſt, vt eam ob cauſſam, poſt triennium Romæ tranſactum, inde diſcedere coactus fuerit, vt ipſemet ſcribit.

S. Paulin. S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ſe à Clero Romano, & ab ipſis quoque domeſticis deſertum ſcribit, ſed Domino gratias, inquit, qui & mihi indigniſſimo peccatori ſuo dedit dicere

Pſal. 34.19. *Quoniam oderunt me gratis.* Pſ. 34.19.

S. Martin. S. Martino Epiſcopo Turonenſi, teſte Seuero Sulpitio obiecta fuit hæreſis Priſcillianiſtarum: cum eſſet ſummus ſacerdos ab infimis clericis lædebatur venenatis linguis & vipereo ore carpebatur. Item, alibi, Briccius furibundus irrupit & plenus inſaniæ euomuit in Martinum mille conuitia, & ita aggreſſus eſt, vt vix manibus temperaret; ſe aſſerens ſanctiorem: quippe qui à primis annis in monaſterio inter ſacras Eccleſiæ diſciplinas creuiſſet. Martinum vero & à principio militiæ actibus ſordidum, & nunc per inanes ſuperſtitiones & phantaſtica viſionum inter deliramenta ſenuiſſe. Lib. 3. Dial. cap. 20.

S. Method. S. Methodius Morauiæ & Sclauorum Epiſcopus, qui primus cum S. Cyrillo Morauos, Sclauos, & Bulgaros luce Euangelica donauit, Romæ calumnioſe accuſatus eſt, quaſi aliter doceret quam ipſe à Romana Eccleſia accepiſſet.

Nec ſummi Pontifices à maleuolorum calumnijs & temerariorum iudicijs exſortes fuerunt, vt qui ſummi Capitis dignitate Chriſtum referrent, eundem patienter tolerando calumnias ſequerentur.

Innocentius I. Et tales quidem fuêre S. Innocentius I à Pelagianis traductus, teſte S. Auguſtino, quaſi idem, quod illi, ſentiret.

S. Damaſ. S. Damaſus, quod ambitioſe Epiſcopatum appetiuiſſet, & eo adepto cauſſa fuiſſet, multorum cædis. Etiam adulterij accuſatus fuit vir ſanctiſſimus, inquit Baronius.

Symmach. Talis & Symmachus fuit laudatiſſimi nominis pontifex, qui falſò petitus teſtimonio, quam animo Chriſti imitationem præceperat, reapſe demonſtrauit, cum de atrociſſimis criminibus apud Romanos quoſdam Apoſtolicæ ſedi refractarios ſubornatis falſis teſtibus traductus eſt, atque è ſede ſua eiectus, Laurentio ſchiſmatico antipapa in eius locum ſubrogato.

S. Cornel. Neque exſortem huius S. Cornelium Papam & Martyrem credas velim, quem S. Cyprianus Martyr ei coæuus, ſic defendens, ait: quod quædam de illo inhoneſta & maligna iactantur, nolo mireris, cum ſcias hoc opus ſemper eſſe diaboli, vt ſeruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, vt qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcant, alienis rumoribus ſordidentur.

Addiderim ego, beneficium Dei ac Domini noſtri erga nos eſſe non paruum, dum *Contumelias, falſaque teſtimonia patiendo, Chriſtum imitamur, eiuſque veſtibus & inſignibus induimur, quandoquidem illa ipſe propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſque exemplum dedit, vt in omnibus, quoad eius fieri poterit, diuina gratia aſpirante, eum imitari & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus:* Vt cæleſti plane lumine inſtructus S. P. Ignatius in Exam. cap. 4. §. 44. ſcriptum reliquit. S. Ignatius Loyola.

Horum itaque exemplis ſolabuntur ſe infirmi, & prouectiores ad ſimilia cum Chriſto toleranda ſuccendent.

At hos fortaſſis, vtpote ex ordine Hierarchico magnos aſcetas, veram quidem, ſed paucis imitabilem viam tenuiſſe dices, à quorum vitæ genere cum longiſſimè abſis, & ab eiuſcemodi quoque exercitatione abeſſe te poſſe dices.

S. Elzear. Clauum huic ſurculo infigo Elzearium Comitem Ariani, quem dum iniuriæ multæ, contumeliæ, falſaque teſtimonia exercitum haberent tamen, cum facile ea poſſet vlciſci, continuit ſe, imo præcipuum illorum architectum ad ſe cum reliquis nobilibus accedentem, præ ijs omnibus honorificè accepit, ac ſingularia quædam peculiaris amicitiæ ſigna oſtendit. Quod Dalphina coniux vehementer admirata, vt certius virtutis eius periculum faceret, quid tu hominis es, (inquiebat, Elzeari?) qui nunquam erga eos, qui calumnijs, atque iniurijs te onerant, commouêris: Truncus es, an rupes? certe homo es: aut fortaſſe neſcis aut nequis iraſci? Ad quæ Elzearius: Ecquid vero, Dalphina, prodeſt iraſci? nihil profecto: explicabo tibi arcanum pectoris mei: noueris me interdum ſentire aliquam in animo aduerſus infeſtantes me indignationem; ſed illico conuerto me ad expendendas iniurias, falſaque teſtimonia Chriſto impacta, eumque imitari geſtiens, mihi dico: etiamſi famuli tui barbam tuam conuellerent, & colaphos tibi infringerent, nihil eſſet ad Dominum tuum, qui maiora perpeſſus eſt: certumque habeas Dalphina, me nunquam ceſſare à commemorandis iniurijs Saluatoris, donec animo pax, ac tranquillitas reddatur. Hæc Surius.

Virum verè Nouum ac numeris omnibus abſolutum, cuius vel vnicum, centum alijs adæquari poteſt exemplum.

Ne vero felicius hac animi fortitudine viros pro-

profeciſſe quis autumet quam mulieres, teſtem aduoco B. Aldegundem regij ſtemmatis virginem à tenens annis omnigenarum virtutum ſtudioſiſſimam, quæ, cum inaudiiſſet ſe ab otioſis fabulatoribus, non ſine quotundam offenſione traduci, animo nonnihil angi cœpit. At mox ei angelus ſubſidio miſſus. Equid te turbat virgo, aiebat, maleuolorum loquax inuidia? quid hominum inaniſſimos ſermunculos attendis? ſponſus & iudex tuus in alto eſt, quid tu terram aſpicis? ſanguinem pro Chriſto fundere parata es? contumelioſa prius verba diſce concoquere. Patiendo vinces. Ab eo tempore Aldegundis in tantam ſe patientiam compoſuit, vt vltro poſceret à ſponſo, aſperius haberi. Surius. *B. Aldeg.*

Alteram huic ex agro Bruxellenſi comitem adiungo Mariam ſcilicet cui ærumnoſæ cognomentum datum eſt, propter hanc, quam ſponſi amore, ab ipſa falſitate fabricatam calumniam reportauit. Voto hæc gemino & paupertatis voluntariæ & perpetuæ caſtitatis adſtricta ad S. Petri Voluulam [pagus is eſt ab amne ſic nuncupatus] annis iam plutibus Chriſto deſeruiebat, cum ecce ab impudico iuuene ad flagitium inuitatur, quod vbi generosè repuliſſet, coram iudice de furto ſcyphi argentei falsè non minus, quam malignè accuſata, innocens morti addicitur, quam placidè, ſponſi amore atque imitatione, calumniâ remiſsâ, ſubijt, Deo calumniatorem, immiſſo dæmone, iuſtiſſime mox caſtigante, Virginem autem multis prodigijs illuſtrante. Molanus in faſtis Sanctorum Belgij. *Maria dolorosa.*

Durum hoc, fateor, ac naturæ moleſtum eſt, ſed quod latu, perpeſſuque eſt graue, Chriſti amore, exemploque fit leue, & conſtantem vitæ nouitatem teſtatur in nobis: quo namque iudicio, inquiebat Franciſcus de Sales beatæ memoriæ Epiſcopus, dilectionem noſtram probemus ei, qui tanta noſtri cauſſa pertulit opprobria, niſi repugnantis naturæ motibus domandis, & contradictionibus aliorum patienter ſecendis? lib. 2. Epiſtola 33. *Franciſcus de Sales.*

CAPVT DECIMVM.

Ad obiectas Calumnias Chriſtus ſilet, nec falſos teſtes ſe excuſando, quod facile poterat, refellit;

mar tio 1659.

Sigillum namque virtutis ſilentium eſt.

Eſt Correptio mendax in ira contumelioſi: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens. *Eccli. 19. 28.*

Marci 14. 60. ET *exurgens ſummus Sacerdos in medium, interrogauit Ieſum dicens: non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obyciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil reſpondit.* Marci 14. 60.

Duæ ſunt conſonantes, ſcilicet ST, quæ om-

A ni deſtitutæ vocali, ſilentium olim indicere ſolebant: nunc libri vix integri ſufficiant ad ipſum hominibus perſuadendum, cum enim digitus vnus ori, videlicet, appoſitus ſilentium exigat, ſæpe nec vtramque manum, nec gladium quidem id impetrare videmus: lata fluminum ora, vaſtoſque terræ abceſſus occludere homines poſſunt, cum tamen os ſuum, exiguum illum hiatum, nequeant continere, *Equis fræna immittimus*, inquiebat S. Iacobus, *ad conſentiendum nobis, linguam nullus hominum domare poteſt.* Loquacium hoc, ſuique perperam amantium cacoëthes eſt, nunc calumnijs calumnias rependere, nunc famam, muteſque alienos inuadere, nunc acrius atque verboſius ſeipſum defendere, modiſque *Iacobi 3. 8.*

B alijs ſexcentis ſe, ſuoſque vindicare, nec vllo pœnarum metu, nec præmiorum ſpe linguam compeſcere, in cuius manu vitam non minus, quam mortem eſſe ſapientiſſimè Salomon pronuntiauit Prouerb. 18. 11. Certe hic veteris hominis, ſi quis alius morbus eſt, à nullo præterquam à Deo Domino curandus, non incongruè ad hanc rem loquente Plutarcho, *Dicendi magiſtros habemus homines; tacendi, Deos.* Et longum quidem cum per præcepta eſt iter, breue autem per exempla, quod probe cognitum habens Deus noſter ad noſtram humanitatem accedere & ipſe oſtendere voluit, quid nobis hac in parte agendum ſit; tum aliàs ſæpe, tum verò cum in prætorio Cayphæ falſis teſtibus *Prou. 18. 11.* *Plutarch.*

C impetitus, ſtupente Pontifice tacuit, nec quidquam pro ſe attulit, nec teſtes ex verbis proprijs, quod ei facillimum fuiſſet, coarguit, aut refutauit; ſed innocentiæ ſuæ ac robori veritatis innixus, impleuit, quod ante per os Dauid expreſſerat, Pſ. 73. 13. *Qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur: ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum, & factus ſum ſicut homo non audiens & non habens in ore ſuo redargutiones.* Et hæc omnia fecit prudentiſſimè, vt qua parte virus influxerat, vita ſequeretur, quodque nobis faciendum eſſet, ipſe anteiens demonſtraret. *Pſal. 37. 13.*

D Et ita profectò eſt, Ieſu manſuetiſſimè, tacebas & ſapientiſſimè quidem tacebas, non ignorans quæ ex neglecto ſilentio nobis incommoda, de ſeruato vero commoda oriantur. *Prudentia Chriſti in tacendo.*

Tacebas ex *Iuſtitia*, nec enim perſonæ, neque ea quæ proferebant, vllo digna reſponſo videbantur.

Tacebas ex *miſericordia* ne dares eis occaſionem in malitia ſua perſeuerandi, & grauius in te, ac Deum patrem tuum delinquendi.

Tacebas ex *ſapientia*, quod ſcires, teſte S. Hieronymo, tamquam Deus, quidquid denique reſpondiſſes ad calumniam torquendum fore, nec enim hoc agi noueras, vt locus eſſet defenſioni, ſed vnum vt ſuppeteret, quod iniquè carpi, damnarique ab improbis poſſet. Silentio itaque tuo indicabas illis, quali iudicio vterentur, *S. Hieron.*

tur,

Digitized by Google

tur, corruptiſſimo vtique, atque ad damnandam innocentiam; non vero ad veritatem cognoſcendam comparato, *Ieſus*, inquit Chryſoſt. *quia nullum videbat excuſationi locum tacebat.*

Chryſoſt.

Tacebas ad hæc ex *caritate*, cum enim te vltro ad mortem obtuliſſes, nec defendere te, neque excuſare, ſed quæcunque obijci poterant infracto animo decreueras ſuſtinere.

Tacebas vt *prudens*, ac rerum peritiſſimus medicus & chirurgus, qui, licet ignorante infirmo, contraria ſæpè contrarijs applicat morbis medicamenta: olim primus hominum parens iuſtiſſimè à Deo increpitus poſt lapſum; multa verborum ambage culpam excutere, ſeque purgare niſus erat, tu falſis & ementitis teſtimonijs petitus ſilere voluiſti, vt tacente innocentia, garrulam Adami abſolueres loquacitatem, vnde non incongruè vetus auctor Commentarij in Marcum, falſo S. Hieronymo adſcriptus, *Taciturnitas*, inquit, *Christi, Apologiam Adæ abſoluit.*

Tacebas, quod ſignum quandoque cum *ratione indignantis* ac ſuccenſentis eſt, vt oſtenderes, quam tibi omne contra proximum teſtimonium diſpliceret.

Denique tacebas vt clariſſimum *tolerantiæ* ac lenitatis exemplar, cum tot, tantaſque nominis tui integerrimi lacerationes, non reſiſtendo vincere, ſed perferendo geſtiebas ſuperare: perſpicuo nobis omnibus relicto exemplo, vt noſtri defenſionem Deo ac manifeſtæ veritati lubentes, volenteſque remittamus.

S. Leo.

Rectè igitur, vt magnus ait Leo, *Inter inconditas & diſſonas voces hoc Ieſus mirabiliter elegit, vt taceret; nec enim opus erat reſponſione, cum ipſorum etiam Sacerdotum iudicio*, vt S. Marcus indicat, *allata à ſubornatis teſtibus criminatio, non poterat ſuffeciſſe*; Bene itaque ſiluit in paſſione, non taciturus in iudicio: *Iudicandus* enim *venerat, qui poſtea iudicaturus veniret: & ideo cum magna poteſtate iudicaturus, quia cum magna humilitate iudicatus.* S. Auguſtin. in Pſal. 37. Vnde S. Ambroſius ſerm. 17. in Pſ. 118. *Chriſtus calumnijs appetitus ſilentium detulit triumphale.*

S. Auguſt.
S. Ambroſ.

Malus tamen Iudex cognita praua cæterorum in Chriſtum voluntate, eius ſilentium, ex quo teſtium debuerat collegiſſe vanitatem, in culpæ, vt Maldonatus docet, trahere non veritus eſt argumentum, quaſi ideo Chriſtus taceret, velut ſibi malè conſcius, quid diceret non haberet; cum tamen eius ipſi conſcientia ingerere teſtarique contrarium non ceſſaret; ſed ampliſſima Chriſti virtus hiſce nubeculis nequidquam offuſcata, tanto fulſit clarius, quanto craſſioribus tenebris obuoluebatur. Beatos nos, ac veteris hominis cancellos feliciſſimè prætergreſſos! ſi quod in monte hoc nobis monſtratum eſt, vitæ nouitate fuerimus complexi, *Pax ſuper nos, & miſericordia, & ſuper Iſraël Dei*: Gal. 6. 16. Contra vero flagellum & iudicium ſuper omnes, qui ſilentio nequaquam muniti, anſam

Gal. 6. 16.

A hoſtibus præbent, animi tranquillitatem diſſipandi, ſicut enim *Vrbs patens*, inquit Sapiens Prouerb. 25. *Et abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum*, vnde magnus Gregorius 3. p. Paſtoral. admonit. 15. *Anima*, inquit, *totam ſe inſidiantis hoſtis vulneribus detegit, quam nulla munitio cuſtodiæ circumdedit: quæ enim murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, & cum ſe per verba extra ſemetipſam eijcit, apertam ſe aduerſario ſuo oſtendit, quam tanto ille facilius ſine labore ſuperat, quanto ipſa quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat. Armetur* itaque vt S. Ioan. Chryſoſtomus monet, *lingua aduerſus peccata tua, non aduerſus fratris plagam præparetur: ideo namque Deus illam velut dupli*B*ci quodam muro circumdari voluit, ne verba improuida garrulitate proferantur. Refræna linguam & ſi non patitur cohiberi, dentium morſu quieſcat, & ijs tamquam carnificibus tradatur*: Beatior tamen longè futura, ſi quod Chriſtus exemplum reliquit amanter imitetur: Tacuit itaque Chriſtus, & ad grauiſſimas quidem hoſtium calumnias tacuit, quæ breui exinde diſſlatæ ſunt. Vtinam quot admiratores, tot aliquando numeret imitatores! qui tam illuſtri ac glorioſo propoſito exemplo & falſas exſorbere calumnias & iniqua ſuperare teſtimonia tacendo potius, quam refutando nitantur: hoc nempe ex dignitate C viuere eſt vitam nouam, veterem hominem exuiſſe, *In ſpe atque ſilentio*, cum Iſaia c. 30. 15. *Fortitudinem ſibi deſponſare*: Nihil enim aduerſus calumnias fortius ſilentio eſt, quippe cum ipſa ſe veritas efficacius tacendo prodat, quam cum verba verbis oppoſita concurrunt, & cogitur velut ex æquo veritas cum mẽdacio decertare: hoc namque in cæteris non poſtremum opus diaboli eſt, vt ſeruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet; vt qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur, quos tamen vno ſilentio prudens nouerit attriuiſſe. Si vero formam veritatis huius, quæ in Chriſto tantopere promicat imbecillibus oculis ſuſtinere non poſſumus, D tranſlatam in alios, quorum naturam & conditionem noſtri oculi ſortiti ſunt, agedum contemplemur.

Prou. 25. 28.
S. Gregor.
S. Chryſ.
Iſaiæ 30. 15.

Et primus quidem ſe nobis hic offert S. Abbas Romualdus ordinis ſui fundator, qui teſte B. Petro Damiani in eius vita, accuſatus ab impuro iuuene, diſciplinam eius non ferente; quaſi nefandum ſcelus ſecum perpetraſſet, à ſuis ſubditis in publico conuentu damnatus eſt, tamquam laqueo & igne cum ipſa ſua cellula, & quidem centenarius abſumendus, vetituſque ideo ſacra myſteria celebrare, donec à Deo monitus eſt, vt neglectis omnibus, ſecutus Miſſam perageret.

S. Rom.

pag. m. 273. Sur.

Huic comes accedat S. Petrus Veronenſis cognomento Martyr ex ſacra Patrum Prædicatorum familia vir ſanctitate & eloquentia nobilis,

S. Petrus Veronenſ.

bilis,ad quem cum in cubiculo aliquando orantem ſanctiſſimæ virgines Agnes,Cæcilia,& Catharina viſiſſent,tam ſonorè cum eo habito ſermone,vt inaudierit nonnemo, qui pro florente tunc Ordinis more, & regularis diſciplinæ ſtudio, omnibus in capitulo [ita appellant paſſim piacularem cœnobiorum aulam] conſidentibus, Petrum feminas in cubiculum admiſiſſe palam retulit. Adhibita fides,cum ſcilicet nec negaret, nec fateretur Petrus,ſed à ſe commiſſorum veniam dumtaxat demiſsè precaretur. Explorata maiorum,grauiorumque Patrum conſilia,quorum imperio Eſim Marchiæ Anconitanæ vrbem,ad quoddam S.Antonij cœnobium ablegatus fuit, pœnis quoque quas pro noxa illa lueret, impoſitis.Id dedecoris, ſeueriоremque illam multam æquanimiter tulit vir Sanctus,neque ob id ſolita pietatis ſtudia prætermiſit,quin potius auxit: ſolicitabat nihilominus acriter eum,quæ ex turpi illa nota ſequebatur aliorum offenſio,& iniecta multorum ſaluti,hac dæmonis arte remora; imò & præcluſa fidei per eum tuendæ ſpes omnis. Solum eius innocentiæ locuples teſtis cælum, vnicumque ab illo quærendum in grauiore iſta ærumna præſidium erat. Quocirca vberiores illi lachrymæ, ardentiora ſuſpiria,duriora in ſeipſum ſupplicia,maiore animi ſenſu profuſæ preces; quibus & ſanctarum virginum quæ beneficium præſtiterant quod eiuſce calamitatis occaſio fuit, benignitatem implorabat: ac præſertim ſanctiſſimæ Deiparentis opem aſſiduè requirebat.

Tandem cum nocte quadam in hanc rem excubat,atque ad Chriſti è cruce pendentis effigiem orat, diuino quodam impulſu hæc cum eo expoſtulare eſt auſus: *Cur optime Ieſu, ſpes mea, amor meus,vt tanto probro,& turpi nimis ignominia, ſeruus tuus innocens afficiar, permittis?* Ad quem, mirum! mox ex imagine Chriſtus: *At ego quid ſceleris perpetraui,vt tot, tantiſq; laceſſitus fuerim opprobrijs,tot attritus ſupplicijs, ac tandem in crucem,patibulumque actus; ex me, Petre, ſi neſcis, diſce opprobria & ignominiam forti ac lubente animo ferre, atque multo, ſi opus ſit, grauiora.* Diuina hæc vox non tantum omnem à Petro mœſtitiam depulit, ſed & ad quæuis aduerſa conſtante pectore,alacrique animo perferenda, egregiè communiuit. Quin etiam voluit Chriſtus ipſe, vt iſta eius vox nonnullis ad Petri honorem gloriamque,non ſecus audita atque explorata eſſet, quam ſanctarum Virginum cum eo colloquentium,ad hanc illius calamitatem, fuerat antea ſermo auditus. Porro grandi illo prodigio,ab omnium æquiſſimo iudice, pro roſtris & crucis tribunali pronunciata Petri innocentia, mox publica fuit,vt longe maior deinceps fuerit,quam antea Petri gloria, magiſque conſpicua humilitas, patientia, ſanctitudo: quem etiam paulò poſt vno omnium conſenſu Eſinates cœnobij ſui præfectum,quem Priorem vulgo dicunt, renunciarunt. Plodius in progenie S.Dominici l.7.c.66.

Ioan. Pechamus, Minorita.

Sodalem Petro, Ioannem ex ſocio ordine adiungo,fuit is B. Ioannes Pechamus Anglus, qui licet humili loco natus eſſet, alto tamen ingenio præditus fuit. In prima adoleſcentia literis operam dedit Lutetiæ Pariſiorum magiſtro vſus Bonauentura, cuius inſiſtens veſtigijs in ordine S.Franciſci doctrina & ſanctitate excelluit. Sed non defuerunt calumniatores, neque enim egregiæ virtuti ſua deeſſe tinea poteſt; accuſatus namque apud S.Bonauenturam Miniſtrum Generalem fuit: doluit quidem valde ob inuſtam honori maculam,& denigratam famam. Dum tamen coram imagine Chriſti in Crucem ſuffixi feruentius oraret, ſed & profuſis lachrymis conquereretur, iniuſte tantas ſe pati calumnias, atque id à Domino permitti,intonuit ex alto Crucifixus,& ſubſequentes verſus,vel ſub hoc ipſo metro,aut ſenſu pronuntiauit,qui in hunc ipſum diem habentur exſcripti ante ipſam imaginem Crucifixi.

Et ego quid demerui pendens inter latrones?
Oraui, nec obtinui carnis petitiones.
Calicem mortis ſorbui, Patri placere ſtudui per carnis paſſiones.
Ergo non murmur exeat, ſi non fit, quod oraſti,
Dum fraudat deſiderium,ad maius beneficium datorem obligaſti.
Ad me ſi leuas oculum,vides argento vendi,
Tradi quoque per oſculum,& durè comprehendi,
Et alligari funibus,confici verberibus, ſine lege parcendi:
Relinquor ab amantibus,velut iam deſperatus,
Præſentor Pontificibus,quaſi latro ligatus,
Quos amaui fortius,ab illis citius ſum ſpretus & negatus.
Ibi clamor,deriſio, ſeueritas minarum,
Et capitis velatio & ictus maxillarum,
Omnes impunè feriunt, & quidquid mihi faciunt, videtur eſſe parum.
Saturatus opprobrijs ducor ad Pilatum,
Renouatis iniurijs ruunt in accuſatum.
Hinc homicidam liberant,& me cruentè verberant ad mortem iudicatum.
Nil ibi habet veritas, ſiue ius allegando,
Sed æmula clamoſitas præualet inſultando.
Nec Præſes dat præſidia,nec curam gerit Curia, de iuſto liberando.
Quaſi vile mancipium dant in Herodis manus,
Mox producor in medium,deludor vt inſanus.
Tandem remiſſus Pontio, diræ mortis ſupplicio condemnor vt prophanus.
Extra muros ejcior, & ipſe Crucem fero,
Matre vidente, veſtimentis ſpolior,quæ gero,
Tandem clauis confodior, & in Cruce morior, de vita non deſpero.
Tu ergo vermis non turberis, ſi ſtatim non conſequeris, quidquid à Patre quæris.

His auditis bonus Pater obſtupuit, & ſpirituali

tuadi plenus dulcedine, patienter deinceps calumnias tulit, quæ tamen & mox detectæ ſunt. *Lucas Wadingus in Annal. ad an. 1278. n. 29.*

Nicolaus Arnaia.

Meritò his adnumerandus venit Nicolaus Arnaia è Societate Ieſu vir admodum præclarus, cui licet cetera Chriſtianæ ſapientiæ ornamenta defuiſſent, vel hoc vno ſapiens potuit videri. Grauiſſimis namque calumnijs inimicorum arte, longè, lateque Mexicana regione vulgo proſciſſus ac vexatus, tanta egit patientia, vt rem totam Deo committeret; & tempeſtatis violentiſſimæ finem domeſtico tranquillæ conſcientiæ in portu, nihil expoſtulans, nihil querens, neminique ſuccenſens ſecurus exſpectaret. *Annal. Societ.*

Balthaſſar Aluarus.

Eadem patientia calumnias Balthaſſar Aluarus nouerat refutare: mouerant quoſdam eximia, quæ ad diuina contemplanda, dona accepiſſe Aluarus ferebatur. & ea erant tunc in Hiſpania tempora, vt oſtentantibus ſe per inſcitiſſimam ſuperbiam nouæ illuminatorum ſectæ magiſtris, extraordinaria hæc munera non immerito viderentur formidoloſa. Itaque cum ſuſpicionibus haud dubiæ audiebântur calumniæ ac viri fama vndique carpebatur. Ad hæc in Patrum conuentu Prouinciali accuſatus, parem ſe virtutum, quod profitebatur, magiſterio oſtendit. Nam ſtatim amici vſus conſilio, dicentis fore Deo gratum ſacrificium, ſi nec publicè nec priuatim ſe excuſaret, licet eo ſe inclinari ſentiret, accuſationem ſilentio diſſimulatam diiecit. Quas ipſa virtus falſitatis arguit calumnias, oblocutioneſque patienter ferre magnum eſſe non equidem negauerim; at vbi virtus ipſa læditur, longè difficilius vincimus; nam virtutem nobis detrahi, quam vitia affingi impotentius dolemus; quia facilius eſt extra vitia, quam cum virtutibus viuere. *Lud. de ponte in Vita.*

Franciſc. Ficarra.

Tertium è domeſtico penu ſubmitto apophoretum, Franciſcum ſcilicet Ficarram adoleſcentem optimum, quem, cum tabes paulatim conficeret, omni ſilentij lege ſolutum liberius aliquanto agere iuſſerat Præpoſitus prouincialis, vt ea animi laxatione, diri, atque ineluctabilis morbi vis aliquantula ope frangeretur. Eius rei Collegij miniſter, ad quod ſanitatis cauſſa diuerterat, ignarus, quamquam ea in valetudine extrà legitima tempora loquentem indulgentius habere potuiſſet, maluit tamen ſæpius impoſitâ de more publicè multâ caſtigare. Nec Ficarra tam præclaram creſcendi occaſionem corrupit. Verum patientia magiſtra eam diſſimulauit iniuriam; nullo vnquam facto verbo aut de ſuo priuilegio, aut de miniſtri acerbitate. Quaſi ideo loqui poſſet, vt glorioſius taceret. *Annal. Societates.*

Et quia pedem in Societatis hortulum ſemel, iterum ac tertio intuli, efferre nequeo ſine officioſa inter abeundum data, acceptaque

R.P. Iyreus de imit. IESV *patient.*

A ſalute, quam in P. Iulio Mancinello, qui obijt Neapoli anno CIƆ.IƆ C.XVIII. Feliciter iuuenimus, hic cum à quodam verbis acerbioribus, etiam famæ noxijs proſcinderetur, ab eo digreſſus dubius hæſit aliquando, num vera ſui defenſione euelleret opinionem falſam: cum ecce videt in clariſſima luce venientem ad ſe S.P.N. Ignatium, à quo ſuauiſſimo amplexu & pacis oſculo accepto, ad ſimiles calumnias generoſe in poſterum tolerandas, Chriſti exemplo animatus eſt. *Annales Societ.*

Iulius Mancinell.

Et quid ni militem dux ipſe, & filium parens exſtimulet ad ſequelam? præſertim ſi digna merces, ac laus non obſcura accedant: quorum hîc neutrum deeſſe poſſe, vel ex hoc vno colligere licet, B quod Ioannes Oſorius Dominica 11 poſt Pentecoſten recenſet: Interrogarat Chriſtum Dominum vir ſanctus, qua ratione ei ſatisfacere poſſet pro ampliſſimo Paſſionis beneficio; generi noſtro impenſo cum reſpondentem ſibi in hæc verba audire viſus eſt: *Inimici mei me totum vinxerant, ſed linguam ligare non potuerunt, hanc vero ego ligaui ſumma patientia & manſuetudine: tu ergo linguam tuam liga cum mala paſſus fueris, & nihil ſtultum loquaris, & ſic mihi ſatisfacies patienti pro te, ex modulo tuo.* Conſilium aureum, atque ab omnibus ſequendum! Certè ſi agricolam meſſis, vinitorem vindemia, paſtorem fætura ſolentur, vt nullis impenſis aut laboribus parcitum velint, quo certius atque ſe- C curius quod cupiunt conſequantur; quis hic ſe palpet, aut aſſentetur? vbi non de tenui lucello, ſed bona ſummi numinis gratia, de ſalute agitur æterna: nuſquam vtilius impenditur quod habes, quam vt melius fiat, quod es.

Ioan. Oſorius Dom. 11. poſt Pent.

Didicerat hoc examuſſim neſcio quis Philoſophi cuiuſdam diſcipulus, ſed Chriſtianus, qui delicti cuiuſpiam à magiſtro veniam cum oraſſet, nec alia conditione impetrare potuiſſet, quã vt toto triennio aliorum onera ferret. Tulit, redijt, pacem petiuit. Quam ſe rurſum ei negaturum dixit, niſi altero triennio mercedem daret ijs, à quibus contumelijs & conuitijs appeteretur? & hoc præceptum inſtructoris ſui exhauſit. Tum Philoſophus ades ergo, inquit, vt expe- D riar, quid profeceris. Ductus Athenas cum à ſapiente illic viro ad ipſam portam ſedente contumelioſè allatraretur, cœpit ridere iuuenis: miratus alter: quid hoc rei, inquit, tu ſannis à me exploſus rideas? Non rideam, inquit diſcipulus, tres annos mercedem ſolui ijs, qui me contumelijs onerarunt, hodie gratis id abs te patior. Attonitus Athenienſis: ingredere inquit, vrbem, dignus cœtu ſapientum es. *Hiſtoria Patrum p. 2. cap. 20.* Nouerat hic profecto quam tuta eiuſcemodi ſilentio merces, quanta gloria maneat, qui iſtud omni ſtudio conſectantur cuiuſmodi cum pluribus Dei gratia abundet Societas libenter quod domi natum eſt producere ſoleo, tum quia, vt ille de olere

Philoſophi Chriſtiani Virtus.

ſuo, ſapit dulcius, tum vero paſcentem nutrit vberius. Sacerdos è Societate Iesv, ſcribit Ianus Nicius Erythræus exemplo 13. audiendis confeſſionibus præpoſitus matronæ cuiuſdam eximia pulchritudine, cum pari integritate pudicitiaque coniuncta confeſſiones excipiebat. Hanc nimis quidam impuſtus ad infabiam concupierat, ſed cum omnes ad eam aditus ſuis cupiditatibus interclusos aſpiceret, exiſtimauit, id ſacerdotis illius conſilijs & admonitionibus fieri, ac pro certo credidit, illud tam munitum præſidium pudicitiæ ſe expugnaturum ſi dediſſet operam, vt eo auxilio nudaretur. Itaque ſacerdotem illum apud Superiorem ſuum probri, flagitijque inſimulare conſtituit; nec mora ad eum venit, oſtendit ſacerdoti illi veterem cum ea muliere ſtupri conſuetudinem eſſe; fictos in eum teſtes dat, qui dicunt pro teſtimonio, eum à ſe manifeſto in flagitio deprehenſum, atque adeo rem totam ad ſimilitudinē veri componit, vt omnis miſero illi; tum inficiandi, tum exiſtimationis ſuæ à calumnijs vindicandæ ratio præcideretur; quamobrem Superior de concilij ſententia, grauiter in eum animaduertendum ſtatuit, ac primo ſacris eum interdicit, tum abiectioribus quibuſdam officijs præficit, nimirum vt domum verrat, publico abſtineat, & alia etiam humiliora procuret: quam ille contumeliam Chriſti Domini cauſa, tacite ferendam arbitratus generoſe exſorbebat. Sed non eſt oblitus Dominus ſerui ſui; nam quem, eius periclitandæ Virtutis gratia, in ea inuidiæ flamma eſſe permiſerat, ab ea etiam cum voluit eundem eripuit, atque lethali calumniatorem illum morbo percuſſit, quo cum acrius in dies premeretur, confeſſus eſt ſacerdoti peccata ſua, cui inter alia, negotium illud aperuit, quod innocenti faceſſiuerat. At prudens ſacerdos non poſſe eum Deo iudici ſaluum eſſe reſpondit, niſi quem fama priuauerat, eâdem redonaret: qui facti pœnitens rem totam ſacerdoti permiſit, qui ſuperiorem adiens, ærumnoſum illum falſo crimine circumuentum liberauit, gaudente plurimum ſuperiore, ac ſacerdoti illi maximas gratias referente, qui mox glorioſa commendatione innocentem extulit, ac quanti referat Chriſtum imitari luculenter oſtendit.

Sacerdotis è Societ. Iesv falſo accuſati cōſtantia.

Nec minus excelluiſſe hic Chriſti Crucifixi diſciplina excultiſſimū inuenio Henricum Suſonem, virum ex D. Dominici familia perquam religioſum, dum famæ ſuæ ac nominis nec vnū, nec leue dedecus tulit. Probra quibus eius integritatem, innocentiamque ad vulgi fabulam iactarunt, vomueruntque dæmonis adminiſtri, è pluribus hæc potiora fuere: turpi eum & libidinoſa cum ſcorto conſuetudine vſum, ex ſacro quodam eremitorio pecunias, ſacramque ſupellectilem furto ſuſtuliſſe: pacto cum Iudæis pretio omnes Alſatiæ puteos, fonteſque veneno inficere voluiſſe, quæ omnia is magno omnium exemplo & ſtupore conſtanter tulit, Deo non ſolum ea in maximum beatitudinis cumulum vertente; ſed apud homines maiorem illi gloriam varijs prodigijs conciliante. *Surius in Vita c. 27. & 40.*

Henricus Suſo.

Num fortaſſis & mitior ſexus in hac gloria partem aliquam inueniat? Vtique, reor: neque enim hanc luctam fugere aut declinare ſolitas pleraſque conſtat, quas magnis viris ſuppares antenor, præſenſque ætas heroides agnoſcit: teſtem euoco Alexandria præſtantiſſimam virginem Marinam, quæ cum parente ſuo, ſed nomen ſexumque diſſimulans cœnobium ingreſſa eſſet, ac demum patre defuncto, magnis ibidem virtutibus floreret, in vicinam vrbem emiſſa ad variam familiæ annonam comparandam, monachus creditus, de vitio hoſpitis filiæ illato apud Abbatem accuſatus eſt, qui ſtatim delatione accepta tu frater Marine, inquit, hoc ſcelus operatus es in filia eorum? ſtans ille diutius cogitans, & ſilens, ingemuit, dixitque peccaui, pater, ora pro me. Ad iracundiam concitatus Abbas iuſſit eum contundi & affligi, moxque foras expelli. Abijt itaque Marinus, nulli hominum myſterium reuelans, ſeque ante fores monaſterij abiecit, iacuitque ſuper terram, ab ingredientibus buccellam panis emendicans: tenuitque hæc ratio tres annos omnino: quibus expletis hoſpitis filia partu ſoluta, atque infante ablactato, eundem ad Marinum veluti parentem detulit, iubens ab eo nutriri. Tacuit Marinus, atque in ſilentio puerum admiſit, modico illo ſuo dimenſo quod à fratribus in eleemoſynam recipiebat, alturus: idque per biennium fecit, donec ſingulari gratia in Monaſterium receptus, vt ſordes omnes eueheret, & aquam comportaret, graui ſanè mulcta, ſed innocenti iucunda, minus nonnihil haberi cœptus fuit: verum diutius integerrimam animam affligi noluit Deus, qui morte intercedente ad Chriſtianæ imitationis præmia Marinum euocauit: & ſexu patuit Marina: venitque ocius ad ſepulchrum defunctæ mendaciſſima pueri mater, iam ab infernali hoſpite infeſſa, crimēque ſuum confeſſa, innocentis Virginis auxilio liberata fuit. *In Vitis SS. PP.*

Marina.

Huic ſocia ſit Margarita Sabauda ex Montis ferrati Marchioniſſa ordinem S. Dominici profeſſa, cui oranti, ardentiuſque æſtuanti, vti Deus eam electorū ſuorum numero ipſe adſcriberet, conſpicuus illi factus, lanceas tres obtulit, è quibus ſi voti compos eſſe vellet, vnam deligeret: ſingulis vero ſingula verba inſcripta hæc erant: *Calumniæ, Ægritudines, Perſecutiones.* Et quæ nullā delegit, malens ſe diuinæ prouidentiæ committere, omnes tulit, & quod præferebant, magno cum ſalutis fœnore experta eſt. Iubente ſiquidem Chriſto calumniam tulit patientiſſimè. At nihilominus boni eius nominis celebritatem acri vindictâ cælum aſſeruit. Illuſtris ſiquidem fe-

Margarita Sabauda.

mina,

mina, quæ illi contumelioſa fuerat, annos tres miſerando partu monſtrorum mater fuit: donec noxam faſſa, veniam enixius eſt deprecata: didicitque ipſa, & porro alios magno exemplo docuit, os non ponere in cælum. *Seraphin. Razzus.*

S. Cathar. Senenſis. Eximiam quoque ſe hic præbuit Catharina Senenſis eiuſdem Ordinis Monialis, quæ dum Vetulæ cuidam ſecundum pectus maligno cancro laboranti, tetramque adeo mephitim ſpiranti, vt chionij vulneris fætores vincere crederetur, inſeruiret, miſerrimam anum ſuis adeo facibus dæmon accendit, vt medicinam in venenum, roſas in ſpinas, pietatis opus, quod ei bona virgo impendebat, in odium verteret pluſquam Vatinianum: eoque demum peruenit vt S. Virginem fœdis omninò conuitijs proſcinderet, eamque infamem lupam proclamaret, & interrogata dicti ſui veritatem, omnia eſſe veriſſima, quæ dixiſſet, affirmaret. Verum nihil iſta virginem mouit calumnia, ſed magis magiſque ad virtutem ſtrenuè capeſſendam accendit, tacitaque ſe ſponſo feruentius commendauit. Cum ecce ſe illi obtulit Chriſtus, geminas coronas auream dextrâ, læuâ ſpineam prætendens: elige, inquiens, ex his alteram: Cui illa: volo Domine in hac vita tibi ſimilis eſſe, volo tuorum ſimilitudo cruciatuum, mei delicium ſit amoris: nec mora, his dictis ſertum ſpineum è Sponſi manibus abſtulit, ac ſuo tantis viribus capiti impreſſit, vt acerbos diebus plurimis cruciatus, non deſineret experiri: voluit autem Dominus in officio, quod vetulæ impendere cœperat, vltra pergeret, ſibi eius famam curæ futuram. Nec vana promiſſio fuit, nam illa crimen ſuum agnouit; ſimulque virginis eximiam ſanctitatem, quam in cæleſti viſo mira quadam radiantem maieſtate conſpexerat deprædicare cœpit, & quidquid in bene de ſe meritam conuiciorum effuderat, inficiata, totius veniam culpæ demiſſiſſimè flagitauit. *Raymundus Capuanus in Vita.*

B. Magdal. de pazzi. Quid ni & hiſce Mariam Magdalenam de pazzi, quam nuper Vrbanus VIII. Beatarum Virginum catalogo adſcripſit adiungam? Huius ſanctimoniam & eximiæ Virtutis opinionem cum dæmon ferre non poſſet, aſſumpta ſpeci*e* ipſius Magdalenæ, dum aliæ in choro orarent viſus eſt è cacabo culinæ carnes furtiuè ſubducere, vnde factum, vt id feciſſe Magdalena putaretur, magna ſui nominis labe. Tacuit tum Magdalena, deoque rem totam commiſit. Cum ecce Monialis altera his auditis rumoribus ſanctè teſtata eſt, eam illo tempore in choro fuiſſe & à ſe viſam eſſe. Ita infamia verſa in laudem eſt, dum cunctis innotuit ab inuidia diaboli hanc proceſſiſſe criminationem. *Puccinius in Vita.*

Magna ſane virtus, quam, niſi præluſeris, ægrè conſequaris, ita namque apud milites fieri A ſolet, primum illi arma comparant, & ludicrum certamen in fictum hoſtem, vel hoſtis imaginem inſtituunt, vnde palæſtrica illa nobilium certamina, & ſimulatæ gladiaturæ velitationes exortas credo, quibus illi veris ſe prælijs apparabant: res clara exemplo fiet: Annus agebatur 1346 cum Rhodon inuaſerat inuſitatæ magnitudinis Draco, qui in ſpecu iſtic deliteſcens vicinum aërem ita inficiebat, vt Equitibus hunc locum quem ipſi Maupas dicebant, pertranſire vetitum eſſet. Adeodatus erat cognomento de Gozon, nationis gallicæ, Equitum Magiſter, qui certus huic peſti occurrere, ad fratrem, in Gozonem, Galliæ vicum ſeceſſit, ibique in B Draconis fabrefactam imaginem, ipſo aſpectu horribilem & terrificam equum cui inſidebat, binoſque canes quotidiano vſu irruere docuit, quo veri monſtri metum illis tolleret. Tum Rhodum reuerſus, clam ad Draconis ſpecum, relictis ſub vicinum collem famulis perrexit, in eumque ferociter inſilijt. Et vero equus nihil iam belluæ, cui aſſueuerat, ſpecie territus, nec magis moloſſi, ardenter prælium capeſſunt. Eques haſta cum nihil promoueret, gladio draconis guttur, vbi mollior cutis erat transfodit, & beſtia concidit quidem, ſed in Adeodatum reſupinata, victorem ipſum prope victoria oppreſſit. Ocyus aduolare famuli, herumque amoliri inſtiterunt. *Hæc Boiſſatus in hiſt. Eq. S. Ioan.* C *pa.121.* Qui ex Foxano Equite hæc addit: aſſeruari ſolitum in Gozonis familia lapidem ex Draconis capite extractum oliuæ magnitudine, varij coloris, fulgentem præſentiſſimum aduerſus venena antidotum, qui liquorem, cui immergitur, ſic feruefacit, vt bullire videatur.

Præludendum ante victoriam. Dimicandum nobis eſt, abnegandi noſipſi, ferenda Chriſti improperia. At horrendum hic monſtrum occurrit, ſed inexpertis. Equum noſtrum inferiorem animæ partem, canes noſtros, ſenſus nimirum quà externos, quà internos, quos ad ſui cuſtodiam natura poſuit, ad congreſſum huius belluæ condocefacere debemus, quod fiet, dum infamiam, ignobilitatem, accuſationes, calumnias, contumelias neutiquam D timere, eiſdem vltro nos offerre, ac parui facere ante cœperimus, quam vel congrediendi occaſio appetat, vel neceſſitas cogat.

Ioannes Hieron. Ita ſapuiſſe, ita feciſſe Ioannem Hieronymum, Annales Societatis noſtræ teſtantur, virum ex eadem integerrimum, cui ad perfectam conſummatamque virtutem deerat nihil. Solebat hic inter quotidianas ſuas de rebus diuinis commentationes, tanta ſuperni amoris igni alimenta ſubijcere, vt exardeſcere videretur, & quoniam ſciebat, ſiue amoris, ſiue cuiuſcunque alterius virtutis opus patiētia perfici, Chriſti Ieſu patientis cogitatione & exemplo armatus varios honori & famæ aduerſantes caſus animo ſuo ſubijcere ſolebat. Tum, hæccine, aiebat tacitus, ferre patienter & iucundè poteris? In

quibuſdam hærebat paululùm, voluebat eorum atrocitatem, & adiuncta ſingula expendebat, eaque cum voluntate ſua, atque animi viribus conferebat? deinde Chriſti exemplo & amore ſuccenſus, ſeſe ipſe increpare, quod reſtitaret: demum ſe totum, & in omnibus ſe tradere in holocauſtum, qui prior amoris igne cum animam, tum corpus ſuum in ara crucis pro homine concremaſſet.

Semel aliquando cum multa eiuſmodi obiecta mente volutaret, & ſingillatim Deo conſecraret: ſubijt cogitatio, quid ſi forte apud fidei inquiſitores hæreſeos accuſaretur. Enimuero atrociſſimæ huius calumniæ ſpecies ſic hominem alioquin ſtrenuum, infregit, B vt prope clypeum abijceret. Diutiſſimè cum hac larua, fortiſſimeque decertauit, in omnes ſeſe partes, ſuſque, deque verſans: tandem vberibus lacrymis & continenti ad Deum oratione, tantum robur cælitus infundi ſibi ſenſit, vt quem ante formidarat, & fugerat, hoſtem ſibi iam vltro ad pugnam depoſceret. Et vero vix de loco orationis ſurrexerat, cum ecce Collegij Oſtiarius cubiculi fores pulſat, monetque. Quæſitorum de fide Apparitorem ad ianuam eum præſtolari, qui nomine ſacri Officij hæreſeos accuſatum, ad id tribunal euocaret.

Quo nuntio ille mirè lætus, non ante pedem extulit, quam in genua prouolutus diuino numini gratias egiſſet, à quo ſibi eius rei cogitationem, & ad patiendum robur ante pugnam C iniectum ſciret. Iuit & rediuit victor, vti alias in diſſimili cauſſa non ſemel. Etenim à meretrice Granatæ Rector cum eſſet, impudicitiæ vir caſtiſſimus inſimulatus, multa pertulit, quietè tamen ac hilariter; quoad Patrum quidam in eius innocentiæ teſtimonium ſub oculis Prouincialis digitum ad candelæ flammam diu illæſum ſuſtinuit: & ipſe Prouincialis eandem rei innocentiam diuinitus edoctus eſt; ac demum ipſa lupa, cum atroci corporis atque animi ægritudine preſſa, non ante conquieuit, quam ante Prouincialem coram teſtibus eam calumniam ritè abiuraret, eiuſque criminis veniam peteret, & obtineret. *Annales Societ.*

S. Theresia in Via perfect.

D Præclarum hac de re monitum S. Thereſia in itinere perfectionis cap. 15. Reliquit: *Magnum*, inquiens, *humilitatis argumentum eſt, videre immerito & innocentes nos damnari, & ſilere. Quod qui faciat, næ ille Deum Dominum egregiè imitatur. Vnde etiam atque etiam vos rogo, vt vos quoad hæc exercere ſatagatis; magnos quippe fructus ſecum hæc res fert: & vice verſa, nullum omnino in noſtri excuſatione commodum video, niſi forte quibuſdam in caſibus, dum ſcilicet proximo iraſcendi occaſionem daremus, veritatem ei non aperiendo, &c. Equidem permagni referre arbitror, vt huic ſe virtuti, quiſque aſſuefaciat, aut veram à Domino humilitatem obtinere ſatagat, etenim ex hac, altera prouenat oportet. Nunquam vllum aliquod malum de* A *me loquentem audiui, quin liquidò perſpicerem, minus illum dicere, quam re vera id erat: Nam etſi forte eadem mala non eſſent, in alijs tamen plurimis Deum offenderam, vnde etiam plus quam ſatis mihi facere videbantur, quod de alijs nihil dicerent. Etenim ſemper magis mihi placet, vt quæ falſa ſunt, de me dicant, quam quæ vera ſunt. Licet id nobis peccatum non ſit, cuius inſimulamur, nunquam tamen ita omnis culpæ expertes ſumus, ſicut bonus Deus erat.* Dixerat autem ſupra bis: *Illud hic homo præcipue lucratur, quod Dominum aliqua ſaltem in re imitetur.*

B. Clara de monte Falco.

Hanc ob cauſſam cum B. Clara de monte Falco à quibuſdam diſcolis iuuenibus publicè infamaretur, & irrideretur tamquam gulæ de- B dita, & cibis delicatis, quod erat falſiſſimum, vti ſolita, moneretùrque vt ſe purgaret, reſpondit; nolle ſe hac purgatione priuari magno merito, quod inde ſperabat, & ſatius eſſe ſibi, vt in hac de eius intemperantia, opinione permanerent. *Ita Pergilius.*

Atque hoc denique eſt ſilendo cum Chriſto triumphare, de quo S. Ambroſius: *Chriſtus calumnijs appetitus, ſilentium detulit triumphale.*

Quod licet ita ſe habeat præſertim in Euangelicæ perfectionis ſtudioſo, incidere tamen poſſunt eiuſmodi caſus ac tempora, quibus ſine præiudicio virtutis loqui liceat, imò cum merito tribulationem declinare: ſolent enim multi leues & inconſiderati in ſerēdis iudicijs, hoc ipſo male de altero opinari, quod ſciant aliquid C eſſe paſſum vel pati, putantque non ſine cauſſa id accidiſſe.

Sunt præterea caſus alij, in quibus nullo modo tacendum eſt, ſed adhibenda iuſta & vera excuſatio, repulſio infamiæ, & propriæ famæ defenſio, quamuis enim quiſque ſit Dominus famæ ſuæ, tamen ſi infamatio ſui redundet in infamiam vel filiorum, vel conſanguineorum, vel familiæ, vel Religionis, vel bona fama neceſſaria fuerit ad munus ſuum publicum obeundum, per veram & iuſtam ſui defenſionem & excuſationem fama propria aſſerenda eſt. Vti Sotus, Leſſius, Filliucius, Bonacina, Valentia, Raynaudus tradidere, & Chriſtus ipſe, tum Ioan. 8. tum 18. cap. feciſſe inuenitur. Verum D cum Amor noſtri inordinatus ſubinde rationem offuſcet, non facile credendum eſt, ex noſtri infamatione damnum in alios dermatum iri, aut officiorum publicorum munus, aut animarum lucra impedienda; quare vt ſecurius res tota tranſigatur, ſtatuendus animus in æquilibrio, & ad ſilentium potius, quantum erit in re, quam ad excuſationem inclinandus, & tandem à viro pio & docto conſilium, quod ſequaris exquirendum, vti glorioſe feciſſe P. Balthaſſarem Aluarez Ludouicus Pontanus recenſet. Atque ita nouum hominem hac in parte ſatisfeciſſe, haudquaquam temere credendum eſt.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

Chriſtus à militibus, & Iudæorum miniſtris, vt ore impio in Deum ſacrilegus, mortiſque reus conſpuitur: atque ita dum faciem confuſio operit, Cælum patienti aperit.

NON *auertas faciem tuam ab increpantibus & conſpuentibus in te.* Iſaiæ 50.6.

Poſtquam mutato ſtatu quæſtionis, non de refutandis calumnijs actum eſt, ſed de aperienda veritate, nec quidquam ad votum reperiretur Pontificis, quo dari in laqueum Religio poſſet ſilentij, nouæ atque inuſitatæ pietatis aries, ſanè quam inciuiliter, & ſtolidè admotus eſt: adiuro te, inquit, Pontifex, per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. O ſentina vitiorum! impietatis abyſſe! nefarium caput? tunè putrido iſto ore, & olenti Deũ viuum, tu iuratum hunc audes appellare auctorem & columen veritatis? hunc vera ſemper elocutum, & mendacia peius omni morte fugientem oneras iniuria Sacramenti, non vt perfidiam mutes, ſed vt odium crees, & præcipites Deum? Quid autem hoc iureiurando vis interpoſito noſſe, quod infinitis noras & prodigijs & argumentis? Replica priorum vatum oracula, quæ ſacrorum antiſtes ignorare non debes, & huius res geſtas cum promiſſis illis tam eſſe connexas videbis, quam non ſunt conuenientia teſtimonia tua. Eorum memoriam quæ ante oculos omnium geſta ſunt, parumper reuoca, & intelliges profecto, cuius opera vires humanas excedant, & oraculis facta reſpondeant, illum eſſe filium Dei. Sed audire, vt video, cupis [vtinam & credere] hanc ipſam veritatem, en ſonat: *Dixit ergo illi Ieſus: tu dixiſti. Verumtamen dico tibi, amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit:* Decrat hoc angoribus tuis, nate Deo, vt adactus fateri, quod diſſimulare non poteras, & blaſphemus audires, & reus mortis, non tabellis iudicum, ſed concilij conuicio proclamareris. Sed quid hoc Ieſu bone! quam diuerſa à priore hîc ambulas via? ante ne verbo quidem obiecta crimina diluere auditus es, hic verò multo amplius quam interrogaris, reſpondes. Ante, infra homines demittere te non verebaris, dum criminoſus ac reus haberi non abnuebas, hîc vero ſupra homines teipſum euehis, cum non ſolum Dei Filius agnoſci, ſed & Iudex vniuerſi orbis æſtimari contendis. Nimirum aliter agendum nobis in propria, aliter in Dei cauſſa. In propria tacere licitum, ac plerumque, quo propius ab Innocentia abſumus, hoc minus de tuendo no-

Matth.26. 64.

A mine laborandum: Verùm vbi Dei cauſſa, honoſque propugnandus eſt, nulla contentio, ſtudiumque ſubterfugiendum eſt nullum; hîc ouis leonem induat, & columba aquilinos ſpiritus æmuletur neceſſe eſt. Atque id voluit Chriſtus, qui pro ſua tuenda innocentia tacuerat, hîc pro aſſerenda Dei gloria, quamuis omne quod dicturus erat, vt impium atque ſacrilegum, quod diuinæ Maieſtati violandæ prolatum foret, accipiendum non neſciret, nequaquam ſe Dei filium profiteri prætermiſit; grandis ſiquidem obteſtatio per venerandum Dei Patris nomen excitarat pietatem in Patrem, religionem in Deum, amorem veritatis in Chriſto, ad liberam ſuæ diuinitatis profeſſionem minimè ſubterfu-

B giendam. Sed nimirum iniquis auribus prophanum nil magis eſt, quam veritas. Veluti igitur conuicia in Deum religioſas ad aures accidiſſent, diloricauit pius veterator tunicam, dum cor frangere debuiſſet. Ergo ſententiæ rogantur. Mira conſenſio; morti omnium votis addicitur. Quo ab aſſiſtentibus audito, ſtatim *Exſpuerunt in faciem eius.* O ſcelus! ô flagitium in vltimum inferorum chaos demergendum! conſpuitur vultus ille, in quem contuentes cæli Ciues ac Dynaſtæ, immortalitatis gaudio perfruuntur; excipitur ſputis hominum impuriſſimorum, quod eſt in ipſo beatiſſimum, illud decus, illa gloria, quæ ex eo vultu tamquam è propria ſede clarius, quam cæli ſidera, fulgu-

C rabat.

Hominis faciem conſpuere grauiſſimum contumeliæ genus habitum ſemper fuit, addo etiam ex legis diuinæ ſenſu infame, atque execrandum, quapropter & magni legiſlatoris iuſſu, penæ loco infligi ſolitum non ſemel inuenitur: ac primo quidem dum ſpreto ſupremi numinis mandato quis fratri ſuo, quem abſque liberis diſceſſiſſe audierit, nomen & familiam ſuſcitare negarit. *Deuteron.*25.9.

Deut.25.9.

Denuò, ſi quis filium immorigerum educarit & hic eius noluerit obtemperare imperio, in faciem eius ſpuere, atque ita diebus ſeptem velut immundum ab omni hominum conſortio expellere eum iubebatur. *Numeror.*12.

D At neutrum horum in Chriſto locum habuiſſe pro confeſſo eſt, nec enim hic legem ſoluere, ſed adimplere venerat, patuitque euidenter, dum fratris ſui Adami per peccatum emortui & nomen & familiam pijſſimus ſuſcitauit. Adhæc quando ille Patrem cæleſtem vel vnquam offendit, aut mandata eius vel minima prætérijt? qui toties proteſtari luce palam auditus eſt, *Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me, patris*, cui teſtimonium dedit Apoſtolus, cum dixit: *Factus eſt patri obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*; Philip. 2.8.

Num.12. 14.

Ioan. 6.38.

Phil.2.8.

Nulla itaque hic conſpuendi ratio, cauſa nulla: iniuria verò longè grauiſſima, & immanis, quam pœna maneat tanto digna ſcelére

Digitized by Google

Punitio eorum qui Christum conſpuerunt.

A ſempiterna. Interea verò dum hæc viuentium oculos latet, non debuit pœna tanti ſceleris omnis occultari; animaduerſione ſiquidem præſenti aduerſus hos improbos vti neceſſe fuit; ita legimus inter huius ætatis Iudæos, ſupereſſe etiamnum deteſtabilem quandam proſapiam, quæ ab illis naſcendi ordine deſcendat, qui tanta olim impietate diuinam Chriſti faciem conſpuerunt, è qua quotquot geniti, atque in hanc horam progenerantur, nullus omnino queat ex omnibus, ſputa ſua, quantacunque vi nitatur, eijcere, niſi in faciem & os, vnde profluxerant, denuò reuertantur.

Mirum, inquies, & inauditum aliàs, & fortaſſis vnum ex ijs, quæ Rabinorum inſania coquere ſolet, delirium.

B

Petros d'oultremao in aula S. p. 2. c. 1.

Sed metuere noli, res certa & explorata eſt, quam magnus Hetruriæ Dux claro experimento cognouit, & omnibus teſtatam fecit. Iuſta ſanè, dignaque ſcelere pœna, iuxta Prophetæ Regij, quam Pſal. 36. expreſſit, imprecationem:

Pſal. 36. 19. *Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.*

Auctor eſt *Petrus Comeſtor* in hiſtoria ſcholaſtica, dum Hur filius Caleb rebellem populum ab adorando vitulo aureo abducere ſatagit, tanta ſputorum multitudine ab idololatris obrutum fuiſſe, vt eorum copia fuerit ſuffocatus, iuſtiſſimam Moyſe de perdito grege vindictam ſumente. Quod ſi ita eſt, quo non ſupplicio digni facinoroſi hi Cayphæ pontificis miniſtri, qui tam atrociter ſanctum Domini vultum conſpuere veriti non fuerunt? Olim cum Fabia Eudoxia Heraclij Imperatoris Coniux defuncta efferretur, contigit Epiphaniam filiam, per feneſtram exſpuere, vt matris corpus, quod ſub illa ad rogum portabatur, ſputo tangeretur, quo commotior Heraclius, abſque mora Epiphaniam comprehendi, atque vnà cum cadauere rogo impoſitam comburi iuſſit: ſiue imprudentia factum, ſiue malo & impio animo, perinde haberi placuit, ideo quia & de matre, quid per viam ageretur & quo in loco ſpueret diſſimulare non potuit: vt ſi ne in corpus quidem defunctæ matris ſputum cecidiſſet, tamen id totum pompæ, funeriſque vel ludibrio, vel indignatione feciſſe videretur. Quare cum iniuria omnis, quæ ad Deum, parentes, Imperatorem, Pop. Romanum pertineat, ſubitò, ac ſeueriſſimè vindicanda ſit, nil minus faciendum eſſe iudicauit. Qui ſenſus ſi inter homines fuerit, quem de illo, Deum Patrem habuiſſe credibile eſt, qui tanto ſcelere atque impudentia Dominum gloriæ conſputarit. Certè niſi ſe pius ac miſericors hiſce, alijſque pluribus amore noſtri αὐτόματ☉ obtuliſſet, nullus ex perditiſſimo illo ſannionum grege, vel momento, ſuperfuiſſet. Suſtinuit itaque hæc omnia non ſenſus exſors, aut ignarus quid ferret, ſed explotata, perſpectaque habens omnia, quæcumque pateretur, cuius & Iobum & Iſaiam teſtes ex eius perſona, tanto ante querentes lamentanteſque adduco, quorum ille ſic cap. 30. 10. Loquutus eſt: *Abominantur me, & faciem meam conſpuere non verentur.* Hic verò cap. 50. 6. *Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.* Et meritò ſanè de contumelia hac lamentatus eſt, omnis enim conſputatio præterquam ſummæ loco iniuriæ ſit, ſupra modum fœda, ſordida, ac moleſta ſemper habita fuit, quod hic vel maximè patuiſſe arbitror, cum milites hi, atque miniſtri numero plures, contentione maxima è fœtentiſſima oris ſui cloaca, vi multa eruta atque exhauſta phlegmata in belliſſimam faciem eius effunderent, in quam ſumma ſui voluptate beatiſſimæ mentes proſpicere in cælis iucundantur.

Fabia Eudoxiæ filia Epiphania.

Iob. 30. 10.

Iſaiæ 50. 6.

Nec ignoraſſe hæc arbitror fatiloquam illam Phœbadem, Sibyllam nuncupatam, quam inter cetera cultæ virginitatis præmia, arcanorum Dei conſciam voluêre: certè, vel ipſo S. Auguſtino teſte, orat. contra Iudæos & Paganos cap. 16. ita in hanc rem cecini ſſe de Chriſto legitur:

In manus iniquas, & infidelium poſtea veniet,
Et oribus immundis exſpuent in eum ſalinas venenoſas.

Sibylla.

Vbi notandum à Sibylla ſaliuas iſtorum hominum appellari venenoſas, nec temerè, non enim ſaliuis tantum ac ſputis affectus fuit ignominioſis, ſed maligna quoque, lethalique qualitate imbutis, nam, vt bene aduertit Vincentius Moles in Philoſophia corporis Chriſti cap. 11. dub. 1. ſicut ſaliua hominis bene temperati ſanitatem inducit, morboſque depellit: ſic, contra, ſaliua hominis male temperati, & malefici ſuo lentore, & praua qualitate, non qualeſcunque imprimit morbos, verum etiam lethiferos, quod Celſus, & Plinius docuere, dum ſaliuam & dentes hominis malè temperati venenoſum quid habere teſtati ſunt, quod in plurimis animalibus conſtat, quæ mordendo, mediâ ſaliuâ, quæ venenum continet, hominem occidunt. Iam verò ad miniſtros illos quod attinet, erant illi malefici, & rabie quadam perciti, homines alioquin viliſſimi, cepâ, allio, & id genus cibis enutriti, multoque potu æſtuâtes, qui ſacroſanctam Chriſti faciem totam immundis, glutinoſis, lentis, craſſiſque & viſcidis, ac crudis ſuccis ex fundo ventriculi ac pectoris eductis oppleuerunt: quapropter non abs re exiſtimandum eſt, tales maleficas ac venenatas conſputationes ſecum attuliſſe peſſimas qualitates, mortiferas ac lethales, quæ tenerrimæ Chriſti faciei adglutinatæ, præter pudorem & ignominiam, maleficos produxêre effectus.

C

Vincent. Moles. c. 11. dub. 1.

D

Neque mirandum eſt ſaliuæ huiuſmodi hominum virus tribui, quando dentibus, adeoque & ſpiritui, quem nonnulli emittunt, Plinius veneficam ineſſe qualitatem fuerit arbitratus,

Plinius.

lib. 11.

lib. 11. cap. 37. Vbi ſic ſcribit: *Hominum dentibus quoddam ineſt virus: nam & ſpeculi nitorem ex aduerſo hebetant, & columbarum fœtus implumes necant.* Eodem ſpectat, quod S. Epiſcopus Anſelmus tractatu de Paſſ. Domini hæc ſputa expendens, B. Virginem inducit his verbis loquentem: *Filius meus adeo conſputus apparuit, vt velut leproſus videretur.* Opprobrium atrox, & omni homini, nedum Deo grauiſſimum! Abiectiſſimum domus angulum quærere ſolemus, in quem ſputa conijciamus, ne fœditas eorum execranda, hominum oculis forſan ſubiecta, nauſeam moueat, bilemue proritet: & hic facies illa, cuius amore ardent Seraphim, cuius videndi deſiderio Prophetæ aſſiduo ſuſpirabant, clamantes, *Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus*, facta eſt matella & ſcaphium immundiſſimum, in quod fœtidiſſima pectorum ſputa proijciantur. Graphicè contumeliam hanc euangelicus noſter vates expreſſiſſe legitur cap. 52. *Quemadmodum*, inquiens, *obſtupuerunt ſuper te multi; ſic ingloriius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum. Quid enim*, ait oris aurei Eccleſiaſtes, *Illi contumeliæ exæquari poteſt? in faciem illam, quam fluctus maris reueriti ſunt, ſpuere non verebantur, quando, ſi vnquam ſui diſſimilis atque ingloria facies illa apparuit, vtpote purulentis ſputis illita & fœdis pituitæ ſordibus obſcurata*; Ita vt ſacris teſtibus Birgitta, Eliſabetha, atque Mechtilde, alijſque, quibus id de cælo nuntiatum eſt, ſexaginta ſex vicibus fœda atque infamia eorum ſputa, diuino vultui fuerint illata.

S. Anſelm. — Pſal. 79. 4. — Iſaiæ 52: 14. — S. Chryſ.

Sed quis in tanta iniuriarum tempeſtate, tantis infamiæ tenebris, bono Ieſu oris habitus, ac mentis ſtatus, animiue affectio fuit?

Summâ ille modeſtiâ, vultuſque ſerenitate, admirandâ manſuetudine, ac ſilentio ſufferebat hæc omnia, *Nec faciem ſuam*, vt Eſaias prædixerat, *à conſpuentibus auertebat*, nec geſtu vllo moleſtiam, nec verbo incommodum, offenſamque præ ſe ferebat, diuina tacitus graphide opus deſignans, quod nouus homo, quem parturiebat perficeret, abſolutumque ſuo marte præſtaret. Sed vnde talem arceſſamus? *Procul ſanè & de vltimis terræ finibus pretium eius.* Nec abnuo, atque iſtic inuentum fide bona hîc ſiſto. In Firando Iaponiæ vrbe non ignobili, ad circumfuſam concionem dicebat Ioannes Fernandius S. Franciſci Xauerij peregrinationum ſocius, nouæque legis ſcita, quàm poterat in ea ſermonis infantia, commodiſſimè, conabatur exprimere. Verùm barbaris vocibus delicatas Iaponum aures cum ſubinde verberaret, ſibilo atque cachinno excipiebatur: quin vt ſuperbum eſt gentis ingenium, vnus è corona concuſſo vehementius, exoneratoque ſtomacho, in os dicentis per ſummam contumeliam expuit, nouam ſectam, doctoremque pariter execratus. Senſit Xauerius, qui hyperaſpiſtes dicenti aderat, eundem contumeliæ auctorem fuiſſe, qui olim

Iſaiæ 50: 6. — Ioan. Fernand. è Societ. Iesv.

A Chriſto Domino pari procacitate illuſiſſet, iuſſitque proinde Fernandium, nulla commoti animi ſignificatione inſtitutam proſequi orationem, & hic ſe Xaucrianæ diſciplinæ parem præſtitit, abſterſoque ore, dicere perſeuerauit. Et plus aliquanto diſſimulando atque ferendo, quam diſputando profuit. Nam quos argumentis ad Chriſtum pellicere vix poterat reluctantes, eoſdem iam lubentes ſilentio duxit, atque vt ſcias, quam eloquens ſit patientia, viginti millia fidem paulo poſt accepere pariter ac dedere. *Turſellinus in Vita.*

Ex Iaponia ad oras vltimas hiſpaniæ tranſeamus, vbi B. Franciſcum Borgiam vitæ nouæ candidatum luce hac ſputorum præfulgidum B inuenicmus. Cum Bartholomæo Buſtamantio viam ingreſſus ad veſperum diuerſorium intrauerat, vbi cum vnicum duntaxat conclaue dari poſſet, iuſſit laboranti Buſtamantio lectum ſterni, ſibi vero ſaccum paleis plenum reſeruauit. Noctu Buſtamantius tuſſi aſſiduè laborans, ſputum continuè eijciebat, non ſatis ſciens quo mitteret, reapſe vero faciem Franciſci ſtrenuè conſputans, qui licet vel minimo verbo, vel modica declinatione corporis ſubducere ſe potuiſſet, noluit tamen, ne virtuti materiam ſubtraheret. Manè Buſtamantius Franciſcum conſputum intuens, pudore ſuffuſus, veniam petijt: cui pater, noli laborare idcirco, confirmo enim te nuſquam in hoc cubili potuiſſe ſputa conijcere C viliorem in locum, quam in me, & faciem meam. *Cepatius in Vita.*

B. Franciſc. de Borgia.

Et quia peregrinari cœpimus Poloniam quoque viſamus. Hic Stanislaum Grodicium è Societate noſtra virum Apoſtolicum inuenicmus, qui dum ſaluti omnium incumbit, ab inſolentiſſimo hæretico publicè in via, fœdiſſimè conſpuitur, irritare hæc etiam conſtantem virum iniuria potuiſſet, non autem Staniſlaum: Certè matronæ nobiliſſimæ iram commouerat, vt per ſuos vlciſci pararet, niſi obijciens ſe Grodicius illos à vindicta depuliſſet, dictitans: *Glorioſius ſibi accidere potuiſſe nihil; quam pro Chriſto conſpui, eamque fœditatem in rationarium, æternitatis, pro* D *Indicis gemmis inferri:* Annales Societ.

Staniſlaus Grodicius.

Altius nonnihil contendiſſe viſi ſunt, qui eiuſcemodi contumelias iam forte irruentes non acceptarunt ſolum, ſed vltro, quod abſque alterius crimine fieri poterat, tanquam maris Atlantici pretioſa monilia accerſere ſibi non dubitarunt, ac talem quidem B. Petrum Nicolaum ex ord. Minorum deſcribit in mirabilibus Seraphicis Marianus, qui omnium interdum ſputis faciem ſuam mandabat fœdari, itaque complutus copioſè ad memoriam conſputi Saluatoris illachrymabatur, nec detergi vultum finebat, præterquam obſoletis linteis culinarum.

B. Petrus Nicolaus. ex ord. Min.

Talis & V. Antonius de Roa fuit ex ord. Eremit. S. Auguſtini, qui dum Indis ad Chriſti fidem conuertendis operam impendit coram

V. Anton. de Roa. Auguſtin.

illis ſe à ſocio conſpui, alijſque ludibrijs excipi iubebat, vt quod Chriſtus pro hominum ſalute prior tuliſſet, ipſe viuo in ſe exemplo illis clarius demonſtraret. *Antonius de S. Roman. p. 2. tract. 4.* A

Lucretia Alciata.

Nec defuit, quæ ſexu licet infirmior, prioribus tamen, & duplici quidem titulo accenſenda eſt: fuit hæc Lucretia Alciata horatij Scotti viri nobiliſſimi Coniux, quæ ad maiorem ſui victoriam Chriſti Domini æmulatione fouendam, ancillis ſuis præcipere ſolita, vt Dominæ ſuæ faciem conſpuerent, ac fœdarent, quod illæ non prius, quam ora ſua ruboris minio notata lachrymis conſpergerent, vt iuſſæ, factitabant: tacitè Domina gaudente, atque animo exultante, dum ſeſe hac Principis ſui teſſera, vel in ſpeciem cerneret, exornari. B Tanti eſt vetere homine exuto, nouum adamare.

CAPVT DVODECIMVM.

... martio 1659.

Nox Duria Chriſti Saluatoris, ſiue ea, quam multis ærumnis exercitam in Caypha domo captiuus traduxit.

Pſal. 133. 2. Pſ. 118. 55.

IN *noctibus extollite manus veſtras. Memor fui nocte nominis tui.* Pſal. 133. & 118.

Non exſtinguatur in nocte lucerna tua.

Matth. 26. 48.

Tunc colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit &c. Matth. 26. 48. C

Soluto Principum, ſeniorumque populi concilio ac reditu in diem poſterum ſub auroram indicto, abeuntibus ſingulis in domum ſuam; manſit in vicino Ieſus, ſiue carcer ille fuerit, ſiue atrium aliquod pontificiæ domus, vbi miniſtris, quorum cuſtodiæ commiſſus erat, creſcente audacia, cœperunt ei velut damnato iam, conuictoque varijs modis illudere, ac belluina quadam rabie morituro inſultare: vt nec temerè, nec iuſto audentius eſſe me prolocutum, quis arguat, ſi nihil hic vel ſenſu aſperum, vel latu arduum, vel factu improbum à nocturno illo lurconum grege eſſe dixero prætermiſſum; quod omne diuina tamen virtute, atque incredibili fortitudine, ſingulari nobis edito documento, ſufferre viſus fuit. D

Tres fortitudinis gradus.

Qui de Chriſtianis moribus præcepta ſcripſerunt, tres aiunt in agendo eſſe fortitudinis gradus. Primum ſtatuunt ſilere, & pati, cum noſtra res agitur. Secundum, contemptis de cetero periculis, agere quæ agenda ſunt, & dicere, quæ dicenda. Tertium vero, vbi ea quæ agenda ſunt, egeris, & quæ dicenda ſunt, dixeris, multa & grauia ab iratis, & offenſis hominibus pati.

Et huius quidem triplicis fortitudinis exempla plurima, eaque non obſcura Dominus Ieſus, nobis hactenus ſeorſim dediſſe viſus erat, vnum id reliquum eſſe videbatur, vt eadem nobis iunctim ob oculos poneret, atque ad imitandum afferret, quod ſuprema hac nocte copioſe abſoluit, quam proinde Duriam, ſiue Durateam nominandam cenſui, ab ea quam olim Troianis vltimam atque exitialem Virgilius, Valeriuſque appellant.

O noctem funeſtam & luctuoſam! cum facta eſt crudeliſſimis latronibus experiundi poteſtas, vtrum Dei patientia plus poſſet, an plus hominum poſſet audacia. Defuerat id hactenus ſatellitum petulantiæ, & miniſtrorum, vt poſt crudele decreti præiudicium, facinus ſibi ducerent glorioſum, ſæuire in moriturum, eique per omnis generis iniurias inſultare: horruiſſet, opinor, neſarios perduelles ipſa rerum natura, niſi tanta Dei manſuetudo illam in ſui admirationem rapuiſſet, interea dum plebis inſanæ leuitati per lubibrium vexandus, inimicorum odio lacerandus exponitur filius Dei.

Sanna & probra.

Ac primo quidem milites, qui ridere neſciunt innocenter, per improbos ſales perque acerba conuicia, os illud Maieſtatis plenum & regiam diuinitatis, vti ante conſpuerant, ita nunc palmis cœpêre excuſſiſſimis diuerberare, quemadmodum S. Matthæus difertis verbis indicat: *Alij autem palmas in faciem eius dederunt*, quod Matth. 26. græcè legitur ἐρράπισαν, atque à quibuſdam 67. vertitur, *Fuſtibus aut bacillis eum ceciderunt*, quidã, *crepidis verberarũt*, alij *depalmauerunt*, alij *alapas impegerunt*, quod poſtremum interpreti noſtro placuit, quamuis alia non neget, & facile credi poſſint adhibita fuiſſe, Spiritu ſancto tali vocabulo vtente, quod & hoc, & iſta deſignet: vnde quantum iteratis ictibus liuorem tumoremque totis artubus retulerit, facile eſt arbitrari; tempeſtas certè verberum crudeliſſima ſpecioſi corporis decorem & formam depopulata, immaniter deſpectũ omnibus & virorum nouiſſimum reddiderat, non ita tamen, quin interdum ſub tanta vultus deformitate, velut ſub opaca quadam nube deliteſcens, diuini Solis ſplendor erumperet, qua nocturni hi graſſatores præpediri ſe poſſe arbitrati, ne ſpirantem atque inſcriptam cernere cogerentur innocentiam, in irriſionem illius contumaces, faciem ejus ſordido quodam peniculo velauerunt. Ilicet facie diuini ſolis abſconditâ, quaſi in obſcuriſſima nocte, tutiora diſcurrunt flagitia, impunè volitant officioſa dedecora, licentius hac illac perſtrepunt ſannæ, iocique non ferendi, & quod horret animus cogitare ad leuandum ſceleratarum excubiarum tædium, nefarijs ſeruulis ipſa fit ludus diuinitas!

Vos aſtra, tuque aſtrorum regnatrix Luna, dicite quid vigilantibus oculis in ſceleſtiſſimo vidiſtis atrio, ſi tamen rerum indignitatem auerſata non fugiſtis è cælo dum per vltimã licentiæ militaris audaciam velatur oculis, qui animorũ conſilia retegit & omnes introſpicit cogitatus.

Olim cum mitiſſimus hominum Moyſes de monte ac conſortio Dei ad populum reuerſus,

uerſus, faciem ſuam luce fulgidam aduertiſſet,
velamine illam operuit. Nunc Ieſus ſplendor
gloriæ & figura ſubſtantiæ patris infami velo à
Moyſis diſcipulis obtegitur, non vt eum atten-
tius audiant, ſed inſtar viliſſimi mancipij ac me-
diaſtini tanto procacius ſupplantent. Tunc per
ſempiternum, maximumque dedecus impuden-
tiſſimè velata cæli facie, tenebræ prorſus horri-
biles factæ ſunt in terra Ægypti vniuerſa: quas
inter cum nemo viderit fratrem ſuum, an mi-
rum eſt deierare potuiſſe Petrum ac dicere *Non
noui hominem?* Quia tamen paſcendis vberem
gregibus terram Geſſen Ægyptia nox tangere
non debebat, *Reſpexit Dominus Petrum* & auro-
ram intulit fidei, non ſine largo rore lachryma-
rum ac fletus.

Vtinam, vitorum nouiſſime atque miſerri-
me, quemadmodum vinculis tenebrarum &
longæ noctis compedita Ægypto, nemo mouit
ſe de loco ſuo, ſic effrenem continuiſſent au-
daciam ſceleſtiſſimi tenebriones, & quas proca-
citer in te fecerant tenebras plane palpabiles,
procacius etiam palpare auſi non eſſent. Sed ali-
ter pro pudor! euenit, quod nec tanto ante
Huſſitarum Principem latere potuit, cum 16.
Iob.16.11. cap. in tua perſona ſic queſtus eſt: *Aperuerunt
ſuper me ora ſua & exprobrantes percuſſerunt maxil-
lam meam.* Quibus verbis non de ſola percuſſio-
ne ſe queri teſtatus eſt, quæ corpus afficeret,
aliud erat, quod propius æterni Patris hono-
rem contingere, & ſalutem noſtram ſpectare
non ignorabat. Hactenus enim quantiſcunque
iniurijs, ſanniſque captiuum ſuum proſcidiſſent,
à diuinæ tamen naturæ opprobrijs, linguas, ma-
nuſque continuerant, ad quæ iam gradu facto,
per improbos ſales, perque acerba conuicia os
illud maieſtatis plenum, aſylum ſapientiæ, aram
fidei, ſtolidum quaſi caput palmis pulſantes ex-
Matth. 26. cuſſiſſimis, *Prophetiſa nobis*, inquiunt, *Chriſte,*
68. *quis eſt, qui te percuſſit?* q. d. Prophetam eſſe te
iactaſti; & Chriſtum Dei Filium, cui opertum
atque occultum ſit nihil, dic ergo nobis ob-
uelatis oculis, coniector non falſus, quis ille
ſit, qui hanc tibi alapam infregit, & certatim
vnus poſt alium; vultum gloriæ depalmare ite-
rum cœperunt. Sarcaſmus erat acerrimus, irri-
ſio conuicijs farta, impotentem ac falſum Pro-
phetam deſignans, ac Prophetæ titulo, quem à
populo ſibi datum acceperat, indignum: vnde
Theoph. teſte Theophylacto, *Prophetarum Dominus, quaſi
pſeudopropheta irridetur, vt impleatur, quod olim de
tanta eorum ſæuitia Prophetauerat Salomon: Contu-
meliá, & tormento interrogemus eum, vt ſciamus
reuerentiam illius, & patientiam eius probemus*
Sap.2.19. Sap.2.19.

Sed quis hic Patris cæleſtis longanimitatem
ac patientiam in tot filij contumelijs non demi-
retur? qui minores ſeruulorum iniurias tam ri-
gidè legitur olim caſtigaſſe.

Cyrinus Chalced. punitur. Cyrinus Chalcedonenſis Epiſcopus, vt gra-
A tum Eudoxiæ Imperatrici faceret obſequium,
Ioannem Chryſoſtomum variè diuexatum exi-
lio mulctandum decreuerat, cum pes eius inter
eundum conculcatus, ſic illico inflammari cœ-
pit, vt crus totum ac tibia à coxendice debuerit
reſecari, ac paulo poſt altera tibia, ſimili vredi-
ne accenſa eandem coacta fuerit experiri for-
tunam. *Ita Socrates lib.6 c.27.*

Inſuper cum homo quidam inſolens S. Iſaa- S. Iſaacus Vindicatur.
cium monachum petulanti audacia in faciem
cæderet, ſtatim à malo dæmone obſideri cœ-
ptus eſt, nec ante liberatus, quam S. Viri, quem
læſerat, precibus iuuaretur.

Fuit qui S. Martinum Turonenſem Epiſco- S. Martin. Vindicat.
B pum librata ſecuri percutere moliebatur, & ec-
ce palam extenſæ ad ictum manus in aëre con-
feſtim obriguerunt. Et hic Dei facies obtundi-
tur, pugnis conſcinditur, qui menſus eſt pu-
gillo aquas, & cælos palmo ponderauit, impiè
depalmatur, & pœna nulla aut animaduerſio
exigitur: quin etiam augentur odia, & incre-
mentum audacia capit, in capillum & barbam
inuolant, de quo per Eſaiam olim queſtus le-
gitur: *Et genas meas dedi vellentibus:* Siue vt Forc- Barbæ & Comæ euulſio.
rius ex hebræo vertit, *Depilantibus*, dum crines
illos canaliculatim promiſſos, & ſacri veluti te-
cti imbrices, cæleſti ſemper rore madentes, ac
tunc maxime guttis pluuiæ noctis diffluentes
C violenter auellunt. Ignominiæ nota ingens, ac
dedecus acerbum, euulſa barba depilari, de quo
loquens Clemens Alexandrin. l. 2. pædagog. Clemens Alexand.
c.3. *Tanti*, inquit, *barbæ pilos Deus fecit in homine
viro, vt eos cum prudentia ſimul adeſſe hominibus iu-
beat, quapropter nefas eſt cordato & ſapienti viro bar-
bam vellere, quæ pulchritudo ingenita, pulchritudo ge-
neroſa & ingenua eſt:* Vnde Baldus I.C. in L. reos,
C. de accuſ. n.6. barbam in homine pro mem-
bro computari docet, adeoque qui eam iniurio-
ſe inciderit, teneri pœnâ, quâ lectitur is, qui
membro hominem truncarit.

Maxima proinde contumelia hæc Chriſto
fuiſſe iudicanda eſt, qui tanti minimum ami-
corum capillum æſtimaſſe auditus eſt, vt omnes
eos ſibi numeratos, nec quemquam illorum
perditum iri ſanctiſſimè pronuntiarit: certè
D cum pilos capitis ac barbæ filij Dei inter nos
conuerſantis qui tanto ijs omnibus potiores, me-
lioreſque æſtimandi ſunt, quanto Deus homi-
nibus antiſtat, funeſtæ illæ belluæ manipula-
tim euulſerunt ac pedibus proculcarunt, atro-
ciſſima eum contumelià affecêre.

Nota eſt legatorum Dauid confuſio, quibus
à Rege Ammonitarum barba media abraſa
fuerat, quam ille, vt grauiſſimam quandam in-
iuriam minimè diſſimulandam arbitratus, com-
parato in eum exercitu, ingenti clade caſtiga-
uit: & Dauide maior eiuſque legatis nobilior
Chriſtus eſt, quem injuria hæc & læſit atrociter,
& vehementer exhonorauit; ſed benè Septi-
mius Tertullianus l. de carne Chriſti c.5: *Quod-* Tertull.
cumque

cunque Deo indignum eſt, mihi expedit. Saluus ſum, ſi A *non confundor de Domino meo, alias non inuenio materias confuſionis, quæ me per contemptum ruboris probent bene impudentem, & feliciter ſtultum.* Hoc noui hominis exercitium, hæc forma vitalis eſt.

Atque his laſſari potuiſſe nequitiam fortaſſe dixeris, nec malè; ſed reſtitiſſe impietas viſa eſt, quæ labenti nequitiæ nouas vires ſufficiens ad vlteriora vehebat; vnde, *Multa alia*, inquit S. Lucas, (Lucæ 22. 65.) *qui illudebant ei blaſphemantes, dicebant in eum*, de quibus nonnulla ex SS. Patribus, grauiſſimiſque Eccleſiæ Doctoribus abs re nō fuerit obiter delibaſſe, atque in primis ex S. Bern. lib. de Conuiuio Crucifixi B. Laurentio Iuſtiniana l. de triumphali agone. S. Anſelmo tract. de paſſ. Domini. Lanſpergio in theoremat. de B paſſ. alijſque pluribus, qui communi calculo Chriſtum hac nocte à militibus non ſententia Iudicis, ſed inſana ſatellitum rabie ac miniſtrorum ſæuitie flagellatum inſuper fuiſſe docuere, vnde Daniel Mallonius de flagellat. Chriſti c. 5. (Daniel Mallonius.) „ſic loquitur Poſtquam Cayphas in cathedra „peſtilentiæ ſedens, cum conſilio malignantium „impiam illam in caput Chriſti ſententiam pro„tuliſſet, dicens: *Reus eſt mortis*, Chriſtum impijs „miniſtris tradidit cautè, vſque dum illuceſce„ret, cuſtodiendum, grauiſſimiſque iniurijs af„ficiendum, præcipiens eis, vt illum tutò cuſto„dirent. Protinus turba ſatellitum Chriſtum in „teterrimum carcerem, in eiuſdem Cayphæ „palatio exiſtentem, cuius adhuc exſtare dicun„tur veſtigia, conijciunt, ibi ad lapideam columnam vinctis poſt terga manibus ligant, pugnis, (*Colaphi. Alapa. Flagella.*) calcibus, colaphis, alapis, loris, flagellis contundunt, lacerant, ſuamque in eum rabiem effundunt, adeoque crudeliter tractant vt proximum morti, vix non vita priuarint. Hæc autem quamuis apud Euangeliſtas non legantur, ea tamen nobis tamquam indubitata grauium Doctorum (Bredenb.) auctoritas conſignauit. Confirmat idem Bredenbachius in deſcriptione Hieruſalem num. 17. vbi docet Chriſtum ea nocte columnæ alligatum flagellis cæſum, alijſque ſexcentis iniuriarum generibus afflictum fuiſſe, vt verè dicere liceat, nullum è quinque diuini corporis ſenſibus à grauiſſimis doloribus liberum pœna vacaſſe, dè quo in hunc modum Petrus Damiani (B. Petrus Damian.) ſerm. 48. *Sic oportebat granum ſynapis paulatim creſcere tormentis, donec tandem dilataretur in arborem crucis, ac tantum daret ſui fructus ſaporem, contritum paſſione ac morte, vt quidquid eſt vitale ſuo ſaporaret, & condiret attactu. Nam ſicut in integritate grani ſynapis virtus habetur occulta, apparet verò vbi fuerit contritum; Ita Chriſtus omnino inter tot ludibria & verbera, teri voluit illa lamentabili nocte, qua captiuus inter Iudæorum manus tenebatur, qui ſuam nolebat latere virtutem.* Et ſic pernoctatum eſt ad dolorum vſque perfectam diem. Verùm enim verò

Quis cladem illius noctis, quis ſcommata fando
A *Explicet, aut poſſit lachrymis æquare dolorem?*

quem innocens Dei filius breui illo temporis ſpatio perpeſſus eſt?

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraque centum,
Ferrea vox omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim,

quibus nox illa infauſta apud Caypham traducta fuit, vbi cæli regem circumſiſtentes medium nefarij perduelles, quaſi ariolum quendam perſonatum acerrimè diuexarunt: vt diuino planè inſtinctu religioſiſſima Imperatrix (*Domum Cayphæ mutauit Helena in templum S. Petri.*) Helena ducta fuiſſe æſtimanda ſit, quando domum hanc Cayphæ in Chriſtianorum templum S. Petro dedicandum teſte Nicephoro conuertit, cui poſtea Armenorum monaſterium B adiunctum eſt, vt quod ibi geſtum eſt, cum lingua proferri nequeat, mente ſaltem à fidelibus iſtic aliquatenus expendatur. Porro in hoc templo ad latus ſiniſtrum, anguſtum ſacellum viſitur, vno inſtructum altari, cui, carcer Chriſti nomen eſt, in quem, vt ante dixi, coniectus, noctem hanc duriam tranſegit: & fauere videtur traditioni pſalmus 87. vbi poſtquam in Chriſti perſona dixiſſet propheta, *Longe feciſti notos meos à me, poſuerunt me abominationem ſibi* (Pſ. 87, 9.) (quando nimirum ab amicis & diſcipulis relictus, comprehenſus, vt blaſphemus percuſſus fuit) ſubdit *traditus ſum & non egrediebar*, carceri, ſcilicet, mancipatus, quod alia lectio innuere videtur, quæ habet, *poſuiſtis me carceratum*, vbi ſaturatus C opprobrijs, liuore tectus ac plagis, reliquam noctem inſomnis exegi. Vt non immerito ſcripſerit S. Hieronymus, (S. Hieron.) cum quatuor iſtis, aut quinque horis à ſacrilegis Principum miniſtris, ac militibus, tam obſcena ac turpia, tam impia atque nefanda paſſum eſſe, dicente S. Marco c. 9. (Marci 9. 12.) *Fecerunt in eum quæcunque voluerunt*, vt ea ob turpitudinem noluerint Euangeliſtæ litteris conſignare, nec ante ſupremi iudicij diem hominibus propalanda, iuxta Nahum cap. 3. 5. *Reuelabo cunctis gentibus ignominiam tuam*. O noctem funeſtam! & luctuoſam! noctem acerbam & timoribus plenam! Noctem, non è dierum albo tantum expungendam, ſed infra ipſam æternæ D caliginem noctis amandandam, in qua dictum *Reus eſt mortis* Filius Dei, cum à profligatiſſimis buſtuarijs crudeliter depalmata, per vltimam licentiæ militaris audaciam, impudentiſſimè velata cæli facie, ipſa innocentia facta eſt rea.

Sed quæ cauſſæ fuerint graues adeo, atque efficientes, quæ tantam illuſionum ac moleſtiarum iliadem dixero, an tempeſtatem in virorum omnium optimi, atque innocentiſſimi caput effuderunt, quantam nullæ Megeræ, aut Erinnyes procudere vnquam potuiſſent?

Alienam hîc vim nullam, aut furiam agnoſcas velim, quæ Dei Filium in has anguſtias adduxerit, ſed vnum generis noſtri amorem, & eum triplicem quidem, potentem, fortem ac delicatum.

Et

Digitized by Google

Et primùm quidem pro infinitis peccatis, quibus nos homines ſummam Deo iniuriam intuleramus ſatisfacere nitebatur, vnde *Origenes: et nos, qui digni eramus omnes has infamias pati, erueret; ipſe eas pro nobis paſſus eſt.*

Secundo præſentia ac viua tolerantiæ exempla in ſe nobis exprimere volebat; quibus inſiſtentes, vt tanto digni parente liberi, erudiremur: quod notaſſe Victor Antiochenus in Marcum viſus eſt, cùm dixit: *Dum patientiam conſtituerit, ſumma per hac omnia tolerantia formam ſeipſum nobis propoſuit.*

Tertiò denique Martyribus ſuis ac præclaris Aſcetis, ad ferenda tyrannorum, dæmonumque probra ac verbera; ſic animos faciebat ingentes, dicente Euthymio Sigabeno: *Vniuerſa magno animo ſufferebat, docens nos iniurias tolerare;* addo ego, & ambire; multaque alia naturæ in malum procliui aduerſantia generoſe ſufferre.

S. Bernard. Et certè ad durateam hanc noctem quod attinet, ſemper mihi non leui æſtimatione dignus S. Bernardus viſus eſt, elegantis vbique ingenij & admirandæ doctrinæ antiſtes, cum de hac, ita in libro, quem de conuiuio Crucifixi compoſuit, legitur eſſe locutus: *Erubeſcat miſer Christianus, qui nocte iſta requieſcit in lecto, cum rex ſuus pro eo vigilet & pugnet in campo. Erubeſcat qui nocte iſta lætatur, cum rex ſuus timeat & triſtetur. Erubeſcat qui dormit & ſolatijs recreatur, cum rex ſuus ſuper nudam terram noſtra proſternitur pro ſalute.* Hoc certè diuinæ vocis ſuſcitabulo, ſupra omnem æris matutini ſonitum expergectus nobis homo; perpetuum ſaltem nocte iſta nuntium ſomno remiſit, Chriſti Domini laniena medias inter tenebras vocaliſſima ſonitum non minorem ciente, quam triumphi Miltiadis, quondam vel meditatus clangor Themiſtoclem vigilare cogebat.

Ioan. Auila. Et primus quidem id voce atque exemplo confirmaturus ſuo prodeat Ioannes Auila, celeberrimus ille atque Apoſtolicus in hiſpania Bætica Eccleſiaſtes, qui ſextas hebdomadæ cuiuſque ferias Chriſti Domini cruciatibus recolendis ſepoſitas habebat, quibus vel ſomnum omnem excluderet, noctemque commentationi attribueret; vel certe ſi puſillum quid temporis illi eſſet attribuendum, ſarmentorum faſcibus incumbens obdormiſceret, illud dictitare ſolitus inter ſuos: mirari ſe qui triſtiſſima illa nocte alto ac profundo ſomno, nedum voluptatibus homines poſſint indulgere, quàm, vt nobis paternam expediret indulgentiam, omnibus cumulatam incommodis Chriſtus Dominus traducere voluiſſet. *Lud. Granat. in Vita.*

Emman. Luſitan. Rex. Nouiſſe id, ac probè intellexiſſe viſus eſt Emmanuel Luſitaniæ Rex clariſſimus, dum poſtremos hos dies, quos Chriſtiana Reſpub. annua cruciatuum Domini recordatione mœſtiſſimos habet, ſingulari quodam & raro vel in priuata pietate, exemplo traducere ſolitus erat: etenim ne qua principalis luxus ab attenta diuinæ charitatis contemplatione animum voluptas auocaret, perdius & pernox in templo degebat, ibique cibi nihil, ſomni tantum admittebat, quantum extrema reluctantem cogeret neceſſitas. *Anton. Vaſconcelius.*

B. Margar. Hungar. Nec deſiderari ſe hic paſſa fuit B. Margarita Hungariæ Regis pijſſima filia, quæ noctis huius atque adeo ſequentis quoque vigilias inſomnes ducere ſolita, quietem nullam aut cibum admittebat, ſed continuo in pedes erecta, atque oculis in cælum eleuatis conſiſtens: quid autem tanto tempore ac ſtatu mente reuolueret, licet hiſtoricus ſileat; pronum eſt tamen Chriſtianæ pietati augurari. Certè religioſa hæc Amazon, ſentiendo quod ſponſus ante ſui cauſſa ſuſtinuerat, non poterat non pati hoc charitatis officio ſponte reddito, ac nouo iam vitæ generi initiata, in dilecti amplexus tota tranſire. *Surius.*

Catharina de Ieſu. Quod & in vita Catharinæ de Ieſu Virginis Carmelitanæ, quæ nuper Burdigalæ, anno ſcilicet 1623 in cælum abijt, notat vitæ auctor, de qua ſcribit, noctem hanc, quæ Paraſceuen antecedit vigilando traducere conſueuiſſe, expanſo corpore ſuper crucem, vel extenſis brachijs iacendo in terra.

B. Land. Nec huic multum abſimilis fuiſſe dicenda perilluſtris virgo, Chriſtique ſponſa [illegible] Landrada, dum noctem non vnam, ſed plures peruigil, tenui admodum veſte tecta, ac nudipes, ſponſi cruciatibus & ærumnis meditandis exigebat, hoc ſatagens, vt in noctibus attollens manus ſuas de ſponſi ſcelibus, ſolatiorum roſas colligeret, & myrrham primam, rupto ſalus cortice eliquaret. Nec ſpe ſua fraudata eſt, media namque de nocte Angelus, claro lumine præfulgens à ſponſo munuſculum, Crucem ſcilicet rariſſimi operis ac valoris, ei deferre viſus eſt, qua contra aduerſa omnia, tam ab hominibus, quam à Dæmonibus inferri ſolita muniretur. *Surius.*

B. Col. Tracasani. Imitata priores B. Columba Tracaſani Mediolanenſis virgo, quæ diebus veneris per annum inſomnes noctes meditandis cruciatibus ſponſi traducebat. *Michl. Pius.*

Sed parum eſt has noctes ſomno vacuas, experteſque traducere, vltra pergendum eſt vſque ad ea, quæ noua in Chriſto creaturum heroica hic poſita ſunt, reliquaque exempla meditandum eſt: mirum namque atque incomprehenſum eſt, quantopere his vetus homo excruditur ac profligatur, quid enim is vitijs ſuis innutritus aliud nouerit, quam corticulum procurare, molliter haberi, & perhonorificè ab omnibus tractari velle? quibus nocte hac contraria omnia, quæcunque ſeu verbis, ſeu factis, edidiſſe legitur Chriſtus documenta.

Et primùm quidem quomodo fuſtes, colaphos, verbera, pugnos, flagella ac ſcuticas [illegible] homo hominis aut ſufferre non ambiat, atque illata

æquo

æquo animo non ferat, cùm ſtudio eius imitandi ardeat, qui prior iſta eius amore tolerauit?

S. Ignatius Loyola.

Talem certe exiſtimare liceat S. Ignatium minimæ Societatis ampliſſimum fundatorem, de quo id memoriæ proditum eſt, cum ex Oliuetano monte in vrbem ſanctam ſine turca ductore reuerteretur, à Iacobita ferocius acceptum, qui toruo vultu & fuſte armatus mox hominem durius aggredi inſtituit, ſed Ignatius nihil obſiſtens, pro Domino perferre quiduis paratus erat, vnde ipſemet Dominus toto illo itinere famulo ſuo diuinam ſuam præſentiam commodans, & lætitias infundens vberrimas, amicibat. *Nic. Orland. in lo. n. 40.*

Sed initia hæc fuerunt, quibus Ignatius grauioribus præludebat, erat Barcinone extra vrbis mœnia cœnobium feminarum ſitum, quod à variorum hominum conſuetudine, propter quam varij ſermones ferebantur, feliciter expediuerat S. Pater, quare ex ijs nonnemo, vetus Satanæ miniſter præ ceteris furens, audax in eum & valens mancipium immiſit, à quo ſuper nefarias contumelias calcibus, pugnis ac fuſte ita contuſus eſt, vt pro mortuo derelictus, proſtratus in via, ab incidente noto ac pio viro in ſuum diuerſorium fuerit deportatus, vnde duos prope menſes in ſummis doloribus decubuit, ſemper Dominum collaudans nec facti auctorem [quamquam abunde innotuit] vnquam adductus eſt vt proderet. *Orland. in p. 1. n. 50.* Ex quo capite ea poſtmodum prorupit conſtantis animi firmitas, quam teſte Petro de Ribadeneyra lib. 5. cap. 3. in reliqua vita ſemper monſtrauit, dum ludibrio omnibus eſſe gaudebat; & ſi animo indulgere ſuo ipſe voluiſſet, nudus deſpicatus, ſordibus oppletus, per vicos & plateas vrbis ambulaſſet, vt tanto magis Chriſtum Dominum, quem imitandum ſumpſerat, referre poſſet.

Sed nec prisca illa ætas ſic gloriam hanc omnem exhauſit, vt nihil poſteris voluerit eſſe reliĉtum, quos neſcio an priores glorioſis ſuis conatibus aliquando non fuerint ſupergreſſi, è quorum numero Vitum Hyminienſem ex religioſo Capuccinorum ordine ſi tulie dixero, non equidem aberraro, quem ferunt die quadam fratribus honeſtæ animi relaxationi vacantibus ſolum aut ſocio domi relictum, ſic ad eum fuiſſe prolocutum: Euſebi, vides ceteros ſua ſibi ſolatia eligere, num & noſtra nobis non erunt? Haud ſanè: quapropter ſi mecum ſentis, ego mihi meum, tu tuum tibi quod magis vnumquemque delectat, animi ſolatium eligamus. Annuente Euſebio, Vitus ait: prior ego ſupinus proſternar, tu vero bis terque ſuper os, vultum, ceruicemque pedibus gradiens, meque conculcans, religionis dedecus, atque ignominiam appellabis. Cui mox Euſebius: ſi tibi id omne præſtari optas, tu humeris nudatum egregiè manu tua percutiens me ſeruum nequam, contumacem, plurimiſque plagis dignum nuncupes neceſſe eſt. Hæc vterque præſtitit. O ſpectaculum Chriſti imitatoribus dignum! *Bouerius in Annal.*

Vitus Hirminienſis

A B C D

B. Nera.

Sed imbellem virginum ſexum terrere hæc fortitan poſſint, non perculêre tamen B. Neram Senenſem Amazonem, quæ B. Ambroſij Sanſedonij concionibus erudita, virginitatem Deo vouerat, terreſtres nuptias prudenter exoſa. Neſciebant hæc parentes, quare filiam vt nuberet, indies perurgebant, reſiſtere illa & moras nectere, quare in ſubterraneum carcerem abripiunt, petulanti ancillæ ad cuſtodiam tradunt, quæ fame, ſiti, contumelijs ac verberibus innocentem atterere docta, finem nullum affliĉtiſſimæ patientiæ dabat, donec ab hoſpite tartareo infeſſa, ſerò agnouit quid egiſſet; Nera interim opimis Chriſtianæ tolerantiæ ſpolijs triumphante. *Abrah. Bzouius in Annal.*

Archang. Tardera.

Altiùs prouecta Archangela Tardera fuit; nec mirêre, Archangela erat ex Seraphica magni Franciſci familia, hæc Chriſti patientis amatrix, cultrixque eximia, ſæpius apud dilectum feruentibus deſideriorum affectibus ſuccenſa inſtiterat, vt ictus plagarum eius ac gemitus experiri poſſet, factumque eſt, vti petierat, tot ergo preſſuris, tunſionibus, ac plagis, etiam foris in corpore apparentibus diſcuſſa fuit, vt velut deartuata & fuſtibus delumbata hominum oculis appareret; neque ſic tamen exſatiabatur pœnà, eâque aſſiduâ patientis ſponſi imitatione, zeloque concitata. *Antonius Baudeſius in Vita.*

Pugnis ac verberibus, vt ante vidimus, affinis eſt barbæ ac crinium euulſio grauis ſanè contumelia, ac ſenſus acerbioris plena quam nouus homo & ſubire ad ſui victoriam non abnuat, & illatam cum gaudio ſuſtineat, memor aquilam niſi veteribus pennis defluentibus nequaquam iuueneſcere ſolere; neque hominem niſi ijs, quæ veternum fouent, eiectis poſſe renouari; quæ inter cum barbitij, ac capillorum effrenis cura numeranda ſit, non minima vitæ nouæ candidatis cura incubuit ſemper, hac quoque in parte à Chriſti exemplo nequaquam diſcedere; & iure id quidem, atque optimis de cauſis factum, cum enim indies videri liceat vanitati operatos homines & volſellis canos euellere, & frontem crinibus exuere, & cilijs palpebras non abſque dolore ſpoliare, quis præter communem hominum ſenſum paradoxum appellarit, id Deo in finem bonum immolare, quod alij voluptatibus ſuis impendere non verentur.

B. Franciſc. Borg.

Perſpexiſſe id creditur B. Franciſcus Borgia, dum veterem exoſus hominem Chriſti ſui imitandi ſtudio accenſus, capillos ipſe ſibi euellebat, vt Andreas Schottus, dum acta eius proſequitur, latè expendit.

S. Stephan Rex.

Nec ignoraſſe potuit Stephanus Hungarorum Rex ſanctiſſimus qui, dum crumenam nummis plenam, ſecum nocturnis horis deportans

tans pauperes ſolaturus exiret, atque illi odore pecuniæ mirum accenſi, in virum ſanctum confertim irruerent, vt manus ab eo violentas vixdum continerent, & barbam in primis euellerent: ille gaudio perfuſus ingenti, ad virginem matrem conuerſus, gratiaſque agens, en Domina, inquit, quem tu Regem conſtituiſti, eum ſic honorant milites tui, quæ ſi mihi ab aliquo hoſte illata foret iniuria, non ſinerem inultam, at nunc ſciens hinc mihi æternam parari felicitatem, impenſe lætor, gratias agens illis

Lucæ 21. 18.

pijſſimis Christi Saluatoris verbis, quibus diſcipulos ſuos confirmauit, *Capillus de capite veſtro non peribit. Chartuitius in Vita.*

B Erubeſceret profectò Vir Deo ſacer, ſi, quod profanus diuino honori deferre voluit id ipſe eidem denegaret, quod in B. Petro de Alcantara clarum eſt obſeruaſſe,

V. Petrus de Alcant.

hic quâtæuis pluuiæ, vel niues irruerent, vbicunque ſiue domi, ſiue foris eſſet, capite nudo ſolitus erat ambulare, vnde contigiſſe legimus nebulam intra capillos ſpiſſari ac congelari adeo ſolitam vt reſolui, niſi dempto & euulſo capillitio, non poſſet, quod ei non paruo dolori ſtetiſſe clarum eſt, quem ipſe tamen Domini ſui amore ferendum patienter exiſtimabat. *Ex Vita.*

C Atque his adnumerandos eos iudicarim, qui ſuos ipſi capillos, tum quos mentum, genæque educant, tum quos caput enutrit præſcindere ſibi amore virtutis inſtiterunt, quos inter hic

Ladiſlaus Rex.

primus ſe offert Ladiſlaus Bohemiæ Rex ſecundus, qui Christi patientis amore auream ſibi cæſariem flauæ lanæ ſimillimam, & calamiſtratam femineæ artis opus detonderi iuſſit, & ad Christi crucem velut deuictæ vanitatis trophæum ſuſpendit. *Annales Bohemiæ.*

Nec diſſentire ab hoc viſum eſt quod Ferreolus Locrius de S. Godefrido Ambianenſium Epiſcopo ſcriptum reliquit, qui dum ad S. Audomari fanum an. 1097. ipſa nocte Dominici natalis ſacrum Miſſæ ſacrificium offerret, ac plurimi inſtar muliercularum intonſa coma adeſſent, omnia eorum dona conſtanter reiecit, quo viſo illi certatim cultris ac gladijs, forfices enim ad manus non erant, ſibi crines amputa- D runt, ac tantum non euulſerunt. Permotos fuiſſe crediderim memoria eius, quod ſeptem annis ante Tornaci contigiſſe Sigebertus in chronico narrat, vbi graſſante epidemico morbo, quem ignem S. Antonij nominabant, Radbodus Epiſcopus de ſuorum ſalute ſolicitus, mali cauſſis diligenter inquiſitis inter alias ratus non minimam, ſuperbiſſimam quandam vanitatem qua immodicâ circa capillos impensâ curâ paſſim omnes ferebantur, ſuggeſtum aſcendit, & verbis noxium errorem caſtigare aggreſſus, ita concionem commouit, vt ſtatim ſupra mille capillos reſecuerint, vnde quoque paulo poſt facta ſupplicatione, lues omnis in populo ceſſauit. Vſque adeò leuis hæc atque

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A inanis futilitas, non leuem aut exiguam labem Christiano nomini inferre potens eſt; prorſus ille beatus, vitamque viuat feliciſſimam, qui Christi patientis exemplo, vel eam conſtanter infregerit, vel tutò ſuperarit! quod in Fran-

Franciſcus Godoius.

ciſco Godoio Ludouicus Pontanus cap. 20. Vitæ P. Baltaſſ. Aluares, luculenter oſtendit. Hic cum Salmanticæ ſtuderet, receperat ſe ad Societ. Ieſu Collegium, exercitiorum ſpiritualium cauſſa: in quibus tetigit cor eius Deus, vt mundo vale facto, Societati Ieſu nomen daret: habebat tamen non paucas difficultates, ne tantæ vocationi conſentiret; & inter alias hanc, quæ etſi in ſe reuera leuis eſſet, ac futilis, ma- B gnam tamen ac grauem ipſe arbitrabatur, præſcindendas ſcilicet eſſe myſtaces ſiue alaris barbæ ſuæ pilos, quos hactenus longos admodum & rite pexos aluerat, atque inaniter valde ſe de ijs, vt ſignis elegantiæ, ac roboris ſui, iactare conſueuerat. Sed animo afflatum Dei oraculum, qui ſuo nos exemplo præire viſus eſt, caſum antenertit, quo impellente forfices arripuit, & alam vtramque proprijs manibus abſcidit: quo factum vt, cùm pro decoro reuerti in domum ſuam non poſſet, magno feruore admitti in Societatem flagitaret, ac paulo poſt Metinam ad tyrocinium miſſus, ea ædificio fundamenta poſuit, quod deinceps ad faſti- C gium feliciter prouexit.

Quia vero id ab annis plus minus octoginta eueniſſe ſcimus, & quæ propius ab ætate noſtra abſunt, neſcio quid grati, acceptique ſaporis habere videntur, è recenti memoria alterum ſubiungam, quo nouus homo Christi exemplo doctior, id ſubſequi non erubuit, quod ante pati Deus non detrectauit: pauci omnino præterlapſi ſunt anni, cum in vrbe quadam non infima regni Neapolitani, degebat vnus ex Canonicorum iſtic collegio Clericus, nobili

Canonicus Neapol.

quidem ille ſatus proſapia, & opum multarum diues, ſed nec vitiorum inops, inter quæ veſana quædam & pertinax promiſſam, comptamque alendi cæſariem vanitas, eminebat, qua licet Clericali ſtatui grauiter incommoda- D ret, ſe quoque grauis cenſuræ, quam decreta diœceſana in huiuſmodi comatos ſtrinxerant, faciebat reum; verum his nequidquam eruditior, in ſententia perſiſtebat is, cuipiam de populo, quam de clero ſimilior, comamque nutriebat. Dies ſacra Christi è mortuis reſurgentis aduenerat, qua ſuos omnes mater Eccleſia ſponſi ſanctiſſimo corpore reficere ſolet, huic tamen negauit. Res triſtis ac miſeranda! Diabolo crinibus intextus adhærebat, qui Deo ſuo eſſe ſocius, ac conuiua debebat. Contigit autem dum inops conſilij per diuerſa loca vagaretur, incidere in Eccleſiaſten quemdam ex Societate Ieſu, qui in cæteris, de quibus auditorem inſtruebat, & hanc acrioribus verbis dementiam damnabat, vnde primum, Deo

Digitized by Google

adiuuante, inhorreſcere ille; & infelici ſtatu ſuo expenſo, peccata, quæque hîc perperam commiſerat ſacerdoti velle explicare: verum antiquo capillorum affectu illicò recrudeſcente, ſtatuere dignitate ſe potius Canonici abdicare, veſtemque ſacram exuere, quam tonſorem vllum admittere, ſpe omni, qua catenam tam fragilem rumperet, abiectâ, cui nihilominus tantum & Chriſti Domini exemplum, & parta exemplo gratia ſubſidium promittebant. Sic ibat palabunda ouis, in lupi fauces miſerrimè præcipitanda, fuiſſetque certiſſimè, niſi qui Petrum ante reſpexerat, & hunc reſpexiſſet Deus, eos ſubdens veræ pietatis igniculos, quibus tum illuſtrari, tum verò vrgeri acrius cœptus tonſorem aduocat, detonſamque mox cæſariem arripit; atque ad pedes Crucifixi Domini ſui allatam ſuſpendit; vt ijs Cor ſuum patienti Chriſto alligatum; nunquam deinceps ab eius obſequio auellat. *Scipio Paoluccius in deſcript Miſſionis Neapolit. anno 1651.*

Ita depilati Chriſti veſtigijs inſtitête, qui vitæ nouitatem, quam ille nos verbo, exemploque docuit; exuta vetere dilexerunt.

Verum enimuerò nuſquam malum curari amat ſpecioſius, quam vbi vigere & validum eſſe ſolet quam maximè: quamuis autem promiſcuè omnes hæc vanitas liget, nullum tamen hominum genus ſolennius, quam feminas tenet; neque enim hic ſexus immodico tantum pretio; ſed nimio quoque ſtudio animi ergaſtulum adornat, & hoc anxiè agit, vt caput horis plurimis ornatum decorè emineat, vnde illas aſſiduè videas capillos; crines, comam, cæſariem, pilos, antias, captonas, cirros ac cincinnos pectinibus vrgere, calamiſtro inurere; iam verſari in ſpiram, iam tænijs aureis implicare, iam medicatis aquis diluere, odorato puluere conſpergere, tincturarum fuco imbuere, alijſque modis ſexcentis, quos veteris hominis excogitauit inſania expolire, à quibus cum vitæ nouitas ſolenni more vſuque abhorreat, nil mirum, quotquot eidem initiatæ ſunt, illa fugere; atque odio habere.

Virgo anonyma. Ita Virginem quandam animo ſimul ac moribus pudicam ſcribit Iſidorus Peluſiota lib. 2. ep. 53. Vbi ſe alienis oculis capillorum ſuorum ſpecie placere immodicè cognouiſſet, radi ſe ad cutem vſque iuſſiſſe, itaque ſe Iuueni præſentem ſtitiſſe, quo factum vt omnem in eo libidinis flammam extinxerit, ſeque à ſumo eiuſdem ſeruauerit indemnem.

Quia vero id huic non infeliciter ceſſiſſe perſpicuum eſt, ad alias eiuſdem ſexus & ſenſus viragines deſcendamus.

Paſſidea Crogi. De Paſſidea Crogi Senenſi virgine, quæ anno 1615 ad ſponſum abijt, ſcribit Venturius Abbas Oliuetanus, cum parentes eam coniugio illigare meditarentur, à S. Ioanne Baptiſta admonitam, omne à ſe huiuſmodi periculum A amoliri ſtuduiſſe, nec melius, aut efficacius excogitare potuiſſe conſilium, quam ſi capitis ſui comas præſcinderet, quibus Veneris alites ſatis nouerat nidificare. Cum ecce ſanctæ, ac glorioſæ de cælo Virgines Cæcilia, Catharina & Vrſula cum multa luce allapſæ, iuuare tyrunculam, animos addere, forfices dirigere cœpere, donec omni poſito capillitio & matris inſidias & proci inſaniam virgo ſapiens, & vna de numero prudentum eluſiſſet.

Non degenerem huic ſodalem iungo B. Angelinam, de qua vitæ auctor, dum quidam notata eius cæſarie, aureoque crinium fulgore, bono animo eſſe iuberent, talem cæſariem procos multos ei procuraturam eſſe, ſubitò ingenti B ſui odio ſuccenſam ſtatuiſſe, omnem illam crinium ſpeciem peſſumdare, quod vero attineret ad modum, adhibito lixiuio, cui fuliginem de camino abraſam miſcuerat, idoneâ velut ad finem ſibi propoſitum temperaturâ, capillos diluiſſe, atque omnem ab eis ſpeciem ſtirpitus profligaſſe. *B. Angel.*

Recentius hoc, nec minoris ad eandem rem ponderis eſt, quod ſubiungo. Durante nouendiali defunctorum officio, quo Valliſoleti anno 1633 parentatum eſt Deo deuotæ, Virgini *Marinæ de Eſcobar*, nobilis femina vanitati dedita, ad ſepulchrum eius, quod aræ principi in æde C Societatis Ieſu adiacet, communicare voluit: à ſacra communione, venerabilem Marinam inuocat: & en confeſtim tanto vitæ præteritæ remorſu tacta, ſimul & amore Dei incenſa eſt, vt in gemitus, planctuſque prorumpens, populum adſtantem conturbaret, moræque impatiens, obſtantem turbam perrumperet, ac gemens & dolens domum reuerſa P. Rectorem Collegij accerſeret: quo aduentante, capitis ornamenta auellens, forficibus ſibimet ipſa capillos reſecuit, ijſque ad Patris pedes abiectis in hæc verba locuta eſt: libenter mi Pater, hoſce capillos Deo, ac V. Virgini Marinæ conſecro, R. V. obteſtans, piam illam animam pro me interpellet, vt mei patrocinium ſuſcipiat; quo dicto, ipſa ſanctioris, id eſt, nouæ vitæ initia iacere aggreſſa eſt. *Mulier Hiſpana.*

D Nec vanitati ſolum domandæ, ſed & memoriæ patientis Chriſti iugiter conſeruandæ homines Deo ſacri verticem radere & crinem ponere voluerunt, de quo Beda l. 5. de geſtis Anglorum c. 22. *Non ob id tantum, ait, in coronam attondemur, quia attonſus ita eſt Petrus, ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ paſſionis ita attonſus fuit. Idcirco & nos qui per eandem Paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius Paſſionis ſignum cum illo in vertice geſtamus.* *Beda. Tonſura Clericalis.* Quia vero non vna crinium euulſione, ſed varijs, multiſque inſuper ſannis exercitus, exemplum hic præbuit Chriſtus; claudam hoc caput vltimæ, quamuis non poſtremæ, huius imitationis ſtudio, nec id in Heroe aliquo, aut viro forti exhibito, ſed in virgine ſexu infirma, naturâ debili;

bili, conditione imbecilla, quo vtris omnibus cuiuſuis excuſationis anſa eripiatur, dum id agere præ ſocordia prætermittunt, quod mulier facere, ac pati non detrectauit.

Iſidora Tabenneſiotiſſa.

Tabenna inſula eſt in Thebaide Ægypti, quam Nilus efficit, vbi in Parthenone trecentarum omnino Virginum, degebat vna omnium poſtremiſſima, & ab omnibus neglecta, proculcataque, Iſidora nomine, quæ ſtudio ſubmiſſionis etiam vltro fatuam ſe ſimulabat, quam tamen ſimulationem, ita cautè diſpenſabat, vt nihil non laboris cum maximo commodo Virginum exequeretur. Verſabatur aſſiduè in infimis mediaſtinorum obſequijs, culinæ ſeruiebat, & fricandis ollis, purgandis vaſis, abiectis omnibus miniſterijs, velut ſpongia viliſſima & vltimum purgamentum adhibebatur. Pulſabatur ſæpe ab alijs, pugnis tundebatur, contumelijs onerabatur, maledictis figebatur. Nunquam interim viſa comeſſe, nunquam cum ceteris menſæ accumbere: analecta reliquiarum colligebat, quibus vitam quotidianam tuebatur. Erant reliquæ in morem ſacrarum Virginum attonſæ, caputque velatæ, hæc vili, ſordidoque panno verticem obnupſerat, nuda pedes, ludibrium aliarum, in quo ipſa clam triumphabat, neque tamen vocem vllam vnquam, aut ſtomachabundam, aut indignabundam mittebat, ſed continuum ſilentium ſeruabat.

Erat in Porphyrite ſanctiſſimus aſceta Pitirum, quem, viſus ex improuiſo beatus genius, ſic affatus eſt: Quid eſt Pitirum, quod tibi tantopere placeas ob exactam multis annis ex æquo & recto vitam religioſam? Vin contemplari feminam te multo ſanctiorem? Pete cœnobium Virginum Tabenneſiotiſſarum, ex quibus vnam aliquam offendes te meliorem. Quæ à tanto quotidie numero feminarum exercetur, omnique genere ludibriorum afficitur, abijcitur, & ſuperbè, velut pecus, ab omnibus contemnitur, cum illa interibi nunquam animo perturbata mentem ſemper in Deo defixam habet. Angelo in auram abeunte, & Pitirum ad cœnobium abijt, ingreſſuſque ſepta religioſa, precibus de more ad Deum fuſis, rogat hoſpes vti coram omnes ſimul Virgines ſiſtantur. Cum ecce deeſt vna, de qua ille inquirens, audit A vnam quidem ſupereſſe, quæ fatua in culinam abſtruſa eſſet; adduci & eam iubet, quam cum vidiſſet Pitirum ad pedes eius corruens, benè precare, inquit, mihi Mater: illa contra ſe in terram abijciens, tu mihi, inquit, Domine præſta, quod à me indigna petis. Attonitæ reliquæ Virgines, Pater, inquiunt, ne erres hæc ſtulta eſt. Vos, inquiebat Pitirum, ſtultæ eſtis, hæc & me & vobis omnibus ſapientior & ſanctior eſt, & hic omnes velut exanimatæ ad S. Pitirum veſtigia prouolutæ veniam cum lachrymis precatæ ſunt. Et ſingulæ quibus eam modis tractarint palam expoſuerunt: ego, inquiunt, hanc ſannis poſticis illuſi: ego veſtium vilitatem irriſi: ego eluuiem trullæ in hanc effudi: ego Colaphis multaui, ego pugnis contudi, B ego naribus eius mordens ſinapi ingeſſi: aliæ ſe alijs contumeliarum generibus, indigniſſimiſque modis inſectatas eam confeſſæ pacem orauere. Pro quibus Pitirum cum S. Virgine Deo ſupplex vt dolentibus noxarum gratiam faceret, precatus, ad ſolitudinis ſuæ quietem haud paulo modeſtior reuerſus eſt. *Ex M. S. Græco reip. Aug.* Quibus certè ad hanc rem quid dici queat illuſtrius non video, maximè in Virgine moribus ac vita imbecilli, cui profectò non tam cognitum quam diu multumque perſpectum fuiſſe debuit quod Ioannes Climacus gradu 4. expreſſit, *Cum illum nobis diem periſſe contendit, quo nihil contumeliarum perpeſſi ſumus, illas vt lac & mel docens eſſe bibendas*: Vt Chriſtus formari queat in nobis, C Chriſtus, inquam, afflictus, illuſus, deſpectus, alapis percuſſus ac verberibus oneratus.

Angela Tardera.

Senſiſſe hoc certe in ſe, quod & in Chriſto Ieſu, credita fuit Ven. Angela Tardera ex ord. S. Franciſci, magna Dominicæ Paſſionis amatrix, quæ aliquando cum dilecto agens feruentius, geſtiebat ictus plagarum eius ac verberum efflictim experiri, & voti compos reddita fuit; tot ergo doloribus, ac plagis, in corpore etiam apparentibus affecta fuit, vt velut deartuata, & contuſa, omnibus miſerandum ſui ſpectaculum præberet, ipſa tamen neutiquam exſatiaretur. Obijt miraculis clara anno huius ſæculi 1608. *Antonius Randeſius in Vita.*

Atque ita dum cæteræ pugnant virtutes, ſola vincit perſeuerantia.

R.P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

R. P. HADRIANI

LYRÆI

E SOCIETATE IESV

DE IMITATIONE

IESV PATIENTIS

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Ieſus ad Pilatum ducitur, multiſq́, obrutus conuicijs ad mortem poſtulatur, ſed Præſide ex vſitata formula pronũciante non liquet, aliò abripitur.

PRopter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Pſal. 44.

Mane autem facto conſilium inierunt omnes Principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præſidi. Matth. 27.1.

Poſt noctem illam horrendam, inter ludibria, verberaque perpetuâ vigilatam, dilapſis iam cælo tenebris, ſed in anima impiorum duplicatis, confirmant latam noctu ſententiam de nece immerentis, ac quæſtione habita denuo, ne ſemel tantum viderentur iniuſti, ſuffragia
S. Leo. inſtaurant & tamquam extenuanda eſſet, vt ſcribit S. Leo, ſerm. 3. Furoris ipſorum inſania, ſi eius ſententia, qui Prouinciæ ipſorum præſidebat, vterentur, Ieſum duris nexibus vinctum, colaphis & alapis frequentibus cæſum, ſputis oblitum, clamoribus prædamnatum ad Pilatum abripiunt, vt inter tot præiudicia, quem omnes vellent perire non auderet Præſes abſoluere, expetentes eum executorem magis ſæuitiæ, quam arbitrum cauſſæ. Trahebatur autem, vt
Alphonſ. Salmer. multi ſcribunt, catena collo iniecta, quam multo tempore ſeruatam quidam apud Salmeronem tomo 10. tract. 24. Hieroſolymis ſeruatam, contactu ſuo dæmonia ab obſeſſis corporibus depu-

A liſſe, quæ cauſſa eſt, vt in typum illius, teſte S. Baſilio in myſtagog. Sacerdos in ſacrificio Miſſæ, ſtola ad collum vtatur. S. Baſilius.

Iamque ad Prætorium acceſſerant, quod palatium erat Præſidum Romanorum, adhærens arci Antoniæ, ceteris ciuitatis ædibus eminentius, ad quod viginti octo, vt minimum gradibus auctore Adrichomio, in theatro terræ ſanctæ, aſcendebatur, & quia criminibus agere non poterant, iurgijs perſtrepunt, clamoribus vrgent, innocentis odio, titulum ſolennis officij, præferunt ſpeciem probitatis, in Prætorium ingredi verentur, ne comeſturi Paſcha, eiuſdem ingreſſu contaminentur, quaſi periculum ſit, ne eorum pedes in prætorij limine maculentur, quorum animi iam Dei ſanguinem, vitam, honoremque omnem detrorarant. Verè Phariſæi, excolantes culicem, camelum deglutientes;
Adrichom.

B paulo ante metuebant pretium ſanguinis à proditore refuſum mittere in corbonam, de innocentis ſanguine fundendo conſultare nil formidantes; nunc innocentis necem à Præſide extorquere non dubitant. Quamuis autem Pilatus illorum morem interpretari potuiſſet contemptum ſui, illoſque ſiquid ipſum vellent ad ingrediendum cogere; tamen, qua erat facilitate, ipſe domo egreſſus in lithoſtroton, quæ porticus erat, inſtar pontis è Prætorio in arcem Antoniam ducens, atque inde eos allocutus: *Quam*, inquit, *affertis accuſationem aduerſus hominem hunc?* Reſponderunt: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Malefactorem*, inquit S. Cyrillus, *appellant eum, qui ad deſtructionem malorum in mundum venerat. Interrogentur*, ait S. Auguſtin. *atque reſpondeant ab immundis ſpiritibus liberati, ſanati languidi, leproſi mundati, ſurdi audientes,*
Ioan. 18. 29.
S. Cyrillus.
S. Auguſt.

Digitized by Google

dientes, muti loquentes cæci videntes, mortui reſurgentes, & quod omnia ſuperat, ſtulti ſapientes, vtrum ſit maleſactor Ieſus? Sed iſta dicebant, de quibus per prophetam ipſe prædixerat: retribuebant mala pro bonis. Hæc Auguſtinus. Verum heus vos ſcribæ ac Phariſæi quam mali vmbram in hoc ſole captare potuiſtis? quam legem violauit? non legem Sacramentorum fœderis Moſaici, paſſus enim eſt ſe vt Iudæum circumcidi: non legem cæremonialem, quia voluit in templo offerri: non
Lucæ 2.51. moralem, quia parentes honorauit *Et erat ſubditus illis:* Non naturalem, quia quoſcunque ope ſua indigentes inuenit, adiuuit: non Imperialem, quia numiſma cenſus Cæſari perſoluit: non denique ſacerdotalem, quia leproſos à ſe mundatos ad illos remiſit, quid ergo mali fecit? At
Ioan.18.30. fruſtra hæc omnia: auriquum obtinent, *Si non eſſet hic inquiunt maleſactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Dixit ergo eis Pilatus: *Accipite eum vos, & iudicate eum*, id eſt, ſupplicio vel mortis, vel minori afficite, iam ante enim condemnaſtis eum. Non dubium, quin Pilatus, ſi hac ipſius conceſſione vſi Iudæi Ieſum interfeciſſent, diligentiſſime examinaturus fuerit, iurene, an iniuria id illi
Ioan.18.31. feciſſent, quod verin, illicò repoſuere, *Nobis non licet occidere quemquam.* Cauſſam huius reſpon-
S.Chryſ. ſi accuratè inquirit S. Ioannes Chryſoſt. hom.
Quare Iudæi Chriſtum reiecerint ad 82. in Ioan. dicitque idcirco hoc repoſuiſſe, quia multum de eorum imperio ademptum erat à Romanis. Et prima quidem atque pri-
Pilatum. maria recurſus huius cauſſa hæc erat, Romani
1. Cauſa. ſiquidem Syria, Paleſtinaque potiti, vitæ ſibi ac necis poteſtatem in populum iſtum reſeruârant, cauentes ne ipſi ſuorum quempiam capitali ſupplicio multarent: vel enim crimina aduerſum ius gentium admiſſa erant, atque ita Romani & iudicium & ſupplicium ſibi depoſcebant: vel legi Iudæorum peculiariter contraibant, itaque iudicium ijs quidem permiſerant, ſed interficiendi facultatem Prætori ſuo receperant, teſte *Ioſepho lib.20.antiq.cap.8.*

2. Altera cauſſa erat, vt, quia tanti facinoris grauitatem Iudæorum natio ſuſtinere non poterat, cum orbis terræ principe populo communicatam leuius ferret: cum enim Ieſus maximi à pleriſque fieret, ſi res iam peracta in crimen vocaretur, maiorem culpæ partem in ethnicum Iudicem deriuare optabant, & inuidiam innoxij ſanguinis abs ſe in Pilatum transferre.

3. Tertia, quia dedignati videbantur eum per ſe interficere, qui ſe multis applaudentibus diceret Regem Iudæorum, ne forte exprobraretur ipſis, quod Meſſiam ſuum, Regemque proptium interemiſſent, quare cum ſuæ illos puderet nequitiæ, præclarè ſuo conſultum honori putabant, ſi dum ſcelus ipſi committerent, ſceleris nota in Præſide cerneretur: aut certe cum ſpecioſum quidpiam ac magnum videretur, ſuam à Romano Præſide tatam haberi ſententiam, impunè liceret inſanire.

Quarta. Conſiderabant Præſidem cui præſto erant militares copiæ certius, tutiuſque eum poſſe interficere, vt qui populorum tumultum ſi quis oriretur, non difficulter poſſet compeſcere. 4.

Quinta. Quia cum ſanctiſſimus ac celeberrimus ille dies Paſchæ foret quo vel non licebat, aut certe minus decere videbatur Iudæum morti addicere, imo de more exſolui vinculis rei conſueuerant, inuidiæ declinandæ cauſſa malebant à Romano Præſide, quem nulla Paſchæ tangeret religio, reum plecti, ac necari. 5.

Denique Pilato interimendum tradiderunt vel ea maximè de cauſſa, quod Chriſtum acerbiſſima & ignominioſiſſima omnium crucis morte affectum vellent, qua non niſi viliſſimi iuxta ac facinoroſiſſimi plectebantur, vt ignominia mortis claritatem nominis, gloriamque, quam Ieſus ſibi hactenus comparârat, ſtrenuè abolerent, verum cum id genus ſupplicij, eaque ſpeciatim poteſtas illis à Cæſare adempta foret, ad Pilatum recurrere neceſſum erat.

Atque hos præſertim ob fines ſcelerum principes, Chriſtum iam abs ſe damnatum iniquiſſimo prætori interficiendum obiecerunt, qui mente eorum iam ſatis perſpecta intro ſe recepit, quo & reum ſtatim accerſiri præcepit, vt abſque tumultu ac ſtrepitu, vt Chryſoſtomo placuit, eum audire & examinare poſſet. *Ieſus* Matth.27.11.
itaque ſtetit, vt reus *ante Præſidem*. Acerbiſſimum & longe miſerrimum ſpectaculi genus, Dei filium ad profani hominis tribunal euocatum cauſſam capitis, tamquam maleficum, ex vinculis dicere. Sed pati hoc ille voluit, qui ſecurum nobis ad Dei Patris ſui thronum parabat acceſſum.

De varijs Iudæi Chriſtum accuſarunt, quod populum peruerteret, Cæſari tributa dari prohiberet, quod regem ſe diceret &c. Pilatus qui ſat nouerat quid hominis eſſet Ieſus, ſanctum, ſcilicet, ac iuſtum, cuius doctrina populum à vitijs ad virtutem duceret, diſſimulatâ primâ, ac ſecundâ obiectione, de tertia illum interpellat, non quod perduellionis eum haberer ſuſpectũ, quem nouerat pauperem & inermem vitam agere, ſed quod regium nomen in præiudicium Cæſaris tendere videretur, qui neminem pro rege cuiuſcumque prouinciæ ſe gerere patiebatur, hoc minimè prætereundum eſſe duxit, præſertim cum à diebus paucis vrbem multis comitantibus ingreſſus, illud acclamari ſibi permiſiſſet, non obſcurè ſe habens pro Rege illo Iudæis promiſſo, quod illi haudquaquã ignorãtes potiſſimũ ſumpſerant agitandum, vti S. Leo S.Leo.
ſerm.10. de paſ. clarè his verbis expreſſit: *Laborabat*, inquiens, *multis modis Iudaica impietas, vt occaſionem aliquam perpetrandi in Chriſtum ſceleris inueniret, & mendacia quæ falſi teſtes iniuſtis ſacerdotibus famulando protulerant, cum nihil quod morte dignum eſſet adferrent, hoc quaſi inſuperabile repererint,*

runt, vt Dominum mundi affectati regni inuidia per- A *urgerent.*

Solicitus ergo de læſa Cæſaris maieſtate Præſes interrogat Ieſum: *Tu es rex Iudæorum*, Græcè ὁ βασιλεὺς, ille Rex, quem Iudæi exſpectant, tacitam emphaſin importans, quod dum diceret, non dubitat Origenes cum Theophylacto, quin apud ſe riſerit, ac Chriſtum contempſerit Pilatus, quod tam miſer ac deſpectus regnum ſibi præſumeret arrogare, cuius facies, cultus, conditio, totiuſque corporis habitus ac ſpecies ſimplicitatem quandam præ ſe ferrent, ac nihil minus, quam regni arguerent affectatorem.

Reſpondit Ieſus: *A temetipſo id dicis?* Tam-
Ioan.18. 34. quam ipſe de me talem habeas opinionem, *An alij dixerunt tibi de me*, cauſſam præbentes vt me B id ipſe interroges.

Repoſuit Pilatus: *Nunquid ego Iudæus ſum?* quaſi diceret, haudquaquam ego è gente tua ſum, nec prophetas veſtros legi vnquam, *Sed gens tua, & Pontifices*, maiores & minores *tradiderunt te* regem ſuum *mihi* interficiendum, *quid feciſti?* Relicta priore quæſtione, an foret Rex Iudæorum, eamque velut ſibi claram atque expeditam præteriens, *rogat quid fecerit*, quod ab ipſo regni ſui populo ad mortem quæreretur. Chriſtus contrà, prætermittens reſpondere ſecundæ, ad primam quæſtionem reponit:
S.Cyrill. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, &c. quibus verbis, teſte Cyrillo liberauit à formidine Pilatum, qui Cæſaris dignitatem defendere ac tueri
S.Chryſ. tenebatur, vnde bene Chryſoſtomus, quod tunc metuebat Pilatus, tollit Chriſtus tyrannidis ſuſpicionem, quaſi diceret: Rex ſum, non tamen talis, qualem me eſſe, Præſes, arbitraris, ne timeas me itaque, addit Theophylactus, tamquam tyrannum, aut ſeditioſum. Ad quæ Pila-
Ioan.18. 37. tus: *Ergo Rex es tu?* More periti Iudicis vrget reum vt clarè reſpondeat illi articulo, de quo accuſabatur, quod Ieſus nequaquam abnuens, cum ante regni ſui conditiones deſcripſiſſet: *Tu dicis*, inquit, *quia Rex ſum ego*. Modus loquendi non ambiguus, ſed modeſte in affirmationem inclinans, *Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati*, quam proinde interrogatus nec inficiari volui, nec reticere poſſum. Ideo namque Filius Dei in hunc mundum venit, vt regnum Dei ac ſuum omnibus manifeſtet, quare *omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam*. Quia vero Pilatus cogitare apud ſe potuiſſet, nulli aut pauci credunt tibi, plerique omnes te reijciunt, quod ſignum nequaquam eſt veritatem à te prædicari, occurrit Ieſus: *Qui eſt ex veritate*, id eſt, ex Deo, non ſolum per creationem, verum etiam per electionem, *audit vocem*, hoc eſt doctrinam, *meam*, qua veritati teſtimonium datur. Cumque Pilatus hæc non ſatis aſſequeretur, quia generaliter prolata erant interrogat & cum viciſſim generaliter dicens: *Quid eſt veritas?* Si vel tantillam mihi Pontius morulam indulgere vellet, ex ipſis interrogationis eius elementis, cum Romanus ſit, reſponſum excudam: petis, quid eſt veritas? *Eſt vir qui adeſt*, hoc enim per Anagramma præfatæ tuæ interrogationis litteræ tranſpoſitæ important: ad hoc enim in mundum venit vt cum ſumma ipſe veritas ſit, ſanctiſſimum de ſe teſtimonium ferat. Verum non exſpectato reſponſo, foras, relicto reo, progreſſus, vrgente conſcientia ad Iudæos conuertitur Pilatus, & voce turbida exclamat, *Ego nullam in eo* Ioan.18.
cauſam mortis inuenio. Publicè accuſatum publicè 38.
excuſat, quia nemo erat qui eius cauſſam ageret, credidit que, ſi quod regnum haberet Chriſtus, illud nequaquam Cæſari poſſe aduerſari.

B Hic liberis, inſaniſque vocibus omnes perſtrepere, & quod ratione non poterant, clamoribus velle obtinere: *Commouet*, inquiunt, *po-* Luc.23.5.
pulum docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc. Vbi bene notat Theophylactus: Theoph.
Galilææ meminerunt, partim quia extrema Iudææ prouincia ad Aquilonem ſita erat; partim vt ſeditionis ſuſpicionem Pilato ingerant, reuocatis ei in memoriam Galilæis illis, quorum, non ita pridem ſanguinem cum ſacrificijs miſcuerat, Iuda item Galilæo, aliiſque ſimilibus ſeditioſis qui prodierant ex Galilæa turpiſſima ſane notæ de qua per Dauidem olim queſtus fuiſſe legitur Pſ.40. & 108. *Aduerſum me ſuſurrabant om-* Pſal.4
nes inimici mei, aduerſum me cogitabant mala mihi: Pſ.108.
C *locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa & ſermonibus odij circumdederunt me & expugnauerunt me gratis*, quibus verbis octo Iudæorum vitia perſtringit: 1. *Locuti ſunt*, loquacitatem notat contra ſilentium. 2. *Aduerſum me*, temeritatem ſignat contra reuerentiam, quam domino debebant. 3. *Lingua doloſa*, fraudem contra iuſtitiam inſinuat; 4. *Sermonibus*, procacitatem contra modeſtiam tangit: 5. *Odij*, inimicitiam contra charitatem obſeruat: 6. *Circumdederunt me*, circumuentionem contra veritatem ſignificat: 7. *Gratis*, ingratitudinem contra gratiam, quam referre debuiſſent, aperit: 8. ſed inſurgentibus teſtibus iniquis mentita eſt iniquitas ſibi.

D *Pilatus audiens Galilæam, interrogauit, ſi homo Ga-* Luc.23.6.
lilæus eſſet? & vt cognouit quod de Herodis poteſtate eſſet, Cum robuſtam nequiret conſtanti pectore perrumpere iniquitatem vt facinoris declinet inuidiam, innocentiæ conſcius, iuſtitiæ impar, cõtrouerſiam reijcit ad Herodem & Galilæum hominem Galilæo Principi promiſit, atque ita capitalis Dei cauſa humanæ vertitur in nundinas ambitionis, & dum aliquid indulget ſceleri Iudex impotens, ingentem aditum aperit flagitio perficiundo, quod fruſtra poſtmodum conabitur exſtirpare. *Remiſit itaque eum ad Herodem,* Luc.23.7.
qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus: Et duplici quidem culpa deliquit hic Pilatus, tum quod innocentem non abſolueret, tum quod inſontis iudicium permitteret tyranno.

O per-

Digitized by Google

O perditum atque execrandum tribunal! iu-
dicium turpiſſimum ac flagitioſum! hoccine
Romanum eſt?

Suſtulit autem patienter omnia hæc Chri-
ſtus, vtpote qui in tenebris hiſce tam craſſis at-
que opacis effulſiſſe debebat, cum nouum ho-
minem in perfectam ſui imitationem ſtatuiſſet
S. Bernard. inflammare, *facile* namque, vt ait S.Bernard.
ſer.2. de Paſchate, *Perſuademus quod intendimus,*
vbi factibile probatur, quod ſuademus: Præiuiſſe
itaque voluit vt tanto promptius vitæ nouæ,
quam initiabat, veſtigijs inſiſteremus. Bene me-
reri de omnibus & iniurioſe, acerbeque tractari
Chriſtianum eſt, in iudicio ab accuſatoribus ex-
agitari & infeſtos, iniquoſque iudices experiri,
iramque compeſcere ad Chriſti imitationem vi-
uere eſt. Arduum id eſſe quis dixerit ac mole-
ſtum, ſed ei, qui ducem cuius exemplum ſequa-
tur non videat, qui monita prudentiæ & fideli-
tatis pleniſſima non attendat qualia ſanè apud
Lucam cap.21.12. Ne repentino quis caſu per-
Lucæ 21. 12. culſus expalleat, legitur eſſe prolocutus: *Videte*
ne ſeducamini, inijcient vobis manus ſuas, & perſequen-
tur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad
reges & præſides propter nomen meum. Trademini au-
tem à parentibus, fratribus & cognatis & amicis; in
patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Matth. 10. 34. Item apud Matth. 10. 34. *Nolite*, inquiens,
arbitrari quod pacem veni mittere in terram, non veni
pacem mittere, ſed gladium: Quo ſcilicet infideles
& peccatores odio perſequentur pios ac fideles,
eoſque bonis ac vita exuent, illi vero tranquil-
lè, ſedateque omnia ferent. Hic lapis ille lydius
eſt, ad quem nouus homo quantum in vitæ no-
uitate profecerit, condiſcat: *Per* huiuſmodi
S. Gregor. namque *patientiam*, teſte S.Gregorio hom.35.
in Euang. *Poſſidemus animas noſtras, quia dum no-*
bis Dominari diſcimus, hoc ipſum incipimus poſſidere
quod ſumus: Patientia enim eſt aliena mala æquani-
miter perpeti, contra eum qui mala irrogat, nullo do-
lore morderi, & talem quidem præfatus Ponti-
Stephanus Abbas. fex Stephanum Abbatem fuiſſe commemorat,
quem contumelijs reddidiſſe gratias, damnum
putaſſe lucrum, aduerſarios æſtimaſſe ſcribit ad-
iutores; ſubditque mox dignam Gregorio ſen-
tentiam, *Abel namque fieri non valet, quem malitia*
Cain non exercet. Dicam ego, nouum eſſe homi-
nem non ſuſpicor, quem tolerantia in aduerſis,
& iniqua calamitas non excoxit.

S. Siluer. Ex hoc numero B.Siluerium Pontificem fu-
iſſe quis neget? virum vſquequaque ſanctiſſi-
mum, & Apoſtolico ſpiritu plenum, quem; poſt-
eaquam cum priore vitæ conditione veterem
hominem exuiſſet, neceſſe fuit vt variæ calum-
niæ, falſique teſtes, ac maligni iudiciorum ſco-
puli non ſegniter exercerent. Rerum potieba-
tur Iuſtinianus Catholicus Imperator, coniux
tamen Theodora hæreticis fauebat: hæc itaque
vt Anthymum hæreticum, quem Agapitus
paullo ante patriarchali ſede dimouerat, reſti-
A tueret Siluerius, Beliſarium monuit, iubens vel
hoc ſtatim effectum dare, vel Pontificem è ſo-
lio deijcere. Erat tunc in Italia cum exercitu
ſuo & coniuge Antonia Beliſarius, qui mox Im-
peratorijs litteris acceptis rem integram Silue-
rio expoſuit, verum is nequidquam muliebri ra-
bie commotus, non ſe pontificatu tantum, ſed
& vita ceſſurum ante, quam impijs mandatis
obtemperaturum eſſe reſpondit. Subornari er-
go teſtes, qui Siluerium Gothis vrbem Romam
prodere velle, falsò non minus quam impiè de-
ponant: quo facto Beliſarius & Antonia ſan-
ctum Pontificem ad ſe in palatium euocant.
Hic impotens animi femina in virum integerri-
B mum fremere, furere, ſui, maritique proditorem
identidem proclamare, ac nihil omnino præter-
mittere eorum quæ feminea rabies in hoſtem
amat euomere. Pontifex ſat gnarus cuius vt ali-
bi, ita & iſtic perſonam gereret, ſcilicet qui à
ſuis coram Pontio Pilato pariter accuſatus teſti-
moniū reddidit bonam confeſſionē, & ipſe cer-
tamen bonū tum fidei, ac patientiæ certare, tum
vitam æternam apprehendere voluit, tacere ve-
to de cætero, qui ſciebat ſe defenſione nō indi-
gere. Cum ecce iam veluti cōuictus, reus expo-
liatur à lictoribus, & pontificijs ornamentis ac
veſtibus exutus, pauper & inops, in inſulam
Pontiam ærumnis opprimendus abripitur, vel
hoc vno glorioſus quod Chriſtum vt officio, ita
& vitæ patientis munere clarus referret. *Baro-* B. Alexand. Acæm.
C *nius ad annum* 15.xl. Talem & B.Alexandrum
Acemætorum inſtituti Principem græcorum
faſti loquuntur, qui cùm ſanctiſſimo vitæ, mo-
rumque exemplo magnopere omnibus proba-
retur, verbis quoque prodeſſe ſatagens, depra-
uatos mores & nobiliorum hominum viuendi
licentiam vehementius cœpit obiurgare, quod
cum æſtimationem illi progignere debuiſſet,
inuidiam comparauit: quare nonnemo ceteris
audacior ad virum Dei ingreſſus conuicijs plu-
rimis, calumnijſque inceſſit, mox alij ad vrbis
Antiochenæ Prætorem dilapſi, virum Dei gra-
uiter arguunt, dumque ponunt in cælum os
ſuum, integerrimam viri ſanctitatem obruunt
criminationibus ſanè confictis ſed obruunt ta-
D men; nam vt falſa ſint crimina, vera tamen ſem-
per ſunt vulnera innocentis. Vrbem ad ſeditio-
nem concitaſſe, ac plurima ei mala conſciuiſſe
falſiſſimè clamitant; neque his contenti, Ducem
adeunt, ad tribunal eius appellant, beneficij ac
gratiæ loco id vnicè requirentes, vt Alexander
tamquam ſacer homo ac peſtilens illicò ciuitate
pellatur. Cum ecce turba ſatellitum virum ſan-
ctum abripere, ſceleſtum proclamare, ac tan-
tum non canis inſtar, fuſtibus vrbe pellere fe-
ſtinat, crebris ictibus atria perſonabant, nec mi-
nima tamen ipſius vox inter execrabiles iniurias
audiebatur. In tam funeſto conflictu, ad con-
ſtantiſſimi arma ſilentij ſe conferens, his ſuam
ſat tutam innocentiam eſſe arbitrabatur, id ſo-

Digitized by Google

lum modeſtè effatus, cum ei quiſpiam de turba faciem inſigni alapa depalmaſſet: *Et erat nomen ſeruo illi Malcho.* Quæ verba clarè ſatis, atque euidenter enuntiant quos denique animo cogitatus, quos corde ſenſus foueret Alexander, cuius vox omnis atque elocutio conueniret cum eo, cuius veſtigia proximus ſequebatur. Profectò niſi id fuerit dignè Deo in nouitate vitæ ambulare, amens ſim.

Ioan. 18. 10.

Boëthius.

Quid ni & his quoque adiungam Anicium Manlium Torquatum Boëthium in cælo magnum, & omni mundo tam animi conſtantia in ſufferendis aduerſis, quam vera in falſis criminationibus ſuſtinendis patientia perſpectiſſimum? Ab vrbe condita nemo altius virtute, ſapientiaque è toga aſcenderat, quodque illi amorem apud Theodoricum Regem conciliare debuerat, inuidiam excitauit. Ignorabat interim certamina & ſpinas, quæ eum manebant illo ipſo loco, quo non aliud, quam roſas & flores metere ſpetabat: accedebant inquieta Arianorum ſtudia, quorum factioni dum ſe vir integerrimus opponit, apud Theodoricum grauiter offendit, Triguilla, Congiaſto ac Cypriano innocentem perdere ſatagentibus. Concilium itaque cogit Theodoricus, falſos teſtes inducit, iiſque auditis, ſuffragia colligit, quibus inſons ad mortem poſtulatur Boëthius: ſine mora itaque in carcerem vir conſularis ducitur, ac vixdum coniuge ſupremum ſalutata, auellitur, nequidquam lachrymante illa, atque clamante heu miſeram me! hoccine virtus tua atque innocentia, marite mi, promerita ſunt? ſi te rex interemptum velit, cur magnam tui partem immitis præterit, cui ſat animi ac virium eſt, vt te vel in carcerem, vel mortem ſequatur. Ad quæ Boëthius: ne grauius te afflixeris, bona coniux, ſi me propter Iuſtitiam quid pati videas, honoris titulo inſigniri cogita, quem Deus filijs ſuis cariſſimis impertiri ſolitus eſt, veſtiaria teſſera eſt, qua ſuos induere conſueuit. Et ita profectò eſt: magna ſiquidem gloria eſt ſequi Dominum, atque eâ, quâ ipſe præiuit viâ ducem in vitæ nouitate, quam docuit, imitari: quare maximum ſalutis fomitem arbitratus vera de mundi gubernatione ſentire, totum ſe diuinæ tradidit voluntati, ac ceteris omnibus rationibus excluſis, vnius Chriſti afflictorum omnium ducis ac Coryphæi exemplo propius conſectando permiſit, euidenter demonſtrans non niſi magnorum montium eſſe herbacea ſimul viriditate, & niuali vellere amiciri, dum nouum animi vigorem inter tot aduerſa cuſtodit. Nec mora, alteri ſe denuo tribunali reus ſiſtere cogitur, coram Ticinenſi Præſide cauſſam dicere iubetur, eâdem planè conſtantiâ, quâ Romanum ante cōciliabulum ſuperârat: hic promiſſis primum ſpecioſis, tum verò minis acerrimis res agi cœpta eſt; verum nec iſtis ille moueri, nec his terrefieri ſolitus, vna ſe veritate inuoluit, cuius in

A ſinu, magiſtri exemplo, ſi moriendum ſit, lubenter ſe ſpiritum poſiturum eſſe teſtatur. Quibus auditis furere Theodoricus. & Gothica rabie inſontem Boëthium ad mortem poſtulare. Felicem Maulium! quem oppreſſa innocentia per Chriſti ducis veſtigia ad cælum euexit. *Caſſidorus, Baronius &c.*

Sed qui *maſculum & feminam creauit eos*, non ita veſtigijs ſuis inſiſtere viros voluit, vt feminas arceret, haud minorem ſubinde virtutem ac fidem in ſexu hoc, quam vires in illo repperturus.

Geneſ. 5. 2.

Maria Stuarta.

Prima huic veritati teſtimonium feret Maria Scotorum Regina, Regis filia, Regis Galliarum vidua, Reginæ Angliæ agnata, & proxima hæres, regijs ſanè virtutibus ac moribus ornata

B femina, magnum ſæculi ſui ornamentum ac lumen. Verùm cum virtus niſi aduerſis agitata langueat, Deus, qui illam vitæ nouæ delicijs deſtinarat, rebus proſperis exemptam duris caſibus, moleſtiiſque exercitam voluit experiri, cum ea acturus, vt ſculptor cum ſtatua, quam qui formare deſiderat, ab ea nunc hoc, nunc illud adimit, ac tollit. Reuerſa iam erat in Scotiā annorum circiter ſeptemdecim vidua, ibique maximis ſubditorum precibus adducta ad alteras nuptias tranſierat, ſed non diu licuit eo coniugio frui, ſanguinaria hæreticorum factione viro ſublato, noua vidua nouis cœpit ab eiſdem

C dolis, ac fraudibus circumueniri, ſparſo rumore falſiſſimo Reginam morte coniugem Regem ſuſtuliſſe, vt ſola poſſet Dominari, & vulgo creditum mendacium fuit: quare Edimburgum abrepta in domo Tribuni capitalis ſub arctiſſima cuſtodia ſeruari cœpta eſt; vnde habitu vilis reæ, viliorique iumento impoſita per medios populos in arcem Leuini deducta fuit, quid de ea agendum, perpetuò conſultantibus ſectarijs, quorum alij pellendam in exilium, alij velut parricidij ream continuo carceri mancipandam, alij è viuis tollendam cenſebant. Sed imprudentiam conſilij, exitus rei declarauit, amicorum ope carceri erepta in Angliam ab Eliſabeth inuitata conceſſit. Regnum ingredi-

D tur vnde religio, atque iuſtitia exulabant: quare pro aula, quam ſua ſibi conditio promiſerat, in extremis regni finibus carcerem ſortita, nouis de morte Henrici Coniugis ſui calumnijs appeti cœpit, quibus omnibus, probatâ innocentiâ, facta ſuperior ipſomet Iudice atteſtante, ſe nihil in ea dignum morte inuenire priuſquam in libertatem aſſeratur, ab Eliſabetha conditionem audit, qua publicè fidem catholicam ante eiuret, quam ex carcere dimittatur: quod cum conſtantiſſime abnueret, nouis figmentis ac criminationibus de nece præſertim Reginæ intentata arguere innocentem eadem cœpit, ſedecies carcere per ſummam ignominiam moleſtiamque mutato, quam pientiſſima Regina magna animi ſui æquabilitate tolerauit: tandem coram quadraginta ſeptem iudicibus, tum ex

concilio

concilio Reginæ, tum ex Londinenſi Parlamento allectis comparere iuſſa, aliquamdiu ſilentium tenuit, nec reſponſum dare voluit, quod ſe natam Reginam, ac liberam eſſe noſſet, quæ ſoli Deo vitæ ſuæ rationes reddere teneatur, donec ſolenni proteſtatione præmiſſa, Deum auerſum comprecata, ſi minus vera diceret, magnâ conſtantiâ aſſeuerauit, nunquam ſe Reginæ Eliſabethæ ſororis ſuæ dilectiſſimæ vitæ inſidiatam, Catholicis quidem à perſecutione liberandis ſedulam operam dediſſe, ſed quod ſine ſanguine fieri poſſet; maluiſſe ſe longè Eſtherem, quam Iuditham agere, intercedere apud Deum pro populo, quam magiſtratum, aut infimum quempiam vita ſpoliare. At ſurdis auribus audiebat hæc Eliſabeth, quas hoſtes Mariæ quotidianis calumnijs & probris implebant. De quadraginta annis, quibus vitam duxit, viginti in carceribus tranſactis, magna ſemper religione & animi robore contra omnes dæmonum, hominumque aſſultus ſtetit, quibus fouendis Pius V. pontifex Max. intentus, varios ei clanculo viros ſacros ac doctos ſubmiſit, qui animum eius tum verbo paſcerent, tum diuiniſſimo corporis Christi Sacramento munirent, relicta in manibus eius pixide ſacratiſſimis hoſtijs plena, quibus ipſa ſe, Apoſtolico indulto, pro temporis neceſſitate foueret: accedebat piorum librorum lectio, quam vtpote ſex linguarum peritiâ nobilis, identidem adhibebat, vſque dum falſis Amanuenſium Reginæ, qui pretio corrupti erant, teſtimonijs oppreſſa, læſæ maieſtatis rea, ab iniquiſſimis iudicibus magna animi ſui moderatione damnaretur. Hæc ſi veteris Euæ neptem, non verò noui hominis ac Dei filiam loquantur, æquo rerum arbitro æſtimandum relinquo.

Mariamne.

Mariæ Mariamen adiungo, quæ vti nominis affinitate, ita & virtute conſtantiæ non longe ab illa diſceſſit; hæc Machabæorum ſtirpe inclyta, Herodis, peſſimi omnium viri, vxor optima, forma corporis ſupra ceteras eximia, animi etiam virtutibus maior, integerrimæ pudicitiæ & ineluctabilis patientiæ femina dum iniquiſſimis calumnijs atque mendacijs apud virum ab eius ſorore oppreſſa, veneficij accuſatur, ad ſeptuaginta Seniorum concilium protracta eſt, ſed tanta cum animi æquabilitate, & vultus conſtantia vt ream dixiſſes non ad ſubeundum, ſed ferendum iudicium aduenisſe, nec iudicandam, ſed de ſumma controuerſia iudicaturam adſtare. Cum rex ea verborum, animique aſperitate inſontem accuſare; maximoque ſed commenticio crimine inſimulare aggreditur, vt qui aſtabant, ſatis ſuperque aduerterent, eum velle coniugem capite damnare: Quid Iudices agant iniquitatis, quibus legis inſtar regis erat arbitrium? furor eorum quem Reginæ innocentia ante ligarat, facile ſolutus eſt, & decretorio iudicio ſententiam pronun-

A ciarunt, quia nihil eſſe poterat ſceleſtius, ſed eum tremore, ac vultus totius commutatione non leui, velut ipſamet facies eorum conſcientiam accuſaſſet & linguam redarguiſſet. Cumque nonnulli ſupplicium haudquaquam præcipitandum, ſed ream ad tempus aliquod carceri includendam cenſerent, Salome Regis ſoror, apud Regem inſtitit, vt illico necaretur, ne quis forte in populo motus exiſteret: quod audiens Alexandra mater, ne ſimili aliquando turbine inuolueretur, cœpit filiæ conuicium facere, ſceleſtam atque ingratam erga virum audientibus omnibus proclamare, idque tanta acerbitate ac rabie, vt etiam in miſerrimæ filiæ capillos inuolatura videretur: quæ omnia excelſo animo B ac vultu planè conſtanti ſufferens atque os omni rationum, exceptionumque ſubſidio præcludens, cor vni Deo innocentiæ ſuæ teſti optimo integerrimoque aperiebat: vel ſic omnibus teſtatum faciens, quem ſanguinem femina virtuti litaret; nimirum, de quo nouus homo Chriſtus Ieſus propediem naſciturus, noua præcepta daturus mundo foret.

Blanca Borbonia.

Mare iterum traijciamus, & Blancam Borboniam Petro Regi Caſtellæ, cognomento Crudeli nuptam admiremur, quam falſis apud ſe criminationibus obrutam Rex ergaſtularijs tradiderat, mox cauſam eius in ius capitale tracturus. Quid agat optima, atque integerrima Princeps, virtutum atque innocentiæ exem-C plum? iam inde à primo ætatis exordio gnara pietatem iungere patientiæ, ac thus luciſſimum myrrhæ admiſcere, carcerem ſuum in Sacratium, & ergaſtulum quotidie in domum ſacrificij precumque vertebat: donec caſtiſſima innocentiæ victima, ad aram patientiæ inſontem ſpiritum exhalaret. *Spondanus, Hilarion à coſta &c.*

Neſcio quid luminis ac ſplendoris, tolerantiæ in domo regia accedere ſoleat, ſupra eum quem in communi hominum conſuetudine, cœtuque obtinere conſueuit, maior hinc in aulis afflictio, ærumnæ grauiores: vt bene ille dixerit in hippolyto Seneca:

non capit vnquam
D *Magnos motus plebeia domus:*
Circa regna tonat

Hic vti fragor & tempeſtas in procinctu eſt; ita animi conſtantia, virtuſque in aperto ſunt, omniumque oculos rapiunt, vertuntque in admirationem, quod vt hactenus vidimus, ſic & deinceps facile erit in ſequentibus vel in vna Longobardorum Regina Gundeberga perſpexiſſe quam Adalulfus quidam ſummo tum apud Regem Arioualdum loco, ob ſtupri repulſam, quam non ſine conuicio ab ea retulerat, grauiſſimis calumnijs onerauit: Iram ſiquidem caſtiſſimæ Reginæ ſubueritus, nouo ſcelere volens flagitium obtegere; auſus eſt innocentem feminam adulterij, nec non inſidiarum apud maritum

Gundeb. Regina.

maritum accuſare, thoro violato iam quoque regnum peti, tantumque nefas à Taſone eſſe Hetruriæ principe potente ac formoſo. Credidit rex, & innoxiam palatio eiectam, Amelli carcere claudi iuſſit, donec Indicum præmiſſo examine, ingratum, perfidumque caput iuſto ſupplicio actor ſimul & iudex damnaret. Non triduum, ſed triennium totum res vna hæc tenuit, quo varijs criminationibus innocens femina diuexata, pridem calumniæ ſuccubuiſſet, niſi virtute nixa, vitæ ſe nouitati, quæ aduerſis alitur, antè conſecraſſet. Erycius Puteanus *hiſt. Inſubricæ cap. 2.* Paulus *liber. 4. de geſtis Longobard.*

Ioanna Darcia. Gundebergæ iunget ſe Ioanna Darcia Lotharingica Virgo, dixerim an Virago celeberrima, quam Aurelianenſem puellam vulgus appellat: hæc dum anno ætatis circiter decimo octauo, ſpecie quadam humana auguſtiore [Michaelem Archangelum fuiſſe volunt] ſæpius admonita Regem Franciæ adire, eundemque Remos. Aurelià obſidione liberatâ, deducere, dictis fidem habet, ac maturo conſilio à Rege inſtituto, decem millibus militum inſtructa, Anglos adoritur, & hos Aureliâ depulit, & Regem ad ſacram vnctionem Remos perduxit, tribus hoſtium millibus deſideratis. Verum, dum ad Compendium Picardiæ oppidum, contra Burgundos fortiter facit, in manus eorum delapſa, poſt ſæpius mutatos carceres Anglis, infeſtiſſimis hoſtibus vendita fuit, qui internecino præſtantiſſimæ Viraginis odio incenſi, de tribus eam præcipuis criminibus Magiæ, hæreſeos, & proditæ virginitatis accuſarunt, quorum ſingula tam vana ac falſa fuiſſe compertum eſt, quam ab hoſtili inuidia maleuolentiaque fuerant conficta, quibus tamen aduerſarij plurimum nixi, ad varios iudices innocentem traxerunt, qui turbulentis animi motibus impotenter perciti, non iam Iudices, ſed tyranni grauiſſimis iniurijs Chriſtianam Amazonem perperam afflixerunt. Quid agat inſons puella omni deſtituta auxilio, falſa ac capitali inſimulatione peſſumdata? ſurdi omnes, auribus rationi occluſis, vni patentibus cupiditati, erat ſiquidem bona Virgo ſtatus victima, quam iniquorum iudicia fortunæ Regis Angliæ immolandam deſtinarant, quod poſtmodum clarè patuit, cum innocentem turpiſſima morte condemnarunt. Quem ferum ac barbarum agendi modum intuita, non verbum vllum acerbius in hoſtes protulit, nec vocem vllam virtute ſua indignam ore excidere paſſa eſt, ſed Chriſti patientis poſtulata effigie millenis eam oſculis diſſuauians, tota in amorem eius ac ſtudium abſorpta, inter brachia ſua collocauit, vt quam in labaro ſuo militari hactenus prætulerat, nequaquam hac hora corde excluderet, reapſe oſtendens, non minus ſe veterem hominem excuſſiſſe, quam gladius ille ſuus rubiginoſus ante ſecerat, quem dum ex Eccleſia S. Catharinæ de fera ſilua, Dei iuſſu acciperet vidit illico decidente ferrugine, nouis ſplendoribus emicare. *Pius 2. in Comm. rerum in orbe geſt. Belleforeſtus, Meyerus* &c.

Vtinam! quicunque hæc legit, tantaque virtutum luce perfunditur, per exempla hæc, ad imitationem prototypi nouus homo ſuccendatur?

CAPVT SECVNDVM.

Ieſus à Præſide traditur Herodi, à quo illuſus & ſpretus remittitur ad Pilatum: ita ſi quis ſapiens eſſe videtur in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.

Dulce olim, nunc ſanctum deſipere in loco.

Herodes viſo Ieſu gauiſus eſt valde, ſperans ſignum aliquod videre fieri ab eo: interrogabat ergo eum multis ſermonibus, at ipſe nihil ei reſpondebat. Spreuit itaque illum cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Lucæ 23. 8. Lucæ 23. 8.

Promulgato iam Præſidis decreto de mittendo Ieſu ad Galilææ Principem Herodem, nullius omnino interceſſione reclamatum eſt: vrgebant autem omnes, quantocyus reum illuc ablegari, ſperantes illum qui Ioannem paulo ante occiderat, Chriſtum quoque de medio eſſe ſublaturum. E domo itaque Pilati conſtrictus vinculis ad Herodis Antipæ palatium abripitur Ieſus, itinere nongentorum, quinquaginta quinque pedum, ſeu vt Adrichomius ſcribit, trecentorum quinquaginta greſſuum, comitante eum turba Principum, populi, ac miniſtrorum vniuerſa, qui reum à ſe damnatum ante dimittere non ſtatuerant, quam cruci affixum conſpexiſſent. Siſtitur itaque ad inceſti regis impium tribunal innocens Chriſti modeſtia, vbi de ſupplicio ante quæri cœptum eſt, quam de cauſſa, vbi idem accuſator & Iudex, aduerſarij omnes, defenſor nullus, niſi forte ipſa reo futura ſit pro ſummo patrocinio taciturnitas, quam redintegrata accuſatione, ſapientiſſimè quoque redintegrat, noſtras ſic arguens eloquentiſſimas in peccatis excuſationes. Herodes viſo ante tribunal ſuum adſtare hunc reum, exſilire gaudio, tum verò curioſitate duci videndi ab eo, qui magiam aut hiſtrionicam callere ferebatur, prodigium aliquod aut portentum, varijs cum vrgere quæſtionibus cœpit: & certi quidem de his nihil ſcriptura commemorat, quod autem ratio, ipſaque cum vero affinitas ſuſpicari viſa ſunt, huiuſmodi fuiſſe arbitror, ſcilicet, an ipſe is eſſet qui parenti ſuo etiamnum infans illuſerit? an eum ſe ferat cuius aduentu ſimulachra Ægypti corruerint? an cæco nato diem reſtituerit? leproſos mundarit? ſurdos ac

mutos

mutos à malo genio infeſſos curarit? quatridianum Lazarum ad vitam reduxerit, aliaque ſimilia: ad quæ cùm prudenti ſilentio taceret Ieſus, oblato pane & aqua auidè expoſtulat & hanc in vinum commutari, illum vero in multos exaugeri, cunctanti auctor eſt S. Anſelmus, (S. Anſelm.) coronam capite ſuo detractam magna ei beneuolentia impoſuiſſe, atque vnà libertatem promiſiſſe, ſi deſiderio ſuo faceret ſatis. Ita Rex vaniſſimus varijs propoſitionibus, ac poſtulatis Chriſtum laceſſebat. At ille nullum ei reſponſum dabat.

Silentij cauſſæ vel nobis cognitæ plures.

1 Ad emendationẽ hominis nihil promouiſſet reſponſio, quam ſola curioſitas venabatur.

2 Tacebat, ne verba & ſigna damnationem obſtinatiſſimi hominis augerent.

3 Silebat, ne proximos cruciatus & mortem crucis impediret.

4 Cùm verbum proferri, formarique nequeat ſine voce & is Ioannem, qui vox eius erat iam occidiſſet, Chriſtum Dei verbum audire non merebatur, cuius contempſerat vocem quæ ad imperium eius iam ante reciſa præmium fuerat ſaltatricis.

Denique reſpondere noluit, aut miraculum vllum facere coram rege, ac proceribus eius, vt exemplo nobis eſſet oſtentationem omnem atque vanitatem coram magnatibus declinandi.

(Lucæ 23. 10.) *Stabant interea Principes Sacerdotum ac ſcribæ conſtanter accuſantes eum*; veriti nè qua gratia ac fauore à Galilæo principe liber dimitteretur Ieſus: quibus omnibus vno is codemque ſilentio reponebat nihil. Herodes itaque, non vt Pilatus, modeſtiſſimi Rei taciturnitatem miratus, ſed hominem cenſens indoctis dumtaxat doctum, & plebi diſertum, eum cum omni exercitu ſuo, quem è Galilæa ſecum adduxerat, ſtultum eſſe & inſanum iudicauit; ſpretus itaque ab eo fuit, atque ideò ſpretus, quia ſiluit, cum obtruncatus antea Ioannes fuiſſet, quia locutus. Vſque adeo vanum atque inconſtans monſtrorum impietas eſt, vt in eadem aula & vox habita ſit pro ſcelere & ſilentium pro fatuitate, exiſtimans enim ſe ludibrio habitum cum multa ſciſcitanti, nihil reſponſi datum eſſet, ne id ab alijs intelligeretur, videri voluit ipſe prius hominem ſpreuiſſe: at ſi rectè ratiocinari voluiſſet, aduertiſſet vtique nihil eum deliquiſſe, ſed ſapientiſſimi ſimul ac fortiſſimi viri numeros impleſſe, cum nec ſpe gratiæ, nec imminentis periculi terrore adigi potuiſſet, vt vel ad vaniſſima quæſita reſponderet, vel ſupeṙuacaneis prodigijs emendicaret nomen.

In praua itaque ſententia obſtinatus ac pertinax, veſte alba reum indui iubet, vtque luſus tanto eſſet hilarior, in eum ſic ioculariter indutum licere omnibus omnia voluit, quæ illis vel petulans libido ſuggereret, vel principi placendi aſſentatio inueniret: quibus modis Impera- A torem mundi Deum impius tyrannus excepit, dum prodigij alicuius expectandi tædio affectus, portentum exhibet ipſe: nempe innocentiam raro in mali principis aula fulgentem, in alba veſte, ſuo indutam colore oſtentat, & regnatori pœnarũ ſeruit, atq; ei in pœnam, etiam integritatis inſignia ſtolide conuertit: O flebiles rerum vices? Siccine veſtimenta alba ſicut nix iterum te, bone Ieſu, transfigurant, & Dominum declarant non gloriæ, ſed ſtultitiæ candidatum? Ita impuriſſimi Regis in aula, Dei ſapientia pro ſtultitia eſt de quo non immerito quæſtus olim fuiſſe per prophetam legitur, dicens: *Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs; & mouerunt caput* Pſ. 21. *factus ſum omni* B *populo meo in deriſum.* Thren. 3. Sed Bene habet. Impiam irriſionem paucis poſt annis Ægyptij, conſimili ludificatione, hebræorum nomini reddent.

Ad veſtem autem hanc albam quod attinet, notandum eſt græce non λευκῇ, ſed λαμπρᾷ ſcriptum eſſe, quæ vox ſplendorem potius & elegantiam denotat, quam colorem. Interpres latinus elegantiam in colore albo, vt innocentiæ ſigno ſitam eſſe exiſtimans, albam vertit. Syrus autem in coccineo ſiue purpureo colore, vt regum proprio ex λαμπρᾷ fecit *Zehouritho*, vocem non abſimilem gallicæ *eſcarlat*, eandem, quam Matthæus c. 27. κοκκίνην vſurpat. Quod ſi coccinea fuerit, potuit eadem illa fuiſſe, quæ C Ieſu flagellato eſt cumiecta fuit, quod alij recenſent Euangeliſtæ, qui Herodis non meminerunt.

Verùm enimuerò ſiue alba, ſiue coccinea colore fuerit veſtis illa, certum eſt non fuiſſe nouam, aut terſam, ſed veterem, vilem & abiectam ex ædium ſcrutis protractam, quæ minimam prioris elegantiæ formam retineret, adhibitam autem ab Herode, eiuſque miniſtris, non ornandi, aut commendandi cauſſa, ſed illudendi, ſubſannandique Ieſu, qui fatua potius ſimplicitate, quam ſuperbâ audaciã regium ſibi nomen vindicaſſet. Porro hæc alba veſtis, qua illuſus fuit Ieſus, fertur aſſeruari Romæ in templo S. Ioannis Lateranenſis. Nunc autem D ob eius reuerentiam ſacerdotalis veſtis facta eſt alba, etſi Iudæorum ſacerdotes Ephod lineo vterentur. Diuina itaque Sapientia, quia tacet in tempore, ſtultitia hominibus viſa eſt, cum tamen vel ſtultus, ſi tacuerit, ſapiens æſtimetur; qua quidem ignominia Rex ſtolidiſſimus tum male affectatam regiam dignitatem irridendam ſimul, & puniendam perperam iudicabat: tum vero quia rem ſibi cum Romanis eſſe animaduerteret, Romano more ludere volebat; vt qui Regnum ſtultè affectaſſet, regni candidatus ab omnibus rideretur. Et fuit ſanè regalis ſolij candidatus Chriſtus, ſed non alterius, quam Crucis, quâ nobis regnum pareret immortale; quia verò ſuperbia noſtra obſtabat, ideo

Digitized by Google

ideo pro ſeruis Dominus tantam hanc ignominiam, hos irriſus tulit patientiſſimè, nec recuſauit haberi pro ſtulto, in quo erant Theſauri omnes ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. Qua vero animi conſtantia ſannas has atque lu-

Pſal. 18. 6.

dibria pertulerit, ipſe docuit, cum *Exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam*, viam crucis, ad quam nouum hominem decreuerat inuitare: nec enim vllum aliud eſt crucis genus, quod maiora parit mortalibus commoda, atque contumeliæ, conuitia, iniuriæ, irriſiones, ſannæ Chriſti cauſſa perlatæ. Climacus illum nobis

Ioan. Climacus.

diem periiſſe confirmat, quo nihil eiuſmodi paſſi ſumus, illud vt lac & mel ebibendum eſſe generoſo animo docens, quod B Ignatius Societatis Ieſu auctor optimus, ſuis omnibus in

S. Ignatius Loyola. in Conſt.

Exam. cap. 4. §. 44. propoſitum eſſe voluit his „verbis: diligenter animaduertant oportet „[magni faciendo ſummique momenti eſſe du„cendo in conſpectu creatoris ac Domini no„ſtri] quantopere iuuet ac conferat, ad vitæ „ſpiritualis profectum omnino & non ex par„te abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat „& amplectitur, & admittere & concupiſcere, „totis viribus quidquid Chriſtus Dominus no„ſter amauit & complexus eſt. Quemadmo„dum enim mundani homines, qui ea, quæ „mundi ſunt, ſequuntur, & diligunt, & quæ„runt cum magna diligentia, honores ſcilicet, „famam, magni nominis exiſtimationem in „terra, ſicut mundus eos edocet: ſic qui pro„cedunt in ſpiritu & ſeriò Chriſtum Domi„num noſtrum ſequuntur, amant & ardenter „exoptant, quæ iis omnino contraria ſunt, in„dui nimirum eadem veſte, atque inſignibus „Domini ſui pro ipſius amore ac reuerentia, „adeo vt ſi abſque offenſione vlla diuinæ Ma„ieſtatis, & abſque proximi peccato foret vel„lent contumelias; falſa teſtimonia, & iniurias „pati, ac ſtulti haberi & exiſtimari; (nulla tamen ad id per eos data occaſione) eo quod exoptant aſſimilari, ac imitari aliquo modo creatorem ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eiuſque veſtibus & inſignibus indui: quandoquidem illa ipſe propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſque exemplum dedit, vt in omnibus quoad eius fieri poterit, diuina gratia aſpirante, eum imitari & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus.

Voluêre id ſanè in primis Apoſtoli, noui mi-

Act. 5. 41.

lites noui Imperatoris, *Cum irent gaudentes à conſpectu concilij, quod digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam* Pati. Actorum 5. qualis autem

1. Cor. 4. 9.

illa fuerit explicat. Paulus 1. Cor. 4. *Spectaculum* inquiens *facti ſumus mundo & Angelis & hominibus, nos ſtulti propter Chriſtum*: Teſtis ſit inprimis Collegij antiſtes Petrus, qui ab impijs, quibus fidem Chriſti annuntiabat pro inſano habitus & in coronam attonſus eſt, vt ſcribit S. Germanus

A in rerum Eccleſiaſt. theorica: ita namque Lucianus in Conuiuio morionem deſcribit raſo capite. Et apud Monachum Sangallenſem l. 2. de vita Caroli magni ſic habetur: *Reſponſum accepit quod quidam Coccio deraſus, inſulſus & inſaniens lineâ tantum & femoralibus indutus.* Sic ergo ab impijs deriſum velut inſanum Chriſtum Domini, & ſuum in terris vicarium, Deus verſa in honorem ignominia, gloriæ corona circumdedit, & ab omnibus qui clero adſcriberentur, eandem notam, ſed iam non probroſam tam in ſui, quam vicarij memoriam præferri voluit, vt S. Germanus Philoſophatur. Guſtarat ſpiritum hunc & porro probauerat B. P. N. Ignatius, ne

S. P. Ignat.

B plus verbo ante docuiſſe videretur, quam reapſe oſtenderet, ita ſiquidem de eo *Petrus Ribadeneyra lib. 5. cap. 3.*

Ludibrio omnibus ſe cupiebat eſſe: & ſi animo ſuo indulgere voluiſſet, nudus, deſpicatus, & oppletus ſordibus, vt inſanus haberetur, per vicos ambulaſſet. Sed hunc humilitatis affectum proximorum vtilitas reprimebat & charitas, cui vt fructuoſius deſeruiret, auctoritatis etiam ſuæ ac perſonæ habendam rationem putabat. *Et Maffeius lib 3. Vitæ einſdem cap.* 3. Quoties vero ingeſta in illum conuitia & ludibria reputaret apud ſe non modo rei atrocitate permouebatur vt multi, ſed etiam accendebatur generoſo quodam imitandi ſtudio, atque in ſemetipſum quaſi tanti ſceleris auctorem

C acerrime exardeſcebat: ac niſi eum cohibuiſſet exiſtimationis ratio propter ſalutem aliorum, ſimulata dementia ad plebem in ſe concitandam nudus, Onuſtuſque cornibus, aut alio fœdo corporis habitu prodire non dubitaſſet in publicum, & inceſſentes cœno aut ſtercore pueros, voceſque improbas, & omnes alias inſanæ multitudinis contumelias libentiſſimè pertuliſſet. Fuit tamen aliquando tempus, quo id non verbis tantum, ſed & opere ipſo complexus fuit.

Graue inter Chriſtianos Reges bellum exarſerat, & præcipua quæque Ciſalpinæ Galliæ loca vel Hiſpanicis vel Gallicis præſidijs tenebantur, monitus Ignatius, cui in itinere per ea

S. Ignatius à militibus deriditur vt ſtultus.

D loca tranſeundum erat, vt per occultos tramites à via regia declinaret, ne cum ingenti vitæ periculo in manus militum velit incidere. At ille, quem ardens odium ſui, & amor imitandæ Chriſti patientiæ intrepidum redderet, recta nihilominus ire perrexit. Neque ita multum viæ proceſſerat, cum in ſtationes circumſidentium hiſpanorum incurrit, à quibus indignè habitus cum id tantummodo peteret, vt quandoquidem eum Præfecto ſiſtere vellent, ſua ſe tunica tectum incedere paterentur. Illi vero ludibrij & ignominiæ cauſſa braccatum per media caſtra vulgo inſpectante atque irridente, perducunt. Quam ille tam inſignem contumeliam excepit ac ſubijt alacer, cum alijs nominibus,

Digitized by Google

bus, tum præcipuè quod interea ſibi ſpecies A quædam eſt obiecta Chriſti Domini, cum à Pilato per mediam vrbem ad Herodis tribunalia miſſus eſſet, ab eo pet ſummam iniuriam atque indignationem ſpreti & illuſi, & vniuerſo irridente ac ſibilante populo per hominum ora ſemel iterumque traducti; cuius opprobrij ſe quoque factum eſſe vtcunque participem mirificè lætabatur. Vbi ad Præfecti diuerſorium appropinquauit, ſubito cogitare cœpit quonam modo illum alloqueretur; cum igitur coram illo ſtetiſſet, vt erat ſeminudus & ſqualidus ne aperto quidem capite, oculos humi defigit. Multa ac varia ſciſcitanti nullam omnino reddit vocem, tantum ad illam interrogationem, es ne ſpeculator? non eſſe, reſpondit; idque ob eam cauſ- B ſam, ne ſi nihil contradixiſſet, ſilentio ipſo, quod aiunt, tem affirmaſſe, & merito quæſitorem in ſuam perniciem efferaſſe videretur. Tum ille inſanum ratus Ignatium, acritet milites increpat, quod in conſpectum ſuum, non bene cognita te demItem adduxerint, & ſimul abigite hunc, inquit, liberumque dimittite: qua reprehenſione magis irritati, cum aduerſus Ducem hiſcere non auderent, ſui doloris pœnas ab innocente Ignatio repetiuere, mirabiliter in ipſis verberibus lætante, quod aliquid innoxio ſibi ad Chriſti Domini exemplum perpeti contigiſſet. Quid ais, Lector, nunquid hoc eſt vitam nouam ex noui Ducis exemplo præceptoque inſtituere? Ita reor.

Sed ad Ignatij diſcipulum veniamus à tanti Patris virtute ac moribus nequaquam deſciſcentem, erit hic Gonzalus Siluena vir cetera religioſiſſimus & ſui contemptu maximus, qui cum videret ſe in aulam ſæpius, Reginæ imperio vocari, quod vt ipſi erat moleſtiſſimum, ita recuſare legitimè non poterat, ſciretque nulla fere facilius, quam aperta & ſimplici vitiorum ſuorum reprehenſione, nobilium animos offendi, tentare cœpit, poſſetne hac ratione in aulæ faſtidium & ſatietatem venire: ſed quæ alijs parere odium ſolent, beneuolentiam Gonſalo veritas conciliabat. Viam ergo aliam ingreſſus, Dauidis artem imitatur, cum ante Achim D Gæthæ Regem productus, ridenda quadam vultus mutatione & defluente ex ore ſaliua ſtultitiam ſimulans, Regem fefellit. Eodem Gonſalus remedio vſus eſt, quo tamquam iocularis ac ridiculus vulgo habitus, tanto amicos pudore afficeret, vt deſiſterent eius in regiam aduentum apud Reginam procurare. Conuenetant die quadam aulicæ omnes in conſuetum locum frequentes, vt de rebus diuinis diſſerentem ex more audirent. Ecce tibi, velut à poteſtate mentis repente deiectus, vultum variè immutare, diuerſas oris & corporis induere figuras, ſalitam in barbam dimittere, modis mille inſignem ſimulare fatuitatem, quæ licet ars minimè ſucceſſerit, atque adeo effectum ſit, vt

Gonzalus Siluena.

R.P. Lyreus de imit. IESV patient.

vnde Gonzalus ſibi quæreret contemptum, inde maiorem apud omnes ſanctitatis opinionem, maioremque beneuolentiam & admirationem conſequeretur, non caruit tamen fructu ſanctiſſimæ imitationis. *Ita Nicolaus Godignus lib. 2. cap. 4. Vita.*

Gonzalo vt vitæ genere, ſic & virtute hac ſocius eat P. Paſchaſius Broëtus, vnus ex prima illa virorum decuria, quos ſibi S. Ignatius adgregauit: hic dum Billomo Lutetiam iter haberet cum Beltrando Roſerio comite per agrũ, in quo demetendis frugibus ad triginta homines opus faciebant, illique pannoſum conſpicati ſenem ludibrio habere cœpiſſent, & onerare conuitijs, ſimulatorem inter cetera, deceptoremque magnis vocibus appellantes, ad verborum ſonitum, tanquam ad iucundam ſymphoniam baculo ſuo innixus vt auidis auribus omnem exciperet, conſtitit, nec greſſum mouit quoad illi ſatietate, partimque pudore finem fecêre. Tum vero Paſchaſius placidiſſimo vultu meſſores, tamquam de beneficio grates acturus intuens, Deus, inquit, vobis benignè faciat, filij ac benedicat. Non tulere tam inſolitam manſuetudinem ruſticana pectora: extemplo velut attoniti ad eius circumfuſi pedes, veniam precati ſunt. *Sacchinus tomo 2 l. 6. n. 95.*

Paſchaſius Broëtus.

Excelluit hic certe magnus ille Minorum Parens Franciſcus, quem pro ſtulto habitum cum Chriſto, commemorant Piſanus & Wa- C dingus, atque adeo ipſe ſe fatuellum mundi conſueuerat appellare, cum enim omnia propter Chriſtum calcaſſet, primum à ciuibus ſuis habitus eſt inſanus, eumque tamquam dementem & animo abalienatum lapidibus & luto impetiuerunt plerique petulci, & clamoſis vocibus inſultantes. Pater eius quoque pro inſano illum habuit, atque adeo vinculis mancipauit, nec ſecus atque inſanum tractauit, cum tamen vel maximè tum ſaperet.

S. Franciſc.

Patrem egregie ſecuti ſunt Iuniperus & Iaconus eadem ſorte vtentes, quorum poſterior ex nobili aduocato, agnita vxoris ſanctitate nobilior Dei famulus, à Tudertinis, apud quos D natus erat & diu claruerat, ſed nominatim ab eis, qui neceſſitudine illum attingebant, pro inſano habitus fuit, cum aduerſis ſæculo itineribus inſiſteret & ſapientiſſimè de falſa mundi prudentia triumpharet.

Dicere hic, eiuſque non abſimiles poterant, quod olim Apoſtolus: *Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis & hominibus, nos ſtulti propter Chriſtum.* Sed eos bona lectoris venia miſſos facio, vt è ſæculari vita, adeoque ex ipſa aula, eiuſmodi ſapientiæ candidatos aliquot producam, quot inter, multorum vicem ac numeros potens erit explere Eduardus Rex Angliæ ſanctiſſimus, ad quem cum Hibernis quidam lixa vſu pedum captus adrepſiſſet, rogans humeris regijs ad S. Petri, quod templum iuxta regiam

1. Cor. 4. 9.

S. Eduard. Rex.

Eduardi erat, ferretur, annuit Rex, pependitque informis ſarcina regio tergo, & riſum mouit ſpectanti ciuitati, quæ principē ſuum nimis ſimplicē, adeoque fatuum arbitrata, à peregrino turpiter deceptū iudicauit, quoad in ipſo itu, miſeri naturā emendatam admirati conſpexêre.

S. Ludou. Rex.

Iure inuideat Angliæ, medio licet interfuſa oceano Francia, niſi & Ludouicum ſuum non tam regali purpura, quam Chriſtiana ſtultitia eximium hic collocaro, de quo Gaufridus, alijque tradidere plurima, quæ delirantis mundi iudicio ſtulta, Chriſti vero ſapientiſſimi iudicis calculo prudenter, ac ſagaciter facta iudicantur, qualia ſunt: quolibet ſabbato pauperum pedes abluere ſolitum, ducentis frequenter egenis priuſquam ipſe cibum ſumeret ſuis manibus appoſuiſſe fercula, in noſocomio nullius mendicabuli ſordibus euitatis, paſſim decumbentibus etiam de genu cibos miniſtraſſe, muris pontici velleribus, purpuraque reiectis, veſte ſimplici ac vulgari vſum fuiſſe, neutiquam diſſimulato habitu quem tertij ordinis Franciſcani regula, quam aſſumſerat, ſuis præſcribebat, quibus omnibus, quo eum loco mundi ſapientia duxerit, teſtatur Othonis Comitis Gelriæ nuntius, quem cum litteris ad Regem miſerat: reuerſus hic, atque à Comite ſuo interrogatus, num Regem Ludouicum vidiſſet, ſubſannans, collumque contorquens, vidi, inquit, vidi illum miſerum papilardum [id eſt hypocritam & ſimulatorem] regem, ad ſcapulas capitium geſtantem: quæ verba ſat indicant quo genere veſtis, ac moribus Ludouicus ſuis derididiculo eſſet, Chriſto autem ac cæleſtibus amori, quod omnibus mox innotuit, cum nuntij illius facies retrorſum acta, ſic contorta remanſit.

Petrus Teloniar.

Nec minus Africa Petro ſuo Telonario magnifice ſe circumſpicit, qui poſteaquam ſe ab alio in ſeruum venundari iuſſiſſet, ac conuicia multa indies à conſeruis pateretur, nec verbera ſubinde abeſſent, quæ ipſe magna animi conſtantia tolerabat; ab omnibus amens haberi cœptus eſt, adeo vt vulgo amentis nomine cōpellaretur. Quotieſcumque autem hoc ei accideret, apparebat ei Chriſtus Dominus, interulâ, quam ante pauperi dederat, amictus, & triginta nummos, quibus venditus fuerat manu geſtans ac conſolabatur eum. *Leontius in Vita.*

S. Ambroſ.

Rectè itaque S. Ambroſius: *Amantes Chriſtum, ſtulti ſunt mundo, vbicumque demum ſiue in aula, ſiue in cœnobio reperiantur.* Neque mulierum hic laudem detrecto, aut earum gloriam inuoluo, ſunt & inter has, quamuis rariores, quæ hac gloria polluerunt. Facem ceteris præfert

S. Paulla. Romana.

Paulla nobiliſſima matrona, Gracchorum ſtirps, ſoboles Scipionum, Paulli hæres, cuius & vocabulum traxit, Martiæ Papyriæ, matris Africani vera & germana progenies, potens quondam diuitijs, ſed Chriſti imitatione inſignior, quæ vti hominum improborum impiam linguæ procacitatem effugere non potuit; ita quoque non voluit. Audierat ſe quorundam opinione ſtultam, atque emotæ mentis feminam haberi quod Romæ Bethlehem prætuliſſet, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutaſſet: *Et ſpectaculum*, inquit, *facti ſumus mundo, Angelis & hominibus, nos ſtulti propter Chriſtum: ſed ſtultum Dei ſapientius eſt hominibus.* Sic Paulla & quidem rectiſſime. S. Hieron.

1. Cor. 4. 9.
1. Cor. 1. 25.

Magdal. de S. Alexi.

Iunget ſe illi Magdalena de S. Alexi ex ord. S. Dominici, quæ ſtrenuè ſe pro fatua gerebat, in domo, quam inhabitabat, ac talē haberi, ſe æſtimarique cupiebat ab omnibus. Didicerat hoc à B. Ioanna de S. Catharina quæ illi poſtquam obijſſet, apparuit, adhortans, vt in cœpto pergeret Chriſti ſponſi ſui exemplum imitata, qui pro tali in domo Herodis habitus fuit: *Ioan. à S. Mar a in Vita.*

Ioanna à S. Cathar.

Angela de S. Trinit.

Vtramque heroidem hanc ſequatur non virtute, ſed ætate minor Angela de SS. Trinitate Carmelitana, filia Mareſchalli de Briſach, quæ dum ob formam, aliaque naturæ dona à magnis proceribus in matrimonium expeteretur, faciem aqua imbutam ſoli exponebat, vt decus formæ deperiret, & procorum oculis minùs arrideret. In conuictu etiam nobilium fatuam ſe, tardamque ſimulabat, propoſito ſuo nulli, quam ſibi perſpecto. Olim Dauid vt mortem euaderet, vitamque conſeruaret, immutauit os ſuum coram hoſtibus, & collabebatur inter manus eorum & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliuæ eius in barbam. 1. Reg. 2. Hæc quia erat vna de Chriſti diſcipulis, maluit videri fatua, quam alienis oculis placere. *D. Duuallius in Vita Mariæ de Incarnatione.* Hæc qui ſapiunt, nunquid cum Chriſto rectè ſapere dicendi ſunt?

CAPVT TERTIVM.

Reductus, ſalua re ſua, ad Prætorium Ieſus, cum Barabba impiè confertur, ac libera plebis optioni permiſſus latroni contumelioſiſſimè poſthabetur:

Qui namque hominibus placet, Dei ſeruus eſſe non poteſt.

EGo autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Pſal. 21. 7.

Pſal. 21. 7.

Per diem autem ſolemnem conſueuerat præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent. Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis autem illis dixit Pilatus: quem vultis dimittam vobis, Barabbam an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? At illi dixerunt, Barabbam. Matth. 27. 15.

Matth. 27. 15.

Remiſſo ad Pilatum Domino Ieſu, Herode teſtante, quod antea Præſes fecerat, nolle ſe iuriſdictionem alterius vindicare, quin potius Iudicium ſummi, maximique momenti, quale de Meſſia illud erat, altero alteri deferente; *Facti ſunt amici Pilatus & Herodes in illa die, nam*

antea

Digitized by Google

Lucæ 23. 12. *antea inimici erant ad inuicem.* Lucæ 23. 12. Sed quomodo illa dicenda ſit dies in qua duo ſidera coaluerunt in vnum, vt ſolem exſtinguerent? in qua hoc dirum amoris phænomenon viſum eſt in terris, vt videlicet nequeant hic duo reconciliari in amorem, quin oderint Deum? Dolenda ſanè res, ac perpetuis lachrymis deploranda non poſſe inter ſe homines, niſi cum ſummi numinis offenſa, conuenire! *Ineunt familiaritatem: ad maledicendum*, inquit S. Bernard. *concordes ad diſcordiam: conciliant inter ſe inimiciſſimas amicitias & pari conſentanea malignitatis affectu, celebratur odioſa collatio. Haud ſecus ac quondam Herodes & Pilatus, de quibus narrat Euangelium, quia facti ſunt amici in die illa, hoc eſt in die Dominicæ Paſſionis.* Serm. 24. in Cant. Sed vt redemerit Iuriſdictionis officioſa iactura inſenſi gratiam, iudicij tamen impij moleſtias non redemit.

Receptâ itaque cum reo, Galilæi Principis amicitiâ, Pilatus ad tumultuantem foris populum egreſſus, *Obtuliſtis*, inquit, *mihi hunc hominem quaſi auertentem populum* [id eſt, abducentem ab obedientia Cæſaris ac legis veſtræ] *& ecce nec ego, nec etiam Herodes vllam cauſſam mortis inuenio in iſto, emendatum ergo illum dimittam.* Lucæ 23.14.

Herodiana veſtis quantumuis candida, vel ipſum hic viſa eſt infuſcare voluiſſe candorem, dum eum quem antea ſæpe immunem à culpa pronuntiauerat Præſes, verberibus emendandum addixit. Ergo fuit tribus in foris innocentia Chriſti cognoſcenda, vt tribus ſententijs abſolutus ferret ſupplicium: aut potius, vt ſententijs illis Iudicum ipſa iniquitas condemnaretur. Mos erat Romanis, ſi forte aliquod commiſſum eſſet delictum, quod citra crimen capitale cenſeretur, reum Virgis aut flagellis leuiter cædere, atque id pœnæ genus *Coërtio* dicebatur: quare eo voluit Pilatus innocentem plectere, vt Iudæis, ne fruſtra eum accuſaſſe dicerentur, faceret ſatis: ſed deflexit hic ab æquitatis regula Iudex, ſi enim mala facienda non ſunt, vt eueniant bona; multo minus ea facienda ſunt, vt vitentur mala; ſed neque ſic quod metuerat, euaſit, vt ex ſequentibus luce clarius patebit: viſdum namque vniuerſa turba decretum hoc audiuerat, cum nequaquam illi acquieſcens inſtanter repetiuit accuſationes ſuas, ad quas cum Chriſtus taceret, miratus Præſes,
Matth. 27. 13. *Non audis*, inquit, *quanta aduerſum te dicunt teſtimonia?* Sciens namque rem priuatis odijs agi, eum ad ſui defenſionem impellit, & licet ipſe parui obiecta penderet, malebat tamen reum, quod facile poſſet, ea præ ſe refellere, vt tanto ſecurius illum liberaret.

At non reſpondit ei ad vllum verbum. Semel antea reſpondiſſe legimus, quod neceſſe fuerat, vltrà, cum opus non eſſet, ſiluit ſemper. Neque tamen Pilatus ſilentium hoc, vt Herodes fecerat,

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A ſui contemptum interpretatus eſt, ſed tulit æquanimiter, ac tacitus æſtimauit.

Magnum id certè & mirificum fuiſſe debuit in Seruatore, ait Athanaſius, qui tacendo & Athanaſ.
non reſpondendo, tam efficax erat in perſuadendo, vt Iudex vltro factiones, conſpirationeſque aduerſus eum initas & falſas agnoſceret, & vanas confiteretur. Sed quid? imbecillis Prætor virtute carebat, qua perſtringeret iniquitatem, cui tamen inprimis mederi cupiebat.

Per diem ſolennem conſueuerat populo dimittere vnum vinctum quem voluiſſent. Matth. 27.15. ſiue Matth. 27. 15.
id priuilegium Romani Iudæis dederint, vt placet Origeni tract. 35. in Matth. ſiue anti- Origenes.
quam conſuetudinem illis, aut ipſorum rogatu,
B aut ſua liberalitate conceſſerint, quod ait Cyril- Cyrill.
lus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. c. 13. vt ſibi Alexand.
gratiam populi conciliarent: qui poſterior dicendi modus & vero ſimilior videtur & pronior vt in memoriam ſcilicet liberati ex Ægypto Iſraelis, eo die vinctus aliquis è cuſtodiâ mitteretur liber. *Habebat autem tunc latronem inſignem*, quem abſoluere nulla manſuetudo, nulla clementia poterat, cui is antelatus ſaltem perditiſſimo ſacroſancti diei priuilegio, ſeruaretur. Ergo vt Iuſtum ex vnguibus ferarum ſubducat, ſeditioſum ſupponit imbutum ſanguine homicidam, & populo ſitienti cruoris, cruorem propinat: optionem itaque de duobus vinctis Chriſto & Barabba populo Iudex proponit,
C *Quem vultis*, inquiens, *dimittam vobis Barabbam* Matth. 27.
an Ieſum qui dicitur Chriſtus? O cælum! ô ſuperi! 17.
ergo cum latrone componitur Innocentia? hinc Deus, hinc Barabbas parricida iudicantur? O inauditam ſæculis omnibus comparationem! Dei Filius cum filio Diaboli, lux cum tenebris, vita cum morte! Quanta hæc, Domine Ieſu humilitas tua, quam grauis depreſſio celſitudinis tuæ! qui cum tantus eſſes omnium benefactor, cum peculatore nefario, homicidaque componeris, nunquid cum Propheta dicere poteras *Cui aſſimilaſti me, & adæquaſti.* Eſaiæ 40.25. Iſaiæ 40.
Sed quid hoc velle dixerimus, quod Prætor 25.
non Ieſum ſolum, nec cum alijs multis collatum, ſed cum vno tantum, eoque non quouis,
D ſed homine ſceleratiſſimo, atque omnibus exoſo turbis proponat: cuius proinde liberationem poſcere tam inhoneſtum populo foret, quam iniquum: Barabbam, inquam, communem gentis Hebrææ calamitatem, ciuitatis hoſtem, atque eorum ſcelerum manifeſtum deſignatorem, quæ maximè rempublicam deſtruunt & bonos omnes affligunt, vt eſt ſeditio, nec illa quidem ſimplex, ſed cruenta; nec ſingularis, ſed & homicidio adiuncta, æquiparando ei Ieſum virum bonum ac ſanctum, quem beneficia multa publico vtilem, ac de plurimis optimè meritum oppidò commendabant, accuſatum quidem à Principibus, ſed falſo, vel certe temerè, ipſomet Iudice atteſtante. Quæ omnia

ſſe ab illo iuſtitiam eſſe credenda ſunt, vt ea vel ut clariſſima antitheti populum officij ſui commonefaciens; Principum contentionem frangeret, & quiduis potius, quam illi homini vitam concedendam eſſe doceret, cui mors etiam grauiſſima debebatur.

Et certè debuerat populus iſte tum criminum illorum atrocitate, quorum Barabbas reus erat; tum beneficiorum multitudine, quibus Chriſtus in omnes pridem excelluerat, vel pudore in æquitatem flexus fuiſſe; tum verò vel maximè, quod adderet Præſes, eum à plerique illorum Chriſtum hoc Meſſiam dici, quod ego nequaquam addidiſſe Pilatum reor, cum Origene, quaſi Barabbas etiam dictus fuerit Ieſus, B ſed quod in maximum eorum dedecus, atque infamiam ceſſurum eſſet, ſi quem pro Chriſto ac Rege habuiſſent aliquando, cum poſſent, à morte non eripuiſſent: agebatque autem hæc omnia Pilatus tanto ſtudioſius, quanto clarius ante perſpexerat; *Quod per inuidiam tradidiſſent eum.* Sed oleum, operamque omnem perdebat infelix Iudex: quod mox patuit, cum intellectum eſt apud hos barbaros Deum non pluris fuiſſe, quam Barabbam, cuius nomen hominis, diuinæ eſt nomen iniuriæ, cuius impuri ſicarij vixit fœditas, vt prærogatiuæ viuat indignitas, cuius ſupplicij ſalus ipſa mors fuit ſalutis: Principes enim ſacerdotum, reliquique magiſtratus in omnem partem dimiſſis miniſtris ſuis populum tum promiſſis, tum minis extra modum C vrgebant aſſiduè; vt Barabbam ſibi dimitti flagitarent, *Ieſum vero perderent*, quorum factione commota plebes, ad Pilatum reuerſa, vt agat iuxta morem diei feſti, ſedulò, inſtanterque contendit. Non flagitat primo acceſſu vt Barabbas dimittatur, ne indignum poſcere videantur, ſed intelligere cupientes an Pilatus in ſententia perſiſtat, de alterutro in libertatem aſſerendo, eiuſdem propoſitionem denuò exſpectant, qui ſtatim ad illos conuerſus, *Quem*, inquit, *vultis vobis de duobus dimitti?* Cum illi, ſicut edocti fuerant, contra omnem præſidis exſpectationem vnanimiter exclamant: *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam*, Scilicet, is nobis gratior, D atque acceptior futurus eſt: in ſceleris regno, Innocentiam præferri non decuit. Quemadmodum itaque oppreſſerant Innocentem, ita ſceleſtum abſoluunt, vt omnes iuſtitiæ partes impleant, quia pari ſanguinis delectabantur effuſione, Barabbam liberant, Chriſto obſtrepunt, et qui ſceleratis par futurus erat in ſupplicio, iiſdem inferior eſſet in iudicio. Corrupta hominum iudicia! quam potens odij atque inuidiæ affectus! vt nullo æquitatis habito reſpectu, in manifeſtam iniuriam ſuffragia ferant. *Tolle hunc & dimitte nobis Barabbam.* O peccatum modis omnibus deteſtandum! quis ſine ſtupore ac vehementi mentis exceſſu has voces audiat? *Percute manum tuam & allide pedem tuum, & dic, heu!*

Lucæ 23. 18.

Ezech. 6. 11.

A *heu!* Latronem eligunt & vitæ auctorem indignum vita proclamant. Sicarium malunt, quam eum qui ſanguine ſuo ſanctos lauat, & mortuos vitæ reddit. Quænam hæc Iuſtitia? Innocentem perimere & flagitioſum abſoluere? *Qui iuſtificat impium, & qui condemnat Iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Dominum.* Prouerb. 17. 15. quam rectè ac congruenter ſuper eum lamentatus fuiſſe legitur, vel potius, ex eius nomine queſtus Ieremias cap. 12. ſic loquens: *Facta eſt mihi hereditas mea* [Synagoga] *quaſi leo in ſilua, dedit contra me vocem ſuam.* Mirabile parallelon Chriſti & Barabbæ, qui à S. Ioanne dicitur latro; à S. Matthæo vinctus inſignis; à S. Marco, ſeditioſus & homicida, à S. vero Luca propter ſeditionem factam in ciuitate & homicidium in carcerem miſſus deſcribitur; Chriſtus vero & à Pilato innocens & ab Herode cauſſa mortis vacans, & ab vxore Præſidis Iuſtus declaratus eſt: & tamen ingeſta mentibus Iudæorum offuſa caligo, de ſtagno liuoris atque inuidiæ exhalans, iis nebulis illos inuoluit, quibus obcæcati, tenebras pro luce, pro gemmis ſilices, pro auro lutum amplexi ſunt.

Prou. 17. 15.

O! *cæcitas Iudæorum*: Exclamat S. Auguſtinus *tract.* 15. in Ioannem *ô! furia phrenetica, noli dimittere hunc, ſed Barabbam! quid fuit hoc aliud dicere, quam occidatur ille, qui ſuſcitat mortuos, vt dimittatur latro, vt occidat viuos.* Et lib. 3. de ſymb. ad Catechum. *Quid fuit hoc aliud dicere, quam occidatur Chriſtus ſaluator, quia ſuſcitauit mortuum, dimittatur latro vt iterum perpetret homicidium.* Fortiter autem atque neruoſe eoſdem aggreſſus S. Leo magnus ſerm. 3. de paſſ. ſic loquitur: *Inſanum certe, cruentumque conſilium iniſtis tauri pingues, vituli multi, frementes beſtiæ, canes rabidi, vt morti auctorem vitæ & Dominum gloriæ traderetis, & tamquam extenuanda eſſet furoris veſtri immanitas, ſi eius ſententia, qui prouinciæ veſtræ præſidebat, vteremini, vinctum Ieſum ad Pilati iudicium adduxiſtis, vt clamoribus impiis, trepido cognitore ſuperato, interfectorem hominum eligeretis ad veniam & Saluatorem mundi peteretis ad pœnam.*

S. Auguſt.

S. Leo.

Quam vero iniqua hæc optio, ac toti Iudæorum genti fuerit propudioſa oſtendit olim Apoſtolorum Princeps luculenta illa ſua ad populum Hieroſolymitanum concione, quam Spiritu ſancto plenus foras prorumpens Actor. 3. habuiſſe legitur, vbi atrociſſimam hanc Chriſto illatam iniuriam neutiquam diſſimulandam eſſe ratus, *Vos*, inquit, *ſanctum & Iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam dari vobis auctorem vero vitæ interfeciſtis.* Noluiſſet quidem & merito Chriſtus more nocentium liber dimitti, ac vitam dici in gratiam diei feſti impetraſſe, veluti cauſſa eius nihil à ſceleratis differret, ſentiebat tamen grauiſſimè, vel cum eiuſmodi aliquo compoſitum ſe, multoque magis poſthabitum fuiſſe illi, quem ſcelera ſua ac noxæ manifeſtè damnabant. Quis te nunc peccata noſtra portaſſe

Act. 3. 14.

eaſſe neget, ô! Ieſu, qui cum Barabba in altera lance compoſitus, latroni nequiſſimo, ſeditionis & homicidij reo, vt occiſor ille viueret, tu vita rerum occideres, Pontificum, Sacerdotum, populi iudicio præponderaſti. *Rem miram*! exclamat Athanaſius, *ſubit mortis ſententiam Chriſtus, & ſtatim Barabbas abſoluitur. In ipſo protinus condemnationis initio Crux liberationem procurat.*

S. Athanaſ.

Ferebat autem patienter, magnoque animo ſuſtinebat iniuriam, quam ab iniqua hoſtium ſuorum inſania ſibi turpiter illatam, vel ideo admittebat lubentius, cum noſtram ſic progignere ſalutem, domare ſuperbiam, & ſtudium ſe videret incendere ad exemplum: quod vtinam! Chriſtianus omnis ſequatur; vel ſic improperantem Senecam euaſurus: *Minus honorato loco poſitus, iraſci cœpiſti conuiuatori, vocatori, ipſi, qui tibi præferebatur. Demens, quid intereſt, quam lecti premas partem? honeſtiorem te, aut turpiorem poteſt facere puluinus?* addiderim ego, non turpiorem, ſed longe, ſi patienter tulens, honeſtiorem.

Seneca l. 3 de ira. c. 37.

Huc itaque oculos, huc mentem aduertito, quiſquis vitæ melioris cupidine ſuccenſus, Deũ induere, quia te exuere deſideras: *Excelſa eſt patria*, inquit S. Auguſtin. *humilis via: patria eſt vita Chriſti, via, Paſſio Chriſti: qui recuſat viam, quid quærit patriam?*

S. Auguſt. 28. tract. in Ioan.

Chriſtus vulgò indignè & probroſè haberi ſe, ac iudicari paſſus eſt, tibi pro minimo ſit, qui Chriſtum ſequeris, iudicari ab humano die: quin & pro maximo ſit; *beati* ſiquidem, vel ipſo teſte, *cum vos oderint homines, & eiecerint Nomen veſtrum, tamquam malum propter filium hominis.*

Quam cæcum ſit Mundi huius iudicium.

Lucæ 6. 22.

Expende demùm, vt hic punctum facias, cæcum mundi iudicium, qui vbi acclamauit: *benedictus qui venit in Nomine Domini*, ſtatim ſubiunxit: *Non hunc, ſed Barabbam.* Hæc eius indoles, hoc naturæ ingenium eſt, bonos ſpernere, malos complecti: *Chanaan, in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Mendaces filij hominum in ſtateris.*

Matt. 21. 9. Ioa. 18. 40.

Oſeæ 12. 7. Pſ. 61. 10.

Si quis pius, modeſtus, honorum, opumque neglector, humanarum rerum contemptor, vitiorum hoſtis, rigidior veritatis aſſertor, Eccleſiaſtici iuris propugnator, ſimulationis ignarus, candoris cultor; reipub. natus non eſt, non gubernationi, non conſiliis dandis, non muneribus publicis obeundis. Quid? quod tales riſui & contemptui ferè ſint, nec ad vllam reipub. partem admittantur: verentur enim, quorum intereſt, ne pietate, æquitate, candore, reliquiſque virtutibus politicum reipub. ſtatum magis euertant, quam ſtabiliant aut tueantur: *O! impium*, exclamat Anſelmus, *iudicium, in quo Iuſtus deſpicitur, iniquus poſtulatur! bonus punitur, & peſſimus peccator liberatur: Agnus occiditur, lupus ſeruatur: vita deſeritur, & mors acceptatur.*

S. Anſelm. de Paſſ.

Quanta hæc inſania! ſed non minor quoque Nouo homini exercitatio! qua virum ſe præſtet robuſtum & fortem, bella Domini non ſegniter prælianter. Notum id erat ſanctiſſimo vati *Ieremiæ*, cum à ſuis pulſus & afflictus, dicebat ad Dominum: *Diem hominis non deſideraui. Domine, tu ſcis.* Vbi nota, diem hominis eſſe illam, quam fauor eius facere ſolet: non deſideraui, inquiebat, proſperitatem, opes, honores, plauſus; ſi enim hæc ſpectaſſem, non triſtia ac dura, eis propheaſſem, ſed eorum cupiditatibus applauſiſſem: iam autem id minimè feci, nec fauores aucupatus fui: dicens ergo, *tu ſcis*, perinde ac *Iob* inuocabat Deum: *ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſo.*

Ieremiæ 17. 16.

Iob 16. 20.

Hieremiam imitatus *Apoſtolus* eſt: *mihi pro minimo eſt*, inquiens, *vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Id eſt, à potentia huius mundi, ab hominum liuore, aut vulgi gratia. Humana nempe dies nox eſt Deo: *neque enim*, vt bene *Seneca* ſcribit, *placere populo poteſt, qui virtuti placet; omne* ſiquidem *populi vulgus*, teſte *Niceta*, *abſurdo delectatur.* Vnde ſapienter admodum noſter Iuglaris in Elogiis:

1. Cor. 4. 3.

Seneca epiſt. 29.

Aptare legibus popularem veſaniam
Sperare nemo potuit, niſi veſanus.

Quem ſcopulum vt præfatus Apoſtolus, Chriſti exemplo, euitarit, Galatis ſuis expreſſit his verbis: *an quæro hominibus placere, an Deo? ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Rectè. Eadem quoque hac mente præditus *Hieronymus* fuit, quem iuuerit Ep. 46. loquentem audiuiſſe: *antequam domum S. Paulæ noſſem, totius in me vrbis ſtudia conſonabant. Omnium pene iudicio dignus ſummo ſacerdotio decernebar, ſanctus dicebar & humilis, nunc maleficum me garriunt: titulum fidei ſeruus agnoſco. Magum vocant: & Iudæi Dominum. Infamiam falſi criminis imputant; ſed ſcio per bonam, & malam famã peruenire ad regna cælorum &c.*

Gal. 1. 10.

S. Hieron. l. 1. ep. 46.

Neque hinc excluſum Ioannem Chryſoſtomum velim, qui Theophilo Alexandrino, quem ipſe reum Conſtantinopolin citauerat, agentibus impiis Epiſcopis poſthabitus, atque in exilium pulſus fuit.

S. Ioan. Chryſoſt. *in exilium pellitur.*

Et quod in femina mirandum, non impari paſſu ſecuta præeuntes hos Irene Auguſta fuit, quam Nicephorus Patritius occupato imperio, in Lesbon, conſtantia & virtute clariſſimam relegauit, ſeque eius loco, optimatum auxilio ſubſtituit.

Irene Imperatrix.

Irenæ Imperatrici comitem Reginam Mariam Stuartam adiungo: Regnum Angliæ, omni legitima prole Henrici VIII. exſtincta, vacare cœperat, ad Mariam, vt proximam hæredem, vtpote ex Margareta Henrici VIII. ſorore, & Iacobo IV. Scotorum Rege natam, ſpectabat, cum ſpuria Eliſabeth, infamis Annæ Bolenæ ſoboles, iam Parlamenti decreto, & Pontificum bullis illegitima declarata, Mariæ à Regni ordinibus præfertur, mox carceri & morti tradendæ, quæ omnia, quali, quantaque virtute, conſtantiaque Chriſti exemplo pertulerit, teſtis eſt orbis vniuerſus.

Maria Stuarta Regina.

Finio cum Bernardo: *Beatus qui vbique te ducem habet, Domine Ieſu, non illum refugam Spiritum,*

S. Bern. ſer. de Aſcenſ. Domini.

Digitized by Google

tum, qui ſtatim aſcendere voluit, & tota diuinitatis dextera percuſſus eſt. Nos autem populus tuus & oues paſcue tuæ, ſequamur te, per te, quia tu es via, veritas & vita. Via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in premio.

CAPVT QVARTVM.

Meticuloſus Præſes, quem paulò ante Innocentem pronunciauerat, Ieſum verberibus mulctat: hinc ſaxeam ad columnam deligata Iuſtitia virgis caditur, ac flagellatur.

Flagellat Dominus omnem filium quem recipit. Hebr. 12.6.

Tunc apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Ioan. 19.1.

Quin & tu, mi Homo, in flagella paratus ſis, cùm peccatum tuum contra te ſit ſemper.

ATtonitus Præſes ad impudentiſſimæ plebis optionem, qua triſtiſſimam gentis ſuæ calamitatem communi omnium præponerent ſaluti, ſpe licet ſua fruſtratus, non deſtitit tamen afflictiſſimo Reo pro viribus opitulari: *quid igitur*, inquit, *faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?* Non factum arguit, nec iniuſtæ factionis inſimulat plebem, ne crabrones irritet, ſed placidè adducere nititur, vt vel cum nocente liberent innocentem. Aduertit hoc bellè cum ſuo Euthymio S. Ioan. Chryſ. *ponit*, inquiens, *rem illam in eorum poteſtate, ita obſequio illos captās, ac mitigans vt clementia ipſorum totum attribuatur: nec minore ariete quo volebat impellit, dum rectè, qui dicitur Chriſtus ſubiungit: Rex ſc. veſter, ac Meſsias, cum quo, ſi ſecus à me actum fuerit, indicabunt exteri, vos omnes à me in Rege veſtro caſtigatos fuiſſe.*

Matth. 27. 22.

S. Chryſoſt. Euthymius.

C

Sed ſurdis auribus canebat Pilatus, clamabant omnes *Crucifigatur*.

Origenes.

Piè Philoſophatus ſuper eo Origenes: *Nec hoc erubeſcentes*, ait, *quod Pilatus Ieſum Chriſtum eſſe confitebatur, nec modum impietatis ſeruantes, dixerūt omnes, crucifigatur: Et ſi quidem Barabbam dimitti, Ieſum autem non petiiſſent crucifigi, ſed in poteſtate demiſiſſent Pilati, vt faceret de eo quod vellet, adhuc magne eſſet impietatis, quod relicto iuſto, homicidam petiiſſent. Nunc autem multiplicauerunt iniquitatis ſuæ menſuram, non ſolum homicidam poſtulantes ad vitā, ſed etiam iuſtum ad mortem turpiſſimam Crucis.*

D

Et in hoc vſque tēpus tacuerāt Principes, quo mortis genere affectum cuperent reum: antè quidem in communi Concilio ſtatuerant eum affigere Cruci, ſed exſpectandam opportunitatem rati, ab vrgenda exſecutione deſiſtebant, donec ſe melior occaſio obtuliſſet, quam modo ſe nactos arbitrati, interrogante Præſide, quid de Ieſu fieri vellent, vna omnes voce cla-

A

maturit: *Crucifigatur*. Atrox ſanè ſupplicium, ac ſummæ coniunctum infamiæ, ſceleſtiſſimis ſimul & viliſſimis hominibus vſitatum, ad quod in ceteris, vel maximè ſpectaſſe credendi ſunt, vt nemo deinceps reperiri poſſet, qui hominis tam probroſa morte exſtincti nomen agnoſcere, nedum ſe eius profiteri diſcipulum auderet.

Diſplicuit Pilato manifeſtus liuor, neque tātum à ſe impetrandum nefas, ſed dimittendum potius innocentem ratus, tertiò dixit ad illos: *quid enim mali fecit iſte?* ob quod mereatur crucifigi? Verùm enimuero quo magis nitebatur Ieſum abſoluere, eo magis infeſtis, atque inimicis clamoribus vrgebant, vt illum in crucem ageret, quem nulla culpa eo digna ſupplicio grauabat, quod his verbis cōcinnè expreſſit Beda: *Quia totā accuſationem, quam aduerſus Dominum detulerant, crebra ac ſolicita Pilati interrogatione videbāt euacuatam: tandem impudentes ad ſolas ſe preces conuertūt, vt quod criminando, & quaſi ratiocinando nequiuerant, iam poſtulando & vociferando perficiant.*

Matth. 27. 23.

B

Beda.

Dum autem hæc in Prætorio coram Pilato geruntur, Vxor eius, cui, teſte Flauio Dextero in Chronico, nomē erat *Claudia Procula*, nocturnis viſis commotior, quæ illi à bono Angelo, vt PP. ſentiunt non pauci, obiecta fuerant ad Chriſti innocentiam marito declarandam, miſit ad eum ex Ephæbis aliquem, qui ſedenti pro tribunali ſuggereret: *Nihil tibi, & iuſto illi, multa enim ſum paſſa hac nocte, propter illum.*

Vxor Pilati monetur ab Angelo de Chriſti innocentia.

Origenes. Athanaſ. Chryſoſt. Ambroſ. Hilarius. Hieron. Auguſtin.

C

Viderat hactenus Deus Pilatum non malè hac in cauſa officio functum, quare hanc ei gratiam facere volebat, qua vir ille ad fidem rectam traduceretur, ſi vellet. Neque enim idcirco impeditum fuiſſet noſtræ Redemptionis opus, quod Pilato deficiente, Iudæis, vel eo zelo atque inuidia, qua poſtea Iacobum interemerunt, Chriſtum occidentibus, finem ſuum habere potuiſſet. Bene ergo ad Pilatum maritum ſuum coniux Procula: *nil tibi & Iuſti illi.* Ad quæ verba ſic *S. Auguſtinus*: *In natiuitate mundi vxor ducit virum ad mortem: in Paſſione Chriſti vxor virum prouocat ad ſalutem: illic ſerpentis ſubtilitas præcipitat; hic terror Angelicus reuocat; vt inde incipiat venia, vnde videntur prorupiſſe peccata.*

S. Auguſt. ſer. 121. de temp.

D

Eſt itaque in Chriſti Paſſione tamquam in mundi renouatione non leuis notanda mutatio, à muliere ſiquidem peccatum prorupit, vnde mors Chriſti conſecuta eſt: mulier nunc conatur impedire Chriſti innocentis necem: mulier tunc virum in ſcelus induxit, nunc reuocat: mulier tunc inducta eſt inſana perſuaſione diaboli, nunc ipſa conſilium ſanum dat. Denique ibi ſerpens blandimentis vtitur, vt perdat; hic Angelus terrore, vt ſaluet. Vbi etiam aduertēdum, quod ſupra dixit Auguſtinus: *Pilati vxor verberatur in nocte*, fortaſſe veris flagellis verberata ab Angelo eſt, vt moneret Pilatū & re-

Eua & Procula antitheſes.

Digitized by Google

& reuocaret à flagellando Chriſto, quod tamen conſilium ipſe ſpreuit, ſiue muliebre phantaſma ratus, ſiue clamore populi terrefactus. Ad hæc conſiderandum Angelos Domini ſui obſeruantia & pietate motos innocentiæ eius patrocinium ſuſcepiſſe, nam ad Chriſti mortem pertinebat illud: *Angeli pacis amare flebunt.* Denique notabile eſt, ad Chriſtum occidendum vilem ancillam, quæ Petro inſultauit, operam ſuam nauaſſe; contra vero ad eum liberandum, nobilem Præſidis coniugem operam contuliſſe. Sed ea hactenus. Addit autem Origenes, Chryſoſtomus, & Theophylactus mulierem hanc ad ſacra noſtra conuerſam fuiſſe, ſuntque non pauci, qui probabili coniectura exiſtiment, hanc Claudiam Proculam eſſe eam, cuius meminit S. Paulus 2. Timoth. 4. ſcribens: *Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia.* Conueniunt ſiquidem nomen, & tempus; religio, & locus. Nam in Vrbe hæc Epiſtola ſcripta eſt, vbi vxorem Pilati, quando ille Lugdunum miſſus in exilium fuit, remanſiſſe credibile eſt, ob cultus diſparitatem. Cum itaque animaduerteret Pilatus nec propter diei feſti reuerentiam, nec ob vitæ innocentis gratiam à Iudæis obtineri poſſe, vt liberet omnino Ieſus dimitteretur; ſenis ille, vel in ipſa clementia Iudex, vt innocentis, ſanguinis ſitim in hebræorum animis æſtuantem, eiuſdem innocui ſanguinis alluuie reſtingueret, inuidiamque miſeratione placaſſet, quam vnicam ad eum liberandum viam ſibi reſtare arbitrabatur, Chriſto mandat, è toto lancinato corpore ſanguinem extrahi, atque eo vſque cædi ac lacerari, vt nemini iam inuidendus, ſed ipſis etiam hoſtibus miſerandus videatur, ita tamen vt ſpiritus conſiſtat, ne vita perdatur. At quid iratus, inquies, aget, ſi miſericors adeo crudeſcit? quo procedet impietas, hoc ſi pietas imperat? O immanem clementiam! quid facient, qui ſæuient, ſi ita ſæuit, qui parcit? Quantum erit atrocitatis in pœna, ſi tanti ſtetit redemptio pœnæ? Hinc igitur Chriſtus per miſericordiam meticuloſi iudicis laniandus à militibus introrſum rapitur, quorum ludus non minus cruentus, quam Præſidis miſericordia fuit, vt qui candidus iam erat à ſtulto rege, rubicundus fieret à præſide ſponſus ærumnarum: quod neutiquam feciſſe Pilatus dicendus eſt, quaſi reum flagris dignum, ſed quaſi mediocris delicti conuictum pœnâ aliquâ mediâ puniret, quæ nec ipſum exſtingueret & Iudæorum rabiem placaret. Quod S. Auguſtinus clare expreſſit, dicens: *Hoc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi vt eius iniurijs Iudæi ſatiati, ſufficere ſibi exiſtimarent, & vſque ad eius mortem ſæuire deſiſterent.*

Prouidum Pilati in flagellando Chriſto conſilium.

S. Auguſt.

Vtinam! qui innocentiæ fulgor perſtrinxerat Præſidi oculos, vel à Claudia coniuge immiſſus, vnâ etiam operâ animum accendiſſet! ſpem illi vitæ furtuario non vendidiſſet. Sed

A iniquus hic Iudex, nec ſatis miſericors, quod placendi hominibus ſtudium ſuaſerat, exſecutus, inſontem militibus tradidit flagellandum, qui de numero horum militum, lictorum officio fungentium inquiſiuerunt, quatuor eos fuiſſe voluerunt ex Ioan. cap. 19. 23. quamquam alij, vt S. Vincentius, Philippus diez, &c. S. Ioannem Chryſoſtomum & Euſebium ſecuti, ſex fuiſſe opinentur. Alij verò plures, qui ſibi in hoc opere ſuccederent, vti B. Magdalena de pazzi ſanctimonialis florentina, ſanctitate & reuelationibus celebris in ecſtaſi ſe cognouiſſe aſſeruit, dum Chriſtum à triginta paribus militum [vtebantur enim Romani militibus ad ſupplicia adminiſtranda,] id eſt à ſexaginta miniſtris flagellatum voluit, integris perpetuò ſuccedentibus fatigatis, de quibus illud Pſalmi 21. 23. vſurpare liceat, quò in perſona nepotis Auus prophetes luctuoſe conqueritur: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me,* per tauros & vitulos intelligendo taureas & ſcuticas de illorum corio factas, quibus innocens cædebatur: neque hoc contenti moleſtiſſimi lictores, conuocarunt in atrium Prætorij, locum ſcilicet ampliſſimum, vniuerſam cohortem, è qua ipſi erant, id eſt, omnes commilitones ſuos; Erat autem cohors decima pars legionis, continens quinquaginta manipulos, hoc eſt CIↃCCL. milites: ſiquidem manipulus 25. milites continebat, licet alij decem ſolummodo milites ſingulis manipulis attribuant, ita vt cohors ſit D dumtaxat militum: vt, vt fuerit, hoc certum eſt: Cohortem, cuius hic mentio fit fuiſſe eam, quæ dicebatur Prætoria, ac Præſidi in Prouincia præſto aderat ſemper, partim ad fores palatij, partim in arce Antonia, ob metum ſeditionis populi excubãdo, eratque ea quam nocte ſuperiore ſecum ad comprehendendum Ieſum eduxerat Iudas, conſtans vt multi docent Brutijs, ſeu Picentibus, ſeu Lucanis, nam hi à Strabone ijs coniunguntur, diabolo, vt ſcribit S. Ioan. Chryſoſt. omnes quaſi ſigno dato ad choream concitante.

Qui milites Chriſtum flagellarint.

Pſal. 21. 13.

S. Chryſ.

Et tria quidem hic nobis potiſſimum conſideranda videntur, primùm immitis illa ac miſeranda veſtium detractio. Secundo indigna ad columnã alligatio. Tertio verberatio ipſa grauiſſima, ac fœda tenerrimi corporis laniatio, quare

Flagellationis periſtaſes.

Ad primum quod attinet, tamquam victores captâ prædâ ad inſontem proruentes veſte candida exuunt, pudentiſſimum Virginis filium innocentiæ candidatum, agri lilia veſtientem, nudum in medio ſtatuunt, qui primis quondam parentibus, pudore ob nuditatem oppreſſis veſtimenta texuerat, ſpoliant indumentis, quantum autem tormentum hoc fuerit ingenuo cæleſtis patris filio, coram tanta laſciuorum militum turba nudari, prudens virtutum arbiter expendet, quamuis enim nulla cum carnis concupiſcentia infeſtum haberet, vtpote

quem virgo conceperat & genuerat virgo, cum tamen id homines neſcirent, atque in ſimilitudine carnis peccati appareret, erubeſcendi cauſſa non deerat, & nuditatis illi pœna, non minor quam nobis incumbebat. O clarum atque inſignem verecundiæ Protomartyrem, niueo Virginei pudore corporis; heu! quam ſeriò, ab impuris laniſtarum luſibus exſibilatum: de quo per prophetam queri his verbis auditus eſt,

Pſal. 21.18. *Conſiderauerunt me & inſpexerunt me*, Vnde tantus
Pſal. 43.16. vultum meum rubor oppleuit, *Vt tota die verecundia mea ſteterit contra me, & confuſio faciei meæ cooperuerit me. Congregata ſunt ſuper me flagella, &*
Pſal. 21.18. *ignoraui*. Pſal. 21.18. Quaſi diceret, tanta fuit verecundia mea ex nuditate corporis mei proueniens, vt huius infamiæ & triſtitiæ comparatione leuia viſa fuerint flagella mihi & parua: B quanta autem fuerit ſacrilega procacium ludionum cachinnatione confuſio, ſolus, qui ſummus eſt, animo poteſt & cogitatione complecti. Scelus profectò ingens! ac facinus longe audaciſſimum! nudatur Deus, nuda conſpiciuntur, membra illa candida, & Virginea, quæ nullus vnquam næuus infecit, rubet ſola pudore facies. Tunc ſol in ſui conditoris obſequium ſubducta luce velaſſet illum, opinor, tenebris, niſi ad nouum ſpectaculum defixus in admirationem, tam venerandi atque diuini corporis conſtitiſſet. Sed

Ad alterum veniamus. Notum eſt à varijs gentibus, præcipuè vero à Romanis, in crucem agendos, aut ante deductionem in carcere, aut C inter deducendum per viam, aut aliquando etiam in eodem loco vbi vltimo ſupplicio afficiendi erant, verberari ſolitos fuiſſe, idque non conſuetudine tantũ, ſed expreſſa legis ſanctione, vt S. Hier. teſtatur. Cum reus in loco ſupplicij verberabatur, ad palum humi defixum alligabant, dum in carcere, aut area palam columnæ deuinciebant. Poſteriore hoc modo flagellatum eſſe Ieſum S. Matthæus cap. 27. & S. Ioannes cap. 19. tradunt, quod Prudentius duobus his verſibus ſcitè expreſſit:

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atque columnæ
Annexus, tergum dedit, vt ſeruile, flagellis.

Nec enim pronus humi proſtratus eſt, vt in dorſo tantum, more Iudaico cæderetur, ſed D pro Romana conſuetudine, erectus in pedes ac columnæ alligatus, vt corpore toto vapularet. Fuit autem columna iſta ſtrenuitate Herculea, fortitudine charitatis marmorea, noſtro quidem peccato frigida, ſed ardentiſſimo Chriſti complexu, & rubore ſparſi ſanguinis accenſa vt [*non plus vltra*] diuinus erga nos Amor exuperet. Amor ſiquidem eam columnam erexerat, Amor Dominum pluſquam funes & vincula, ad eam ligarat, Amor frigiditatem eius & rigorem temperarat, duritiem emolliuerat, de quo non minus aptè, quam pie B. Laurentius Iuſtinianus in

B Laurent. Iuſt. ligno vitæ philoſophatus eſt; *O charitas*, inquit,

A *quam magnum eſt vinculum tuum, quo Deus ligari potuit! nullum certè vinculum tenere eum potuiſſet, niſi charitas adfuiſſet. Magna virtus tua, O charitas! vt per te, vſque ad hoc humiliaretur Deus.*

Quæ, qualiſue Columna flagellationis fuerit.

Quia vero de Columna hac commemorauimus, quæ, qualiſue ea fuerit inquiramus, neceſſe eſt: & duas quidẽ hoc nomine celebrari inuenio, quarum altera in templo ab Helena Auguſta ædificato, multo tempore ſtetit, Eccleſiæ porticum ſuſtinens, quam B. Paula, teſte S. Hieronymo Chriſti ſanguine infectam iſtic inuenit, nunc autem in partes varias diuiſa eſt, quarum alia Romã ad S. Petri baſilicam, alia Venetias, alia ad Raguſinam rempub. alia ad Regem Hiſpaniæ miſſa dicitur, alia denique Hieroſolymis ad ſolatium peregrinorum in ſacello B. Virginis de Apparitione ſeruatur. Altera vero Columna Romæ in templo S. Praxedis religioſe colitur, quam Cardinalis Columna ad hanc Eccleſiam, cuius titulum obtinebat, aduexit, poſtquam Ieroſolymis reuerſus eſſet, quo ab Honorio III. miſſus fuerat, vt Chriſtianorum exercitui contra infideles adſiſteret anno cIɔ. cc. xxiii. Prior oblonga erat, qualis neceſſaria erat ad Eccleſiæ porticum ſuſtinendam, altera breuior, altitudine ſcilicet trium palmorum & dodrantis, ad vtramque flagellatum Dominum in Pilati prætorio exiſtimant multi, ij præſertim, qui bis iſtic cæſum eſſe arbitrantur ſemel antequam morti adiudicaretur, iterum verò poſtquam Iudæorum furore & immanitate impulſus Præſes, prolata in eum crucis ſententia militibus tradidit crucifigendum. Cuiuſmodi non tantum huius noſtræ ætatis ac temporis ſcriptores varij ſunt, ſed & ſuperioris fuere non pauci, inter quos & S. Ioannes Chryſoſtomus nominari ſolet. Verum quod bona eorum venia dictum velim ſemel tantum apud Pilatum flagellatus eſt Ieſus: apud Caypham vero, vti & nos ſupra meminimus, ea nocte, qua captus eſt ad columnam ligatus, illuſus & cæſus probabiliter dicitur, vbi maiorem illam columnam, de qua S. Hieronymus, alijque loquuntur ſacratiſſimi corporis ſui ſanguine conſecrauit, poſteriore ſola exiſtente, ad quam Pontij Pilati imperio à militibus flagellatus fuit, quæ illa ipſa eſt, quæ Ieroſolymis in Prætorio fixa & immobilis hærebat, ad quam rerum capitalium iudicio damnati, fuſtuario, aut flagellis quotidie cædebantur, eius nempe formæ atque menſuræ, ne ſi altior foret, miniſtris impedimento eſſet, quo minus commode damnatos, tam ab anteriore, quam poſteriore corporis parte cædere poſſent: eratque eius vertici infixus annulus, cui reorum manibus inſertis in omnem partem corpora verſabantur, vti clariſſimè patet in ea, quæ etiamnum Romæ in S. Praxedis ſacello, quod hortus Paradiſi dicitur, integra perſiſtit, materia, forma ac colore plurimum difformis.

Sed vnde fictum dixerimus nullam apud

Euan-

Euangeliſtas, columnæ mentionem fieri? Reſpondet Iacobus Boſius lib. 1. de triumpho Crucis cap. 13. cum nec in via, nec in loco ſupplicij ad palum, ſed in prætorio flagellatum ſcribant, occultè inſinuare, ad columnam, vt moris ibi erat, factum fuiſſe.

Quam grauis Chriſto fuerit flagellatio.

Reſtat tertium ex ijs quæ conſideranda ſumpſimus: ſcilicet, quam grauia ea fuerint ac dura, quæ Chriſtus innocens ad columnam illam alligatus ſuſtinuit tormenta?

Ac primo quidem notandum eſt Chriſtum iuſſu præſidis, à fœdiſſimis loranjs diuerberatum fuiſſe, vt redimeretur à cruce.

Secundo non à Iudæis militibus, quibus lege præceptum erat, ne quadrageſimum ictum excederent, ſed à Romanis cæſum eſſe, quorum immanitas tanta erat, cum nullo verberum numero circumſcriberentur, vt plurimi ſolerent, ſub eiuſmodi flagris exſpirare, vt Vlpianus & Cælius Rodiginus teſtantur.

Tertio hoc fine cæſum eſſe, vt ſi Iudæi necdum acquieſcerent, hæc ipſa flagellatio è Romanarum legum dictamine, crucis ſupplicio præmitteretur.

Ioan. Eckius Ludouic. Granat.

Quarto Probabiliter acceſſiſſe varia promiſſa pecuniaria à Pontificibus ac Phariſæis facta lictoribus, ne reo quidquam parcerent, vt Ioannes Eckius Ludouicus Granatenſis, alijque ſcribunt: quare quæ vox? quæ lachrymæ? qui ſenſus æquare poterunt eorum rabiem, atque ſæuitiem, plagarum numerum innumerum & cruciatum? cæduntur virgis ac flagellis virginales illi artus, qui nō dicam Romanum animum, ſed Deum ipſum includebant: lacerantur illa membra, conclaue diuinitatis, quæ ſupremus rerum opifex ſuis manibus, miro artificio compoſuerat Deus: iam nuſquam apparet liuor, nuſquam flagelli veſtigium: vbique ſanguis, vbique vulnera, nec iam vulnera ipſa dinumeres: quantus quantus eſt, vulnus vnum eſt, deficit plagis locus, & plagæ nō deficiunt, eſt plaga plagæ locus, deficiunt virgæ, tortoribus vires nō deficiunt, deficere rabies non poteſt. Pendebant iam è toto lacerato corpore excarnificatæ carnis fruſta, atque eius ſacri cruoris, cuius pretio cæli regna ſunt venalia, defluentes in terram riui, impiorum pedibus proculcantur: vitam eripuiſſent niſi ad crucem deſtinaſſent. Tanti ergo ſceleris hortatore metu, liuore miniſtro faces odio ventilante, effuſo ad ſpectaculum cælo, ridente foro, ante Patrem obſequentiſſimus filius vapulabat, cædebatur acerbiſſimè ab hominibus Deus, toto corpore diuinus effluebat ſanguis, gehennæ reſtincturus incendia, & iam luxata ſocietate membrorum, non tam diſcindebantur membra, quam vulnera. Plagarum modus; qui Deo iubente par eſſe debebat patrato crimini, eodem obſequente ſine lege fuit, quia à nobis peccatum fuerat præter modum. Gaudebat dilacerari diuinus reus, vt homini

A venis omnibus poſſet patrocinari: Deus atrociſſimè cædebatur, vt homo facundiſſimè defendatur. Quot enim erant verberum ictus, totidem nouæ ſanguinis voces, pectus iudicis ad miſericordiam diuerberabant, adeò vt reuelaſſe aiunt Chriſtum S. Bernardo tres dorſi ſui vertebras ex frequentibus flagellorum ictibus carne ſpoliatas ac denudatas fuiſſe. O! ſinè virum dolorum & ſcientem infirmitates. Hic noſtrarum fructus eſt voluptatum, hic exitus ineptiarum. Cum tu interea, mitiſſime Domine, nihil ea immanitate cuiquam offenſus, gemitum propterea nullum edebas, nullius opem implorabas, ſed columnæ adſiſtens retinebas fortitudinem tuam, atque ibi laceri exuuias corporis,
B hoc eſt trophæum patientiæ ſuſpendebas. Et fortiſſimus ille quidem Nazaræorum captiuus, captuſque oculis, ne Philiſtæis ludibrio diutius foret, columnis, ad quas vtraque mane adhæſerat, validè concuſſis, petijt animæ ſuæ vt moreretur, dummodo eâ ruinâ hoſtes oppgimeret, pluteſque tum moriens, quam antè viuens interemit. Sed tu Nazaræe magne, ante quem columnæ cæli contremiſcunt, in tanta maieſtatis tuæ contumelia, nulli nocens, apud columnam eos ſuſtinebas, qui ſoluebant templum tuum, ac ſanctuarium diuinitatis tuæ repetitis continenter ictibus exſcindebant, donec, ſtantibus parricidis, tu cecidiſti ſolus; caſuque tum moriens vitam omnibus & nouam quidem pe-

Iudicum 16. 29.

C periſti; cum diluta innocenti tuo ſanguine terra, nouus è ſyncero luto formatus eſt Adam, ſuo nomini conſentiens ſanguineus, & Rubicundus. Ergo flagellatus in prætorio Ieſus eſt, ſed imbuit interea, molliuitque ſanguine ſuo Romanorum faſces, qui per manus traditi Eccleſiæ præſtabunt aliquando patrocinium, & dominatum. B. Vincentius Ferrerius illud Iſaiæ 53. 5. explanans, *Diſciplina pacis ſuper eum*, inſtrumento triplici flagellatum cenſet, virgis viridibus ac ſpinoſis, dein loris nodoſis, filo ferreo intextis, denique catenis: in quo S. Hieronymum relatum à gloſſa ordinaria ſecutus eſt: *Sex carnifices accedunt, duo eorum virgis ſpineis, duo loris nodoſis, duo catenis ferreis, vnguibus terminatis*
D *aduncis.*

Iſaiæ 53. 5.

S. Hieron.

Alij flagris è funibus, aut loris cum oſſillis cæſum ſcribunt, quibus & Iuſtus Lipſius l. 2. c. 3. de cruce ſubſcribit.

Iuſt. Lipſ.

Euthymius Zigabenus flagellis ex funibus, loriſque contextis flagellatum docet.

Euthym.

Conati ſunt alij ictus, verberaque ad calculum reuocare, vnde B. Birgitta è Nortmannis oriunda, illuſtris ſanctimoniæ femina Chriſti flagellati quinquies mille, quadringentas ſeptuaginta quinque plagas numerat.

B. Birgitta.

B. Gertrudis lib. 4. Inſinuat. c. 35. ſimili ferè numeratione; ictuum quinque millia, quadringentos, ſexaginta ſex colligit.

B. Gertrud.

Ioannes Aquilanus Chriſtum ſcribit ad co-

Ioa. Aquil.

lumnam

Digitized by Google

humanam 6666. plagis cæſum ex S.Bernardo, A cui id de cælo nunciatum ait.

S.Vincent. B.Vincentius oſſa humani corporis 276. ex medicorum ſententia eſſe docet; Chriſtum autem ita flagellatum, vt cuiuis oſſium plaga triplex infligeretur.

Ioan. Lanſperg. Ioanne Lanſpergio atteſtante vir fuit ſanctimonia vitæ clarus qui Deo reuelante didicit, ſi quis quotidie per viginti annos in honorem ſanguineæ flagellationis centies Dominicam præcationem repeteret, ſubducta ratione, vna duntaxat precatiuncula, quamlibet ſanguinis guttam, tantis tamque enormibus flagellis expreſſam honoraret. Summa itaque guttarum iuxta eorum calculum aſcendit ad numerum ducentarum triginta millium & quinque: vt iure per Iſaiam queri potuerit: *Seruire*, inquiens, *me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis*, ſiue vt S.Hieron. Et Cyrillus legunt, *in peccatis tuis defendi te*: Quaſi labor ſit Dei, vt inquit S.Hieronym. & laſſitudo ab ira iuſtitiæ Dei defendiſſe peccatores. *Filius erat*, ait S.Bernard. *& factus eſt tamquam ſeruus. Non ſolum formam ſerui accepit, vt ſubeſſet; ſed etiam mali ſerui, vt vapularet & ſerui peccati, vt pœnam ſolueret, cum culpam non haberet.* Itaque perfectum eſt quod Iſaias præuidit, cum dixit: *Poſuit in eo* [Deus pater] *iniquitates omnium noſtrum, & ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina enim pacis noſtræ ſuper eum & liuore eius ſanati ſumus.* Cap. 53.2. Iſaiæ 53.2.

Eat nunc quis, & interroget. *Quare*, ô! Domine Ieſu, *rubrum eſt indumentum tuum, ſicut calcantium in torculari?* Iſaiæ 63.2. Aſperſus eſt, inquiet, ô homo, ſanguis peccatorum tuorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea ſceleribus tuis contaminaui. *Spectaculum grande* exclamat Tuitienſis Rupertus *mundo, Angelis & hominibus, vt à ſeruis peccati Princeps libertatis ſeruilibus modis, flagellisque cæderetur.* Rupertus.

1.Pet.2.21. Et hæc *Paſſus eſt* Chriſtus *pro nobis*, ait S.Petrus 1.2. *Vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* Si in alijs, quà licet & fas eſt nouus homo Chriſti veſtigia ſequitur, cur non & in flagellatione ſequatur. Hæc ſane cogitatio fuit quæ à S.Romano, dum à tyranno virgis, flagriſque dilaceraretur, has voces expreſſit: gratias tibi ago, quod ampliores mihi patefacias meatus, quibus Chriſtum prædicē, tot ecce laudant ora, quot recipio vulnera. *Ex act. 9.* Auguſti.

Sed non modo tunc, quando ab hoſte flagellum infligitur, illud moderatè, patienterque ſufferendum, vltro quoque ac ſponte ſuſcipiendum eſt, nec enim quod aiunt, Chriſtum dum flagellaretur, non tam egiſſe, quam ſuſtinuiſſe, nobis officit, eo namque gratius hoc obſequium eſt, quo à liberiore ac promptiore voluntate promanat, quod tunc euenire credendum eſt, quando quis amore conformandi ſe Chriſto, ſuccenſus, non modo flagella ab alijs illata ſponte ſuſcipit, ſed & vltro agens ſimul, & patiens ſibi ipſe infligit.

Cum Dominus ante Pilatum reus adſtaret, ac mortem eius vrgere Pontifices non ceſſarent, *Corripiam*, inquit, *eum & dimittam.*

Se cogitet quiſque ante diuinæ Iuſtitiæ tribunal reum conſiſtere, & ingentem ſeu dæmonum, ſeu criminum noſtrorum turbam in mortem noſtram depoſcere ſempiternam: & alia quidem cauſa noſtra quam Chriſti fuit, neque enim de nobis queri poterit, quid enim mali fecit? *In multis namque offendimus omnes.* Saluberrimum igitur & tutiſſimum conſilium erit, ſi dicat, *Corripiam illum & dimittam.* Sed ſæpe eò Lucæ 23.22. B Domini miſericordia deuenit, vt nolit nos ipſe punire, at nobis puniendi noſtri arbitrium relinquat, vt qui rei ſumus, Iudices eſſe videamur. Magnum id ſanè beneficium æſtimandum eſt, neque committendum vt ea gratia abuſi, dum lentè nimis procedimus, grauius à Iudice vapulemus. Nec enim temerè Dominus flagellatus eſt, ſed vt mortem euaderet, ſic & nos, vt mortem, tam eam, quæ pœna eſt, æterna, ſcilicet, damnatio, quam eam, quæ culpa eſt, euadamus. A duplice hac morte liberat voluntaria corporis afflictatio, qua minus patimur & magnis ſupplicijs extricamur: nobilius atque honorificentius tractamur, omnes namque & rei nomen & lictorum manus libenter effugimus, quod hic, quiſquis ſeipſum plectit, certo C conſequitur, dum non tam reus quam Iudex, magnanimitate hac veterem ignauiam corrigit & emendat.

Sed forte quis Ioannes Bapt. ſanctus & innocens, cui nec corporis moleſtæ inſidiæ, nec blanda fuerunt cognita aliquando certamina, ad ſe ſpectare hæc minimè exiſtimabit.

Eſto, ita res habeat, quod tamen raro aut nunquam inueniri arbitror, vt cuipiam id de ſe credere liceat, num etiam tutum ſe ille, quiſquis fuerit, à periculis credet? hoc itaque reliquum eſt, vt quoniam ad præterita luenda illi eiuſmodi ſeueritas neceſſaria non ſit, ad futura deuitanda ſuſcipiatur. Non habes quod lugeas, at quod caueas habes. Sano etiam vena interD dum ſecanda eſt, ne morbus oriatur, & nouo homini vetus ſanguis aliquando extrahendus eſt, vt ſua ſpiritui ſalus conſiſtat. Certe apud Suidam Superianus etiam flagellis in ſe deſæuijt, vt corpus ad ſapientiam erudiret: quare nulla apud orthodoxos dubitatio eſſe poteſt, quin, quod caſtigationis genus ſancti, probique homines vſurparunt, id ex genere ſuo honeſtum, commendandumque ſit; caſtigationem vero per verbera corpori adhibitam vſurparunt Sancti, nihil itaque reliquum eſt aliud, quam vt exercitationem iſtam ſanctam atque laudabilem nouus homo imitetur. Rem varijs hiſtorijs illuſtro.

Vixit ſeculo à parta ſalute vndecimo Dominicus

nicus quidam, piæ ſolitudinis incola, vir eximiæ A ſanctitatis, de quo ſic B. Petrus Damiani lib. 1. exempla. 19. hanc continuæ vitæ conſuetudi-
S. Domin. Loricatus. nem indifferenter habuit Dominicus, vt vix dies vlla præteriret, quin duo pſalteria modulando, vtraque manu ſcopis armata nudum corpus exciperet. Et hoc remiſſiore quidem tempore, nam quadrageſimalibus circulis, ſiue cum pœnitentiam peragendam haberet (crebro enim centum annorum pœnitentiam ſuſcipiebat ſex diebus abſoluendam quæ viginti pſalterijs cum diſciplina decantatis conſtabat) tunc per dies ſingulos, dum ſe ſcoparum tunſionibus affligeret, tria pſalteria meditando perſoluebat. Aliquantis autem ante obitum annis, quaſi no- B uum ſupplicij genus inueniens, virgarum ſcopas in corrigiarum ſcuticas vertit, ſemelque guſtato, quia duriores ſunt, in his verberandi conſuetudinem poſuit. Hoc flagellum, ſi quando egrederetur ad ſæculum, portabat in ſinu, vt vbicunque eum iacere contingeret, à verberibus non vacaret. Aliquando verò cum loci occaſio non pateretur, vt totum ſe poſſet exuere: per crura ſaltem & femora, per caput atque ceruicem ſeſe non ceſſabat affligere, poſt quæ
B. Petrus Damiani. idem Cardinalis ſubiungit: *Sunt nunc qui carnis ſuæ delectantur illecebris, medullas abſorbeant voluptatum, & occiſionis victimæ ad æternum nutriantur incendium, Dominicus noſter ſtigmata Ieſu portauit in* C *corpore, & vexillum crucis, non tantum in fronte depinxit, ſed cunctis etiam membris impreſſit.*

S. Domin. Guſman. Huic cognominem alium adiungo Dominicum ſacri Ordinis Prædicatorũ parentẽ de quo ſic *Theodoricus de Apoldia lib. 4. cap. 9. & tt.* ſingulis noctibus ter catena ferrea ſe flagellabat, primo pro ſeipſo, tum propter peccatores in mundo degentes, tertio pro animabus, pœnas in purgatorio luentibus. Nec ſolus ipſe verberabat ſeſe, verum & ab alijs curabat verberari, & catena ferrea cædi: quo exemplo incenſi fratres quotidie expletis laudibus ſub veſperum ſe virgarum ictibus ſubijciebant, quos diſciplinas vocant. Nec tamen his exercitijs contenti, in quoſlibet monaſterij angulos ſe recipiebant, actuſque ſuos ſeuero examine diſcutien- D tes, nodoſis loris corpora ſua dirè lacerabant. *Idem lib. 6. cap. 4.*

B. Vincent. Ferrerius. Ex eadem ſanctiſſima ſchola prodijt B. Vincentius Ferrerius, de quo hæc in eius actis leguntur: Illud pro edomanda carne & in memoriam paſſionis Chriſti à prima adoleſcentia obſeruauit: Singulis noctibus quibuſdam flagellis è funibus confectis corpus ſuum multis cum lachrymis cædebat: & ſi forte alicuius ægritudinis impedimento id facere nequiuiſſet, hoc à fidis ſocijs ſuis fieri volebat, eos per Ieſum Chriſtum obteſtans, ne quid dubitarent, ſed eum validis ictibus ferirent.

Henricus Suſo. Nec ſegniter præcedentẽ imitatus eſt Henricus Suſo, vt Ordinis, ita & eiuſdem conſors virtutis, de quo ſic vitæ auctor cap. 16. confecorat ipſe ſibi flagellum, quod ſcutica dicitur, idque iuſſerat æneis & acuminatis hinc inde obduci aculeis, inſtar ſtyli, acutis, biniq; aculei verbera illud media ex parte anteuertebant, adeo vt ſinguli eſſent triſulci, qua parte corpus tangebant, vulneraque infligerent. Huiuſmodi ergo flagello confecto ante nocturnas preces ſurgens, ad chorum templi ibat, coram Ven. Sacramento, & ſeſe acriter cædebat, idque per annos 22. bis diebus ſingulis diligenti ſtudio exercebat. Aliàs in cubiculo nudatum corpus, ſimulque brachia & crura aculeato flagello vſque adeo cædebat, vt ſanguis haud ſecus ex eius corpore decurreret, quam ſi ferro ſcarificatum eſſet. Erat in illo flagello recuruus quidam aculeus, vnci ſpecie, qui, quidquid apprehendiſſet carnis, extrahebat. Percuſſit tum corpus ſuum tam pertinaciter, vt flagellum in tres ſciſſum partes, vna cum aculeis ad cubiculi parietes volitaret, atque vna pars in eius remaneret manibus. Stans igitur illic totus cruentus, ac ſeipſum intuens, videbat miſerandam corporis ſui ſpeciem, adeo vt ſæpius, quodammodo Chriſto crudeliter flagellato ſibi ſimilis videretur, deinde vt erat nudus & ſanguinolentus, poſitis humi genibus, rogabat Deum, vt ſua peccata penitus aboleret.

Sed quid! & ſacra Præſulum purpura hos ſpiritus alit, teſtis S. Laurentius Dublinienſium S. Laurent. Epiſc. Epiſcopus qui regia ex ſtirpe oriundus, à familiari ſuo ter in dies ſingulos acrium ictus virgarum tergo excepiſſe legitur.

Teſtis S. Thomas Cantuarienſis præſul, qui S. Thom. Epiſc. poſt initum epiſcopatum ter quotidie à Diacono ſuo flagellis cædi voluit. *Surius in Vita.*

Teſtis Staniſlaus Cardinalis Hoſius Epiſco- Staniſlaus Hoſius. pus Varmienſis, qui corpus ſuum, quoties hominum oculos effugere poterat, non virgis ſolum & flagellis, ſed nodoſis etiam funibus, aut acutis & pungentibus ſpinis vſque ad ſanguinem in terram defluentem lacerare ſolitus fuit, vt vel ſic ad patiendum pro Chriſto ſeſe exerceret. Ad extremum autem cum ipſe ſibi non fideret, ac nimis corpori ſuo putaret indulgere, ſingulis ferijs ſextis, quo fieret aliqua ex parte ſocius earum paſſionum, quas Chriſtus pro omnium ſalute ſuſtinuit, iubebat ſe nudum ad lectuli ſui columnam alligari, atque à præfecto cubiculi, cuius fidei multum tribuebat, tantiſper flagellis cædi, quoad ſanguinis riui defluerent in terram. *Reſcius in Vita l. 3. c. 14.*

Et ne vetera ſola conſecter, Alexander Car- Alexand. Cardinalis Vrſinus. dinalis Vrſinus afflictationum eiuſmodi amantiſſimus libenter accedet, is, inquam, qui ſub ipſis propemodum verberibus mortuus dicitur. Excitatæ à ſe pœnitentium ſodalitati cum præfuiſſet de more, ac peroraſſet, mox etiam flagello in ſe animaduertiſſet, quoniam mitius ſibi egiſſe videbatur, quam animus ferret, ſancta-
rum

Digitized by Google

tum irarum pleniſſimus, ſecreto in conclaui A mactam ſanguine, quem verbere excuſſerat hoſtiam, Deo immolat, plane ex animi ſententia ſui. Dixiſſes non amplius ſeuiturum, nam poſtridie eius diei incumbens febris, breui eo intulit, vbi ſeruilis animaduerſionis fructum, nobiliſſimam filiorum Dei meteret libertatem. *Ex Vita.*

Non potuit minima Ieſu Societas eiuſdem imitationi ad ſanguinem vſque deuota, has profundendi ſanguinis ſui vias, vel medio pacis tempore declinare. Sacrum agmen, qui Ordinem, ducet S.P.Ignatius, de quo id litteris traditum eſt, in itinere, quod ad Virginis ædem in monte Serrato inſtituit, ſingulis ſe noctibus, grauiter verberibus cæcidiſſe, & poſtea inter cetera pietatis exercitia ter ſe quotidie flagellare B conſueuiſſe. Imo dum eodem conuerſionis ſuæ initio ad riſum ſe hominum conſpectu moueri ſenſiſſet, verberibus eum depuliſſe, quibus ſe toties ad numerum afficiebat, quoties vel leuiter riſiſſet, auctor eſt *Ribadeneyra l.1.c.3.& 5.*

S.P.Ignat.

Non potuit ſane à parente optimo pius filius degeneraſſe, quare quàm idem flagellationis ſupplicium beato Franciſco Xauerio frequens fuerit, & flagellum, quo vſus, etiam alijs ſalutare, dicet horatius Turſellinus lib. 4. cap. 6. Certis auctoribus compertum eſt flagella ex funiculis, quibus Franciſcus ſe diuerberare ſolitus erat, à neophyto quodam piè admodum aſſeruata, atque Horum beneficio ſanitatem redditam nonnullis, aliaque permulta.

S. Franciſc. Xauerius.

Nec alter degeneraſſe hic creditus eſt, Beatus ſcilicet Franciſcus Borgia tertius Societatis Præpoſitus generalis, de quo memoriæ proditum eſt, à curioſis vitæ eius obſeruatoribus octingentos nonnunquam verberum ictus, numeratos eſſe, quibus inter flagella ſe viuam Deo hoſtiam mactabat, tremente ea domus parte quam inſidebat. Quin ita flagellis humeros, lumboſque diſciderat, vt putreſcere viderentur, quæ res ſubinde religionem ei iniecerat, fidere tamen ſe aiebat, beneque ſperare, fore, vt Deus ſui miſertus ignoſceret, ſi quando modum exceſſiſſet, quod pio id ſtudio factum eſſet, meminiſſetque idem alijs prius vſu-veniſſe. *Ribadeneyra lib.4.cap.5.*

B.Franciſ. Borgia.

Magnus itidem ſeruus Dei P.Andreas Ouiedus Æthiopiæ Abaſſinæ Patriarcha ter ſe quotidie flagellis verberabat. *Godignus in Vita.*

Andreas Ouiedus.

P.Petrus Rodericus, adhuc eo, quo obijt, die, per dimidiam horam crudeliter ſe flagellauit: idem temporis ſpatium diebus ſingulis eodem ſui ſupplicio conſuetus impendiſſe. *P. Nirenbergius lib. de Viris ill.*

Petrus Rodericus.

P.Michaël Turrianus poſt exactos 83. annos, ſub nocte ſurgere ſolitus ad orandum, crudeliſſimis flagris ſe bonus ſenex laniabat. *Idem.*

Michael Turrian.

P.Ioannes Romerus ter quotidie flagris in ſe animaduertebat, ita vt cadauer totum liuidum à morte ſit repertum. *Idem*

Ioan. Romerus.

Simili auſteritate ſecum vſus fuit P.Gabriel Iogronius: accidit autem aliquando cum diutius crudeliſſimis flagris ſe laceraret, vt Chriſtus Dominus ei apparens affabiliter compeſceret, dicens: Sat eſt, Gabriel, ſat eſt. *Nirenbergius.*

Quia verò domeſticum hortum ingreſſus ſum, vnum alterumue præterea colligere floſculum, antequam egrediar & eorum ſuadet præſtantia & copia inuitat. Primus ſit P.Stephanus Tuccius, qui ſe noctibus ſingulis aſperrimè flagellabat, nam poſtquam aliquot ictus pedibus inflixiſſet, deinde manibus, exinde lateri, in memoriam quinque vulnerum Chriſti, totum corpus ab humeris vſque ad pedes deſcendendo laceraſſet, nouum locum plagæ nouæ B quærebat, ruſſus à pedibus ad ſcapulas recurrens, nullum corporis locum à verberibus vacuum & immunem relinquendo. *Ianus Nicius Erythræus in Pinacotheca tertia, aliique.*

P. Stephan. Tuccius.

Alter, P.Hieronymus Caruallius, qui tanto impendio ſanctam hanc exercitationem amplectebatur vt bis minimum diebus ſingulis eam frequentaret, & noctu de ſtrato ſurgens, cuidam ſe columnæ ſtrictim alligaret, ibidemque ad Chriſti Domini imitationem flagellis acriter cæderet: quibus tertium adiungo P.Sebaſtianum Barradium notæ doctrinæ ac ſanctitatis virum, qui tantus in affligendo corpore fuiſſe legitur vt ſæpe deprehenſus ſit in ipſo mediæ noctis conticinio ſe valida verberatione C atterere, ac deinde per horam oratione inſtituta, eodem reuerti, ac denique altera per horæ ſpatium precatione finita, tertiam flagellationem complere: certe vt ſerenæ noctes maximè roſcidæ eſſe conſueuerunt, vbi vicino iam ſole cælum intepuit: haud aliter tranquilliſſima animi pace vtenti Barradio, vix vlla ſine ſanguinis rore abibat nox; quamquam quid ego rorem dixi? Imber erat, quem nocturna eliciebat flagellatione, diuini amoris, cognatique in ſeipſum odij Barradius.

Hieron. Caruall.

Sebaſtian. Barradius.

Rarus quoque & in ſacro hoc virtutis exercitio mihi ſemper viſus eſt Venerabilis Pater Antonius de Roa ex ord. Eremit. S. Auguſtini, qui dum Indorum conuerſioni incumD beret, interdum flagellari ſe grauiter, & horſum atque illorſum propelli coram integra congregatione curabat, ſanguine vbertim per artus membraque effluente, vt vel ſic oſtenderet eis, quid Chriſtus à Iudæis pro peccatis eorum toleraſſet, eoſque illa ratione ad frugem adduceret. *Antonius de San Roman p.2.tract.4.*

Antonius de Roa.

Nec minus in eodem probaſſe ſe creditus P. Ambroſius de Ieſu, Minimus, qui tanto inter dicendum feruore exarſiſſe fertur, vt publicè pro ſuis ac populi peccatis in ſuggeſtu non erubeſceret ſe flagellare. Franciſc. Diagus in hiſt. Aragoniæ *cap.75.*

Ambroſius de Ieſu.

Nec prætereundus hic S. Franciſcus, cum

S. Franciſc.

ſua

ſua Minorum religioſa familia, de quo ſic B. Bonauentura cap. 5. Rigidus in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam ſtabat, curam permaximam gerens de vtriuſque hominis puritate ſeruanda, quare cum grauis quædam carnis tentatio ipſum apprehendiſſet, depoſita veſte, chorda cœpit ſe verberare fortiſſimè, *Eia*, inquiens, *frater Aſine, ſic te decet ſubire flagellum*, Corpus ſuum fratrem aſinum appellans, tamquam laborioſis ſupponendum oneribus, & crebris cædendum flagellis.

Antonius Cyrnæus.

Patris ſententiam quotquot gemuini eſſe filij voluere, complexi ſunt: Antonius Cyrnæus, teſte Zacharia Boucrio ad an. 1548. tot verberum ictibus ſemel in anno totum corpus cædere ſolebat, quot Dominum in ſua flagellatione ſuſtinuiſſe Sanctorum reuelationibus didicerat, qui ad numerum (vt quorundam fert opinio) 6666. excreuerat. Hanc vero flagellationem, in qua quinque integras horas impendere ſolitus erat, cum certo experimento didiciſſet, tanto temporis ſpatio, hunc verberum numerum expleri, Domini flagellationem appellabat.

Ludouicus Fulginas. Secundin. Aſtenſis.

Eandem vero Ludouicus Fulginas ex eod. Ord. ſæpius in anno exercebat Secundinus Aſtenſis cum Dominicam flagellationem, flagris ad ſex circiter horarum ſpatia protractis antiqua traditione apud Capuccinos conſtare accepiſſet, quadam nocte nudato corpore flagellationem ad matutinum vſque tempus protraxit. *Bouerius.*

Raynerius à Burgo.

Raynerius à Burgo S. Sepulchri tantopere ſibi flagellationis Chriſti myſterium ſumpſerat colendum, vt non ſemel tantum, ſed iterum atque iterum Domini flagellatione, quæ ex antiqua traditione 6666. verberibus conſtitiſſe legitur, per ſex horarum interualla, nunquam intermiſſo verbere corpus caſtigarit. Quam autem id Deo gratum fuerit patuit poſt mortem eius, dum Chriſti columna ſanguine conſperſa lapidi, qui in ipſius felle repertus eſt, diuina virtute inſculpta, flagrumque eiuſdem formæ, qua Capuccini vti ſolent, in ipſius corde celatum, conſpecta fuere. *Idem Bouerius.*

Vitus Hyrinenſis.

Vitus fuit Hyrinenſis ex eodem Capuccinorum ordine ſed laicus, qui vt inſolentem corporis hoſtem vrgeret acrius, inſuetis eum loris cædere, propriaſque manus flagellis armare ſolebat. Perinde vero ac ſi id illi minus ſufficeret, robuſtos præterea aliorum lacertos interdum accerſebat, ac velut auxiliares aduocabat. Porrò ad arduum hoc ac difficile mortificationis opus, cum aliquando fratrem, quo familiariter vtebatur, auxiliarem ſibi ſocium adhibuiſſet, ab eo in coquina ad columnam alligari, noctuque tam diu funiculis cædi, ac verberibus contundi voluit, quoad gemitus aliquos ederet, quos flagellator præſentiens, num, inquit, Vite, ob verberum dolorem gemis? Cui Vitus, quid de gemitu interrogas? non Vitus, ſed hoſtis ge-

A mit, tu opus tuum viriliter perfice. Ita Bouerius. Nunquid hæc lingua eſt, quam vetus homo non nouit?

Sebaſtian. à Gratter.

Sebaſtianus quoque à Gratterio vir ſanctimonià clarus ex eodem Capuccinorum ordine, carnem tam dura ſingulis noctibus flagellatione cædebat, vt totum in circuitu locum ſanguine conſpiceret rubricatum: ſacra autem veneris die ob Dominicæ paſſionis memoriam familiari flagello alterum ſingulare ex ſpinoſis mali granati virgis confectum adiungebat, quo tam ſeuerè ſeipſum excarnificabat, vt dorſi carne diſrupta, perpetuam ferè in ſcapulis plagam circumferret.

B Quantopere vero hæc dæmoni flagellatio diſpliceret, vel inde patuit, quod ſemel peracto ſacro exercitio, dum veſtem, quam exuerat, nuſquam reperiret, fruſtra omnes Eccleſiæ angulos accenſa face rimatus, tandem à dæmone in excelſam Eccleſiæ trabem delatam animaduertit, vt cum virum Dei alia ratione à ſanctiſſimo opere prohibere non poſſet, hac ſaltem arte deluderet, & abſterreret. *Id Bouerius.* Hæc eorum, qui ad ſapientiæ ſtudia dies, noctesque incumbunt exercitatio fuit, vt liquido conſtet falli eos, qui hæc intolerabilia eſſe, deſidiá nimirum fallente, arbitrantur.

Sed ſacros hos homines, ac religioſos aſce-C tas agere quod ſuum eſt, dixerit aliquis; profanis verò, ac de populo reliquis id minus conuenire. Qui ita ſapit, deſipit: errat, qui ſic iudicat, quod longis ego ac plenis rationibus non iam euincere, ſed eorum exemplis, qui media etiam in aula vitam ſanctiſſimè traduxerunt, adſtruere propoſui, quorum primas ſibi merito vindicat Birgerus vir nobilis, è ſtirpe regia oriundus, idemque B. Birgittæ Suedicæ parens optimus, qui ſingulis ſextis ferijs, corpus ſuum flagellis cædebat acerrimis, vt flagellatum Chriſtum in ſuo glorificaret corpore, & cum vitijs ac concupiſcentijs iugiter crucifigeret carnem ſuam. *Surius tomo* 4.

Birgerus Princeps.

S. Elzear. Comes.

Virum hunc nobilem ſequetur Elzearius S. Dalphinæ coniux integerrimus, qui, teſte Surio, ſæpe catenulis ferreis ſe flagellabat, dicenſ-D que pſalmum quinquageſimum, memor vulnerum Chriſti, ad quemlibet eius pſalmi verſum ter dorſum fortiter verberabat.

Anton. Maria Vbaldinus Comes.

Elzeatium comitabitur Antonius Maria Vbaldinus Monteæ Comes, qui etiamnum adoleſcens litteris operam nauans, amore Chriſtum imitandi, ſcholæ magiſtrum adijt, ſupplexque petijt, vt negligentium ritu caſtigari ſe publicè in omnium conſpectu iubeat. Coactus à magiſtro edicere, ecquid ſibi ea re vellet, qui mentiri verebatur, dixit: velle ſe hoc quantulocunque documento, quia nondum alio liceret, ſuiſe Domini clientem & diſcipulum probare, & ſeruatis veſtigijs, ad quædam eius imitamenta, quamuis impare paſſu, conari. Non obtinuit:

dt iacturam voti, per ſe flagris in corpus ad multum ſanguinem deſæuiens, compenſauit. *Bidermannus in Vita.*

Carolus V. Imper. Poſt Comites ac Dynaſtas quid vetat Imperatorem producere? erit hic Carolus V. Auſtriacus, qui de ijs, quæ olim peccauerat, graues à ſe pœnas, & quidem ſeruilem in modum repoſcens, flagellum ſanguine ſuo non ſemel imbutum ſaturauit, atque vt ſcirent poſteri, quam cara ſibi fuiſſet illa ſeueritatis exercitatio, veluti præclaram hæteditatem Philippo ſecundo **Philippus II. Hiſp. Rex. Philippus III. Hiſp. Rex.** tranſmiſit, qui diligentiſſimè aſſeruatum, Philippo tertio de manu transdediſſe memoratur, qui, dum rapta Margatita vxore cælebs in ipſo ætatis flore perſeueraret, ne ſæuiente libidine

B tranſuerſum ageretur, eius comprimendæ inſolentiæ illo vſus eſt. Neque vt vehementia Regum ingenia ſunt, mediocri fuit laude contentus, nonniſi ſanguine flagellum ponebat. Ac ne pauimento cruore infecto proderetur, purpureæ gauſapi latè expanſæ inſiſtebat, eamque purpuram ſepoſitam, clauſamque ipſe diligenter aſſeruabat. O verè dibapham, quæ poſt regium ſanguinem, vermiculi ſe prius ſanie infectam erubeſceret.

Ferdinand. II. Imper. Sed quid de Ferdinando ſecundo Cæſare, virtutum omnium Imperatore dixerim? qui ne hac quidem caruit laude, quamuis carò admodum fuerit comparanda. Didicerat enim ipſe hominem ſe eſſe, atque ideo ab hac vili condi-

C tione nullis ſe regnis, nullo ſe imperio eximi poſſe. Ergo rebelles animo ſenſus caſtigare, atque ioſolentius audentes voluptates verberibus frangere aggreſſus victorias præclariſſimas, ſed non ſine ſanguine reportauit. Poſt quos nihil **Sultan Segued Imp.** mirum ſi Sultan Segued Abaſſinorum Imperator nuper à P. Petro Pais Societatis Ieſu Sacerdote ad Chriſtianam fidem conuerſus vel ſequi non detrectarit. Audierat hic in maiore hebdomade de Chriſti ſeruatoris cruciatibus non eloquentem magis quam piam concionem: cum domum ſuam reuerſus, flagella à Patre clam iuſſit depoſci, vt ad ſui Imperatoris Ieſu, acerbiſſima pro ſalute ipſius perpericentis exemplum, à ſemet debitas pœnas depoſceret. *Litteræ annuæ* 1624.

D **Ioan. Picus Mirand. Princeps.** De Ioanne Pico Mirandulæ Principe, ſcribit Ioannes Franciſcus Mirandulanus in hæc verba: dedit & ſæpius, quod ſilentio prætereundum non eſt, de corpore proprio eleemoſynas. Scimus pleroſque, vt verbis vtar Hieronymi, porrexiſſe egentibus manum, ſed carnis voluptate atque illecebris ſuperatos; at ipſe propriam carnem, diebus illis potiſſimum, qui Chriſti cruciatus & mortem noſtræ ſalutis gratia repræſentant, in ſummi illius beneficij memoriam, delictorumque ſuorum expiationem cædebat, meiſque oculis [cuncta in Dei gloriam redcant] flagellum vidi.

Verum etiamne nuptiales inter hilaritates ac

A ſaltationes erit flagellis locus? & quidem cum aulico ſplendore, magnarumque opum oſtentatione: Ducebantur choreæ opulcota in Comitis domo, & omnia latè cantu, ac fidibus perſonabant, feſto carmine, ac nuptiali licentia, cui à flagellatione timeret nemo. Quoniam tamen huiuſmodi ſacrificio ſtata Comiti de Lemos ea erat dies, ſubijt animum cura, ne ſine conſueta victoria ſibi abiret ingloria. Sed vnde flagellum? Nunquam non prompta ſui odio ſunt arma: diſſimulanter abditum in conclaue ſecedit, torquem multo grauem auro è collo diripit, nudato tergo incutit, deque ipſo luxu, acerbo cum doloris ſenſu egregiè victor triumphat.

B Abeant itaque, & ad pudoris inſulas procul fugiant quotquot voluntarium hunc ſui caſtigandi vſum ac conſuetudinem in ſolas piorum aſcetarum mandras ac cœnobia redactam volunt, non enim à ſolis religioſæ exercitationis ſectatoribus, pia hæc animaduertendi in ſe ratio vſurpata eſt, ſed ab alijs quoque, ſecularis vitæ modum tenentibus non raro exercita fuit, quo Chriſti Seruatoris ducti exemplo, ad vitam eniterentur æternam. Sed dudum fit cum ſequioris ſexus, non ſegnioris certè in hac paleſtra virtutem diſſimulo, aut differo in hunc locum: producenda tandem ea in lucem eſt ingenuè & candidè, ne dum fortaſſis vltra æquum profertur, vmbram faciat viris obfuturam. Et

C prima quidem hic mihi ſe offert Catharina illa **Catharina Senenſis Gemina. Margarita Trigem.** Senis oriunda & gemina quidem. Virgo vna, pœnitens altera. Ad virginem quod attinet, quot diebus in corpus ſuum catena ferrea animaduertebat: hæc autem verbera quæ ſibi infligebat, ſeſquihoram durabant; donec ſuomet ſanguine vbertim purpuraretur; vt aliquam Chriſto cæleſti ſponſo, ſui cauſſa ſanguine purpurato vicem rependeret. *Raimundus in Vita.*

Ad alteram verò quod attinet, cui à pœnitentia inditum cognomentum eſt, vt hæc primum Deo ſapere cœpit, ac libidines quibus aſſueuerat auerſari, aureis catenis in verbera cuibratis, ac latè cruentatis, tyrocinium auſteritatis, qua plurimum in ſe vſa eſt, præclarè po-

D ſuit: proprius exinde illi mos, ferreis vti catenis ad flagellationem, & quidem cruentam, cui horam integram cottidie primum ſeponebat: mox paulatim impetratis à cælo viribus, ter ſingulis noctibus ad ſeſquihoram catenâ ferreâ ſe ipſa cædebat. Catharinam trigemina ex eodem ordine ſequetur Margarita: Mirum! quam hiſce exercitationibus addicta. Prior cognomento Hungarica, flagellabat ſe nocte qualibet cum ceteris, ijſque decedentibus, rurſus ipſa ſe virgis cædebat vel ſpinoſis virgultis, vel ſe ab alijs iubebat virgulis, circumpoſitis pellibus aculearis ericij ad ſanguinem vſque verberari. Quadam autem nocte, cum tenebræ eſſent denſiſſimæ ſororem abduxit ad locum ſe-

ſecretio

cretiorem vt eius manibus cæderetur, vbi cum veſtibus ſe ſpoliaſſet, lux copioſa ſuper eam de cælo deſcendit, durauitque, donec verberatione completa veſtes reſumpſiſſet. *Surius tomo.1.*

Altera vero Iprenſis dicta, quæ anno ætatis ſuæ decimo Imaginem Chriſti patientis intuita, ac verecundiæ plena, quod hactenus amorem tantum nullo ex ſe alio compenſaſſet; ſola denſam ſiluam ingreſſa veſtes exuit, & ad ſanguinis effuſionem ſe taxo flagellauit. *Hiacynth. Choquetius in Vita.*

Tertia denique erit, quæ dicitur Caſtellana, de qua Seraphinus Raſius ſcribit, ter ſingulis noctibus ſe flagellare ſolitam, vt carne omni in humeris ac ſcapulis iam detritâ, oſſa nuda apparerent.

Columba Trocaſani. Trigeminæ Margaritæ ex eadem S. Dominici familia adiungo Columbam Trocaſani, quæ dum cruciatus, quos ſponſus à carnificibus columnæ durioribus vinculis adſtrictus tulit, flagriſque cæſus feruentius contemplatur, ſenſit ſibi brachia, cruraque adeo ſtringi, vt in terram præ doloris acerbitate corruerit, vnde totum illum diem ſenſuum expers manſit: ceterum in brachijs, cruribuſque ad mortem vſque patentia retinuit tanti cruciatus veſtigia. *Ioan. Lopez.*

Fuit & eadem hæc vitæ cultuſque durities Virginibus S. Franciſci non ignota, quas inter

V. Ioanna Crucia. B. illa Ioanna Crucia non parum excelluit, quæ ſponſo ſuo Chriſto ad columnam flagellato cupiens ſimilis fieri, ſe nudam quoque ad columnam liberis manibus alligabat, quibus identidem ferreis catenulis ſe flagellabat, donec Angelus modum poneret, & ſæpenumerò quoque vinctam laxaret. *Antonius Deca in Vita.*

V. Eliſab. Rajtenſis. Huic vt Ordinis, ita & virtutis ſocia fuit B. Eliſabetha Reytenſis Sueua, quæ toto corpore verberibus diſſecto, tanta copia ſanguinem diſtillabat, maximè per ſacros Aduentus & quadrageſimæ dies, vt cuius per veſtigia cælum peteret, omnibus liquidò conſtaret. *Conradus Kiglius in Vita.*

Dici certè ſat nequit quam voluntariæ afflictationis hic labor

S. Thereſ. S. Thereſiam à Ieſu exercuerit, cum veteribus ac decantatis magnorum

D Athletarum ſtudijs componendam, flagellis aſſiduè vtebatur acerrimis, tortis non modo duris ex funibus, ſed etiam vrticis & clauis, quibus ad ſanguinis effuſionem ſe verberare ſolebat, cum reiteratione ſuper plagas præcedentes nondum curatas: tum ex ferreis catenis acuminatis, quibus cincta incedebat, & vepribus, in quibus ſe aliquando volutabat. Quibus non parum corporis valetudinem minuebat, nec ęgra vnquam verbera deſeruit, adeo vt nonnunquam ex febri in lecto decumbens ad ſolitam cum alijs monialibus ſurgeret diſciplinam. *Ex actis Canon.*

Sed maximam ſanè habet admirationem,

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A quod Sibyllina de Padua in hoc genere pietatis deſignaſſe legitur non ſemel. V. Sibyll. Hæc vna ex eis erat, quæ arctioribus ſeptis, velut domeſtico carcere concluſæ ſolitudinem colunt, vſque adeo patientis Chriſti imitationi dedita, vt ſeptem prioribus ſuæ conuerſionis annis, ſe quotidie acriter flagellaret, adeo vt ſanguis vndequaque in terram deflueret: vnde factum vt Hiemali tempore aliquoties leuare ſe volens de terra, inuenerit genua ſua eidem, in ſanguine gelu concreta: quæ tamen omnia ipſi dulcia viſa ac leuia præ cruciatibus Seruatoris, quos mente voluebat. *Seraphin. Razius in Vita.*

B. Rita de Caſſia. De B. Rita ex ord. S. Auguſtini ſcribit vitæ auctor, diebus ſingulis ſolitam, vicibus tribus

B ſe ferrea catenula, vel nodoſis funibus ad ſanguinem vſque diuerberare, & primum quidem pro defunctis deinde pro benefactoribus, poſtremo pro peccatoribus vniuerſi orbis.

Nec ſolum hæc inter cœnobitici clauſtri periſtilia naſci virtutum exercitamenta arbitrére, & extra illa in priuatis ædibus eſt reperire.

B. Doroth. Pruthena. B. Dorothea vidua Pruthena ex attenta Dominicæ Paſſionis conſideratione, ad affligendum corpus proprium, licet imbelle, adeo ſeipſam excitabat, tantumque animi acquirebat, vt illud non ſolum virgis, flagris, tribulis, diuerſique generis inſtrumentis, ijſque aculeatis cæderet, ſed etiam adhuc à teneris annis, æſtate quidem candelis accenſis ferro candente, aqua

C bulliente, pinguedine feruente: hieme autem glacie, ventis, pruina, intenſiſſimis frigoribus, quibus ſe voluntarie exponebat, mirandum in modum diuexaret. *Card. Gneſneus in Vita.*

V. Paſithea Crogi. In eodem hoc exercitationum genere admirabilis quoque fuit Senenſis virgo Paſithea Crogi, eodem cum parentibus domicilio vtens, quæ ab ipſa pueritia ſe ferrea diſciplina, aceto madente caſtigabat totoque corpore cruentabat, vndique copioſo ſanguine profluente, idque pluribus per hebdomadam diebus, ſæpè quotidie interdum tanta vehementia, vt ferreæ illæ catenulæ, quibus ſe ipſa cædebat, in partes diſſilirent, quas domeſtici colligentes & claui obſerantes, nihilominus die ſequenti diuinitus

D collectas & redintegratas in manibus eius cognoſcebant. Venturius Senenſis Abbas Oliuetanus *in Vita.*

Lucia Regis filia. Heroicum totum & in Neophyta virgine ſuſpiciendum eſt, quod de Lucia filia Regis Bungi in Iaponia noſtri ad annum 1614. tradunt Annales: hæc comitantibus eam plurimis virginibus pediſſequis, in honorem Paſſionis Dominicæ publica in ſupplicatione, facie ſaccô cooperta, ſe cum eis ad ſanguinem cædere, & patienti Domino humilis ancilla compati non dubitauit.

Aloyſia Coruatal. Quin & in hunc numerum veniat Aloyſia de Caruaial Valliſoletana virgo Deo deuota, quæ frequentibus flagellis carnem ſuam ad ſan-

Digitized by Google

guinem vſque domare ſolitá erat. Feria autem maximè ſexta in Paraſceue, quando ab hora ſexta matutina vſque ad nonam ſe flagellabat, vt flagellato Chriſto, cui plurimum afficiebatur, vel ea certè ratione conformari poſſet. Ludouicus Munnos *in vita*. Quem ipſa ſenſum ac ſpiritum ab Emeritana Eulalia traxiſſe credenda eſt, cuius dum vix duodecimum agentis annum corpus tyrannus vncis ferreis laceraret, ſanguine ſuo picta velut ſuperbè circumſpiciens ſeſe, facite, inquiebat, audacter; amici mei, & nolite timere ſic enim redditis me conſimilem ac participem patientis Ieſu mei.

S. Eulalia.

Num vero & in aulis huiuſmodi roſæ proueniant? ſic vtique reor, cuius non obſcurum teſtimonium feret Eleonora Ferdinandi I. Cæſaris filia, Guilielmi Ducis Montuani coniux: hæc quamdiu corpore valeret quot hebdomadis tertio ſe flagellabat vſque dum pſalmus quinquageſimus cum oratione dominica, & ſalutatio Angelica finiretur, ita vt dorſum eius à morte plane lacerū inueniretur. Io. Gans *in hiſt.*

Eleonora Mantuana.

Teſtabitur idem S. Hedwigis Poloniæ Duciſſa quæ non contenta plagis, quas ſuis ipſa manibus, ſibi inferebat, vt guttæ ſanguinis de eius corpore in terram laberentur, familiares etiam feminas vt ipſam crebrò, etiam vſque ad ſanguinem flagellarent, permouit. Ita nimirum cæleſtis hæc matrona carnis humum quotidie virgis proſcindebat, ſolemnibus tantùm diebus exceptis: ſed nec morbi eam reuocabant, quo minùs etiam malè valens ſe virgis cædi iuberet. *Ex actis c. 4.*

Hedwigem vt genere, ita & ſanctioris vitæ duritie non abſimilis comitabitur ſancta Eliſabeth Regis Hungarorum filia & Thuringiæ Princeps, quæ arctiori ſe obſeruationi dedens, ſexto quoque hebdomadis die, ac ferijs quadrageſimæ virgarum flagellis in tenerum corpus animaduertebat. Poſt verò proficiens, ſæpiſſimè deſerto dilecti thoro ſurgens ſe in ſecreto cubiculo per ancillarum manus iubebat flagellari. Abſente vero marito orationibus & verberibus noctes producens, reditum eius exſpectabat: *Theodoricus in actis eius.*

S. Eliſabeth Thuringiæ Princeps.

Reliquas prætereo, ac præſens caput finio, talis tantæque virtutis has eſſe exercitationes aſſeuerans, quæ cælum plaudere, ac terram faciant magna admiratione compleri, cæleſtibus gaudium, hominibus afferant & ſalutem. Priùs teſtabitur B. Mechtildis, quæ dum precibus operam daret, concentum audiuiſſe muſicum ſcribitur, non chelys aut citharæ percuſſis fidibus reſonantem, ſed flagrorum ictibus, quos moniales ſancto huic operi intentæ exprimebant, ad cælos vſque pertingentem: vnde lætari Angeli, fugere dæmones, animæ piacularibus flammis addictæ mirandum in modum viſæ recreari.

S. Mechtildis.

A Ad viuos autem quod ſpectat, promoueri hinc plurimum atque in virtutum ſtudio prouchi ſemper viſi ſunt dæmoneſque propulſare; patet vel in vno Ludouico Granatenſi viro in huiuſmodi afflictationum genere exercitatiſſimo: multa hic nocte tam acriter in ſe flagello animaduertebat aliquando, vt non cubiculum modo, ſed & via ipſa, propter quam erat, validis ictibus reſonaret. Fortè illac ibant iuuenes duo Veneri deuotam noctem malè perdituri, cum auditus flagellorum crepitus tacitos aduertit. Subſiſtunt, auremque propiùs admouent; nec mora: ſubit animos ſalutaris pudor voluptati per flagitia obſequi, ſe maximorum B criminum reos cum viri ſanctimonia primi, ſe ſupplicijs Deo immolarent. Ergo adnotatâ diligenter feneſtrâ, ex qua ſonitus acciderat ſibi ſalutaris, pedem referunt certi, prima ſtatim luce apud eum hominem, peccatorum conſcientiam criminum deponere, animoſque arcana expiare confeſſione. Nec ſegniter exſecuti ſunt, quod deſtinauerant, nam vbi diluxit, editis fratrum Euocatori cellæ indicijs, accerſiri iubent, qui eam incoleret, exceptique perhumaniter à Granatenſi, cuius ductu mox vitæ longè alias rationes iniuerunt.

Ludouicus Granatenſis.

Quod vero ad cacodæmonem attinet, Catharina teſtabitur S. Birgittæ filia, quæ priſtinæ memor libertatis, atque inſolitum horrens viuendi modum quem ſub maternis oculis tenere C cœperat, multum anxia in Suediam cogitabat. Senſit ſancta mater tentatione inimici hoc fieri, quare filiam de periculo admonuit, quæ prudenti conſilio non grauatè acquieſcens, cum tortuoſus coluber non deſiſteret, à matre ſibi perijt remedium adhiberi. Et illa, quæ iam eiuſmodi hoſtis tentationes victrix ſuperauerat, opportunum filiæ remedium dedit, moleſtum quidē carni & ſanguini, ſed quod Catharina nō reformidaret, aliquoties cædi flagellis voluit, donec omnis illa tentatio fumi inſtar euaneſceret. Non potuit namque ſuperbus dæmon tantam ferre humilitatem, & tanquam ipſe eſſet flagellatus cum ignominia abceſſit: quod S. Ambroſium non latebat cum ſerm. 22. in pſal. D 118. hæc verba expreſſit; *cædimus autem aereas poteſtates, ſi nos ipſos nouerimus caſtigare, contrà verò cædimur ab illis ac vapulamus, ſi nimium carni noſtra blanditi eiuſmodi exercitationibus abſtineamus.* quod ſanè triſtiſſimum nos Hugonis Victorini apud S. Victorem Pariſijs Canonici exemplum docebit, de quo ſic Thomas Cantipratanus *lib. 2. Apum cap. 16 num. 5.* hic etſi vitæ valde laudabilis fuerit ſemper; hoc tamen minùs perfectè feciſſe iudicatus eſt, quod diſciplinas in ſecreto, vel in Capitulo cum alijs pro quotidianis exceſſibus non accepit habebat enim carnem tenerrimam, & nimis a pueritia delicatam, quia ergo naturam, vel conſuetudinem potiùs minùs bonam, in ſe virtutis exercitio non eiicit,

S. Catharina Suecica.

S. Ambroſ.

Hugo Victorinus.

audiſ

audi quid eum contigerit inde ſuſtinere. Ad extrema venerat, cum à domeſtico, quem valdè dilexerat, adiuratus eſt, vt ei poſt obitum appareret. Addixit, ſi per vitæ ac mortis dominum hoc ei liceret: his acceptis conditionibus Magiſter Hugo defungitur, nec multo poſt redit ad ſocium præſtolantem dicens: ecce ego, quære quod vis, morari non poſſum. Tunc ille, etſi cum timore, non tamen modicè gratulatus, quomodo, inquit, dilectiſſime, tibi eſt? bene ait, nunc mihi eſt, ſed quia dum viuerem, accipere renui diſciplinam, vix vllus dæmonum in inferno remanſit, qui non mihi ictum validum dederit ad purgatorium tranſeunti. Hactenus ille, quibus & hic metam figo, Chriſto ipſo pro nobis flagellato Eccleſiaſtici verbis caput hoc
B
Eccli. 33. 18.
concludente: *Reſpicite, quoniam non mihi ſoli laboraui, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam.* Beata ſors! exquiſiuit olim per Iſaiam Dominus, *ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum corde:* vbi ex Hebræo vertunt alij: *niſi ad flagellatum:* Reſpexit Deus in faciem Chriſti contriti & flagellati pro nobis: indubiè reſpiciet in nos, qui eius imitatione flagellamur, quod probè intellexiſſe viſa eſt matrona Polonica, quæ, viſis Lublini Congregationis parthenicæ alumnis, dum magno flagellantium numero, diebus neci Dominicæ ſacratis in publicum procedunt, filiolum tenella admodum ætate ſeminudum cum ſcutica, agmini ſe verberantium inſeruit, puerum his vocibus propalam
Polonicæ mulieris feruor.
C
hortata: *habe puer grandem animum, vt iſta diſcas ætate, illius amore pati aſpera, qui tui amore mortem paſſus eſt.* Permouit ſanè ea res ita vehementer eorum, qui ſpectabant, animos, vt quod tunc in agmine non poſſent, multi poſtea domi illo exemplo, ſe flagris caſtigarint. *Annales Soc.*

Quæ ſi in paruulo hoc atque innocente puſione ſpectata perpeſſio, tantum apud multos pondus habuerit, quantum apud omnes ſynceræ mentis ac fidei viros atque mulieres habitura arbitrabimur inſontis filij Dei ac Domini noſtri flagellis inflicta vulnera, laceros artus, & cute ſua nudatas ſpatulas? quoties eas vel at-
D
tento mentis oculo quis intuitus fuerit, aut conſiderarit, teſtis mihi B. Thereſia ſit, quam ab amore non illo lubrico, ſed imperfecto, Chriſti ad columnam alligati ac flagellis conciſi animo obiecta effigies potenter abſtraxit: erat illa cute lacera, plagis totum corpus operta, maximè vero in brachio altero iuxta cubitum, hic non modò vulnus ſpectabatur, verum etiam carnis horrendè diſruptę fruſtum pendebat, fortaſſis, inquit Ribera noſter lib. 1. c. 7. hanc plagam funis, quo adſtrictus fuerat, Seruator, affrictu ſuo inflixit.

Eadem omnino ſpecies oblata Annæ de Ieſu S. Thereſiæ diſcipulæ tantos in animo eius motus concitauit, vt paucis poſt diebus mundo nuntium remitteret, totamque ſe Deo conſe-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A craret. *Didacus de Yepes cap. 7. Vitæ.* Et hæc nouorum hominum exercitia, hæc ſolatia ſunt, & amores.

CAPVT QVINTVM.

Attrita purpura Regi Gloriæ nuda humerorum contegunt, & ludicri muricis opprobrio tectum, delirantes per inſaniam exſibilant pannoſum Deum.

An diſcipulus auſit eſſe ſuper magiſtrum, aut ſeruus ſuper Dominum ſuum.

Portemus improperium eius confuſione contempta. Hebr. 12. 2. Hebr. 12. 2.

Tunc milites Præſidis exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Matth. 27. 28. Matth. 27. 28.

AD perfectam virtutum exercitationem, ad integrā vitæ nouitatem, veteris hominis iā exutis lacinijs, feliciter conſequendam, vnum hoc ſupereſſe videtur, vt quâ viâ ad laborioſum ſui contemptum Chriſtus præceſſit, Nouus homo non ſegniter ſequatur, quod melioris aſceſeos magiſtri & in experimentis Chriſtianæ diſciplinæ præcipuum, & inter vitæ illuminantis progreſſus, ordine, non reipſa voluerunt
C
eſſe poſtremum. Fuêre & inter ethnicos quidem non pauci, qui bona vtilia, virtutis cauſſa reſpuerent, fuêre, qui eiuſdem ſtudio bona iucunda contemnerent, ſed qui honorifica feriò & fortiter auerſarentur, non facile eſt inuenire: primus id Chriſtus Seruator incomparabili exemplo nos docuit, primus ipſe præiuit, qui cum eſſet Rex gloriæ, omni ſtudio, ſummiſque honoribus venerandus, non homo tantum inter homines ab omni faſtu vixit remotiſſimus, ſed ærumnis plurimis ac calamitatibus afflictus. Sub vitæ exitum modeſtiſſimè profecto tranſactæ, Hieroſolymam triumphi quadam ſpecie, iuxta
D
Prophetarum vaticinia inuectus, pueros à quibus Rex ſalutabatur, adeò non obiurgauerat, vt etiam commurmurantibus Phariſæis diceret, ſi illi tacerent, etiam lapides locuturos: cum ecce à Principibus Sacerdotum ad necem poſtulatus, iubente Præſide vt vile mancipium flagris, vita tantum non fugiente, conciſus, mortem vixdum effugerat; quare militibus permiſſus, ne quid forte regifici nominis in eo reſiduum ſupereſſet, commentitiæ purpuræ palliaſtro exornatur ad riſum, cum Rex iocularis creatus, cui circumiecta purpura non decorem in corpore, ſed ruborem pareret in vultu, ab omnibus ſubſannatur, *Et chlamydem coccineam circumdederunt ei*, ait S. Matthæus 27. 28. ſeu *purpuream* vt habet S. Marcus cap. 15. 17. aut certè *veſtem purpuream*, vt S. Ioannes cap. 19. 2.
Matth. 27. 28.
Marci 15. 17.
Ioan. 19. 2.

Cæterùm an ſtatim poſt flagellationem coronatus ſit, ita vt veſtes ſuas, quibus ad flagellationem exutus fuerat, non induerit ante ludificationem: an verò veſtimentis ſuis poſt flagellationem indutus, denuo nudatus ſit, cum purpurea veſte ludicrè circumdatus eſt, non ſatis liquet. Et S. quidem Matthæus hiſce verbis, *exuentes eum* ſignificare videtur exutum denuo fuiſſe, veluti Pilato poſt flagellationem ſententiam differente, Chriſtus veſtes ſuas iterum induerit, quibus poſtea milites, cum eis luſus iſte incidiſſet, illum denuo exuerunt. Sunt tamen Auctores probi ac docti, qui non improbabiliter docuerunt, ſemel tantum ad flagellationem, & coronationem, è veſtigio ſubſecutam veſtibus ſpoliatum eſſe, ac verba illa S. Matthæi non B ad illuſionem modo, ſed ad flagellationem quoque anticipatione quadam, referenda eſſe: fauetque Græcum *ἐκδύσαντες*, quod ſonat, cum exuiſſent, poteſtque referri tam ad flagellationem, quam ad coronationem, quaſi diceret, cum exuiſſent Ieſum flagellaturi, mox peracta flagellatione chlamydem coccineam circumdederunt ei.

Quid Chlamys apud Romanos. Eſt autem chlamys vox græca, notans pallium militare, quo & milites, & Imperator ipſe vtebatur: quamquam Imperatoria Chlamys propriè paludamentum diceretur: militare autem pallium breuius, & ſtrictius, quam domeſticum erat. Quia vero S. Matthæus *veſtem* vocat *coccineam*, & Ioannes *purpuream*, vt ſupra diximus, C S. Ambroſius in cap. 23. Lucæ, duas fuiſſe veſtes exiſtimauit, tunicam nempè purpuream, & deſuper chlamydem coccineam. Verum S. Athanaſius cum communi, vtrumque nomen eandem rem & veſtem purpuream ſignificare arbitratur, quod & Franciſcus Toletus in c. 19. Ioan. & Cęſar Card. Baronius ad annum 34. docuerunt, quâ, vt Corn. Tacitus auctor eſt lib. 4. Annal. Romanus Senatus quos Reges ſalutaſſet, donare ſolitus erat.

Cum itaque purpura Regum eſſet inſigne, milites, vt Ieſum ludum ſibi facerent, teſte Origene, *Origenes.* induerunt eum chlamyde purpurea, non quidem verè purpurea, ſed quæ colore ad purpuram accederet, ſiue vt ait Euthymius, *Euthym.* purpuræ ſimilis eſſet, vt tamquam iure meritò propter affectatum regnum flagellato illuderent, quare nec ſplendidam eos veſtem accepiſſe credendum eſt, ſed qualis forte in prætorio occurreret, ſcilicet, militis alicuius vſu obſoletam ac reiectaneam chlamidem, colore tamen coccineo ad Imperatorum, Regumque purpuram accedentem, ita vel inuiti charitatis regem facientes, quem purpureo circumdabant palliaſtro, eo verius, quam Lacedæmones, eiuſmodi ſago declarante, non poſſe concuti metu cor amoris purpurâ rubicundum. Hac itaque buſtuarij illi myrmillones, cæli, terræque Principem induerunt cauſſa tam diſpa-A ri, quam impudenter, tum vt per inſignem contemptum quia ſe regem feciſſet, veſte indutus regiâ, omnium ludibrio exponeretur: quod pulchrè annotauit Anſelmus, dicens: *quis eſt hic habens imaginem quaſi Regis, & nihilominus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletus? regali purpura induitur, ſed in ea potiùs deſpicitur, quam honoretur.* *S. Anſelm.* tum vero, vt acrius in eum Iudæos accenderent, quo regia indutum purpura proprijs ſuis iam oculis intuerentur. Tum denique, vt ad maius tormentum coccinea hæc chlamys cruentis vulneribus adhæreſcens, acriore ſenſu ab eiſdem poſtea reuelleretur.

Cruciatus ingens, atroxque ſupplicium, vnum in ſe concludens vulnera illa ac plagas, B quibus inter flagellandum antè Dominus fuerat conciſus, quod tamen in admittenda hiſtrionica illa purpura, ſummo iuuandi nos deſiderio is lubenter amplexus fuit. Reſtabat hoc ſcilicet, vt immerſâ iam ſemel in ſanguinis ſui lacum victimâ, eodem rurſus tingeretur, quo perfectam indueret purpuræ venuſtatem, & coccum bis tinctum, quod vel ipſa chlamys loquebatur. Notauit id S. Athanaſius ſerm. de Paſſ. & Cruce, *cum exueretur*, inquiens, *Dominus, eo ipſo inuiſibiliter erigebatur de diabolo trophæum:* & quo illud manifeſtũ fieret, narratur à Ioanne *purpura*, à Matthæo vero & Marco *Chlamyde coccinea* fuiſſe indutus: En dilectus tuus, ô fidelis anima, ante in alba candidus, nunc in C purpura rubicundus eſt; eleua nunc mentis oculos, & vide ſi tunica ſponſi tui hæc ſit, an non? Ecce vt fera peſſima tractauit fratrem tuum, ſponſum tuum. Apud herodem alba ſpernitur; nunc apud Pilatum purpurea veſte deluditur, vt hic ſuis opprobrijs atque iniurijs, innocentiæ nos candore, & charitatis purpura conueſtiret: qui finem diligit, media non negligit, vnde factum vt ſacri Deomyſtę, dum ad aram faciunt, & veſte alba, ſeu toga linea, & ſuper eam Caſula, ſiue planeta, quæ rubei coloris ab initio fuiſſe legitur prudenter induantur in memoriam ſcilicet veſtis purpureæ, qua impij milites dominum ad illuſionem induerunt vt auctor eſt S. Germanus in Theo-D ria, Bartholomæus Gauantus p. 3. titulo 1. alijque. *Barthol. Gauantus.* Sanctiſſimum certè monumentum, atque vna res longè digniſſima, in quam dum ſacerdoti diuinis operanti adſiſtimus, memores acceptæ gratiæ, omnes intueamur: Sacerdotes vero dum immortali Deo ſacrificant, eiuſdem recordentur, ita de S. Petro Cæleſtino commemorat vitæ auctor, *S. Petrus Cæleſtinus.* dum Lugduni coram Papa miſſam dicere inuitaretur ad pretioſa ornamenta præ animi demiſſione erubuiſſe, nec ea induere auſum eſſe; cum ecce apparuerunt diuino nutu ſimplicia illa indumenta, quibus in eremo ſua, longiſſimè iſtinc diſtante, inter ſacrificandum vti conſueuerat, quibus & hic indutus ſacrum miſſæ officium celebrauit.

Do

Digitized by Google

Balthaſſar Aluarus.

De P. vero Balthaſſare Aluario è Societate A Ieſu abſolutiſſimæ virtutis viro, cuius vita omnis artis inſtar, ſe ad virtutem fingentibus eſſe poſſit; ſcribit Ludouicus Pontanus cap. 5. cum ad rem diuinam rite faciendam, ſacris ſe veſtibus indueret, ſtudioſè ad pauperrima, ac ſimpliciſſima ornamenta oculos, manuſque conijcere ſolitum fuiſſe, dicendo, in ea quoque re vanæ, curioſæque mẽtis cupiditatẽ notari conſueuiſſe. Et certè res vna foret longè indigniſſima, vt vbi ſe Dei filius exinaniuit, ibi vermiculus

S. Chryſ.

infletur: *Propterea*, inquit S. Ioan. Chryſoſtom. hom. 60. ad pop. Antiochen. *Vos Deus hoc inſigniuit honore, vt talia diſcernatis. Hoc veſtra dignitas eſt, hoc ſecuritas, hoc omnis corona*; non *vt albam & ſplendentem tunicam circumeatis induti*, &c. B Quæ ita à me dicta hic eſſe velim, non vt ſacrarum veſtium ornatum reijcere aut improbare cogitem; ſed omnem ab eo vanitatem, & in vtentibus faſtum abeſſe debere contendam.

Habet itaque nouus homo, in quem oculos intendat, quem imitetur. Fuit Chriſtus quidem ſemper in omni corporis cultu modeſtiſſimus, hic vero in vltima vitæ ſuæ ſcena, multo deſpicatiſſimus: Qui nomine illius gloriari cupiunt reliqui corporis eius habitum non auerſentur,

S. Hieron.

neceſſe eſt; *Noui*, inquit S. Hieronym. in Ezech. *ſunt in Chriſto homines moribus & veſtibus.* Qui namque in iis honorem quærat, ne vilis habeatur, non diligit eum qui propter eum factus eſt

Tertull.

vilis: *Quapropter*, verba ſunt magni Tertulliani, *erga veſtitum & reliqua compoſitionis veſtræ impedimenta, proinde vobis curanda eſt amputatio, & decuſſio redundantis nitoris. Nam quid prodeſt faciem quidem frugi & expeditam eſſe, ac ſimplicitate condignam diuinæ exhibere diſciplinæ, cetera vero corporis laciniofis pomparum & deliciarum ineptijs occupare?*

Nec minus eleganter de vniuerſa hac re phi-

S. Bernard.

loſophatur Bernardus: *Serica*, inquiens, *& purpura, & tincturarum fucus decorem habent, ſed non præbent: quidquid tale applices corpori, exponit ſpeciem ſuam, non deponit, ſecum denique tollit, cum tollitur ipſum: porro decor qui cum veſte induitur, & cum veſte deponitur, veſtis procul dubio eſt, non veſtiti.* Ite iam & veſtem colite, pro veſte tricamini, de

B. Ephrem.

qua, teſte *B. Ephrem*. præter ignem inexſtinguibilem lucrabimini nihil. *lib. 1. de luctâ cap. 2.* Sa-

Rudolph. Imperat.

puit hic & tuto quidem ſapuit Rudolphus I. qui ampliſſimam Cæſarum gloriam primus in Auſtriacam domum inuexit, quem in veſtitu adeo moderatum fuiſſe ſcribunt, vt à plebeio

Carolus V.

differret nihil. Talis & Carolus V. Imperator auguſtiſſimus fuit, qui vt ſanguinem ab eo, ſic & virtutem hanc traxit, quod in primo ac ſolenni ſuo ad Mediolanenſes ingreſſu, ſatis ſuperque oſtendit, cum enim viæ omnes aulæis ac frondibus ſuperbirent, ciues verò veſtibus quam cultiſſimi cum aurea vmbella obuij venirent, ille & Imperator, & non ſemel Rex & princeps in lanea, ac nigra penula, vilique pileolo ſub aureum illud cælum ſe dedit. Videbant eum, & tamen quærebant, quem videbant; paſſim audiſſes interrogari, iſtene Carolus, iſte Imperator eſt, cultu tam modicus: vana plebs veſtes auro illa-

Paulla Rom.

ſus & fulgentes in veſtibus gemmas ſpectabat, non Cæſar.

Marcella.

Talem Paullam matronam nobiliſſimam celebrat Hieronymus, talem & Marcellam idem S. Pater commendat.

Monte hoc complanato, ac faſtu immodici cultus excuſſo, facilis erit ad altiora deſcenſus, cum vel ſponte ſe quiſpiam volet abijcere, vel

Ioan. ducis Albani filius.

iniuria deiectum Chriſti exemplo ſolari. Patuit id ſuperiore ſæculo in Ioanne Frederici Ducis Albani filio luculentè, qui cum grandi tactus pietate FF. Prædicatorum inſtitutis viuere decreuiſſet, ac de more ſordidis culinæ miniſterijs exerceretur, adeuntem ad ſe Patrem, eadem in veſte, qua coquo miniſtrabat, conſtans animi ac frontis filius excepit, meruitque laudari, qui ſeriò religioſum, hoc eſt, hominem nouum agere didiciſſet. Atque ita ſunt plurima, quæ procul æſtimantibus ardua, fortiter audentes nec difficillima experimur, & magnas inde referimus vtilitates, cuius & alter, nec à religione

Bernardus Colnagus.

remotus, quamuis domeſticus teſtis accedat Bernardus Colnagus, magna hic celebritate Theologiam Neapoli profitebatur, magnumque aliquid ad deijciendam, opprimendamque omnem animi elationem iam dudum medita- C batur. Stat ſententia vires experiri, atque audere. Itaque ad Rectorem adit, rogatque bona illius venia ſibi liceat ſine pallio, obſoleta in tunica, male petaſatum, ciſtaque onuſtum per vrbem otioſe obambulare. Annuente poſtulatis Rectore, quanquam obſtreperet ſuperbia, ſtrenuè tamen egreditur, deiectiſque oculis celeberrimas vrbis vias, inter puerorum ſibilos, amicorumque, quos plurimos obuios habuit, ancipitem admirationem, ac dubia iudicia colloquentium, cum alij mente mota inſanire, alij ſceleris alicuius pœnas dare ſuſpicarentur, pauci omnino ſagaci coniectura, vera dicerent, ſui victor egregius lento, ac ſuſpenſo peragrat gradu, ac humilitati præclarè operatus, domum D reuertit. Incredibile dictu eſt, quantum exinde profecerit Colnagus, etſi quid ego incredibilem illius virtutum altitudinem mirot, qui tam profunda modeſtiæ iecit fundamenta? Nec ab hac laude diſiunxerim, quas de natiua ſua cæ-

Maria Henriq.

teroquin coſmophila, relatæ victoriæ laude dignas reddiderunt, qualis ſapiens illa mulier Maria Henriquez Ferdinandi Regis Catholici Patruelis, & B. Franciſci Borgiæ olim ducis Gandiæ, poſtea vero Societatis Ieſu religioſi auia fuit, quæ abdicatis aulæ titulis, in S. Claræ monaſterio, ſeſe Deo dedicatit, cuius filia cum in eodem monaſterio Abbatiſſæ titulo præeſſet virginibus, matri pro tunica detrita nouam tradiderat, iubens veterem ſibi, indumento relinqueret;

queret, certatum vtrimque officioſe fuit, vtra attritam referret, dum neutra alteri eam concedere vellet. Ceſſit tandem mater filiæ, vt dignitati tum maiori, hoc addito, augurij loco: habe tibi, nata, veſtem meam quam cupidè affectaſti attritam. Faxit parens ille vniuerſi Deus, qui nos noſtraque reſpicit, tum demum eam abijcias, cum in Carpetanorum regno (vt poſt euenit, noſtrarum Virginum familiam inſtitues. *Ita fere Schottus in Vita B. Fran. Borg.*

Achas puer.

Num & Mater docentem hîc filium audire poſſit? certe & debeat, maximè ſi is fuerit Theodidactus. Patet in ſeptenni puero Toralti in Flandria nato, cui nomen erat Achas, de quo Thomas Cantipratanus *lib. 2. Apum. c. 28.* Molanus *in natalib. SS. Belgij*. alijque non pauci, vt de ſuauiſſimo floſculo, cuius odor omnibus iucundiſſimus vniuerſum Belgium longè lateque recreauit: Hic itaque puer matrem ſuam, cum in ſolemnitate quadam coccineis veſtibus indutam conſpiceret, ac purpura, oſtroque nitentem ad templum procedere eam ſecutus, vbi cum alijs conſediſſet, digito in patientis Chriſti effigiem intento, intuere, inquit, mater, intuere, & vide Ieſum tuum ſanguine rubricatum, vbi tu in contumeliam eius te veſtibus coccineis adornaſti. Caue mater, caue cariſſima, ne pro rubore veſtium pœnas ignium ſuſtineas ſempiternas. Audierat Mater, nec mora, domum reuerſa filij monitis obſecundans, huiuſmodi togas exuit, nec quamdiu vixit, induiſſe viſa eſt, coccinea Chriſti chlamyde, quam in faſtus noſtri exitium, olim in Pilati domo induit, non fruſtra rubeſcente.

CAPVT SEXTVM.

Sacrum Chriſti caput ſpinarum aculeis ambitur, & diuinum verticem pœnalis Coronæ pompa circumdat.

Ezech. 28. 24. Matth. 27. 29.

Non erit vltra ſpina dolorem inferens. Ezechiel. 28.
Et milites plectentes Coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius. Matth. 27. 29.

IAm is, qui ſerui formam non exhorruit, partes etiam formæ ſeruilis impleuerat, cùm præpoſteris conſilijs ſe Doctor à pueris, à filijs pater, herus à mancipijs cædi paſſus eſt. Verum hæc ſatis vſitata: à virgis venitur ad ſpinas, inauditum tormenti genus, illo plane dignum ſuaſore ac magiſtro, qui nobis fuerat Dux & auctor ad culpam, vt ab inferis emergeret ſupplicium, quo noſtra ſcelera, hoc eſt, inferorum ſordes luerentur. Inuentum furiale ac barbariem execrandam! Illuſionis autem genus teterrimum quo cruciatu non minore, quam ignominia, iocularem regem, exprobrata ambitione riderent. Vnum etiam tum ad cumulandam maximorum dolorum acerbitatem deeſſe A viderant, nihilque præterea ſupereſſe, quo hominum crudelitas progrederetur, cum ecce, heu prodigioſa ingenia! inueniunt nouum & inexcogitatum antea, poſteaque ſupplicium: Supplicium ludibrio exaggerant, ad nouos cruciatus ſæuiſſimis obſequijs graſſantur. Hactenus ſacro capiti parcitum fuerat, vt, quoniam caput omnium functionum cum animi, tum corporis diſceptator atque arbiter eſſe putatur, vnum eſſet, quod vniuerſitate dolorum aceruata, atque ad vnius arbitrium relata, totius corporis cruciatus ſaniore, hoc eſt, acriore iudicio æſtimaret: quare nunc ſpinas acerrimas punctu venenato, viroſoque, tortili nodo in orbem complicatas ſacro vertici infodiunt: quod Pilatus, *teſte S. Auguſtino tract. 106. in Ioan. aut permi-* B *ſit eos facere, aut iuſſit.* Et miremur adhuc ſi florum loco, flos campi malè cultus atque habitus progerminarit in rubos? rubos, inquam acuminatis acerbè cuſpidibus formidabiles, quæ viuaci morſu apprehenſæ, ſuam ſibi ex alieno fecere viam. Ergo huc demum illæ ceciderunt roſæ, quas olim creaſti, tu quidem, ô veris ſator, ſed hominum, qui ſe eis coronarunt, plane luxus abſumpſit, & quota iam pars viret, ac supereſt Creatori ſuo? Sed debebatur omnino dolorum Regi Rex fruticum, vt omnes in vno recrearet. Sanè cum primum in Domini vertice conſiti ſunt, aridiſſimi iam dudum ſentes, ſentire vitam vſque adeo cœperunt, vt quod aliqui Sanctorum aſſerunt, viriditatem, quam C induerant, poſt illud quoque tempus, conſtanter ac perdiu conſeruarint. Et vero, quid ni reuireſcerent inſtaurati tum demum rubi, qui roſas etiam diuiniſſimi ſanguinis protulerunt? Tunc vero, ſi vſquam alias, Verbum Dei cecidit inter ſpinas. Quo circa tu Deus & Verbi pater, retrahe iam extentam in pœnas ac valide fulminantem manum. Ne quæſo, ne ferias humanum genus, hoc eſt puerum tuum, quem vnice diligis Iſaac. Iam adornatus ad cædem & quidem inter vepres eſt agnus. Quin, & tu quoque tellus, peſſimæ execrationis aquilone afflata olim, & omni ſpoliata germinum decore, indue iterum tepenti hoc irrigata ſanguine florum purpuram, vt cum ſpe fructus boni no- D uus Adam operetur in paradiſo voluptatis; tu tamen ſpinas & tribulos germinas capiti cultoris tui, vt omne maledictum expietur, & non ſolum in ſudore, ſed in ſanguine ſui vultus veſcatur pane ſuo, id eſt, pane doloris & lachrymarum. Accipio tamen victoriæ omen. ex eodem loco pugnæ coronariam Herbam victori olim dabat victus, & obſidionalis corona texebatur è gramine decerpto, vnde ſeruaſſet aliquis obſeſſos. Non habebas in tuo ſolo, inferorum tyranne, aliud Herbæ genus, præter ſpinas peccatorum, quam Chriſto victus porrigeres, neque nos in valle hac obſeſſi, bonorum operum ſterili, aliud gramen, quod ſeruatori noſtro eius virtute

Clemens Alexand. l. 2. pæd. cap. 8. S. Gregor. Turonenſ. de gloria Mart. c. 2.

Digitized by Google

virtute à longiſſima obſidione liberati, daremus ad obſidionalem coronam. Decebat ſiquidem Sponſum, ſeruato veterum more eam inducere capiti ſuo coronam, quam dono dediſſet ſponſa: & cruciaria ſponſa, aliam non daret, quam ſpineam. Itaque factum eſt, vt quidquid vulnerariæ grandini reſiduum fuit, fuit autem diuinum illud caput, Gymnaſium ſapientiæ, regia honoris, honos gloriæ, omnibus infulis ac tiaris auguſtius, populatricium plagarum architectæ ſpinæ depaſcerent, ac per ſæuiſſimam atrocitatem direptis crinibus, perforatis temporibus, peruadentibus ad intimas cerebri medullas ſentibus acuminatis, nihil omnino florens relinqueretur in Nazareno. Quod mihi probabile fit, quamuis paradoxum multis videatur, ex ea, quæ Atrebati Spina ſeruatur quatuor digitorum craſſitiem longitudine exæquans. Vnde Petro Doulrremanno viro è Societate noſtra doctiſſimo dubium non eſt, quin cranium ipſum fuerit perforatum, & vtraque membrana, ſeu menynges pertuſæ & laceratæ, quod lethale eſt, velut ante non obſcurè id docuiſſe viſus eſt B. Laurentius Iuſtinianus *c. 14. de Agone*, vbi ſic loquitur: debuerat planè mori tanto dolore transfixus, ſe tamen reſeruauit ad vitam, vt his etiam grauiora perferret.

Teſtatur certe Agatha à Cruce, diuinitus edocta, Chriſtum in illo ſupplicio ſæpius præ dolore oculos clauſiſſe, & acuta velut morituri ſuſpiria edidiſſe.

Meminit Athenæus Dipnoſophiſtarum, id eſt cœnæ Sapientum *lib. 15. cap. 10.* Mirabilium quarundam ex ſpinis naſcentium coronarum, quaſi ambitioſæ ſpinæ ipſæ aliquando erumperent in coronas. Et ecce modo in Nazareni capite inſtaurata ſpinarum naturalis ambitio, vt regnum ſed nimio coronati dolore ac detrimento perennent.

O diuinum caput! candor lucis æternæ, vere nunc *Lilium inter ſpinas*. Quamquam en, vt ſpinæ ſanguinem elicientes, diuinum lilium in roſam commutant? quin imò inuerſa vice non ſpinæ roſam præcingunt, ſed roſæ deſſluentis ſanguinis ſpinas coronant. Antea tantummodo terra ſpinas ferebat, nunc cælum quoque, caput nempe hoc ſanctiſſimum ſpinas ferre cœpit. O veſtram nobilitatē eximiam, ſpinæ fortunatæ, hactenus ad inſidias humanorum pedum humi repraſtis, nunc ad coronam diuini capitis, ô! quantum aſſurgitis, dignæ eſtis quæ cælo infixæ aculeatos ſiderum radios augeatis, & par eſt, vt cæleſtibus è ſignis, corona illa ſtellarum expulſa, eluceſcat in poſterum in cælo Corona ſpinarum.

Sed ad diuinum noſtrum Patientem veniamus, cuius inter extremæ portenta immanitatis, diuina iam ſpinis tempora radiare cœperunt: quemadmodum S. Gregentinus teſtis oculatus ſcriptum reliquit ſ. Herbano, Iudæiſque alijs A recens conuerſis, baptiſmum excipientibus, palam Chriſtum viſum eſſe, in cuius capite Spineæ Coronæ effigies, cæleſti ſplendore rutilans conſpiciebatur. *Tomo 1. Biblioth. SS. PP.* Quamquam mirandum non eſt, quoniam roſas antequam marceſcerent in ſuam coronam luxus præcerpſit, ſolas coronandæ ſpinas innocentiæ ſuperfuiſſe. Regnandum coronato eſt. Regnum igitur in terris cape, ſed coronæ ſimile, ſiderum imperator. Quid autem coronariæ ſpinæ aliud, quam cruentum, funeſtumque tibi regnum proferant, Rex dolorum? qui tuum interim etiam in ſpineto teſtamentum ordiebare.

Quin etiam agnoſco in nouo illo ſpinarum ſerto magnificum armorum genus. Nam & populos legimus [Luciani. *de ſaltat.*] in acie B pugnaturos, ſagittas in morem radiorum circumponere capiti, indeque prompta in hoſtem iacula contorquere. Nimirum ſentiet humani generis hoſtis hunc telorum, bellique apparatum, cum tu bellator fortis, iſto radiato aculeis capite in Caluariæ monte occurres tenebrarum principi, *Eumque in luce ſagittarum tuarum, in ſplendore fulgurantis haſtæ* perterritum, transfixumque mactabis.

Verum quanto cruciatu ac pœna hoc Domino ſteterit, qui certus victoriæ coronari voluit etiam ante pugnam, quis explicet? Certe D. Laurentius Iuſtinianus *lib. de triumphali agone cap. 14.* Figendum hic greſſum, ac cum ratio-C ne tamquam æquiſſima lance diligenter æſtimandos tum ſenticoſos ſpinarum aculeos ipſa tempora perforantes, tum vero maximam delicati capitis ſenſibilitatem, vnde tam acris atque acerbus dolor exſtiterit, vt abſque miraculo fuiſſet, eidem neceſſario ſuccumbere viſus eſſet: & fauet Laurentio Græcus textus *καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν*, *Et milites plectentes coronam ex acribus ſpinis.* Acres certè & præacutæ fuerunt, quæ Domini tempora, vt ait Tertullian. *lib. de coro. mil.* Fœdantes lancinauerunt. Quot ſpinarum acumina, tot mortes: nec enim Corona ſerti inſtar paruula aut exilis fuit, ſed lata & ampla, ita docet Ga-D briel *tract. de Paſſ.* Tradens eam fuiſſe ſimilem coronæ imperatoriæ, quæ caput cingit & tegit. Idem habent Ioan. Eckius *ſerm. de Paſſ. Chriſti art. 4. conſ. 5.* Ioan. Lanſpergius *l. 3. Elucidation.* alijque dum coronam hanc complexu ſuo non ſolum circulari, ſed rotundo etiam, totum caput in modum pilei volunt ambiuiſſe, vt vertex non minus, quam tempora ſpinis tegerentur: vnde quid afflictiſſimo Ieſu conſectaneum fuerit, ipſa virgo, mater eius triſtiſſima, B. quondam Birgittæ cæleſti oraculo nuntiauit, *Corona ſpinea*, inquiens, *capiti eius arctiſſimè impoſita fuit, quæ ad medium frontis vſque deſcendebat, plurimis riuis ſanguinis ex infixis aculeis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quaſi nihil niſi ſanguis, totum videretur. lib. 4.*

Gabriel Biel.

Ioan. Eckius.

Ioan. Lanſpergi.

B. Birgittæ.

Digitized by Google

Lib.4.reuel.c.40. Corona namque ſpinea, vt refert B. Bernard. *tract. de paſs. cap. 39, non leuiter impoſita fuit, ſed inuidè impreſſa capiti dulcis Ieſu, ſatis enim conſonat veritati, vt qui oderant veritatem non ſolum opprobrium illius requiſiuerint, ſed etiam ſupplicium.* Quod dum lego, non aberraſſe crediderim, qui verba Pſalte, tamquam per repræſentationem dicta Chriſto attribuêre: *conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. Pſalm. 31.* (Pſal. 31. 4.) quæ ex Hebraicis fontibus ſic redduntur, *verſus eſt viror vel ſuccus, aut humor meus in ſiccitates æſtatis, dum configitur ſpina:* quaſi tantus ex acutiſſimis punctionibus ſanguis effluxerit, vt ad æſtiuas penè ſiccitates, & ariditates venerit comparandus.

Ad ſpinas vero ac ſentes, quibus moleſta hæc ac cruciaria Corona, velut horridis quibuſdam pilis frutificauit, quod attinet, nullum me notæ alicuius ſcriptorem legiſſe memini, qui certum eorum numerū iniuiſſe voluit, plures autem qui plagas illorum percenſuerint & punctiones S.Ioan. Chryſoſt. atque ex eo S. Bernardus mille numerauit, S.Vincentius Coronam ſpineam ait Chriſtum in capite ſeptuaginta duobus locis vulneraſſe. Daniel Mallonius in cap. 13. Gabrielis Paleoti, accuratè ſe in dominica ſindone Taurinenſi contemplatum ſcribit duas ſupra ſeptuaginta ſanguinis guttas ſatis magnas, quas à ſpinea corona iſtic expreſſas autumat. Alij plura, alij vero pauciora vulnera recenſent. Petrus Calentinus in via Crucis, Ioan. Aquilinus ſer. de paſſ. Adricomius in deſc. Ieroſ. trecentas plagas numerant. Verum, vt, quod res eſt, aperte dicam, exiſtimo difficulter admodum hic certi quidpiam ſtatui poſſe, cum de illo ſcriptum ſit nihil, & ex quo id ſequi debeat, ſcilicet, an Corona ſpinea ſemel Chriſto impoſita vnquam fuerit detracta, atque iterum reſtituta, needum ſatis conueniat inter Auctores.

Origenes. Et primo quidem Origenes exiſtimat Coronam hanc ſemel Chriſto impoſitam nunquam exinde detractam fuiſſe: quo etiam inclinat Euthymius, dum aſſerit Chriſtum morti proximum exuiſſe omnia regalia ornamenta, atque adeo chlamydem coccineam & coronam, nec vſquam exuta denuo aſſumpſiſſe commeminit.

Alij volunt Chriſto in crucem agendo ablatam quidem Coronam, ſed mox in Crucem acto reſtitutam fuiſſe nouo tormento. Ita B. Birgitta (S. Birgitta.) *lib.1.Reuel.cap.*10. ſcribit à Beatiſſ. Virgine Deipara ſibi de cælo nuntiatum: *quo facto, id eſt, Chriſto cruci affixo, aptauerunt Coronam de ſpinis capiti eius; quæ tam vehementer venerandum caput filij mei pupugit, vt fluente ſanguine oculi eius replerentur.* Et lib.7.cap.decimoquinto: *Coronam de ſpinis quam depoſuerant de capite eius, dum crucifigeretur, iterum impoſuerunt & aptauerunt capiti eius ſacratiſſimo.*

Tertullian. Fauet *Tertullianus lib. contra Iudæos cap. 13.* dicens: Chriſtum cum ſpinea Corona fuiſſe crucifixum. Idem Iſidorus Peluſiota *lib.1. epiſtola 95.* inſinuat. (Iſidorus Peluſiota.)

Ioannes Arboreus *in cap. 27.* ait Coronam hanc ſpineam Chriſto primùm fuiſſe impoſitam, eamq́ue diu geſtaſſe, ſed in Caluariæ monte ruſus illi ex iuncis alteram impreſſam eſſe, quorum aculeis mage vulneratum fuit caput eius, quam antè à ſpinis, quibus coronatus fuerat, paſſum erat. Sed contraire hæc ſententia videtur B.Birgittæ, quæ eandem numero coronam denuò eiuſdem capiti redditam fuiſſe docet. (Ioan. Arboreus.)

In ſumma, vt vt res iſta ſe habuerit, hoc certum, ſi aculeato hoc diademate ſemel duntaxat Chriſti caput tranſuerberatum ſit, paucioribus longè plagis vapulaſſe, quam ſi iterato ſpinarum agmine fuiſſet inueſtitum, quando facile eas duplicatò crediderim increuiſſe: ſiue autem priore, ſiue poſteriore modo contigerit, non abſque acerbiſſimo ac moleſtiſſimo dolore factum eſt, quem ita piiſſimus Dominus ſuſtulit, vt grauiorem quoque amore noſtri paratus fuerit ſuſtinere, teſtante Tertulliano lib. de carne Chriſti: *Dominica Chriſti tempora lacerauerunt mortiferis quidem vulneribus ſpina, ſed nouarum ſpinarum ardore ſuſtentabatur amans.* (Tertull.) Venio ad materiam, de qua confecta hæc fuerit Corona, in qua denuo conſtituenda, non vna omnium mens eſt, neque ſententia.

S. Hieronymus in cap. 3. Habacuc. & in 2. Aggæi, alijq́ue autumant fuiſſe ex Rhamno, frutice pleno ſentibus, & Hericio non abſimili. (S Hieron.)

SS.Auguſtinus, Anſelmus, Bonauentura, Vincentius, Lyranus, Salmeron, Card. Toletus, Franciſc. Suares, Guiliel. Durandus contextam fuiſſe volunt ex iuncis marinis, qui acutiſſimas cuſpides ferunt, dicente Poëta (S. Auguſt. S. Anſelm. S Bonau. S. Vincent. Lyranus. Salmeron. Toletus. Suares. Durandus.)

——— *& acuta cuſpide Iunci.*

Alij nihilominùs inhærentes verbis Euangeliſtarum, quos clarè locutos arbitrantur, de ſpinis, eis videlicet, quibus Syria abundat, ac ſentes creſpini ab incolis vocantur, compactam docent, quarum ſingulæ tribus ſpinulis conſtant. Ita creditur in regione iſta, atque ideò ſpinas ſanctas appellant, multumq́ue ad album vergunt, ſuntq́ue ſpinæ ex ramis egredientes ſatis acutæ & longæ.

Princeps huius ſententiæ eſt Cæſar Cardinalis Baronius, qui tomo *Annal. primo. ſub ann. Chriſti* 34. *nu.*86. hanc ſuam mentem explanat, & priorem refellit his verbis: Nullatenus audiendos puto, qui ex iunco marino Coronam Domino contextam fuiſſe dixerunt, cum certum ſit, Lucæ & Ioannis Euangeliſtarum aſſertione, ex ſpinis eſſe compactam, ambobus ita dicentibus: *plectentes coronam de ſpinis.* Longè enim diuerſa eſt iunci ac ſpinarum ratio: nam iunco marino nullæ, nec in fuſte, vel ramis inhærent ſpinæ, ſed eius tantùm acumina in ſpi- (Cæſar Baronius.)

nas

nas deſinunt. Sed & vnde, rogo, præ manibus, agentibus Ieroſolymis militibus marinus iuncus? cum ea ciuitas longè diſtet à littore maris. Ex ſpinis igitur, quæ circa vrbem illam naſci ſolerent, paratam ab illis coronam Domino, ratio perſuadet, & docet experimentum; cum, quæ hactenus aſſeruatæ reperiuntur, ex eadem corona ſpinæ, vere ex ſentibus eſſe decerptæ noſcuntur, proculque abeſſe, vt aliqua ex parte, cũ iunco marino communicẽt.

Mart. Delrius.

Poſt Cardinalem hunc Martinus Delrius è Societate noſtra *Theologus lectione* 9. de Paſſione Domini negat ſimiliter ex marinis iuncis factam fuiſſe hanc Saluatoris noſtri Coronam, quod iunci, cum vnam habeant cuſpidem, parum idonei ſint coronæ plectendæ: multis enim iuncis opus fuiſſet, vt eorum cuſpides caput vndique cingerent, additque proprium oculorum teſtimonium: luſtraui, inquit, non ſemel magnam illam Coronæ partem, quæ Pariſijs in ſancto ſacello aſſeruatur, vidi in Hiſpania, Legione, & in Monaſterio de ſpina, & Louanij, atque alibi Coronæ ſpinas varias, nulla earum quidquam cum Iunco marino commune habet, ſed omnes rhamnum, vel paliurum oſtentant: & Pariſienſis quidem vni rhamno plures ſpinas in latere cohærentes, quod à iunco procul eſt alienum.

Sebaſt. Barradius.

Nec diſplicet hæc opinio Sebaſtiano Barradio itidem noſtro nec interim alteram reſpuit, ſed vtramque inter ſe conciliare contendit, ſic autem ait: Reſponderi tamen poteſt, Coronam ex iuncis marinis fuiſſe contextam, non ſolis, ſed permixtis; ideoque potuiſſe caput cingere, neque videri in multis Coronæ partibus, quia cum ſint duriores, & maiores per ſe, aſſeruantur alijs locis.

Admitteretur conciliatio, niſi obſtarent propoſita à Baronio & Delrio, quibus nequaquam reſpondet, ſuntque eiuſcemodi, quæ non oſcitantem iudicem requirant, neque parum iuuentur ex eo, quod ſcribit Gregorius Turonenſis

Gregor. Turonenſ.

de gloria Martyrum *cap*. 2. Ferunt ipſos Coronæ ſentes quaſi virides apparere; qui tametſi videantur aruiſſe folijs, quotidie tamen reuireſcere virtute diuina, at in iunco non ſunt folia.

Petrus Bellonius.

Petrus Bellonius *lib. 2. obſernat. c.* 88. Diligenter, inquit, examinatis ſpinarum generibus, quod certiores fieri cuperemus, è quanam ſpina contexta fuerit Corona, Chriſti capiti impoſita, nulloque frutice ſpinoſo frequentiore inuento, quam rhamno, arbitramur coronam ex eo contextam fuiſſe. Nam neque rubum, aliumue ſpinoſum fruticem iſtic creſcentem inuenimus, præter paucas cappares ſpinoſas: Cum itaque Itali Rhamnum vulgo appellent ſpinam ſanctam, præſertim circà Maceratum & Piſaurum, hoc loco id ſubiicere voluimus.

Accedit quod veteres auctores Arabes, fruticem, quo contexta fuit Chriſti corona Alhanſegi vocent, quod Latini interpretes coronam ſpineam verterunt.

Cælius Rhodigin.

Ita Bellonius, cui conſentit Cælius Rhodog. *l. 5. lect. antiq. cap. 9.* Philetæris, inquit, planta eſt ſpinoſior, quam & rhamnum dicunt, ſuperius nomen Lydis frequens ac Myſis. Sunt qui ex hoc impactam Chriſto coronam velint. Ita vt merito iam rhamnus regnum inter ligna obtineat: regnum, inquam, iam olim, non ſine futuri myſterij tacita inſinuatione ſibi delatum.

Ex quibus tuto nec improbando ſenſu dicere nos poſſe arbitrer Coronam hanc qua Rex noſter Chriſtus à militibus redimitus fuit, ex ſentibus ſeu ſpinis non vero Iuncis contextam fuiſſe.

Huc adſis pauliſper, mi homo noue, & Ignatio Bomplano mecum te deprecante

Intuere principis, & Dei diadema;
Ille gemmas, hic ſpinas
Imponit capiti;
Ille ornatur, hic pungitur.
An quia ille alienum
Hic ſuum elicit ſanguinem?
Ille ferit, hic ſanat?
An potiùs,
Exinaniuit ſeipſum Deus,
Vt principem exornaret.
Maieſtas Principis
Maieſtas Dei eſt:
Ne ars dominandi, ſit ars vulnerandi,
Dat principi gemmas,
Sibi vindicat ſpinas Deus.

Et quales? non obtuſas aut flaccidas: ſed validas & acres, vt iam ante dictum eſt.

Quibus in hunc modum expeditis venio ad conſeruationem, ſacramque cuſtodiam tanti ac tam inæſtimabilis theſauri, quem ideò diuina bonitas nobis in hoc exilio reliquum eſſe voluit, ne vlla nos tam excellentis beneficij aliquando caperet obliuio, & Cæſar quidem Cardinalis Baronius tomo Annalium primo in ap-

Card. Baronius.

pendice inquirens, quomodo Corona hæc in tanta temporis calamitate & ærumna conſeruari potuerit, ait Pollinctores ea quæ mortuis damnatorum corporibus inhæſerant, vnà cum eis ſepelire conſueuiſſe, ex eo quod legis maledictioni ſubiecta eſſent, qua ratione ductus exiſtimat, ſpineam Coronam ſepulchro Domini incluſam fuiſſe.

Sebaſt. Barradius.

Sebaſtianus vero Barradius cenſet eodem in loco cum Cruce ac clauis ſepultam eſſe, ibique ab Helena piiſſima Principe repertam; quò autem exinde delata ſit, aut qua ratione ad Græcos deuenerit; alij inquirent, nobis in præſentiarum ſuffecerit ad cultum ſacri pignoris, & tantæ charitatis mnemoſynon, nunquam animo excidendum dixiſſe; Chriſtianiſſimum Galliarum Regnum; maxima eius parte gloriari, maximis eius Regibus Carolo Magno, ac

Lu-

Pars Coronæ Spineæ Pariſiis ſeruatur.

Ludouico ſancto tanti decoris ac gloriæ felicibus architectis.

Ad primùm quod ſpectat, auctot eſt Helinandus in Hiſtoria, occupata iam atque inſeſſa à Barbaris Hieroſolyma, Patriarcham ad Imperatorem Conſtantinopolitanum opis cauſſa conuolaſſe, à quo cum propter virium imbecillitatem iuuari non poſſet, legatos ad Carolum Magnum impetrauit, qui peterent ab eo, quandoquidem is hoc tempore, tanto negotio vacare, tantiſque mederi calamitatibus nequiret, ipſe pro ſuo in religionem Chriſtianam zelo, atque affectu labentibus rebus ſuccurrêret. Profectus cum dictis legatis in Franciam Patriarcha, ita Carolum commouit, vt is ſe Hieroſolymam profecturum, & Chriſtiano Nomini illatas iniurias vlturum prolixè polliceretur, quod & Imperatori per litteras ſignificauit, retento apud ſe Patriarcha, quo duce ac comite in via vteretur. Conſcripto itaque numeroſo exercitu Hieroſolymam appulſus, multis Barbarorum copijs cæſis, fuſiſque vrbem feliciter recepit, Chriſtianis qui ad montes, ac maritima paſſim ad loca ſe contulerant reuocatis, quibus denique firmo vbique præſidio, commeatu, armiſque probè munitis,

Corona Spineæ diuiditur & pars in Occidentem defertur.

Conſtantinopolin iter direxit vbi Græcus Imperator Victorem Carolum honore maximo ac beneuolentia complexus, obtulit ei ditiones ſuas omnes, vt ex eis quidquid vellet, optaretque ſeligeret, ac diſponeret pro arbitratu ſuo. Verum Romanus Imperator, qui nec terras, neque theſauros ambiebat, vnum id à Conſtantinopolitano Imperatore petijt, vt ſibi Coronæ ſpineæ quam aſſeruabat, partem elargiri vellet, qua ſibi oppido ſatisfactum iri dicebat. Annuit illicò Græcus Imperator, iubetque Patriarcham trium dierum antè indicere ieiunium: quo completo templum Imperatores adeunt, pedibus ac capitibus nudis ante altare proſternuntur, vbi in capſa aurea Saluatoris noſtri Corona ſeruabatur, multiſque profuſis lachrymis Dominum orant, vt parte aliqua Coronæ ſuæ, qua olim cruciari voluit, Occidentis Imperium beare velit. Quo dicto ſurrexerunt Imperatores, iuſſeruntque Patriarcham aperire capſam, quæ ſimul ac patuit, tantam ex ſe odoris fragrantiam ſpargere cœpit, vt ea per vrbem totam ſentiretur, ac plures trecentis, qui varijs infirmitatibus detinebantur, priſtinam fuerint ſanitatem conſecuti. Ipſius vero Coronæ ſentes illico virere cœperunt, tantoſque flores producere, vt ijſdem ex omni parte complerentur. Coronam diuidere cœpit Daniel Neapolitanus Epiſcopus, qui Imperatorem comitatus erat, & quo magis eandem diuidebat eo magis floribus opplebatur. Ex his Carolus plurimos collegit, oculis vbertim præ gaudio lachrymantibus, alteramque è ſuis chirothecam impleuit, atque Hebro-

A nenſi Archiepiſcopo cuſtodiendam dedit, interea dum alijs colligendis intentus eſſet. Archiepiſcopo autem plurimis præ deuotione lachrymis diffluente, nec ad chirothecam oculos reflectente, nec Imperatore intento num aliquis eandem ſeruaret lapſa eſt, dumque poſtea quæreretur inſolitum ſe prodidit miraculũ, chirotheca enim nemine eam tenente in aëre ſuſpenſa erat, virtute theſauri, qui in ea claudebatur. Rebus omnibus peractis Imperator volens dictos flores decentiori loco collocandos ex chirotheca effundere, eoſdem in præſtantiſſimum manna conuerſos inuenit, quòd hactenùs in æde S. Dionyſij religioſe conſeruatur.

B Porro dum ſacra Corona diuideretur, erat in eadem S. Sophię æde vir cæcus, ſurdus & mutus, quibus infirmitatibus iam triginta ac duobus annis afflictus fuerat, hic dum Corona è capſa extraheretur, viſum recepit, quando diuidebatur audijt, cum vero florere inciperet, locutus eſt. Quo facto adſtantes gaudio & ſtupore repleti ſunt, cum viderent renouata miracula temporis illius, quo Chriſtus inter homines conuerſatus eſt. *Hactenus Helinandus.*

Et altera quoque pars Pariſios delata.

Venio ad alterum, Sanctum ſcilicet Regem Ludouicum, quem vt ſcribit Spondanus *ad an.* 1238. cum Balduinus II. & vltimus Imperatorum Orientis auxilium flagitaſſet, oblata reliqua parte Coronæ ſpineæ, quæ magna veneratione C Conſtantinopoli ſeruabatur, illeque miſſis eodem fratribus duobus Prædicatoribus Iacobo & Andrea, quorum Iacobus Prior iſtic ſuorum fuerat, ac ſæpius Coronam viderat, eandem exſpectaret; contigit à Proceribus interim eam Venetis ingenti pecunię ſummâ oppignorari, ea conditione, vt niſi intra terminum conſtitutum, ſcilicet, feſtum SS. Martyrum Geruaſij & Prothaſij redimeretur, eam ſibi Veneti ſeruarent. Quod Ludouicus intelligens, miſit actutum pecuniam Venetias, quibus Coronam redimeret. Redemptam Legati in Franciam detulerunt, quam vbi Rex Trecas deueniſſe intellexit vnà cum Regina & Fratribus in occurſum properauit, aſſumpto ſecum Ar- D chiepiſcopo Senonenſi & Bernardo Epiſcopo Anicienſi, cumque ad portas vrbis Senonenſis Corona accederet, ipſe cum fratre nudis pedibus, ſolaque indutus tunica, ſacrum pignus in vrbem deportauit, ac tandem Pariſijs in ſacello à ſe regio ſumptu exſtructo alteri parti adiunxit, vt non immerito iſtic Sacra Corona ſeruari dicatur, vbi maior ac nobilior eius pars cuſtoditur, varijs interim in locis, eiuſdem Spinis non paucis venerationem & cultum obtinentibus ſingularem, quarum veritas ac ſanctitudo miraculis plurimis in hanc vſque diem comprobatur.

S. Spina Insula Rhodo.

Ita teſte Ioan. Franciſco Pico *lib. de Theorematis* fidei in Inſula Rhodo Spina de hoc ſerto in-

inuenta eſt, quę annis ſingulis, eo die, quo Chriſti Paſſionis memoria celebratur, accedente hora illa, qua Chriſtus crucifixus eſt, rubere incipiebat, mox albus quidam floſculus in verticem paulatim exſurgens apparebat, qui hora dilapſa & ipſe deficere notabatur. De hac ita legitur in Hiſtoria Rhodienſis Ordinis: cum miraculum hoc annis aliquot deſiiſſet, anno 1457. tempus ſolitum ſpatio trium horarum præueniens rurſum flores ſuos effudit, coram Magiſtro Ordinis qui tunc erat Frater Iacobus millius Francus, ceteriſque proceribus ac militibus religioſis. Iuſſitque præfatus Magiſter, conſentiente Apoſtolica ſede, in honorem prædictæ ſacræ Spinæ in Eccleſia ſua feſtum quotannis celebrari 11. Auguſti.

Alia eſt, cum in diuerſas mundi plagas Coronæ huius ſpinæ diſtraherentur, quæ ad præclarum S. Crucis intra muros Imperialis ciuitatis Donauerdę ſitum monaſterium Benedictinæ profeſſionis deuenit, vbi à Maximiliano Imperatore Hierothecæ argenteæ incluſa ſpectatur, ac quotannis ferè ſexta feria Paraſceues ſanguineis quaſi guttis rubeſcere videtur. Guiliel. Eiſingreinius *Cent. 1. diſt. 1.*

Item Donauerdæ.

In oppido quoque Montoni propè Eugubium, vna è ſpinis, quibus Chriſti Domini caput transfixum eſt, ſeruatur, quam iſtuc detulit Fortebrachius celeberrimus ille archiſtrategus. Hæc quotannis ſtato Paſſionis Dominicæ die, cunctis videntibus & admirantibus floret. Ita Thomas Bozius *tom. 2. ſig. 71.* Quodque hic non parua obſeruatione dignum eſt, quoties populorum magna aliqua ad Chriſti cultum acceſſio facta eſt, plerunque id euenire notatur.

Item Montoni.

Item in Eccleſia Cathedrali agri Tiphernatis ſpectandæ longitudinis Spina ſeruatur, cui adhæret vnus de capillis Chriſti Domini ſanguine illi adglutinatus, quæ in die Paraſceues, qua hora Chriſtus ſpinis coronatus fuit, vireſcere incipit, ſanguis autem colliqueſieri & quodammodo ebullire, purpureumque colorem recipere cernitur. Illud tamen maximè mirum, quod pretioſiſſimum Chriſti ſanguinem refloreſcentem, nullus abſque internis cordis lachrymis cernere poteſt. Cui vero cor durius fuerit, ac peccati ſordibus obductum, neque vt feriatur, idoneum, is ſpinam quidem videbit, capillum tamen, ſanguinemque refloreſcentem videre non poterit. Daniel Mallonius in *cap. 11.* Alphonſi Paleoti de Sindone.

Item Tipherni.

Coloniæ quoque in Eccleſia graduum B. V. Mariæ, duæ ex hac Corona ſpinæ ſeruantur, quæ ante plures annos in Euchariſtico torali depoſitæ ſanguinem ſtillarunt. *Archiua loci.*

Item Coloniæ.

De quibus, aliiſque non paucis ita S. Gregorius Turonenſis *lib. de gloria Mart. cap. 2.* ſcribit in huncmodum: ferunt ipſos Coronæ ſentes quaſi virides apparere, qui tametſi videantur *aridi. R. P. Lyræus de mit. IESV patient.*

Gregorius Turonenſis.

A aruiſſe folijs, quotidie tamen reuiuiſcere virtute diuina. Vnde iure meritiſſimo factum, vt in varijs locis atque Eccleſijs dies feſti in honorem ſacratiſſimæ huius Coronæ fuerint inſtituti, ac primum Pariſijs ad diem vndecimam Auguſti, qua à Rege Sancto Ludouico iſthic fuerat recepta. Deinde Ratiſponæ ad *diem 4. Maij.*

Nec cæleſti calculo res caruit, quo pietas hæc atque religio comprobari viſa fuit. Auctor eſt Chryſoſt. Henriquez in faſciculo Sanctorum Ciſtercienſis familiæ, cum B. Hugo bonæ vallis Abbas in generalibus ordinis ſui comitijs, prædictum feſtum ab eiſdem admitti percuperet, & plurimi ex Prælatis, ſe conſtanter oppo-

Feſtum Coronæ ſpineæ inſtitutum.

B nerent, omnes ſtatim illos intolerabili capitis dolore captos fuiſſe, vnumque, qui præ ceteris repugnârat maximè, phreneſi ac vertigine correptum eſſe: quo viſo, compungi cœpiſſe refractarios, atque in B. Hugonis ſententiam concedere, quapropter & illico ſani facti ſunt, vno illo excepto Abbate phrenetico, qui in eodem ſtatu permanſit, donec negotium communibus ſuffragijs definiretur, cui tantopere fuerat refragatus: quo facto, ſenſibus ille quidem reſtitutus eſt, ſed ita fractus & debilitatus, vt lecto exſurgere non poſſet, ad quem vir ſanctus Hugo viſens, plenam illi, virtute ſpineæ coronæ, reſtituit ſanitatem. Tanti fuit ſpinoſi huius diadematis religionem aut contumaciter ne-

C glexiſſe, aut prudenter animum ſtudiumque ad eandem adiunxiſſe.

Sed quæ ludibrij huius myſteria erant? ſi enim ridentem dicere verum nil vetat, quid vetet ludentem verum ſignificare, ſi non ex propoſito, at ſaltem ex myſterio? quod & militibus iſtis accidiſſe non dubito, qui ornatu iſto regio, non modo Chriſti regiam dignitatem, ſed etiam ipſius diuinitatem quamuis ignari, demonſtrarunt, quæ totam hanc ſcenam ad communem mundi ſalutem dirigebat, quod SS. PP. prolixè nobis teſtati ſunt. S. Athanaſius ſerm. de Cruce & Paſſ. Domini. *Sic enim, ait,*

S. Athanaſ.

D *ſpineam coronam geſtare videri poteſt, vt ſolicitudines noſtræ vitæ exſtirparet: Iniecit enim ſceleſtus ille, quamquam nolens, ſolicitudines noſtras ſuper Dominum, non animaduertens futurum eſſe, vt earum geſtatione Dominus omnes in ſecuritatem aſſereret, quo & ſementem verbi à ſpinis depurgat in ipſis eque, & in precibus mentem inconcuſſam poſſiderent. Ipſe enim in doloribus & curis erat, vt nos doloribus careremus.*

Sedulius. *Spinea Corona caput eius circumdedit, quoniam ſpinas omnium peccatorum, quæ humanum genus paſſim inuaſerant, pia ſolus humilitate portauit. lib. 5. operis Paſch. c. 12.*

Origenes *homil. 35. in Matth. In ſpinea illa Corona ſuſcepit ſpinas peccatorum noſtrorum intexens eas capiti ſuo, vt iam non ſint ſpinæ noſtræ antiquæ, poſtquam ſemel eas à nobis abſtulit Ieſus ſuper venerabile caput ſuum;*

Origenes.

N Coro-

S. Hieron. *Coronatus eſt ſpinis*, inquit S. Hieronym. epiſt. ad Oceanum, *Vt nos qui antea ſpinei & infructuoſi exſtiteramus, fructum bonæ arboris apportemus, fiatque in nobis quod ille canit:*

Sæpe creat molles aſpera Spina roſas.

S. Bened. ſe in ſpinis volutat. Huc refero, quod de magno illo Monachorum Patre ac duce Benedicto S. ſcribit Gregorius *lib. 2. dialog.* Hic dum Romæ eſſet, feminam quandam conſpexerat, cuius, dum in Eremo degeret, ſpeciem ei malus dæmon ſuggeſſit, adeoque iam cor eius inflammauerat, vt de eremo deſerenda cogitare inciperet, cum ſubito ſupernæ gratiæ ſuffultus robore, in ſpinas ſe ac ſentes, quibus ille plurimũ locus abundabat voſutare cœpit, donec lacerato corpore, voluptatis ſenſus dolore opprimeretur. Et plura quidem exinde iã lapſa erant ſæcula, cum loci ſanctitate pellectus Minorũ inſtitutor Frãciſcus, Sublacũ peruenit, vbi ſtatim ac vepruim, ſpinarumque frutecta conſpexit, inſolito pietatis ardore ſuccenſus exclamauit dicens: *Iſtæ non ſpinæ, ſed roſæ ſunt*, Exinde dumeta attrectans & exoſculans, demum ſigno crucis afficiens, in roſarium pulcherrimum diuina virtute conuertit. Quo factum eſt vt deinceps ille locus in maiore haberi cœptus reuerentia ſit, & vepretum vtriuſque Patriarchæ religione ſacratum, miræ virtutis roſas produxerit, quæ multam vbique infirmitatum medelam attulerunt. Quam cæleſtem, mirandamque omnibus Metamorphoſin perbellè quidam his verſibus Poëta depinxit:

Spinas S. Bened. vertit. S. Franciſc. in roſas.

Virgineum ſepit florem Benedictus acutis
Vepribus, & proprij rore cruoris alit.
Hinc dumeta nouas tanto fœcunda liquore
Franciſcique manu culta tulere roſas?
Falſa quidem roſeo cecinere è germine vates;
Sed latuit falſo carmine vera fides.
Scire cupis roſeus flos exeat vnde pueris,
Sola roſas potuit gignere puncta venus.

Et dictum miraculum in preſentem diem continuare ſolet Deus, qui ſacri capitis ſui ſpinas nobis omnibus in roſas lectiſſimas commutauit.

Tertull. Nec procul abluſit Tertullianus *lib. de Corona militis* ſic loquens: *Chriſtus Ieſus, quale, oro te, ſertum pro vtroque ſexu ſubijt? ex ſpinis opinor & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abſtulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens.* Iſidorus Peluſiota *lib. 1. ep. 95 Quandoquidem execrationis illius, qua terra poſt præceptum à nobis violatum, multata eſt, ſeges ſpina erat; Dominus autem vt omnem in ſe ipſo morbum curaret, aduenerat: idcirco ſpinea Corona vt victor redimitus eſt, quemadmodum, ſcilicet, clari & celebres victores faciunt, qui hoc ipſum telum, cuius ope victoriam conſecuti ſunt, in triumphum geſtant.*

S. Cyrill. S. Cyrill. Catech. 13. *Myſterium erat Corona, ſolutio enim erat peccatorum, diſſolutio autem maledictionis: accepit ſententiam Adam, maledicta terra in*

A *operibus tuis, ſpinas & tribulos adferet tibi; propterea Ieſus accepit ſpinas, vt ſoluat hanc maledictionem.*

S. Hieronym. *l. 2. ep. 18. Ideo Ieſus ſpinis coronatus eſt & noſtra delicta portauit, & pro nobis doluit, vt de ſentibus & tribulationibus feminarum, ad quas dicitur, in anxietatibus & doloribus pariet mulier, & ad virum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur, roſa virginitatis & lilia caſtitatis naſcerentur.* S. Hieron.

Quale itaque Coronæ decus! cuius materia ſumus nos ipſi, hoc eſt multitudo de nocentibus quidem & ſeruis congregata, ſed apud tribunal crucis manumiſſa. Ibi, videlicet, noſtra corpora pro auro, animæ pro gemmis, æternæ felicitati deſtinata humanitas, eſt totus ille diadematis ambitus, qui ſemel punxit caput Chri-

B ſti ſpinis & aculeis peccatorum, vt, quos ille complectitur miſericordia ſua perpetuò hæreren ſeruatori ſuo. Præterire hic nequeo quod Lactantius *lib. 4. diuinarum Inſtitut. cap. 26.* Admodum piè commentatur his verbis: declarabat id ſpinea capiti Seruatoris noſtri impoſita Corona, vt diuinam ſibi plebem de nocentibus congregaret: Corona enim dicitur circumſtans in orbem populus. Nos autem qui ante cognitionem Dei fuimus ſpinæ, id eſt, iniuſti, mali, nocentes, & ignorantes quid eſſet bonum, & à iuſtitiæ notione, atque operibus alieni, omni ſcelere atque libidine affluebamus. Electi vero ex dumis & ſentibus ſanctum Dei caput cingimus, quia conuocati ab ipſo & circumfuſi vndi-

C que ad eum, Magiſtro ac Doctori Deo adſtitimus, regemque illum mundi & omnium viuentium Dominum coronamus. Adde quod illæ ſpinæ verè dici poſſunt typus fidei, quæ ſpectat vitam æternam, quam ſcilicet ſignat ſubſtantia ligni; tum veræ lætitiæ propter coronæ appellationem; poſtremo ingentis periculi, cui tandem erepti ſumus.

Ita Chriſtus in morte ſuis vitam inuenit, in ignominia decus, in ſæuiſſimis doloribus veriſſima ſolatia, in illo apparatu deſperationis certiſſimam ſpem ſalutis, in hac ſpe fidem illam quæ nos proſtratos erigeret; quam animis noſtris inderet velut certiſſimum pignus eius felicitatis, quæ exſuperat omnia hominum vota at-

D que adeo cui intelligendæ omnis humanus impar eſt ſenſus. Et miramur adhuc, ſi rex cæleſtis poſthabuit humana diademata, ac ſpinas has ſibi delegit, quas ignorare non poterat in totidem autas diuini fulgoris eſſe vertendas? vnde conficiantur radij illi coronarij, non effigiati, vt in Regum noſtrorum coronis, ſed perpetuo accenſi igne cæleſti, non introrſum verſi, ſed extrorſum, qui vitali diuini amoris flamma piorum hominum corda, animoſque ſuccendant. Beatos illos, ac vera ſapientiæ laude præſtantiſſimos, qui eiuſmodi radijs cordis ſinum aperiant, pudeatque ſub ſpinoſo capite membra eſſe delicata. Innuere hoc viſus eſt S. Philippus Nerius, in clara luce poſt obitum S. Philippus Nerius.

ſuum

ſuum cuidam apparens, ac dicens: *Per arua ſpinis obſita incedendum eſt, ſi huc peruenire deſideras.*

Et ita planiſſime ſe res habet: qui namque vult ad Deum ire, vt ille dicebat, oportet per ſpinas tranſire, quique aliter ſapit, deſipit; non enim exhorreſcit ſpinam, qui ambit Roſam.

B. Ioannes Dei.

Patuiſſe id luce clarius arbitror in B. Ioanne Dei, qui ordinem fratrum hoſpitalitatis & infirmis miniſtrantium inſtituit: orabat hic ad Crucifixi imaginem feruentiſſimè, cum videre ſibi viſus eſt Deiparam Virginem Mariam, cum S. Ioanne Euangeliſta [ſub Crucifixi imagine erant] ab altari deſcendere, & ſpineam capiti ſuo Coronam aptare, atque inſuper audire dicentem ſibi Virginem: Ioannes per ſpinas & tribulos vult filius meus, vt multorum meritorum compos fias: Cui Ioannes Roſæ mihi, floreſque tribulationes, quas manus tua diuina mihi impertita fuerit, erunt ſemper. Antonius de Gouea *in Vita.* Nicolaus à Vagnalis *Ibid.*

Quærant alij aureas, alij Coronas laureas, Ioannes amauit ſpineam; & quænam hæc Corona? aut cuius præfert inſigne? Seruitutis. Ita Aulus Gellius, cum ait captiuos ſub Corona ſpinoſa vendi conſueuiſſe: Chriſto ſe ſeruum obtulerat Ioannes, cui ſeruire regnare eſt, quare non alia poterat corona redimiri. Auctor eſt Athenæus *lib. 2.* Perſarum Reges oleo vngi ſolitos fuiſſe, quod in Caramania ex ſpina exprimebatur. Tales Chriſti ſpinæ ſunt: Chriſtianos vngunt & coronant in Reges, ſed Chriſto Regi Regum auctoratos. Olim Belli duces in Galeis ad terrendum hoſtem varia ſigna ferarum geſtare ſolebant, vt Draconum, Tigridum, Leonum, Baſiliſcorum, &c. Ioannes ſpinas, de quibus Dioſcorides: fama eſt ramos rhamni feneſtris impoſitos veneficia depellere: ſunt quoque amuleta contra phantaſmata ait Cælius Rhodiginus, tutius certiuſque ſpinæ illæ, quas Ioannes capiti impoſuit ad terrendum infernum, eiuſque ſubſeruient fraudibus, plagiſque auerruncandis.

Virgo anonyma.

Quam Ioanni huic viam ad Chriſti imitationem aperire ſpinæ creditæ fuerunt, eandem eximiæ cuidam virgini, à vitæ ſanctimonia commendatiſſimæ ad eiuſdem conſpectum ſtrauiſſe viſæ ſunt: dudum hæc magnis precibus, ac votis à Dei bonitate contenderat Sponſum ſuum Ieſum, qualis, dum infantilibus in annis matris virginis vbera ſuxerat, intueri. Cum ecce die quadam, cum feruentius orationi incumberet, apparuit ei Ieſus infans, ſed aſpero veprium, ſpinarumque faſciculo inuolutus. Quid agat hic pia amaſia? manus extendat ad ſponſum amplexandum? ſpinæ obſtant: ore diſſuauietur? labia vulnerabit. Quid multis? corde oculos proſequente, totoque conamine in dilectum abſorpto, intelligit: cum qui Chriſto potiri deſiderat, paratum eſſe debere & ſentes, ac ſpinas perpeti, neque aduerſa vlla poſſe

R. P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

A formidare. Ita Petrus Gottefredus *in pallio Sponſi cap. 3.*

Et verè ſe res ſic habet: nam vt bene cecinit poëta.

Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæis latebras nec ſpoliat fauis,
Si fronti metuat, ſi timeat rubos;
Armat ſpina roſas, mella tegunt apes.

Auream ſententiam? ac dignam planè, quam Chriſtiani omnes attentis auribus excipiant! factiſque expingant.

In quam rem ſcitè Clemens Alexandrinus Pædag. *lib. 2. cap. 8.* Vbi, poſteaquam vanum, fluxumque roſarum vſum è gentilium ſuperſtitione damnaſſet, loquitur in hunc modum: *Accedit his, quod à ratione alienum eſt, vt qui audiuerimus Dominum fuiſſe ſpinis coronatum, ipſi venerabili Domini paſſioni per ludum inſultantes, habeamus capita floribus redimita.* Nouerat id certè Miles ille non temerè glorioſus, de quo Septimius Tertullian. librum integrum conſcripſit: *Proximè,* inquiens, *facta eſt liberalitas præſtantiſſimorum Imperatorum L. Septimij Seueri Patris, & M. Antonij Caracallæ filij. Accipiebant ſinguli milites donatiuum ſuum, tranſeuntes per ordinem, & cum accipiebant expungebantur, id eſt notabantur puncto, ſignabanturque vt conſtaret, quis accepiſſet: in caſtris milites laureati. Adhibetur quidam illic magis Dei miles, quam laureati alij, ceteris conſtantior fratribus, ſcilicet Chriſtianus, qui ſe duobus Dominis ſeruire non poſſe præſumpſerat, ſolus libero capite, non vincto laureâ illâ, coronamento in manu otioſo. Vulgata iam & iſta diſciplina Chriſtianorum ducebat. Denique ſinguli deſignare, notabant digito, eludere eminus, infrendere cominus in noſtrum. Tribuno defertur & perſona iam ex ordine acceſſerat. Statim Tribunus, cur, inquit, tam diuerſus habitu? negauit ille cum ceteris ſibi licere. Cauſſas expoſtulatus, Chriſtianus ſum, reſpondit. Militem Deo glorioſum! Ibidemque grauiſſimas penulas poſuit, reuelari auſpicatus, militiæ ſe exauctorauit, incipiens agnoſci Chriſtianus:* Ait Baronius eundem ſtatim fuſtibus cæſum eſſe, quos præ caſtrenſi corona lubens ſuſtinuit ne ſpinis Domini ac Saluatoris illuſiſſe videretur. Pergit eodem libro Tertullianus: *Et quis patriarches, quis prophetes, aut ſacerdos, aut ἄρχων, vel quis poſtea Apoſtolus inuenitur coronatus?* Non negat tamen idcirco Chriſtianum laudabiliter poſſe coronari ſed negat coronari debere aliter, quam, vt Crucifixus noſter, ſpinis. Hæc eius ſit Corona nuptialis, regia, pontificia: hæc Corona olympica, militaris, caſtrenſis.

At agrum non habes, in quo vepres proueniunt: habes hortum domeſticum, in quo ſponte naſcuntur ærumnæ, miſeriæ, calamitates: his adde ſpontaneas corporis afflictationes: ſpinarum ſatis eſt, quibus ad Chriſti paſſi exemplum, ſpineam tibi Coronam texas, non minus dilecto gratam, quam ſi ex paliuris confeceris diadema. A quo nō longe diſcedere arbitrer, aut

Digitized by Google

dicto, vacare myſterio, quod, cum alij Reges, ac Principes Inſignibus ſuis diademata aurea, ſeu gemmea imponere ſoleant, Ieroſolymitanis ſtemmatibus nullum hactenus imponi conſueuerit, cuius non vnam, nec ab hoc noſtro ſcopo abludentem cauſſam, rationemque inuenio: &

Primo quidem, quoniam nec Chriſtus illud in hoc mundo admiſit, cum enim turbæ vellent eum Regem conſtituere, *Fugit in montem ipſe ſolus.* Ioan. 6. 5. & coram Pilato liberè conſeſſus eſt, *Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo.*

Ioan. 6. 5. Ioan. 18. 36.

Secundo. Idcirco Corona ad ornatum & ſplendorem Ieroſolymitanis ſtemmatis non imponitur, quia è Crucibus conſtant, quæ ipſæ ſibi Coronæ ſunt, nec aliunde ſplendorem & gloriam mutuari debent, ſed ex ipſis potius alia: vnde factum eſt, cum Godefridus Bullonius aſſerta in libertatem terra ſancta, occupatiſque Ieroſolymis victor vrbem intraret, in qua Dominus ſpinis coronatus eſt, aureum, gemmiſque inſertum diadema procul à capite ſuo eum reieciſſe, quin potius huius loco voluiſſe ſerto ſpineo coronari, quæ cauſſa eſt, vt in huius pientiſſimi Principis, & ciuitatis, regnique Hieroſolymitani ſtatuis, Imaginibus, & ſtemmatis Coronæ aureæ pro more non conſpiciantur. Sed horrida potius è vepribus ac ſpinis ſerta: Ita Guilielmus Tyrius *lib. 4. belli ſacri cap. 4.* Vnde factum vt nonnulli eum ex catalogo Regum Hieroſolymitanorum expungant, teſte S. Antonino *p. 2. hiſt. tit. 16. cap. 13. §. 8.* Sed addit ipſe & verè: Mihi autem non ſolum Rex, ſed Regum optimus, lumen & ſpeculum videtur aliorum. Non enim conſecrationis munus ſpreuiſſe credendus eſt, ſed perituram ſæculi pompam humiliter declinaſſe, vt immarceſſibilem gloriæ coronam alibi conſequeretur.

Godefrid. Bullonius.

Addo ego, vt vel ſic ſpineum Chriſti ſertum eminus veneraretur. Et rectè id quidem, ac ſanctè, ab illo namque aculeato diademate, quod è dumis conſerto ſpinarum agmine, ſummi Regnatoris caput circumambijt, omnis Regum Chriſtianorum ſalus & dignitas promanauit, cui coronæ ac ſceptra omnia merito famulentur, quod teſte Curopalatæ Imperatores Conſtantinopolitanos non latuit, quod ait in Eccleſia ſolitos diadema ſuum deponere, illudque in manus Diaconorum, quoties ad ſacram menſam accedendum eſſet, conſignare.

Imp. Conſtant. Ceremon.

De S. Ludouico Galliarum Regum ſanctiſſimo, ſcribit Gaufridus ſerta è roſis, aut floribus contexta, aut alia id genus nunquam permiſiſſe liberis ſuis feria ſexta capite geſtare: quamuis Ioannes Holcot *lect. 21. in Sap.* Id per regnum vniuerſum lege lata extendat.

S. Ludou. Rex.

Eiuſdem animi fuit eadem in purpura Rex Angliæ Eduardus; cum enim inauguraretur Corona & Regno; & ex omni ciuitatis domo, quaqua tranſiret, tam ſerta quam flores ſoluti

S. Eduard. Rex.

A ſpargerentur in tranſeuntem, Dominicæ memor coronæ exclamauit: E cælo pater æternus Coronam in filium demiſit, ſed ſpineam. Hac primitus Rex cæli inauguratus eſt, & ego florea, aurea, gemmea Rex terræ inaugurabor? per me, per ſuperos non faciam. *Maluenda in ſpec. Princip.* Amabat nimirum Rex conſentire cum Chriſto, nec ſuſtinebat ſub ſpinoſo capite membrum habere ſe delicatum.

Nec abſimili gubernabatur ſpiritu & ipſa regio ſanguine progenita S. Eliſabeth, cum Chriſti ſpinis ac ſentibus conſpectis, auream à capite ſuo proſcripſit coronam: ſed de hac alibi fuſius.

S. Eliſab.

Regis filiam Philippa Caroli Gelriæ & Renati Lotharingiæ Ducum; huius vidua, illius B filia imitata eſt, dum marito vita functo, poſteaquam ſe Muſſiponti Virginibus S. Claræ adiunxiſſet, è ſcutis ſubmouit gentilitijs tam Gelriæ quam Lotharingiæ ducales Coronas & ſpineas, earum loco, repoſuit, ſic pium animi ſui ſenſum teſtata omnibus, qui Chriſti domini ſui ſpinas Regum faſcijs ac tiaris longiſſimè anteponebat.

Philippa Gelrica.

Sed modica hæc, plus aliquantulum homini nouo audendum eſt, vt ei ſimilem ſe præbeat, quem in archetypon pingendæ imaginis elegit: *Si verè me Regem vobis conſtituitis*, Dicebat olim Rhamnus *Venite & ſub vmbra mea requieſcite*, adeſte & ſub capite veſtro quod rhamno aculeato coronatum cernitis, requiem animabus C veſtris quærite: & quanta! Deo laus, eorum multitudo, qui ſpinoſis aculeis minime abſterriti, ad rhamnum in Chriſti capite, vt ad regem ſuum confugerunt, ſtationemque iucundiſſimam, etiam inter medias ſpinas inuenerunt, re & loco ipſo homines Noui.

Iudic. 9. 15.

Agmen ducet S. Edmundus nobilis ille Cantuarienſium in Anglia Præſul, hic quantopere Coronæ ſpineæ doloribus communicarit, ſatis docet viſum matri eius Mabiliæ in ſomnis obiectum, quæ nocte quadam filium ſuum vidit coronam ſpineam ferentem in capite, quam flammæ vndique ſuccenſæ incenderent, vt ad ſidera vſque pertingere viderentur. *S. Antoninus 3. p.* D *tit. 19. cap. 10.*

S. Edm. Epiſc.

Benedictus Rhegienſis ex ordine S. Franciſci Capuccinorum, amore Chriſti ſpinis coronati incenſus, orarat ſæpius, vt vel vnius ſpinæ particeps fieri poſſet: atque huius tandem voti compos factus, apparente ſpina confixus fuit: eaque compunctione tam ingens in Benedicti animo charitas exarſit, vt ab eo tempore nunquam ſe à Chriſti charitate auelli poſſe exiſtimaret. *Bouerius in An.*

Benedictus Rhegienſ.

Ioſephus Bareinonenſis ex eadem familia, cum in Hiſpania die veneris ſancto, de Chriſti cruciatibus verba faceret, Concioni finem impoſiturus ſpineam Coronam acutiſſimis dumis obſitam, tanta vi capiti ſuo impoſuit, vt vndique per frontem & genas ſanguis deflueret. *Idem.*

Ioſephus Barcinon.

Huic

Huic ſupparem vel æqualem adiungo è Societate noſtra P.Ferdinandum de la concha, qui Mexici in Paraſceue dum pro concione de Christi paſſione diceret, loco crucis, quam manibus comprehenſam populo oſtenderet, crucifixum ſe repræſentauit, imponens capiti ſuo coronam acutiſſimarum ſpinarum, quo in ſtatu ad finem vſque perſiſtebat, diffluentibus hinc inde ſanguinum guttis. *Litt. Ann.* 1607.

Ferdinand. de la Concha.

De Vito Hyrinenſi Capuccino tradit Boucerius, Spineam coronam dumis acutiſſimis obſitam in cubiculo repoſitam ſeruaſſe, quam ſæpe, vt Saluatori ſpinis coronato languorem pro languoribus viciſſim rependeret, capiti ſuo impoſitam & compreſſam ſecreto geſtabat. Ita Ioannes Troyius Minorita, vt auctor eſt Henricus Sedulius, dormire ſolitus ſuper magnam Crucem ligneam, ad memoriam coronati pro nobis Chriſti, coronam ſpineam capiti ſuo induebat.

Vitus Hyrinenſis.

Ioan. Troyius.

Nec Cælum abnuere interdum clara luce viſum fuit: Ita refert ex annotatione Henningij Gerhardus *tomo 3. Locorum Theologicorum p.* 104. anno partæ ſalutis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, primo Coronam ſpineam cum imagine Chriſti Saluatoris in cœlo viſam eſſe, quo pietas hæc mortalibus foret commendatior, & imitatio iucundior. A ſpontaneis hiſce ac voluntarijs Athletis venio ad illos, quibus cruciaria iſta Corona per vim, ac præter arbitrium impoſita eſt, magna tamen patiendi conſtantia, animique gaudio lata, exceptaque.

Et tales quidem fuere decem illa Martyrum millia duce Achatio quos vbi Religionis noſtræ hoſtis acerrimus Maximinus perdere ſtatuiſſet, ad impios conuerſus ſatellites impius Imperator, ita legitur eſſe locutus: noſtis filij mei, quomodo Chriſtianorum Deus, ſpinea coronatus eſſe dicitur corona, latuſque eius lancea apertum; Iubeo igitur, vt & hi cultores eius & in huiuſmodi fiant eius ſequaces: talem namque Regem tales decent milites, qui à regalibus ipſius inſignijs non diſcrepent ne qui eos viderint, ipſos ad eam pertinere fortaſſis non putent. Veram protulit tyrannus de conformitate Paſſionis Sanctorum militum ad paſſionem Chriſti ſententiam, quamuis non ſecundum debitam intentionem, Id ſiquidem quod ipſe proferebat irriſorie veriſſima Chriſtianæ Religionis aſſertione, veriſſimum erat. Chriſtus Ieſus namque Deus & Dominus noſter in ſuis militibus & ab omnibus nobis hoc requirit, vt ſi conregnare cum ipſo in futuro voluerimus, cum ipſo hic quoque patiamur: quia non coronabitur ab eo, niſi qui legitimè certauerit.

Decem millia MM. in monte Ararath ſpinis coronata.

Acquieſcunt repente carnifices crudeliſſimi præcepto crudelioris tyranni. Spinas acutiſſimas, quarum in ijs locis facile inuenitur copia, colligunt, ſerta quaſi victis & fatuis regibus imponunt. Inſuper lanceolis præacutis, eorum li-

Carthuſiani MM. in Bohemia ſpinis coronati.

R.P. *Lyræus de imit.* IESV *patient.*

A tera vulnerantur, diffluunt ſanguinis ſtillicidia tantâ copiâ, vt hinc quaſi tota eorum corpora ſanguineo rubore tingerentur. Has pœnas fortiſſimi milites Chriſti cum indicibili mentis pertulere conſtantia Deo hilariter gratias agentes, ipſum laudantes ex animo, quia pro nomine ipſius talia pati digni habebantur. *Ex actu MM. apud Aloyſium Monarinum.*

Quo modo vitæ nouæ candidatos habuit in monte Ararath prope Alexandriam Maximinus, eodem, id eſt, impio, tractauit Zizka crudeliſſimus tyrannus religioſos Patres Carthuſianos in Bohemia, Pragæ: rem narrat Georgius Bartholomæus Pontanus à Graitenbergh Eccleſiæ Pragenſis Præpoſitus in Bohemia Pia, B his verbis: Zizka cœperat populum anno Domini 1406. contra Vencellaum Regem concitare, vt & Monaſterium Carthuſienſe à Ioanne Cæco ſplendidè erectum ſpoliarent, & incenderent: Vndecim viros Religioſos probos & ſenes ſertis coronarent ſpineis, illuſos in ciuitatis antiquæ cuſtodiam deducerent, ſaltante coram illis quodam laico Marſick nomine, induto habitu ſacerdotali, calicem manu gerente. Carthuſianorum hic vnus poſt preces ſuas ſingulis noctibus, [licet optime forent cuſtoditi] euanuit, vſque dum octo tantum reperirentur, qui poſtea agnito miraculo, ſaluo conductu dimiſſi ſunt. *Hæc ibi.*

Nec ſegnius Huſſitis hic Caluiniſtæ rabijſſe C viſi ſunt, vnum Andreæ Sauſſæi teſtimonium in Gallicano Martyrologio attuliſſe ſuffecerit, Franciſcus inquit, Tholoſanus ex ord. Prædicatorum dum fidem Catholicam factis adſtruit, & verbis propugnat, ob zelum veritatis & conuerſionis errantium continuum ſtudium ab hæreticis in Gallia ſpinis coronatus eſt, ac denique telis confoſſus.

Franciſcus Tholoſan.

Nec innocenti ætatulæ hæc laurea defuit, qui namque Crucis ſuæ gloriam huic communicare non noluit, quomodo aureolam hanc denegare potuiſſet? Viuit etiamnum Iudaica impietas, cumque Chriſti non poſſit amplius, Chriſtiani certe ſanguinem fundit crudelius, dum odijs ſuis ſanguine innocenti litat. Tragæ-D diam non vnam ſpectauit Anglia, dum in vrbe Norduicenſi Guilielmus puer à perfidis Iudæis corona ſpinea redimitus in crucem agitur, quia Chriſtianus erat. *Polydorus lib.* 16.

Iterum dum Lincolniæ S. Puer Hugo in cruce inſtar placidæ cuiuſdam roſæ corona ſpinarum cinctus ſuauiſſimam animulam exſpirat. *Hiſt. Angl.*

Ingemuit, dicam an applauſit eiuſmodi triumphis non ſemel Hiſpania, dum maximæ patientem Chriſtum tantilli quoque pueri retulerunt, quos inter vnus nobis haudquaquam reticendus Chriſtophorus, qui Guardiæ regnantibus Ferdinando & Iſabella octennis puer, è dumis, denſato ſpinarum agmine horrentibus, contex-

tâ cinctus coronâ, denique in formam crucis extenſa victima, omnium ſtylis ac cultris præda ceſſit. *Ex actis.*

Verùm robuſta hæc atque Heroïca contentio imbecilles animos deijciat, aut omnibus, quantumuis ad vitæ nouitatem aſpirantibus nō expediat fortaſſe; quare aliud Apoſtolica traditione in Eccleſiam deriuatum eſt, ſcilicet vt qui à communi hominum vita recedentes, nouum, ſiue exquiſitius viuendi genus ſelegerunt, crine in modum Coronæ præciſo ſanctæ nouitatis admoneantur, fiatque Clericis tonſuræ ſignum quoddam, quod in corpore quidem figuretur, in anima vero perficiatur: quo fiat, vt in nobis vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ, quaſi crinibus exuti, renouatis inde ſenſibus, vt comis rudibus, eniteſcamus, *exſpoliantes nos* iuxta Apoſtolum *veterem hominem cum actibus ſuis, induentes autem nouum, qui renouatur in agnitione Dei*; quam renouationem in mente quidem fieri oportet, ſed in capite demonſtrari, vbi mens ipſa potiſſimum dicitur habitare. Quod verò detonſo vertice, infrà circularis Corona relinquatur, hæc cauſſa eſt, vt iugem ex animo memoriam Spineæ Coronæ capiti Domini noſtri Ieſu Chriſti à Romanis militibus olim impoſitæ nunquam dimittamus: de quo ritu ita legitur apud Bedam de geſtis Anglorum *lib. 5. c. 22. Inter omnes*, inquit, *quas in Eccleſia, vel in vniuerſo hominum genere reperimus tonſuras, nullam magis ſequendam, amplectendamq; iure dixerim eâ, quàm in capite ſuo geſtabat ille, cui ſe confitenti Dominus ait: tu es Petrus.* Et Paulo poſt: *neque ob id tantùm in coronam attondemur, quia attonſus ita eſt Petrus, ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſſionis, ita attonſus eſt; idcirco & nos, qui per eandem Paſſionem ſaluari deſideramus, ipſius Paſſionis ſignum cum illo, in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte, geſtamus. Sicut enim omnis Eccleſia, quæ per mortem ſui viuificatoris Eccleſia facta eſt, ſignum ſanctæ Crucis in fronte geſtare conſueuit, vt crebro vexilli huius munimine, à malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, & crebra huius admonitione doceatur, ſe quoque carnem cum vitiis & concupiſcentijs crucifigere debere, ita etiam oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus neceſſe habent pro Domino ſe continentiæ finibus aſtringere, formam quoque Coronæ, quam ipſe in Paſſione ſua ſpineam portauit in capite, vt ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum portaret, id eſt, exportaret, atque auferret à nobis, ſuo quemque in capite per tonſuram perferre, vt ſe irriſiones & opprobria pro illo libenter, ac prompto animo ſufferre, ipſo etiam frontiſpicio doceant; vt coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſemper exſpectare, proque huius perceptione & aduerſa mundi, & proſpera contemnere deſignarent.* Quorum affinia etiam tradit Albinus Flaccus de diuinis officijs. Rhabanus de Inſtit. Cleric. & alij. Sed non omittenda monitio quam Sirmondus noſter ad *epiſt. 3. lib. 6.* epiſtolarum Sidonij, non importunè ſuggeſſit. Tonſura, inquit, Clericalis ita olim fiebat, vt circulus tantummodo capillorum emineret, inſtar Coronæ: ſic enim ſcribit S. Gregorius Turonenſ. de S. Nicetio, ab ortu ſuo hic clericus deſignatus fuit, nam cum partu eſſet effuſus omne caput eius, vt eſt conſuetudo puerorum, à capillis quidem nudum cernebatur: in circuitu vero mediorum capillorum ordo apparuit, vt putares ab ijſdem Coronam Clerici fuiſſe ſignatam. Hodie apud nos antiquam Coronæ formam ſoli ferè monachi retinent, nam breuis ille orbis in vertice: quo Cleri pars magna vtitur, inſolens olim, atque inuſitatus in Eccleſia fuit: vt docet *Canon. 40. Concilij IV. Toletani.*

Coloſſ. 3. 9.

Beda.

Apographicæ huius ac typicæ Coronæ exſors femineus ſexus, archetypam amare cum ſponſo maluit, itaque vitæ nouæ, quam in eo ſuſpiciebat, dignitatem, vires vltra, ſortemque naturæ ſtuduit æmulari. Et primana quidem in campum hic prodit *S. Catharina* virgo Senenſis: addixerat hæc ſe feminæ cuidam fœdo admodùm carcinomate laboranti, nec iam ſtipendium aliud præter calumnias ferebat. Subtriſti eam ob cauſſam nonnihil, ecce Chriſtus adeſt geminam manu Coronam prætendens, hanc auro, illam ſpinis rigentem, iubetque optionem facere: Illa haud neſcia, qua ſponſus corolla ornatus eſſet, ſpinas inuadit, non niſi per viam crucis ſequi ſe velle ſponſum profeſſa, eaſque capiti imprimens adeò profunde, vt longo exin tempore graui capitis dolore, à punctione ſpinarum fuerit afflicta. *Nicolaus Burgheſius in vita.*

S. Catharina Senenſis.

Catharinæ gentilem, ac popularem ſuam ex eadem Senenſium ciuitate adiungo Paſſideam Crogi, eiuſdem mentis ac pietatis conſortem, quæ feria ſexta maioris Hebdomadæ, Paſſionis gloriam cum Chriſto participare deſiderans, ab apparente ſibi Domino Cruci affixo, circum caput ſuum plurimis punctionibus ac plagis vulnerari cœpit; deinde Chriſto ſub humana ſpecie ad eam viſente, admirandis fuit cæli fauoribus recreata: tenebat cæleſtis amaſius manu vna floridam Coronā, altera vero ſpineam, dicens: Paſſidea, vtram eligis? illa, nihil ſibi carius poſſe accidere, quam pati pro Chriſto proteſtata mox audijt, ſapienter dixiſti, quare tota animo incenſa, Coronam ſpineam arripuit, eaque ſe ſtatim coronauit, manentibus punctionibus, ac plagis in capite, & ſæpè ſanguinē emittentibus. *Venturius Senenſis in Vita.*

Paſſidea Crogi.

Nec à prioribus receſſit, ætate licet iunior B. Magdalena de Pazzi ex Ord. Carmelitano, huic *anno 1585. die quarta Maij*, qua varijs in locis Coronæ ſpineæ feſtum celebratur, apparuit Chriſtus, dicens: velle ſe eam participem reddere Coronæ ſuæ. Ad quæ Magdalena: quis vnquam Rex fuit, qui propriam de capite ſuo capiat coronam, vt coronet ſponſam ſuam, &

B. Magdalena Pazzi.

faciat

faciat eum Regiam? Veniat, veniat itaq; ſuper me Corona, quæ poſita fuit in capite ſponſi mei, in deriſum, contemptum ac pœnam. Nec mora, acceptam manibus Hirſutam ſentibus ac dumis coronam, aſtante virgine Deipara, S. Angelo Martyre, & S. Catharina virgine Senenſi, eam capiti ſuo altiùs impreſſit, manſitque eâdem tribus horis redimita. *Vincentius Puccinius.*

Chriſtina Aquilana.

Huic meritò accenſeam B. Chriſtinam de Aquila ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, quæ feria quinta maioris hebdomadæ inter miſſarum ſolennia, dùm *Gloria in Excelſis* caneretur, humi ſternitur velut exanimis; nihil autem eo die notatum eſt, ſed poſtero viſum caput eius ferro ſpineo coronari, tam duro atque atroci modo, vt per frontem ſanguinis riui decurrerent, & faciem totam cruentarent, concurrēre ad nouum ſpectaculum ſorores: Immobilis manſit totum illum diem, ſabbato ſancto cum Sacerdos *Gloria in Excelſis* repeteret, erexit ſe in genua, & ad orationem ſe cum alijs vertit. Ab officio in cubile ob debilitatem relata, rogatur admirabilis huius ecſtaſeos ſucceſſum explicare; cùm illa geſtiuiſſe ſe ait à primis ſtatim annis aliquantulum pati cum Domino paſſo, adeoque rogaſſe crebro dolores minimos eorum, quos pro humano genere pertuliſſet, ſufferendos ſibi concedere dignaretur, contigiſſe vero id tum ſibi & ſentiſſe acutiſſimarum ſpinarum aculeos cum eiſdem ſignis, quę ab improbis ſatellitibus Saluator accepiſſet. *Cornel. Curtius in Vita.*

De B. quoque Clara Arimihenſi ex ordine S. Franciſci ſcribit Daniel Clemens *in Hiſtoria Vitæ*, dùm audita concione in paraſceue de ſupremis Chriſti cruciatibus ſeorſim ſe recepiſſet, inter meditandum de cruentis hiſce, quæ audierat myſterijs, ſpineam ſibi ſenſiſſe imponi coronam, adeò grauem, vt ceruicem per dies 15. inflexerit.

Ex quibus clarum fit, quantopere ſponſas ſuas cœleſtis ſponſus diligat, ac varia amoris ſui teſtificatione non deſinat honorare, patuit id, & ſingularem quidem in modum exquiſitè eluxit in Mariana de Ieſu ex Ord. de Mercede: cui, poſteaquam ſe crebris meditationibus ad toleranda multa pro Sponſo excitaſſet, Chriſtus ipſe apparuit corona ſpinea redimitus, quā illico ex capite ſuo deſumptam, eius capiti impoſuit: ſecuti mox dolores acerrimi, qui tota reliqua vita perdurarunt. *Hieronymus Quintana in Vita.*

Mariana de Ieſu.

B. Rita de Caſſia.

Quid autem dixerimus de B. Rita de Caſſia ex Ord. Eremitar. S. Auguſtini: quæ audita de ſupremis Chriſti cruciatibus concione, adeò eiſdem afficici cœpit, vt domum reuerſa, ſe ad pedes Crucifixi abiecerit, rogans obnixè, vt ſaltem vnius ſpinæ ex Corona ſua dolorem ſentire poſſet: cùm ecce ſpina vna lucido immixta radio ex Corona in frontem eius immiſſa eſt, quæ vulnus, ac dolorem ei non modicum ibi excitauit, qui reliquâ vitâ totâ eam nunquam dimiſit, vermibus ſcatebat plaga, quos Angelos ſuos appellabat, ſanies tamen ex ea fluens, nulli, niſi ipſi graueolentiâ ſuâ moleſta erat, quam tamen æquo animo Rita tolerabat, propter eum, qui in ſancto, diuinoque capite ſuo, tanta pro nobis perpeti voluit. *Gaſp. Man. in Vita, Curtius Bz. o. &c.*

Maria à Maſſa.

In eadem propemodum claſſe reponenda eſt B. Maria à Maſſa Virgo Itala, oratione & continua dominicę Paſſionis memoria inſignis: hæc multis ſæpè precibus à Chriſto paſſo contenderat, vt qualibet ſexta feria cum ſponſo aliquid tormenti pateretur, cum ecce illi ab eo conceſſum eſt, vt diebus illis in capite, cruciatus iſtos ſentiſceret, quos ille paſſionis tempore in ſua Coronatione fuerat expertus. *Iacobillus de SS. Fulginatibus.*

Longè profectò ſecius de huiuſmodi ſuſtinendis pœnis Heroides has iudicaſſe neceſſe eſt, quam nos, ac noſtri ſimiles hodieque ſentimus, ambiebant illæ, nos iſtas fugimus, illæ obtentis gaudebant, nos dolemus & querimur, illæ ſe hiſce beatas credebant & felices reputabant, nos miſeri & infelices & dici volumus, & ipſi declamamus: aut illæ errarunt, aut nos fallimur, ſed erraſſe, qui per eas cælum conſecutæ ſunt, nemo dixerit, ergo nos falli, & grauiter falli confitendum eſt.

Eia quiſquis in hoc errore verſaris, oculos aperi, & quà tot Virgines, tot graues matronæ, præceſſerunt, vel eas ſubſequi ne formides.

Lucretia Alciata.

Lucretia Alciata Comitis Placentini vxor pati cum Chriſto deſiderans, ab eo ſummis precibus dolorem aliquem eius gratia ſufferendum petiuerat, cum voti compos facta caput ſuum tanquam veprium aculeis redimitum transfodi ſubinde ſenſit, & lætata eſt. *Ann.* 1608.

Maria Raggij.

Maria Raggij pia Vidua poſtquam diu, multumque oraſſet, vt dolores quos Chriſtus patiens noſtri amore ſuſtulerat, pro modulo degustare poſſet, participem eam Dominus fecit Coronæ ſpineæ, quæ participatio non in vno tantùm ſenſu doloris ſita fuit, ſed foris quoque punctionum veſtigia, ac plagulæ ſanguine rubricatæ circum caput apparuerunt, quibus adeò affligebatur, vt niſi eam Deus ſuſtinuiſſet, pridem ſuccumbere ac deficere viſa fuiſſet. *Petr. Ioan. Saragoſſa in Vita.*

Suſanna Mantuana.

B. Suſanna Mantuana ex Ord. Præd. poſt 12. annorum preces, quibus enixè petiuerat particeps fieri cruciatuum Chriſti ſalutem noſtram operantis, apparuit ei Saluator, vtque in capite dolores Coronæ ſuæ ſpineæ ſentire poſſet, maxima charitate indulſit. *Seraph. Razzi.*

Catharina Ciaulina.

Catharina Ciaulina ex 3. Ord. S. Franciſci, Paſſionis Chriſti amatrix eximia, deſiderarat à Domino perſentiſcere aliquem paſſum doloroſæ tribulationis eius, quicunque denique ex

ed by Google

nimia eorum mulritudine is eſſet, cum tandem audita fuit: die veneris itaque, feſto S.Thomæ Apoſtoli *an.*1618. Amoroſa cogitatione coram V.Sacramento in Coronationem Domini abſorpta, tanto compaſſionis ardore affecta eſt, vt inſolitus quidam irrepens dolor, circa tempora & cranium eius paulatim augeretur: animaduertit igitur ſe cum dilecto coronari, hæſitque ſic internè coronata, vt prædixerat, diebus 17. ac totidem noctibus, ſpiritu læta ac gaudio maximo delibuta, quod tandem voto ſuo potiretur, donec 9. Ianuarij ſeq. anni feliciter exſpiraret. *Antonius Randezius in proceſſu Canonizationis eius.*

Ida Louanienſis. B.Ida Louanienſis ex ord. Ciſtercienſ. in ambitu capitis ſui ſigna gerebat externa, quæ ſpineo ſerto per Chriſtum redimitam, vt erat Paſſionis Dominicæ amantiſſima, comprobabant. *Hagiolog. Brabantiæ.*

Catharina Raconiſia. B.Catharina Raconiſia patiendi pro dilecto auida petierat valde, cruciatibus eius communicare, cum ecce ei dolores Coronæ ſpineæ impertitus eſt Dominus, quæ à ſummitate verticis vſque ad ceruices circulum tantum cranio impreſſit, vt paruus infantis digitus commode inſeri potuiſſet, notis ſanguineis ſubinde apparentibus: dolor autem erat immenſus. Ioan. Franciſc. picus Mirandulanus teſtis oculatus, idemque ſcriptor.

Franciſca Romana. S. Franciſca Romana quæ ſanctitatis ſuæ odore non vrbem ſolum, ſed & orbem repleuit, inter cetera Chriſti cruciamenta, Coronæ ſpineæ miro quodam modo afficiebatur, idque tali ſucceſſu, vt iuxta conſiderationis eius modum, ſupplicij quoque acerbitatem ſentiret, adeo vt in momenta ſingula moritura crederetur. *In Vita.*

Stephana Soncinas. Stephana de Soncino ex ord. S.Dominici Feria ſexta maioris hebdomadæ patientis Chriſti cruciatus attente meditans, iuſſa à Deo fuit in præcipuis corporis ſui membris Chriſti Ieſu paſſionibus communicare, vnde factum vt ſigna Coronæ ſpineæ, adeo profundè capiti eius impreſſa fuerint, vt illa Mantuæ à Marchione, eiuſque coniuge, Duciſſa Dertonenſi., Protonotario, alijſque viſa fuerint. *Seraphinus Razius in Vita.*

Margarita Agullona. Margarita Agullona Setabenſis, Virgo ex ordine S.Franciſci ſacræ paſſionis Dominicæ myſterijs addictiſſima, à ſponſo obtinuit, Coronæ ſpineæ cruciatus quos ipſe pro ſalute hominum tolerauit, perſentiſcere, quibus ipſa ſe, præ omni regali diademate præcellere, atque eminere exiſtimabat.

Daça *lib.4.cap.*34. Torres *in practicis exhortat. fol.*38. Salazar *lib.*3. *Chron. Caſtel.* Neque ſemper hæc pietas, Deoque fœta Religio obſtetricantem cæli manum præſtolata eſt, ipſa ſubinde & ſibi fabricare coronam & capiti conuenienter aptare viſa eſt: Id ſaſti Ordinis S.Do-

A minici de B.Roſa à S.Maria teſtatum faciunt, **Roſa à S.Maria.** quam aiunt acerbis Chriſti cruciatibus dediriſſimam, ex argenti lamina Coronam cum 90. aculeis ſibi fieri procuraſſe, quam octo annorum ſpatio, ſui affligendi cupidiſſima portauit, cum qua etiam vltimum vitæ diem clauſit. *Ioan. à S.Maria.*

Catharina Riccia. Nouerat hæc quod Catharina Riccia ex eodem ordine vel ſero didicit: apparebat ei Deipara Virgo, offerebatque Coronas tres, auream, argenteam, ac ſpineam, eligere iubens, quam vellet: quid Catharina? argenteam elegit, auream in cælo receptura. Cum Virgo Mater: en fides erga filium meũm: en eius imitationis ſtudium, pari detrectas. Monita Catharina ſpi- B neam popoſcit: ſed nec eam conceſſit, verùm in tempus, filijque diſtulit voluntatem. *Philippus Guidus in Vita.*

Sed non omnes iſtuc emergunt, tamen
Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur vltra.

Animum ſcilicet eo ſaltem paſcere ac nutrire ſpectaculo, quod ſpinea nobis Corona exhibuit in vertice Nazaræi, vt ſi rem ipſam forte conſequi, nequiuerimus, eius tamen fructu non deſtituamur: teſtatum id faciet Hippolytus Galantinus, habebat hic in vicinia proſtitutæ pudicitiæ feminam, cuius perditionem cum doleret, eam ingenioſo commento expugnare aggreſſus, **Hippolyti galantini feruor & zelus.** tabellam, in qua Chriſtus Dominus, ſpinis euinctus tempora, multoque fluens ſan- C guine eleganter depictus erat, ſpeculi in morem adornat, ſuſpenditque ad feneſtram, vt vomiſſimarum feminarum moris eſt; tum ſe identidem ad illud, velut ſpeculum componit. Id conſpicata proſtibula, mirari, ac viri vulgo ſancti leuitatem pluſquam muliebrem, plurimo irridere cum cachinno. Tum Hippolytus vultu ad animi dolorem pietatemque compoſito, nouo generis ſpeculo, procacem in mulierem obuerſo, illius oculos euerberauit, animumque improuiſo ſpectaculo attonitum ita perculit, vt mox impetrata ab Hippolyto imagine, ſeculi transfuga, in pudicitiæ caſtra ſe contulerit. Nulla ſane vnquam femina felicius ſe vidit in cryſtallo, quam hæc quæ ſordes ſuas in Chriſto Deo fre- D diſſimè conſperſo contemplata deterſit. *Ioan. Rho. lib.*1.*cap.*3.§.9.

Ex quibus omnibus alijſque non paucis, quæ modo prætermitto, conſecutionem hanc infero, aperta veritatis euidentia liquere ſat omnibus, nullam iam poſſe reperiri ſpinam, quæ homini ad vitam nouam aſpiranti dolorem inferat, cum illæ omnes, quæ ceteras aculeatis ſuis punctionibus tranſcendebant, in Chriſti capite ſui acerbitatem ſpiculi poſuerint, nec iam ſit, quæ luctum pariat, ſed flores progignat. Queſtus fuerit aliquando *Filius hominis* non habere ſe vbi caput reclinet, caput, inquam, ſentibus hiſpidum; ſpinas enim, quia dolorem inferebant, auerſari homines didicerat, nunc verò con-

contrarium edocti, nec à ſpinoſo capite abhorrent, ſed cordis ei ſinum aperiunt, atque in ſpinis delicíantur.

CAPVT SEPTIMVM.

Arundinem par ludicro Regno ſceptrum Dominicæ dexteræ milites inſerunt: pro plauſu alapæ, pro acclamationibus conuicia, pro ſalutationibus contumeliæ dantur.

Ita canitur, vbi virtus patitur.

Thr. 2. 15. Thr. 3. 46. *Abiectionem poſuiſti me in medio populi mei, plauſerunt ſuper me manibus omnes tranſeuntes viam, ſibilauerunt & mouerunt caput.* Tren. 2. 15.

Matth. 27. 29. *Poſuerunt Arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem & percutiebant caput eius.* Matth. 27. 29.

Dextera Domini fecit virtutem, dum Arundinem manu apprehendens, firmat in haſtam.

IAm vepribus funeſti ſanniones in caput innocentis Ieſu deſæuierant, cui vel leuiſſimi doloris ſenſus eſſe ſolet acerbiſſimus, nec diuinæ ſapientiæ veriti ſacrarium, verticem illum regnorum omnium gloriam dumetis horrentibus vſquequaque transfixerant; cùm vnum præterea deeſſe ad regium inſtrumentum animaduertentes, iocularia ſcilicet poteſtatis inſigne, manus illas præpotenti cælorum ſceptro graues vnius arundinis ignominia complent: quo ſtolidè exultantes, Cælitum atque hominum Regem ruſſatum iam ſatis ſanguine ſuo, coccinea inſuper chlamyde, tamquam regio paludamento amictum, arundineum ſceptrum manu tenentem, quaſi ludicrum & adumbratum Regem in ſella collocant [quem lapidem fuiſſe marmoreum ſcribit Adrichomius in formam ſedis exciſum, ac Romæ in Eccleſia S. Crucis religioſè aſſeruari teſtatur] & velut actores in fabula, aduocatâ in atrium vniuerſâ cohorte Regem ſuum ambiunt, ſupplices in genua procumbunt, timidi venerantur. Tum vero quaſi in ſcenæ cataſtrophe mutata perſonarum facie, ingenti omnium plauſu riſuque, perſonâte conuicijs atrio, ambitioſum ſcurram proclamant, exſibilant, explodunt: alio pugnis malas eius cædente, alio capillum diſtrahente, alio calcibus latera ſuffodiente: quod non obſcurè ante prædixerat, cum de aſcenſu ſuo in Ieruſalem diſcipulos cõmonefaciens, in ceteris, filium hominis tradendum iſtic gentibus ad illudendum non ſemel aperuit. Sed quid? an credere non liceat, ſi non excuſſos, loco ſaltem motos & quaſſatos

A dentes omnes tot ictibus? ita ſane per Ieremiam queſtus legitur Thren. 3. 16. *Fregit inimicus ad numerum dentes meos.* Piiſſimè autem eloquens hîc Bernardus rem totam velut in ſynopſin contrahens, ſic voluit concluſiſſe. *Attende,* inquit, *quis ille eſt, qui ingreditur habens imaginem quaſi regis, & nihilominus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletur. Coronatus incedit, ſed ipſa etiam eius corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum caput eius diuulnerat, regali purpura induitur, ſed potius in ea deſpicitur, quam honoretur. Sceptrum in manu geſtat, ſed eo ipſo caput eius reuerendum feritur. Adorant coram ipſo poſitis in terra genibus & Regem clamant, & continuò ſputis amabiles eius genas ſublinunt, maxillam palmis & honorabile collum exhonorant.* Sic Thren. 3. 16. S. Bernard.

B dignum illud ſideribus caput, illud ſapientiæ domicilium: manus illæ diuinitatis ſceptro pares, ille Rex gloriæ, ante quem curuantur, qui portant orbem, factus eſt infimæ plebis ac militaris licentiæ ludibrium plane, ac pila, dum iocularis in fabula Rex luditur ac ſalutatur, ſcilicet hæc auctoramenta gladiatorum ſæuitia poſtulabat, hæc tot celatum vulneribus corpus emblemata requirebat. Et cum hæc omnia fierent, mitiſſimus ille Agnus nullam vocem ex ore ſuo, tamquam ſi mutus eſſet, emiſit: nec honorem hunc reſpuit, & qui paucis ante diebus oblatum ſibi à quinque hominum millibus re-

C gnum aſpernatus aufugerat, nunc funeſtam inaugurationem regnumque ſuum auidè complectitur Rex dolorum. Ita pergite buſtuarij gladiatores, pergite, quia vel inuiti charitatis Regem facitis, quem purpureo obtegitis palliaſtro, is namque verius, quam Lacedæmones, huiuſmodi ſago declarat, non poſſe concuti metu cor amoris purpura rubicundum. Lancinate mortiferis ſpinarum vulneribus ſacra tempora, vt veſtris vepribus pabulum fiat ignis diuino in pectore æſtuantis. Date pro ſceptro arundinem, ne deſit ad ſcribendum calamus nouum amoris opus, plane diuinum, Deo ipſo auctore in lucem editum ardentiſſimæ charitatis.

D Sed illuſerint te, Rex optime ſæculorum, iſta ferali vt libet, pompa, ſacrilegi ludiones, non tu magis oculis tuorum places ſciſſili palliaſtro perſonatus in ſcena, quam lucis amictus paludatus in cælo. Manus iſtæ etiam fragili cum calamo fabricare queunt auroram, & Solem, nec iſtud pretioſius eſt ſideribus compactum, quam ſentibus compunctum caput.

Verum ô! tu Pater Cæli terræque conditor, totius fons Diuinitatis, qui filium Imperij tui conſortem, partum intelligentiæ tuæ immenſum diligis, cur nondum tonas? nondum è cælo fulguras, tanta filij vexatione tam graui iniuria laceſſitus! exſpectaſne vt aliquando tandem inimicorum rabies expleta deferueat? inſoleſcet potius, ac nouis artibus acuent crudelitatem ſuam, velut enim parum hactenus præſtitiſſent,

Digitized by Google

Matth. 27. 29. ſtitiſſent, *acceperunt arundinem ex dextra eius, & percutiebant caput eius*, tamquam ſtulti, vt ſcribit S.Thomas hunc locum explanans, qui ſcilicet fatuis modis ad regnum aſpiraſſet. Reges olim accepimus conſueuiſſe ſupplices in ſignum fauoris ſceptro tangere, hic contra, è manibus huius regis eo accepto, ipſum verberant, non Regem, ſed motionem proclamantes, ambitam Regis dignitatem in caput eius retorquentes, S.Chryſoſt. adeò vt, teſte S.Ioanne Chryſoſtomo *homil.*88. *in Matth.* non membrum vnum, ſed corpus vniuerſum atrociſſimas iniurias pateretur. Languebat Caput afflictum corona, calamo pugni, facies ſputis, maxillæ alapis, reliquum corpus flagellis, nuditate, amictu chlamydis, adoratione ſimulata; quid iſtis vel ad B contumeliam grauius, vel ad ſenſum eſſe poteſt moleſtius? quamquam impiam irriſionem paucis poſt annis Ægyptij, conſimili ſanè ludificatione Hebræorum Nomini reponent. Redibat à Caio Imperatore in patriam, ſubſtiteratque Alexandriæ Herodes Agrippa Iudæorum Rex, cum Alexandrini, qui virum gentemque oderant, vt nouum Regem irriderent Ioſephus lib. 8. Philo. Karrabam hominem inſanum in medio ſtatuunt capiti eius coronam è iuncis imponunt, pro chlamyde ſtoream, pro ſceptro Arundinem addunt, pro ſatellitio adoleſcentes prælongis cum perticis circumſtipant, de genu adorant, theatrali Regem clamore conſalutant, Deo ſic permittente, ac tandem iniuriam, quam olim C Herodes huius Agrippæ Patruus, cæterique Iudæi Chriſto intulerāt, vlciſcente: neque enim ſimile vero eſt Pilatum hæc conciuiſſe, ſed eo conniuente milites in gratiam Iudæorū cōmentos eſſe quod *Ioan. Chryſoſt. in Ioan.* diſertis verbis aſſerit, dum Pontificum ac ſeniorum factione, à quibus ſuperiori nocte amplam pro comprehenſione Chriſti pecuniam acceperant eò impulſos exiſtimat, vt regni affectati inſaniam Chriſto nequiſſimè exprobrarent: quod illi non ſegniter exſecuti, dexteram illam rerum omnium effectricem, inani ac vacuo ſceptro, leui ſc. arundine impleuerunt. Felicem Arundinem! quam meritò Tertullianus *lib.* aduerſus Tertull. Iudæos, Nouum vocat noui Regis inſigne, D nouæque gloriæ poteſtatem ac ſublimitatem. Et ſanè iure optimo gemmis auroque omni pretioſior eſt, digna quam gemmeis calculis diuites Hierothecæ, ad poſteros tranſmiſère, partem Andecenſi Cœnobio Superioris Bauariæ, in monte ſancto, cuſtodiente, quam olim Maximilianus I. Imperator ſceptro argēteo affabrè elaborato includi fecit: Alteram vrbium principe Roma in Lateranenſi baſilica ſeruante; tertiam verò ad Aquas-Grani, Auguſto Caroli ſactario poſſidente.

Atque iſthic quidem exaruiſſe eam nemo ambigat: non ſic vtique in libris, fœcundiſque SS. Patrum ingenijs, vbi quam pios, doctoſque A ſenſus nobis protulerit, atque etiamnum quotidie proferat, operæ pretium erit, videamus: ac primus hic auribus meis inſonat melleus ille ſacræ eloquentiæ artifex Ambroſius, dum ita S. Ambroſ. *lib.*10. in Lucam proloquitur: *Arundo vel ſecundum Matthæum comprehenditur manu eius, vt humana fragilitas, iam non ſicut arundo moueatur à vento, ſed operibus Chriſti corroborata firmetur. Vel ſecundum Marcum caput eius percutitur, vt ſolidata diuinitatis attactu, noſtra conditio mutare non poſſit. Et rectè id quidem; ex quo enim Diabolus ſuper genus noſtrum regnare cœpit, & nos inſtar arundinis conquaſſauit, in regale ſceptrum & triumphi ſui ſymbolum arundinem prætulit, ſed verus Rex Meſſias & regno eum ſpoliauit & ſceptrum de manu abſtulit, nempè bacu-* B *lum arundineum, quem manu dextera ac forti apprehendens ſolidauit, regniq; ſui Virgam, fixumq; baculum fecit.*

Idem præ cæteris celebrat Athanaſius: S. Athanaſ. *hinc eſt*, inquiens, *quod Chriſtus arundinem accepit, cum illi à Diabolo* [per milites ſcilicet] *porrigeretur, ignaro quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim Arundo ſerpentibus letalis eſſe, atque inde potiſſimum interfici. Cum igitur ipſe Dominus Sabaoth fugientem Draconem, & magnum illum ſerpentem diabolum perſequi ſtatuiſſet, tamen eius rei cauſa, id, quod ei exitiale erat, ab eo accepit, vt ſuis, proſperiſq; rebus debilitato diabolo, iis, quæ Chriſti erant, homines fortiores redderentur. Quare quod Dauid in Goliath deſignauit, qui ſumpto aduerſarij* C *gladio, eo ipſo illius caput præcidit; idem quoque Saluator fecit, ſumens arundinem ab illo, vt nos non ſolum liberaret à verſutia ſerpentis, ſed etiam illum ſerpentem tolleret, & mortuum exhiberet.* Serm. de Paſſ. & Cruce Domini.

Tertius Euſebius eſt Emiſſenus, Euſebius Emiſſenus. qui ad gentium variarum morem alludens, quas canna pro penna vſas legimus, ſceptrum, inquit, ex arundine datur, vt iuſtus in cœlis, peccator in terra ſcribatur.

Eodem reſpexiſſe viſus Chriſtianus Druthmarus, cum dixit: *Calamum in manu habet, quia peccata ſcribebat: ſagittæ namq; paruulorum factæ ſunt plagæ eorum.* Super quo Auguſtin. *Paruuli de cannitiis ſibi tela texunt & dum feriunt, ſibi manus* D *feriunt; ita Arundo, quæ Chriſti caput percutiebant intrabat in manus eorum & perforabat eas, per quæ enim quis peccat, per hæc & punitur. Sap.* 11. 17. *Iob* 40. 16. Behemoth in ſecreto calami dormire dicitur eratque homo arundo, inanis & vacua: venerat Chriſtus in mundum ad hominem redimendum, diuinaq; gratia fugato dæmone implendum, quare in ſignum victoriæ geſtare voluit arundinem propria manu.

Cum Princeps, aut Rex aliquis pro iudiciario tribunali quidquam decernit arundinem manu tenet: Chriſtus iuſtitiæ facturus ſatis in mundum venerat, quapropter & in actu iſto arundinem geſtat.

Claudo ſapientiſſima S. Ambroſij, quo cœpi animad-

Digitized by Google

animaduerſione *lib.7. in Luc.c.23. Arundo,* inquit,
in manu Chriſti ſumus nos, nulla validioris naturæ
radice fundati, & ſi lenis aſpirarit proſperioris auræ
ſucceſſus, vago motu proximos verberamus. Fluuios
amant arundines, & nos labentia mundi caduca dele-
ctant. Eſt autem homo de ſæculi inanitate ſpecioſus,
fructu autem veritatis vacuus, exterior placens, nullus
interior: ad omnem ventorum motum ſpirituum im-
mundorum flatu mouendus: Eadem quoque ratione
calamus eſt, mentis mobilitas, & arundo vento agita-
ta, ſunt qui in proſperis eleuantur & in aduerſis de-
primuntur. Itaque oportet nos Chriſti manu teneri,
ne omni vento moueamur. Atque hæc Domini-
cæ dexteræ virtus eſt, hæc victoria, quam
nouus homo in ea abſconditus, illius ope repor-
B tat; dum mille appetitus ſannis, atque ludibrijs,
perſtat immobilis, vnum referre Chriſtum de-
liberatus.

Et hac quidem ex claſſe cenſendus, ſi aliquis,
S. Edmundus Rex. Edmundus Rex eſt, æterna Angliæ gloria. Hic
ann. DCCC. LXX. cum Ingar Daniæ Rex, va-
ſtitate Angliæ illata ad eum miſiſſet, qui regias
gazas, veluti ſuæ iam victoriæ præmia, ni totas
mallet amittere, diuidere ſecum iuberet, forti-
ter reſpondit, ac barbarum hoſtem ſummi Nu-
minis ira, vindictaque, quam incurreret, pro-
pulſauit, vnde maiores in iras is verſus, captum
non regiis catenis onerauit, ſed flagris ac ſan-
nis ſeruilem in modum acceptum illuſit, ac de-
mum ſcopum eſſe militum ſagittis iuſſit, vt in
C corpore vulneri nouo non eſſet locus: quę om-
nia fortiter æque ac leniter ſuſtinuit, eius ex-
emplo quem ſibi propoſuerat imitandum. *Ba-*
ronius.

S. Martin. Exiſtimaſſet Turonenſium Præſul Martinus
ſe Chriſti exſortem fore, niſi veſtem Domini
ſui deſcriptam ſymbolis induiſſet, forte ruri ſo-
litarius obambulabat, cum ignotus à militibus
conuitijs, ac flagris malè exceptus, mire patiens
ac mutus tergum cædentibus præbuit: quo il-
li magis ac magis furentes, quaſi verbera con-
temneret, virum Dei ita cruentarunt, ac toto
corpore laniarunt, vt exanimis in terram con-
cideret: quo viſo dum recedere vellent, iu-
menta nullis flagris aut calcaribus loco mouere
D potuerunt; quare redeuntes ad cor, & intel-
ligentes, quem percuſſerant, Martinum eſſe,
ad eum accedentes veniam ſupplices petiue-
runt, quam ille mox clementiſſimè quoque in-
dulſit; fecitque vt iumenta loco mouerentur.
Seuerus Sulpitius in Vita.

S. Dominicus. Dominicus certè Guſmanus alterum illud
orbis labantis columen, non potuit id ignorare,
qui dum Albigenſes perſequitur, reapſe didi-
cit, eos non tam diſputatione, quam vitæ ſan-
ctitate & iniuriarum atque ſanniarum miti to-
lerantia vincendos eſſe, quibus etiam armis plu-
rimos ipſe conuertit. *In Vita Hiſtoria.*

B. Lydvvin. Nec feminas ex hac arena abſuiſſe creden-
A dum eſt, vbi tot coronamenta pullulant: teſtis
mihi Lydwina eſt, ſanctitatis magnæ in Hol-
landia Virgo, quæ iocis, conuitijs, ſputis, atque
iniurijs non modicis appetita, tamquam pro
ſingularibus quibuſdam beneficijs grates re-
pendebat aſſiduas, dicens: illis ego debere me
fateor, qui viam mandatorum Dei, quorum
plenitudo dilectio eſt, me currere compellunt.
Ioan. Brugmanus in Vitæ Hiſt.

Viderat eadem Virguncula in mentis exceſ-
ſu Coronam pretioſiſſimam, necdum tamen in
orbem planè conſummatam. Rediens ad ſe
petijt pati pro Chriſto, vt coronam abſolueret.
Mox in Ducis Philippi apud Hollandos inau-
guratione, milites eius ad domum Lydvvinnæ
B accedentes, miris eam contumelijs, ſannis, at-
que conuitijs affecerunt, poſt quæ Angelus ſo-
lis inſtar ſplendidus ad eam veniens, ſalue, in-
quit, ſoror chariſſima, ecce nunc abſoluta co-
rona eſt, quam nuper inchoatam vidiſti, ludi-
bria, & vulnera corpori tuo inflicta, gemmæ
fuêre, quas in illa Corona & adeſſe vides, &
deeſſe vidiſti. *Ioan. Brugman. in Vita.*

Quid autẽ de nobiliſſima Thuringiæ Prin- S. Eliſabetha.
cipe, regio ſanguine progenita dixerimus Eli-
ſabetha! quæ mortuo Coniuge dum ab eius
propinquis domo eiecta cum liberis, inops, va-
ga, ærumnis obſita, cæno, lutoque ad ludibrium
conſperſa, ita hæc omnia forti, lætoque animo
ſuſtinuit, vt cum à Patre rege in Pannoniam
C accerſeretur redire nollet, ne Chriſtianam pa-
tientiam & humilitatem, quam in Conuitijs, ac
ludibrijs inuenerat, inter regales delicias amit-
teret. *Iacobus Montanus in Vita.*

Nunquid hæc noui ſpiritus animique femina
poſt alios calluiſſe penitus dicenda eſt, quod
ante Euangelium, de Moyſe Paullum ſcripſiſ-
ſe legimus, *maiores diuitias æſtimaſſe theſauro Æ-* S. Guilielm.
gyptiorum improperium Chriſti? dum calluit, do- Roſchildenſis Abbas.
cuit: didicit autem magno ſui commodo &
fructu S. Guilielmus Roſchildenſis in Dania
Abbas; nonaginta & octo annos hic natus, vi-
derat ſecundum quietem Angelos coronam
quamdam pulcherrimam auro, gemmiſque ne-
ctentes: cum ſciendi auidus, cuinam illa para-
D retur, intelligit ſibi eam apparari; maiori hic
quam ante incenſus deſiderio cognoſcendi ec-
quando tandem illa perficienda foret, audit:
dum paſſus fueris ſatis. *In Vita.*

Hæ denique illę diuitiæ, felices hi exitus quos
ſannæ atque conuitia Chriſti homine tolerata
parere conſueuerunt. Beati! quos felici, partu
ſuo colluſtrant & ornant.

CAPVT OCTAVVM.

Ieſum in obſoleta purpura, corona ſpinea præcinctum manuque ſceptrum arundineum geſtantem Pilatus de loco ſuperiore Iudæis demonſtrat. Profert illud ingens Dei arcanum; Ecce Homo! ſed is denuo ab eis ad mortem poſtulatur.

Grande ſpectaculum ſpecta Pietas & diſce myſterium.

Non eſt ſpecies ei nec decor: vidimus eum, & non erat aſpectus. Iſaiæ 53.2. — Iſaiæ 53.2.

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce ego adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia nullum inuenio in eo cauſam: & dicit eis: Ecce homo. Ioan. 19.5. — Ioan. 19.5.

IAm atrociter ſatis luſerant, illuſerantque mitiſſimum Ieſum nefarij ſatellites, vt veriſſimam miſeriarum Regis imaginem, in immortali Deo per iocum exprimerent. Tantum igitur infelicitatis Regem, tale potius lacerum funus, mortuique ſpirantis effigiem, in qua diuinum apparebat nihil, ſi illam immenſæ innocentiæ gloriam excipias, vt vidit Pilatus, non putauit quemquam hominū fore tam impium, inhumanum ac ferum; cuius non ira, aut odium omniſque animi impetus, tam miſerabili obiecta ſpecie frangeretur: quare vt erat ſic miſerè diadematus, nec tam ridiculo paludamento, quam proprio ſanguine purpuratus, vibicibus diſtinctus, plagis conciſus, in ſpeculam quandam vel podium domus ſuæ, ad animi voluptatem capeſſendam factum, otioque indulgendum, vt Franciſcus Quareſmius in hiſtorica elucidatione terræ Sanctæ *lib. 3. cap. 9.* Docte annotauit, foras illum eduxit, vbi ipſe omnes videre & ab omnibus videri poſſet. Cum enim probè calleret Pilatus ſuperſtitioſos Iudæos ob Paſchæ ſolennitatem neutiquam in prætorium ingreſſuros, neque atrium tantam multitudinem capere poſſe, quanta tum ex indigenis, tum ex alienigenis confluxerat, ipſe vt Chriſtum viderent non formam, ſpeciemque Regis aut filij Dei habentem, ſed acerbiſſimorum dolorum miſerandam effigiem, è ſuperiore loco viſendam illam dolorum ſcenam Iudæorum oculis obiecit, ratus ſolo communis naturæ nomine, atque commiſeratione conditionis humanæ poſſe homines ea ſpecie ad clementiam commoueri, nec fieri poſſe, vt huiuſmodi forma non ſatisfaceret oculis Iudæorum, talis celaturæ cupidis ac peritis: quod vt certius aſſequatur, *Ecce homo*, magna voce proclamat.

S. Leo — Solita id eloquentia ſua expreſſit S. Leo ſer. 8. de Paſſ. *Quod Pilatus implacabilis populi victus inſania, multis Ieſum deboneſtari ludibrijs & immodicis* A *vexari permiſit iniurijs, quodque eum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, & amictu irriſoriæ veſtis indutum perſequentium oſtentauit aſpectui, mitigandos procul dubio inimicorum animos exiſtimauit, vt ex ſaturatis inuidiæ oculis, non vltra iam crederent eſſe perſequendum, quem tot iniurijs cernebant afflictum, ideo namque lamentabilem hominis Dei adeo inhumaniter excarnificati aſpectum, velut in ſpeculo repræſentans dixit eis:* Ecce homo, quaſi diceret, *affectati regni,* vtor verbis magni Aurelij Auguſtini, *Crimen obijcitis, ſed regnum eius ludicrum eſt, vt cernitis. Si vt regi inuidetis; iam parcite, quia infra viliſſima mancipia, deiectus eſt miſerandam dilacerati potius cadaueris, quam viui hominis ſpeciem videtis. Si leſæ* B *maieſtatis diuinæ crimen intenditis, ignoſcite, quia temeritatem, intolerandis cruciatibus, iam expiaſſe animaduertitis, ferueat eius ignominia, vt inuidia veſtra frigeſcat. Eſto regem ſe dixerit, nunquid caſtigatus eſt, vt verus homo cum ſit, vix tamen hominem eſſe iudicetis.* — S. Auguſt. tract. 116. in Ioan.

Spectaculum erat ferum, immane, horrendum Dei patientis exemplum. Fregiſſet commiſeratione ſilices, tygres rabiem exuiſſent, non tamen flexiſſe potuit, aut emolliuiſſe Iudæos. Sed quod oleum flammæ, quod ſtipulæ incendio, quod flagellum furiæ, hoc ille homo Pontificum truculentiæ fuit. Efferauit immanes animos aſpectus hominis miſerrimi, & gliſcen- C tis inuidiæ furialis improbitas, vltra humanarum irarum fines, ſcelere maximè execrando progreſſa eſt, ad odium & parricidium Dei, ſuffigendum patibulo clamitant eum, qui nihil ad mortem habebat, niſi quod Solymas & Galilæam nō pedibus magis, quam beneficijs peragrârat immenſis, niſi quod ſanctitatis fama orbem terræ, ingenti omnium populorum peruaſerat admiratione. Plebem itaque concitare pergunt, cuius iam tentari animos, tantæ commiſeratione calamitatis non vanè præſenſerant, vrgent, inſtant, obſecrando, non prius inde abeat, quam impijſſimæ cruci deſtinatum abducant. Ita tradit Cyrillus: *Cum multitudo,* inquiens, *aliquo modo ſuis factis erubeſceret, recordata fortaſſis miraculorum illius, Pontifices primum exclamant, & vulgus incendunt, mox & miniſtri eodem imbuti veneno, quo Domini, clamores eorum ita auxerūt,* D *vt abripiendo ſecum populo ſufficerent vociferantes: Crucifige, Crucifige eum.* — S. Cyrillus.

Commotus his clamoribus Præſes: *Accipite,* inquit, *eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum.* Ioan. 18.31. — Ioan. 18.31.

Egregiè hunc locum explanat ſupra memoratus Cyrillus his verbis: *Stupet Pilatus, quomodo Iudæorum populus & maxime Principes, ita trucidenti ſint, vt cum nulla in Chriſto cauſſa inueniatur, tam turpi morte occidere ipſum ſtudeant. Hac de cauſſa quaſi contentus indignatur ac dicit: miniſtrum me impiæ cædis ſolum inueniſtis? ego præter Romanorum leges innocentem occidam? ego clamoribus veſtris territus ad me facinus detrudam? Si lex eſt apud vos, quæ* — S. Cyrill.

ſumma

ſummo innocentes ſupplicio cruciat ; vos ſoli hoc facite, cædem hanc patrate, impietatis huius crimen in capita veſtra vertite, ſit Iudaica ſolum iſta temeritas, ego in id non conſentiam.

Auditis his Pilati ſermonibus pertinaciter refragantes: *nos legem,* inquiunt, *habemus,* diuino, ſcilicet, legiſlatore nobis traditam, quam & tu Cæſaris decreto ſeruare nobis debes inuiolatam [permiſerat enim Cæſar Iudæis, vt ſuis ritibus, ac legibus viuerent, mandaratque Præſidibus, ne in illarum obſeruatione, eos ſinerent impediri: & *ſecundum hanc quidem* legem *debet mori, quia ſe filium Dei fecit,* Meſſiam videlicet, quem vniuerſi expectamus. Hæc negare nec poterat, nec volebat; dixerat enim ſæpiùs, & verum dixerat: ſed illi callida legis interpretatione fucum facientes veritati, quod nuſquam in lege vetitum erat, ab ea prohiberi voluerunt, idque primis illis diuinæ legis præceptis Deuteron. 5. & 6. *Audi Iſrael Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt. Non habebis deos alienos in conſpectu meo:* eratque ratiocinatio illorum talis: Vnus eſt Deus, nullum agnoſcens alium ſecum, nullus igitur Deo eſt naturâ filius, qui ſi eſſet, dij plures eſſent Pater ſcilicet & filius, neceſſe enim foret, non minùs filium eſſe Deum quam Patrem. Quod ſi nullus eſt, nec eſſe poteſt Deo filius, hic qui ſe dicit eſſe filium Dei, falſo ſibi vſurpat quod Dei eſt, ac proinde mortem promeretur, quam lex blaſphemis omnibus decernit.

Ioan. 19. 7.

Deuteron. 5. & 6.

Et hæc illorum erat argumentatio, quæ partim veritate nixa, qua Deum eſſe debere ſtatuebat, qui natura foret filius Dei, eumque qui perſonam eius falſo indueret, morte ſcelus luere oportere; fallebat tamen & grauiter quidem aliunde, docens Patrem & filium non poſſe vnum eſſe Deum, ac Ieſum ſe Dei filium effingere, quam calumniam, niſi odio atque inuidia amentes fuiſſent, clare obſeruaſſent, admirandis eius operibus, ac diuinis virtutibus teſtimonium ferentibus pro eo.

Addo nequiſſimè ab eis reticeri genus mortis à lege blaſphemis ſolitum irrogari ſcilicet lapidationem, vbi præfractè mortem crucis teterrimam, præter legis decreta non deſinerent flagitare.

Pilatus eiuſmodi legum ignarus, ſermonibus his non mediocriter turbari, ac commoueri cœperat, quare veritus ne in Deum aliquem aut Heroem manus injiciens, longè magis Deorum aduerſus ſe iram prouocaret, reum ſuum culpa ac pœna, ſi qua foret, eximere; abſolutumque dimittere cogitauit, cum eo itaque intus ſe recipiens, varijs interrogationibus aggreſſus eſt, quibus tamen reſponſum is nullum dedit, quod enim, teſte Euthymio, ſcire cupiebat, iam ante didicerat, quando regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, iteratis vicibus audierat diſputantem: nec enim noſſe poterat filium Dei, qui non nouerat Deum.

A

Vbi tamen arrogantius poteſtatem ſuam prædicantem audijt, paucis viri inſolentiam caſtigandam ratus, ſilentium abrupit, neque enim inquiens, à Cæſare, neque à teipſo, neque ab alio quoquam habes, quod me affligere poſſis, non habiturus, niſi è cælo, vnde ego adueni, tibi à Deo patre meo conceſſum foret, quapropter ego quoq; nõ obluctor, at Deo Patri meo obediens fero. Sed nec tu perinde credere id obligatus es ac populus ille, cui diuinæ legis ſuæ peritia ſatis oſtendit, eſſe me verum illum Meſſiam ac filium Dei; ideoque diſertis verbis, teſte S. Auguſtino, ſubiunxit, *is qui me tradidit tibi maius peccatum habet,* vt Pilatus etiam ſe habere intelligeret; neque enim propterea illud nullum erat, quia hoc eſſet maius. Qui hactenùs timuerat, hic pauere ac contremiſcere cœpit Pilatus, ac mox ſuperueniente nuntio ab vxore miſſo de viri iuſtitia nequaquam temerè violanda, ab eo ſe penitus voluit expedire, ſed labentem præſidis animum vna Cæſaris amicitia, vna Principis gratia à qua, qui excidit ſemel, vix vnquam reſurgit, reuocare cœpit, languidè tamen, adeò vt pro tribunali ſedens, hoc eſt in loco, vbi ſolium habet veritas, Chriſtum populo circumfuſo purpurea chlamyde coronaque ſpectabilem oſtenderet, vt ſicut Ambroſius loquitur, in altera deſignaret martyrum palmas, in altera regiæ poteſtatis inſignia, addens titulum inſignibus: *Ecce Rex veſter;* cui licet defuerit integer boni operis affectus; Deo tamen ſuus non defuit honor, qui ſalutatur vt Rex, coronatur vt victor, quaſi Deus & Dominus adoratur.

Ioan. 19. 11.

B

C

Ioan. 19. 15.

O magna duo atque potentia ſed fidelium tormenta animorum! *Ecce Homo: Ecce Rex veſter. Ecce Homo non clarus imperio, ſed plenus opprobrio, factus ſpectaculum mundo Angelis, & hominibus.* S. Aug. *Ecce Rex veſter qui venit pauper & manſuetus. Egredimini & videte filiæ Sion Regem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* Sed ehodum *Quid populum, Pilate, alloqueris.*

Accerſe ad ſpectaculum Principes.
Ecce homo, imò Ecce Deus.
Profert è capite vepres, non radios:
Arundinem gerit manu,
Non fulmen:
Sanguinem diffundit corpore,
Non lucem:
Ludicram veſtem oſtentat,
Non paludamentum.
Excipit ſibila,
Non obſequia populorum:
Illuditur à militibus, dum adoratur.
Hiccine Deus exercituum eſt.
Quis princeps fidat militibus
Si militum luſus Deus eſt:

D

Non ſenſerit ea Iudæorum perfidia, melioris ſenſus, diuinarum rerum interpretis facta iam

exſors, ſentiet autem Chriſtiana fides, ſentiet religio, quæ de ſeruitute vetuſtatis eruta, in vitæ deſiderat tranſire nouitatem, ſentient quotquot rerum conditarum deſpecta colluuie, vni cœleſtium amplitudini oculos impendent.

Ecce Homo, dicebat illis Pilatus timens violentas Chriſto manus iniicere, vt S. Cyrillus in cap. 19. commentatur, in vanum autem tentans quocunque medio liceret manumittere, ac liberare, vnde gemina eius adeò crudeliter & inhumaniter tractati oſtēſio *Ecce homo, Ecce Rex veſter* fuerat prognata.

Tace Pilate fruſtra es, nec audientiam facis: faciet autem Pater æternus dum velut ex ore ipſius, eadē verba hæc nouus homo ſuſcipiens, agnoſcet, quem Iudæi recipere noluerunt. *Ecce* B *Homo*, inquit ille, quem ego in mundum miſi vt hominem redimeret, redemptum ſanctis legibus, exemplíſque formaret. Si opus placeat, ne auctor diſpliceat caue, illius proinde in tantis opprobrijs agnoſce humilitatem, in tantis iniurijs manſuetudinem, in tam acerbis cruciatibus patientiam, inter tot blaſphemias modeſtiam, in tantis odijs charitatem. *Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt à Pilato.*

Vel ſi fortaſſis ex ore ipſius, qui ſe tibi in hac ſcena ſiſtere voluit; audire mauis, *Ecce homo, qui non rapinam arbitratus ſum eſſe me æqualem Deo, ſed memetipſum exinaniui formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo.* Querebare hactenus cum C paralytico non iam 38. annos habens in infirmitate tua, ſed 3984. *Hominem non habeo.* Deſine querelarum, ecce me verum hominē ac Deum qui Patri æterno lubens me offero, vt te in priſtinum amicitiæ gradum reſtituat, & mea per veſtigia gradientem in cælum adducat. Quæ certius vt homo nouus capiat, ſeruetque ſecurius, addo & ego velut per os meum profluenter egrediens, *Ecce homo*, quem tibi Pater tranſcripſit in exemplum, filius tradidit in ducem ac magiſtrum, quo vno, vel nullo, quam vitæ nouitatem exorſus es, feliciter abſoluas.

Ecce homo profundiſſimæ humilitatis, incredibilis patientiæ, admirabilis charitatis, modeſtiæ plane ſingularis.

Excellentiſſima animaduertenti, ne mediocria quidem præſtare rubori eſſe oportere dixerit aliquis, ego, & confuſioni: *Ecce homo* in reo hoc pœnarum rege, reſtitutus in regnum æternæ beatitatis.

Finio cum S. Bernardo, dicoque: *Ecce homo: non homo; ſupra hominem, infra hominem, intra hominem, extra hominem; pro homine, contra hominem.* Paucis expono.

Symbol. *Homo.* Propter naturam aſſumptam. *Et homo factus eſt.*

Non *homo*, ob deformatum hominis vultum.

Pſal. 21. 7. *Ego ſum vermis & non homo.* Pſ. 21.

Supra hominem. Propter diuinitatem. *Primus* A *homo de terra terrenus: ſecundus de cælo cæleſtis.* 1. Cor. 5. 1. Cor. 5.

Infra hominem per humilitatem. *Exinaniuit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem.* Phil. 8. Philip. 2. 8.

Intra hominem per amurem. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.*

Extra hominem per Innocentiam. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, hunc ſcilicet hominem, qui Chriſtus eſt. Proue. 2. 8. 31. Pſal. 13. 3.

Pro homine, quia ab vniuerſis eum malis redempturus aduenit. *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis.* Symb.

Contra hominem, expugnando vitia, ac veteris hominis habitus prauos. *Vetus homo noſter ſi*- B *mul crucifixus eſt.* Rom. 6. 6.

Apertis atque integris auribus exceperat hæc B. Elzearius Comes Ariani, qui fateri aliquando dilectæ Coniugi ſuæ Dalphinæ auditus eſt, ſentire ſe quidem ſubinde aliquam in animo ſuo aduerſus infeſtantes ſe indignationem, ſed dum Chriſtum intuetur velut præſentem, perſonante verbo illo potentiſſimo: *Ecce homo*, ſtatim ad omnem patientiam ſolitum eſſe componi: affirmauitque eidem non ſemel hanc ſe ex viſione Chriſti flagellati, ſpinis coronati, atque à Pilato oſtenſi peculiarem habere gratiam, vt eos qui in ſe delinquerent, vel æquè vt ante, vel plus amare conſueſceret. *Surius.* S. Elzearius.

Dici ſat nequit, quanta cum pietate, animique religioſiſſimi feruore ectypam hanc Chri- C ſti populo exhibiti imaginem coleret Ioannes à S. Maria ex ordine Minimorum S. Franciſci de Paula, vnam hanc, nec aliam præterea vllam in cubiculum ſuum admittebat, in hanc oculos, mentemque totam defigere ſolitus erat, hic aures ad geminas illas voces *Ecce homo, Ecce rex veſter* apertas diu, noctuque ſeruabat, nec alia frequentius ore ſuo verba ſonabat, vſque adeo, vt eſt omnis boni gloria ſe, ſuaque omnibus communicans, ad exteros ſe profuderit quotannis magna quadam celebritate Imaginem hanc præ foribus appendens, vt eo in ſpeculo diſcerent omnes & veterem hominem exuere, & nouum induiſſe. *lib. 4. hiſt Minimorum.* Ioannes à S. Maria minimus.

D Eo certe & reſpexiſſe Deum non obſcurè crediderim, dum eandem hanc interdum ſcenam voluit vel per miraculum renouare. Sebaſtianus fuit à Gratterio ex ord. Capuccinorum pius ac religioſus Sacerdos, cuius Chriſti pro ſalute noſtra patientis charitas tantopere animum occupauerat, vt quoties ſacrum Miſſæ officium de Chriſti Domini cruciatibus faceret, toties copioſo lachrymarum imbre difflueret: vnde factum die quadam, cum ad eam Miſſæ partem deueniſſet, in qua tertio *Agnus Dei* inuocatur, vt Chriſtus ipſe purpura indutus, ſerto ſpineo redimitus, totus ſanguine conſperſus illi in hoſtia appareret, eo planè modo, quo eum Pilatus ad populi conſpectum olim produxit, Sebaſtianus à Gratterio Capucc.

dicens:

dicens: *Ecce homo.* Quo viſo, tanta mens eius doloris acerbitate affici cœpta eſt, vt vltra pergere non poſſet, donec hoſtiâ ad propriam accedentium formam redeunte, flebile illud Domini ſpectaculum ab eo receſſit; quem verò in animo eius ſenſum, quos motus, ac ſtudia excitarit, cogitatione magis aſſequi, quam verbis nos poſſe exprimere iudicatim. *Bonerius in Annalibus.*

Crux Ellenſis.

Quin & alibi hæc ſcena patuit, in Ducatu nempe Iuliacenſi prope Marcodurum vbi apud Moniales Ellenſes Ordinis Præmonſtratenſis, aſſeruatur Crucis Dominicæ pars non exigua, cryſtallinæ hierothecæ incluſa, ſupra quam ſole ſplendente, intuentibus apparet, *Ecce homo,* prolixis crinibus cum corona, & ligatis manibus, cum pallio purpureo, capite ad ſiniſtram inclinato, ſanguinolenta prorſus facie, & oculis coruſcis ita viſum penetrantibus, vt abſque lachrymarum profuſione, & commotione interna eum nemo intueri poſſit. *Ægidius Gelenius in Staurologia.*

B.Maria Magd.de Pazzis.

Quod B.Magdalena de Pazzi non obſcure aliquando experta fuit, cum tempore illo, quo ſæculi vanitatibus dediti homines laruati per vrbem diſcurrunt, diuinis præcibus attentè inſiſteret, animo iam à corporeis ſenſibus abrepto Chriſtum ſponſum vidit eâdem ſanè formâ, quâ à Pilato oſtenſus Iudæis fuit, cum dixit, *Ecce homo,* qua mota viſione in ſuauiſſimum cantum reſoluta: *Faſciculus myrrhæ,* cecinit, *dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Vincent. Puccinius in Vita.*

Cant.1.12.

Mulier Inda.

Suffragium huic veritati ex altero orbe adijcio: Mulier Mexicana honeſto loco nata cum Patrem è Societate Ieſu audiſſet de vitiorum turpitudine perorantem, ſupplex ſe ad pedes eius abiecit, Deo gratias agens quod nacta eſſet, qui ſcelera in Deum commiſſa orationis, qua par eſt, grauitate damnaret. Ea cum ludi, feſtique populi dies, bacchanalium more celebrarentur, mœrore oppreſſa, quod tam multa peccarentur in Deum; ſe in obſcurum cubiculum abdidit, ad lachrymas conuerſa, quo in receſſu luctum auxit, repentinus Chriſti conſpectus, qui cum ſuam præſentiam fœminæ declararet, talemque ſe, vt quondam ab impijs crucifixus eſt, crebriſque plagis cruentatus oſtenderet: *Animaduerte,* inquit, *quam aſperè me hic populus tractet. Annales prouinc. Paſcuarienſ. an.*1585.

Virgo Hiſpana.

Alia fuit puella nobilis in Hiſpania, quæ cum à matre, ſororibus, ac nobili proco ad tripudium inuitata abduceretur, eleuatis in cælum oculis, vidit ſupra caput adſtantem ſibi Dominum Ieſum vulneratum, ſanguine fluentem, dicentemque: *Filia vide, quam malè me afficiat ſociarum tuarum leuitas, in quam te inſinuas.* Matrem monet, domum reditur, & felix mundo dat vale. *Paulus Barrij p.1.c.17.*

Vſque adeo & veterem ſcenam ad maiorem

R.P.Lyræus de inuit.IESV patient.

A ſui commiſerationis, quam olim inuenit, affectum redintegrare Dominus non ceſſat, vt non indecorè hic vſurpare de Domino liceat paucis immutatis, quod ante de paupere Lazaro B. Petrus Damiani *ſerm.*122. expreſſit: quia obturatis auribus vox Domini clamantis nihil profuerat, ad aperiendum cor hominis totum corpus ſuum vulneribus aperuit, vt in admonendis hominibus tot ſua eſſent ora, quot vulnera. Hiatus vulnerum dilatauit, totam carnem ſuam compoſuit in ſcenam pietatis, vt quos docentis vox non mouerat, tota ærumnarum congeries commoueret.

B.Petrus Damiani ſerm.122.

CAPVT NONVM.

B *Pilatus ablutis manibus & ore polluto iniuſtitiam ſuam veriùs, quam Ieſum condemnat, dum virum, ſe totties iudice innocentiſſimum damnat.*

Atque ita humanus reſpectus fit inhumanus Chriſti deſpectus.

Captabunt (impij) *in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt* Pſal.93. Pſal.93.21.

Videns Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: acceptâ aquâ lauit manus coram populo, dicens: innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: C *ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam, Ieſum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.* Matth.27.24. Matt.27.24.

AD Romanum Præſidem ex interpellato itinere reuertamur, cuius ars eſſe dicitur: *parcere ſubiectis.* Et ſanè mitiora hactenus apud illum inuenio ſe dediſſe initia, dum ingenue, Romaneque pronunciat, *Ego nullam in eo cauſſam inuenio,* dum eundem abſolutum præ Barabba dimittere contendit; dum Chriſtum ſeorſim ab aduerſariis interrogat, dum, vt teſtis eſt Auguſtinus, *de ignominia eorum volens eos frangere, quos de ignominia Chriſti mitigare non poterat,* dicit: *Regem veſtrum crucifigam?* quo turpem & impiam eis D exprobrat crudelitatem, quod nulla honoris proprij habita ratione, crucifigi poſtulent Regem ſuum, quem cōtrà, crucifigendum è manibus Iudicum debuerant eripuiſſe: ſed iuſti nihil, æquiue guſtare improbitas ſolet. Illico Pontifices omnium nomine ſucclamant, *non habemus Regem, niſi Cæſarem,* quare ſi iſte crucifigatur, non Rex noſter in crucem agetur, ſed aduerſarius Cæſaris & perduellis homo. Ante, vt ſcribit S. Cyrillus, ſimpliciores cum infantibus publicè diuinis laudibus Ieſum exceperant, nunc conſilio & clamore Pontificum reſiliunt, regnumque Dei excutiunt, Romanorum principatum amplexi, de quo ſcitè Euthymius Sigabenus: *qui*

Ioan.19.4.

S.Auguſtin.

Ioan.19.15

Ioan.19.15.

Euthymius.

Digitized by Google

Chriſti regnum repellentes, Cæſaris poteſtatem elegerunt, poſtmodum diuina viſitatione ac protectione nudati traditi ſunt ad internecionem, idque rurſus ipſo Paſchatis die, quo clamauerunt, non habemus regem niſi Cæſarem.

Sed hæc abſcondita erant ab oculis eorum, quare vt bene animaduertit S. Auguſtinus, ne contra Cæſarem venire Præſes videretur, ſi regem ſe non habere niſi Cæſarem profitentibus alium vellet Regem ingerere, dimittendo impunitum, quem propter hos auſus ei tradiderant occidendum, iniquiſſimam trahi in ſententiam cœpit:& ſic tandem aliquando ceſſit illa, non tam in commiſerando pertinax, quam in cruciando conſtans Pilati clementia nempe timidus, quia tumidus, ne Cæſaris ſit inimicus, fit aduerſarius veritatis, atque eum quem indemnatum remiſerat, offenſus ſilentio tyrannus ſuperbiſſimus, quem Procula vxor admirandis excita viſis iuſtum prædicârat, quem publica proditoris pœnitentia reiecto pretio pronunciauerat innocentem, quem accuſatores ardentes inuidia facta iudicandi poteſtate, damnare non audebant, quem Iudex ipſe non ſemel abſoluerat, vna potuit leuiſſima poteſtatis retinendæ cupiditas condemnare, cui inuiolabile nihil, nihil eſt ſanctum quod vtile æſtimetur. Sed nullum diu ſcelus eſt ſelix, receſſit Prætor ab æquitate, ne à dominatione recederet, dignus qui eam ipſam ob cauſſam, quod inique ſe hac in cauſſa egiſſet, amoueretur, vti amotus mox dicitur à præfectura.

Veritus autem illotis manibus perficere ſacrilegium mitis ille ac religioſus Iudex, populo iam obnoxius, manus aqua proluit & ſanguine Matth. 27. 24. inquinat, *innocens*, inquit, *ego ſum à ſanguine Iuſti huius vos videritis:& reſpondens vniuerſus populus, dixit: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros:* nec voto defuit ſucceſſus, ſcribit namque Garaſſus noſter in ſum. Theolog. horum poſteros omnes geſtare in capite tuber ſanguine plenum, vnde & vnà ex cunctis corporis meatibus quotannis die paraſceues fœdum in morem cruorem emittant.

Pilatus itaque, quem antè toties inſontem declarauerat, quem inuidiâ Scribarum ſciebat proditum, ærumnis maximis agitatum, toto corpore afflictum, iam iam pene animam agentem Cruci addicit: ipſum tamquam mancipium tradit inimicis, in illum pluſquam ferina rabie furentibus, vt pro eorum voluntate in crucis patibulo pendeat.

O funeſtam vocem! homo impius cæli regem damnat, & morti addicit. Hæſitaſſe hîc crediderim improbitatem & vocis erupturæ puduiſſe, dum pronunciat, videri ſibi Barabba dimiſſo, in Chriſtum iuxta Pontificum petitionem crucis ſupplicio animaduertendum.

Nihil vnquam iniquius dictum, auidius auditum nihil: circumuenitur in iudicio Deus, in

A quo palam accuſat inuidia, teſtificatur odium crimen eſt innocentia, corrumpit timor, condemnat ambitio, plectit crudelitas. At enim quæro de te Romane prætor: ſi lotione manuum abdicas te iudicio, cur adiudicas fieri petitionem Iudæorum? ſi de cauſſa tibi non liquere pronuncias, cur accuſatorum arbitrio concedis reum? ſi tibi, tuoque muneri non eſt factum ſatis, cur vis populo ſatisfacere? Aquâne manus abluis, vt Iudæi lauent manus in ſanguine iuſti huius? & quem iuſtum appellas, crucifigendum tradis? in quo nullam inuenis cauſam mortis, eum morte turpiſſima condemnas? quem tribus iam ſententiis innocentem declaraſti, de integro B nocentium tradis in manus? Abſoluis à culpa, & dedis ad pœnam: abſtines iudicio & deſtinas cruci? aquam poſcis, & ſanguinem ſpargis? Si hoc eſt manus abluere, quid erit inquinare? Feciſſes vtinam prius, impie, quod tandem facis: mitius multò cum Domino actum eſſet. Verum iniqui principis vel ipſa miſericordia maximè crudelis eſt Deo. Ita ſanguis innoxius fundi iuſſus eſt, iis ſeque, filioſque ſuos illo aſpergentibus, qui pretio eiuſdem ſanguinis non abſtinere impium ante crediderant: vt inexpiandæ labis vena permeante per ſobolem, fœda cruore poſteritas naſceretur, & hæres patrio teſtamento bis reus foret exitio innocentis, & abſolutio C ne latronis. Quid hic dicam? quid cogitem? Immane quidem Iudæorum odium, omni vel Cerbero implacabilius, vel Hydra fœcundius nemo non videt, nemo non intelligit, quare certum eſt non attingere; Damno tamen Iudicem improbum, qui dextra quam abluerat, mactationi iuſti ſubſcribere auſus eſt. Damno leuitatem hominis, qui poſt fortiter defenſum, & pronunciatum ſæpius innocentem, defecit ad extremum nequiter ab officio, turpiter à ſe, flagitioſè à Deo. Damno metum execrandum, qui Cæſaris nomen veritus, tortorem illum mentis æternum non metuit, nec aſſiduam malefacti conſcientiam & in horas ſingulas pœnę reuiuiſcentis horrorem formidauit. Damno iterum hanc præpoſteram timiditatem, quæ ſacrum Dei D metum, Dei filij appellatione inductum, & ſpirante Deum teſtata iuſti gloria aſſertum, & reſponſo rei numen habente comprobatum excluſit. Cumque dimitti eum mens & ratio iuberet, ad extremum tradidit voluntati inimicorum, vt crucifigeretur. Quanta hoc factum pœnitudo! quanta olim deploratio ſequetur! quam volet Iudæos nunquam vidiſſe procuraſſe nunquam Iudæam! Intellexit id Nicolaus à quinque frondibus vir ex ordine Capuccinorum magnis Dei donis illuſtris, hic eum Dominicæ Paſſionis meditationi intentus, ſententiam à Pilato aduerſus Dominum latam vehementius deploraret, repente vidit Pilatum atris veſtibus indutum, atque vndique nigerrimis & horrendis cornis circum ſeptum ad ſe accedentem: cuius

Nicolaus à quinque frondibus Capuccinus.

conſpectu

conſpectu exhorreſcens initio Nicolaus, mox reſumptis viribus, Quis es tu? inquit, Cui alter, Ego ſum Pilatus, Chriſti iudex ac condemnator. Mox ad eum Nicolaus: Heu miſer! cur tam iniuſtam contra Dominum meum ſententiam ferre auſus fuiſti. Cui ille: id non ſponte, ſed timore impulſus feci: quo dicto fulminis ocyor alis, cum corvis in triſtes ſe proripuit vmbras: vbi, quod vel peſſimo ſibi metu intriuit, æternum edat neceſſe eſt. *Bouerius in Annal.*

Sic meticuloſa ſuperbia Præſidis, criminoſa calamitas facta Innocentis, dignam operæ ſuæ mercedem inuenit. Quoniam vero Iudæorum crudelitatem defatigare, non demulcere ſæuitia potuit, cum nullus ſupereſſet vulneri locus, ſolum, qui reliquus erat, ſpiritum erepturi immane crucis pondus ſeminecí parant, vt ſuam ipſe mortem, priusquam inferatur, & ferat.

Accurrite Angeli pacis. Aduola diuina Virgo. Vos cælum, terræ, maria prohibete facinus. Pœnarum abunde eſt, & quidquid vltra erit, haud Deum decet. Imo vero ſi hucuſque poteſtas fuit tenebrarum, iam venit hora, qua lucis Dominus clarificetur, vt idcirco ſe fieri vetet, quia non tam ipſe, quam noſtrorum immanitas criminum ſuffigenda eſt ligno. Neque enim inuitus, coactuſue huc venit, ſed ſponte ſua ac liberè, quod vel ex eo liceat obſeruare, quod tanto ac toties repetito Præſidis conatu, tam procliui ad liberandum ſe propenſione nequaquam vti, aut vnquam voluerit conſentire, ſed tacens, ac ſufferens omnia Iudicem, permiſerit & Iudæos de ſe ſtatuere & agere quod vellent: audita vero damnatoria hac atque iniquiſſima ex parte iudicis ſententia flexis eam genibus, vt multi ſcribunt, accepit, non vadimonia deſerta, aut profligata iudicia appellare, nec aduerſarios ad ſuperius tribunal prouocare, non muliebriter, de iniuria conqueri, neque inimicos grauius cœpit perſtringere, ſed ſingulari mentis conſtantia, animique promptitudine Iudæis ſe tradidit, vt liberè atque intrepidè effectum darent, quidquid Romanus Præſes lata fuerat ſententia prolocutus.

Exemplum ingens, ac multo præſtantiſſimum! dignitatis plenum & vtilitatis maximę, illis dico, quos vitæ nouitas veterem hominem exuiſſe nequaquam contenta, Chriſtum iubet induere, & quemadmodum ille, ita & eos pro ſimilium rerum obtingentium ratione præcipit ambulare, quamuis moderatè, ac tranquillo animo acceptando ſententiam, ſiue ea à nouerca natura, ſiue ab hoſtibus, ſiue à perfidis, falſiſque fratribus, ſiue à contaminatis Iudicibus proficiſcatur.

Thomas Morus. Eluxiſſe hic præ ceteris mihi viſus eſt magnus ille Angliæ Cancellarius Thomas Morus, cum Regis Henrici VIII. matrimonium, qui repudiatæ Catharinæ alteram ſuperinduxerat, approbare nollet, nec editæ conſtitutioni acquieſ-

R. P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

A ceret, qua Rex ſupremum ſe Anglicanæ Eccleſiæ caput dici, haberique iuſſerat, quapropter in carcere quindecim menſium ſpatio maceratus morti quoque addictus eſt: qua vero animi fortitudine ſententiam exceperit, poſtrema hæc eius verba teſtantur: *Diuinæ confido bonitati fore aliquando, vt quemadmodum olim Paulus Stephanum perſecutus eſt; & tamen iidem nunc vnanimes ſunt in cælo; ita & nos, qui nunc diſcordes ſumus in hoc mundo, in futuro ſeculo pariter ſimus concordes, & perfectæ caritate vnanimes: qua ſpe fretus Deum venerans rogo, vt vos ſeruet vnà cum Rege, eique Conſiliarios bonos velit elargiri.* Interea Margarita filiarum natu maxima, eruditione & pudicitia inſignis in paternos ruit amplexus. Morus autem paucis, ne
B te diſcrucies, inquit, mea Margarita, ſic eſt voluntas Dei: iam pridem noſti ſecreta cordis mei datoque oſculo à ſe dimiſit. Eraſmus *in Vita.* An vero Archetypum quis felicius exprimat, aut imitetur non reor.

Reginaldus Polus. Sed à Cancellario Moro ad Reginaldum Polum Cardinalem cum eodem Rege gradum faciamus: intellexerat, hic à Leodienſi Antiſtite Henricum quinquaginta millium coronatorum præmium conſtituiſſe ei, qui necem illi adferret: miratus autem regis amentiam, dixit intrepide: iam dudum mortem optaui & dum Henricus Rex tanto eam ſtudio inferre mihi con-
C tendat, nihil aliud facit, quam ſi dormitum concedenti, veſtimentum ſubtrahere conetur. Sanderus *l.1. de Schiſmate.*

Ioan. Fiſc. Reginaldo Cardinali comes ſit alter, Ioannes ſcilicet Fiſcherus non Vaticana purpura dus, quam propria vitæ innocentia illuſtrior, hic Geminum Regis Henrici deteſtatus adulterium, quod & pellicem in vxorem transformaſſet, & Eccleſiam Anglicanam legitimo ſponſo Chriſti Vicario conaretur auferre, cum gemino huic Herodi vnus ſatis eſſet Ioannes, mortis ſententiam ab iniquo iudice reportauit, quare ſcipionem, quo grauem regebat ætatem à ſe abiecit, quod reliquum itineris ac vitæ ſupereſſet, virtutis eſſe intelligeret, non virinam,
D Sanderus. *Rho in exempl.*

Franciſcus Tregianus. Quia verò Anglicanæ patientiæ decora ſemel aggreſſus ſum, neſcio quibus me ſentiam vinculis, in eiſdem detineri. Age igitur Franciſce Tregiane inter Anglos prænobilis & tu fidem nobis grandi adſtrue patientiæ documento: videat tuam illam virtutem nouo homine dignam hæreticorum tribunal, ad quod ſententiam auditurus non ſordidatus, pullamue reorum more veſtem indutus, ſed byſſino amictu magnificè ſplendens acceſſiſti: audiat vocem liberrimę patientiæ, qua dirum proſcriptionis aut perpetui carceris ſententiæ carmen, vocibus illis nobili velut acroamate excepiſti, *pereant bona, quæ ſi non perirent, forſitan Dominum perderent.* O veram patientiæ vocem, quæ factis ac perſeuerantia ſubſcribentibus in tabulas relata, vi-

Digitized by Google

-rum ſuum iam veterem hominem exuiſſe teſtatur. Sed antiqua minimè prætereunda ſunt, de quorum lumine hi noui, recenteſque lumen ſuum accendiſſe noſcuntur. Magna profectò ſunt, quæ in hanc rem Victor Vticenſis *tertio* potiſſimum *libro perſecut. Vandalicæ* ſcripta reliquit. Hic

Muritta. Muritta Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus cum quingentis Clericis grauiſſima ſectionis bonorum ſuorum ſententia, atque inſuper exilio, quæ altera fere mors dici haberique ſolet, ab Hunerico percuſſus. Nudus, inquit, exiui de vtero matris meæ, nudum oportet me ad exilium pergere, quia Dominus nouit eſurientibus cibum porrigere, & in deſerto veſtire.

B Idem alios iſtic commemorat, quos dum ſimilis ſententia feriſſet, cum gaudio cecinerunt:

Pſal. 149. 9. *Hæc eſt gloria omnibus ſanctis eius.*

Grandia hæc, fateor; verum nihilo minora iis quæ ſæculi noſtri felicitas, quo me denuo reuocari ſentio, magna nobis exempla ſuggeſſit. Annus agebatur ſupra milleſimum ac ſexcenteſimum decimus tertius, cùm in Iaponicis inſulis

Iaponenſium feruor. grauiſſimus contra Chriſtianos, Regis ac Principum furor exarſit: vnde permulti tum ex prima nobilitate proceres, ad tribunalia tracti, bonis omnibus exuti, in exilium pulſi morte puniti. Quas ſententias adeò ipſi non defugêre, vt læti, alacreſque bonis cederent, quin & vltro gubernatori ſua nomina deferrent, ſeque Chriſtianos eſſe profiterentur. Quæ vt inter eos certa, ſtataque pietas foret, Sodalitatem Martyrum instituerunt, ad quam mox tria capitum millia ſeſe aggregarunt, cuius prima lex erat: ſi pro fide Chriſti bona adimantur, hoc ſpolium forti & libenti animo tolerato. Altera: pari constantia & animo exilium & mortem pro Chriſtianiſmo excipito. Nec ſanè fefellerunt, plurimi ſiquidem quod verbis profeſſi erant, reipſa præſtiterunt, gaudio læti quod digni eſſent habiti cum Domino, mortem ac contumeliam pati...

A E Iaponia in Scotiam tranſeo, hic Edimburgum vrbs regia hominis non minùs nobilitate generis, quam vitæ nouitate clariſſimi certamen ſpectauit & victoriam, quem iure cum maximis æui ſuperioris præſtitibus componere licet, fuit is Ioannes Ogilbæus Societ. IESV ſa-

Ioannes Ogilbæus. cerdos, hunc cum impij errorum ſatellites, nec minis, nec promiſſis, nec diſputationibus fregiſſent, perpetua dierum octo vigilia nulla ad ſomnum requie conceſſa, victi magnanimitate viri multò fortiſſimi, barbaræ mortis ſententia tandem multauerunt, quem ipſe nuntium ſingulari mentis tranquillitate amplexus, fronte

B erecta, oculis Deo plenis excepit, auditus non ſemel, fidem pro qua vitam daturus erat, libera voce profiteri ac miniſtro, qui alacritate illa perculſus interrogauerat, num mortem timeret? reſpondere: equidem non minùs hanc timeo, quam tu dapibus opimis onuſta fercula, cum epulaturus accumbis. Rectè nam ad cœleſte conuiuium euocante morte, iam iam intrabat Ogilbæus. *Ex relatione vitæ ac certaminis eiuſd.*

Quia vero lilia roſis, calthæque narciſſis intexi alternis amant, dum ſertum florida veris opulentia in orbem coit; idem & hic opportunum fore arbitratus, ſi quam maſculæ virtutis robur,

C lucem ſparſit, muliebris conſtantiæ radiis, non muliebriter ſanè coruſcis, excipiam.

Mariamne. Et talem quidem ſe nobis hic offert Mariamne, optima illa Herodis peſſimi Regis coniux, quæ falſis veneficij criminationibus circumuenta, mortis accepta ſententia, nec verbo ne geſtu turbatior, ſed intrepida ſpecie, ac ne colore quidem metu mortis inuerſo, generoſam Aſamonæi ſanguinis indolem ſupremo illo tempore profeſſa eſt. Ioſephus *l.* 15. *Ant. c.* 11. Neque enim id magnopere mirandum eſt cum nihil tam regium eſſe haberique poſſit, quam vitam pro religione profundere, nulloque imminentis necis timore percelli.

R. P. HADRIANI LYRÆI

E SOCIETATE IESV

DE IMITATIONE IESV PATIENTIS

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Impoſito humeris patibulo, latronibus ſocijs, inuidia deducente IESVS *trahitur ad Caluarium, mox verò menitita pietatis laruâ, ne pereat ſub cruce, atrocius in cruce periturus, fatiſcentem exonerant Æternalium carnifices furiarum.*

Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum. Ioan. 19. 17.

Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venientem de villa, & impoſuerunt illi Crucem portare poſt Ieſum. Luc. 23. 26.

Non quæſitæ Cruces ſunt magis exquiſitæ.

Exeamus igitur ad eum extra caſtra Improperium eius portantes. Hebr. 13. 13.

POſteaquam ſe Nouus homo in Chriſtianæ Virtutis gymnaſio diu multumque exercuit, nec dubia iam, ſed euidente gratia, exemploque proficere viſus eſt, vnus Luc. 9. 31. illi reſtare videtur *exceſſus*, is ſcilicet *quem Dominus Ieſus complevit in Hieruſalem*, de quo in Thaboretica rupe loquebatur inter perfectos, Moyſem videlicet & Eliam, hoc è paradiſo, altero à limbo euocato.

Quamuis autem omnia proficientium exercitia, perfectorum quoque ſint opera, cum nemo in hac vita tam excellentis, conſummatæque virtutis ſit, quin magis ac magis in ea excel- A cere, perficique queat; obſeruatum tamen à multis eſt, eos qui nomen aliquod, decuſque in moderatioris vitæ curriculo geſſerũt, virtutis ſtadium cũ exceſſu decurrere, eiuſcemodi in illo facilitatem experientes, ac iucunditatem quæ cœleſti propior beatitudini, quam terreſtri exilio videatur. Quare cum Adamum noſtrum iam vetere homine exutum atque in proficientium palæſtra ſatis expolitum, illuſtribus v... nouæ ornamentis viderimus inſtructum, reliquum eſt, vt eundem ad Crucis vſque amplexum, in quo ſumma vitæ noſtræ cum diuina ſuauiter conſentientis perfectio eſt, deducamus; vt ſicut Chriſtus varijs iam tormentis afflictus, pluribus diuexatus ludibrijs maximis B confectus ærumnis ad populum productus eſt clamante Præſide, ac magna voce inſonante: *Ecce homo*. Nullus homo, ita quoque poſt Ioan. 19. 4. multa, variaque experimenta, poſt dæmonum ſuperata certamina, ſpretas voluptates partaſque de hoſte victorias, nouus homo morte, ſed votis omnibus optanda, quibuſlibet vitæ mortalis illecebris præponenda, damnetur. Corpori quidem nihil ea grauius aut terribilius accidere poſſe in confeſſo eſt, quia illud ab anima ſeiungitur, atque omnibus, quæ ab illo participat, bonis priuatur: animæ vero nihil optandum aut expetendum magis eſſe poſſe, certiſſimum eſt; quia ab eo conſortio libera fit, C quod deorſum vergit, ac terram reſpicit, cuius onere iam expedita Deo coniungitur, per quem tum demum viuere incipit, cum ab eo, morte intercedente, fuerit exſoluta. Beatum noui hominis exceſſum! dignum prorſus, in quem omnem cogitationem ſtudiumque impendat, hoc autem libet hic quarto ſpectabit, vt quod plenius

mus non infeliciter cœpit, ſecundus ac tertius accurate prouexit, quartus non abſimili forma conſectetur.

Ducitur Ieſus ad Caluariam.

Pilatus iam Chriſtum tradiderat dicam, an duxerat? cruci affigendum: nihil eum abeſt à ſcelere is, cuius tantummodo manus abeſt, cum ſtatim à manipularibus exutus ioculari purpura, induitur rurſum veſtimentis ſuis: vnde per malè obducta vulnera recens cruor effunditur, ac nouo cruciatu membra torquentur. Fecêre hoc milites, tum vt eductus ab omnibus reus agnoſceretur, tum verò ne ſibi veſtimenta eius perirent, quæ poſteaquam affectus eſſet ſupplicio, ad ſe ſpectare non ignorabant. Verum quidem eſt noxę capitalis reos, in crucem agendos per viam nudos rapi conſueuiſſe, quod veteres picturæ in vtroque ſicario etiamnum repræſentant; & ratio clara eſt, quia flagellari inter eundum ſolebant, quod aliter fieri non poterat: ſi quando autem veſtiti ducerentur, ſignum erat domi cæſos fuiſſe, vt Chriſto acciderat, vnde factum eſt quod S. Matthæus ſcribit, *induerunt eum veſtimentis eius & duxerunt eum vt crucifigeretur. Reſumpſit ſimul,* ait S. Athanaſius de Paſſ. & crucc Dom. *cum trophæo Crucis veſtimenta ſua, ab illis abiturus ad mortem, vt ea ſimul cum morte exueret.*

S. Athanaſ.

Vix ſupererat cadaueri anima ægrè retenta, cum ſtatim ſemiuiuo, qui iam ſibi ipſe pondus erat, impoſuere immanem patibuli machinam, longam, vt communis fert opinio, pedes quindecim, latam vero octo, vt ſuam ipſe mortem priùs ferret, quam inferretur: & qua cruce mox erat tollendus, eâdem priùs opprimeretur, ſic anticipato Prætoris impijſſimo edicto, contra Tiberij legem, ante decimum à ſententia diem, ad ſupplicium inſons rapitur, atque impoſita humeris cruce, iubetur innocentiſſima victima, iugo collum ante ſubmittere, quam morti. Ingenioſum turpiſſimæ crudelitatis additamentum! excogitatum quidem à callidis inimicorum ingenijs, vt grande ludibrium, ſed præmonſtratum à ſacrorum vatum oraculis, vt grande myſterium, cum præuiſus fuit regis maximi *Principatus ſuper humerum eius.*

... ſ... executio contra legẽ Tiberij.

Iſaiæ 9. 6.

Cogitur itaque labantibus ac pene intermortuis artubus ferre lignum non minus ignominia exitiale, quam pondere, vt quantum oneris magnitudine premeretur in corpore, tantum dedecoris acerbitate in animo cruciaretur, & cuius humeris totus mundus incumbit, ſuis ipſe viribus deſtitutus ſuccumberet cruci. Quis hic non credat multo cum alacrius, multoque feruentius, quam S. poſtea Andreas fecit, Crucem his aut ſimilibus verbis ſalutaſſe: ſalue Crux pretioſa, diu deſiderata, ſolicitè amata, ſine intermiſſione quæſita, aliquando cupienti animo præparata, ſuſcipe me ab hominibus & redde me Patri meo, ac per te me recipiat, qui pro hominibus redi-

A mendis miſit me: Terrentur latrones, inquit S. Bernardus dum Cruces vident, in quibus moriendum eſt, & abhorrent cum tamen eas ipſi geſtare non iubeantur, ſed lictores habent operis adminiſtros. Crucem autem ſuam cum gaudio amplectitur Dominus, vt in ea peccata noſtra, & totius mundi crimina deferat ad expiationis locum, cui Caluaria, hoc eſt vertex humani capitis arrogantiæ ſedes indiderat nomen: quaſi ad arrogantiam illam hominis exterminandam; quæ in peſtilentiæ poſita tribunali, ſuis non tam ornatur laudibus, quam opprobrijs delectatur, ibique figenda Crucis humilitas eſſet, vbi ſolium ſuperbia collocârat.

Olim Socrates carcerem ingreſſus loco infa-
B miam detexit: primo certè Dominus Ieſus hoc ſuo amplexu crucem debuerit conſecraſſe, vnde ea quæ ante ignominiæ plena, atque ob id à Liuio dicta *lex horrendi criminis*, à Iudæis *maledicta*, ac conferta dedecore, nunc *lignum vitæ appelletur*; quod qui apprehenderint, beati. Sic itaque compellitur Deus conſcendere extremum illum miſeriæ collem, vt qui ſceleratorum fuerat ſupplicium, eiuſdem Dei nunc fiat carnificina patientis, & in eo tamquam maximo orbis theatro, vniuerſus mundus aſpiciat lacerum ac ſummè defatigatum pro hominibus Dei filium excipi, non placidiſſimo patris ſinu, ſed ligno acerbiſſimæ crucis. Suſurrantibus ergo ſparſim inuicem turbis, quæ cõ-
C uenerant ad ſpectaculum, vt piè commentatur B. Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone c. 16. ecce iam Dei filius egreditur ianuâ, Crucem ſuper humeros ferens. Incedebat ſubmiſſo vultu, inceſſu humili, fatigatus & anxius, quippe qui tota noctè conſputos, illuſus, flagellatus fuerat & oppreſſus. Tardius incederet, niſi patibulum quaſi penna pœnarum, & ala charitatis aptata ſanctiſſimis humeris, molem excruciati corporis veheret potiùs, quam veheretur. Vadit nunc tandem ad ferale iugum produ̅que extra vrbem ſuis obſeſſam criminibus diuini Patris ſapientia, & quidem omnia bona ſecum portat, hoc eſt Crucem. Loco Prætidis ſequebatur Centurio, cum militibus ſuis, nec Sacer-
D dotum Principes, nec ſeniores populi abeſſe voluerunt, donec eum iam ſuffixum Cruci, ac denique mortuum vidiſſent. Et buccinatores quidem adfuiſſe probabile eſt, teſte namque Vegetio *lib. 2. c. 22.* conſtat Romæ, ſi quando in caput ciuis Romani animaduertebatur, reum deduci ſolitum per portam Exquilinam, & buccinas à Cornicinibus fuiſſe inflatas.

Itineris, quod ad Caluariam ducebat, circumſtantia.

Vegetius.

Addit Petrus Faber *l. 2. ſemeſtrium, c. 8.* tintinnabula pulſari ſolita, cum damnati ad ſupplicium educerentur, vt eorum tinnitu admoniti populares, à fortuito, ſed tamen ominoſo, vel carnificis ipſius, vel etiam damnati hominis contactu abſtinerent, ne incauti pollucrentur. Imò, aliquoties per viam à præcone cauſam mortis

Petrus Faber.

mortis enunciari ſolitam, ſunt qui velint, quæ tamen an hic obſeruata fuerint, cum Euangeliſtæ taceant, certo adſtruere non auſim.

Eodem refero, quem Pictores aſſerculum ſiue tabellam ad imam Chriſti veſtem adijciunt, quæ præacutis hirſuta clauis, pedibus calcibuſque euntis illidebatur, vnde quot paſſus figeret, tot neceſſe erat vulnera, nec ſolitaria illa, ſed pro cuſpidum numero compluria referre; verum, vt dixi, qui breuitati ſtudebant, nihil hic Euangeliſtæ, paucis multa complexi: *& baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum.* Et quidem, vt benè notauit S. Auguſtinus 117. *Tract. in Ioan. ſi ſpectet impietas grande ludibrium; ſi verò Pietas, grande myſterium: ſi ſpectet impietas grande ignominiæ documentum: ſi pietas grande fidei monumentum. Si ſpectet impietas, Regem videt pro virga regni lignum ſui portare ſupplicij; ſi Pietas, videt Regem Baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum, in eo ſpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda Sanctorum.* Dicturo enim Paullo: *mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ipſam crucem ſuam geſtans humero, commendabat, & lucernæ arſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat. De quo pulcherrimè S. Ioannes Chryſoſtomus *hom. 84. in Ioannem: quemadmodum,* inquit, *Victores, ita & Chriſtus victoriæ ſignum humeris tulit, vt mortis Triumphator à mortis tropheo agnoſceretur. Crucem ferebat humeris, tamquam ſtrenuus miles lanceam, qua hoſtem deiecturus erat, & victoriam aſſecuturus, quod nec vitio nec probro verti debet: id enim ad regni ſui gloriam pertinuiſſe poſtea ſignificauit, cum per Crucem ſuam imperium non prodidit, ſed acquiſiuit, dum Principatus eius ſuper humerum eius imponeretur.*

Ioan. 19. 17.
S. Auguſt.
Gal. 6. 14.
S. Chryſoſt. hom. 84. in Ioan.

Et iterum *homil. 6. in fer. 5. hebd. maioris. Rex,* inquit, *quando glorioſior? num quando indutus purpura, diademate coruſcus, auro aſperſus & gemmis fulgens in throno ſublimis reſidet? an quando in campum progrediens honore vltimus, periculis primus, onuſtus ferro, grauatus armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro periculis omnium premit hoſtem, contemnit pericula, ſpernit vulnera? ſic & Rex noſter dum Crucem portans ad ſupplicij locum imperterrite progreditur cum hoſtibus, de humani generis dominio manus conſerturus.*

Egredimini proinde filiæ Sion, animæ fideles, & videte Regem veſtrum in illo triſtiſſimo aſpectu expreſſum, imaginem intuentes peccantis Adam, parentis veſtri, atque adeò ſceleris veſtri, nec ſuper illo, ſed ſuper vobis ipſis vberes lachrymas fundite. Quæcumque enim fiunt circa nos, in arido ligno fiunt, niſi humeſcat imbre lachrymarum: quæcunque vero geruntur circa Chriſtum, in illo viridi ligno fient, quod nūc gerit pro ſceptro, quodque mox tamquam viuens ſurculus in fertiliſſimam arborem tranſpoſitus Caluarij montis, A pendentem mirabitur è ſuis ramis vitæ fructum non ſuum: & verè tamquam altera vitæ arbor in medio paradiſi ſalutem & vitam operabitur in medio terræ.

Interim, vt S. ſcribit Auguſtinus, *Crucem geſtabat pondere grauem itinere longo: graue quidem pondus corpori, ſed leue charitati*, vnde in ſiniſtro humero vulnus adeò magnum contraxit, vt inter reliqua ſibi ſenſerit id eſſe permoleſtum: ad itineris vero longitudinem quod ſpectat, dimenſus eam Chriſtianus Adrichomius, in theatro ſuo terræ ſanctæ, *num.* 118. ſic ſcribit: à palatio Pilati ad montem vſque Caluariæ greſſus numerantur 1321. Ex his, prætorio relicto, ſex & viginti confecit ad locum, B in quo Crucem in humeros accepit.

S. Auguſt.

Hinc ad octoginta greſſus proceſſerat, cum baiulans crucem ſub ea concidit.

Erectus illicò cum onere ſuo pertexit ad ſexaginta greſſus, & pedes tres, vbi Matrem cum diſcipulo conſpexit.

Ab occurſu hoc longè triſtiſſimo pertranſiens ad triuium quoddam, poſt greſſus vnum ac ſeptuaginta cum ſeſqui pede, deficere viribus cœpit, ac luxato iam dorſo fractis humeris, exhauſtis venis ſanguine, exanimato vulneribus corpore, patibuli oppreſſus pondere, dum nos erigit, cecidit iterum Ieſus, ſed immanior parcendo crudelitas leuatum onere grauiori ſupplicio reſeruauit; veriti namque Iudæorum C principes ne forte in via, vt erat excruciato corpore debilior, exſpiraret, cum nullus eorum infame illud, nefaſtumque lignum vel pretio portare vellet, Simonem quendam Cyrenæum, virum agricolam atque ignobilem obuiam ſibi factum patrem Alexandri & Rufi, diſcipulum Chriſti, teſte S. Hieronymo, vel inuitum compulerunt, vt tolleret Crucem illius, & ferret poſt eum. Ingenioſè de hac re S. Athanaſius *ſerm. de Cruce. Dominus & ſibi ipſi crucem geſtauit, & rurſum Simon homo portauit illam. Primùm igitur portauit Chriſtus Ieſus, veluti trophæum aduerſus diabolum: volens autem Crucem ſibi ipſi ferebat: neque enim neceſſitate compulſus acceſſit ad mortem.* D *Rurſus autem geſtauit eam Simon homo, vt omnibus notum fieret, quòd non ſuam ipſius, ſed hominum mortem Dominus moreretur.*

Simon Cyren. occurſio.

Reprehenſus hic Simon, primum obniti, ac reluctari; tandem, Deo intus agente manus dare, atque humerum ſubiicere cœpit.

Euge Simon, quod facis, conſtanter fac, ſciet illud orbis terrarum vniuerſus, atque in Euangelio laudaberis, vbicunque illud contigerit recitari.

Animoſe, Simon, Reges habebis operis tui imitatores, Heraclius Imperator nudis pedibus, aperto capite, depoſita corona, veſteque regia exutus Crucem hanc poſt ſex ſæcula, in eundem hunc montem deferet humeris ſuis, gaudens te poſſe imitari.

Animo

Animoſè, inquam, Simon ex attactu huius ligni, Crucíſque euectione ſaluaberis, Chriſtum noſſe magis incipies & amare. Ita namque contigit fuit enim Simon hoc itinere compunctus, profectuſque dein cum Paullo Apoſtolo in Hiſpaniam, Dertoſæ Epiſcopus factus eſt, ac vixit ſanctiſſimè, faſtis Eccleſiæ adſcriptus. *Lucius dexter in Chronico Braulio*, &c.

Quomodo Simō Crucem tulerit poſt Ieſum.

An vero hic Simon Syrenæus Crucem vnà cum Chriſto portarit, an ſolus? non otioſe à multis quæritur; ſunt nonnulli qui poſteriore tantum parte, prioris onere, quod longe grauius erat, in humeris Ieſu reſidente, eam extuliſſe opinentur, inualuitque hæc vulgo opinio, popularibus eam fouentibus, vt Caietanus tradit in *cap.*23. Lucæ, ac defendentibus picturis. Verum certius longè, ac maiore fundamento, vt tradit S. Auguſtinus *lib.* 3. *de conſenſu Euang. cap.*10, aliique veteres, præſertim S. Athanaſius *de Cruce & Paſſ. Dom.* S. Hieronym. *in ca.*27. Matth. S. Ambroſ. *in cap.*23. *Lucæ*, aliique, vt antea Ieſus integram, ita nunc Simon totam poſt Ieſum crucem geſtauit: vnde Ven. *Beda. Crux primum à Domino portata, deinde Simoni, quem exeuntes forte obuium habuerunt; portanda impoſita fuit.*

Verum hic nemo ſe conturbet, aut fortaſſe ſuſpicetur Dominum Ieſum quam ſemel ſponte, volentique animo crucem admiſerat candem ſegniter abdicaſſe, cumque alienis eam ſinerit humeris imponi, ſuos à labore voluiſſe feriari. Neutiquam profecto: neque enim alia de cauſſa onus iſtud depoſuit, quam eodem humeros ſuos ante grauârat. Cæleſtem namque Patrem ita velle nouerat, qui eo certè in ligno, quod hactenus moleſtiſſimè tulerat, filium emori duos inter latrones cupiebat, quod ne vitâ intereundum fugiente, ante præpediretur, quam in Caluarium deueniſſet, tantiſper à minoribus hiſce feriari voluit, vt pœnis ſe grandioribus reſeruaret. *Hoc mandatum*, dixerat Ioan. 10, *accepi à patre meo*, Maximo nobis relicto exemplo, traditoque documento, vt quoties vel Deo permittente, vel ratione perſuadente Crucem ad tempus exuimus, non alio incitamento faciamus, quam ille feciſſe legitur, quem Pater Ducem, ac præceptorem gentibus dedit. Iſaiæ 55.4: ne fluxa ſcilicet remiſſio, molliorue nos ignauia excutere id ſinat, quod ante conſulto aſſumpſeramus: cum autem relaxamenti quidpiam aut quietis admittendum eſt, id fiat, vel diuinæ obſecundando voluntati, vel vt melius atque perfectius Deo ſeruiamus, aut proximum maioribus animi, corporiſque viribus adiuuemus; tanti namque valoris ac pretij res ſunt, quas nobis immittere Cruces Deus conſueuit, vt eas amoliri nefas ſit, niſi aliis, quæ maioris pretij ſunt, permutentur. Perſpectum id magno Indiarum Apoſtolo S. Franciſco Xauerio fuit, quem in ipſis incommodis ac periculis Deum

Quare ſineret Chriſtus Simonem poſt ſe Crucem ferre.

Ioan. 10. 18.

Iſaiæ 55.4.

A enixe precari ſolitum accepimus, ne his ipſum eriperet malis, niſi ad maiora mala diuinæ gloriæ cauſſa reſeruaret. Turſellin. *l.*6. *c.*8. Siue itaque Crux aliqua nobis imponatur, ſiue quapiam de cauſſa eripiatur, aut cum alia commutetur, ſemper geſtanda corde eſt, à quo nunquam Chriſti exemplo abeſſe debeat, vt cum Apoſtolo dicere poſſimus: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.* 2. Cor. 4. 10. *Sicut enim ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore noſtro, ſiue per vitã, ſiue per mortẽ.* Phil. 1. 20. Sed eſt & alia tranſlationis huius cauſſa, non leuis quam nobis aperiet S. Leo *ſerm. de* Paſſione: vt tali facto præſignaretur gentium fides, B quibus Crux Chriſti non confuſio futura erat, ſed gloria. Conueniebat enim, teſte S. Ambroſio, vt trophæum ſuum prius ipſe victor attolleret: bonus ſiquidem ordo noſtri profectus erat, vt prior crucis ſuæ trophæum erigeret, deinde martyribus traderet erigendum; vnde Sebaſtianus Barradius Crucis à Chriſto tranſlationem in humeros Simonis factam eſſe ait, vt nimirum intelligamus, non eſſe ſatis ad ſalutem conſequendam, Chriſtum nobis Crucem portaſſe, ſed inſuper oportere nos eam poſt Chriſtum ferre, iuxta illud Matth. 16. 24. *Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam & ſequatur me.*

2. Cor. 4. 10.

Philip. 1. 20.

Sed iſti, & iſti hoc effugiunt ac declinant. Quid ad te? Tu me ſequere. O ſalutis æternæ C vexilliferum! hoc vexillum ſequi nos oportet, qui etiamque ſequi volumus ſalutem. *Verum ô! quam pauci, exclamat Bernardus, poſt te ô bone Ieſu ire volunt: cum tamen ad te peruenire nemo ſit, qui nolit: cupiunt te conſequi, ſed non ſequi.*

S. Bernard.

Mirum! quam hæc deſidia diuinum Numen ſummè φιλανθρωπον afficiat, atque omnem in partem verſare ſoleat, vt tanto malo medicinam inueniat, nunc ſtupendo naturæ partu Cruces varias in ora, oculoſque hominum producendo, nunc verò innumeras tum virorum, tum mulierum veſtibus de cælo inſtillando, quibus, earum, quas Chriſti exemplo ferre debeant, meminiſſent, euiuſmodi vnum multis nequeo præterire. Annus à partu Virginis labe- D batur nongenteſimus quinquageſimus nonus, cum in Morinis diuinitus aſperſæ veſtibus hominum Cruces, ac ſi quis palmares Cruces pingui aliquo liquore intinctas veſtibus, quincuncis in modum impreſſiſſet, vnde aliqui per vicos gradientes & oram pallij legentes, obuiis quatuor aut quinque Cruces huiuſmodi adnumerabant, ſed longè plures à vicinis in tergo numerabantur, vnde gemitus per compita & eiulatus: Wicfridus Epiſcopus Teruanenſis in platea ad populum ſic locutus eſt, ex feneſtra domus, quam ingreſſus erat, ſupplicatione, quæ fiebat, ibi ſiſtente, vbi modo Crux lapidea erecta eſt.

Audomaropoli *diuinitus Cruces hominum veſtibus inſperguntur.*

Si tanti eſtis Crucis Amatores, vt illa ex abundantia cordis foras erumpat, & in palliis ve-

ſtris

Digitized by Google

ſtris appateat, animi penicillo depicta, bene eſt: ſic, laus Deo, per triginta pene annos hoc Domini ouile adminiſtraui, quippe Saluator nihil frequentius inculcauit, quam *tolle Crucem tuam & ſequere me*; Si non, nunc certè multas Cruces ferre & antrorſum & retrorſum, & dextrorſum & ſiniſtrorſum inſignita veſte commonemini: quid illud ſit, perpendite; non auſim ego rem adeo ſublimem interpretari, niſi Apoſtolus Paulus optimus magiſtri ſui interpres diceret: *mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram*, non
Coloſſ 3.5. vnum mortificationi ſubiciendum, ſed omnia, *in multis enim offendimus omnes.*

Iacobi 3.2. Dominus Deus vos tot Crucibus ſignando, ſalutari documento inſtruit, vitam hanc mortalem vbique Crucibus circumcingi, vbique Crucem paratam, quocunque ieris Crucem tecum portare, imo te tibi ipſi Crucem fore. Tota filij Dei vita, quantacunque fuerit, Crux fuit; ſi tu tibi lætos dies optes & gaudium: erras. *Qui non baiulat Crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me*
Lucæ 14. 27. *dignus*: Ergo Morinos ſe dignos facit, qui tot eos
Eph. 4. 30. Crucibus conſignat: *nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis, in die redemptionis veſtræ.* Reuocare ad memoriam eſſe vos in illo ſignatos in die Baptiſmi &c. Ita Iacobus Malbranc. *tom. 2. de Morinis l. 7. c. 51.*

Quid cunctamur? Chriſto præeunte quid metuendum? num Herodem fortaſſe aut Pilatum relinquere pigeat? num vanæ aut noxiæ cupiditatum illecebræ detinent? an culpæ cuiuſpiam præpediti conſcientia, Chriſto nos adiungere veremur? at ideo tanto magis Crucem tollere & Chriſtum ſubſequi deceat, nam & ſicarij duo eum conſecuti ſunt. Videndum etiam, atque etiam, arbitrer, ne dum lubentes ſubſequi detrectamus, & Crucem ſponte ſuſceptam poſt Ieſum ferre abnuimus, idem nobis quod Simoni eueniat, quem venientem de villa ſecularibus negotiis implicatum, nec quidquam minus quā Chriſtum ſequi cogitantem *angariauerunt*, teſte
Luc. 23. 26. Euangeliſta, *vt tolleret crucem eius*; beatior futurus, ſi quam inuitus admiſit, animo libenti excepiſſet, quod enim per angariam agimus, id neutiquam ſtudio amoris operamur, quo vno ſtat, vigetque perfectio. Crucem itaque Ieſu in angaria portare eſt, afflictionem corporis, grauesque pœnas non eo, quo decet, conſilio, ac fine ſuſcipere, quod non obſcurè docere viſus eſt
S. Gregor. l. 8. mor. c. 26. S. Gregorius *lib. 8. moral. cap. 26. An non*, inquit, *Ieſu crucem portat in angaria, qui quaſi ad præceptum Domini carnem domat, ſed tamen ſpiritualem patriam non amat. Vnde & Simon idem Crucem portat, ſed nequaquam moritur: quia omnis hypocrita corpus quidem per abſtinentiam affligit, ſed tamen per amorem*
Gal. 6. 14. *gloriæ mundo viuit, contra quem Paulus inſurgit, dicens: mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Portabat Apoſtolus Crucem, ſed non vt Simon per angariam, ſed animo ſponta-
S. Auguſt. neo ac perlubenti, quod vt S. Auguſtinus Læto

A cuidam perſuadere poſſet, ſcripſit in hunc modum: *tolle*, ait, *Crucem tuam, & ſequere dominum. Nam cum te præſens aduerterem domeſticis curis à diuino ſtudio retardari, ferri te potius & duci à Cruce tua, non eam te ferre ac ducere ſentiebam. Crucem enim noſtram Dominus portari à nobis iubet, vt eum expeditiſſimè ſequamur, quid autem aliud illa quam mortalitatem carnis huius ſignificat? ipſa enim nos cruciat, donec abſorbeatur mors in victoria.* Interim Crux eſt paupertas, dolor, ignominia, bonorum iactura, contumeliæ, irriſiones, contradictiones, ſolatiorum abſentiæ, cæteraque huiuſmodi ſexcenta, naturæ noſtræ mortali ſolita aduerſari detrimenta.

Crux grauis, ac multis iniucunda, nobilis ta-
B men ac minus acerba, quia Cor Chriſti, & animam traiecit. Quare ſi ligneam eius Crucem cui in Caluario per quatuor circiter horas carne ſuffixus eſt, pio cultu honoramus, cur viuam laborum eius Crucem, quæ cor eius penetrauit, non æſtimemus? quemadmodum itaque vel minimam Crucis illius aſſulam permagni facimus, ita quemuis dolorem ac laborem, magnum illum ſiue paruum, merito hic ſemper maximi pendere debemus. Ita Balthaſar Aluares, è Societate noſtra Theologiæ myſticæ inſigne ornamentum, cuius hæc ad afflictos omnes familiariſſima erat exhortatio: *Arboris S. Crucis nec foliolum permittere debemus in terram decidere.* Ludouicus Pontanus *cap. 28.*

C Dicitur autem hæc metaphorica Crux, quo nomine veniunt omnia, quæ corpus & animam cruciant vel affligunt: & de hac quidem intelligendum quod de mellifluo illo amaritudinum Chriſti, & myrrhæ faſciculi contemplatore Ber- S. Bernar.
nardo, litteris traditum inuenimus, cui aliquando petenti à Domino, quomodo, Chriſto ſuo maximè conformis eſſe, & illi tanta paſſo compati poſſet, Dominicâ quadam Paſſionis in ſuaui eſtatici amoris deliquio, onuſtus Cruce Chriſtus, qua grauem dorſo trabem operosè ad montem Caluariæ baiularet, ſe oſtendit. Lachrymanti ad miſerabile ſpectaculum Bernardo accidit vox ad aures: mi Bernarde, iuua me, qui tanta pro te patior. Accurrit Bernardus
D Chriſtum in ſecunda Cruce adiuturus: & patere, inquit, Domine, vt patiar. *Ita pater, quia ſic placitum eſt antè te.* Illam accepto ſua in latitudine, paratus pati, quæcunque volueris. Illam am-
plector ſua in longitudine, tamdiu paſſurus, *Quatuor dimenſiones Crucis.*
quamdiu permiſeris; illam ſuſcipio, ſua in ſublimitate, & profunditate, tam excelſo & humili animo toleraturus omnia, quam cognoſco te velle à filio, & quam filius tibi poteſt exhibere.

Et optime id quidem: hæ enim ſunt quatuor illæ Crucis dimenſiones in quibus fulget Crucis myſterium, quaſque & noſtra habere debet, aut non erit illa Crux quam iubemur quotidie ferre poſt Chriſtum, & in qua cum ipſo affigendi ſu- S. Leo ſer. 9. de quad.
mus, *quæ meritò*, teſte S. Leone *ferri vnicuique ſua-*

detur,

detur, quia proprijs modis, atque menſuris ab vnoquoque toleratur. Vnde exorta veritas, quod *qui à Cruce ſuas tollit dimenſiones, tollat à ſe Crucem ſuam.* Tollit nempè ſimilitudinem ſuæ Crucis cum Cruce Chriſti, quod vt clariùs pius lector aduertat, expendendæ Crucis myſticæ dimenſiones, ac cum Iuliano Hayneuſſio viro è Societate noſtra religioſiſſimo explicandæ. A

Latitudo itaque Crucis eſt quidquid ex diuina ordinatione patiendum eſt. O quæ & quanta Chriſtus in toto paſſus corpore, in bonis, in honore, & vniuerſim in omnibus! Itane vero tu, homo noue, tu, inquam omnia? Si quid deſit, quod non patiaris, tantum de latitudine tuæ Crucis deeſt, & tantum de ſimilitudine eius decerpis. B

Longitudo Crucis eſt, tamdiu conſtanter pati omnia, quam durat occaſio patiendi, ſic Chriſtus ab horto ad Crucem. Imò ſic à primo vitæ exortu, vſque ad mortem ſemper conſtantiſſimè paſſus eſt. Si reſilis, non imples menſuram longitudinis Crucis. *Nunquam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi nunquam deeſt obſeruantia pietatis. Totius temporis eſt Crucem ferre. S.Leo. ſer.9. de quad.* S.Leo ſer. eod.

Sublimitas denique & profundum Crucis, eſt charitas & humilitas ſimul iuncta in animo patientis; ſic Chriſtus ex ea ipſa charitate qua diligebat Patrem, diligebat Crucem & in hac ſublimi dilectione patiebatur. Tam profunda vero eius erat humilitas, vt exinanitio ab Apoſtolo dicta ſit, quo verbo nihil aptius in rem præſentem dici poteſt. Ita menſuram ſuæ Crucis ille expleuit, cum iſta paſſus eſt, quæ Corinthiis ſcribit: *ſecundum menſuram, qua menſus eſt nobis Deus,* ſic imitatores ſui nos eſſe vult, ſicut ille eſt Chriſti; ne dum à Cruce ſuas tollimus dimenſiones tollamus à nobis Crucem Chriſti. C 2.Cor.10.

Crux tropologica. Eſt vero & alia, ſcilicet allegorica ac tropologica Crux Chriſti quæ melioris vitæ, virtutiſque propoſitum eſt, de qua S.Auguſtinus explicans hæc verba Pauli Apoſtoli: *abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo,* ſic loquitur: hoc autem dicit, vt intelligas non ligni eſſe patibulum, ſed vitæ virtutiſque propoſitum, cuiuſmodi ſanè crucem omnes illi tollere dicuntur, qui Religionis iugum generosè aſſumunt, eamque vitæ rationem ineunt, quæ à rerum mundanarum ſtrepitu quam remotiſſima eſt. Quod ipſum ex Gerardo de Fracheto, duorum tyronum exemplo, probatum eſſe deſidero: melioris hi vitæ ſtudio incenſi, eam procul à patria fuerant amplexi. Verum primo conuerſionis tempore, eorum alter cum periculoſiſſimo morbo conflictatetur, ſociumque Religionis ſuæ tædio affici animaduerteret; cōſolari cum cœpit: ac dein ipſemet inualeſcente vi morbi, cum ad meliorem vitam euocatus eſſet, collegæ ſuo Deum oranti, lætiſſima ſe ſpecie viſendum exhibuit, eximioque, quo circumfundebatur lumine mœrentem ſummopere recreauit. Eductum verò foras ad planiciem quandam, dum ſolatur, nec minùs ad conſtantiam inuitat, ecce fulgentiſſimorum hominum cohors ſingulari ordine magnas Cruces humeris deferens, per montem in cœlum conſcendebat. Nouitius in admirationem raptus, illico in feliciſſimam illam turbam oculos coniicit, & dum eos aſpectu proſequitur, ſuccedit deinde alius Beatorum cuneus geſtantium manibus triumphales Cruces, quas nulla difficultate geſtabant. Auxit admirationem iuxta ac lætitiam hic ordo militum, priores pone ſequentium, cœlorumq; celſa petentium. Sed continere ſe præ gaudio vix potuit, cum tertius ordo ſucceſſit longè maior: nam ſingulis ſua Crux à florentiſſimo quodam iuuene præferebatur. Cumque præcedentes turmas ſequerentur, & Angelus defunctum nouitium cum ſuâ Cruce ad iungendum ſe alijs accerſeret; ſocius eius, non ita, inquit, ſed priuſquam abis, rei geſtæ ſeriem, triumque religioſorum ordinum triumphos explica. Beate Iuuenis, quoſcunque vidiſti, ait, tribus hiſce diſtinctis ordinibus, omnes beatorum ciuitate donatos eſſe certo ſcias. Qui primum comparuêre inſignes Crucibus, quas baiulabant humeris; ij ſunt, qui ætate prouectiori ſe Dei obſequio mancipatunt, ideoque longas, lataſque Cruces præteritarum ſcilicet conſuetudinum, velut onera quædam deportari coacti ſunt. Gal.6.14. *Viſio diuerſimodè geſtantium Crucem ſuam.*

Secunda cohors eorum eſt, qui media ætate virtutem complexi ſunt, & ij cruces geſtant manibus, vtpote portatu leuiores.

Qui verò agmen clauſerunt, nec Cruces, nec laborem ſeſe tuliſſe inſinuant: quia in tenera ætate, ſpretis mundi illecebris, perfectionis arcem ingreſſi angelicè vixerunt totumque iugi dominici pondus eorum Angeli ſuſtinuerunt, non ipſi.

Tu quoque ſi modo perſeueraueris, nobis adiungêre & beatos inter numeraberis: Ego verò Dei gratiâ, cum illis, quos vides aſcendo. D His dictis alios ſecutus eſt, Angelo ſuo duce, eiuſque crucem ferente.

Eodem pertinet quod *lib.3. Inſinuat. diuinæ pietatis cap.30.* legitur. Cum *B.Gertrudis* cantari audiſſet in choro: *qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum & tollat Crucem ſuam & ſequatur me:* reſpiciens vidit Dominum, viam quandam ingredientem, & peragrantem amœnam quidem viriditate, ac florum venuſtate delectabilem, ſed anguſtam ſimul ac ſpinarum denſitate horrentem. Vidit autem Crucem præcedere, ac viam ſpinarum diuiſione ab inuicem ad ambulantium commoditatem ſternere; reſpiciebat Chriſtus retrorſum, ac ſereno vultu ſuos poſt ſe inuitabat dicens, *qui vult venire poſt me tollat Cru-* *Viſio B.Gertrudis de ferenda Cruce.* Luc.9.23.

Crucem ſuam *& ſequatur me*, inter quæ intellexit vni cuique tentationem ſuam, eſſe Crucem, quam tollere quilibet debet, adhibens voluntatem patiendi libenter contraria.

Alia Crucis notio. Addo & Crucis portandæ nomine venire aſſiduam, viuamque eiuſdem meditationem, qua veluti poſt Dominum, aut cum Domino, eorum quæ ipſe paſſus eſt, memoriâ diſtinemur: ſignificare id pro ſingulari ſua in homines benignitate Amicis voluit, & tantum non imperate; quod gemina Hiſtoria confirmo.

Modus Henrici Suſonis in geſtanda Cruce. Vir fuit è S. Dominici familia ſanctus, ac planè Apoſtolicus *Henricus Suſo*, quem poſteaquam Dominus die quadam obiurgaſſet, dicens: Itane ignoras oſtium me eſſe, per quod omnes veri Dei amici ingredi debeant, qui velint beatitudinem adipiſci? planè neceſſe eſt per afflictam humanitatem meam, illi te conformando, penetres, modò ad nudam velis diuinitatem meam reuera pertingere. Quo ille ſermone excitatus, ſingulis deinde noctibus poſt peractas preces matutinas, cœpit cum Chriſto miſerandum illud deportandæ Crucis iter ingredi, quod idem Dominus Ieſus à tribunali ad montem vſque Caluariæ confecit.

Hoc autem Crucis iter hac ratione inchoabat; vbi ad domus capitularis veſtibulum veniſſet, flexis genibus primo Domini ſui veſtigia oſculabatur ad mortem propter ſe damnari, & ad ſupplicij locum properantis. Dicebat hic

Pſal.21. *Pſal.21. Deus, Deus meus reſpice in me:* atque ita per oſtium in cœmeterium procedebat. Finxerat autem ipſe ſibi plateas quatuor, per quas cum Domino iturus erat.

Per primam gradiebatur cum eo ad mortem, hoc deſiderio, quod & amicos & facultates, ac bona temporaria deſerere, atque in Chriſti laudem, exilium omni conſolatione deſtitutum, ac voluntariam paupertatem perpeti vellet.

In altera platea proponebat contemnere honores, ac dignitates temporales, atque vltroneo totius mundi deſpectui ſtudere, cogitans Dominum ſuum vermem, & non hominem, opprobrium hominum & plebis abiectionem fuiſſe.

In capite tertiæ plateæ denuò genu curuabat, terram exoſculans, libereque renunciabat omnium neceſſariæ quieti, ac corporis commoditati in honorem excruciati corporis teneriſſimi Domini Ieſu: cumque eum ante ſe miſerandum in modum ſatellites impellerent, cogitabat iure, meritoque, cunctorum oculis & cordibus gemitus hoc ipſum excutere debere.

Ad quartam veniens plateam, in eius medio ſe in genua prouoluebat, procedebatque ante illum, terræ oſculo dato, obnixè deprecans, ne ſine ipſo ad mortem pergeret, recitatoque Hymno *Aue Rex noſter, fili Dauid*, &c. eum prætereunte ſinebat.

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A Exinde denuò ſubmittens ſe in genua verſus portam, Crucem excipiebat dicens: *O Crux aue ſpes vnica*, &c.

Hic vero omnem voluntatem ſuam diuinæ permittebat, ac reſignabat voluntati, nihil recuſaturus, quidquid ipſo facere Deus vellet.

Poſtmodum verſabat lectionem Eſaiæ, quæ in Paraſceue legitur: *Domine quis credidit auditui noſtro*, &c. qua ad viuum depingitur eductio eius ad mortem: atque ſub hæc Chori oſtium ingreſſus, coram Crucis imagine humi proſtratus, rogabat Dominum, ne famulum ſuum, neque morte, neque vita, neque proſperis, neque aduerſis à ſe vnquam pateretur diuelli. *Ita Laurentius Surius in vita Henrici.*

B Alius fuit pius, ac religioſus Aſcetes, qui dum magnis ab eo precibus contenderet id ſibi declarari, quænam diuinæ ſuæ Maieſtati opera maximè arriderent, quæ ſui amore fieri vellet; apparuiſſe illi legitur totus cruentus ac vulneribus conciſus grauem humeris portans crucem, his verbis ſuæ mentis placitum elocutus; *omnium mihi gratiſſimum accidet, ſi me iuueris in portanda hac Cruce; quod fiet ſi me dolorum ac cruciatuum meorum conſideratione comiteris, ac mihi ſuauiter animo condoleas.* Quibus dictis illico diſparuit. Ita *Ludolph. de Saxonia in proœmio paſſ.* *Vir pius ad ferendam Crucem viſo mirabili commonetur.*

Quod ſi in portanda Chriſti Cruce tantum is tulerit momentum; quantam obtenturum mercedem crediderimus eum, qui non verbis *Alia Notio Crucis.*

C ſolum aut cogitatu, ſed & impotentium animi motuum coërcitione, immo & opere charitatis pleniſſimo eumdem fuerit comitatus? gemino rem teſtimonio confirmo. Auctor eſt *Dionyſ. Carth. art. 6. ſcalæ relig.* Tironem fuiſſe, qui primis Conuerſionis ſuæ diebus, feruorem præ ſe tulit eximium, exinde vero, vt fieri ſolet, refrixit, vnde factum, vt in moderandis affectibus, obeundiſq; melioris vitæ exercitijs mirum tepeſceret. Graue & moleſtum illi erat vile quoddam ac tritum veſtimenti genus induere, quo ſui ſimiles vti non ignorabat; quare per quietem ei Dominus Ieſus oblongam & graD uem humeris Crucem geſtans apparuit, quatum anhelãs & velut fatiſcens gradus in proximo poſitos aſcendere conabatur: at fruſtra, quia Crux grandiuſcula ac lata aſcenſum prohibebat. Quod tiro intuens, ac laborantem miſeratus, opitulari geſtiens: ſine, inquit, Domine, tibi me in Cruce hac geſtanda ſuppetias ferre: cui ſubirato ac toruo vultu Dominus: ecquã tu audaciâ tam grauem & ponderoſam hanc Crucem meam ferre præſumis, qui ne religioſum habitum illum quidem adeò leuem, mei amore geſtare præſumis? Dixit: & hominem in virum alium conuertit.

Geminum hiſce *Lucas VVadingus* præclarus hiſtoricus, *Annal. tom* 1. ad annum 1222. recenſet de *Alexandro filio Alenſi*, qui poſteaquam voti reus ordinem Minorum ingreſſus, poſt dies ali-

Digitized by Google

quot ad dimittendum habitum tentatus, abitum pararet, ſequenti nocte in ſomnis vidit B. Franciſcum Crucem ligneam ponderoſiſſimā portantem humeris, quacum ipſe montem cōſcendere nitebatur, cui compatiens *Alexander*, cum vellet eum in portanda Cruce adiuuare, indignanter à B.Franciſco repulſus eſt, dicente: *vade miſer, tu non vales portare vnam Crucem leuem ex panno, & portabis Crucem ex ligno!* quæ videns, audienſque Alexander, excitatus totus in verum, ſpiritualemque ſtaurophorum conuerſus fuit.

A proprio ſui exercitio, ad proximum iuuandum digredior, in quo ſanè, non raro & inueniri, & ferri Crux bona conſueuit.

Ioan. Lopez. Aluarus dum pauperem ægrum portat Crucem portare videtur.

Aluarus fuit natione Luſitanus, Ioanni eius nominis ſecundo Caſtellæ Regi à ſacris confeſſionibus olim, tum verò ab aulæ tumultu ereptus in Cordubenſi Cœnobio, Deo ac proximo viuens, hic dum à concione ex Cordubenſi ciuitate in ſuburbanum ſuum Cœnobium reuertitur, obuium habuit in itinere inopem aliquē, vt ipſe querebatur, moribundum: illum Aluarus ſuperiore ſua veſte ſibi detracta inuolutum leuiter in humeros ſumpſit, & per montis cliuum in cœnobium tulit. Redeuntem fratres conſalutant quid ferat? ſciſcitantur; ille inopem, animam propemodum agentem eſſe ait. Excipiunt ſarcinam, ac tantiſper humi deponunt, vſque dum alij adſint; at rem ſtupendam! dum Aluari veſtem, in qua vir ille moribundus inuolutus fuerat explicant, nullus æger conſpicitur, ſed Chriſti è cruce pendentis imago, & ingenioſè exculptum ſimulachrum, quod tanta rei nouitate perculſi ſolenni pompa in templum intulerunt. *Ioan. Lopes 3. p. l. 2. c. 24.*

19 Febr. 1657.

Auguſtin. d'Auila. *Idem patuit in* Matthia *à pace.*

Aliud illuſtri huic prodigio non abſimile eſt, quo Deus Matthiam à Pace ex eod. ordine exornauit; Percurrebat vir planè Apoſtolicus Indorum, circa Gratimalam, pagos, cum aliquando inopem Indico habitu, magna ægritudine in via proſtratum inuenit, is Matthiam rogabat, vti ad ſuas ædes, quo progredi nequibat, eum deferat: cum ſtatum is pauperi humeros ſubmittit, alacerque geſtauit. Indi obuij rem ſpectantes, fixis humi genibus, manibuſque protenſis venerabundi procumbebant ex quibus percunctans Matthias, quid iſto honore ſibi vellent? Chriſtum, inquiunt, quem ex Crucis robore pendentem geſtas veneramur. *Auguſtinus d'Auila l. 1. hiſt. c. 37.*

Nobilis hæc certè Crucis geſtatio, ac ſalutaris! quam vtinam omnes pro dignitate æſtimēt, pro merito æmulentur!

Quantopere vero huiuſmodi Crucis portatio Deo grata ſit & accepta & aliàs non vno voluit diuina bonitas ſigno demonſtrare.

S. Ansbertus *poſt mortem in brachiis roſeam Crucē praetulit.*

S. Ansbertus Epiſcopus Rhotomagenſis iam diebus 17. iacuerat ſepultus, cum ecce miraculorum eius gloria quaquauerſus radios ſuos e- A mittente, Corpus de terra tollitur, res mira! inter ſuauiſſimi odoris fragrantiam, in brachiis eius dominicæ Crucis imago roſei coloris ſimilitudinem gerens, reperta eſt, vt patenter cunctis daretur intelligi, cuius arma viuens portaſſet in corde, eius nunc teſſeram in mortuo corpore circumferre. *Angrad. in vita.*

Quantus vero & hinc in viuis fructus exiſtat aperiet inſignis hæc & digna poſteris vocatio, nobilis cuiuſdam Angli, de quo ſuppreſſo nomine, hæc à viris religioſis, ac fide dignis accepi, & eâdem referre non omittam. Fuerat ille in hæreſi iam inde à puero nutritus, & quos cum lacte ſuxerat errores, tenacius retinebat, nec ab iis vllis rationum momentis, vllo oratio- B nis pondere, ſe dimouere patiebatur, & verò non dimiſiſſet, niſi maior aliqua vis acceſſiſſet; ea porro cæleſtis, ac diuina ſanctiſſimæ Crucis fuit: Cum enim de via ferretur generoſo vectus equo, ecce ſubito turbari viſus æther, & in nubem cogi, è qua deinde velut è cæleſti armamentario primum altius inſonare, mugireque tonitrua, dein fulmina, miſſileſque faces euibrari. Has dum innoxius ſpectat, ridetque, derepente grauius infremere, minarique de nube concluſus ignis, & effracto illius ſinu ingenti ſtridore euolare, atque in viatorem noſtrum illabi, totumque ambire & cingere: de ſe ipſe actum credidit, abiit tamen innoxius horror, at non ſine aliquo ipſius veſtigio. Mirum enim di- C ctu, viſuque chlamys ipſa tota crucibus igneis aſperſa apparuit, eas ſcilicet impreſſerat illapſum è cælo fulmen, quod ſeſe in vindices pœnas explicuiſſet, niſi à cruce pacata fuiſſet ſuperûm ira, imo & anteactæ vitæ petita venia, ac melioris data etiam auſpicia, quæ Crucis ſymbolum expreſſit, à quo tanti in illius anima motus excitati, vt antiquos errores agnouerit, atque damnarit, & hæreſim eiurarit. In quo vim Crucis late agnouiſſe potuit, ſed & in hoc quoque amare, quod ab ea vocari ſe ſenſit; non ſolum ad Chriſti peculium, & Eccleſiæ Catholicæ gremium; verum etiam ad perpetuam religioſæ Crucis in humeros aſſumptionem vti & factum fuit. Et vero quid ni fiat! Crux enim tua, bone D Ieſu, omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum, *per quam credentibus datur Virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte!* S. Leo ſer. 8. *de paſſ.*

Angli Conuerſio.

S. Leo.

Et hæc quidem de *metaphorica & tropologica Cruce* dicta ſint, quibus nouus homo nequaquā acquieſcens materialem illam ac patibulariam quoque, quam Dominus Ieſus in monte ſubiit amplectendam ſibi arbitratur, ſat dignum ſe nequaquam exiſtimans Chriſti fore diſcipulum, niſi pari cum Duce ſuo ſorte aliquatenus glorietur. Præiuit olim, quamuis in parabola, Patriarcha Iſaac, dum faſce lignorum in humeros ſublata Montem Moria conſcendit, de quo S. Hieron. *Iſaac ante Euangelium, Euangelicam Cru-*

Crux materialis.

cem portauit. Epiſtol. 26. ad Pam. *dignus, quem plures fuerint inſecuti* : & talem quidem nobis deſcribit *cap.* 78. Petrus Epiſcopus Equilinus *Ven. Nicolaum*, cui ab hoc facto nomen Staurophori adhæſit: hic etiamnum adoleſcens rebus mortalibus ſpretis, in religioſo S. Lucæ Phrontiſterio apud Scyrum maris ægæi inſulam, Deo ſe initiârat, vbi iactis veræ pietatis fundamentis, cum illam Chriſti vocem attentè ſæpius expendiſſet, qua ſui ſequaces Crucem tollere iubet, ratus ſe præcepto Imperatoris ſui non ſatisfacturum, niſi fabricatam etiam ex robore molem Crucis, in humeros iniiceret; relicto ſuorum cætu, peregrinationem ſublata cruce ſuſcepit, vt animo non ſolum, ſed & corpore Crucem ferret, venitque Hydruntum Calabriæ oppidum, hinc Tarentũ, Tarento Traniam ſeu Tyrrhenium, ibique vectans ſolitam Crucis trabem, coëgit puerorum cætum, cum quibus obiens vrbis templa quotidie, tandem pueris precantibus, miraculis clarus in Domino quieuit Cruce ſua velut ampliſſ. patrimonio, pueris relicta. Iure merito huic ſocium iunxerim S. Theobaldum Ordinis Ciſtercienſis Abbatem Vallis Cernani: Crucem is ligneam Pariſiis emerat, pictura non adeo eleganti litam, hanc humeris vſque ad diuerſorium tulit, cumque omnes mirarentur, dixit ſibi à Chriſto reuelatum eſſe, Crucem portandam, qui cuperet Chriſto eſſe familiaris. *Hugo Menardus in vita.*

Nicolaus Staurophorus cruceam lignam geſtat. *S. Theobaldus cruciger.*

Clarius id in *S. Porphyrio* expreſſum habemus apud *Metaphraſten. 26 feb.* A pedibus hic æger ad montem Caluarium adrepere ſolebat. Id aliquando facienti, ad ſacri montis radicem ſpectabilis apparuit, cum felici latrone crucifixo Chriſtus. *Porphyrius* toto accenſus affectu felicis latronis verbis compellans Chriſtum, *memento mei*, inquit, *Domine cum veneris in regnum tuum.* Tum Chriſti iuſſu viſus felix ille latro è cruce deſcendere, & *Porphyrio* primum oſculum dare, deinde illum ad Crucifixum adducere: at Chriſtus venienti obuius, in Porphyrij amplexus ruit, & Crucem ſuam ferre iuſſit. Tulit Crucem *Porphyrius* & plenam retulit incolumitatem. Deinde ſanctiſſimæ Crucis cuſtodem egit, factuſque Epiſcopus, Veneris ſtatuam ſigno Crucis proſtrauit.

S. Porphyrius Cruciger. Luc. 23. 42.

Porphyrium imitatus *Nicolaus* quidam, cognomento *Hiſpanus*, qui dum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege Siculis triremibus præficitur, cum honorem fugiens Capuccinis ſe adiunxit, hic Chriſti vrgente charitate, geminas trabes, quas in ſilua iacentes offenderat, fune, quo præcingebatur, colligatas in Crucis modum humeris impoſuit, ac per longos ſiluæ tractus, à quarta noctis cuiuſlibet hora, vſque ad matutinas protrahere ſolitus, maximis fletibus & ſingultibus Chriſti Paſſionem meditans, eam complexus portabat: nocte quadam in hoc opere à Superiore deprehenſus, ait: an non æquum eſt, Pater, vt ſi Chriſtus pro me, tam amanter Crucem tulit, ego quoque vicem reddam, & pro eo crucem feram? *R. P. Lyreus de imit. IESV patient.* *Zacharias Botterius tomo 2. Annal. Capuc. ad annum* 1581. *in Prouincia* Panorm. anno 1591. in Galliæ regno, bellici tumultus ebullire cœperant, tempore *Henrici tertij*: quare Capuccinis fratribus viſum fuit, ſolennem ad regni quietem ſupplicationem inſtituere, longam illam ac moleſtam duode viginti leucarum gallicarum, in qua *Angelus Ioyenſius* qui ſuperiore anno, è ſublimiore ducalis dignitatis gradu ad Capuccinos ſe contulerat, graui Cruce onuſtus, ac ſpineâ coronâ redimitus, vtpote Chriſti Crucem baiulantis perſonam referens, cæteros præcedebat. *flor. Sera.*

Nicolaus Hiſpanus Cruciger. *Angelus Ioyeuſius Cruciger.*

Huic adiungo *Mattheum à Leoniſſa* ex eodem, Ordine virum ſingularem: Doctor hic medicinam fecerat antequam ordinem ingrederetur, conuerſus autem tanta erga Dominicam paſſionem pietate affici cœpit, vt poſt acerrimam ſui flagellationem, impoſitam ſibi in humeros trabem, quæ Crucem Domini ſui pondere referret, per omnes oppidi Eccleſias noctu geſtaret, pedibus nudis, vt Chriſtum dominum Crucem ad Caluarium deferentem exprimeret. Interdum ſub hæc vitæ ſanctioris exercitia lachrymoſis gemitibus ſacram Domini paſſionem iuxta Euangelium Matthæi recitabat: quo tempore non rarò accidit, vt cæleſtia quædam lumina à nonnullis conſpicerentur, quæ ipſum euntem, & redeuntem comitabantur. Sæpè nix, qua humus eo in itinere tegebatur, ſanguineis ſtillis circumquaque rubebat. Notatum autem in eo non ſemel fuit, quoties ei res aliqua tractanda ad animarum ſalutem, aut beneficium aliquod à Deo impetrandum foret, toties exercitium hoc aſſumere conſueuiſſe: vnde frequenter maximum ſibi aduenisſe præſidium expertus eſt. *Idem tom. 2. n. 22.*

Matthæus à Leoniſſa Cruciger.

Nec procul ab eo diſceſſit *Vincentius à flauiano*, hic dum orans aliquando ingentem è cælo oriri tempeſtatem conſpiceret, atque ex eo copioſum ſanguinem decidere, quo latè riui cruore ſtagnarent: diuinitus edoctus, Thuſciæ populis iram Dei imminere, facultate à ſuperioribus impetrata, veſte exuta, ac ſolis femoralibus præcinctus, grauem ſibi Crucem in humeros aſſumpſit, alteraque ſe manu flagellans, pleraque oppida integris diebus peragrabat, exclamans: *O viri pœnitentiam agite, citò enim veniet ira Dei.* Cumque die quodam circa meridiem præ cordis deliquio, inter montes concidiſſet, adfuit conſpicua B. V. Maria, ac panis buccella in os ei demiſſa, vires animumque recreauit, vt reliquum diem validius expleret. *Bouerius in Annal. Capuccinorum.*

Vincentius à flauiano Cruciger.

Monachis Clericum interpono, ſed regularem, ex iis, quos Theatinos vocant, erit hic *Bernardus Tudertinus* qui Crucis mortificationem tantopere in Corpore ſuo portabat, vt paluda-

Bernardus Tudertin. Cruciger.

tus cilicio ingentem trabem, ſacroſanctæ Crucis imaginem efformantem frequenter baiularet. *Dominicus Granina, in voce turturis.*

Henricus Suſo Cruciger.

Venio ad *Henricum Suſonem* Magni Patris Dominici filium: hic Cruce illa, quam ſpiritualem dicimus, nequaquam contentus, materialem quoque certus aſſumere, Crucem quandam palmi longitudinem habentem, iuſta latitudine, in qua 30 clauorum cuſpides eminebant, nudo corpori, tergo ſcilicet applicitam geſtabat dies ac noctes, per annos 8: quibus vltimo anno ſeptem acus addebat, in honorem 7. dolorum Virginis Mariæ. *Horenbecius in vita.*

Nicolaus Rauennas Cruciger.

Auctor eſt Michael Pius de viris Illuſt. Ord. Predicat. *B. Nicolaum Rauennatem* tanto Crucis ferendę deſiderio flagraſſe, vt ſuper nudum corpus quinque cruces cupreſſinas, acutiſſimis nodis diſtinctas, fune aſperrimo carni adſtrictas geſtaret.

Alexander Card. Vrſinus.

Quod imitatus *Alexander Card. Vrſinus* è collo ad nudum pectus Crucis imaginem ex argento, vel ære ſibi demiſerat acutis clauis acubuſque probè inſtructam, quam identidem pectori adſtringebat, vt aliquam ex eo ſanguinis guttam eliceret. *Ianus Nicius in pinatheca.*

Sacris his, Deoque dicatis viris laicum ac ſecularem adiungo *Ioan. Bapt. de Renty*, Baronem de Landelles, qui anno 1649. plenus meritis ad ſuperos abiit Pariſijs; hic æneam Crucifixi effigiem acutioribus clauis hiſpidam pectori ſuo vſque ad vmbilicum applicitam deferre ſolitus erat, ipſe cingulo ferreo ſuccinctus, & armillis ferrugineis vtroque brachio innexus, vt tanto expreſſius Chriſtum baiulantem Crucem ſuam, referret. *P. Ioan. Bapt. S. Iure in vitæ eius hiſtoria p. 2. c. 1.*

P. Ferdinand. de la Concha è Societ. Ieſu.

At dum ex alienis viridarijs roſas lego, proprium negligere non debeo, quod non minùs coronarijs floribus inſparſum eſt, quibus hoc ſertum abſoluam, quam pleraque alia colluſtrantur: & talis quidem fuit *P. Ferdinandus Suares de la Concha* qui Mexici diem ſuum obijt anno CIↃ IↃ. C. VII. hic bis diebus ſingulis, & ſemel per noctem poſt acerrimam ſui flagellationem, laceris humeris Crucem imponere grauiſſimam ſolitus erat, & cum hac deſcendere ad templum, Canonicum Officium perſoluturus. *Annales Soc.*

Petrus Antonius Spinellus è Soc. Ieſu.

Alter eſt *Petrus Antonius Spinellus* Caroli Ducis Seminaræ filius, qui eâdem, quâ primùm die ſub Crucis vexillo militaturus Chriſto, Societati IESV nomen dederat, Crucem è ligno ſibi comparauit, quam amanter exoſculatus in vitæ ſuſceptæ teſſeram adoptauit; vnde perpetuus fuit in illo Chriſti Crucifixi amor, iugiſque imitatio. Setiæ, quæ vrbs Campaniæ eſt, excitata ad Crucifixi amorem ac crucis cultum concione, ingentem ipſe ac planè trabalem in humeros ſuſtulit, & proſequentibus oppidanis in editum imminentis montis iugum ſub onere fatiſcens, detulit tamen, atque in publicam fixit venerationem. *Elogium vitæ.*

Coadiutor temporalis Societatis Ieſu.

Huic & alium ex eo numero iungo, qui rem temporalem ac domeſticam curare ſolent, cuius nomen non proditur, benè autem officium, quod villæ excolendæ impoſitus, dominicis, feſtiſque diebus, cum pluſculum ei obtingeret otij, Cruce ingenti aſſumpta ac corona ſpinea redimitus domeſticos gradus aſcenderet identidem, ac deſcenderet, Chriſti Domini cruciatus tanto ardentius meditaturus, quanto magis eorum partem aliquam, non ſolum in animo, ſed & corpore ſentiret. *Annal. Soc. 1607.*

Quin & Reges in huius gloriæ communionem admittendi.

Reges Sionius & Sanguimius.

Auctor eſt Iacobus Damianus in ſynopſi *l. 1. c. 14.* Reges *Sionium* & *Sanguimium* an. 1568. à P. Iacobo Magaliano conuerſos, mox Crucem è ligno ingentem humeris comportaſſe, & in monte ſtatuiſſe ſolatio incolarum, ædis ſacræ, quam apparabant, defectum illâ ſupplentes.

Reginald. Polus.

Eodem, nec ad rem præſentem vt arbitror ineptè, refero, quod Ludouicus Beccarellus de *Reginaldo Polo* Cardinali ſcriptum reliquit, cum legatus Apoſtolicus à Pontificè in Franciam miſſus, vt fauore Franciſci I. Henricum VIII. commodius ad Eccleſiæ gremium reuocaret, Galliam relinquere cogeretur, iamque per medias Anglorum inſidias Cameracum tenderet, famulus, qui Crucem ei de more præferri ſolitam geſtabat, officio renunciauit, quare ille ſui ſecurus, quia Crucifixo confiſus, Crucem arreptam manibus ſuis propalam portauit, velut ſignum, in quo Dei Domini hoſtes vincere ſeruus ſperabat.

Benè ac ſapienter iſta, ſed cùm inſtructo agmine Saluator crucem ſuam baiulans, ad montem proceſſerit; & hoc noui hominis noſtri feruori magis, magiſque inflammando concedamus oportet, vt, qui propiùs hac etiam in partè eum imitati fuerint, velut oculis ſuis intueatur. Prætereo vetera, noua dabo, atque etiam ab amorè ſtaurophilo calentia.

Supplicatio Bituntina Crucigerorum.

Annus agebatur CIↃ. DC. XL. VI., cum Illuſtriſſimus D. Fabritius Caraſa Epiſcopus Bituntinus ad ſalutem animarum ſibi commiſſarum, à Reuerend. admodum Patre Noſtro Generali præpoſito Patres aliquot impetrârat, qui per Spiritus ſancti ferias concionibus, aliiſque ſpiritualibus auxilijs quibus contra errores & peccata certari ſolet, populum Bituntinum excolerent. Venerunt illi, cœperuntque mox varijs meditationibus propoſitis corda ferientibus, ſenſim inſtillare vnicuique notitiam ſui, exinde ad cognoſcendam peccati fœditatem, atque æternæ vitæ momenta concionando digreſſi, magnos animorum motus fecere, vt vbi Pater dicere deſijſſet, pars ſeipſos ſine modo colaphis cæderet, pars rugiret,

Digitized by Google

ret, non vlularet tantùm, pars intra ſacella, & A extra templum in terga ſua flagellis crudeliſſimè ſæuiret, alij catenis ferreis ſua terga cæderent, alij ſtellulis aculeatis, alij nodoſis funibus, ita vt cum lachrymis, tum ſanguine conſperſum ſemper pauimentum ruberet.

Deſiderium ſeipſos pœnis, quaſi morte afficiendi ob illatas Deo offenſas ita æſtuabat in his pœnitentium cordibus, vt plerumque nec auſcultantes cymbalo, quod cruciatibus modum ac finem imperabat, flagrorum grando mediam propè horam exaudiretur.

Iamque dies ſtatuta aderat, qua expiatis animis magno omnium ordinum concurſu indicta ſupplicatio, in hunc modum habita fuit:

Præibat ordine primo puer indutus veſte B horrenti, capite ſpinis coronato, præferens manibus Crucem, myſterijs Dominicæ Paſſionis inſignitam, quam agmine longo ſequebantur alij pueri plus minùs nongenti, ſpineis coronis rediniti, onuſti Cruce humeris, nudi pedibus, innocens corpuſculum quiſque diuerberantes, omnes à 7 ad 12 ætatis annum delecti. Mirandus valdè inter eos viſus eſt puſio, qui corollam ex ſpinis capiti ſuo ita appreſſerat, vt nonnullis earum tempora ſibi confixerit, vnde ad peccantium ruborem ſanguis tenella facie diſtillans micabat.

Secundo ordine præcedebat tubicen raucum ac ſuoeſtum immurmurans, vnaque vexillum lugubre, & Crux altiſſima Redemptionis C noſtræ ſacramentis pariter nobilis prælata à pio quodam ſacerdote, nudo pedibus ac pœnitentia ſingulari; quod vexillum ſubibant pari ſerie adoleſcentiores, à 12 ad 18 annum, ſimilique ſpinarum diademate, paruas Cruces manu geſtantes, aut humeris magnas baiulantes, nudatis & ipſi pedibus, ac peculiariter mortificationem corpore, animoque ſpirantes, numero quaſi octingenti.

Tertio ordine ſequebantur è vulgo omnes ab annis 18, ad 30 adulti, etiam coronis ſpineis ornati, funibus ac catenis à collo pendulis trahentes ferrea inſtrumenta magni ponderis ad pedes nudos alligata; multi quoque viſeban- D tur grauiſſimis lapidibus inflexa ceruice, aut ferreis circulis cincti. Inter quos mirandi aliqui vincti nuda carne funibus, qui horridam veſtem per membra ſerpentem rudi quadam textura circulorum ac globorum referebant, ita tamen conſtricti, vt liuidæ corporis partes variæ, ac nigricantes carnes apparerent. Alij cum planctu magno in oculos incurrebant, alligati brachijs ad ponderoſam crucem, hac imagine imitantes Crucifixum ſaluatorem, eoque modo incedebant onus illud graue ſuſtentantes, & pedibus trahentes catenas ponderoſiſſimas; cruciatus ac tormenti genus, quod explicare pronum non eſt: ſocietas hæc nongentos viros ſuperabat.

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Quartum in ordinem veniebant annis 30 maiores, matura ætate omnes; etiam ſenes, diademate ſpinoſo pulchrè horrentes, nudipedes, perfuſi lachrymis, ſuſpiria attollentes, pectora lapidibus tundentes, ſaxea mole, collo & humeris appenſa tremebundi ac labantibus ſimiles, adeò vt horum conſpectu ad pietatem lachrymaſque nemo non flecteretur, erant hi numero circiter mille.

Quintum in ordinem coacta erat plebs omnis mixtim confuſa, ſed pulcherrima in inceſſu ſpecie, quorum alij vſque ad genua incuruati, geſtabant humeris aſperum arboris truncum, alij trabes craſſiſſimas longaſque, alij Crucem ferentes incedebant medij inter ducentos ſeptuaginta diuerberantes ſe ad ſanguinem, diuerſa ratione. Nec deerant, qui ligna duo ſuper nudis brachijs præferebant erecta ac ſuperiùs alio tranſuerſo coniuncta, in modum furcæ, à qua pendebat laqueus, fauces ipſis præſtringens: ſeipſos hoc modo cupientes demonſtrare, Iudæ quaſi ſequaces ob proditiones & rationes anteactæ vitæ, omnium Domino infidas.

Sextum ordinem tenebat nobilium magna pars honeſtique ciues pulla veſte induti ſine collari, lineiſque manuum ornamentis, ſed cum eodem ornatu coronæ ex ſpinis, omnes à capite ad pedes cinere conſperſi, plerique pedibus nudis.

Septimum exinde ordinem tenebat Pater è Societate, catenas & funes ad collum grauiſſimos geſtans, capite ſpinis coronato, à ſummo ad pedes vſque deturpatus cinere, ſermocinans ſemper per viam aptè ad materiam, quam locus ipſe, qua pænitentes hi ducebantur, ſuppeditabat.

Patrem præcedebant clerici tres, quorum alter ferebat peluim cineribus plenam, duo alij caniſtra duo, ſpoliis de triumphatis inferis refertiſſima, videlicet cantilenis amatoriis, laſciuis cãtionibus, libris prohibitis, amorum mnemoſynis varij generis, nec non chartis luſoriis, aleis variiſque præterea diabolicis reculis probe occultatis, quæ omnia vtriuſque ſexus pœnitentes cum ciues, tum aduenæ ad Patres attulerant, aut miſerant, mox flammis publice exurenda.

Hos inſequebatur Clerus ciuitatis vniuerſus talari tunica ſibi propria indutus, ſine chlamyde, & collari, maximam partem nudus pedibus, ſolo capite ſpinis operto, ac fune ad collum appenſo: Præcedebat Archidiaconus, Generalis Vicarius, Epiſcopo graui ægritudine domi detento, totus cinere conſperſus, vtque ceterorum dux erat, ita ſingulari omnibus prælucebat exemplo. Anteibant cantores duo ſub graui Crucis pondere fatiſcentes, circumdati fune, quo illum trahebant per cingulum nudipedes, eodemque modo ſubibant vinctæ dignitates ceteræ, Canonici ac ſacerdotes cinere operti, obtuto omnes defixo in Crucifixum, cuius imagi-

nem ſinguli in manibus habebant, oculis in lachrymas ſolutis.

Adfuit ſacerdos ſexagenarius, qui manu gerebat baculum ex oliuæ arbore, quo ſubinde percutiebat ferociter coronam ex ſpinis, quam capite gerebat, ad imitandum Chriſtum, olim à Iudæis ſimili cruciatu affectum.

Octauo ordine in conſpectum ſe dabat chorus ſelectus muſicorum pænitentium, ac mortificationem præſeferentium, hi lugubri vocum concentu præcedebant feretrum, in quo mortuus iacebat Chriſtus, efferebatur idipſum humeris ſacerdotum quatuor dolentium, plangentium, nudorum pedibus, conſperſorum cinere, ac ſpineis coronis illuſtrium. Hoc feretrum circumdabat puerorum cohors, qui veſtibus Angelicis inſignes, ſingula paſſionis ſacratiſſimæ myſteria ferebant vna manu, altera ſudarium, quo ab oculis lachrymas abſtergebãt, vt Angeli pacis amarè flentes mortem Saluatoris.

Nonus ordo conflabatur ex virginibus puellis, quæ ſparſis crinibus, nudiſque pedibus, nec alio capitis ornatu, quam ſpinoſo rubo, multæ ſaccis indutę obſcuris ac cinericiis, funibus præcinctæ, cum crucibus & Crucifixo ad manum, incedebant ſumma pietate & mæſtitia, pectora ſua tundentes, perſæpe ac ferociter cum ſingultibus & planctu amariſſimo, quo peccatrix quælibet ad deteſtanda ſua ſcelera excitabatur: & hæ numero plures quadringentis. Vltimo loco ferebatur Statua Virginis doloroſę, nigris induta, pugione confoſſa pectus. Statuam hanc obuallabant Virgines ad centum nobiles omnes, eademque teſſera inſignes, effuſis in luctum capillis, ſpinis coronatæ, nudæ pedibus, ſingulæ Crucem trium palmorum manu ferentes, planctu ac gemitibus amariſſimis omnia complentes. Poſt ipſas inſtructa erat innumera turba virorum nobilium ac feminarum pullo colore opertarum, recentiore luxu abiecto. Earum multæ trahebant ſolo ligna aſpera, pleræque pedibus nudæ, ac ſolutis lege crinibus, nihil comptum capite geſtantes, præter ſpinas pungentes, inter quas implicati erant capilli, vnicuique ſua ad manum crux, & ad oculos, lachrymarum fontes; viſæ omnes reuocare in ſcenam ſanctas illas Sionis mulieres, quæ Chriſtum in Golgotha tendentem comitabantur.

Singulare exemplum harum nobilium auxit pietatem ceterarum vulgarium vt ſummopere mirandæ fuerint, vultum in terram proſtrato, ſibi feras impingentes alapas, pectora tundentes ferocius acerbeque dilacerantes capillos. Aliæ brachiis portabant ſuos lactentes paruulos, ſpinis etiam coronatos, quaſi paratas ſe oſtendentes, vt filios ſuos ex Chriſti amore morti deuouerent. Mulieres hæ vulgares, vnà ac nobiles ad mille quadringentas numerabantur, ibantque pænitentium habitu, ac nigro colore, nihil geſtãtes, præter ſpinas, cruces, & caluas mortuorũ.

A Supplicatio hæc tam prodigioſa, cui nemo interfuit, niſi aperta facie obiuit omnia loca publica & templa vrbis Bituntinæ, quædam habuit in ceteris admiranda, I. Vt nemo ex variis cruciatuum generibus, quos tot, tantique viri ac mulieres ex Chriſti patientis imitatione ſubiuerunt, detrimentum, aut damnum vllius momenti paſſus ſit. II. Vt Vrbis gubernator podagra laborans domi, ſeipſum excrucians, quod intereſſe ſupplicationi non poſſet, tamen diuina nixus virtute ſibi animos faciens, ad templum venerit, vbi ſtatim ac pedes nudauit, rectiſſime ambulauerit cum reliquis tota ſupplicatione vt alius quilibet ſanus. III. Quod dum ſtaret pœnitentium turba in foro collecta & concio ha-
B beretur, abruptus è tecto lapis ſat ingens pondere ſuo ruerit in caput vnius, nec mali quidpiam ipſi intulerit, etiamſi ſuo deinde in terram allapſu in multa fruſta diſſilierit, caſus qui concionem totam rapuit in ſtuporem, & laudes paſſo pro nobis Chriſto concinendas, qui talibus prodigiis hoc pietatis genus oſtendere voluit ſibi non diſplicere.

Sed quia robuſtiora hæc videri poſſint, quã fortaſſis quilibet imitari queat, ecce aliud in ſingulari illo Crucis amaſio *Franciſco de Sales Gebennenſium Epiſcopo* nobis expreſſum: Peregrinatum abierat Aquas Sextias ad S. Crucem, cuius
C iſtic ſacra lipſana viſuntur, plurimis ſociis ïiſque honeſtiſſimis comitatus. Sacro itaque miſſæ Officio rite peracto, omnibuſque ſacra communione illic refectis, reditum adornabat, cum in itinere à clariſſimo Dynaſta Beroldo Pingonio, ad caſtrum ſuum cum ſociis inuitatur: hic interim dum cœna paratur, Baronem ſecutus per vicinas valles ac ſolitudines inambulans, ecce, inquit, nos in tenebroſis & in vmbra mortis conſtitutos, linquamus iam has abyſſos & aſcendamus in montem Domini; atqui alius non eſt mons Domini, quam ille, in quem pro humani generis reparatione Crucem baiulans tulit, & in ea ignominioſè pependit: huc nos illum ſequi oportet: nam *qui non baiulat Crucem ſuam*, inquit
D ille, *& ſequitur me, non eſt me dignus*; baiulet ergo vnuſquiſque noſtrum ſuam Crucem, ô fratres, & Dominum noſtrum in Caluariæ montem aſcendentem, meditatione ſaltem, ſequamur: nec mora ex lignis, quæ à domeſticis famulis copioſè cæſa inuenerunt, fabricauerunt ſibi quiſque Crucem, quam humeris impoſitam, per eoſdem calles in Caſtrum vſque cum ſilentio comportarunt. Introeuntibus autem cum ſplendidè inſtructam cænam videret Saleſius, ad Baronem conuerſus: Quid hoc, inquit, mi Pater! Caluarium aſcendere putauimus & Thabor eſt? at ſic tandem per multas tribulationes intratur in regnum Dei, & ſic oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. *Carolus Auguſtus Saleſius in vita Franciſci* l. 2.

Franciſcus de Sales. Crucis proceſſionem adornat.

Matth. 37. 38.

Epiſcopo comes eat Sacerdos, is ſcilicet, qui

nuper

nuper in Hiſpania viuere deſiit, huius ſæculi anno duodecimo, *Simon* ſcilicet *Valentinus*, vir compertæ ſanctitatis, ad cuius exuuias vno triduo, ægrorum, mutorum, claudorum multitudo ad mille, quingentoſque valetudinis proſperæ ſtatum reſtitutum ſibi dicitur eſſe gloriata. Solenne huic, dum viueret, erat, ſextā cuiuſque hebdomadis lucem, peculiari cultu ſacratiſſimæ Paſſionis commemorationi ſacrare, cuius vt commiſerationem nullo non animi percoleret dolore, mane illius diei ante lucem, aut poſt crepuſculum noctis, obire illam vrbis orbitam, quæ facinoroſos ducit ad ſupplicium, mæſtus atque incomitatus ſolebat. In itinere inter comploratione, gemituſque, ſupremi Chriſti cruciatus memoriā ſic confixus progrediebatur, quaſi ad Caluariæ feralem collem conſequeretur illum, qui innocens, tanquam ouis, ad victimam ductus, non tam Crucis immani robore onuſtus, quam humani generis peccatorum faſce grauatus incedebat. Talem pietatem incredibili munerari ſolatio ſuprema benignitas voluit. Nam Ieſum Dominum, non per viſum illis oculis, quibus anima videt, ſed coram, certo obtutu, toto ſalutaris ſupplicij cum apparatu euntem aliquando aſpexit. O! ab omni æuo, omnibus ſpectaculis maius ſpectaculum, meliuſque: cuius enim nutu cælorum rotantur orbes, iuſſu mundi conſiſtunt mænia; is lignum Crucis, nec adhuc ſolus geſtabat. Cuius ætheris vaſtitas ſedes eſt, terra verò ſuppedaneum eius; is ſcelerati in vicem raptatus, tanquam non homo, ſed opprobrium hominis ad infamiam ſæuiſſimæ mortis producebatur. Et ne quid omni pompæ deeſſet; circumfuſam latronum cohortem vidit, militaris buccinæ clangorem audiuit. Hem beatos oculos, aures felices! Nam ſi diuini beneficij ſortem æſtimamus, cum quod nemini optare licuit, *Simoni* euenerit; meritis ſuperaſſe, quos viſionis felicitate anteceſſit, non vanè opinamur. *Ioannes Bouerius in Vita.*

Simon Valentin.

Idem expertus ſuit *Iacobus à Nurſia* Capuccinus, qui dum Saluatorem noſtrum ſublata in humeros Cruce ad montem Caluariæ procedentem attentiùs cōſideraret, ac multis lachrymis, ſuſpirijſque, cum aliter non poſſet, proſequeretur; ecce tibi Chriſtus in eadem forma, qua Crucē baiulans olim Hieroſolymis egreſſus, ad feralem montem contendit, eidem ſe aſpectandum dedit: quo ſanè aſpectu, ita illius anima liquefacta ſuit, vt perennes exinde lachrymas ſola eius memoria prouocaret. *Bouerius in Annal.*

Iacobus à Nurſia.

Quid ni & horum numerum augeant Iapones, incolæ regni Nozu, ad quos dum perlatus eſſet rumor edicti regij contra Chriſtianos, ſinguli ſibi confecerunt Crucem, vt ſi cogerentur abnegare Chriſtum, ea in humeros ſublata egrederentur, quaſi parati in illam ſuffigi: nulla re melius ſe poſſe impijs edictis reſpondere arA bitrantes quam eiuſmodi animi conſtantiā omnibus patefactā. *Hayus in Hiſt. Iap.*

Iapones Neophyti.

Ex inſula ad inſulam nauigo ex regno Iaponiæ ad regnum Britanniæ, Res admiranda: quam hic Eduardus ſecundus eiuſdem Rex lynceus, piuſque in Crucem fuit: legem tulerat vt criminoſus ſi ad templum confugerit, in perpetuum exilium eat, intra 40 dies & 12 horas, eo enim temporis ſpatio, ſe æſtus oceani ex alto incitat, nec aliam pœnam patiatur, excepto quod vſque ad littus Crucem manu geſtet, velut ſignum ſeruatę per religionem vitæ. *Polyd. Virgili. l. 1. Hiſt. Ang. in Henrico. Pet. Gregorius l. 33. ſyntag. iuris vniuerſ. c. 22. num. 5.* quod diutiſſimè iſtic obſeruatum, donec hæreſi omnem deuaB ſtante pietatem, & hoc abolitum fuit.

Eduardi Regis Angliæ lex de Cruce ferenda.

Sed tempus eſt, vt quid alius hic ſexus ſupra naturæ conditionem auſus fuit, debita reuerentia videamus, nec enim tam debiles, aut imbecilles probatum mulierum humeri ſunt, vt Crucem ferre recuſent, quin potiùs ſui victrices iam factæ, ſpectatiſſimorum virorum non ſemel ſuperauerint tarditatem, promouente in eis Domino, quod ſæpenumerò in viris cernimus præpediri.

Prima in hoc ordine ſit B. *Catharina Raconiſia*, cui Dominus Ieſus, binis Angelis comitatus in feſto exaltatæ Crucis apparuit. Ferebant hi collatis manibus Crucem pulcherrimam, quam ille accipiens ſiniſtro humero virginis impoſuit C dicens: *hæc mea Crux, filia, nunquam te deſeret, quam diu vixeris, hāc te modo dono, cum iuſtum ſit ſponſam à ſponſo munere aliquo recreari, moleſta tibi quidem initio hæc videbitur, ſed in fine glorioſa fiet.* Arripuit ſtatim illa, & humero impoſitam geſtare cœpit, ſed tanto cum dolore, quantum vix eloqui homo poſſet, vnde factum, vt ab ea hora ſiniſter eius humerus altero depreſſior nō parum apparuerit, illa gaudente dignam repertam ſe, quæ poſt ſponſum Crucem ferret. *Ioan. Franciſ. Picus Mirandulanus in vita.*

Catharina Raconiſia.

Catharinam preſſis veſtigijs imitari viſa eſt *Margarita Columnenſis*, familiā inter Romanos nobiliſſimā oriunda: hæc muliebri mundo abdicato, Virginitatem Deo vouerat, cum ei apD paruit S. Franciſcus, hæc illi de Euangelio ſanctiſſima verba præcinens: *ſi quis vult venire poſt me tollat Crucem ſuam & ſequatur me.* Quibus illa auditis, Chriſti ſequelam ſitiens, Crucem hanc poſtulauit, quam & illi dictus Pater porrexit. Hanc illa non in humero, ſed in pectore repoſuit vt præſenti eius ſemper memoria gauderet. Crux autem ita pectori eius adhæſit, vt carnem penetraret quaſi cuperet ad ipſa cordis adyta, vbi iugis eius viuebat memoria, penetrare. *VVadingus tom. 2. Annal. ad an. 1284.*

Margarita Columnenſis.

Marci 8. 34.

Quin & huic ſociam iunxerimus *Franciſcam Vacchiniam* Viterbienſem Ord. Præd. cui aliquando apparens Dominus Ieſus humana ſpecie cum Cruce, dixit, ſe Crucem ei attuliſſe,

Franciſca Vacchinia.

velletne pro ſe ferre: quæ æquiſſimo, lubentiſſimoque animo annuit, & ſuſcepit. *Robertus de Robertis in vita.*

Mariana de Ieſu.

Vnde qui Chriſtum cuiquam Crucem ſuam inuidere exiſtimârit, næ ille procul à veritatis linea receſſerit: nos delicati humeros ſubducimus. Non ita *Mariana de Ieſu*, quæ cum ad 33 annum perueniſſet, apparuit ei Chriſtus Dominus petitque ab ea num vellet ſecum ferre Crucem? Reſpondit illa, nunquam ſe tale, tantumque beneficium promeritam eſſe, magni tamen fauoris loco id ſe accepturam, ſi eo diuinæ poſſet ſeruire Maieſtati; cum ſtatim ſenſit vtrique humero pondus ingens incumbere, vt vix leuare ſe, non manibus, non pedibus vti poſſet, manſitque dolor hic menſibus omnino decem, quo tempore maximâ quâdam patientiâ eluxit. *Hieronymus de Quintana in vita.*

Oſanna Mantuana.

Experta idem fuit *B. Oſanna Mantuana*, quæ poſteaquam illibatum Deo pudicitiæ florem conſecraſſet, ille viciſſim arborem ſuæ Crucis, humeris eius impoſuit ex vero deinceps dictu-ræ: *Amor meus pondus meum.* Affinis *Oſanna* B. fuit *Agnes Politiana*, in quam eo tempore, quo ſe adſtante Clero, immortali ſponſo, perpetuâ virginitate dedicabat, magna vis candidi, concretique roris ex aëre deſudauit, vt roſcidis eius nimbi guttis, quaſi corymbis in Crucis formam incidentibus & conglobatis, ſparſim eius veſtimentum baccatum, ac multa diſperſum Cruce cerneretur, Indicio permaximo amoris cœleſtis ſponſi, caſtiſſimæ ſponſæ blandientis, & vt ita dixerim, in rore ludentis. Quamquam & Cruce in rore formata exprimebatur, nihil in Agnetis moribus ferreum fuiſſe, nihil aſperum, nihil immanè nihil agreſte, aut horridum; ſed neque in eius ſuauitate aliquid molle, languidum, remiſſum, abiectum & effeminatum. Sic enim rore perfundebatur vt monumento Crucis ad virilis conſtantiæ duritiem obdureſceret; ſicque ad perpeſſionem erudiebatur, vt tandem tamen Crux illa eſſet roſcida, hoc eſt tolerantia laborum & voluntaria pro Chriſto moleſtiarum ſuſceptio placidiſſimæ pacis dulcedine molliretur; ruſus ita cœleſti rore diſpergebatur, vt ſibi rationem intelligeret eſſe cum Deo, qui moleſtias ſua cauſa ſuſceptas iucundiſſimè condiret; ita ros Crucis imitatione diſtinguebatur, vt voluptatem pellucidam & ſynceram, nullibi verius, quam in laborioſa virtutis exercitatione reperiri poſſe putaret. *Bernardin. Stephonius in orat. de laudib. B. Agnetis.*

B. Agnes Politiana.

Eliſabeth Reytenſis.

Nec procul hinc abfuiſſe dicenda eſt B. *Eliſabeth Reytenſis*, ex tertio Ord. S. Franciſci, quæ dum ligna deferret, conſiderare ſolita Ieſum baiulantem Crucem ſuam: quo in cogitatu, ea compaſſione mouebatur, qua compages membrorum eius laxatæ, crepare inaudirentur, quaſi oſſibus & neruis ipſa deartuaretur, vel

A ſic Domini Crucem promerita baiulare. *Marianus in mirabilib. Seraph.*

Aloyſia de Caruazal.

Verum non ita antiquiores hæ omnem pietatis ſuccum imbiberunt, vt nihil poſterioribus relictum: ex eodem fonte bibit & copioſè quidem hiſce noſtris diebus Venerabilis illa Virgo *Aloyſia de Caruajal, y mendoça*, quæ pro more geſtabat quotidie Crucem magnam, ex rudi & inæquali ligno fabrefactam: aliam præterea ligneam ferreis veruculis armatam: prima tegebat ei humeros, ſecunda pectus, quibus onuſta grandi paſſu ad montem myrrhæ præeuntem ſponſum ſequebatur. *Ludouicus Muñoz in vita.*

Anna Sanchez.

Guſtauerat id antè non ſegniter *Anna Sanchez*, inſtituti Dominicani in Hiſpania monialis, B cuius omnis in meditandis Chriſti cruciatibus hærebat voluptas, iis tamen quam maximè, quas Cruce onuſtus ex Pilati prætorio, vſque ad montem Caluarium exhauſit, quorum ne vnquam obliuiſceretur, omni feria ſexta, graui cruce onuſta per cœnobij periſtilia, nudis genibus repebat, proprijs manibus vice lictorum fungentibus, in pugnis & colaphis pectori, ac genis infligendis, quibus ſuam in proreptando ſegnitiem ſtimulabat. *Lopez 5. p. lib. 2. c. 57.*

Milites Cruce ſignati in expeditionibus decem transmarinis.

Quid ni & in hunc numerum veniant tot Chriſtiani *milites*, qui cum *Godefrido Duce Bullonio*, *S. Rege Ludouico*, aliiſque Galliæ, Britanniæ, Germaniæ, Italiæ Heroibus per decem expeditiones Cruciatas, pro recuperando Crucifixi C patrimonio, contra Saracenos pugnaturi quaſi inſigne belli ſacri, Crucis ſignum in pectore, humero & vertice geſtarunt, de quibus *Rogerus ab Houeden in Annal. Anglicis*: Rex Franciæ & gens ſua ſuſceperũt Cruces rubeas, & Rex Angliæ cum gente ſua ſuſcepit Cruces albas, & Philippus Comes Flandriæ cum gente ſua ſuſcepit cruces virides. Cæterum Crux ſemel aſſumpta non deponebatur; niſi perſoluto peregrinationis voto. Hinc in geſtis Ludouici Regis, Ludouici Craſſi filij, legimus Regem per totum annum portaſſe Crucem in humeris cõſtitutam, à feſto reſurrectionis vſque ad aliud, & vlterius vſque ad feſtum quod dicitur Pentecoſtes. Nec deerant huic Crucis ſignationi D miracula, nam ſignum Crucis quibuſdam in ipſa carne notatum apparuit, inquit *Bertoldus Conſtantienſis.*

Nonnulli quoque vt auctor eſt *Abbas Vrſpergenſis* Crucis ſignaculum ſibimet in frontibus, vel veſtibus ſiue in quolibet loco corporis diuinitus impreſſum oſtendebant, ipſoque ſe ſtigmate ad eandem Domini militiam præſcriptos credebant. Imò auctor eſt *Rogerus in Annal. Angliæ*, eâ horâ qua Rex Galliæ Philippus, & Rex Angliæ Henricus Crucem acceperant, apparuiſſe ſupra eos ſignum Crucis in cælo.

Fœminæ Cruce ſignatæ.

Nec viri duntaxat, ſed & mulieres ſignum Crucis accipiebant, vel vt maritos ſequerentur, ſepulchrum Chriſti viſitaturæ, vel militiam ſa-

cram

Digitized by Google

ciam opibus adiuturæ: *vt Glaber Rudolphus teſtatur.*

Cur milites Cruce ſignarit

Cauſa verò cur milites hi Crucem geſtarint, varia redditur à ſcriptoribus, omnis tamen ſufficiens ad rem noſtram. I. Vt aliquo modo ad imitationem Chriſti accederent, cuius vt inquit *Guiliel. Tyrius*, paſſionis locum recuperare propoſuerant, cui ad noſtram redemptionem properanti *factus eſt principatus eius ſuper humerum eius.* Iſaiæ 9. 6. II. Vt quodammodo ſatisfieret illi Dominico mandato, & quidem iuxta litteram; *qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam & ſequatur me.* III. Vt Crucis Chriſti diſcipulos verbo & opere ſe prædicarent ac Crucis virtute confiſi, contra inimicos Crucis, in Domino dimicarent; vt ait Otho Friſingenſ. *l. 7. c. 2.* IV. Vt quod idem docet Author eſſet mortificationis commonitorium. V. Vt ſigno externo declararent, quanto recuperandæ & ex manibus hoſtium liberandæ Crucis dominicæ deſiderio tenerentur. Atque hic præterire nequeo *Eduardum Angliæ Regem* qui anno 1282. coeunte orbe Chriſtiano ad expeditionem in Syriam, ſe aliis adiunxit, vtque animum ſuum proderet, veſtibus coccineam Crucem aſſui fecit. Vt moris erat iis omnibus, qui nomen ſuum illi militiæ dabant. Et ne crux aſſumpta ac veſtibus aſſuta videretur ad pompam, pius ille Princeps eadem die ſanxit; vt regno ſuo cederent Iudæi omnes, velut in exilium acti Rogantibus cauſam noui edicti, non ſe ad faſtum, & veſte tenus tantum Crucem aſſumpſiſſe, dixit, ſed vt indicaret bellum hoſtibus Crucis, quos cum haberet apud ſe, velle auſpicari bellum extrinſecum à victoria belli inteſtini, quo callidè Iudæi laceſſebant nomen Chriſti. *Du Cheſne in hiſt. Angl.*

Iſaiæ 9. 6.

Marci 8. 34.

Eduardus Rex.

Ambuſſon. Magiſter Eqq. Rho.

Nec procul ab hoc diſceſſiſſe viſus *Ambuſſonius generalis Magiſter Eqq. Rhodienſium*, qui poſteaquam multiplici clade afflixiſſet Turcam, vnde ille legatione miſſa pacem rogabat, exhorruit & manu admota pectori ſuo, quod prægrandi Cruce erat ornatum, ait Legato infideli: quantocius reuertere ad tuos, & dic Domino tuo, me Crucem geſtare, quæ nullas patitur inducias cum gente infenſa Crucifixo, imo Crucem inſonare auribus meis bellum acerbum cum alienis à Cruce. *Chalcondylas in Mahomete 2.*

Cruce ſignati vicêre Mauros.

His adiungo eos qui anno M. CC. XII. ſub *Alfonſo IX. Rege* Caſtellæ contra Regem Maurorum zeit Mahomat, omnes inſigni Crucis veſtibus aſſuto conſpicui, generoſiſſimam, victoriam retulerunt, poſtquam Archiepiſcopus Toletanus annuente Pōtifice per Italiam, Germaniam, Hiſpaniam, & Angliam Crucis militiam prædicaſſet: in quo conflictu è Cruce ſignatis, non plures quinque & viginti occubuere, ex aduerſariis verò tanta multitudo deſiderata fuit, vt toto triduo, quo Chriſtianus exercitus illic ſubſtitit, haſtæ ac ſagittæ exhibuerint illis li-

A gnorum vſum excitandis ignibus ſufficientem, ac ne comburi quidem potuerint; etſi ſtudium, operamque adhiberent omnes: quē diem Gregorius tertius decimus Romanus Pontifex poſt futuris ſæculis feſtum haberi voluit, ac publicè per vniuerſam Hiſpaniam celebrari.

Ita Ioannes Mariana, Ioannes Robles in hiſtoria Crucis Carauacanæ, aliique.

S. Ephrem.

Eodem adfectu ac ſignificatu *S. Ephrem* Crucem geſtabat in fronte, vt etiamnum apparet in imagine ad viuum expreſſa, ex antiquiſſima quadam, quæ ſpectatur Conſtantinopoli, & eius operum editioni per Gerardum Voſſium præfixa eſt.

Conſtant.

B Euſebius quoque in vita *Conſtantini* lib. 1. ca. 22. refert Chriſtianiſſimum illum Imperatorem ſolitum ſignare frontem Cruce, quaſi trophæo glorioſo. Vnde ſupra memoratus Auguſtinus in pſ. 36. *à locu ſuppliciorum fecit Crux tranſitum ad frontem Imperatorum.*

S. Auguſt. in pſal. 36.

Martyres Iapones.

Ita anno 1614. in *Iapone* Chriſtianos Martyres ſigno Crucis in fronte à tyranno candenti ferro inuſtos legimus, & in Imaginibus Romæ excuſis, expreſſos, quaſi ſeruos Crucis, & Crucifixi viſos eſſe ſcribit *Corn. à lapide in cap. 6. ad Galatas.*

Perſæ Crucem portant.

In *Perſis* quoque & *Turcis* hoc memorabile eſt, quod ſigno Crucis in fronte contra peſtem vtantur. Cum enim *Choſroes* de Perſis rebellantibus illuſtrem victoriam obtinuiſſet, & Turcas C captiuos ad Mauritium Imperatorem Orientis, dono mitteret, Mauritius eos ſigno Crucis in fronte notatos cernens, attonitus ſciſcitatus eſt, quam ob cauſam, quæ non colerent, ſigna circumferrent, tum eos reſpondiſſe fertur: Perſidem nuper graui peſtilentia laboraſſe, vnde edoctos à quodam Chriſtiano, vt tali ſtigmate ſe præmunirent, quod experientia ſaluberrimū declarauit. Nicephor. *l. 18. c. 20.* Similiter Turcas prominente Cruce aduerſus famem liquato atramento compunctos narrat *Zonaras l. 3. Annal.*

Turcæ *Crucem gerentes.*

Iacobitæ *Cruce ſignati.*

Rarum & inauditum multis exemplum *Iacobitarum*, Orientem & magnam Armeniæ partem occupantium, quod hi non ſolum bapti- D ſentur, ſed & candenti ferro, Charactere Crucis in frontibus vel aliqua corporis parte maxime pectoribus notentur. *Ita Ioachim Abbas in append. nat. Chriſt. Cornel. à lap. in c. 9. Ezech.* quod & ab aliis vſurpatum, vt de Abaſſinis, aliiſque Damianus Goëſius, ſcriptum reliquit, qui Cruce ad omnem congreſſum deferre ſecum conſueuerunt.

Intepuit hic inter noſtrates feruor, quem ſubinde Cælum ipſum denuo accendere non ſemel viſum eſt, dum toto pene Romano Imperio, viciniſque regionibus vt olim, varias in veſtes hominum Cruces demiſit. Maxime circa annum 1500. vt *Trithemius in Chronico hirſaugienſi annotauit*: Cruces, inquiens apparuerunt in lineis

veſti-

Digitized by Google

A veſtimentis hominum, camiſiis, linteaminibus, menſalibus, peplis mulierum, albis ſacerdotum & corporalibus, etiam in his quæ abſcondita iacebant in ciſtis, ad quæ nullus poterat aëris penetrare influxus. Cœperunt autem in primis apparere circa Rhenum, ac deinde per totã Germaniam, in Sueuia, in francia orientali, in Auſtria, in Bohemia, in Saxonia, in Dacia, in Polonia, in Hollandia, Brabantia, & Gallia tota, idque tam ſubito, vt cadere quodammodo viderentur de Cælo, ita quod aliquando, cùm Salue Regina cantaretur in Eccleſia, quadraginta homines inſigniti Crucibus ſubito viderentur, maximè verò mulieres: erant autem Cruces paruulæ ſubrubei coloris, in quibuſdam autem magnæ. Sed parum hoc diuinæ benignitati viſum fuit, & Corpora ſuorum auguſtiſſimo hoc ſigno decorare voluit. Ita de *S. Huberto* ſcribit Surius, cum Romam ad limina Apoſtolorum acceſſiſſet, ibique orationi incumberet, ab Angelo ſuper verticem ſigno Crucis expreſſo ſignatum fuiſſe. Cumque ad S. Amandum properaret in Gallias, monitum Amandum, vt et occurreret, notaretque cuius ſignum geſtaret in capite, ſcitetque eius hoſtiam fore. *Surius.* De S. vero *Franciſco* ſcribit Bartholom. Piſanus, vt ab infantia diſceret portare Crucem Domini, Angelus bonus Franciſcum infantulum complexus, eius humero dextro, ſignum viuificæ Crucis inſcripſit, & veluti Ducem militiæ Chriſtianæ, eâ teſſerâ, Crucifixo auctorauit. In lib. Conformitat.

S. Hubert. ab Angelo Cruce ſignatus.

S. Franciſc. item ab Angelo ſignatus.

Et quorſum hæc omnia? niſi vt nos Deus Cruce, velut equo in cælum vehat. Equus, ſcilicet ligneus Crux eſt, quæ officia omnia, ſeruitiaque Equi, Chriſto præſtitit, ſuſcepit enim, extulit, vexit atque portauit, dum victoriam ab inimico referret. Amatoribus ſuis ad exemplum, vt eum imitentur, & in equum hunc ipſi libenter inſiliant, non in ſternacem ſuperbiæ quadrupedem, non in deſultorium concupiſcentiæ caballum, non in ſtrigoſum ambitionis vectorem, ſed in fortem ac probatum humilitatis, modeſtiæ, ſobrietatis ac pietatis portatorem, quo in cælum vehantur.

De Auruncanis Perruuij populis ſcribit *Lipſius in monit. pol. c. 3.* Hac ratione Regem conſtituere: Conueniunt omnes Imperij candidati, quorum ſingulis lignum ingentis ponderis imponunt. Is autem Rex denunciatur, qui ſuis illud humeris baiulat, nec ſuccumbit, par enim regendi oneri putatur, qui tanto oneri ferendo impar non eſt. Hoc barbaris concedamus apud Chriſtianos ille Regno Cælorum aptiſſimus, qui Crucem Chriſti non tam corpore, quam humeris animæ conſtanter baiulat. Chriſtus enim non niſi baiulando patienter Crucem & humiliando ſe vſque ad mortem Crucis, intrauit in Regnum ſuum: nobis vtique in exemplum.

CAPVT SECVNDVM.

Veronica nobilis femina capitis ſui velum Chriſto defert, quo ſacrum os, ſudore manans ac ſanguine comiter abſtergat. Res mira! non retulit inde quod terſit, ſed ipſum Domini vultum in eo ſcitè, eleganterque expreſſum.

Sic pingitur, quando Deus Apelles eſt.

Qui dicit: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cant. 8. 6.

B *Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum.* Lucæ 23. 27. Luc. 23. 27.

IAm Vicarios in ferenda Cruce humeros ſuos commodauerat Cyrenæus Simon, cum iſtinc porro ad 19 paſſus, & ſemipedem progreſſus Dominus Ieſus in locum venit, quo vna ex illis, quæ Dominum patientem præ commiſeratione plangebant, & lamentabantur, Pheronice, ſiue vt frequens vulgariſque vſus obtinuit Veronica nomine, quam Nicodemus in hiſtoria ſua tradit ſanguinis profluuio antè à Chriſto ſanatam fuiſſe, laboranti ac ſudore plurimo diffluenti compatiens, capitis ſui velum tergendo vultui extremum ſolatium dedicauit: quod C ipſe pietatis officium non abnuens, ſed animo grato, beneuoloque complexus, poſteaquam faciem exterſiſſet, ſeſe ipſum in tela conſperſit. Nimirum amantis pictura eſt, non alio vti colore, quam ſanguine; qui, ſi præter vultum reliqua corporis lineamenta non colorat, hoc ideo eſt, quia in vultu totus homo conſpicitur, vnde Latinorum vetuſtiſſimi apud Agellium, pro totius corporis habitu, ſtatura, ac longitudine faciem vſurpant, & Hebræi faciem פנים *panim* à radice פנה *panah* reſpicere, deriuant; ſc. in quam, cognoſcendo homini, omnium oculi intendant. Colorato ad hunc modum piæ mulieris peplo reddidit id Veronicæ Dominus D in pignus, & monumentum perpetuum amoris ſui. Nihil de hoc ſacri Euangeliorum codices, vti de alijs plurimis, prodidere. Patrum ſermone conſignata traditio eſt, inter quos S. Tyriorum Epiſcopus, martyrque Methodius; qui circa an. 285 vixiſſe legitur, alijque non pauci cenſentur, quorum verbis, ſcriptiſque ad nos deriuata hiſtoria fuit, vt auctor eſt Cæſar Cardinalis Baronius *tomo 1. Annal. Eccleſiaſt. ad annum Chriſti 69: num.* 10. *Marianus Scotus in Chron. an.* 39.

S. Method.

Ad materiam autem veli huius quod attinet, lineum id fuiſſe plerique volunt, quamuis Franciſco Quareſmio docto illi atque accurato terræ Sanctæ explanatori *tomo 2. lib. 4. cap. 15.* Bombycinum fuiſſe viſum ſit, tum quia telæ

bom-

Digitized by Google

bombycinæ in ea regione maioris vſus ſunt, tum quia velum capitis erat, cuiuſmodi ex bombyce communiter elaborantur, & modò propter allatas rationes, tobalcæ plicatæ, quas loco pilei turcæ deferunt, fiunt ex bombyce.

Quando autem veli nomen in ſudarij, quo paſſim nunc vtimur, commutatum ſit, docet vir clariſſ. ampliſſimuſque Ioan. Iacobus Chifletius in criſi hiſtorica de linteis ſepulchralib. Chriſti *cap.*8. cum ſcribit operimenta τριχωτῶν, id eſt quæ capillatas capitis partes tegunt propriè dicta fuiſſe vela & velamina; προσώπου autem, quæ glabram faciem, ſudaria: Velum autem Veronicæ, poſtquam ex eius capite detractum eſt, & vultui Dominico admotum, illico vocatum reperiri ſudarium, vti & velum capitis, quod Plantilla Paulo Apoſtolo ad mortem properanti porrexiſſe traditur, quo feriendus gladio, ex more obduceret oculos; expleto namque miniſterio, illud ipſum nomine Sudarij recepit, quia ſcilicet, Apoſtoli faciem tetigerat. Ita quoque ſacrum mantile quod ſuo vultui Chriſtus applicuit Edeſſenorum Regulo mittendum, exinde dictum eſt ſudarium, quapropter & nos in ſequentibus, veli prætermiſſo, Sudarij nomine vtemur, de quo

Ioan. Iac. Chifflet.

Primùm quæritur, quomodo ad manus fidelium id fuerit deuolutum? facem hic præferet, vt in alijs multis, eruditiſſ. Cæſar Cardinal. Baronius qui tomo Annalium primo ad annum Chriſti 34.*n.*138. libellum tradit manuſcriptum ſeruari in Vaticana Bibliotheca peruetuſtum, in quo ſequentia leguntur: Veronica Hieroſolymitana matrona nobilitate, & ſanctimonia inſignis, Romam ſe contulit, ac ſacrum ſudarium ſecum deportauit; quo graui morbo laborantem Tiberium Imperatorem ſanaſſe fertur qui tanti poſtea beneficij non immemor Chriſto diuinos honores decreuiſſe dicitur, verum, quod inconſulto Senatu ſtatuerat, poſtea reſciſſum fuit. Beda vero opinatur Tiberio Sudarium hoc tranſmiſſum, & eum à lepra per id curatum.

Quidquid autem eo Romæ factum primis illis temporibus fuerit, non perijt Sudarium, ſed ad Clementem Romanum Pontificem idipſum deuenit, atque ita per manus ſucceſſiuè traditum, apud ſanctiſſimos viros perdurauit, quoad vſque reddita Eccleſiæ pace, publicæ venerationi in Baſilica Vaticana, à Conſtantino expoſitum fuit: hæc ibi. Quod autem dicitur de curato Imperatore Tiberio confirmatur à Ioanne Molano lib. 4. de Imaginib. c. 2, vbi addit hiſtoriam hanc antiquiſsimis conſcriptam characteribus à Thoma Stapletono viſam, lectamque fuiſſe. Idem quoque ex veteri traditione narrat explicitè Abrahamus Bzonius ad Annum 1216. n. 16. & 17, additq; Ioannem VII. Papam, qui ſedit anno Domini 705, ſeruando illi ſudario cõſtruxiſſe teſſellati operis ἱερατεῖον; Innocentium III. in ſermone Dominicæ primæ poſt Epiphaniam meminiſſe proceſsionis Sudarij Veronicæ à S. Petri Baſilica, vſque ad ædem Xenodochij S. Spiritus in Saxia anno Domini 1200, cuius verbis vſi ſunt poſtea Honorius III & Alexander IV Pontifices ſucceſſores.

Ioan. Molanus.
Abraham. Bzonius.

Bonifacium vero VIII anno Domini 1298 Sudarium Veronicæ à prædicto templo S. Spiritus, vbi ante oſtendi ſolitum erat, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum tranſtuliſſe, ſuiſque manibus ex eminentiore loco oſtendiſſe; præſentibus Iacobo Aragonum, & Carolo Siciliæ Regibus: atque vt eo loci, tum ſeruaretur in poſterum, tum à ſummo Pontifice ſtatis diebus oſtenderetur, conſtituiſſe. Denique Paulum V. idem Sudarium in nouam S. Petri Baſilicam transferri curaſſe die 21 Martij, anno Domini 1606, vbi hodieque perſeuerat.

Quia vero alicui ſcrupulum mouere poſſit; varia illa ac multiplex huiuſmodi ſudariorum diuerſis in locis expoſitio, operæ pretium fuerit huic paucis obuiare: ac Primo quidem Alphõſus noſter Salmeron Tom. 10. tract. 33. Velum hoc Veronicæ cum oblongum eſſet, triplicatum Chriſto traditum aſſerit, atque ita ab eodem, diuino vultui ſuo abſtergendo adhibitum fuiſſe, quod dum facit, non vnam, ſed trigeminam ſui imaginem tribus illis finibus impreſſiſſe, quarum prima Romæ ſeruetur: Altera in Gienenſi Ciuitate [Iaen] Hiſpaniæ: Tertia Ieroſolymis. Sed quo teſte, quo auctore hæc dicta velit, non addit: & mirum ſanè foret tantum à ſcriptoribus omnibus miraculum prætermiſſum eſſe, quod omnium calamos, ſi quod aliud, promeretur. Forte an excogitatum ad ectypa, quæ varijs in locis non pauca inueniuntur ab incertitudine vindicanda? Verum alij cum Cæſare Baronio cogitationes ſuas attollere altius viſi ſunt, cum ad digitum Dei, vt loquuntur, ſiue diuinæ virtutis potentiam non imprudenter confugiunt, docentes alias iſtas Imagines è primigenia Romana, per admotionem, miraculo in ſudarijs expreſſas eſſe, vt verè ἀχειροποίητοι dici haberique poſſint: vt enim nõ niſi diuina virtute factus fuit homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quando in terrenum corpus inſpirauit ſpiraculum vitæ, etſi ad illius ſtructuram concurrerit terræ limus; ita licet in iſtis imaginibus pannus lineus, ſeu bombycinus, ſudor, ac ſanguis concurrerint, tamen hęc omnia ſufficientia ad perfectas faciei Chriſti imagines efformandas non erant, quare ſimplici eius virtuti tribuendum, vt ſicuti per panni applicationem ad faciem ſuam, eiuſdem in eo reliquit imaginem, ita nunc per alterius ad illum iam effigiatum applicationem reiteret, atque inſtauret, quod ne cui fortaſſe nouum videatur audiendus in ſimili *Cardinalis Baronius ad Annum* 944, vbi de Edeſſena Chriſti imagine non

Quotuplex imago Veronicæ.
Alphonſus Salmeron tom. 10. tract. 33.
Cæſar. Card. Baronius.

non manufacta, ſic ſcribit: Photium Patriarcham Conſtantinus Porphyrogenitus Imp. miſerat cum litteris ad S.Paulum in mõte Latro Anachoretam. Ille cum ad virum ſanctum perueniſſet, datiſque ac receptis iam litteris, ad reditum accingeretur, vnum ab eo ſanctus petijt, vt non manufactæ Chriſti imagini, quam mantile ſanctum appellare mos erat, lineum æquale velum applicaret, idque ſibi mittere nõ grauaretur. Factum eſt quod poſtulabat, miſſumque velum ex animi ſententia, quod cum expandiſſet, Chriſti effigiem in eo ad amuſſim expreſſam, & figuram figuræ exactiſſimè reſpondentem vidit. Hæc è S.Pauli vita recitat Baronius loco citato.

B Ad hanc itaque normam de varijs illis ex Veronicæ peplo deſumptis ectypis, philoſophari licebit, maximè cum doceat antiquiſſimus auctor Simocatta, quandam Chriſti effigiem, ſine pictoris aut hominis arte factam, Mauritij Imperatoris æuo Conſtantinopoli fuiſſe, ſeu potius in Romanorum caſtris, cuius haberent Archetypum Romani; Theophanes quoque in Heraclio cũ Cedreno eandem ab ipſo in Perſidem delatam contra Coſdrohem auctor eſt. Omitto cætera quæ de hac, alijſque ἀχειροποιήτοις Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri Imaginibus in Græcorum menæis leguntur, quas ego omnes miraculo factas crediderim per velaminum ad primigeniam applicationem, C vt eſſent perennes, ac ſingulares quidam typi amoris Chriſti Domini erga nos miſeros mortales, qui per eas [verba ſunt ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ] manu duceremur in memoriam ſuæ in carne conuerſationis, Paſſionis, ſalutiferæ mortis, & prætetea mundo factæ redemptionis.

Theophanes.

Fuiſſe autem effigiem vultus afflicti, vulnerati, tumidi, ac liuidi extra dubium eſt; vnde Ioannes Landſpergius homil. 19. de Paſſ. Domini ſcribit in ſancto hoc iconiſmo digitorum veſtigia apparuiſſe, quæ armata illa militis manus, dum alapam ſacratiſſimo vultui infligeret, ſumma cum iniuria impegit.

Landſperg.

D Plurimas interim ad archetypum Romanum depictas imagines per orbem ſparſas, ac publicè multis in locis coli non neſcio, quarum duæ in Gallia celebres, vna quæ populo exhibetur Cadurci in Vaſconia, altera quæ in diœceſi Landunenſi magno peregrinantium concurſu celebratur, in Cœnobio Virginum Inſtituti Ciſtercienſis quam iſtuc ad Sororem ſanctimonialem ann. 1249 Roma miſit Iacobus Pantaleo gẽte Gallus, patria Tricaſſinus, poſtea Vrbanus P.IV. ſed vt dixi pictoris manu ad prototypon expreſſa, quam monumenta dicti loci laborantibus, maximè ex oculis tradunt opitulari. Nec dubito alijs in regnis atque prouincijs, non abſimili pietate ac religione Chriſtianum populum attineri, certe dum hæc ſcribo, produit

A opere diagraphico elaboratus elegans quidam huius S.Sudarij iconiſmus, quem olim D. Wenceſlaus Coberger Principum Belgij Architectus Romæ cum eſſet anno 1598 eximia perfectione delinearat, fauore Reuerendiſſimi Domini M Veſtrij Barbiani inter prælatos propius admiſſus, dum 30 Nouemb. in proceſſione deferretur, quam ſibi à parente relictam effigiem filius, vir vnus communi omnium pietati natus, æri incidendam æqua magnitudine curauit.

VVenceſlai Cobergeri pietas in ſudarium S.Veronicæ.

Viderat hanc Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. *D. Iacobus Boonen Mechlinienſis Archiepiſcopus*, qui vti Eccleſiaſtica dignitate primus in Belgio, ita & in hac pietate nulli ſecundus, ſibi quoque vindicauit, orationem ſe dignam ac propriam imagini ſubiecit, quam diebus ſingulis ſemel quiſquis coram ea pronuntiarit, quadragintadiali venia ſe nouerit felicitari: eſt autem huiuſmodi:

Illuſtriſſ. Præſulis Mechlin. ergo S.Veronicæ ſudarium religio.

Miſerator noſter adſpice Deus, & reſpice in faciem vnigeniti filij tui, cuius verticem ſerto irriſionis noſtra ſuperbia coronauit, & peruerſæ hominum cogitationes innumeris aculeis cruentarunt, cuius frons ſereniſſima ob recordationem peccatorum noſtrorum fuit operta nube mœroris, & oculi benigniſſimi ſanguineis lacbrymis fuere ſuffuſi: cuius denique facies ſpecioſiſſima (in quam deſiderant Angeli proſpicere) ſputis, contuſionibus, & ſanguine fuit oppleta. Per hanc omnis doloris & contumeliarum effigiem, miſerere Eccleſiæ ſponſæ tuæ prædilectæ, & quod pridem per os ſanctorum tuorum promiſiſti, ablue faciem eius, Chriſtianorum malis moribus nimis hoc tempore defœdatam, vt his lachrymis, & hoc pretioſo ſanguine emundata, reformetur in ſanctitatis priſtinæ pulchritudinem, quam ei primitus largitus fuerat filius tuus Dominus noſter, qui tecũ & viuit regnat in vnitate Sp. ſancti Deus in ſecula ſeculorum. Amen. In quo pius Antiſtes ſecutus eſt Innocentium Papam IV, qui ſacerdotibus omnibus Miſſam de Vultu Domini deuotè celebrantibus, 300 dies, & ſolam collectam dicentibus 40 dies indulgentiarum cõceſſit. Collecta vero hæc eſt:

Innocentij PP. IV. erga S.Veronicæ ſudarium beneuolentia.

Deus, qui nobis ſignatu lumine Vultus tui, memoriale tuum ad inſtantiam B.Veronicæ, ſudario impreſſam imaginem tuam relinquere voluiſti, tribue nobis, quæſumus, per ſanctam Crucem, & glorioſam Paſſionem tuam, ita nunc per ſpeculum, & in ænigmate venerari, adorare & honorare teipſum in terris, quatenus te in nouiſſimo die, facie ad faciem venientem ſuper nos iudicem, ſecuri & læti videre mereamur. Qui cum Deo patre, & Sp. ſancto viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

Sed modica hæc Pietas quamuis ceteroquin præclara, homini nouo videri queat, qui ſacra quadam æmulatione ac voto, telæ huic felicitatem ſuam inuideat, & cor proprium eius loco ſupponere mirificè exoptet, ſine formidine, cum regio pſalte dicturus pſal. 4. 7. *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.* O quantam! O qualem! in qua fulget animæ, quod non capit locus; vbi ſonat,

quod

quod non rapit tempus; vbi olet, quod non ſpargit flatus; vbi ſapit, quod non minuit edacitas, & vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Neque enim in vanum tot annorum centuriis ante, ad huiuſmodi figurationem anhelaſſe auditus eſt, cum diceret: *pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum:* quæ verba exponens S. Ambroſius, ita in rem hanc ſcripſiſſe legitur: *ſignaculum ſit Ieſus in corde, vt diligamus, ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo Imago eius in confeſſione noſtra, luceat in operibus & factis, & ſi fieri poteſt, tota eius ſpecies exprimatur in nobis.* Et rectè id quidem: quid enim cauſſæ ſit, cur ſors noſtra floribus peior ac ſaxis, quibus longè nobilior eſt, inueniatur? Granadillus flos Indicus eſt, & tantus hic, quantus eſt Chriſti patientis emblema eſt, ſanguinolentas quinque, eaſque in orbem ſurgentes guttas exſerit: columnam inde, tres clauos, coronam ſpineam ad viuum omnia expreſſa. *Ita Rouillius in hiſtor. plant. peregr.*

Cant. 8. 6.

S. Ambroſ. *Quomodo Chriſti ſpecies exprimenda in nobis*

Inſuper videre eſt Caput perelegans in caſta Iaſpide orientali Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, conſpirantibus ad id iaſpidinis venis vt ſupra dictum eſt ex Petro Ancræo Conſil. Regis Franciæ *lib.* 5. Inconſt. oculato teſte. Pluris homo eſt floribus, pluris ſane & marmore eſt. Flores, & marmora, addo, & telæ ſiue illæ bombycinæ fuerint, ſiue lineæ, ſacri vultus ſanctiſſimam effigiem acceperunt, quid ni ergo & homo, ſed nouus eodem auſit aſpirare?

Certe gutta vna ſanguinis P. Henrici Garneti è Societate Ieſu, dum nuper in Anglia, eundē aſſertæ Romanæ fidei reus, conſtanter profunderet, in ſpicam forte allapſa, Martyris in ea vultum ad ipſam viuentis ſpeciem depinxit, ſtella fronti addita, & Cherubica facie mento peritiſſimè ſubiecta, quo integerrimum Chriſti athletam & ſtellis ſupparem, & Angelorum oſtenderet contubernalem: At homo nouus non vnâ aliquâ ſanguinis Chriſti guttâ, [quamquam ea abunde nimis, copioſeque ſufficiat] ſed tanto, quantus glorioſi corporis venis affluenter ingeſtuat, potatur ſæpiſſimè, & nullam hinc benefici patris ſui ac Domini ſpeciem feret? humano ſanguine diuinus potentior eſt, & vota ſua ac deſideria implere, noſtraque tranſcendere pollet Deus, *vt ſicut portauimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* 1. Cor. 15. 19. Vnum modò, alterumque non deſit, telæ, ſcilicet, nitor, & larga eiuſdem explicatio, in quam diuinus ſe vultus latenter inſinuet; quæ duo homini nouo & vitæ puritas, & præſtans in Deum, ac proximum charitas ſufficere ſolent, quibus is Domino patienti compatiens, ac velut obuiam factus, nihil non amet, non appetat, quod ad improperia Domini communicanda ſpectare videatur, & talem quidem in ſeraphica ſua Virgine Catharina deſcribit Raymundus Capuanus, ordinis Prædicatorum Magiſter, arcanorum eius vti & conſcientiæ arbiter fideliſſimus: Febricula tentari cœperat Catharina, quamquam non tam caloris illam, quam amoris fuiſſe dixerim, quæ per animam caſtiſſimum corpus inflammans, languentem virginem lecto aſfixerat: viſit ad eam Raymundus, cui dum varia, quæ die illo à cæleſti ſponſo acceperat, innocens filia aperiret, ille vero incredulus ſeu admirabundus in eam fortè oculos attolleret, vidit faciem eius in viri plenæ ætatis, cui barba ſuccreuerat, vultum ſubito transformatam, qui fixis oculis in eum aſpiciens valde hominem exterrefecit. Erat autem facies oblonga, ætatis perfectæ, barba non prolixa, colore triticeo, maieſtatem quandam præſe ferens, vnde maniſeſtè, ſe Dominum oſtendebat.

Henrici Garneti *effigies in ſpica.*

1. Cor. 15. 19.

S. Cathar. Senenſis.

Territus Raymundus exclamare ſubito: ô! quis eſt, qui me reſpicit? reſpondit Virgo: *Ille, qui eſt:* Hæc ille, Deum venerans teſtatus verum ſe ſcribere.

Quia verò ſine ſodali procedere Virginem non decet, huic ſociam iungo B. Claram de monte falchio; quam mundam autem hic telam, quam latè expanſam video! digniſſimam planè, in qua & ſuam patientis effigiem, & paſſionis ſanctiſſima inſtrumenta defigat. Pretioſum Redemptionis noſtræ beneficium, vti ſolita erat, Clara attento animo volutabat; cum Redemptor albo candidus amiculo, grandem trabem Crucis poſt ſe trahens, radioſum inter fulgorem conſpicuus, eam in hunc ferè modum affatus eſt: Aue filia: ſummam gaudiorum huc tibi affero. Crucem hanc, quæ nullibi firmius figi poteſt, amplexare, & cor tuum mihi præbe, vt in hac cruce moriaris. Dixerat: & ſui è cruce pendentis acerba ſupplicia, atroceſque cruciatus cordi eius inſculpſit, quod ipſa, teſte Iſidoro Moſcouio, ſignificare viſa eſt, dum, ſuprema in lucta, quædam è circumſtantibus Monialibus Crucem ei aduerſus diaboli inſidias porrigeret, cui Clara: ſi Chriſti Crucem quæris, accipe cor meum, in quo Chriſtum crucifixum reperies. Et ſtetit verbis fides, cum iuſtis ritu catholico perſolutis, cælitus monitæ ſanctimoniales, in ſpem veniunt, arcanum aliquod in eius præcordiis latere myſterium, quæ tam crebro ad ſacram Dominicæ Paſſionis memoriam, ſenſuum deliquium paſſa fuerat. Placuit itaque aperire corpus, quo ſecto, Cor infantili capite grandius apparuit. Hæſitare hic omnes, Deumque precibus ſolicitare, faſne ſit ipſum etiam cor ferro ſcrutari? Audendi accipere auſpicium eadem viſa eſt pietas, quæ corpus aperuerat, piiſque antè fuſis lachrymis diuiſit iſtud in partes æquales. Et ecce, ô! rem inauditam, in dextera Cordis parte, Ieſu Chriſti cruci affixi, & vulneribus liuidis ſignati figura apparebat. Pendebant ibidem ex tribus neruiculis, quaſi filis tres clauiculi duri, acuti, nigri; quorum duo breuiores ex breuiore filo, longior tertius ex longiori

B. Clara de monte falchio *inſignia Paſſionis dominicæ in corde tulit.*

filo vinclebantur. Iuxtim erat alius neruiculus, cui cuſpis ferruginea, dura & acuminata, qui lanceam,& circulus tortuoſus hirſutus, aculeatus, qui coronam ſpineam referebat: denique neruiculorum quædam multum rubea, & informis congeries, quam ſpongiam interpretabantur.

In ſiniſtra iacebat ſindon, aliquam-multis guttulis ſanguinolonra; & flagellum ex quinque neruiculis nodoſis; & manica carnea, ligno non abſimilis; item funiculi tabo atri; & propter iſta neruiculus alius rectus, funiculis quaſi circumſeptus, qui columnam ſignificabat. Porro ſimulachra hæc omnia, tametſi carnea eſſent, colorem tamen habebant, & duritiem eorum, quæ repræſentabant.

Teſtis oculatus horum omnium mirandorum fuit Berengarius Epiſcopi Spoletani vicarius: qui iuſſus hæc omnia maturè examinare ſingula manu ſua tractauit, & authoritatis ſuæ, qua valuit, poteſtate roborauit, & demum in publicas tabulas retulit.

Tanti eſt patienti Chriſto cor mundum ac latum conſtanter offerre, ac cum Veronica, afflictum miſerando, ſudorem velle, ſanguinemque detergère.

S. Bonau. in Stim. p.1.c.4.

Atque hoc certe eſt, quod monet D. Bonauentura in ſtimulo Amoris *p.1.c.4.* vt nouus homo conſideret beatiſſimam Chriſti paſſionem, ad cordis ſui reſolutionem, & perfectam transformationem in ipſum. Quod fiet quando non ſolum imitatur, compatitur, admiratur, & exultat, ſed etiam totus homo conuertitur in eum, ſcilicet Dominum Ieſum Chriſtum, vt iam quaſi vbique, ac ſemper ei Crucifixus occurrat. Imò tunc ille vere in Crucifixum reſoluetur homo, quando exiens ex ſe, & ſuperpoſitus vniuerſis; immo ſuper ſe, abſtractus ab omnibus, totus erit conuerſus in Dominum ſuum Paſſum, vt nihil videat, aut ſentiat intra ſeipſum, niſi Chriſtum Crucifixum. Quomodo autem commenſuratio hæc fiat, Crucifixum inter & eius amatorem, per conuerſionem & amplexum reciprocum, ita vt Chriſtus totum ſe illi commiſceat, ac quaſi oculos oculis, os ori, manus manibus, pedes pedibus, latus lateri, imo animam animæ ipſius applicet, oſtendere aliquando voluit Ruperto Abbati Tuitienſi, inter amatores Crucifixi non vulgari. Res ita contigit, vt *lib.12. in Matth.* ipſe teſtatur: Cum à Superioribus capeſſere Sacerdotium iuberetur, ipſe vero ſe tanto gradn indignum iudicaret, per viſum vidit Chriſtum Crucifixum ſe ad amplexum inuitantem. Quapropter eum ipſe arctiſſimè amplexus & oſculatus fuit, quóque profundius oſcula admitteret, Chriſtus quoque os ſuum apertum, & hians ſuauiſſime præbebat, ſimulque factum eſt, vt inter eos amplexus tanto diuini amoris igne inflammaretur, vt mox Sacerdotij, quod hactenus tantoperè declinârat, deſide-

Rupertus Tuitienſis lib.12. in Matth.

A rium ſibi ſenſerit maximum inſpirari. Quod, ſimul atque illuxit, Abbati ſignificauit, & paullo poſt omnium gratulatione exſecutus eſt.

Adiungit aliud idem Rupertus his verbis: Iacenti in lectulo hominis ſpecies apparuit de cælo labens, eaque ſe ita in eum tota demiſit, vt caput capiti; pedes pedibus, reliqua membra cum omnibus membris intimè commiſceret: quin etiam ipſam animæ ſubſtantiam modo quodam, qui verbis exprimi nequit, ita peruaderet, atque imprimeret, vt quidem citius, atque profundius, quam molliſſima cera ſigno imprimatur. Addit verò, ſecutam eſſe tantam, tamque incredibilem iucunditatem ac ſuauitatem, vt niſi ea celeriter à Deo inhibita eſſet, is quaſi B torrens voluptatis ſine dubitatione animam de corpore abſtracturus fuiſſet.

Iuliana Falconeria.

Patuit id reapſe in nobiliſſima iuxtim ac ſanctiſſima Virgine Iuliana Falconeria ex ord. tertio Seruitarum, quæ cum ſub vltimos vitæ dies à ſumendo Chriſti corpore ſtomachi concitatione, frequentique vomitu præpediretur, obnixè petiit, vt ſaltem ad ſe ſacratiſſimam hoſtiam, quam præſens adorare poſſet, apportarent. Hoc facto ſibi pectus ablui iuſſit, ac ſuper id velum mundiſſimum, quod Corporale vocant, extendi, cui ſacerdos piæ Virginis rogatu mox ſanctiſſimam Euchariſtiam impoſuit. Et ecce ſæculis omnibus memorandum prodigium! Illicò ipſa, quaſi in Angeli ſpeciem con-C uerſa pulcherrima apparuit, & præ dulcedinis exceſſu quodammodo liquefacta, corporeis vinculis exſoluitur, hoſtia vero & ipſa diſparuit, ſiue præ dulcedine amoris animam Iulianæ ſecum attraxerit, ſiue illa in cælum cum ſponſo ad ſempiternas nuptias euolarit incertum. Illud autem compertum dum corpus frigentis abluerent, ſuper eius carnem circa cor, Imaginem Chriſti Ieſu Crucifixi intra rotundum circulum, velut ſigillo impreſſam & obſignatam inueniſſe, vt vel inde agnoſceret poſteritas, quomodo Chriſti patientis cruciatus Iuliana adamaſſet, quorum effigiem non animo tantum, ſed carne ipſa expreſſam ſeruaret. *Ita* D *Angelus Gianius Centuria 2. Annal. ord. Seruorum lib. 1. cap.8.*

Ioannæ à Cruce vocatio coram Veronicâ.

Quia vero de cultu eiuſcemodi Imaginum, quæ ad archetypum Veronicæ depictæ ſunt, ſupra mentionem fecimus, quarum, nec rara, nec tenuis apud Orthodoxos ſolet eſſe religio; operæ pretium fore iudicaui ſubiungere, quodnam hæc pietas præmium, quam aliquando remunerationem à Deo reportarit.

Viuebat anno 1496. in ea Hiſpaniæ parte, cui nomen *La ſacra de Toledo*, Virgo quædam Ioanna nomine, parentibus Ioanne Vaſquez & Catharina Gutierez oriunda, hæc à teneris magno virtutis capeſſendæ deſiderio incenſa, ad vitam monaſticam, velut tutiſſimum cœperat portum aſpirare: verum non ignara, ſingulare id diuinæ

diuinæ beneficentiæ munus eſſe, continuis id à Deo Domino, & patre miſericordiarum precibus contendere non deſinebat. Sacrum maioris Hebdomadæ tempus aduenerat, cum pia virguncula, in penitiorem domus exedram ſeceſſit, vbi coram domeſtica Veronicæ imagine, digna illa cultu & religione genibus nixa, acerrimis in carnem ſuam flagellis ſæuire cœpit, Dominum per ſacratiſſimæ Paſſionis ſuæ merita obteſtans, ſe vt in Sponſam ſuam recipere dignaretur. Cum ecce mutari Veronica, id eſt, Chriſti Ieſu effigies, vt olim fuerat Veronicæ peplo impreſſa. & afflicta illa, ac ſanguinolenta in venuſtam, & decoram transformari cœpit, adeo vt viuere, ſpirareque videretur; nec mora, audiri cœpta verba ſunt in hunc ſenſum: te in Sponſam meam aſſumam, nil dubita, aut reformida, aditus tibi in domum meam patefiet, modò, quod tuarum partium eſt, non prætermittas. Quibus finitis, Veronica ad priorem ſtatum rediit, ipſa vero Ioanna miris gaudiis, ac ſolatiis delibuta, magnis animis, quò vocabatur, inceſſit, donec ſexum mentita, puer creditus, affinium technis eluſis, ad Parthenonem S. Mariæ à Cruce lætabunda peruenit, in quo Crucis agnomine aſſumpto, magna vitę ſanctimonia ad finem vſque eluxit. *Antonius d'aça in hiſt. vitæ ca.* 4.

Tanti eſt Veronicæ effigiem venerari.

CAPVT TERTIVM.

Caluariæ montem votorum ſuorum culmen Ieſus aſcendit, vbi concepta per viam ſiti, oblatum poculum, liuida fellis ſanie vinum inter exſpumante, deguſtat.

Guſtatum qui domuit hoſtem infregit.

Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthij, & fellis. Iſaiæ 3.

Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. Matth. 27. 33.

SVo Pheronicæ reſtituto ſudario, nobiliſſima, ſi quæ vſquam viſa eſt, inſignito effigie, piæque feminæ bene precatus, gradum Dominus promouit, ac trecentis hinc factis & triginta ſex paſſibus, ad Portam vulgo Iudiciariam peruenit, qua damnatos iudicio ad mortem educere mos erat. Ibat autem horrifica inter dolorum omnium machinamenta magnanimus, viam totam ſuo ſanguine conſignans, vt ſi qui poſtea eſſent, qui eum ſequi vellent, à recto itinere non deuiarent. Extra portam verò mori voluit vt extra Bethlehem naſci, ne pro ſolis ſe offerre Iudæis videretur, qui pro ſalute omnium venerat immolari. Notauit id S. Auguſtinus *ſer.* 130. de tempore, vbi ſic loquitur: *Ideo non ſub tegmine,* (S. Auguſt.)

A *neque in templo Iudæorum pati voluit, vt non ſubtraherent ſacrificium ſalutare Iudæi, neque exiſtimes pro illa tantammodo gente hanc hoſtiam offerri: propterea enim extra ciuitatem & extra muros paſſus eſt vt intelligas quoniam communis eſt hoſtia pro genere humano oblata.* Addo myſterio exemplum, quod homini nouo ſic dare voluit, vt is ad eum extra caſtra exeat, improperium eius portando: id eſt, eius exemplo mundum affectu, animoque relinquat, profitendo ſe non habere hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirere. Propterea enim *Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt*; maxima inter ipſum & legem veterem, quam hîc laudat Apoſtolus, conſenſione. (Heb. 13. 12.)

B Inter inſanientis itaque vulgi clamores, conuiciis, ac maledictis plurimis coopertus rapitur in Golgotha, extra ſepta ciuitatis, tanti ſceleris pœnas mox Romanis armis daturæ, vt veterum victimarum ceſſante myſterio, noua hoſtia, nouo ſic imponatur altari, & Crux Chriſti, non magis templi ſit ara, quam mundi.

Placuit autem hîc non de clariſſimis, aut celſioribus aliquis, ſed humilis ille ac petroſus mõs qui ciuitati inferiori, occidentem inter & ſeptentrionem qua via erat in Silo, & Gabaon proximus ſtabat, tantopere ab omnibus ea tempeſtate contemptus, & abiectus, vt rara eius mentio in ſacris litteris inueniatur: etenim ſub iſto nomine, nuſquam in veteri teſtamento legitur C nominatus, & in nouo vix apud Euangeliſtas ſemel, iterumque expreſſus: verum humilem, abiectum, atque infamem hunc locum, ſicut & ignominioſam & exſecrandam Crucem, mortis ſuæ delegit inſtrumentum, vt ſua virtus emineret altius, ac latius regnare videretur, quæ vt funeſta ſanctificat, atque humilia ſubleuat; ita & Crucem glorioſam, & capitalem montem ſua redderet paſſione honoratum, vtque gratiâ miſerendi eſt optimus, ita fieret gloriâ parcendi maximus, cum triſtiſſimum illud bidental, damnatum iudicio locum ſibi deſtinat, vt omnibus quotquot ante fuerunt, ac poſt ſequentur, hominibus, iam propter peccata iuſto Dei iudicio damnatis, morte ſua vitam largiri ſe, manife-D ſtum fieret, ſempiternam.

Vocatum autem ait Euangeliſta *Golgotha*, hoc eſt, linguâ, quâ tunc Iudæi vtebantur, Cranium, ſiue Caluaria, quamuis ea dictio, magis Chaldaica, aut Syriaca, quam Hebraica videatur, vt etiam S. Hieronymus ſcriptum reliquit; ſecundum enim veram Hebræorum linguam Gulgoleth dicendum foret, ſed deſierant iam Iudæi Hebraicè loqui, poſtquam è Chaldæa rediuiſſent. Mendoſe tamen in Græcis, & Latinis codicibus legi videtur Golgotha, cum legendum ſit, Golgoltha, quod Chaldaicè cranium notat quemadmodum & doctiſſimo Ianſſenio Gandenſium Præſuli viſum fuit. (Mons Caluariæ *quare vnde dictus*)

Appellationis vero huius cauſſa, ac conue-

nientia non vna,ſed varia à SS. Patribus aſſer- A tur:his Montem Caluariæ, quia caluus arboribus, ſaxoſus totus ac ſterilis, damnatorum ſupplicio deſtinatus erat, ſic à multitudine caluariarum illic promiſcuè iacentium denominatum volentibus:aliis à caluaria primi parentis Adami eo loci tumulata,nomen petentibus; aliis denique propter Chriſtum in Adamo præfiguratum,omnium hominum caput ibi occidendum, atque in proximo ſepeliendum, etymologiam vſurpantibus.

Singulorum momenta in gratiam noui hominis expendamus. Ad primos itaque quod attinet,ducem ſe his atque anteſignanum S. præbet Hieronymus potiſſimum in commentario B ſuper Matthæi *cap.27* vbi ſic loquitur:*Extra vrbem,& foris portam loca ſunt, in quibus truncantur capita damnatorum,& Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſerunt nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt Dominus,vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij: & quomodo pro nobis maledictum Crucis factus eſt, & flagellatus,ac crucifixus; ſit pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur.*

S.Hieron. cap.27.in Matth.

Sequitur Hieronymum V. Beda ſcribens in eundem locum, ex recentioribus vero Corn. Ianſſenius in concord. Euang.& Franciſcus Lucas qui aiunt denominatum hunc locum à Caluariis & oſſibus hominum qui ob ſcelera ſua, C extremo illic ſupplicio affici & ſepeliri conſueuere,quorum multa illic ſparſa & neglecta, vt in poliandriis fieri conſueuit, viſebantur.

Beda.

Hanc ſancti Doctoris aliorumque ſequacium ſententiam impugnat Card. Baronius ad an. Chriſti 34. docens fieri non poſſe vt Mons iſte denominationem acceperit à Caluariis decollatorum, quoniam eiuſmodi ſupplicium apud Hebræos,nec lege ſancitum eſſet,nec conſuetudine approbatum. Deinde, ſi à capitibus decollatorum nuncupatus fuiſſet locus,non ſingulari nomine Caluariæ, ſed numero multitudinis dixiſſet Caluariarum.

Baronius.

Verum his nequidquam obſtantibus,hæc S. Hieronymi ſententia conſiſtere viſa eſt: quare ad Baronium quod attinet, licet illius mortis D ſupplicium vel ex lege,vel ex conſuetudine Hebræorum non fuerit in vſu,ſuffeciſſe tamen potuit,fuiſſe apud Romanos, quibus, non multo ante tempora illa Hebræi ſubditi facti erant, cumque nihil prohibeat dicere, gentiles illos Iudices, nocentes ſecundum proprias leges vel conſuetudinem puniuiſſe; inconueniens videri poſſet,oppoſitum tueri, cum Chriſtus ipſe non Hebræorum ſed Romanorum more fuerit flagellatus, & Herodes Agrippa occiderit Iacobum gladio, & Antipas alter Ioannem: notumque ſit locum hunc præcipuè Caluariæ nomine appellari cœptum fuiſſe, ex quo Hebræi Romanis ſe ſubdiderunt.

Ad Confirmationem vero quod attinet, dicunt poſitum fuiſſe numerum ſingularem pro plurali,vt ſæpe fieri amat: vnde author hiſtoriæ ſcholaſticæ in Euang. *cap.171.*Caluaria,inquit, eſt propriè os capitis humani nudum, & quia ibi decollabantur rei, & multa oſſa capitis ibi diſperſa erant, dicebatur locus Caluariæ, vel Caluariarum.

Venio ad eos qui ſecundam tuentur ſententiam,docentes Adamum Ieroſolymis in Monte Caluariæ ſepultum fuiſſe,atque ab eo montem nomenclaturam accepiſſe. Fulcitur doctrina hæc tum veterum Patrum authoritate, tum recentiorum Doctorum traditione ab antiquioribus accepta. Ex illis agmen ducit Adamantius Origenes, qui *tract.35.* in Matth. *Locus*, inquit, *Caluaria dicitur diſpenſationem habere, vt illic moreretur,qui pro hominibus fuerat moriturus. Venit enim ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum ſit, vbi Chriſtus crucifixus eſt, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur,vt in loco illo, qui dicitur Caluariæ locus,id eſt,locus capitis, caput humani generis Adam, reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Saluatoris, qui ibi paſſus eſt & reſurrexit.* Hæc ille. Anaſtaſius quoque Sinaita Patriarcha Antiochenus lib.7.*Hortus fuit in Caluaria*,inquit, *vbi Adam iacebat mortuus* &c. Idem Cyrillus & Baſilius in cap.5.Iſaiæ. Athanaſius de paſſ. Cyprian.de reſur.Ambroſ.in Luc.23. Chryſoſt. in Ioan.Hom.84.Theophylact.Epiphan.hær.47. Auguſtin.de temp.ſer.71.& quæſt. in gen.161. Tertull.cont.Marcion.l.2.Ex recentiorib.*Card. Baronius an. Chriſti* 34. *Card. Bellarm. tom.* 3. *de amiſſ. gratia c.*12.*Maſius in* 14.Ioſue. *Toletus in* 19. Ioan.*Lorinus in cap.*10. *ſap.Salmeron tom.*10. *tract.* 35.*Pererius in geneſ.*l.7.*Villalpandus to.*3.l.1. cap.8. *Tornielhus tom.*1. *Ann.* vocatque hanc ſententiam Baſilius communem. Sed contra ſtant, & aduerſantur duo: Primum. Adam ſepultum fuiſſe in Hebron,non Ieroſolymis,vt legitur Ioſue 14. 15. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe. *Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* In Hebron enim egit pænitentiam, ſuique memoriam reliquit, vnde locus, vallis lachrymarum appellatus,ibique vitam finiuit & tumulatus eſt. Ita Abulẽſis q 10.Coſmas Magalianus Annot.4. Alterum eſt. Si protoplaſti Caluaria illic ſepulta fuiſſet, quomodo Iudæi locum tam celebrem, nefariorum cædibus & ſepulturis coinquinaſſent?

An Adam ſepultus in Golgotha.

Origenes.

Anaſtaſius Antiochen. Cyrillus. Baſilius. Athanaſ. Ambroſ. Auguſtin. Tertull. Toletus. Salmeron. Pererius. Villapand. Ioſue 14. 15. Abulenſis. Magalian.

Reſpondeo cum Baronio nomen Adam Ioſue 14, non primum hominem denotare,ſed Arbeum quendam, qui maximus fuit inter gigantes, & trium gigantum pater, cui Hebron ſepulchrum dedit, atque ex conſequenti, nequidquam illi ſententiæ ſuffragari. Quod ſi vero minus arrideat, fuerit Adam in Hebron ſepultus, vt ex textu Ioſue colligi volunt, quid autem vetat poſtea vel corpus eius, vel caput Ieroſolymam tranſlatum eſſe? idque ex præ-

cepto

Digitized by Google

ſepto eius poſteris relicto, quo corpus ſuum in terra Iuda humari, ac conſequenter, in Arcam ante deportari voluerit, ne aquis diluuij perderetur. Cum enim Adamo inter cetera fidei noſtræ arcana, & hoc ad ſolatium ei reuelatum fuerit, cū Dominū audiuit dicentem ſerpenti, *inimicitias ponam inter te & mulierē, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum*, Verbum Patris ex eo humanam carnem ſumpturum eſſe, morteque obita Ieroſolymis redemptionis pretium exſoluturum; quid mirum ſi filios ſuos fide data obſtrinxerit, ad oſſa ſua iſtuc deuehenda, vbi tanti beneficij gratia cominus perfrui ſe poſſe ſperabat: quod idem & Iacobum Patriarcham, & filium eius Ioſeph, dum in Ægypto morerentur, commouiſſe ſcimus, vt inde poſt mortem auehi, atque in terra patribus promiſſa tumulari à filiis vehementer flagitarent.

Gen. 3. 15.

Sepultus itaque Adam in monte hoc, in quo antè Abraham Iſaacum ſuum oblaturus conſtiterat, aut ſaltem caput eius depoſitum fuit; nam vt Sanctius Auila lib. de venerat reliq. l. 1. c. 7. tradit, fuerit Adam antiquitus in Hebron ſepultus, poſtea tamen à Noë inde ereptus eſt, ne diluuio oſſa perirent, poſt quod, cum ea filiis diuideret, caput dedit Sem, quem cæteris liberis præferebat, cui cum in ſortem Palæſtina obtigiſſet, id in monte hoc ſumptuosè ſepeliuit, quod præfatus auctor antiquorum teſtimonijs eruditè confirmat, vnde loco Nomenclatura indita, & perpetuo illo emblemate celebrata eſt, quo Cranium ad pedem crucis pingi, ſculpique paſſim viſum fuit, vt *Ioan. Molanus lib. 4. de picturis cap. 78.* prudenter annotauit.

Ad D. vero Hieronymum quod attinet, magnum eius Nomen eſſe fateor, cui in ſimilibus deferre multum, ac ſuſpicere omnes meritò debemus, verùm cùm S. hic Doctor in ea ſibi ſententia, non vſquequaque conſtiterit, nonnullam nobis hac in parte ſentiendi libertatem reliquiſſe videtur: poſteaquam enim in c. 27. Matthæi, ſententiam hanc falſitatis coarguiſſet, in commentario tamen Cap. 5. epiſt. ad Epheſios vacillare viſus eſt, ſcio me, inquit, audiuiſſe quendam in Eccleſia diſputantem, qui in theatrale miraculum, numquam ante viſam formam populo exhibuit vt placeret, teſtimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Caluariæ ſepultum, vbi crucifixus eſt Dominus, qui Caluariæ idcirco appellatus eſt, quod ibi antiqui hominis conditum eſt caput: illo ergo tempore quo crucifixus eſt Dominus, ſuper eius pendebat ſepulchrum, hæc prophetia completa eſt dicens: *ſurge Adam qui dormis, & exurge à mortuis*, & nō vt legimus ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς, id eſt, orietur tibi Chriſtus, ſed ἐφάψεται, continget te Chriſtus, quia ſc. tactu ſanguinis ipſius & corporis dependentis viuificetur, atque conſurgat. Hæc vtrum vera ſint,

R. P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

A nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plauſu ac tripudio excepta ſunt.

Qui hoc loco ſic in priore ſententia nutauit, in epiſtola, quam Paulæ & Euſtochij nomine ad Marcellam dedit, totus in alteram conceſſit, verba bona fide admetiar: *In hac vrbe*, inquit, *immo in hoc tunc loco & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locus, in quo crucifixus eſt Dominus noſter, Caluaria appellatur, ſc. quod ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita: vt ſecundi Adam, id eſt, Chriſti ſanguis de cruce ſtillans primi Adam & iacentis proto plaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur: ſurge qui dormis, & exurge* B *à mortuis & illuminabit te Chriſtus*: quod & *S. Auguſtinus* ſerm. 71. de tempore ſic expreſſit: *Et verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia, & ſanguis ille pretioſus, etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.*

Epheſ. 5. 14.
S. Auguſt. ſerm. 71. de temp.

Ad alterum, quod ex decoro ac conuenienti obiiciebatur, venio; ſi cogoitum habuiſſent Iudæi, inquit Franciſcus Lucas in monte iſto vel caput, vel corpus Adami fuiſſe ſepultum, maiori profecto in honore, ac veneratione locum habuiſſent, vt aliorum Patriarcharum ſepulchra, nec ſontium ſupplicio deſtinaſſent. Fateor, nec officio, quantum vires tulêre, C defuiſſe reor: ſed quid agerent? Romanis armis ſubiugati maiori imperio parere debebant, nec in eorum poteſtate tanta vis erat, vt impedire id poſſent. Elegerat Romanus iam rerum Dominus, locum iſtum vltimo ſupplicio mulctandis, vt apparebat, maxime idoneum, cedere itaque oportebat, nam vt *Quintilianus* declam. 275. bene aduertit: quoties noxios crucifigerent, celeberrimæ eligebantur viæ, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſent, qualis mons ille erat ad plagam occidentalem vrbis, qua parte vergit ad Septentrionē, in loco petroſo & mediocriter alto, quà via erat in Silo & Gabaon. Ad latrones vero ſocios quod attinet, forſan in his locis graſſati D fuerant, quare, vt Iuriſconſultus l. Capitalium. ff. de poenis; ibi cruci figendos placuit, vt & conſpectu deterrerentur alij ab eiſdem facinoribus, & ſolatio foret cognatis, & affinibus interemptorum, eodem in loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent.

Fab. Quintilianus declam. 275.

Reſtat denique tertia ac poſtrema eorum opinio, quæ montem hunc à Caluaria denominatum arbitratur, propter Chriſtum in Adamo præfiguratum, omnium hominum caput ibi occidendum. Princeps huius ſententiæ Cyrillus Hieroſolymitanus Archiepiſc. fuit. verba eius Catecheſi 13 hæc ſunt: *Golgotha interpretatur Caluariæ locus. Aliqui ergo propheticè locum hunc Golgotham appellarunt, in quo verum caput Chriſtus*

S. Cyrill. Hieroſol. Catech. 13.
Coloſ. 1. 15.
Coloſ. 1. 18.

Digitized by Google

velletne pro ſe ferre : quæ æquiſſimo , lubentiſſimoque animo annuit, & ſuſcepit. *Robertus de Robertis in vita.*

Mariana de Ieſu.

Vnde qui Chriſtum cuiquam Crucem ſuam inuidere exiſtimât, næ ille procul à veritatis linea receſſerit : nos delicati humeros ſubducimus. Non ita *Mariana de Ieſu* , quæ cum ad 33 annum perueniſſet , apparuit ei Chriſtus Dominus petiitque ab ea num vellet ſecum ferre Crucem? Reſpondit illa, nunquam ſe tale, tantumque beneficium promeritam eſſe , magni tamen fauoris loco id ſe accepturam , ſi eo diuinæ poſſet ſeruire Maieſtati ; cum ſtatim ſenſit vtrique humero pondus ingens incumbere, vt vix leuare ſe, non manibus , non pedibus vti poſſet , manſitque dolor hic menſibus omnino decem, quo tempore maximâ quâdam patientiâ eluxit. *Hieronymus de Quintana in vita.*

Oſanna Mantuana.

Experta idem fuit *B. Oſanna Mantuana* , quæ poſteaquam illibatum Deo pudicitiæ florem conſecraſſet , ille viciſſim arborem ſuæ Crucis, humeris eius impoſuit ex vero deinceps dictura : *Amor meus pondus meum.* Affinis *Oſannæ* B. fuit *Agnes Politiana*, in quam eo tempore, quo ſe adſtante Clero , immortali ſponſo, perpetuâ virginitate dedicabat , magna vis candidi , concretique roris ex aëre deſudauit , vt roſcidis eius nimbi guttis , quaſi corymbis in Crucis formam incidentibus & conglobatis, ſparſim eius veſtimentum baccatum, ac multa diſperſum Cruce cerneretur, Indicio permaximo amoris cœleſtis ſponſi , caſtiſſimæ ſponſæ blandientis, & vt ita dixerim , in rore ludentis. Quamquam & Cruce in rore formata exprimebatur , nihil in Agnetis moribus ferreum fuiſſe , nihil aſperum , nihil immanè nihil agreſte, aut horridum ; ſed neque in eius ſuauitate aliquid molle, languidum , remiſſum , abiectum & effeminatum. Sic enim rore perfundebatur vt monumento Crucis ad virilis conſtantiæ duritiem obdureſceret ; ſicque ad perpeſſionem erudiebatur , vt tandem tamen Crux illa eſſet roſcida , hoc eſt tolerantia laborum & voluntaria pro Chriſto moleſtiarum ſuſceptio placidiſſimæ pacis dulcedine molliretur; rurſus ita cœleſti rore diſpergebatur, vt ſibi rationem intelligeret eſſe cum Deo, qui moleſtias ſua cauſa ſuſceptas iucundiſſimè condiret; ita ros Crucis imitatione diſtinguebatur, vt voluptatem pellucidam & ſynceram, nullibi verius, quam in laborioſa virtutis exercitatione reperiri poſſe putaret. *Bernardin. Stephonius in orat. de laudib. B. Agnetis.*

B. Agnes Politiana.

Elisabeth Reytenſis.

Nec procul hinc abfuiſſe dicenda eſt B. *Eliſabeth Reytenſis*, ex tertio Ord. S. Franciſci , quæ dum ligna deferret , conſiderare ſolita Ieſum baiulantem Crucem ſuam : quo in cogitatu , ea compaſſione mouebatur, qua compages membrorum eius laxatæ , crepare inaudirentur, quaſi oſſibus & neruis ipſa deartuaretur , vel A ſic Domini Crucem promerita baiulare. *Marianus in mirabilib. Seraph.*

Aloyſia de Caruaial.

Verum non ita antiquiores hæ omnem pietatis ſuccum imbiberunt , vt nihil poſterioribus relictum : ex eodem fonte bibit & copioſè quidem hiſce noſtris diebus Venerabilis illa Virgo *Aloyſia de Caruajal, y mendoça* , quæ pro more geſtabat quotidie Crucem magnam , ex rudi & inæquali ligno fabrefactam : aliam præterea ligneam ferreis veruculis armatam: prima tegebat ei humeros, ſecunda pectus, quibus onuſta grandi paſſu ad montem myrrhæ præeuntem ſponſum ſequebatur. *Ludouicus Muñoz. in vita.*

Anna Sanchez.

Guſtauerat id antè non ſegniter *Anna Sanchez*, inſtituti Dominicani in Hiſpania monialis, B cuius omnis in meditandis Chriſti cruciatibus hęrebat voluptas , ijs tamen quam maximè, quas Cruce onuſtus ex Pilati prætorio , vſque ad montem Caluarium exhauſit , quorum ne vnquam obliuiſceretur, omni feria ſexta, graui cruce onuſta per cœnobij peryſtilia , nudis genibus repebat , proprijs manibus vice lictorum fungentibus , in pugnis & colaphis pectori, ac genis infligendis , quibus ſuam in proreptando ſegnitiem ſtimulabat. *Lopez. 5. p. lib. 2. c. 57.*

Milites Cruce ſignati in expeditionibus decem transmarinis.

Quid ni & in hunc numerum veniant tot Chriſtiani *milites*, qui cum *Godefrido Duce Bullonio, S. Rege Ludouico,* alijſque Galliæ , Britanniæ, Germaniæ, Italiæ Heroibus per decem expeditiones Cruciatas , pro recuperando Crucifixi C patrimonio, contra Saracenos pugnaturi quaſi inſigne belli ſacri, Crucis ſignum in pectore, humero & vertice geſtarunt, de quibus *Rogerus ab Houeden in Annal. Anglicis* : Rex Franciæ & gens ſua ſuſceperūt Cruces rubeas, & Rex Angliæ cum gente ſua ſuſcepit Cruces albas , & Philippus Comes Flandriæ cum gente ſua ſuſcepit cruces virides. Cæterum Crux ſemel aſſumpta non deponebatur ; niſi perſoluto peregrinationis voto. Hinc in geſtis Ludouici Regis , Ludouici Craſſi filij , legimus Regem per totum annum portaſſe Crucem in humeris cōſtitutam, à feſto reſurrectionis vſque ad aliud, & vlterius vſque ad feſtum quod dicitur Pentecoſtes. Nec deerant huic Crucis ſignationi D miracula , nam ſignum Crucis quibuſdam in ipſa carne notatum apparuit , inquit *Bertoldus Conſtantienſis.*

Nonnulli quoque vt auctor eſt *Abbas Vrſpergenſis* Crucis ſignaculum ſibimet in frontibus, vel veſtibus ſiue in quolibet loco corporis diuinitus impreſſum oſtendebant , ipſoque ſe ſtigmate ad eandem Domini militiam præſcriptos credebant. Imò auctor eſt *Rogerus in Annal. Angliæ*, eâ horâ qua Rex Galliæ Philippus, & Rex Angliæ Henricus Crucem acceperant, apparuiſſe ſupra eos ſignum Crucis in cælo.

Feminæ Cruce ſignatæ.

Nec viri duntaxat, ſed & mulieres ſignum Crucis accipiebant, vel vt maritos ſequerentur, ſepulchrum Chriſti viſitaturæ, vel militiam ſa-

cram

eram opibus adiuturæ: *vt Glaber Rudolphus teſtatur.*

Cur milites Cruce ſignati. Cauſa verò cur milites hi Crucem geſtarint, varia redditur à ſcriptoribus, omnis tamen faciens ad rem noſtram. I. Vt aliquo modo ad imitationem Chriſti accederent, cuius vt inquit *Guiliel. Tyrius*, paſſionis locum recuperare propoſuerant, cui ad noſtram redemptionem properanti *factus eſt principatus eius ſuper humerum eius.* Iſaiæ 9.6. (*Iſaiæ 9.6.*) II. Vt quodammodo ſatisfieret illi Dominico mandato, & quidem iuxta litteram; *qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam & ſequatur me:* (*Marci 8. 34.*) III. Vt Crucis Chriſti diſcipulos verbo & opere ſe prædicarent ac Crucis virtute confiſi, contra inimicos Crucis, in Domino dimicarent: vt ait Otho friſingenſ. *l.7.c.2.* IV. Vt quod idem docet Author eſſet mortificationis commonitorium. V. Vt ſigno externo declararent, quanto recuperandæ & ex manibus hoſtium liberandæ Crucis dominicæ deſiderio tenerentur. Atque hic prætermittere nequeo *Eduardum Angliæ Regem* (*Eduardus Rex.*) qui anno 1282. coëunte orbe Chriſtiano ad expeditionem in Syriam, ſe aliis adiunxit, vtque animum ſuum proderet, veſtibus coccineam Crucem aſſui fecit, Vt moris erat iis omnibus, qui nomen ſuum illi militiæ dabant. Et ne crux aſſumpta ac veſtibus aſſuta videretur ad pompam, pius ille Princeps eadem die ſanxit, vt regno ſuo cederent Iudæi omnes, velut in exilium acti Rogantibus cauſam noui edicti, non ſe ad faſtum, & veſte tenus tantum Crucem aſſumpſiſſe, dixit, ſed vt indicaret bellum hoſtibus Crucis, quos cum haberet apud ſe, velle auſpicari bellum extrinſecum à victoria belli inteſtini, quo callidè Iudæi laceſſebant nomen Chriſti. *Du Cheſne in hiſt. Angl.*

Ambuſſon. Magiſter Eqq. Rho. Nec procul ab hoc diſceſſiſſe viſus *Ambuſſonius generalis Magiſter Eqq. Rhodienſium*, qui poſtea quam multiplici clade afflixiſſet Turcam, vnde ille legatione miſſa pacem rogabat, exhorruit & manu admota pectori ſuo, quod prægrandi Cruce erat ornatum, ait Legato infideli: quantocius reuertere ad tuos, & dic Domino tuo; me Crucem geſtare, quæ nullas patitur inducias cum gente infenſa Crucifixo, imo Crucem inſonare auribus meis bellum acerbum cum alienis à Cruce. *Chalcondylas in Mahomete 2.*

Cruce ſignati contra Mauros. His adiungo eos qui anno M. CC. XII. ſub *Alfonſo IX. Rege* Caſtellæ contra Regem Maurorum zeit. Mahomat, omnes inſigni Crucis veſtibus aſſuto conſpicui, generoſiſſimam victoriam retulerunt, poſtquam Archiepiſcopus Toletanus annuente Pōtifice per Italiam, Germaniam, Hiſpaniam, & Angliam Crucis militiam prædicaſſet: in quo conflictu è Cruce ſignatis, non plures quinque & viginti occubuere, ex aduerſariis verò tanta multitudo deſiderata fuit, vt toto triduo, quo Chriſtianus exercitus illic ſubſtitit, haſtæ ac ſagittæ exhibuerint illis lignorum vſum excitandis ignibus ſufficientem, ac ne comburi quidem potuerint; etſi ſtudium, operamque adhiberent omnes: quē diem Gregorius tertius decimus Romanus Pontifex poſt futuris ſæculis feſtum haberi voluit, ac publicè per vniuerſam Hiſpaniam celebrari.

Ita Ioannes Mariana, Ioannes Robles in hiſtoria Crucis Cauacanæ, aliique.

Eodem adfectu ac ſignificatu *S. Ephrem* Crucem geſtabat in fronte, vt etiamnum apparet in imagine ad viuum expreſſa, ex antiquiſſima quadam, quæ ſpectatur Conſtantinopoli, & eius operum editioni per Gerardum Voſſium præfixa eſt. (*S. Ephrem.*)

Euſebius quoque in vita *Conſtantini* lib. 1. ca. 22. refert Chriſtianiſſimum illum Imperatorem ſolitum ſignare frontem Cruce, quaſi trophæo glorioſo. (*Conſtant.*) Vnde ſupra memoratus Auguſtinus in pſ. 36. *à locis ſuppliciorum fecit Crux tranſitum ad frontem Imperatorum.* (*S. Auguſt. in pſal. 36.*)

Ita anno 1614. in *Iapone* Chriſtianos Martyres ſigno Crucis in fronte à tyranno candenti ferro inuſtos legimus, & in Imaginibus Romæ excuſis, expreſſos, quaſi ſeruos Crucis, & Crucifixi viſos eſſe ſcribit *Corn. à lapide in cap. 6. ad Galatas.* (*Martyres Iapones.*)

In *Perſis* quoque & *Turcis* hoc memorabile eſt, quod ſigno Crucis in fronte contra peſtem vtantur. (*Perſæ Crucem portant.*) Cum enim *Choſroes* de Perſis rebellantibus illuſtrem victoriam obtinuiſſet, & Turcas captiuos ad Mauritium Imperatorem Orientis, dono mitteret, Mauritius eos ſigno Crucis in fronte notatos cernens, attonitus ſciſcitatus eſt, quam ob cauſam, quæ non colerent, ſigna circumferrent, tum eos reſpondiſſe fertur: Perſidem nuper graui peſtilentia laboraſſe, vnde edoctos à quodam Chriſtiano, vt tali ſtigmate ſe præmunirent, quod experientia ſaluberrimū declarauit. Nicephor. *l. 18. c. 20.* Similiter Turcas prominente Cruce aduerſus famem liquato atramento compunctos narrat *Zonaras l. 3. Annal.* (*Turcæ Crucem gerentes.*)

Rarum & inauditum multis exemplum *Iacobitarum*, Orientem & magnam Armeniæ partem occupantium, quod hi non ſolum baptiſentur, ſed & candenti ferro, Charactere Crucis in frontibus vel aliqua corporis parte maxime pectoribus notentur. (*Iacobitæ Cruce ſignati.*) *Ita Ioachim Abbas in append. nat. Chriſt. Cornel. à lap. in c. 9. Ezech.* quod & ab aliis vſurpatum, vt de Abaſſinis, aliiſque Damianus Goëſius, ſcriptum reliquit, qui Cruce ad omnem congreſſum deferre ſecum conſueuerunt.

Intepuit hic inter noſtrates feruor, quem ſubinde Cælum ipſum denuo accendere non ſemel viſum eſt, dum toto pene Romano Imperio, viciniſque regionibus vt olim, varias in veſtes hominum Cruces demiſit. Maxime circa annum 1500. vt *Trithemius in Chronico hirſaugienſi annotauit*: Cruces, inquiens apparuerunt in lineis veſti-

A vestimentis hominum, camiſiis, linteaminibus, menſalibus, peplis mulierum, albis ſacerdotum & corporalibus, etiam in his quæ abſcondita iacebant in ciſtis, ad quæ nullus poterat aëtis penetrare influxus. Cœperunt autem in primis apparere circa Rhenum, ac deinde per totã Germaniam, in Sueuia, in francia orientali, in Auſtria, in Bohemia, in Saxonia, in Dacia, in Polonia, in Hollandia, Brabantia, & Gallia tota, idque tam ſubito, vt cadere quodammodo viderentur de Cælo, ita quod aliquando, cùm Salue Regina cantaretur in Eccleſia, quadraginta homines inſigniti Crucibus ſubito viderentur, maximè verò mulieres: erant autem Cruces paruulæ ſubrubei coloris, in quibuſdam autem ma-
B gnæ. Sed parum hoc diuinæ benignitati viſum fuit, & Corpora ſuorum auguſtiſſimo hoc ſigno decorare voluit. Ita de *S. Huberto* ſcribit Surius, cum Romam ad limina Apoſtolorum acceſſiſſet, ibique orationi incumberet, ab Angelo ſuper verticem ſigno Crucis expreſſo ſignatum fuiſſe. Cumque ad S. Amandum properaret in Gallias, monitum Amandum, vt ei occurreret, notaretque cuius ſignum geſtaret in capite, ſciretque eius hoſtiam fore. *Surius.* De S. vero *Franciſco* ſcribit Bartholom. Piſanus, vt ab infantia diſceret portare Crucem Domini, Angelus bonus Franciſcum infantulum complexus; eius humero dextro, ſignum viuificæ Crucis inſcripſit, & veluti Ducem militiæ Chriſtianæ, eâ
C teſſerâ, Crucifixo auctorauit. In lib. Conformitat.

S. Hubert. *ab Angelo Cruce ſignatus.*

S. Franciſc. *item ab Angelo ſignatus.*

Et quorſum hæc omnia? niſi vt nos Deus Cruce, velut equo in cælum vehat. Equus, ſcilicet ligneus Crux eſt, quæ officia omnia, ſeruitiaque Equi, Chriſto præſtitit, ſuſcepit enim, extulit, vexit atque portauit, dum victoriam ab inimico referret. Amatoribus ſuis ad exemplum, vt eum imitentur, & in equum hunc ipſi libenter inſiliant, non in ſternacem ſuperbiæ quadrupedem, non in deſultorium concupiſcentiæ caballum, non in ſtrigoſum ambitionis vectorem, ſed in fortem ac probatum humilitatis, modeſtiæ, ſobrietatis ac pietatis portatorem, quo in cælum vehantur.

D De Auruncanis Peruuij populis ſcribit *Lipſius in monit. pol. c. 3.* Hac ratione Regem conſtituere: Conueniunt omnes Imperij candidati, quorum ſingulis lignum ingentis ponderis imponunt. Is autem Rex denunciatur, qui ſuis illud humeris baiulat, nec ſuccumbit, par enim regendi oneri putatur, qui tanto oneri ferendo impar non eſt. Hoc barbaris concedamus apud Chriſtianos ille Regno Cælorum aptiſſimus, qui Crucem Chriſti non tam corpore, quam humeris animæ conſtanter baiulat. Chriſtus enim non niſi baiulando patienter Crucem & humiliando ſe vſque ad mortem Crucis, intrauit in Regnum ſuum: nobis vtique in exemplum.

CAPVT SECVNDVM.

Veronica nobilis femina capitis ſui velum Chriſto defert, quo ſacrum os, ſudore manans ac ſanguine comiter abſtergat. Res mira! non retulit inde quod terſit, ſed ipſum Domini vultum in eo ſcitè, eleganterque expreſſum.

Sic pingitur, quando Deus Apelles eſt,

Qui dicit: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cant. 8. 6.

Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Lucæ 23. 27. Luc. 23. 27.

IAm Vicarios in ferenda Cruce humeros ſuos commodauerat Cyrenæus Simon, cum iſtinc porro ad 19 paſſus, & ſemipedem progreſſus Dominus Ieſus in locum venit, quo vna ex illis, quæ Dominum patientem præ commiſeratione plangebant, & lamentabantur, Pheronice, ſiue vt frequens vulgariſque vſus obtinuit Veronica nomine, quam Nicodemus in hiſtoria ſua tradit ſanguinis profluuio antè à Chriſto ſanatam fuiſſe, laboranti ac ſudore plurimo diffluenti compatiens, capitis ſui velum tergendo vultui extremum ſolatium dedicauit: quod ipſe pietatis officium non abnuens, ſed animo grato, beneuoloque complexus, poſteaquam faciem extersiſſet, ſeſe ipſum in tela conſperſit. Nimitum amantis pictura eſt, non alio vti colore, quam ſanguine; qui, ſi præter vultum reliqua corporis lineamenta non colorat, hoc ideo eſt, quia in vultu totus homo conſpicitur, vnde Latinorum vetuſtiſſimi apud Agellium, pro totius corporis habitu, ſtatura, ac longitudine faciem vſurpant, & Hebræi faciem פנים *panim* à radice פנה *panah* reſpicere, deriuant; ſc. in quam, cognoſcendo homini, omnium oculi intendant. Colorato ad hunc modum piæ mulieris peplo reddidit id Veronicæ Dominus in pignus, & monumentum perpetuum amoris ſui. Nihil de hoc ſacri Euangeliorum codices, vti de alijs plurimis, prodidere. Patrum ſermone conſignata traditio eſt, inter quos S. Tyriorum Epiſcopus, martyrque Methodius; qui circa an. 285 vixiſſe legitur, alijque non pauci cenſentur, quorum verbis, ſcriptiſque ad nos deriuata hiſtoria fuit, vt auctor eſt Cæſar Cardinalis Baronius *tomo 1. Annal. Eccleſiaſt. ad annum Chriſti 69: num. 10. Marianus Scotus in Chron. an. 39.*

S. Method.

Ad materiam autem veli huius quod attinet, lineum id fuiſſe plerique volunt, quamuis Frãciſco Quareſmio docto illi atque accurato terræ Sanctæ explanatori *tomo 2. lib. 4. cap. 15.* Bombycinum fuiſſe viſum ſit, tum quia telæ bom-

Digitized by Google

bombycinæ in ea regione maioris vſus ſunt, tum quia velum capitis erat, cuiuſmodi ex bombyce communiter elaborantur, & modò propter allatas rationes, tobaleæ plicatæ, quas loco pilei turcæ deferunt, fiunt ex bombyce.

Ioan. Iac. Chifflet.

Quando autem veli nomen in ſudarij, quo paſſim nunc vtimur, commutatum ſit, docet vir clariſſ. ampliſſimuſque Ioan. Iacobus Chifletius in criſi hiſtorica de linteis ſepulchralib. Chriſti *cap.* 8. cum ſcribit operimenta τριχωτὸν, id eſt quæ capillatas capitis partes tegunt propriè dicta fuiſſe vela & velamina; προσώπου autem, quæ glabram faciem, ſudaria: Velum autem Veronicæ, poſtquam ex eius capite detractum eſt, & vultui Dominico admotum, illico vocatum reperiri ſudarium, vti & velum B capitis, quod Plantilla Paulo Apoſtolo ad mortem properanti porrexiſſe traditur, quo feriendus gladio, ex more obduceret oculos; expleto namque miniſterio, illud ipſum nomine Sudarij recepit, quia ſcilicet, Apoſtoli faciem tetigerat. Ita quoque ſacrum mantile quod ſuo vultui Chriſtus applicuit Edeſſenorum Regulo mittendum, exinde dictum eſt ſudarium, quapropter & nos in ſequentibus, veli prætermiſſo, Sudarij nomine vtemur, de quo

Primùm quæritur, quomodo ad manus fidelium id fuerit deuolutum? facem hic præferet, vt in alijs multis, eruditiſſ. Cæſar Cardinal. Baronius qui tomo Annalium primo ad annum Chriſti 34. *n.* 138. libellum tradit manuſcriptum C ſeruari in Vaticana Bibliotheca peruetuſtum, in quo ſequentia leguntur: Veronica Hieroſolymitana matrona nobilitate, & ſanctimonia inſignis, Romam ſe contulit, ac ſacrum ſudarium ſecum deportauit, quo graui morbo laborantem Tiberium Imperatorem ſanaſſe fertur qui tanti poſtea beneficij non immemor Chriſto diuinos honores decreuiſſe dicitur, verum, quod inconſulto Senatu ſtatuerat, poſtea reſciſſum fuit. Beda vero opinatur Tiberio Sudarium hoc tranſmiſſum, & eum à lepra per id curatum.

Quidquid autem eo Romæ factum primis illis temporibus fuerit, non perijt Sudarium, ſed ad Clementem Romanum Pontificem id- D ipſum deuenit, atque ita per manus ſucceſſiuè traditum, apud ſanctiſſimos viros perdurauit, quoad vſque reddita Eccleſiæ pace, publicæ venerationi in Baſilica Vaticana, à Conſtantino expoſitum fuit: hæc ibi. Quod autem dicitur de curato Imperatore Tiberio confirmatur à Ioanne Molano lib. 4. de Imaginib. c. 2, vbi addit hiſtoriam hanc antiquiſsimis conſcriptam characteribus à Thoma Stapletono viſam, lectamque fuiſſe. Idem quoque ex veteri traditione narrat explicitè Abrahamus Bzonius ad Annum 1216. n. 16. & 17, additq; Ioannem VII. Papam, qui ſedit anno Domini 705, ſeruando illi ſudario cõſtruxiſſe teſſellati operis l'ερατεῖον:

Ioan. Molanus. Abraham. Bzonius.

A Innocentium III. in ſermone Dominicæ primæ poſt Epiphaniam meminiſſe proceſsionis Sudarij Veronicæ à S. Petri Baſilica, vſque ad ædem Xenodochij S. Spiritus in Saxia anno Domini 1200, cuius verbis vſi ſunt poſtea Honorius III & Alexander IV Pontifices ſucceſſores.

Bonifacium vero VIII anno Domini 1298 Sudarium Veronicæ à prædicto templo S. Spiritus, vbi ante oſtendi ſolitum erat, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum tranſtuliſſe, ſuiſque manibus ex eminentiore loco oſtendiſſe; præſentibus Iacobo Aragonum, & Carolo Siciliæ Regibus: atque vt eo loci, tum ſeruaretur in poſterum, tum à ſummo Pontifice ſtatis diebus oſtenderetur, conſtituiſſe. Denique Paulum V. idem Sudarium in nouam S. Petri Baſilicam transferri curaſſe die 21 Martij, anno Domini 1606, vbi hodieque perſeuerat.

Quotuplex imago Veronicæ. Alphonſus Salmeron tom. 10. tract. 33.

Quia vero alicui ſcrupulum mouere poſſit; varia illa ac multiplex huiuſmodi ſudariorum diuerſis in locis expoſitio, operæ pretium fuerit huic paucis obuiare: ac Primo quidem Alphõſus noſter Salmeron Tom. 10. tract. 33. Velum hoc Veronicæ cum oblongum eſſet, triplicatum Chriſto traditum aſſerit, atque ita ab eodem, diuino vultui ſuo abſtergendo adhibitum fuiſſe, quod dum facit, non vnam, ſed trigeminam ſui imaginem tribus illis ſinibus impreſſiſſe, quarum prima Romæ ſeruetur: Altera in Gienenſi Ciuitate [Iaen] Hiſpaniæ: Tertia Ieroſolymis. Sed quo teſte, quo auctore hæc dicta velit, non addit: & mirum ſanè foret tantum à ſcriptoribus omnibus miraculum prætermiſſum eſſe, quod omnium calamos, ſi quod aliud, promeretur. Forte an excogitatum ad ectypa, quæ varijs in locis non pauca inueniuntur ab incertitudine vindicanda? Verum alij cum Cæſare Baronio cogitationes ſuas attollere altius viſi ſunt, cum ad digitum Dei, vt loquuntur, ſiue diuinæ virtutis potentiam non imprudenter confugiunt, docentes alias iſtas Imagines è primigenia Romana, per admotionem, miraculo in ſudarijs expreſſas eſſe, vt verè ἀχειροποίητοι dici haberique poſſint: vt enim nõ niſi diuina virtute factus fuit homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quando in terrenum corpus inſpirauit ſpiraculum vitæ, etſi ad illius ſtructuram concurrerit terræ limus; ita licet in iſtis imaginibus pannus lineus, ſeu bombycinus, ſudor, ac ſanguis concurrerint, tamen hęc omnia ſufficientia ad perfectas faciei Chriſti imagines efformandas non erant, quare ſimplici eius virtuti tribuendum, vt ſicuti per panni applicationem ad faciem ſuam, eiuſdem in eo reliquit imaginem, ita nunc per alterius ad illum iam effigiatum applicationem reiteret, atque inſtauret, quod ne cui fortaſſe nouum videatur audiendus in ſimili *Cardinalis Baronius ad Annum* 944, vbi de Edeſſena Chriſti imagine

Cæſar. Card. Baronius.

non

non manufacta, ſic ſcribit: Photium Patriarcham Conſtantinus Porphyrogenitus Imp. miſerat cum litteris ad S.Paulum in mõte Latro Anachoretam. Ille cum ad virum ſanctum perueniſſet, datiſque ac receptis iam litteris, ad reditum accingeretur, vnum ab eo ſanctus petijt, vt non manufactæ Chriſti imagini, quam mantile ſanctum appellare mos erat, lineum æquale velum applicaret, idque ſibi mittere nõ grauaretur. Factum eſt quod poſtulabat, miſſumque velum ex animi ſententia, quod cum expandiſſet, Chriſti effigiem in eo ad amuſſim expreſſam, & figuram figuræ exactiſſimè reſpondentem vidit. Hæc è S.Pauli vita recitat Baronius loco citato.

Ad hanc itaque normam de varijs illis ex Veronicæ peplo deſumptis ectypis, philoſophari licebit, maximè cum doceat antiquiſſimus auctor Simocatta, quandam Chriſti effigiem, ſine pictoris aut hominis arte factam, Mauritij Imperatoris æuo Conſtantinopoli fuiſſe, ſeu potius in Romanorum caſtris, cuius haberent Archetypum Romani; Theophanes quoque in Heraclio cũ Cedreno eandem ab ipſo in Perſidem delatam contra Coſdrohem auctor eſt. Omitto cætera quæ de hac, alijſque *ἀχειροποιήτοις* Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri Imaginibus in Græcorum menæis leguntur, quas ego omnes miraculo factas crediderim per velaminum ad primigeniam applicationem, vt eſſent perennes, ac ſingulares quidam typi amoris Chriſti Domini erga nos miſeros mortales, qui per eas [verba ſunt ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ] manu duceremur in memoriam ſuæ in carne conuerſationis, Paſſionis, ſalutiferæ mortis, & præterea mundo factæ redemptionis.

Theophanes.

Fuiſſe autem effigiem vultus afflicti, vulnerati, tumidi, ac liuidi extra dubium eſt; vnde Ioannes Landſpergius homil.19. de Paſſ. Domini ſcribit in ſancto hoc iconiſmo digitorum veſtigia appuruiſſe, quæ armata illa militis manus, dum alapam ſacratiſſimo vultui infligeret, ſumma cum iniuria impegit.

Landſperg.

Plurimas interim ad archetypum Romanum depictas imagines per orbem ſparſas, ac publicè multis in locis coli non neſcio, quarum duæ in Gallia celebres, vna quæ populo exhibetur Cadurci in Vaſconia, altera quæ in diœceſi Landunenſi magno peregrinantium concurſu celebratur, in Cœnobio Virginum Inſtituti Ciſtercienſis quam iſtuc ad Sororem ſanctimonialem ann. 1249 Roma miſit Iacobus Pantaleo gẽte Gallus, patria Tricaſſinus, poſtea Vrbanus P.IV. ſed vt dixi pictoris manu ad prototypon expreſſa, quam monumenta dicti loci laborantibus, maximè ex oculis tradunt opitulari. Nec dubito alijs in regnis atque prouincijs, non abſimili pietate ac religione Chriſtianum populum attineri, certè dum hæc ſcribo, produit

A opere diagraphico elaboratus elegans quidam huius S.Sudarij iconiſmus, quem olim D.Wenceſlaus Coberger Principum Belgij Architectus Romæ cum eſſet anno 1598 eximia perfectione delinearat, fauore Reuerendiſſimi Domini M.Veſtrij Barbiani inter prælatos propius admiſſus, dum 30 Nouemb. in proceſſione deferretur, quam ſibi à parente relictam effigiem filius, vir vnus communi omnium pietati natus, æri incidendam æqua magnitudine curauit.

VVenceſl. Coberger. *pietas in ſudarium S.Veronic.*

Viderat hanc Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. *D.Iacobus Boonen Mechlinienſis Archiepiſcopus*, qui vti Eccleſiaſtica dignitate primus in Belgio, ita & in hac pietate nulli ſecundus, ſibi quoque vindicauit, orationem ſe dignam ac propriam imagini ſubiecit, quam diebus ſingulis ſemel quiſquis coram ea pronuntiarit, quadragintadiali B venia ſe nouerit felicitari: eſt autem huiuſmodi:

Illuſtriſſ. Præſulis Mechlin. ergo S.Veronica ſudarium religio.

Miſerator noſter adſpice Deus, & reſpice in faciem vnigeniti filij tui, cuius verticem ſerto irriſionis noſtra ſuperbia coronauit, & perverſæ hominum cogitationes innumeris aculeis cruentarunt, cuius frons ſereniſſima ob recordationem peccatorum noſtrorum fuit operta nube mœroris, & oculi benigniſſimi ſanguineis lacbrymis fuere ſuffuſi: cuius denique facies ſpecioſiſſima (in quam deſiderant Angeli proſpicere) ſputis, contuſionibus, & ſanguine fuit oppleta. Per hanc omnis doloris & contumeliarum effigiem, miſerere Eccleſiæ ſponſæ tuæ prædilectæ, & quod pridem per os ſanctorum tuorum promiſiſti, ablue faciem eius, Chriſtianorum malis moribus nimis hoc tempore deſœdatam, vt his C *lachrymis, & hoc pretioſo ſanguine emundata, reformetur in ſanctitatis priſtinæ pulchritudinem, quam ei primitus largitus fuerat filius tuus Dominus noſter, qui tecũ & viuit regnat in vnitate Sp.ſancti Deus in ſecula ſeculorum. Amen.* In quo pius Antiſtes ſecutus eſt Innocentium Papam IV, qui ſacerdotibus omnibus Miſſam de Vultu Domini deuotè celebrantibus, 300 dies, & ſolam collectam dicentibus 40 dies indulgentiarum cõceſſit. Collecta vero hæc eſt:

Innocent. PP. IV. *erga S.Veronica ſudarium beneuolentia.*

Deus, qui nobis ſignatis lumine Vultus tui, memoriale tuum ad inſtantiam B.Veronicæ, ſudario impreſſum imaginem tuam relinquere voluiſti, tribue nobis, quæſumus, per ſanctam Crucem, & glorioſam Paſſio- D *nem tuam, ita nunc per ſpeculum, & in ænigmate venerari, adorare & honorare teipſum in terra, quatenus te in nouiſſimo die, facie ad faciem venientem ſuper nos iudicem, ſecuri & læti videre mereamur. Qui cum Deo patre, & Sp.ſancto viuis, & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.*

Sed modica hæc Pietas quamuis ceteroquin præclara, homini nouo videri queat, qui ſacra quadam æmulatione ac voto, telæ huic felicitatem ſuam inuideat, & cor proprium eius loco ſupponere mirificè exoptet, ſine formidine, cum regio pſalte dicturus pſal.4.7. *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.* O quantam! O qualem! in qua fulget animæ, quod non capit locus; vbi ſonat,

quod

quod non rapit tempus;vbi olet,quod non ſpargit flatus ; vbi ſapit, quod non minuit edacitas, & vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Neque enim in vanum tot annorum centuriis ante, ad huiuſmodi figurationem anhelaſſe auditus eſt, *Cant.8.6.* cum diceret:*pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum:*quæ verba exponens S.Ambroſius, ita in rem hanc ſcripſiſſe legitur:*ſignaculum ſit Ieſus in corde,vt diligamus , ſignaculum in brachio,vt ſemper operemur. Luceat ergo Imago eius in confeſſione noſtra , luceat in operibus & factis,& ſi fieri poteſt , tota eius ſpecies exprimatur in nobis.* Et recte id quidem : quid enim cauſſæ ſit,cur ſors noſtra floribus peior ac ſaxis, quibus longè nobilior eſt,inueniatur? Granadillus flos Indicus eſt,& tantus hic,quantus eſt Chriſti patientis emblema eſt , ſanguinolentas quinque, eaſque in orbem ſurgentes guttas exſerit : columnam inde,tres clauos, coronam ſpineam ad viuum omnia expreſſa. *Ita Rouillius in hiſtor. plant.peregr.*

S.Ambroſ. *Quomodo Chriſti ſpecies exprimenda in nobis*

Inſuper videre eſt Caput perelegans in caſta Iaſpide orientali Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, conſpirantibus ad id iaſpidinis venis vt ſupra dictum eſt ex Petro Ancræo Conſil. Regis Franciæ *lib*.5.Inconſt.oculato teſte. Pluris homo eſt floribus,pluris ſane & marmore eſt. Flores,& marmora, addo, & telæ ſiue illæ bombycinæ fuerint,ſiue lineæ,ſacri vultus ſanctiſſimam effigiem acceperunt,quid ni ergo & homo,ſed nouus eodem auſit aſpirare?

Henrici Garneti effigies in ſpica. Certe gutta vna ſanguinis P. Henrici Garneti è Societate Ieſu,dum nuper in Anglia, eundē aſſertæ Romanæ fidei reus, conſtanter profunderet, in ſpicam forte allapſa , Martyris in ea vultum ad ipſam viuentis ſpeciem depinxit, ſtella fronti addita , & Cherubica facie mento peritiſſimè ſubiecta, quo integerrimum Chriſti athletam & ſtellis ſupparem , & Angelorum oſtenderet contubernalem: At homo nouus non vnâ aliquâ ſanguinis Chriſti guttâ,[quamquam ea abunde nimis,copioſeque ſufficiat]ſed tanto, quantus glorioſi corporis venis affluenter ingeſtuat,potatur ſæpiſſimè,& nullam hinc beneficii patris ſui ac Domini ſpeciem feret ? humano ſanguine diuinus potentior eſt , & vota ſua ac deſideria implere, noſtraque tranſcendere pollet Deus,*vt ſicut portauimus imaginem hominis terreni , portemus & imaginem cœleſtis*. 1. Cor.15.19. *1.Cor.15.19.* Vnum modò,alterumque non deſit, telæ, ſcilicet,nitor, & larga eiuſdem explicatio, in quam diuinus ſe vultus latenter inſinuet; quæ duo homini nouo & vitæ puritas,& præſtans in Deum, ac proximum charitas ſufficere ſolent , quibus is Domino patienti compatiens,ac velut obuiam factus, nihil non amet, non appetat , quod ad improperia Domini communicanda ſpectare videatur,& talem quidem in ſeraphica ſua Virgine Catharina deſcribit Raymundus Capuanus, ordinis Prædicatorum Magiſter , arcano- *S.Cathar. Senenſis.*

*R.P.Lyræus de imit.*IESV *patient.*

A rum eius vti & conſcientiæ arbiter fideliſſimus: Febricula tentari cœperat Catharina , quamquam non tam caloris illam, quam amoris fuiſſe dixerim, quæ per animam caſtiſſimum corpus inflammans,languentem virginem lecto aſfixerat: viſit ad eam Raymundus, cui dum varia,quæ die illo à cœleſti ſponſo acceperat , innocens filia aperiret , ille vero incredulus ſeu admirabundus in eam fortè oculos attolleret, vidit faciem eius in viri plenæ ætatis , cui barba ſuccreuerat, vultum ſubito transformatam , qui fixis oculis in eum aſpiciens valde hominem exterrefecit. Erat autem facies oblonga , ætatis perfectæ , barba non prolixa , colore triticeo, maieſtatem quandam præſe ferens, vnde ma-
B nifeſtè,ſe Dominum oſtendebat.

Territus Raymundus exclamare ſubito : ô! quis eſt,qui me reſpicit ? reſpondit Virgo : *Ille, qui eſt*:Hæc ille, Deum venerans teſtatus verum ſe ſcribere.

Quia verò ſine ſodali procedere Virginem non decet , huic ſociam iungo B. Claram de monte falchio ; quam mundam autem hîc telam, quam latè expanſam video ! digniſſimam planè,in qua & ſuam patientis effigiem , & paſſionis ſanctiſſima inſtrumenta defigat. Pretioſum Redemptionis noſtræ beneficium,vti ſolita erat,Clara attento animo volutabat ; cum Re- *B. Clara de monte falchio inſignia Paſſionis dominica in corde tulit.*
C demptor albo candidus amiculo,grandem trabem Crucis poſt ſe trahens,radioſum inter fulgorem conſpicuus, eam in hunc ferè modum affatus eſt : Aue filia:ſummam gaudiorum huc tibi affero. Crucem hanc, quæ nullibi firmius figi poteſt,amplexare, & cor tuum mihi præbe, vt in hac cruce moriaris.Dixerat :& ſui è cruce pendentis acerba ſupplicia,atroceſque cruciatus cordi eius inſculpſit, quod ipſa, teſte Iſidoro Moſcouio,ſignificare viſa eſt, dum, ſuprema in lucta , quædam è circumſtantibus Monialibus Crucem ei aduerſus diaboli inſidias porrigeret, cui Clara:ſi Chriſti Crucem quæris , accipe cor meum , in quo Chriſtum crucifixum reperies. Et ſtetit verbis fides , cum iuſtis ritu catholico
D perſolutis , cœlitus monitæ ſanctimoniales , in ſpem veniunt,arcanum aliquod in eius præcordiis latere myſterium , quæ tam crebrò ad ſacram Dominicæ Paſſionis memoriam,ſenſuum deliquium paſſa fuerat. Placuit itaque aperire corpus,quo ſecto , Cor infantili capite grandius apparuit. Hæſitare hic omnes,Deumque precibus ſolicitare , faſne ſit ipſum etiam cor ferro ſcrutari ? Audendi accipere auſpicium eadem viſa eſt pietas,quæ corpus aperuerat , priuſque antè fuſis lachrymis diuiſit iſtud in partes æquales.Et ecce, ô! rem inauditam , in dextera Cordis parte,Ieſu Chriſti cruci affixi , & vulneribus liuidis ſignati figura apparebat. Pendebant ibidem ex tribus neruiculis, quaſi filis tres clauiculi duri,acuti, nigri; quorum duo breuiores ex breuiore filo , longior tertius ex longiori

Digitized by Google

filo vinciebantur. Iuxtim erat alius neruiculus, cui cuſpis ferruginea, dura & acuminata, qui lanceam,& circulus tortuoſus hirſutus, aculeatus, qui coronam ſpineam referebat: denique neruiculorum quædam multum rubea, & informis congeries, quam ſpongiam interpretabantur.

In ſiniſtra iacebat ſindon, aliquam-multis guttulis ſanguinolenta; & flagellum ex quinque neruiculis nodoſis; & manica carnea, ligno non abſimilis; item funiculi tabo atri; & propter iſta neruiculus alius rectus, funiculis quaſi circumſeptus, qui columnam ſignificabat. Porro ſimulachra hæc omnia, tametſi carnea eſſent, colorem tamen habebant, & duritiem eorum, quæ repræſentabant.

Teſtis oculatus horum omnium mirandorum fuit Berengarius Epiſcopi Spoletani vicarius: qui iuſſus hæc omnia maturè examinare ſingula manu ſua tractauit, & authoritatis ſuæ, qua valuit, poteſtate roborauit, & demum in publicas tabulas retulit.

Tanti eſt patienti-Chriſto cor mundum ac latum conſtanter offerre, ac cum Veronica, afflictum miſerando, ſudorem velle, ſanguinemque detergere.

S. Bonau. in Stim. p.1.c.4.

Atque hoc certe eſt, quod monet D. Bonauentura in ſtimulo Amoris *p.1.c.4.* vt nouus homo conſideret beatiſſimam Chriſti paſſionem, ad cordis ſui reſolutionem, & perfectam transformationem in ipſum. Quod fiet quando non ſolum imitatur, compatitur, admiratur, & exultat, ſed etiam totus homo conuertitur in eum, ſcilicet Dominum Ieſum Chriſtum, vt iam quaſi vbique, ac ſemper ei Crucifixus occurrat. Imò tunc ille vere in Crucifixum reſoluetur homo, quando exiens ex ſe, & ſuperpoſitus vniuerſis; immo ſuper ſe, abſtractus ab omnibus, totus erit conuerſus in Dominum ſuum Paſſum, vt nihil videat, aut ſentiat intra ſeipſum, niſi Chriſtum Crucifixum. Quomodo autem commenſuratio hæc fiat, Crucifixum inter & eius amatorem, per conuerſionem & amplexum reciprocum, ita vt Chriſtus totum ſe illi commiſceat, ac quaſi oculos oculis, os ori, manus manibus, pedes pedibus, latus lateri, imo animam animæ ipſius applicet, oſtendere aliquando voluit Ruperto Abbati Tuitienſi, inter amatores Crucifixi non vulgari. Res ita contigit, vt *lib.12.in Matth.* ipſe teſtatur: Cum à Superioribus capeſſere Sacerdotium iuberetur, ipſe vero ſe tanto gradu indignum iudicaret, per viſum vidit Chriſtum Crucifixum ſe ad amplexum inuitantem. Quapropter eum ipſe arctiſſimè amplexus & oſculatus fuit, quoque profundius oſcula admitteret, Chriſtus quoque os ſuum apertum,& hians ſuauiſſime præbebat, ſimulque factum eſt, vt inter eos amplexus tanto diuini amoris igne inflammaretur, vt mox Sacerdotij, quod hactenus tantoperè declinârat, deſide-

Rupertus Tuitienſis lib.12. in Matth.

A rium ſibi ſenſerit maximum inſpirari. Quod, ſimul atque illuxit, Abbati ſignificauit, & paullo poſt omnium gratulatione exſecutus eſt.

Adiungit aliud idem Rupertus his verbis: Iacenti in lectulo hominis ſpecies apparuit de cælo labens, eaque ſe ita in eum tota demiſit, vt caput capiti; pedes pedibus, reliqua membra cum omnibus membris intimè commiſceret: quin etiam ipſam animæ ſubſtantiam modo quodam, qui verbis exprimi nequit, ita peruaderet, atque imprimeret, vt quidem citius, atque profundius, quam molliſſima cera ſigno imprimatur. Addit verò, ſecutam eſſe tantam, tamque incredibilem iucunditatem ac ſuauitatem, vt niſi ea celeriter à Deo inhibita eſſet, is quaſi B torrens voluptatis ſine dubitatione animam de corpore abſtracturus fuiſſet.

Iuliana Falconeria.

Patuit id reapſe in nobiliſſima iuxtim ac ſanctiſſima Virgine Iuliana Falconeria ex ord. tertio Seruitarum, quæ cum ſub vltimos vitæ dies à ſumendo Chriſti corpore ſtomachi concitatione, frequentique vomitu præpediretur, obnixè petiit, vt ſaltem ad ſe ſacratiſſimam hoſtiam, quam præſens adorare poſſet, apportarent. Hoc facto ſibi pectus ablui iuſſit, ac ſuper id velum mundiſſimum, quod Corporale vocant, extendi, cui ſacerdos piæ Virginis rogatu mox ſanctiſſimam Euchariſtiam impoſuit. Et ecce ſæculis omnibus memorandum prodigium! Illicò ipſa, quaſi in Angeli ſpeciem con- C uerſa pulcherrima apparuit, & præ dulcedinis exceſſu quodammodo liquefacta, corporeis vinculis exſoluitur, hoſtia vero & ipſa diſparuit, ſiue præ dulcedine amoris animam Iulianæ ſecum attraxerit, ſiue illa in cælum cum ſponſo ad ſempiternas nuptias euolarit incertum. Illud autem compertum dum corpus frigentis abluerent, ſuper eius carnem circa cor, Imaginem Chriſti Ieſu Crucifixi intra rotundum circulum, velut ſigillo impreſſam & obſignatam inueniſſe, vt vel inde agnoſceret poſteritas, quomodo Chriſti patientis cruciatus Iuliana adamaſſet, quorum effigiem non animo tantum, ſed carne ipſa expreſſam ſeruaret. *Ita* D *Angelus Gianius Centuria 2. Annal. ord. Seruorum lib. 1. cap. 8.*

Ioannæ à Cruce vocatio coram Veronica.

Quia vero de cultu eiuſcemodi Imaginum, quæ ad archetypum Veronicæ depictæ ſunt, ſupra mentionem fecimus, quarum, nec rara, nec tenuis apud Orthodoxos ſolet eſſe religio; operæ pretium fore iudicaui ſubiungere, quodnam hæc pietas præmium, quam aliquando remunerationem à Deo reportarit.

Viuebat anno 1496. in ea Hiſpaniæ parte, cui nomen *La ſacra de Toledo*, Virgo quædam Ioanna nomine, parentibus Ioanne Vaſquez & Catharina Gutierez oriunda, hæc à teneris magno virtutis capeſſendæ deſiderio incenſa, ad vitam monaſticam, velut tutiſſimum cœperat portum aſpirare: verum non ignara, ſingulare id diuinæ

Digitized by Google

diuinæ beneficentiæ munus eſſe, continuis id à Deo Domino, & patre miſericordiarum precibus contendere non deſinebat. Sacrum maioris Hebdomadæ tempus aduenerat, cum pia virguncula, in penitiorem domus exedram ſeceſſit, vbi coram domeſtica Veronicæ imagine, digna illa cultu & religione genibus nixa, acerrimis in carnem ſuam flagellis ſæuire cœpit, Dominum per ſacratiſſimæ Paſſionis ſuæ merita obteſtans, ſe vt in Sponſam ſuam recipere dignaretur. Cum ecce mutari Veronica, id eſt, Chriſti Ieſu effigies, vt olim fuerat Veronicæ peplo impreſſa, & afflicta illa, ac ſanguinolenta in venuſtam, & decoram transformari cœpit, adeo vt viuere, ſpirareque videretur; nec mora, audiri cœpta verba ſunt in hunc ſenſum: te in Sponſam meam aſſumam, nil dubita, aut reformida, aditus tibi in domum meam patefiet, modò, quod tuarum partium eſt, non prætermittas. Quibus finitis, Veronica ad priorem ſtatum rediit, ipſa vero Ioanna miris gaudiis, ac ſolatiis delibuta, magnis animis, quò vocabatur, inceſſit, donec ſexum mentita, puer creditus, affinium technis eluſis, ad Parthenonem S. Mariæ à Cruce lætabunda peruenit, in quo Crucis agnomine aſſumpto, magna vitę ſanctimonia ad finem vſque eluxit. *Antonius d'aça in hiſt. vitæ ca. 4.*

Tanti eſt Veronicæ effigiem venerari.

CAPVT TERTIVM.

Caluariæ montem votorum ſuorum culmen Ieſus aſcendit, vbi concepta per viam ſiti, oblatum poculum, liuida fellis ſanie vinum inter exſpumante, deguſtat.

Guſtatum qui domuit hoſtem infregit.

Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthij, & fellis. Iſaiæ 3.

Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. Matth. 27. 33.

SVo Pheronicæ reſtituto ſudario, nobiliſſima, ſi quæ vſquam viſa eſt, inſignito effigie, piæque feminæ bene precatus, gradum Dominus promouit, ac trecentis hinc factis & triginta ſex paſſibus, ad Portam vulgo Iudiciariam peruenit, qua damnatos iudicio ad mortem educere mos erat. Ibat autem horrifica inter dolorum omnium machinamenta magnanimus, viam totam ſuo ſanguine conſignans, vt ſi qui poſtea eſſent, qui eum ſequi vellent, à recto itinere non deuiarent. Extra portam verò mori voluit vt extra Bethlehem naſci, ne pro ſolis ſe offerre Iudæis videretur, qui pro ſalute omnium venerat immolari. Notauit id S. Auguſtinus *ſer.* 130. de tempore, vbi ſic loquitur: *Ideo non ſub tegmine,* (S. Auguſt.)

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A *neque in templo Iudæorum pati voluit, vt non ſubtraherent ſacrificium ſalutare Iudæi, neque exiſtimes pro illa tantummodo gente hanc hoſtiam offerri: propterea enim extra ciuitatem & extra muros paſſus eſt vt intelligas quoniam communis eſt hoſtia pro genere humano oblata.* Addo myſterio exemplum, quod homini nouo ſic dare voluit; vt is ad eum extra caſtra exeat, improperium eius portando id eſt, eius exemplo mundum affectu, animoque relinquat, profitendo ſe non habere hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirere. Propterea enim *Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt*: maxima inter ipſum & legem veterem, quam hîc laudat Apoſtolus, conſenſione. (Heb. 13. 12.)

B Inter inſanientis itaque vulgi clamores, conuiciis, ac maledictis plurimis coopertus rapitur in Golgotha, extra ſepta ciuitatis, tanti ſceleris pœnas mox Romanis armis daturæ, vt veterum victimarum ceſſante myſterio, noua hoſtia, nouo ſic imponatur altari, & Crux Chriſti, non magis templi ſit ara, quam mundi.

Placuit autem hîc non de clariſſimis, aut celſioribus aliquis, ſed humilis ille ac petroſus mõs qui ciuitati inferiori, occidentem inter & ſeptentrionem qua via erat in Silo, & Gabaon proximus ſtabat, tantopere ab omnibus ea tempeſtate contemptus, & abiectus, vt rara eius mentio in ſacris litteris inueniatur: etenim ſub iſto nomine, nuſquam in veteri teſtamento legitur C nominatus, & in nouo vix apud Euangeliſtas ſemel, iterumque expreſſus: verum humilem, abiectum, atque infamem hunc locum, ſicut & ignominioſam & exſecrandam Crucem, mortis ſuæ delegit inſtrumentum, vt ſua virtus emineret altius, ac latius regnare videretur, quæ vel funeſta ſanctificat, atque humilia ſubleuat; ita & Crucem glorioſam, & capitalem montem ſua redderet paſſione honoratum, vtque gratiâ miſerendi eſt optimus, ita fieret gloriâ parcendi maximus, cum triſtiſſimum illud bidental, damnatum iudicio locum ſibi deſtinat, vt omnibus quotquot ante fuerunt, ac poſt ſequentur, hominibus, iam propter peccata iuſto Dei iudicio damnatis, morte ſua vitam largiri ſe, manife- D ſtum fieret, ſempiternam.

Vocatum autem ait Euangeliſta *Golgotha,* hoc eſt, linguâ, quâ tunc Iudæi vtebantur, Cranium, ſiue Caluaria, quamuis ea dictio, magis Chaldaica, aut Syriaca, quam Hebraica videatur, vt etiam S. Hieronymus ſcriptum reliquit; ſecundum enim veram Hebræorum linguam Gulgoleth dicendum foret, ſed deſierant iam Iudæi Hebraicè loqui, poſtquam è Chaldæa rediuiſſent. Mendoſe tamen in Græcis, & Latinis codicibus legi videtur Golgotha, cum legendum ſit, Golgoltha, quod Chaldaicè cranium notat quemadmodum & doctiſſimo Ianſſenio Gandenſium Præſuli viſum fuit. (Mons Caluariæ *quare vnde dictus*)

Appellationis vero huius cauſſa, ac conue-

nientia non vna, ſed varia à SS. Patribus affertur: his Montem Caluariæ, quia caluus arboribus, ſaxoſus totus ac ſterilis, damnatorum ſupplicio deſtinatus erat, ſic à multitudine caluariarum illic promiſcuè iacentium denominatum volentibus; aliis à caluaria primi parentis Adami eo loci tumulata, nomen petentibus; aliis denique propter Chriſtum in Adamo præfiguratum, omnium hominum caput ibi occidendum, atque in proximo ſepeliendum, etymologiam vſurpantibus.

Singulorum momenta in gratiam noui hominis expendamus. Ad primos itaque quod attinet, ducem ſe his atque anteſignanum S. præbet Hieronymus potiſſimum in commentario ſuper Matthæi *cap. 27* vbi ſic loquitur: *Extra vrbem, & foris portam loca ſunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſerunt nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt Dominus, vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij: & quomodo pro nobis maledictum Crucis factus eſt, & flagellatus, ac crucifixus; ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur.*

S. Hieron. cap. 17. in Matth.

Beda.

Sequitur Hieronymum V. Beda ſcribens in eundem locum, ex recentioribus vero Corn. Ianſſenius in concord. Euang. & Franciſcus Lucas qui aiunt denominatum hunc locum à Caluariis & oſſibus hominum qui ob ſceleta ſua, extremo illic ſupplicio affici & ſepeliri conſueuere, quorum multa illic ſparſa & neglecta, vt in poliandriis fieri conſueuit, viſebantur.

Baronius.

Hanc ſancti Doctoris aliorumque ſequacium ſententiam impugnat Card. Baronius ad an. Chriſti 34. docens fieri non poſſe vt Mons iſte denominationem acceperit à Caluariis decollatorum, quoniam eiuſmodi ſupplicium apud Hebræos, nec lege ſancitum eſſet, nec conſuetudine approbatum. Deinde, ſi à capitibus decollatorum nuncupatus fuiſſet locus, non ſingulari nomine Caluariæ, ſed numero multitudinis dixiſſet Caluariarum.

Verum his nequidquam obſtantibus, hæc S. Hieronymi ſententia conſiſtere viſa eſt: quare ad Baronium quod attinet, licet illius mortis ſupplicium vel ex lege, vel ex conſuetudine Hebræorum non fuerit in vſu, ſuffeciſſe tamen potuit, fuiſſe apud Romanos, quibus, non multo ante tempora illa Hebræi ſubditi facti erant, cumque nihil prohibeat dicere, gentiles illos Iudices, nocentes ſecundum proprias leges vel conſuetudinem puniuiſſe; inconueniens videri poſſet, oppoſitum tueri, cum Chriſtus ipſe non Hebræorum ſed Romanorum more fuerit flagellatus, & Herodes Agrippa occiderit Iacobum gladio, & Antipas alter Ioannem: notatumque ſit locum hunc præcipuè Caluariæ nomine appellari cœptum fuiſſe, ex quo Hebræi Romanis ſe ſubdiderunt.

Ad Confirmationem vero quod attinet, dicunt poſitum fuiſſe numerum ſingularem pro plurali, vt ſæpe fieri amat: vnde author hiſtoriæ ſcholaſticæ in Euang. *cap. 171.* Caluaria, inquit, eſt propriè os capitis humani nudum, & quia ibi decollabantur rei, & multa oſſa capitis ibi diſperſa erant, dicebatur locus Caluariæ, vel Caluariarum.

An Adam ſepultus in Golgotha.

Venio ad eos qui ſecundam tuentur ſententiam, docentes Adamum Ieroſolymis in Monte Caluariæ ſepultum fuiſſe, atque ab eo montem nomenclaturam accepiſſe. Fulcitur doctrina hæc tum veterum Patrum authoritate, tum recentiorum Doctorum traditione ab antiquioribus accepta. Ex illis agmen ducit Adamantius Origenes, qui *tract. 35.* in Matth. *Locus,* inquit, *Caluariæ dicitur diſpenſationem habere, vt illic moreretur, qui pro hominibus fuerat moriturus. Venit enim ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum ſit, vbi Chriſtus crucifixus eſt, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur, vt in loco illo, qui dicitur Caluariæ locus, id eſt, locus capitis, caput humani generis Adam, reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Saluatoris, qui ibi paſſus eſt & reſurrexit.* Hæc ille. Anaſtaſius quoque Sinaita Patriarcha Antiochenus lib. 7. *Hortus fuit in Caluaria,* inquit, *vbi Adam iacebat mortuus* &c. Idem Cyrillus & Baſilius in cap. 5. Iſaiæ. Athanaſius de paſſ. Cyprian. de reſur. Ambroſ. in Luc. 23. Chryſoſt. in Ioan. Hom. 84. Theophylact. Epiphan. hær. 47. Auguſtin. de temp. ſer. 71. & quæſt. in gen. 161. Tertull. cont. Marcion. l. 2. Ex recentiorib. *Card. Baronius an. Chriſti 34. Card. Bellarm. tom. 3. de amiſſ. gratiæ c. 12. Maſius in 14.* Ioſue. *Toletus in 19.* Ioan. *Lorinus in cap. 10. ſap. Salmeron tom. 10. tract. 35. Pererius in geneſ. l. 7. Villalpandus to. 3. l. 1.* cap. 8. *Torniellus tom. 1. Ann.* vocatque hanc ſententiam Baſilius communem. Sed contra ſtant, & aduerſantur duo: Primum. Adam ſepultum fuiſſe in Hebron, non Ieroſolymis, vt legitur Ioſue 14. 15. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe. *Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* In Hebron enim egit pœnitentiam, ſuique memoriam reliquit, vnde locus, vallis lachrymarum appellatus, ibique vitam finiuit & tumulatus eſt. Ita Abulenſis q. 10. Coſmas Magalianus Annot. 4. Alterum eſt. Si protoplaſti Caluaria illic ſepulta fuiſſet, quomodo Iudæi locum tam celebrem, nefariorum cædibus & ſepulturis coinquinaſſent?

Origenes. Anaſtaſius Antiochen. Cyrillus. Baſilius. Athanaſ. Ambroſ. Auguſtin. Tertull. Toletus. Salmeron. Pererius. Villapand. Ioſue 14. 15. Abulenſis. Magalian.

Reſpondeo cum Baronio nomen Adam Ioſue 14, non primum hominem denotare, ſed Arbeum quendam, qui maximus fuit inter gigantes, & trium gigantum pater, cui Hebron ſepulchrum dedit, atque ex conſequenti, nequidquam illi ſententiæ ſuffragari. Quod ſi vero minus arrideat, fuerit Adam in Hebron ſepultus, vt ex textu Ioſue colligi volunt, quid autem vetat poſtea vel corpus eius, vel caput Ieroſolymam translatum eſſe? idque ex præcepto

ſepto eius poſteris relicto, quo corpus ſuum in terra Iuda humari, ac conſequenter, in Arcam ante deportari voluerit, ne aquis diluuij perderetur. Cum enim Adamo inter cetera fidei noſtræ arcana, & hoc ad ſolatium ei reuelatum fuerit, cū Dominū audiuit dicentem ſerpenti,
Gen.3.15. *inimicitias ponam inter te & mulierē, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum*, Verbum Patris ex eo humanam carnem ſumpturum eſſe, morteque obita Ieroſolymis redemptionis pretium exſoluturum; quid mirum ſi filios ſuos fide data obſtrinxerit, ad oſſa ſua iſtuc deuehenda, vbi tanti beneficij gratia cominus perfrui ſe poſſe ſperabat: quod idem & Iacobum Patriarcham, & filium eius Ioſeph, dum in Ægypto morerentur, commouiſſe ſcimus, vt inde poſt mortem auehi, atque in terra patribus promiſſa tumulari à filiis vehementer flagitarent.

Sepultus itaque Adam in monte hoc, in quo antè Abraham Iſaacum ſuum oblaturus conſtiterat, aut ſaltem caput eius depoſitum fuit; nam vt Sanctius Auila lib. de venerat reliq. l.1. c.7. tradit, fuerit Adam antiquitus in Hebron ſepultus, poſtea tamen à Noë inde ereptus eſt, ne diluuio oſſa perirent, poſt quod, cum ea filiis diuideret, caput dedit Sem, quem cæteris liberis præferebat, cui cum in ſortem Palæſtina obtigiſſet, id in monte hoc ſumptuosè ſepeliuit, quod præfatus auctor antiquorum teſtimonijs eruditè confirmat, vnde loco Nomenclatura indita, & perpetuo illo emblemate celebrata eſt, quo Cranium ad pedem crucis pingi, ſculpique paſſim viſum fuit, vt *Ioan. Molanus lib.4. de picturis cap.*78. prudenter annotauit.

Ad D. vero Hieronymum quod attinet, magnum eius Nomen eſſe fateor, cui in ſimilibus deferre multum, ac ſuſpicere omnes meritò debemus, verùm cùm S. hic Doctor in ea ſibi ſententia, non vſquequaque conſtiterit, nonnullam nobis hac in parte ſentiendi libertatem reliquiſſe videtur: poſteaquam enim in c.27. Matthæi, ſententiam hanc falſitatis coarguiſſet, in commentario tamen Cap.5. epiſt. ad Epheſios vacillare viſus eſt, ſcio me, inquit, audiuiſſe quendam in Eccleſia diſputantem, qui in theatrale miraculum, numquam ante viſam formam populo exhibuit vt placeret, teſtimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Caluariæ ſepultum, vbi crucifixus eſt Dominus, qui Caluariæ idcirco appellatus eſt, quod ibi antiqui hominis conditum eſt caput: illò ergo tempore quo crucifixus eſt Dominus, ſuper eius pendebat ſepulchrum, hæc prophetia completa eſt dicens: *ſurge Adam qui dormis, & exurge à mortuis*, & nō vt legimus ἐπιφαυσαυσοι ὁ Χεισὸς, id eſt, orietur tibi Chriſtus, ſed ἐφαψεται, continget te Chriſtus, quia ſc. tactu ſanguinis ipſius & corporis dependentis viuificetur, atque conſurgat. Hæc vtrum vera ſint,

A nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plauſu ac tripudio excepta ſunt.

Qui hoc loco ſic in priore ſententia nutauit, in epiſtola, quam Paulæ & Euſtochij nomine ad Marcellam dedit, totus in alteram conceſſit, verba bona fide admetiar: *In hac vrbe*, inquit, *immo in hoc tunc loco & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locus, in quo crucifixus eſt Dominus noſter, Caluaria appellatur, ſc. quod ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita: vt ſecundi Adam, id eſt, Christi ſanguis de cruce ſtillans primi Adam & iacentis proto plaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur: ſurge qui dormis, & exurge*
B *à mortuis & illuminabit te Christus*: quod & *S. Auguſtinus* ſerm.71. de tempore ſic expreſſit: *Et verè fratres, non incongrue creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia, & ſanguis ille pretioſus, etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.* Ephes.5.14. S. Auguſt. ſerm. 71. de temp.

Ad alterum, quod ex decoro ac conuenienti obijciebatur, venio; ſi cognitum habuiſſent Iudæi, inquit Franciſcus Lucas in monte iſto vel caput, vel corpus Adami fuiſſe ſepultum, maiori profecto in honore, ac veneratione locum habuiſſent, vt aliorum Patriarcharum ſepulchra, nec ſontium ſupplicio deſtinaſſent. Fateor, nec officio, quantum vires tulēre,
C defuiſſe reor: ſed quid agerent? Romanis armis ſubiugati maiori imperio parere debebant, nec in eorum poteſtate tanta vis erat, vt impedire id poſſent. Elegerat Romanus iam rerum Dominus, locum iſtum vltimo ſupplicio multandis, vt apparebat, maxime idoneum, cedere itaque oportebat, nam vt *Quintilianus* declam. 275. bene aduertit: quoties noxios crucifigerent, celeberrimæ eligebantur viæ, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſent, qualis mons ille erat ad plagam occidentalem vrbis, qua parte vergit ad Septentrionē, in loco petroſo & mediocriter alto, quà via erat in Silo & Gabaon. Ad latrones vero ſocios quod attinet, forſan in his locis graſſati Fab. Quintilianus declam. 275.
D fuerant, quare, vt Iuriſconſultus l. Capitalium. ff. de pœnis; ibi cruci figendos placuit, vt & conſpectu deterrerentur alij ab eiſdem facinoribus, & ſolatio foret cognatis, & affinibus interemptorum, eodem in loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent.

Reſtat denique tertia ac poſtrema eorum opinio, quæ montem hunc à Caluaria denominatum arbitratur, propter Chriſtum in Adamo præfiguratum, omnium hominum caput ibi occidendum. Princeps huius ſententiæ Cyrillus S. Cyrill. Hieroſolymitanus Archiepiſc. fuit. verba eius Hieroſol. Catecheſi 13 hæc ſunt: *Golgotha interpretatur* Catech. 13. *Caluariæ locus. Atqui ergo propheticè locum hunc* [illegible] *Golgotham appellarunt, in quo verum caput Christus* Coloſ. 1.15. Coloſſ. 1.18.

crucem ſuſtinuit , ſicut Apoſtolus dicit , qui eſt imago A
Dei inuiſibilis , & poſt pauca : & ipſe caput corporis
Eccleſiæ & rurſus : omnis viri caput eſt Chriſtus. &
1.Cor.11. 3. *iterum : qui eſt caput omnis principatus. Caput hoc in*
Coloſ.2 10. *loco Caluariæ , paſſum eſt. O magnam propheticam*
appellationem ! Propemodum enim nomen hoc admo-
net te docendo, non vt ſimplici homini attendas cruci-
fixo : caput eſt omnis poteſtatis, caput habens patrem.
Caput enim viri Chriſtus, Caput Chriſti Deus. Verum
hæc myſtica ſunt.

Quænam autem de tribus hiſce ſententijs
vero propior ac potiſſimum tenenda ſit, ſingu-
larum momenta expendenti ſatis crediderim
fore perſpectum , in quam ſcilicet tam vete-
rum , quam recentiorum Patrum grauiſſima
inclinat auctoritas , quæ pietati conformior,
cuique nihil è ſacris litteris efficaciter aduerſari B
repertum eſt, quam dixero eam eſſe , quæ ſe-
cundo loco poſita fuit.

Profectio Chriſti ad Caluariæ montem.

Ad montem itaque Caluariæ ab Adami pro-
toplaſti capite, ſeu corpore iſtic ſito, ita nuncu-
patum, diuini amoris adminiſtra crudelitas, tã-
quam ad metam diuinæ charitatis , aramque
mundi , ſemineccem dominum eduxit : & tra-
hebat ille quidem per accliuia lapidoſi montis
ægrum, tardumque corpus , ſeu potius corpo-
ris cadauer, animus tamen , vt gigas exultabat,
vireſque membris paſſim caducis ac fatiſcenti-
bus ſuggerebat, nullo de ſuis comite , nullo ſo-
latore. Vna tu mæſtiſſima mater , miſerabili
lamentantium mulierum comitata cœtu adfui-
ſti, qualemcumque opem ſi poſſes allatura. C
Verum afflicto filio dolore multo atrociorem,
tuo illo triſtiſſimo aſpectu, quam fuga diſcipu-
li deſertoris, contuliſti. Nam qui ſuos flere ſu-
per ſe vetat, ex illorum ærumnis præ ſuis cru-
ciatibus longe acerbius dolet. Audacius fortaſ-
ſe alius, quiſquis fuit , amorem carnificem ap-
pellauit , ſed tu certe, bone Ieſu, inter imma-
niſſimos tortores , nullum amore immitiorem
ſuſtinuiſti. Etenim vero ceteri corpus, ſed ille
diuinum animum vulnerauit, altiſſimè per eo-
rum quos diligebas incommoda, adacto telo.

Properat ergo ad Caluarium ad montem
ſc. myrrhæ, & ad collem thuris qui ſolum in
delicijs habet amaritiem : atque vt in ſudore D
vultus ſui veſcatur pane ſuo, hoc eſt pane do-
loris, laborat ſub faſce ſpinarum , quas illi ma-
ledicta terra germinauit , qui non laborat ſub
axe ſtellarum. Fatigatis hic nimium membris,
ac manante vbertim ſanguine , tantum non de-
ficere viſus eſt, quare indulta aliquantulum
quiete, interea dum lictor crucem apparat, mi-
litum vnus accepto poculo pincernam agere
inſtituit , vt Theophylactus ſcribit : moris ſi-
quidem erat, vti hodieque apud multos etiam-
num in vſu eſt, vt damnatis ad locum ſupplicij
productis , vinum propinaretur , & præſtans
Prou.31. 6. quidem illud iuxta Prouerb.31.6. *date ſiceram*
mærentibus & vinum his qui amaro ſunt corde , bi-

bant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui non
recordentur amplius , quod & circa latrones ob-
ſeruatum fuit, quo mortem vel minus conſide-
rarent , vel certè ferrent alacrius. Atque hoc
eſt quod Matthæi 27. 34. legimus : *dederunt ei* Matth. 27. 34.
vinum bibere. Et Marci 15.23. *Dabunt ei bibere*
myrrhatum vinum ; cuiuſmodi cum ſoleat eſſe
odore præſtans , ac guſtatu ſuaue ad finem di-
ctum conſequendum, petat aliquis quare felle
mixtum à Matthæo deſcribatur? cuius ipſe ne-
quaquam inſcius per prophetam ſuper eodem
conqueſtus olim fuiſſe inuenitur , cum dixit:
dederunt in eſcam meam fel & in ſiti mea potauerunt Pſal 68 22.
me aceto. pſalm.98,22.*Vua eorum vua fellis, & botri* Deut.32. 32.
*amariſſimi.Deuteron.*32.

Euthymius certè & Theophylactus , quos Theophyl. Euthym.
nuper ſecutus eſt Card. Baronius tomo 1. An-
nal. ad annum Chriſti 34. hinc arbitrati ſunt *An duo oblata pocula Chriſto in monte.*
duo diuerſa pocula Chriſto oblata fuiſſe , alte-
rum vini myrrhati , alterum verò vini felle
mixti : & prioris quidem meminiſſe volunt
Matthæum: poſterioris vero Marcum.

Prius illud poculum reſpicit veterem Iudæo-
rum conſuetudinem, qua vinum forte ac dulce
damnatis propinare, ob cauſſas ante dictas, ſo-
liti erant, ad quod alluſit Amos cap.2.8. vbi de- Amos 2. 8.
licias Moabitarum perſtringens *vinum* , inquit,
damnatorum bibebant in domo Dei ſui ; neque hic
omiſſum fuiſſe, ſuadet alijs in rebus ſeruata reo
fidelitas, qui namque dum reum flagellarent, à
quadrageſimo numero tam religioſe cauebant,
dicente Paulo 2. Cor.11. 24. *à Iudæis quinquies* 2.Cor.11. 24.
quadragenas vnâ minus accepi , ſimile humanitatis
genus Chriſto non denegarint.

Alterum vero arguit militum petulantiam,
qua præter illud primum, aliud vino acetoſo ac
felle plenum, ori eius illudentes obtulerunt.

Contrà vero S.Hieronym. Auguſtinus, Beda, S.Hieron.
Anſelmus , alijque vnicum duntaxat poculum S.Auguſt.
Chriſto exhibitum arbitrantur , adeo vt quod Beda.
Matthæus *felle mixtum,* Marcus *myrrhatum* pro- Anſelm.
pter amaritiem dixiſſe cenſendus ſit : vinum
enim myrrhatum quod reis in commune præ-
paratum erat, ac latronibus merum exhibuêre,
Chriſto impij illi ſatellites , inaudita barbarie
cupientes eum vel tantillo ſolatio priuare, intri-
to felle corrupêre , vt rectè acetum dici poſ-
ſet, idque vt ait S.Ioan. Chryſoſtomus, *ex nefa-* Chryſoſt.
ria quadam ac ſumma contumelia afflictionem adde- Simon de Caſſia.
re conantes afflicto.

Simon de Caſſia ex Ord. S. Auguſtini grauis
Theologus pro felle intelligit Centaurion mi-
nus , fel terræ dictum , herbam amariſſimam
quam myrrhato vino à militibus immixtam
credit ; ſed probabilius eſt verum animalis cu-
iuſpiam arefactum fel accepiſſe , quod vino
commiſcuerit, vt ſi bolum poſt hauſtum ſume-
re vellet, aridi fellis fruſtum acciperet.

Scio Chriſtianum Adrichomium in deſcri- Adrichom.
ptione Ieruſalem num. 250. exiſtimaſſe hæc
Chriſto

Digitized by Google

Chriſto contigiſſe poſteaquam ſaucio corpori in montis vertice detracta fuiſſent veſtimenta, adeoque nudum, cruentiſque vulneribus, vento ac frigori expoſitum ſuper lapide ſedentem vino illo myrrhato felle mixto potatum eſſe, ſed ordo, quem tenui, vero mihi congruere magis viſus eſt, ſuadetque locus Ieroſolymis etiamnum celebris, ad radicem montis Caluariæ, qui carcer Chriſti appellatur, ſic dictus, iuxta veterem, communemque traditionem, quod iſtic eo tempore cauerna fuerit, in qua crucifigendos ſiſtere ſolebant, quoad crux, ceteraque necis inſtrumenta in vicino parata eſſent: hic itaque Domino Ieſu aliquantiſper hærente, aditu militibus diligenter cincto ac cuſtodito, interea dum Simon cum Cruce in montis verticem euaderet, propinatum ei, vt aliis fieri ſolebat, myrrhatum vinum fuit, quo nomine, vt Franciſcus Quareſmius annotauit, locus hic in Capellam, quæ tres habet nauiculas ac totidem portas verſus eſt, ac magna peregrinorum religione frequentatur.

Franciſc. Quareſm. in elucid. terra S.

Atque hic denique Ieſu Chriſti, Domini noſtri innocentiſſimus guſtatus, quem hactenus inimici non læſerant, ne qua pars corporis ipſi eſſet à cruciatu immunis, ac libera, grauiſſima amaritudine afflictus fuit, dum os eius, lingua, palatum, ac ſtomachus. quo flagella, ſpinæ, ac verbera non penetrarant, immiti hac amaritie exaſperata ſunt.

Torqueri autem hoc modo voluit, tum quia delictum quod expiandum ſuſceperat, maximum erat, tum vero quia omnia hominum peccata comprehendebat, quibus expungendis generaliſſima opus erat medicina, *ſecundum enim menſuram delicti, erit & plagarum modus.* Deuter. 25. Sicut ergo delictum omnia humani generis membra inuoluerat, ita ille in omnibus corporis ſui membris ſatisfactionem præſtare voluit, vt ſicut homo in omnibus corporis membris deliquerat, ſic ille in omnibus pateretur. Addo denique in exemplum, quo nobis omnibus ad ſingularem patientiam antecedebat, ſi quando eſurientibus atque ſitientibus deeſſe, neceſſaria, aut inſulſum inſipidumque offerri cibum contigerit, aut poſtremo diuinus aliquis afflatus, dulces cibos felle, abſynthioque ſuaſerit commiſcere, quo guſtatus delicta, eiuſdem ſupplicio redimantur. Beatus ille ac vera nouitate ſenſus ſui feliciſſimus, cui hæc noſſe atque intelligere datum eſt, cuiuſmodi certe dum è multis aliquos mecum ipſe expendo atque conſidero, neſcio qua me ſentiam virtutis illecebra pellici ad audendum quidpiam ex eo, quod ipſe Dominus Ieſus prior tentauit, & multorum millium ſe aſſectantium robur, libens ipſe ſpectauit; quod vt mihi vſuuenire non ſemel expertus ſum, ita & tu, pie lector, experiare, paucos è multis magno gymnaſtæ ſubiungam, præſtantes illos atque eximios omnes, vt ſi quos forte prioris excellen-

Deut. 25. 2.

A tia terruerit, horum ſaltem obſequendi, imitandique lubentia ad vlteriora inſtiget: quamuis felleus hic calix, poſteaquam ei Chriſtus os ſuum admouit non iam felleus, ſed melleus factus ſit. Medicus erat, ait S. Chryſoſt. qui vt febriens quis hauriret ingratum ſibi, ſed ſalutare pharmacum, imbuit teſtam recens coctam, & calentem generoſiſſimi vini odore, in eoque medicamentum diluit. Æger ſimul ac ori vas admouit, falſus odore vini, medicatam potionem ebibit, iuratus ſe vinum bibiſſe, & conualuit. Hoc ingenio vſus eſt Chriſtus, animarum noſtrarum medicus ſingularis, felleam Crucis potionem mellitiſſimo amore miſcuit, vt iam B Chriſtum amantibus omnis amaritudo dulceſcat, vt ex ſequentibus patebit.

Primus itaque vt dignitate, ita & ordine ſit B. Laurentius Iuſtinianus, qui etſi in adoleſcentia ſua, vt erat prænobili familia oriundus, plurimis aſſueuiſſet cupediis, tamen ad Venetum Patriarchatum euectus, vulgari in primis menſa vſus eſt, eduliiſque palato ſuo inſipidis. Vnde ſi errore aliquo eſculenta quandoque, aut poculenta ad guſtum acerbiora appoſita eſſent, vt pro vino acetum, neminem arguebat, ſed ſilentio diſſimulabat. *Surius in vita.*

Fellei calicis, quem Chriſtus bibit, amatores, atque amatrices varia.

B. Laurent. Iuſtinian.

Comitem huic iungo B. Franſciſcum Borgiam è Soc. Ieſu, de quo ſcribit Andreas Schottus C l. 4. vitæ c. 5. pharmaca dum ægrotaret ſorbendo hauſiſſe, vt amaritie diutius cruciaretur. Catapotia quoque dentibus eadem de cauſſa mandere ſolitum, cauſſamque interrogatum modeſtè reſpondiſſe, belluam iſtam ſic enim corpus nominabat, plorare iubeo, vt quam voluptatem cepit palatum eandem abſtinendo amittat expietque; meminerim & ego Chriſtum Saluatorem fel deguſtaſſe.

Hoc vnicè, ac ſingulari quadam ratione propoſitum fuiſſe B. Iacopono Tudertino ex ordine S. Franciſci, teſtatum faciunt eiuſdem annales, quem ſibi abſynthij folia inter comedendum apponere ſolitum ferunt, & iis in vicem ſalis vti, imo quidquid ederet abſynthio ſuperponere conſueuiſſe, ex quo tantum amarorem percipiebat, vt nulla ei libido eſſe poſſet gulæ D indulgendi; contra vero ardor maximus & inexplebilis Chriſti paſſionibus communicandi.

Iacoponus Tudertin.

Quin & eodem ſpiritu ductum fuiſſe magnum illum occidentalis Indiæ Apoſtolum Nicolaum Factorem, eiuſdem S. P. Franciſci diſcipulum author eſt Chriſtophorus Morenus in vita, cui cum in ſupremo morbo à medicis potio amara propinaretur, eam vir obediens, quamuis morti proximus alacriter exhauſit, ſuauiſſimamque eſſe duxit, fellis & aceti recordatus, quo Dominus noſter ante mortem potatus fuit.

Nicolaus Factor.

Nec huius expertem ſapientiæ profeſſus ſe nuper fuit Simon ille Valentinus ſacerdos, quē in publicæ notitiæ & Chriſtianæ famæ lucem

Simon Valentinus.

Digitized by Google

veſtimentis hominum, camiſiis, linteaminibus, A menſalibus, peplis mulierum, albis ſacerdotum & corporalibus, etiam in his quæ abſcondita iacebant in ciſtis, ad quæ nullus poterat aëris penetrare influxus. Cœperunt autem in primis apparere circa Rhenum, ac deinde per totã Germaniam, in Sueuia, in francia orientali, in Auſtria, in Bohemia, in Saxonia, in Dacia, in Polonia, in Hollandia, Brabantia, & Gallia tota, idque tam ſubito, vt cadere quodammodo viderentur de Cælo, ita quod aliquando, cùm Salue Regina cantaretur in Eccleſia, quadraginta homines inſigniti Crucibus ſubito viderentur, maximè verò mulieres: erant autem Cruces paruulæ ſubrubei coloris, in quibuſdam autem magnæ. Sed parum hoc diuinæ benignitati viſum B fuit, & Corpora ſuorum auguſtiſſimo hoc ſigno decorare voluit. Ita de *S. Huberto* ſcribit Surius, cum Romam ad limina Apoſtolorum acceſſiſſet, ibique orationi incumberet, ab Angelo ſuper verticem ſigno Crucis expreſſo ſignatum fuiſſe. Cumque ad S. Amandum properaret in Gallias, monitum Amandum, vt ei occurreret, notaretque cuius ſignum geſtaret in capite, ſciretque eius hoſtiam fore. *Surius.* De S. vero *Franciſco* ſcribit Bartholom. Piſanus, vt ab infantia diſceret portare Crucem Domini, Angelus bonus Franciſcum infantulum complexus; eius humero dextro, ſignum viuificæ Crucis inſeripſit, & veluti Ducem militiæ Chriſtianæ, eâ teſſerâ, Crucifixo auctorauit. In lib. Confor- C mitat.

S. Hubert. *ab Angelo Cruce ſignatus.*

S. Franciſc. *item ab Angelo ſignatus.*

Et quorſum hæc omnia? niſi vt nos Deus Cruce, velut equo in cælum vehat. Equus, ſcilicet ligneus Crux eſt, quæ officia omnia, ſeruitiaque Equi, Chriſto præſtitit, ſuſcepit enim, extulit, vexit atque portauit, dum victoriam ab inimico referret. Amatoribus ſuis ad exemplum, vt eum imitentur, & in equum hunc ipſi libenter inſiliant, non in ſternacem ſuperbiæ quadrupedem, non in deſultorium concupiſcentiæ caballum, non in ſtrigoſum ambitionis vectorem, ſed in fortem ac probatum humilitatis, modeſtiæ, ſobrietatis ac pietatis portatorem, quo in cælum vehantur.

De Aruncanis Peruuij populis ſcribit *Lipſius in monit. pol. c. 3.* Hac ratione Regem conſtituere: Conueniunt omnes Imperij candidati, quorum ſingulis lignum ingentis ponderis imponunt. Is autem Rex denunciatur, qui ſuis illud humeris baiulat, nec ſuccumbit, par enim regendi oneri putatur, qui tanto oneri ferendo impar non eſt. Hoc barbaris concedamus apud Chriſtianos ille Regno Cælorum aptiſſimus, qui Crucem Chriſti non tam corpore, quam humeris animæ conſtanter baiulat. Chriſtus enim non niſi baiulando patienter Crucem & humiliando ſe vſque ad mortem Crucis, intrauit in Regnum ſuum: nobis vtique in exemplum.

CAPVT SECVNDVM.

Veronica nobilis femina capitis ſui velum Chriſto defert, quo ſacrum os, ſudore manans ac ſanguine comiter abſtergat. Res mira! non retulit inde quod terſit, ſed ipſum Domini vultum in eo ſcitè, eleganterque expreſſum.

Sic pingitur, quando Deus Apelles eſt,

Qui dicit: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cant. 8. 6.

B *Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum.* Lucæ 23. 27. Luc. 23. 27.

IAm Vicarios in ferenda Cruce humeros ſuos commodauerat Cyrenæus Simon, cum iſtinc porro ad 19 paſſus, & ſemipedem progreſſus Dominus Ieſus in locum venit, quo vna ex illis, quæ Dominum patientem præ commiſeratione plangebant, & lamentabantur, Pheronice, ſiue vt frequens vulgariſque vſus obtinuit Veronica nomine, quam Nicodemus in hiſtoria ſua tradit ſanguinis profluuio antè à Chriſto ſanatam fuiſſe, laboranti ac ſudore plurimo diffluenti compatiens, capitis ſui velum tergen- C do vultui extremum ſolatium dedicauit: quod ipſe pietatis officium non abnuens, ſed animo grato, beneuoloque complexus, poſteaquam faciem exterſiſſet, ſeſe ipſum in tela conſperſit. Nimirum amantis pictura eſt, non alio vti colore, quam ſanguine; qui, ſi præter vultum reliqua corporis lineamenta non colorat, hoc ideo eſt, quia in vultu totus homo conſpicitur, vnde Latinorum vetuſtiſſimi apud Agellium, pro totius corporis habitu, ſtatura, ac longitudine faciem vſurpant, & Hebræi faciem פנים *panim* à radice פנה *panah* reſpicere, deriuant; ſc. in quam, cognoſcendo homini, omnium oculi intendant. Colorato ad hunc modum piæ mulieris peplo reddidit id Veronicæ Dominus D in pignus, & monumentum perpetuum amoris ſui. Nihil de hoc facti Euangeliorum codices, vti de alijs plurimis, prodidere. Patrum ſermone conſignata traditio eſt, inter quos S. Tyriorum Epiſcopus, martyrque Methodius; qui circa an. 285 vixiſſe legitur, alijque non pauci cenſentur, quorum verbis, ſcriptiſque ad nos deriuata hiſtoria fuit, vt auctor eſt Cæſar Cardinalis Baronius *tomo 1. Annal. Eccleſiaſt. ad annum Chriſti 69: num.* 10. *Marianus Scotus in Chron. an.* 39.

S. Method.

Ad materiam autem veli huius quod attinet, lineum id fuiſſe plerique volunt, quamuis Fráciſco Quareſmio docto illi atque accurato terræ Sanctæ explanatori *tomo 2. lib. 4. cap. 15.* Bombycinum fuiſſe viſum ſit, tum quia telæ

bom-

bombycinæ in ea regione maioris vſus ſunt, tum quia velum capitis erat, cuiuſmodi ex bombyce communiter elaborantur, & modò propter allatas rationes, tobalcæ plicatæ, quas loco pilei turcæ deferunt, fiunt ex bombyce.

Quando autem veli nomen in ſudarij, quo paſſim nunc vtimur, commutatum ſit, docet vir clariſſ. ampliſſimuſque Ioan. Iacobus Chifletius in criſi hiſtorica de linteis ſepulchralib. Chriſti *cap*.8. cum ſcribit operimenta τριχωτῶν, id eſt quæ capillatas capitis partes tegunt propriè dicta fuiſſe vela & velamina; προσώπου autem, quæ glabram faciem, ſudaria: Velum autem Veronicæ, poſtquam ex eius capite detractum eſt, & vultui Dominico admotum, illico vocatum reperiri ſudarium, vti & velum capitis, quod Plantilla Paulo Apoſtolo ad mortem properanti porrexiſſe traditur, quo feriendus gladio, ex more obduceret oculos; expleto namque miniſterio, illud ipſum nomine Sudarij recepit, quia ſcilicet, Apoſtoli faciem tetigerat. Ita quoque ſacrum mantile quod ſuo vultui Chriſtus applicuit Edeſſenorum Regulo mittendum, exinde dictum eſt ſudarium, quapropter & nos in ſequentibus, veli prætermiſſo, Sudarij nomine vtemur, de quo

Ioan. Iac. Chifflet.

B

Primùm quæritur, quomodo ad manus fidelium id fuerit deuolutum? facem hic præferet, vt in alijs multis, eruditiſſ. Cæſar Cardinal. Baronius qui tomo Annalium primo ad annum Chriſti 34.*n*.138. libellum tradit manuſcriptum ſeruari in Vaticana Bibliotheca peruetuſtum, in quo ſequentia leguntur: Veronica Hieroſolymitana matrona nobilitate, & ſanctimonia inſignis, Romam ſe contulit, ac ſacrum ſudarium ſecum deportauit; quo graui morbo laborantem Tiberium Imperatorem ſanaſſe fertur qui tanti poſtea beneficij non immemor Chriſto diuinos honores decreuiſſe dicitur, verum, quod inconſulto Senatu ſtatuerat, poſtea reſciſſum fuit. Beda vero opinatur Tiberio Sudarium hoc tranſmiſſum, & eum à lepra per id curatum.

C

Quidquid autem eo Romæ factum primis illis temporibus fuerit, non perijt Sudarium, ſed ad Clementem Romanum Pontificem idipſum deuenit, atque ita per manus ſucceſſiuè traditum, apud ſanctiſſimos viros perdurauit, quoad vſque reddita Eccleſiæ pace, publicæ venerationi in Baſilica Vaticana, à Conſtantino expoſitum fuit: hæc ibi. Quod autem dicitur de curato Imperatore Tiberio confirmatur à Ioanne Molano lib.4. de Imaginib. c.2, vbi addit hiſtoriam hanc antiquiſsimis conſcriptam characteribus à Thoma Stapletono viſam, lectamque fuiſſe. Idem quoque ex veteri traditione narrat explicitè Abrahamus Bzonius ad Annum 1216.n.16.& 17, additq; Ioannem VII. Papam, qui ſedit anno Domini 705, ſeruando illi ſudario cōſtruxiſſe teſſellati operis Γεραπεῖον:

D

Ioan. Molanus. Abraham. Bzonius.

A Innocentium III. in ſermone Dominicæ primæ poſt Epiphaniam meminiſſe proceſsionis Sudarij Veronicæ à S.Petri Baſilica, vſque ad ædem Xenodochij S. Spiritus in Saxia anno Domini 1200, cuius verbis vſi ſunt poſtea Honorius III & Alexander IV Pontifices ſucceſſores.

Bonifacium vero VIII anno Domini 1298 Sudarium Veronicæ à prædicto templo S.Spiritus, vbi ante oſtendi ſolitum erat, ad Baſilicam Principis Apoſtolorum tranſtuliſſe, ſuiſque manibus ex eminentiore loco oſtendiſſe, præſentibus Iacobo Aragonum, & Carolo Siciliæ Regibus: atque vt eo loci, tum ſeruaretur in poſterum, tum à ſummo Pontifice ſtatis diebus oſtenderetur, conſtituiſſe. Denique Paulum V. idem Sudarium in nouam S.Petri Baſilicam transferri curaſſe die 21 Martij, anno Domini 1606, vbi hodieque perſeuerat.

Quia vero alicui ſcrupulum mouere poſſit; varia illa ac multiplex huiuſmodi ſudariorum diuerſis in locis expoſitio, operæ pretium fuerit huic paucis obuiare: ac Primo quidem Alphōſus noſter Salmeron Tom. 10.tract.33. Velum hoc Veronicæ cum oblongum eſſet, triplicatum Chriſto traditum aſſerit, atque ita ab eodem, diuino vultui ſuo abſtergendo adhibitum fuiſſe, quod dum facit, non vnam, ſed trigeminam ſui imaginem tribus illis finibus impreſſiſſe, quarum prima Romæ ſeruetur: Altera in Gienenſi Ciuitate [Iaen] Hiſpaniæ: Tertia Ieroſolymis. Sed quo teſte, quo auctore hæc dicta velit, non addit: & mirum ſanè foret tantum à ſcriptoribus omnibus miraculum prætermiſſum eſſe, quod omnium calamos, ſi quod aliud, promeretur. Forte an excogitatum ad ectypa, quæ varijs in locis non pauca inneniun ab incertitudine vindicanda? Verum alij cum Cæſare Baronio cogitationes ſuas attollere altius viſi ſunt, cum ad digitum Dei, vt loquuntur, ſiue diuinæ virtutis potentiam non imprudenter confugiunt, docentes alias iſtas Imagines è primigenia Romana, per admotionem, miraculo in ſudarijs expreſſas eſſe, vt verè ἀχειροποίητοι dici haberique poſſint: vt enim nō niſi diuina virtute ſactus fuit homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quando in terrenum corpus inſpirauit ſpiraculum vitæ, etſi ad illius ſtructuram concurrerit terræ limus; ita licet in iſtis imaginibus pannus lineus, ſeu bombycinus, ſudor, ac ſanguis concurrerint, tamen hęc omnia ſufficientia ad perfectas faciei Chriſti imagines efformandas non erant, quare ſimplici eius virtuti tribuendum, vt ſicuti per panni applicationem ad faciem ſuam, eiuſdem in eo reliquit imaginem, ita nunc per alterius ad illum iam effigiatum applicationem reiteret, atque inſtanret, quod ne cui fortaſſe nouum videatur audiendus in ſimili *Cardinalis Baronius ad Annum* 944, vbi de Edeſſena Chriſti imagine

Quotuplex imago Veronicæ.

Alphonſus Salmeron tom.10. tract.33.

Cæſar. Card. Baronius.

non

Digitized by Google

non manufacta, ſic ſcribit : Photium Patriarcham Conſtantinus Porphyrogenitus Imp. miſerat cum litteris ad S.Paulum in mõte Latro Anachoretam. Ille cum ad virum ſanctum perueniſſet, datiſque ac receptis iam litteris, ad reditum accingeretur, vnum ab eo ſanctus petijt, vt non manufactæ Chriſti imagini, quam mantile ſanctum appellare mos erat, lineum æquale velum applicaret, idque ſibi mittere nõ grauaretur. Factum eſt quod poſtulabat, miſſumque velum ex animi ſententia, quod cum expandiſſet, Chriſti effigiem in eo ad amuſſim expreſſam, & figuram figuræ exactiſſimè reſpondentem vidit. Hæc è S.Pauli vita recitat Baronius loco citato.

Theophanes.

Ad hanc itaque normam de varijs illis ex Veronicæ peplo deſumptis ectypis, philoſophari licebit, maximè cum doceat antiquiſſimus auctor Simocatta, quandam Chriſti effigiem, ſine pictoris aut hominis arte factam, Mauritij Imperatoris æuo Conſtantinopoli fuiſſe, ſeu potius in Romanorum caſtris, cuius haberent Archetypum Romani ; Theophanes quoque in Heraclio cũ Cedreno eandem ab ipſo in Perſidem delatam contra Coſdrohem auctor eſt. Omitto cætera quæ de hac, alijſque ἀχειροποιήτοις Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri Imaginibus in Græcorum menæis leguntur, quas ego omnes miraculo factas crediderim per velaminum ad primigeniam applicationem, vt eſſent perennes, ac ſingulares quidam typi amoris Chriſti Domini erga nos miſeros mortales, qui per eas [verba ſunt ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ] manu duceremur in memoriam ſuæ in carne conuerſationis, Paſſionis, ſalutiferæ mortis, & præterea mundo factæ redemptionis.

Landſperg.

Fuiſſe autem effigiem vultus afflicti, vulnerati, tumidi, ac liuidi extra dubium eſt ; vnde Ioannes Landſpergius homil. 19. de Paſſ. Domini ſcribit in ſancto hoc iconiſmo digitorum veſtigia apparuiſſe, quæ armata illa militis manus, dum alapam ſacratiſſimo vultui infligeret, ſumma cum iniuria impegit.

Plurimas interim ad archetypum Romanum depictas imagines per orbem ſparſas, ac publicè multis in locis coli non neſcio, quarum duæ in Gallia celebres, vna quæ populo exhibetur Caduci in Vaſconia, altera quæ in diœceſi Landunenſi magno peregrinantium concurſu celebratur, in Cœnobio Virginum Inſtituti Ciſtercienſis quam iſtuc ad Sororem ſanctimonialem ann. 1249 Roma miſit Iacobus Pantaleo gẽte Gallus, patria Tricaſſinus, poſtea Vrbanus P. IV. ſed vt dixi pictoris manu ad prototypon expreſſa, quam monumenta dicti loci laborantibus, maximè ex oculis tradunt opitulari. Nec dubito alijs in regnis atque prouincijs, non abſimili pietate ac religione Chriſtianum populum attineri, certe dum hæc ſcribo, produit

A opere diagraphico elaboratus elegans quidam huius S.Sudarij iconiſmus, quem olim D. Wenceſlaus Coberger Principum Belgij Architectus Romæ cum eſſet anno 1598 eximia perfectione delinearat, fauore Reuerendiſſimi Domini M Veſtrij Barbiani inter prælatos propius admiſſus, dum 30 Nouemb. in proceſſione deferretur, quam ſibi à parente relictam effigiem filius, vir vnus communi omnium pietati natus, æri incidendam æqua magnitudine curauit.

VVenceſlai Cobergeri pietas in ſudarium S.Veronicæ.

Illuſtriſſ. Præſulis Mechlin. erga S.Veronicæ ſudarium religio.

Viderat hanc Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. *D.Iacobus Boonen Mechlinienſis Archiepiſcopus*, qui vti Eccleſiaſtica dignitate primus in Belgio, ita & in hac pietate nulli ſecundus, ſibi quoque vindicauit, orationem ſe dignam ac propriam ima- B gini ſubiecit, quam diebus ſingulis ſemel quiſquis coram ea pronuntiarit, quadragintadiali venia ſe nouerit felicitari: eſt autem huiuſmodi:

Miſerator noſter adſpice Deus, & reſpice in faciem vnigeniti filij tui, cuius verticem ſerto irriſionis noſtra ſuperbia coronauit, & peruerſæ hominum cogitationes innumeris aculeis cruentarunt, cuius frons ſereniſſima ob recordationem peccatorum noſtrorum fuit operta nube mœroris, & oculi benigniſſimi ſanguineis lacrymis fuere ſuffuſi : cuius denique facies ſpecioſiſſima (in quam deſiderant Angeli proſpicere) ſputis, contuſionibus, & ſanguine fuit oppleta. Per hanc omnis doloris & contumeliarum effigiem, miſerere Eccleſiæ ſponſæ tuæ prædilectæ, & quod pridem per os ſanctorum tuorum promiſiſti, ablue faciem eius, Chriſtianorum ma- C *lis moribus nimis hoc tempore defœdatam, vt his lacrymis, & hoc pretioſo ſanguine emundata, reformetur in ſanctitatis priſtinæ pulchritudinem, quam ei primitus largitus fuerat filius tuus Dominus noſter, qui tecũ & viuit regnat in vnitate Sp. ſancti Deus in ſecula ſeculorum. Amen.* In quo pius Antiſtes ſecutus eſt Innocentium Papam IV, qui ſacerdotibus omnibus Miſſam de Vultu Domini deuotè celebrantibus, 300 dies, & ſolam collectam dicentibus 40 dies indulgentiarum cõceſſit. Collecta vero hæc eſt:

Innocentij PP. IV. erga S.Veronicæ ſudarium beneuolentia.

Deus, qui nobis ſignatis lumine Vultus tui, memoriale tuum ad inſtantiam B.Veronicæ, ſudario impreſſam imaginem tuam relinquere voluiſti, tribue nobis, quæſumus, per ſanctam Crucem, & glorioſam Paſſio- D *nem tuam, ita nunc per ſpeculum, & in ænigmate venerari, adorare & honorare teipſum in terris, quatenus te in nouiſſimo die, facie ad faciem venientem ſuper nos iudicem, ſecuri & læti videre mereamur. Qui cum Deo patre, & Sp. ſancto viuis, & regnas in ſecula ſeculorum. Amen.*

Sed modica hæc Pietas quamuis ceteroquin præclara, homini nouo videri queat, qui ſacra quadam æmulatione ac voto, telæ huic felicitatem ſuam inuideat, & cor proprium eius loco ſupponere mirificè exoptet, ſine formidine, cum regio pſalte dicturus pſal. 4. 7. *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine : dediſti lætitiam in corde meo.* O quantam! O qualem! in qua fulget animæ, quod non capit locus ; vbi ſonat,

quod

quod non rapit tempus;vbi olet,quod non ſpargit flatus; vbi ſapit, quod non minuit edacitas, & vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. Neque enim in vanum tot annorum centuriis ante, ad huiuſmodi figurationem anhclaſſe auditus eſt,

Cant.8.6. cum diceret: *pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum:* quæ verba exponens

S.Ambroſ. *Quomodo Chriſti ſpecies exprimenda in nobis.* S.Ambroſius, ita in rem hanc ſcripſiſſe legitur: *ſignaculum ſit Ieſus in corde, vt diligamus, ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo Imago eius in confeſſione noſtra, luceat in operibus & factis, & ſi fieri poteſt, tota eius ſpecies exprimatur in nobis.* Et rectè id quidem: quid enim cauſſæ ſit, cur ſors noſtra floribus peior ac ſaxis, quibus longè nobilior eſt, inueniatur? Granadillus flos Indicus eſt, & tantus hic, quantus eſt Chriſti patientis emblema eſt, ſanguinolentas quinque, eaſque in orbem ſurgentes guttas exſerit: columnam inde, tres clauos, coronam ſpineam ad viuum omnia expreſſa. *Ita Rouillius in hiſtor. plant. peregr.*

Inſuper videre eſt Caput perelegans in caſta Iaſpide orientali Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, conſpirantibus ad id iaſpidinis venis vt ſupra dictum eſt ex Petro Ancræo Conſil. Regis Franciæ *lib.* 5. Inconſt. oculato teſte. Pluris homo eſt floribus, pluris ſane & marmore eſt. Flores, & marmora, addo, & telæ ſiue illæ bombycinæ fuerint, ſiue lineæ, ſacri vultus ſanctiſſimam effigiem acceperunt, quid ni ergo & homo, ſed nouus eodem auſit aſpirare?

Henrici Garneti *effigies in ſpica.* Certe gutta vna ſanguinis P. Henrici Garneti è Societate Ieſu, dum nuper in Anglia, eundē aſſertæ Romanæ fidei reus, conſtanter profunderet, in ſpicam forte allapſa, Martyris in ea vultum ad ipſam viuentis ſpeciem depinxit, ſtella fronti addita, & Cherubica facie mento peritiſſimè ſubiecta, quo integerrimum Chriſti athletam & ſtellis ſupparem, & Angelorum oſtenderet contubernalem: At homo nouus non vnà aliquâ ſanguinis Chriſti guttâ, [quamquam ea abunde nimis, copioſeque ſufficiat] ſed tanto, quantus glorioſi corporis venis affluenter ingeſtuat, potatur ſæpiſſimè, & nullam hinc beneſici patris ſui ac Domini ſpeciem feret? humano ſanguine diuinus potentior eſt, & vota ſua ac deſideria implere, noſtraque tranſcendere pollet Deus, *vt ſicut portauimus imaginem hominis ter-*

1.Cor.15. 19. *reni, portemus & imaginem cæleſtis.* 1. Cor. 15. 19. Vnum modò, alterumque non deſit, telæ, ſcilicet, nitor, & larga eiuſdem explicatio, in quam diuinus ſe vultus latenter inſinuet; quæ duo homini nouo & vitæ puritas, & præſtans in Deum, ac proximum charitas ſufficere ſolent, quibus is Domino patienti compatiens, ac velut obuiam factus, nihil non amet, non appetat, quod ad improperia Domini communicanda ſpectare videatur, & talem quidem in ſeraphica ſua Vir-

S.Cathar. Senenſis. gine Catharina deſcribit Raymundus Capuanus, ordinis Prædicatorum Magiſter, arcano-

R.P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

A rum eius vti & conſcientiæ arbiter fideliſſimus: Febricula tentari cœperat Catharina, quamquam non tam caloris illam, quam amoris fuiſſe dixerim, quæ per animam caſtiſſimum corpus inflammans, languentem virginem lecto affixerat: viſit ad eam Raymundus, cui dum varia, quæ die illo à cæleſti ſponſo acceperat, innocens filia aperiret, ille vero incredulus ſeu admirabundus in eam fortè oculos attolleret, vidit faciem eius in viri plenæ ætatis, cui barba ſuccreuerat, vultum ſubito transformatam, qui fixis oculis in eum aſpiciens valde hominem exterreſecit. Erat autem facies oblonga, ætatis perfectæ, barba non prolixa, colore triticeo, maieſtatem quandam præſe ferens, vnde ma-

B niſeſtè, ſe Dominum oſtendebat.

Territus Raymundus exclamare ſubito: ô! quis eſt, qui me reſpicit? reſpondit Virgo: *Ille, qui eſt:* Hæc ille, Deum venerans teſtatus verum ſe ſcribere.

Quia verò ſine ſodali procedere Virginem non decet, huic ſociam iungo B. Claram de monte falchio; quam mundam autem hîc telam, quam latè expanſam video! digniſſimam planè, in qua & ſuam patientis effigiem, & paſſionis ſanctiſſima inſtrumenta defigat. Pretioſum Redemptionis noſtræ beneficium, vti ſolita erat, Clara attento animo volutabat; cum Re- B. Clara *de monte falchio inſignia Paſſionis dominicæ in corde tulit.*

C demptor albo candidus amiculo, grandem trabem Crucis poſt ſe trahens, radioſum inter fulgorem conſpicuus, eam in hunc ferè modum affatus eſt: Aue filia: ſummam gaudiorum huc tibi affero. Crucem hanc, quæ nullibi firmius figi poteſt, amplexare, & cor tuum mihi præbe, vt in hac cruce moriaris. Dixerat: & ſui è cruce pendentis acerba ſupplicia, atroceſque cruciatus cordi eius inſculpſit, quod ipſa, teſte Iſidoro Moſcouio, ſignificare viſa eſt, dum, ſuprema in lucta, quædam è circumſtantibus Monialibus Crucem ei aduerſus diaboli inſidias porrigeret, cui Clara: ſi Chriſti Crucem quæris, accipe cor meum, in quo Chriſtum crucifixum reperies. Et ſtetit verbis fides, cum iuſtis ritu catholico

D perſolutis, cælitus monitæ ſanctimoniales, in ſpem veniunt, arcanum aliquod in eius præcordiis latere myſterium, quæ tam crebrò ad ſacram Dominicæ Paſſionis memoriam, ſenſuum deliquium paſſa fuerat. Placuit itaque aperire corpus, quo ſecto, Cor infantili capite grandius apparuit. Hæſitare hic omnes, Deumque precibus ſolicitare, faſne ſit ipſum etiam cor ferro ſcrutari? Audendi accipere auſpicium eadem viſa eſt pietas, quæ corpus aperuerat, piiſque antè fuſis lachrymis diuiſit iſtud in partes æquales. Et ecce, ô! rem inauditam, in dextera Cordis parte, Ieſu Chriſti cruci affixi, & vulneribus liuidis ſignati figura apparebat. Pendebant ibidem ex tribus neruiculis, quaſi filis tres clauiculi duri, acuti, nigri; quorum duo breuiores ex breuiore filo, longior tertius ex longiori

Digitized by Google

filo vinclebantur. Iuxtim erat alius neruiculus, cui cuſpis ferruginea, dura & acuminata, qui lanceam;& circulus tortuoſus hirſutus, aculeatus, qui coronam ſpineam referebat: denique neruiculorum quædam multum rubea, & informis congeries, quam ſpongiam interpretabantur.

In ſiniſtra iacebat ſindon, aliquam-multis guttulis ſanguinolenta; & flagellum ex quinque neruiculis nodoſis; & manica carnea, ligno non abſimilis; item funiculi tabo atri; & propter iſta neruiculus alius rectus, funiculis quaſi circumſeptus, qui columnam ſignificabat. Porro ſimulachra hæc omnia, tametſi carnea eſſent, colorem tamen habebant, & duritiem eorum, quæ repræſentabant.

Teſtis oculatus horum omnium mirandorum fuit Berengarius Epiſcopi Spoletani vicarius: qui iuſſus hæc omnia maturè examinare ſingula manu ſua tractauit, & authoritatis ſuæ, qua valuit, poteſtate roborauit, & demum in publicas tabulas retulit.

Tanti eſt patienti-Chriſto cor mundum ac latum conſtanter offerre, ac cum Veronica, afflictum miſerando, ſudorem velle, ſanguinemque detergere.

S. Bonau. in Stim. p.1.c.4.

Atque hoc certe eſt, quod monet D. Bonauentura in ſtimulo Amoris *p.1.c.4.* vt nouus homo conſideret beatiſſimam Chriſti paſſionem, ad cordis ſui reſolutionem, & perfectam transformationem in ipſum. Quod fiet quando non ſolum imitatur, compatitur, admiratur, & exultat, ſed etiam totus homo conuertitur in eum, ſcilicet Dominum Ieſum Chriſtum, vt iam quaſi vbique, ac ſemper ei Crucifixus occurrat. Imò tunc ille vere in Crucifixum reſoluetur homo, quando exiens ex ſe, & ſuperpoſitus vniuerſis; immo ſuper ſe, abſtractus ab omnibus, totus erit conuerſus in Dominum ſuum Paſſum, vt nihil videat, aut ſentiat intra ſeipſum, niſi Chriſtum Crucifixum. Quomodo autem commenſuratio hæc fiat, Crucifixum inter & eius amatorem, per conuerſionem & amplexum reciprocum, ita vt Chriſtus totum ſe illi commiſceat, ac quaſi oculos oculis, os ori, manus manibus, pedes pedibus, latus lateri, imo animam animæ ipſius applicet, oſtendere aliquando voluit Ruperto Abbati Tuitienſi, inter amatores Crucifixi non vulgari. Res ita contigit, vt *lib.12. in Matth.* ipſe teſtatur: Cum à Superioribus capeſſere Sacerdotium iuberetur, ipſe vero ſe tanto gradu indignum iudicaret, per viſum vidit Chriſtum Crucifixum ſe ad amplexum inuitantem. Quapropter eum ipſe arctiſſimè amplexus & oſculatus fuit, quóque profundius oſcula admitteret, Chriſtus quoque os ſuum apertum, & hians ſuauiſſime præbebat, ſimulque factum eſt, vt inter eos amplexus tanto diuini amoris igne inflammaretur, vt mox Sacerdotij, quod hactenus tantoperè declinârat, deſiderium ſibi ſenſerit maximum inſpirari. Quod, ſimul atque illuxit, Abbati ſignificauit, & paullo poſt omnium gratulatione exſecutus eſt.

Rupertus Tuitienſis lib.12. in Matth.

Adiungit aliud idem Rupertus his verbis: Iacenti in lectulo hominis ſpecies apparuit de cælo labens, eaque ſe ita in eum tota demiſit, vt caput capiti; pedes pedibus, reliqua membra cum omnibus membris intimè commiſceret: quin etiam ipſam animæ ſubſtantiam modo quodam, qui verbis exprimi nequit, ita peruaderet, atque imprimeret, vt quidem citius, atque profundius, quam molliſſima cera ſigno imprimatur. Addit verò, ſecutam eſſe tantam, tamque incredibilem iucunditatem ac ſuauitatem, vt niſi ea celeriter à Deo inhibita eſſet, is quaſi torrens voluptatis ſine dubitatione animam de corpore abſtractutus fuiſſet.

Iuliana Falconeria.

Patuit id reapſe in nobiliſſima iuxtim ac ſanctiſſima Virgine Iuliana Falconeria ex ord. tertio Seruitarum, quæ cum ſub vltimos vitæ dies à ſumendo Chriſti corpore ſtomachi concitatione, frequentique vomitu præpediretur, obnixè petiit, vt ſaltem ad ſe ſacratiſſimam hoſtiam, quam præſens adorare poſſet, apportarent. Hoc facto ſibi pectus ablui iuſſit, ac ſuper id velum mundiſſimum, quod Corporale vocant, extendi, cui ſacerdos piæ Virginis rogatu mox ſanctiſſimam Euchariſtiam impoſuit. Et ecce ſæculis omnibus memorandum prodigium! Illicò ipſa, quaſi in Angeli ſpeciem conuerſa pulcherrima apparuit, & præ dulcedinis exceſſu quodammodo liquefacta, corporeis vinculis exſoluitur, hoſtia vero & ipſa diſparuit, ſiue præ dulcedine amoris animam Iulianæ ſecum attraxerit, ſiue illa in cælum cum ſponſo ad ſempiternas nuptias euolarit incertum. Illud autem compertum dum corpus frigentis abluerent, ſuper eius carnem circa cor, Imaginem Chriſti Ieſu Crucifixi intra rotundum circulum, velut ſigillo impreſſam & obſignatam inueniſſe, vt vel inde agnoſceret poſteritas, quomodo Chriſti patientis cruciatus Iuliana adamaſſet, quorum effigiem non animo tantum, ſed carne ipſa expreſſam ſeruaret. *Ita Angelus Gianius Centuria 2. Annal. ord. Seruorum lib. 1. cap. 8.*

Ioannæ à Cruce vocatio coram Veronica.

Quia vero de cultu eiuſcemodi Imaginum, quæ ad archetypum Veronicæ depictæ ſunt, ſupra mentionem fecimus, quarum, nec rara, nec tenuis apud Orthodoxos ſolet eſſe religio; operæ pretium fore iudicaui ſubiungere, quodnam hæc pietas præmium, quam aliquando remunerationem à Deo reportarit.

Viuebat anno 1496. in ea Hiſpaniæ parte, cui nomen *La ſacra de Toledo*, Virgo quædam Ioanna nomine, parentibus Ioanne Vaſquez & Catharina Gutierez oriunda, hæc à teneris magno virtutis capeſſendæ deſiderio incenſa, ad vitam monaſticam, velut tutiſſimum cœperat portum aſpirare: verum non ignara, ſingulare id diuinæ

diuinæ beneficentiæ munus eſſe, continuis id à Deo Domino, & patre miſericordiarum precibus contendere non deſinebat. Sacrum maioris Hebdomadæ tempus aduenerat, cum pia virguncula, in penitiorem domus exedram ſeceſſit, vbi coram domeſtica Veronicæ imagine, digna illa cultu & religione genibus nixa, acerrimis in carnem ſuam flagellis ſæuire cœpit, Dominum per ſacratiſſimæ Paſſionis ſuæ merita obteſtans, ſe vt in Sponſam ſuam recipere dignaretur. Cum ecce mutari Veronica, id eſt, Chriſti Ieſu effigies, vt olim fuerat Veronicæ peplo impreſſa, & afflicta illa, ac ſanguinolenta in venuſtam, & decoram transformari cœpit, adeo vt viuere, ſpirareque videretur; nec mora; audiri cœpta verba ſunt in hunc ſenſum: te in Sponſam meam aſſumam, nil dubita, aut reformida, aditus tibi in domum meam patefiet, modò, quod tuarum partium eſt, non prætermittas. Quibus finitis, Veronica ad priorem ſtatum rediit, ipſa vero Ioanna miris gaudiis, ac ſolatiis delibuta, magnis animis, quò vocabatur, inceſſit, donec ſexum mentita, puer creditus, affinium technis eluſis, ad Parthenonem S. Mariæ à Cruce lætabunda peruenit, in quo Crucis agnomine aſſumpto, magna vitę ſanctimonia ad finem vſque eluxit. *Antonius d'aça in hiſt. vit. 2 ca. 4.*

Tanti eſt Veronicæ effigiem venerari.

CAPVT TERTIVM.

Caluariæ montem votorum ſuorum culmen Ieſus aſcendit, vbi concepta per viam ſiti, oblatum poculum, liuida fellis ſanie vinum inter exſpumante, deguſtat.

Guſtatum qui domuit hoſtem infregit.

Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthij, & fellis. Iſaiæ 3.

Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. Matth. 27. 33.

SVo Pheronicæ reſtituto ſudario, nobiliſſima, ſi quæ vſquam viſa eſt, inſignito effigie, piæque feminæ bene precatus, gradum Dominus promouit, ac trecentis hinc factis & triginta ſex paſſibus, ad Portam vulgo Iudiciariam peruenit, qua damnatos iudicio ad mortem educere mos erat. Ibat autem horrifica inter dolorum omnium machinamenta magnanimus, viam totam ſuo ſanguine conſignans, vt ſi qui poſtea eſſent, qui eum ſequi vellent, à recto itinere non deuiarent. Extra portam verò mori voluit vt extra Bethlehem naſci, ne pro ſolis ſe offerre Iudæis videretur, qui pro ſalute omnium venerat immolari. Notauit id S. Auguſtinus *ſer.* 130. *de tempore*, vbi ſic loquitur: *Ideo non ſub regmine,* S. Auguſt.

R.P. Lyreus de imit. IESV *patient.*

A *neque in templo Iudæorum pati voluit, vt non ſubtraherent ſacrificium ſalutare Iudæi, neque exiſtimes pro illa tantummodo gente hanc hoſtiam offerri: propterea enim extra ciuitatem & extra muros paſſus eſt, vt intelligas quoniam communis eſt hoſtia pro genere humano oblata.* Addo myſterio exemplum, quod homini nouo ſic dare voluit, vt is ad eum extra caſtra exeat, improperium eius portando: id eſt, eius exemplo mundum affectu, animoque relinquat, profitendo ſe non habere hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirere. Propterea enim *Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt*: maxima inter ipſum & legem veterem, quam hîc laudat Apoſtolus, conſenſione. Heb. 13. 12.

B Inter inſanientis itaque vulgi clamores, conuiciis, ac maledictis plurimis coopertus rapitur in Golgotha, extra ſepta ciuitatis, tanti ſceleris pœnas mox Romanis armis daturæ, vt veterum victimarum ceſſante myſterio, noua hoſtia, nouo ſic imponatur altari, & Crux Chriſti, non magis templi ſit ara, quam mundi.

Placuit autem hîc non de clariſſimis, aut celſioribus aliquis, ſed humilis ille ac petroſus mõs qui ciuitati inferiori, occidentem inter & ſeptentrionem qua via erat in Silo, & Gabaon proximus ſtabat, tantopere ab omnibus ea tempeſtate contemptus, & abiectus, vt rara eius mentio in ſacris litteris inueniatur: etenim ſub iſto nomine, nuſquam in veteri teſtamento legitur C nominatus, & in nouo vix apud Euangeliſtas ſemel, iterumque expreſſus: verum humilem, abiectum, atque infamem hunc locum, ſicut & ignominioſam & exſecrandam Crucem, mortis ſuæ delegit inſtrumentum, vt ſua virtus emineret altius, ac latius regnare videretur, quæ vis funeſta ſanctificat, atque humilia ſubleuat; ita & Crucem glorioſam, & capitalem montem ſua redderet paſſione honoratum, vtque gratiâ miſerendi eſt optimus, ita fieret gloriâ parcendi maximus, cum triſtiſſimum illud bidental, damnatum iudicio locum ſibi deſtinat, vt omnibus quotquot ante fuerunt, ac poſt ſequentur, hominibus, iam propter peccata iuſto Dei iudicio damnatis, morte ſua vitam largiri ſe, manife D ſtum fieret, ſempiternam.

Vocatum autem ait Euangeliſta *Golgotha*, hoc eſt, linguâ, quâ tunc Iudæi vtebantur, Cranium, ſiue Caluaria, quamuis ea dictio, magis Chaldaica, aut Syriaca, quam Hebraica videatur, vt etiam S. Hieronymus ſcriptum reliquit; ſecundum enim veram Hebræorum linguam Gulgoleth dicendum foret, ſed deſierant iam Iudæi Hebraicè loqui, poſtquam è Chaldæa rediiſſent. Mendoſe tamen in Græcis, & Latinis codicibus legi videtur Golgotha, cum legendum ſit, Golgoltha, quod Chaldaicè cranium notat quemadmodum & doctiſſimo Ianſenio Gandenſium Præſuli viſum fuit. *Mons Caluariæ quot vnde dictus*

Appellationis vero huius cauſſa, ac conue-

A nientia non vna, ſed varia à SS. Patribus affertur: his Montem Caluariæ, quia caluus arboribus, ſaxoſus totus ac ſterilis, damnatorum ſupplicio deſtinatus erat, ſic à multitudine caluariarum illic promiſcuè iacentium denominatum volentibus; aliis à caluaria primi parentis Adami eo loci tumulata, nomen petentibus; aliis denique propter Chriſtum in Adamo præfiguratum, omnium hominum caput ibi occidendum, atque in proximo ſepeliendum, etymologiam vſurpantibus.

Singulorum momenta in gratiam noui hominis expendamus. Ad primos itaque quod attinet, ducem ſe his atque anteſignanum S. præbet Hieronymus potiſſimum in commentario B ſuper Matthæi *cap.27* vbi ſic loquitur: *Extra vrbem, & foris portam loca ſunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id eſt, decollatorum ſumpſerunt nomen. Propterea autem ibi crucifixus eſt Dominus, vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij: & quomodo pro nobis maledictum Crucis factus eſt, & flagellatus, ac crucifixus, ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios crucifigeretur.*

S. Hieron. cap. 27. in Matth.

Beda.

Sequitur Hieronymum V. Beda ſcribens in eundem locum, ex recentioribus vero Corn. Ianſſenius in concord. Euang. & Franciſcus Lucas qui aiunt denominatum hunc locum à Caluariis & oſſibus hominum qui ob ſcelera ſua, C extremo illic ſupplicio affici & ſepeliri conſueuere, quorum multa illic ſparſa & neglecta, vt in poliandriis fieri conſueuit, viſebantur.

Baronius.

Hanc ſancti Doctoris aliorumque ſequacium ſententiam impugnat Card. Baronius ad an. Chriſti 34, docens fieri non poſſe vt Mons iſte denominationem acceperit à Caluariis decollatorum, quoniam eiuſmodi ſupplicium apud Hebræos, nec lege ſancitum eſſet, nec conſuetudine approbatum. Deinde, ſi à capitibus decollatorum nuncupatus fuiſſet locus, non ſingulari nomine Caluariæ, ſed numero multitudinis dixiſſet Caluariarum.

Verum his nequidquam obſtantibus, hæc S. Hieronymi ſententia conſiſtere viſa eſt: quare ad Baronium quod attinet, licet illius mortis D ſupplicium vel ex lege, vel ex conſuetudine Hebræorum non fuerit in vſu, ſuffeciſſe tamen potuit, fuiſſe apud Romanos, quibus, non multo ante tempora illa Hebræi ſubditi facti erant, cumque nihil prohibeat dicere, gentiles illos Iudices, nocentes ſecundum proprias leges vel conſuetudinem puniuiſſe; inconueniens videri poſſet, oppoſitum tueri, cum Chriſtus ipſe non Hebræorum ſed Romanorum more fuerit flagellatus, & Herodes Agrippa occiderit Iacobum gladio, & Antipas alter Ioannem: notatumque ſit locum hunc præcipuè Caluariæ nomine appellari cœptum fuiſſe, ex quo Hebræi Romanis ſe ſubdiderunt.

Ad Confirmationem vero quod attinet, dicunt poſitum fuiſſe numerum ſingularem pro plurali, vt ſæpe fieri amat: vnde author hiſtoriæ ſcholaſticæ in Euang. *cap.171.* Caluaria, inquit, eſt propriè os capitis humani nudum, & quia ibi decollabantur rei, & multa oſſa capitis ibi diſperſa erant, dicebatur locus Caluariæ, vel Caluariarum.

An Adam ſepultus in Golgotha.

Venio ad eos qui ſecundam tuentur ſententiam, docentes Adamum Ieroſolymis in Monte Caluariæ ſepultum fuiſſe, atque ab eo montem nomenclaturam accepiſſe. Fulcitur doctrina hæc tum veterum Patrum authoritate, tum recentiorum Doctorum traditione ab antiquioribus accepta. Ex illis agmen ducit Adamantius Origenes, qui *tract.* 35. in Matth. *Locus,* inquit, *Caluariæ dicitur diſpenſationem habere, vt illic moreretur, qui pro hominibus fuerat moriturus. Venit enim ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi ſepultum ſit, vbi Chriſtus crucifixus eſt, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur, vt in loco illo, qui dicitur Caluariæ locus, id eſt, locus capitis, caput humani generis Adam, reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Saluatoris, qui ibi paſſus eſt & reſurrexit.* Hæc ille. Anaſtaſius quoque Sinaita Patriarcha Antiochenus lib. 7. *Hortus fuit in Caluaria,* inquit, *vbi Adam iacebat mortuus* &c. Idem Cyrillus & Baſilius in cap. 5. Iſaiæ. Athanaſius de paſſ. Cyprian. de reſur. Ambroſ. in Luc. 23. Chryſoſt. in Ioan. Hom. 84. Theophylact. Epiphan. hær. 47. Auguſtin. de temp. ſer. 71. & quæſt. in gen. 161. Tertull. cont. Marcion. l. 2. Ex recentiorib. *Card. Baronius an. Chriſti* 34. *Card. Bellarm. tom.* 3. *de amiſſ. gratiæ c.*12. *Maſius in* 14. Ioſue. *Toletus in* 19. Ioan. *Lorinus in cap.*10. *ſap. Salmeron tom.*10. *tract.* 35. *Pererius in geneſ.* l. 7. *Villalpandus to.* 3. l. 1. cap. 8. *Tornielius tom.* 1. *Ann.* vocatque hanc ſententiam Baſilius communem. Sed contra ſtant, & aduerſantur duo: Primum. Adam ſepultum fuiſſe in Hebron, non Ieroſolymis, vt legitur Ioſue 14. 15. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe. *Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* In Hebron enim egit pœnitentiam, ſuique memoriam reliquit, vnde locus, vallis lachrymarum appellatus, ibique vitam finiuit & tumulatus eſt. Ita Abulēſis q. 10. Coſmas Magalianus Annor. 4. Alterum eſt. Si protoplaſti Caluaria illic ſepulta fuiſſet, quomodo Iudæi locum tam celebrem, nefariorum cædibus & ſepulturis coinquinaſſent?

Origenes. Anaſtaſius Antiochen. Cyrillus. Baſilius. Athanaſ. Ambroſ. Auguſtin. Tertull. Toletus. Salmeron. Pererius. Villapand. Ioſue 14. 15. Abulenſis. Magalian.

Reſpondeo cum Baronio nomen Adam Ioſue 14, non primum hominem denotare, ſed Arbeum quendam, qui maximus fuit inter gigantes, & trium gigantum pater, cui Hebron ſepulchrum dedit, atque ex conſequenti, nequidquam illi ſententiæ ſuffragari. Quod ſi vero minus arrideat, fuerit Adam in Hebron ſepultus, vt ex textu Ioſue colligi volunt, quid autem vetat poſtea vel corpus eius, vel caput Ieroſolymam tranſlatum eſſe? idque ex præ-

cepto

Digitized by Google

ſepto eius poſteris relicto, quo corpus ſuum in terra Iuda humari, ac conſequenter, in Arcam ante deportari voluerit, ne aquis diluuij perderetur. Cum enim Adamo inter cetera fidei noſtræ arcana, & hoc ad ſolatium ei reuelatum fuerit, cũ Dominũ audiuit dicentem ſerpenti,
Gen.3.15. *inimicitias ponam inter te & mulierẽ, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum*, Verbum Patris ex eo humanam carnem ſumpturum eſſe, morteque obita Ieroſolymis redemptionis pretium exſoluturum; quid mirum ſi filios ſuos fide data obſtrinxerit, ad oſſa ſua iſtuc deuehenda, vbi tanti beneficij gratia cominus perfrui ſe poſſe ſperabat: quod idem & Iacobum Patriarcham, & filium eius Ioſeph, dum in Ægypto morerentur, commouiſſe ſcimus, vt inde poſt mortem auehi, atque in terra patribus promiſſa tumulari à filiis vehementer flagitarent.

Sepultus itaque Adam in monte hoc, in quo antè Abraham Iſaacum ſuum oblaturus conſtiterat, aut ſaltem caput eius depoſitum fuit; nam vt Sanctius Auila lib. de venerat reliq. l.1. c.7. tradit, fuerit Adam antiquitus in Hebron ſepultus, poſtea tamen à Noë inde ereptus eſt, ne diluuio oſſa perirent, poſt quod, cum ea filiis diuideret, caput dedit Sem, quem cæteris liberis præferebat, cui cum in ſortem Palæſtina obtigiſſet, id in monte hoc ſumptuosè ſepeliuit, quod præfatus auctor antiquorum teſtimonijs eruditè confirmat, vnde loco Nomenclatura indita, & perpetuo illo emblemate celebrata eſt, quo Cranium ad pedem crucis pingi, ſculpique paſſim viſum fuit, vt *Ioan. Molanus lib.4. de picturis cap.*78. prudenter annotauit.

Ad D. vero Hieronymum quod attinet, magnum eius Nomen eſſe fateor, cui in ſimilibus deferre multum, ac ſuſpicere omnes meritò debemus, verùm cùm S. hic Doctor in ea ſibi ſententia, non vſquequaque conſtiterit, nonnullam nobis hac in parte ſentiendi libertatem reliquiſſe videtur: poſteaquam enim in c.27. Matthæi, ſententiam hanc falſitatis coarguiſſet, in commentario tamen Cap.5. epiſt. ad Epheſios vacillare viſus eſt, ſcio me, inquit, audiuiſſe quendam in Eccleſia diſputantem, qui in theatrale miraculum, numquam ante viſam formam populo exhibuit vt placeret, teſtimonium hoc, inquiens, ad Adam dicitur in loco Caluariæ ſepultum, vbi crucifixus eſt Dominus, qui Caluariæ idcirco appellatus eſt, quod ibi antiqui hominis conditum eſt caput: illo ergo tempore quo crucifixus eſt Dominus, ſuper eius pendebat ſepulchrum, hæc prophetia completa eſt dicens: *ſurge Adam qui dormis, & exurge à mortuis*, & nõ vt legimus ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς, id eſt, orietur tibi Chriſtus, ſed ἐφάψεται, continget te Chriſtus, quia ſc. tactu ſanguinis ipſius & corporis dependentis viuificetur, atque conſurgat. Hæc vtrum vera ſint,

A nec ne, lectoris arbitrio relinquo. Certe tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plauſu ac tripudio excepta ſunt.

Qui hoc loco ſic in priore ſententia nutauit, in epiſtola, quam Paulæ & Euſtochij nomine ad Marcellam dedit, totus in alteram conceſſit, verba bona fide admetiar: *In hac vrbe*, inquit, *immo in hoc tunc loco & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam, vnde & locus, in quo crucifixus eſt Dominus noſter, Caluaria appellatur, ſc. quod ibi ſit antiqui hominis Caluaria condita: vt ſecundi Adam, id eſt, Chriſti ſanguis de cruce ſtillans primi Adam & iacentis proto plaſti peccata dilueret, & tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur: ſurge qui dormis, & exurge*
B *à mortuis & illuminabit te Chriſtus*: quod & *S. Auguſtinus* ſerm.71. de tempore ſic expreſſit: *Et verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi occiderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia, & ſanguis ille pretioſus, etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.* Epheſ.5.14. S. Auguſt. ſerm. 71. de temp.

Ad alterum, quod ex decoro ac conuenienti obiiciebatur, venio; ſi cognitum habuiſſent Iudæi, inquit Franciſcus Lucas in monte iſto vel caput, vel corpus Adami fuiſſe ſepultum, maiori profecto in honore, ac veneratione locum habuiſſent, vt aliorum Patriarcharum ſepulchra, nec ſontium ſupplicio deſtinaſſent. Fateor, nec officio, quantum vires tulêre, de-
C fuiſſe reor: ſed quid agerent? Romanis armis ſubiugati maiori imperio parere debebant, nec in eorum poteſtate tanta vis erat, vt impedire id poſſent. Elegerat Romanus iam rerum Dominus, locum iſtum vltimo ſupplicio multandis, vt apparebat, maxime idoneum, cedere itaque oportebat, nam vt *Quintilianus* declam. 275. bene aduertit: quoties noxios crucifigerent, celeberrimæ eligebantur viæ, vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſent, qualis mons ille erat ad plagam occidentalem vrbis, qua parte vergit ad Septentrionẽ, in loco petroſo & mediocriter altò, quà via erat in Silo & Gabaon. Ad latrones vero ſocios quod attinet, forſan in his locis graſſati Fab. Quintilianus declam. 275.
D fuerant, quare, vt Iuriſconſultus l. Capitalium. ff. de pœnis; ibi cruci figendos placuit, vt & conſpectu deterrerentur alij ab eiſdem facinoribus, & ſolatio foret cognatis, & affinibus interemptorum, eodem in loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent.

Reſtat denique tertia ac poſtrema eorum opinio, quæ montem hunc à Caluaria denominatum arbitratur, propter Chriſtum in Adamo præfiguratum, omnium hominum caput ibi occidendum. Princeps huius ſententiæ Cyrillus S. Cyrill. Hieroſolymitanus Archiepiſc. fuit. verba eius Hieroſol. Catecheſi 13 hæc ſunt: *Golgotha interpretatur* Catech. 13. *Caluaria locus. Aliqui ergo propheticè locum hunc Golgotham appellarunt, in quo verum caput Chriſtus* Coloſ 1.15. Coloſ 1.18.

crucem ſuſtinuit, ſicut Apoſtolus dicit, qui eſt imago Dei inuiſibilis, & poſt pauca: & ipſe caput corporis Eccleſiæ & rurſus: omnis viri caput eſt Chriſtus. & 1. Cor. 11. 3. *iterum: qui eſt caput omnis principatus. Caput hoc in* Coloſ. 2. 10. *loco Caluariæ, paſſum eſt. O magnam propheticam appellationem! Propemodum enim nomen hoc admonet te docendo, non vt ſimplici homini attendas crucifixo: caput eſt omnis poteſtatis, caput habens patrem. Caput enim viri Chriſtus, Caput Chriſti Deus.* Verum hæc myſtica ſunt.

Quænam autem de tribus hiſce ſententijs vero propior ac potiſſimum tenenda ſit, ſingularum momenta expendenti ſatis crediderim fore perſpectum, in quam ſcilicet tam veterum, quam recentiorum Patrum grauiſſima inclinat auctoritas, quæ pietati conformior, B cuique nihil è ſacris litteris efficaciter aduerſari repertum eſt, quam dixero eam eſſe, quæ ſecundo loco poſita fuit.

Profectio Christi ad Caluariæ montem.

Ad montem itaque Caluariæ ab Adami protoplaſti capite, ſeu corpore iſtic ſito, ita nuncupatum, diuini amoris adminiſtra crudelitas, tãquam ad metam diuinæ charitatis, aramque mundi, ſeminecem dominum eduxit: & trahebat ille quidem per accliuia lapidoſi montis ægrum, tardumque corpus, ſeu potius corporis cadauer, animus tamen, vt gigas exultabat, vireſque membris paſſim caducis ac fatiſcentibus ſuggerebat, nullo de ſuis comite, nullo ſolatore. Vna tu mæſtiſſima mater, miſerabili lamentantium mulierum comitata cœtu adfuiſti, qualemcumque opem ſi poſſes allatura. C Verum afflicto filio dolorẽ multo atrociorem, tuo illo triſtiſſimo aſpectu, quam fuga diſcipuli deſertoris, contuliſti. Nam qui ſuos flere ſuper ſe vetat, ex illorum ærumnis præ ſuis cruciatibus longe acerbius dolet. Audacius fortaſſe alius, quiſquis fuit, amorem carnificem appellauit, ſed tu certe, bone Ieſu, inter immaniſſimos tortores, nullum amore immitiorem ſuſtinuiſti. Etenim vero cęteri corpus, ſed ille diuinum animum vulnerauit, altiſſimè per eorum quos diligebas incommoda, adacto telo.

Properat ergo ad Caluarium ad montem ſc. myrrhæ, & ad collem thuris qui ſolum in delicijs habet amaritiem: atque vt in ſudore D vultus ſui veſcatur pane ſuo, hoc eſt pane doloris, laborat ſub faſce ſpinarum, quas illi maledicta terra germinauit, qui non laborat ſub axe ſtellarum. Fatigatis hic nimium membris, ac manante vbertim ſanguine, tantum non deficere viſus eſt, quare indulta aliquantulum quiete, interea dum lictor crucem apparat, militum vnus accepto poculo pincernam agere inſtituit, vt Theophylactus ſcribit: moris ſiquidem erat, vti hodieque apud multos etiamnum in vſu eſt, vt damnatis ad locum ſupplicij productis, vinum propinaretur, & præſtans Prou. 31. 6. quidem illud iuxta Prouerb. 31. 6. *date ſiceram mœrentibus & vinum his qui amaro ſunt corde, bi-* A *bant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ & doloris ſui non recordentur amplius*, quod & circa latrones obſeruatum fuit, quo mortem vel minus conſiderarent, vel certè ferrent alacrius. Atque hoc eſt quod Matthæi 27. 34. legimus: *dederunt ei* Matth. 27. 34. *vinum bibere.* Et Marci 15. 23. *Dabant ei bibere myrrhatum vinum*; cuiuſmodi cum ſoleat eſſe odore præſtans, ac guſtatu ſuaue ad finem dictum conſequendum, petat aliquis quare felle mixtum à Matthæo deſcribatur? cuius ipſe nequaquam inſcius per prophetam ſuper eodem conqueſtus olim fuiſſe inuenitur, cum dixit: *dederunt in eſcam meam fel & in ſiti mea potauerunt* Pſal 68. 22. *me aceto.* pſalm. 98, 22. *Vua eorum vua fellis, & botri* Deut. 32. 32. *amariſſimi. Deuteron. 32.*

Theophyl. Euthym.

An duo oblata pocula Christo in monte.

Euthymius certè & Theophylactus, quos B nuper ſecutus eſt Card. Baronius tomo 1. Annal. ad annum Chriſti 34. hinc arbitrati ſunt duo diuerſa pocula Chriſto oblata fuiſſe, alterum vini myrrhati, alterum verò vini felle mixti: & prioris quidem meminiſſe volunt Matthæum: poſterioris vero Marcum.

Prius illud poculum reſpicit veterem Iudęorum conſuetudinem, qua vinum forte ac dulce damnatis propinare, ob cauſſas ante dictas, ſoliti erant, ad quod alluſit Amos cap. 2. 8. vbi de- Amos 2. 8. licias Moabitarum perſtringens *vinum*, inquit, *damnatorum bibebant in domo Dei ſui*; neque hic omiſſum fuiſſe, ſuadet alijs in rebus ſeruata reo fidelitas, qui namque dum reum flagellarent, à quadrageſimo numero tam religioſe cauebant, C dicente Paulo 2. Cor. 11. 24. *à Iudæis quinquies* 2. Cor. 11. 24. *quadragenas vnâ minus accepi*, ſimile humanitatis genus Chriſto non denegarint.

Alterum vero arguit militum petulantiam, qua præter illud primum, aliud vino acetoſo ac felle plenum, ori eius illudentes obtulerunt.

S. Hieron. S. Auguſt. Beda. Anſelm.

Contrà vero S. Hieronym. Auguſtinus, Beda, Anſelmus, alijque vnicum duntaxat poculum Chriſto exhibitum arbitrantur, adeo vt quod Matthæus *felle mixtum*, Marcus *myrrhatum* propter amaritiem dixiſſe cenſendus ſit: vinum enim myrrhatum quod reis in commune præparatum erat, ac latronibus merum exhibuêre, Chriſto impij illi ſatellites, inaudita barbarie cupientes eum vel tantillo ſolatio priuare, intri- D to felle corrupêre, vt rectè acetum dici poſſet, idque vt ait S. Ioan. Chryſoſtomus, *ex nefa-* Chryſoſt. *ria quadam ac ſumma contumelia afflictionem addere conantes afflicto.*

Simon de Caſſia.

Simon de Caſſia ex Ord. S. Auguſtini grauis Theologus pro felle intelligit Centaurion minus, fel terræ dictum, herbam amariſſimam quam myrrhato vino à militibus immixtam credit; ſed probabilius eſt verum animalis cuiuſpiam areſactum fel accepiſſe, quod vino commiſcuerit, vt ſi bolum poſt hauſtum ſumere vellet, aridi fellis fruſtum acciperet.

Scio Chriſtianum Adrichomium in deſcri- Adrichom. ptione Ieruſalem num. 250. exiſtimaſſe hæc

Chriſto

Digitized by Google

Chriſto contigiſſe poſteaquam ſaucio corpori in montis vertice detracta fuiſſent veſtimenta, adeoque nudum, cruentiſque vulneribus, vento ac frigori expoſitum ſuper lapide ſedentem vino illo myrrhato felle mixto potatum eſſe, ſed ordo, quem tenui, vero mihi congruere magis viſus eſt, ſuadetque locus Ieroſolymis etiamnum celebris, ad radicem montis Caluariæ, qui carcer Chriſti appellatur, ſic dictus, iuxta veterem, communemque traditionem, quod iſtic eo tempore cauerna fuerit, in qua cruciſigendos ſiſtere ſolebant, quoad crux, ceteraque necis inſtrumenta in vicino parata eſſent: hic itaque Domino Ieſu aliquantiſper hærente, aditu militibus diligenter cincto ac cuſtodito, interea dum Simon cum Cruce in montis verticem euaderet, propinatum ei, vt aliis fieri ſolebat, myrrhatum vinum fuit, quo nomine, vt Franciſcus Quareſmius annotauit, locus hic in Capellam, quæ tres habet nauiculas ac totidem portas verſus eſt, ac magna peregrinorum religione frequentatur.

Franciſc. Quareſm. in elucid. terra ſ.

Atque hic denique Ieſu Chriſti, Domini noſtri innocentiſſimus guſtatus, quem hactenus inimici non læſerant, ne qua pars corporis ipſi eſſet à cruciatu immunis, ac libera, grauiſſima amaritudine afflictus fuit, dum os eius, lingua, palatum, ac ſtomachus, quo flagella, ſpinæ, ac verbera non penetrarant, immiti hac amaritie exaſperata ſunt.

Torqueri autem hoc modo voluit, tum quia delictum quod expiandum ſuſceperat, maximum erat, tum vero quia omnia hominum peccata comprehendebat, quibus expungendis generaliſſima opus erat medicina, *ſecundum enim menſuram delicti, erit & plagarum modus.* Deuter. 25. Sicut ergo delictum omnia humani generis membra inuoluerat, ita ille in omnibus corporis ſui membris ſatisfactionem præſtare voluit, vt ſicut homo in omnibus corporis membris deliquerat, ſic ille in omnibus pateretur. Addo denique in exemplum, quo nobis omnibus ad ſingularem patientiam antecedebat, ſi quando eſurientibus atque ſitientibus deeſſe, neceſſaria, aut inſulſum inſipidumque offerri cibum contigerit, aut poſtremo diuinus aliquis afflatus, dulces cibos felle, abſynthioque ſuaſerit commiſcere, quo guſtatus delicta, eiuſdem ſupplicio redimantur. Beatus ille ac vera nouitate ſenſus ſui feliciſſimus, cui hæc noſſe atque intelligere datum eſt, cuiuſmodi certe dum è multis aliquos mecum ipſe expendo atque conſidero, neſcio qua me ſentiam virtutis illecebra pellici ad audendum quidpiam ex eo, quod ipſe Dominus Ieſus prior tentauit, & multorum millium ſe aſſectantium robur, libens ipſe ſpectauit; quod vt mihi vſuuenire non ſemel expertus ſum, ita & tu, pie lector, experiare, paucos è multis magno gymnaſtæ ſubiungam, præſtantes illos atque eximios omnes, vt ſi quos forte prioris excellen-

Deut. 25. 2.

A tia terruerit, horum ſaltem obſequendi, imitandique lubentia ad vlteriora inſtiget: quamuis felleus hic calix, poſteaquam ei Chriſtus os ſuum admouit non iam felleus, ſed melleus factus ſit. Medicus erat, ait S. Chryſoſt. qui vt febriens quis hauriret ingratum ſibi, ſed ſalutare pharmacum, imbuit teſtam recens coctam, & calentem generoſiſſimi vini odore, in eoque medicamentum diluit. Æger ſimul ac ori vas admouit, falſus odore vini, medicatam potionem ebibit, iuratus ſe vinum bibiſſe, & conualuit. Hoc ingenio vſus eſt Chriſtus, animarum noſtrarum medicus ſingularis, felleam Crucis potionem mellitiſſimo amore miſcuit, vt iam B Chriſtum amantibus omnis amaritudo dulceſcat, vt ex ſequentibus patebit.

Primus itaque vt dignitate, ita & ordine ſit B. Laurentius Iuſtinianus, qui etſi in adoleſcentia ſua, vt erat prænobili familia oriundus, plurimis aſſueuiſſet cupediis, tamen ad Venetum Patriarchatum euectus, vulgari in primis menſa vſus eſt, eduliiſque palato ſuo inſipidis. Vnde ſi errore aliquo eſculenta quandoque, aut poculenta ad guſtum acerbiora appoſita eſſent, vt pro vino acetum, neminem arguebat, ſed ſilentio diſſimulabat. *Surius in vita.*

Fellei calicis, quem Chriſtus bibit, amatores, atque amatrices varia.

B. Laurent. Iuſtinian.

Comitem huic iungo B. Franciſcum Borgiam è Soc. Ieſu, de quo ſcribit Andreas Schot- C tus l. 4. vitæ c. 5. pharmaca dum ægrotaret ſorbendo hauſiſſe, vt amaritie diutius cruciaretur. Catapotia quoque dentibus eadem de cauſſa mandere ſolitum, cauſſamque interrogatum modeſtè reſpondiſſe, belluam iſtam ſic enim corpus nominabat, plorare iubeo, vt quam voluptatem cepit palatum eandem abſtinendo amittat expietque; meminerim & ego Chriſtum Saluatorem fel deguſtaſſe.

Hoc vnicè, ac ſingulari quadam ratione propoſitum fuiſſe B. Iacopono Tudertino ex ordine S. Franciſci, teſtatum faciunt eiuſdem annales, quem ſibi abſynthij folia inter comedendum apponere ſolitum ferunt, & iis in vicem ſalis vti, imo quidquid ederet abſynthio ſuperponere conſueuiſſe, ex quo tantum amarorem percipiebat, vt nulla ei libido eſſe poſſet gulæ D indulgendi; contra vero ardor maximus & inexplebilis Chriſti paſſionibus communicandi.

Iacoponus Tudertin.

Quin & eodem ſpiritu ductum fuiſſe magnum illum occidentalis Indiæ Apoſtolum Nicolaum Factorem, eiuſdem S. P. Franciſci diſcipulum author eſt Chriſtophorus Morenus in vita, cui cum in ſupremo morbo à medicis potio amara propinaretur, eam vir obediens, quamuis morti proximus alacriter exhauſit, ſuauiſſimamque eſſe duxit, fellis & aceti recordatus, quo Dominus noſter ante mortem potatus fuit.

Nicolaus Factor.

Nec huius expertem ſapientiæ profeſſus ſe nuper fuit Simon ille Valentinus ſacerdos, quē in publicæ notitiæ & Chriſtianæ famæ lucem

Simon Valentinus.

 pro-

protraxit eleganti ſcripto, ciuis meus Ioan. Wouerius vir clariſſimus; anniuerſario hic Dominicæ paſſionis die, nihil non ad patientis Dei imitationem facere ſolitus, vt pænitentiæ tunc ſibi ſingularem rigorem imperaret, acetum felle mixtum ebibebat. *In vita.*

P. Ludouicus de Pōte è Soc. Iesv.

Quin & claſſem hanc iure optimo compleat P. Ludouicus de ponte è Soc. Ieſu, cui *D. Petrus de Oroſco* poſtremis hiſce temporibus tale elogium ſcripſit: *P. Ludouicus de ponte quem Deus ornauit zelo Eliæ, ſpiritu Eliſæi, ſanctitate Ioan. Baptiſtæ, perſeuerantia Pauli Eremitæ, oratione Antonij, tolerantia Macarij, humilitate Hilarionis, lachrymis Arſenij, pænitentia Hieronymi, charitate Baſilij, fide Serapionis, ſapientia Nazianzeni, ſpe Cyrilli, grandem faciendo conſiliis, gubernatione prudentem, magnanimum fortitudine, inſignem mortificatione, rarum manſuetudine, Apoſtolum in miſſionibus, doctum in litteris, Martyrem in infirmitatibus, eremitam in recollectione, Confeſſorem in veritatibus, prophetam in reuelationibus, vitæ inſtituto Virginem præcellentem, Patrem ſpiritualem in animis hominum dirigendis accuratum, vt videatur voluiſſe in eo, ſicut in altero quodam firmamento, ſtellas ſuas lucidiſſimas poſuiſſe, quas omnes laudent, obſeruent, & ſequantur.*

Elogium Ludouici de Ponte.

Hic itaque talis, ac tantus vir recordatus Dominum Ieſum calicem paſſionis bibiſſe, abſque vllo ſolatio, impulſus magno imitandi eius deſiderio Dominum rogauit, vt quidquid biberet, vſque ad aquæ potum, ſibi non ſaperet, nec palatum oblectaret: quod & obtinuit; ita vt aqua, quæ ſuo frigore ſoleret eum in magna ſiti reficere, quam ſæpius patiebatur, cœperit ei tormentum eſſe, nec vllum ex ea guſtum perciperet, Deo aquæ ſaporem eripiente, ex amore, ad maius ſerui ſui meritum, ſicut igni in fornace babylonica eripuerat ardorem. *Cachiopinus in Vita.*

Confundere hæc iure maximo poſſent Iuuenes, niſi quod ſenes tantis animis deſignaſſe cognouerint, & ipſi fuerint aliquando nō ſegnius imitati. Ita de B. Aloyſio Gonzaga è Soc. Iesv ſcribit Virgilius Ceparius l. 2. cap. 8. vt ſalutarem ſibi in morbo moleſtiam faceret, perquam amaram potionem perinde ac dulciſſimum liquorem, ſenſim totam exhauſiſſe, neque vllum perceptæ amaritudinis ſignum dediſſe. Quodque magis mirere, Thomæi [hæc Gens eſt in Malabar, deſcendens à S. Thoma] in hebdomada ſancta, menſam auſpicari ab amaro ferculo conſueuerunt: imo infantes ipſi, etiam lactentes, eandem acrimoniam experiri coguntur, dum matres papillas ſuas amaro ſucco inungunt, quas infantuli lingant in memoriam fellis & aceti à Chriſto potati. *Petrus Iarricus in theſauro rerum Indicar. tomo 3. l. 2. c. 14.*

B. Aloyſius Gonzaga.

Stephano Seraphino.

Nec ſuam hic alter ſexus pietatem deſiderari paſſus eſt, qua præ cæteris eminuit Stephana Seraphino, ex tertio Ordine Minimorum, quæ tribus poſtremis quadrageſimæ diebus nihil præter fel ſumere ſolebat in memoriam fellis Dominici, quaſi id ſibi Ieremiæ Thren. 3. dictum peculiariter exiſtimaſſet, *recordare paupertatis meæ, & abſynthij, & fellis* quod pro te bibi, & ipſa reſpondiſſet: *memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Annales Ord.*

Thren. 3. 19.
Thren. 3. 20.

S. Birgitta.

S. Birgitta qualibet ſexta feria, propter Saluatoris paſſionem, & felleum poculum à militibus oblatum, amariſſimam quandam herbam toto die maſticans, ore ſuo detinebat, aiens Chriſti famulam dedecere eo die os habere melleum, quo Chriſtus habuiſſe felleum inuenitur. B. Chriſtina de Vicecomitibus ex ordine S. Auguſtini ſingulis ſextis feriis edebat abſynthium, & vinum bibere ſolita erat felle mixtum. *Curtius in vita.*

B. Chriſtina.

B. Ioanna de la Croix.

B. Ioanna de la Croix ex Ord. S. Franciſci Agaricum, atque aloën primæ amaritudinis pharmaca ore, linguaque perpetuo voluebat ad guſtatum affligendum, in memoriam Dominici fellis. *Antonius Daça in Vita.*

B. Roſa.

B. Roſa ex Ord. S. Dominici diebus veneris per annū antequam ſub noctem quieti ſuccederet, in memoriam fellis, quo Chriſtus potatus in paſſione, hauſtum fellis ex vaſe vitreo hauriebat, quod in eum finem penes ſe ſeruabat. *Ioan. à S. Maria in vita.*

B. Clara de monte Falchio.

Sed quid de B. Clara de monte Falchio dicemus? certe ad tales hauſtus oblectare ſeſe, atque annuere debet Chriſtus, cū deficiente externo poculo, interiore quadam via, illud compenſet, vt in Clara hac contigiſſe legimus, cui à cœleſti ſponſo conceſſum eſt, vt in omni cibatu fellis ſemper dominici amaritiem guſtaret. *Corn. Curtius in Vita.*

Mulier Franca.

Scribit *P. Ioannes Suffrenus*, vir integerrimus, nec mihi abſque virtutum ac doctrinæ elogio nominandus, ſe in Francia nouiſſe mulierem coniugatam, quæ feria qualibet ſexta, ab hora 12 meridiana vſque ad 3, ſanctiſſimis exercitiis vacare conſuerat; contigiſſe autem eo tempore, vt cum marito & liberis ad menſam ſedens memor fellis Chriſto ad Crucem oblati, vinum ordinarium & aquam peteret, cum ecce iſti potui Deus fellis ſaporem communicat, vt nihil aliud quam fellis amaritiem guſtaret. Iterum petijt, & præter fel guſtauit nihil. Quo Deus oſtendere voluit, quam ſibi eiuſmodi corporis afflictatio, Chriſti exemplo grata ſit. Tomo 2. part. 1. Ann. Chriſt.

S. Thereſia

Eodem ſpectaſſe crediderim S. Thereſam de Iesv, cui, cum Burgis moraretur, quotieſcunque cibum ſumeret, ſanguis è quodam, quod in faucibus habebat vulnere protumpebat, quem illius dolorem aliis miſerantibus, aiebat: ne vos, obſecro mei tangat miſeratio, plura namque & grauiora Dominus meus pro me pertulit, cum felle & aceto potatus eſt. *l. 4. vitæ cap. 17.*

B. Catharina Genuenſis.

De B. Catharina Genuenſi ſcribit vitæ auctor, ſecum deferre ſolitam agaricum in puluerem

Digitized by Google

A rem redactum, quo ſtatim ac cibi, potuſue illecebra ſe tangi animaduerteret, amariſſimi pulueris huius inſperſione victrix euaderet. Tāti refert nouum hominem prototypo ſuo conſentire.

Seraphina Romana.

Quin & numerum hunc ſuo iure adaugeat B. Seraphina, Virgo Romana cui ſolenne fuiſſe id, ſtata quadam pietate legimus: vt in Chriſti patientis memoriam qualibet ſexta feria fel degustaret, ſic amaritudinis partem aliquam eo die ſenſura, quo dilectus paſſionis calicem non reiecit. *Iacobillus de SS. Fulginatibus.*

Dorothea Seruetana.

Archangelus Gianius Ordinis Seruitarum probus Hiſtoricus refert B. Dorotheam ex eadem familia monialem, in ſuprema, qua decubuit, (B) ægritudine, incredibili ſiti laborantem, poculum aceti, felle permixto ad ſe deferri curaſſe, quo hauſto, vel ea recordatione, qua ſponſum ſuum ſimili potu refectum meminiſſet, magnis quoque lætitiis inceſſiſſe.

Pernella Gaudonia.

Vixit nuper Molinis in Aquitania, notæ ſanctitatis vidua Pernella de Gaudon quæ Chriſti patientis non immemor, tantum ſenſui guſtatus ſui bellum indixerat, vt nulla cibi cuiuſpiam ſapore caperetur, adeoque omnem eiuſmodi voluptatem auerſaretur, vt ſimul ac vel minimam inter edendum perſentiſceret, illico bucceam, quam forte delicatiorem ori applicuerat, ſtatim in minus gratam, iucundamque commutaret, dicens: neutiquam conuenire, (C) hominem, qui Chriſtum morientem in Caluario felle, acetoque potauit ſuo guſtatui poſſe obſecundare. *Gabriel à S. Spiritu Carmelita in eius vita.*

Inſolentem itaque potum non abnuit Dominus, vtique in exemplum, quod, vt vidimus, genuini filij, filiæque poſt eum ſequi non detrectarunt, ſed quare guſtatum bibere, ſeu in copia tranſmittere recuſauit. Vtique ne tam inſano potu videretur velle ſibi malum vltro acerſere, & mortem accelerare. Ita dilectam ſuam monuiſſe Gertrudem lib. 4. cap. 23. Inſinuat. diuin. pietat. inuenimus: Mihi quidem ad hoc oblatum erat vinum myrrhatum, cum felle mixtum inquiebat Chriſtus quo citius mo(D)reret, ſed deſiderium multa patiendi pro homine retraxit me, ne biberem: quare tu in eodem amore ſume omnia neceſſaria, & commoda, vt per ea in ſeruitio meo diutius viua conſerueris. Atque ideo S. Philippus Nerius ægre tuliſſe legitur S. Carolum Borromæum exiguo cibo extraordinariè, & inauditis fere aliàs ieiuniis vſum, vitam ſuam adeo Eccleſiæ Dei neceſſariam decurtaſſe. Aurea Gnome: *Omnia in pondere, & menſura.*

S. Gertrud.

CAPVT QVARTVM.

Diloricata iam veſte, dolore vulnerum recrudeſcente, nudus in monte IESVS *ſtatuitur, vt purpura illa ſub aſpectum veniat, quam ſibi per omnes artus cruore ſuo formârat.*

Nudus IESVS nudos quærit Amicos.

Expoliate vos veterem hominem cum actibus ſuis. Coloſſ. 3. 9.

Milites acceperunt veſtimenta eius. Ioan. 19. 23.

POſteaquam ventum eſt ad Caluariæ, non auguſtale illud, ſed ferale Capitolium, primus ad ſupplicium gradus nuditas fuit: detractæ iterum corpori veſtes, vile tanto ſceleri pretium; & minore crediderim ſenſu ſpinas & clauos, quam oculos corpus illud caſtiſſimum pertuliſſe: quamuis enim nihil in eo eſſet, quapropter pudefieri deberet, puduit tamen eum vehementer coram tanta hoſtium, populique multitudine denudari: pudor namque & verecundia, qui timor eſt vituperij non tam de eo eſt, quod ſumus, quam de eo, quo ab alijs habemur. Spoliatur itaque hic corpus illius, qui primis quondam parentibus pudore ob nuditatem oppreſſis, indumenta texuerat, qui cælum ſtellis, terram floribus & herbis: animalia pilis, plumis, lana, ſquamis veſtire conſueuit, qui ſupra omnem Salomonis gloriam cooperire lilia ſolet, propudioſa nuditate deſpicitur & irridetur: & quarta id quidem iam vice longè anterioribus, probroſiore; qui namque vel in prætorio flagellandus, vel purpura induendus, eaque exuendus coram paucis antè nudatus fuerat, nunc in aprici montis vertice coram infimæ plebis multitudine, his ridentibus, illis ſubſannantibus, omni corporis amictu ſpoliatur & eâdem quidem horâ, qua peccauit Adam, nuditatiſque erubeſcentia pœnas dedit, vt in c. 3. Geneſ. Procopius aduertit. Addo & nouum tormenti genus, dum tunicâ paulo ante cruentis plagis inductâ, eiſdem vero nunc coaleſcere cœpta, triſti denuo ob illis diuortio auulsâ, omnes iterum redintegrauit, quibus id, quod olim Micheas prædixerat, expletum eſt: *vadam ſpoliatus, & nudus faciam planctum.* Tormentum ingens, atque ignominia grauis, nobis autem in tolerantiæ exemplum ob oculos poſitum, vt exuentes omnes nefarios animi affectus ac deponentes omne circumſtans nos peccatum, nudum Ieſum & ipſi nudi ſequamur, iuxta S. Hieronymi in prædictum locum ſanctiſſimam cōmonitionem: *nudus Ieſus, nudos quærit amicos.* Hæc noui hominis veſtiaria teſſera eſt, vbi veteris vitæ ſtudijs dediti expoliari nolunt, ſed

Micheæ 1. 8.

S. Hieron.

Nudi Ieſu *ſectatores nudi.*

ſuper

ſuperueſtiti, tanto peiores illis effecti, quanto differentius præ illis vitæ genus conſectantur. Intellexerat id magnus ille Serapion cognomento Sindonius, qui, teſte S. Hieronymo cum amictum ſuum dediſſet egeno, nuduſque

S. Serapion omnibus ſe exſpolians.

ſederet, manibus tenens Euangelium, interrogatus à quodam, quis te expoliauit Abba? demonſtrans S. Euangeliorum librum, ait, iſte. Cumque & alio tempore hunc ipſum librum vendidiſſet ac pretium in eleemoſynam profudiſſet, dicente diſcipulo ſuo; Abba, Euangelium vbi eſt? reſpondit: crede, fili, ei qui mihi dixit, *vende quæ habes, & da pauperibus*, ipſum

S. Ioan. Alexandrin.

vendidi, & dedi his, vt in die iudicij habeam fiduciam abundantiorem apud Deum. Hæc cogitabat S. Ioannes Alexandrinus Archiepiſc. B qui dum viueret, nudus adeò ab omnibus extiterat, quæ miſeri ſolent mortales tantis impendijs comparare, vt moriens ſolum medium nummum in arca reliquerit, quem teſtamento pauperibus quoque legauit. Et S. Hilarion teſte S. Hieron. in eius vita, cum teſtamento ſua

S. Hilarion.

omnia Heſychio relinqueret, non niſi Euangelium, tunicam ſaccam, cucullam & palliolum ei reliquit.

A quibus diſiungere magnum Ephrem religio ſit, qui in hunc modum teſtamentum condens, locutus eſt: *nec crumena, nec baculus, nec pera mihi vnquam fuit, nunquam aurum, aut argentum, aut aliam rem vllam poſſedi, nam bonum regem ad ſuos dicentem diſcipulos audiui in Euangelio, nihil in terra Poſſederitis. Quamobrem nulla me rerum eiuſmodi cepit cupiditas.* O hominem verè nouum ex archetypo illo expreſſum, in quo rerum omnium quædam nuditas prominebat! vnde factum, vt ipſe moriens ſuos adiurârit, ne ſe veſte pretioſa mortuum inuoluerent, ac ſepelirent; ſed, ſi quid dare vellent, id in pauperes erogarent. Cui dum quiſpiam in eum propenſior contraiuiſſet, veſtemque pretioſam adornaſſet, ô! gratam etiamnum Chriſto nuditatem, mox à dæmone correptus eſt, ſed inuocato Ephremi nomine, liberatus fuit. Ita S. Gregor. Nyſſenus in vita.

S. Ephrem.

Quod & in Ioanne Calybita mirari plures quam imitari conſueuerunt, qui tantæ filius familiæ, tantique patrimonij hæres, vix malè ſartâ tectus penulâ in veſtibulo ædium ſuarum tres annos pauper & nudus exegit, vnde ad ſuperûm palatia inuitatus, matre aduocata, ac iureiurando adacta, velit iubeat in panuceis ſuis ſe tumulari, ſeſe aperuit. Mox S. Euangelij librum, quem puer ab ea dono acceperat, in manus tradidit, atque ita oculos tandem matri aperuit, ipſe ſuos clauſit. Enimuero malè officioſa, velle hic auream filio purpuram inducere, ſed ilicet manus ſenſit tamdiu rigeſcere, dum piæ & vltimæ Ioannis voluntati obſecuta fuit: vſque adeo quoque ſacræ huius nuditatis amor defunctos tangere conſueuit, vtique vt nos, vel

S. Ioan. Calybita.

A hac via commonefaciant, quod diſertis tot ante verbis S. Gregorius Magnus hom. 32. in Euangelia, ſuos docuerat, *quicunque*, inquiens, *ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos ſpiritus ſumpſimus. Nihil autem maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident: nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam ſi veſtitus quiſque cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Quid enim ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abiiciat,* (vt nudus luctetur) *ne ſuccumbat*: Sed adhæſiſſe hæc fortaſſe dixeris tantopere animo tuo, vt abſque eiuſdem diuulſione, ac vulnere exuere te poſſe diffidas. Eſto, ita res ſe habeat, quid tum præ-

S. Gregor.

B terea? ſanè arctius ea menti tuæ agglutinari poſſe non arbitror quam tunica fuerit corpori Saluatoris; coaluerat illa iam plagis innumeris, quas recens cruſta obduxerat, vt abſque nouis vulneribus abſtrahi poſſe, tam foret difficile, quam ab omni ratione alienum, auulſa tamen fuit, & vi quidem non modica, vt & nos quoties vel caſus aliquis à nobis auferat, vel Dei cognita voluntas abdicare noſtra ſuadeat, generosè ac fortiter, dimittamus: in quo præclarè eluxiſſe S. Paullinus inuenitur, qui vaſtata à Gothis Campania, omnem facultatem, ne relictis quidem ſibi rebus ad vitam neceſſarijs, in alendos pauperes & captiuos redimendos contulerat, vnde, vt ſcribit S. Auguſtinus l. 1. de ci-

S. Paullin.

C uit. c. 10. *ex opulentiſſimo diuite, voluntate pauperrimus, & copioſiſſime ſanctus, captus inſuper à barbaris, ſic Deum precabatur: Domine, ne excrucier propter aurum & argentum: vbi enim ſint omnia mea tu ſcis.* Beata nuditas, quæ ſuos amictu fiduciæ tam ſplendidè veſtit?

Intellexerat hoc B. Caietanus Thienæus eius familiæ princeps, quæ Chriſtianam nuditatem ſibi, nec immerito glorioſiſſimam putat. Poſitis in vrbe Venetiarum noui ordinis principijs, quæ magna rerum omnium nuditate, in Deum reiectis curis, belliſſimè ſe dederant, cum iubetur à Caraffa Thienæus Neapolin proficiſci, atque in ea nouam ſtirpem pangere. Rapuit ad ſe animos ciuium, ac Principum Thienæi

D virtus, quem cum rerum omnium nudũ, egentiſſimumque videret oppidi Comes, & virtutẽ hominis ſuſpiceret, cenſus & fundos, quibus recentem familiam aleret, liberaliſſimè obtulit. Renuentem, atque obijcientem bellè ſibi in ea, quam profitebatur, rerum omnium nuditate, rem Venetijs proceſſiſſe; monebat Comes, non eadem omnium locorum eſſe ingenia; ad quæ ſuccl amans Thienæus: At ego, inquit, alterum Neapolitanæ vrbis, Venetiarum alterum Deum eſſe neſciebam. Verum cum obtrudeodi, quæ non accipiebantur, nullum finem faceret Comes; veritus Thienæus, ne contentio illa paupertatis luminibus officeret: ea, quæ conſecuta eſt, die, ſummo mane, quos ſecum habebat

B. Caietan. Thienæus.

ſocios,

ſocios, cum ſuis talaribus, ac precum breuiario, domo, quam idem commodauerat Comes, exire iuſſit, clauesque remiſit multa cum gratiarũ actione, iubens renunciari, velle Thienæum experiri, an Deus alius Neapoli eſſet, qui fidem ſuam liliorum, ac volucrum fideiuſſione obligatum pauperibus ſuis non. ſeruaret. Factum præclarum! ac Dei famulo dignum. Ne vero quis laudem hanc ita viris propriam exiſtimet, vt feminis, adeoque virginibus conuenire non putet; eccum tibi S. Flauiam virginem nobiliſſimam S. Placidi Martyris ſororem, ipſam quoque Martyrem, cum iuſſu Manuchæ tyranni nuda ſuſpenderetur, vt Chriſtum negaret: ego, inquit, non tantum nuditatem corporis ſuſtinere parata ſum, ſed etiam gladium, & ignem propter eum, qui pro me denudari, flagellari & crucifigi voluit. Ita Acta S. Placidi apud Surium 5. Octob.

Sed iſtud rarius; frequentius vero, quod omnimodam animi nuditatem, atque abnegationem ſpectare videtur, vbi non vnam, ſed gynecæum integrum eiuſmodi frequens liliis quæ adſcititio nullo ornatu grauida, ſola natiui decoris opulentia dicam, an inopia ad ſtuporem conſpicua, Chriſti nuditatem amplexa ſunt: Coloniam ex Gandienſi Virginum aſceterio Mantuæ Carpetanorum Ioanna Caroli V filia collocarat, verita autem ne ſumma paupertas, ac rerum nuditas olim illis magno eſſet malo, priuilegium à Pio IV Pontifice impetrarat, vt ea Sanctimonialium domus fundos ac reditus ſine legum fraude poſſideret, ſimulque latifundia offerebat. Contra obnixæ virgines ſuam ſibi paupertatem, ac nuditatem opes magnas, atque diuitias eſſe proteſtari, ac ſe longè maiore animo eſſe dicere, quam vt illis indigerent. Quibus cedendum in præſentia quidem duxit Ioanna, nec importuna liberalitate contriſtandas: attamen, ne quod tum auerſabantur, id ſibi aliquando fruſtra licere vellent, breues litteras, in quibus priuilegium conſignatum erat, illis tradidit in tabulario aſſeruandas. Cæterum idipſum veritæ virgines illæ, verè prudentes, ac ne quas veteris hominis veſtes exuerant, quaque ſe tunica ſpoliauerant, denuo induerent, litteras in pergamena candida exaratas conſciderunt, atque in floſculos elegantiſſime concinnarunt, vt non ita multo poſt principi ad ſe adeuniti flores intento digito oſtendens Antiſtita, ſubridenti ore diceret: en omnes redditus noſtri, quam bellè in flores abierunt! O factum eleganter! quid enim aliud ex illis fieri vellet paupertas, quæ ſe, minimè compta, florum pulchritudine conſolatur. Verum his ſatis, ſuperque de myſtica hac moralique nuditate, proprio ſcilicet, noui hominis veſtitu, ad corpoream patientis Domini reuertamur, quæ cum non minima ſit Crucifixionis periſtaſis, atque inter præcipua Dominicæ Paſſionis my-

A ſteria numeretur, non indiligẽter neque oſcitanter tractanda eſt.

Quærendum itaque, num Dominus Ieſus vt primo in montem aſcenſu à militibus nudatus fuit, ita ſpecie, habituque eodem Cruci fuerit affixus?

An nudus Chriſtus fuerit crucifixus.

Et varia hic quidem regnat opinio, atque in diuerſa abeunt authores, his omnimodam illam nuditatem mordicus tuentibus, his præcinctionem quandam velaminis cautè adſtruentibus.

Aiunt quidam.

Rationes autem quas illi pro ſe adducere ſtudẽt, potiſſimum hæ ſunt: Noë Patriarcha totus nudus in tabernaculo dormiens, ab execrando filio irriſus fuit: vt vmbra corpori, ſic & figuræ veritas reſpondeat, neceſſe eſt; nudus ergo B in Cruce Ieſus à Iudæorum populo ſubſannandus erat. Atque ita Deo inſtincti vates prænunciaſſe viſi ſunt, Ieremias Thren. 4. *Inebriaberis, atque nudaberis*, quando nimirum, *tamquam potens crapulatus à vino* amoris tui, erga homines, ignominioſæ mortis ſomno obdormiſces. Et Micheas cap. 1. *Vadam ſpoliatus, & nudus, faciam planctum.*

Thren. 4. 21.

Micheæ 1. 8.

Idem grauiſſimi duo Patres; alter ex Græca, alter vero ex Latina Eccleſia ſuo calculo viſi ſunt comprobare. Primus eſt *S. Athanaſius*, qui ſerm. de Cruce & Paſſ. Domini, ſic loquitur: *Exuebat veſtimenta ſua, decebat enim cum hominem introduceret in paradiſum, exueret tunicas, quas Adam accepit, cum è paradiſo eiiceretur.*

S. Athanaſ.

C Alter *S. Ambroſius* eſt, qui lib. 10. in Lucam & in Pſal. 41. ſic ſcribit: *refert conſiderare qualis aſcendat* [nimirum in Crucem] *nudum video; talis aſcendit, quales nos, authore Deo, natura formauit, qualis in paradiſo homo primus habitauerat, talis ad paradiſum homo ſecundus aſcendit.*

S. Ambroſ.

Neque cauſſæ ſimiles vero, neque ad probabilitatem idoneæ deſunt. Ita namque vel Auguſtino lib. 16. de ciuitate cap. 2. teſtante, Romanis in more poſitum erat, vt quos in crucem agerent, nudos figerent.

S August. l. 16. de ciuitate c. 2.

Nudus præterea is circumciſus fuit, quidni & crucifixus? neque enim credibile eſt improbiſſimos milites permiſiſſe, vt quis eum velo præcingeret, quibus præter extremam confuſioD nem nihil vltra erat in votis. Neque obeſt paſſim ſemicinctio tectum ſculpi, ac pingi, non enim neceſſe eſt, vt eo modo fidelium oculis ſubiiciatur, quo crucifixus eſt ab iis, quos Dauid Canes appellat, qui teſte Ioan. Molano, plurima in eum commiſerunt, quæ pudicè ſatis, ac verecundè nequeant exhiberi, vnde factum, vt S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de glor. Mart. cap. 23. ſcriptum reliquit, vt Chriſtus ipſe preſbytero cuidam ſecundum quietem viſendum ſe præbens, Imaginem Crucifixi in templo veſtire præceperit, ne populus nudum conſpiceret, cum ante variis in locis eiuſmodi imagines nudæ penitus proponerentur, vt etiamnum Auguſtæ Vindelicorum in publica vrbis porta, & Lan-

S. Gregor. Turonenſ.

diſchutæ

diſchutæ in Bauaria inferiore apparet, quo circa hanc ſententiam tuentur S. Bonauentura, Franciſc. Suarez tom. 2. diſp. 36. ſect. 4. Ianſſenius, Ludolphus, aliique.

Negant alij.

Contra vero ſentiunt alij non pauci, nec paruo rationum pondere inſtructi, nec leuioribus argumentis, ea, quæ ante allata ſunt, reuellere conantes: Cum enim verendorum nuditas poſt Adæ lapſum, indecentiam quandam præ ſe ferat, honeſtati repugnantem, nulla ſanè ratione admitti debuit in Chriſto totius pudicitiæ ſpeculo ſingulari, præſertim cum eam facile potuerit euitare. Quare ſi referente S. Gregorio Turonenſi, Sacerdos ille diuinitus monitus fuerit, vt nudam Crucifixi imaginem in templo poſitam perizomate veſtiret, ne omnibus eius nuditas pateret, quanto maiori cura diuinum Numen Chriſti ipſius nuditati occurriſſe credidecimus, ne ab omnibus paſſim conſpiceretur.

S. Gregor. Turonenſis de gloria Confeſſ.

Certe regalis Capella ad Aquas-Grani tantis impendiis à Chriſtianiſſimo Imperatore Carolo magno conſtructa, ac plurimis Sanctorum lipſanis locupletata, inter cetera, quibus orbe toto magnam ſui venerationem excitauit, ipſum hoc linteum religioſè aſſeruat, ac ſeptimo quoque anno Chriſtianis iſtuc peregrinantibus oſtendit: extra quod tempus, ſola Cæſaris inauguratio, ſi quando iſtic eam celebrari contingat, hoc priuilegio gaudere inuenitur, teſte Leone in itinerario anni 1463.

Accedit ad eiuſdem aſſertionis robur S. Sindon, qua ſepeliendus à Ioſepho inuolutus eſt, hodieque Taurini ſingulari pietate ab omnibus colitur & honoratur: hæc manifeſta ſigna velaminis huius præ ſe ferens, quo lotus etiam, vnctuſque ceteris in membris, obuolutus, ac ſepulturæ traditus fuit, omni nos dubio abſoluiſſe videtur.

Quemadmodum ergo nudus Dauid, Ephod tamen lineo præcinctus, coram arca ſaltans ab vxore Michol deriſus eſt, ita Chriſtus nudus linteolo ſolo tectus, Iudæorum ludibrio expoſitus fuit. Neque quod ab infantis circumciſione petebatur argumentum vim vllam habere poteſt, cum infantilis illa denudatio, longè minorem indecentiam adueh at, quam virilis. Neque etiam duo illi Sancti Patres in contrarium allati, ſi bene expendantur velum aut reiiciunt, aut negant, nudum enim à maiore parte dixerunt, ſecundum communem loquendi vſum, corpus enim ſolis membris genitalibus tectis, bene nudum appellatur.

En duas velut palmares ſuper propoſita quæſtione ſententias, inter ſe non parum diſcrepantes, de quibus antequam arbitremur, notandum apud Hebræos tria fuiſſe indumentorum genera, nempe ſubuculam, ſiue camiſiam, quæ proxima cuti veſtis erat: huic ſuperimponi ſolitum amictum, proprie tunicam dictam: extimam vero & ſuperiorem veſtem dici conſue-

Veſtitus Hebræorum.

uiſſe Chlamydem, aut togam, vſitatiore voce pallium. Qualis cum modeſtorum hominum communis fuerit cultus, nihil obſtat, quo minus & hunc Chriſti Domini fuiſſe dicamus.

Ad Subuculam quod attinet hanc lineam fuiſſe arbitratur Franciſcus Ribera in cap. 19. Ioannis, & author eſt Gabriel Pennottus in tripartita hiſtoria Canonicorum Regularium l. 3. tabulam ſub Nicolao IV. appenſam fuiſſe in ſacra Baſilica Lateranenſi, continentem ſanctarum illius templi reliquiarum inſcriptiones, vbi inter alia; interula, inquit, linea Domini noſtri, Ieſu Chriſti, quam ei B. Virgo fecit. Diſtinguitque ab inconſutili Seruatoris veſte, quam ibi pariter cuſtodiri poſtea ſcribit, & lanea fuiſſe dicitur quam ſimul ac Ieſus corpore grandeſcebat, creuiſſe augmenta ſumentem adſtruit Baptiſta Mantuanus lib. 1. Parthenop. Ludolph. Carthuſ. de vita Chriſti cap. 63. Cornel. & Bonfrerius in caput 8. Deuteron.

Pallium verò etiam ex lana, quamuis paululum groſſiore fiebat, formâ quadrangulum cum fimbriis ab vtroque latere regeſtum, in fibulæ morſu humeris acquieſcens, vt Tertullian. ait, & huiuſmodi quidem pallij formam Chriſtum induiſſe obſeruat Cornelius Num. 15. & poſt eum Bonfrerius, vti & ante vtrumque Ianſenius gandenſis Concord. cap. 34. Toletus in ca. 8. Lucæ Annot. 91. Siquidem Chriſtus amictu vtebatur communi Iudæis; erat autem ſpecialis ritus nationis eius, quatuor angulis pallij fimbrias aſſuere, politiæ ipſorum ſignificatiuas, vt S. loquitur Epiphan. Hæreſ. 15. E quatuor autem pannis certo modo inter ſe iunctis factum fuiſſe genus iſtud pallij opinatur Bullengerus lib. de veſtibus Pont. & Epiſcoporum cap. 1. ac proinde in quatuor diuiſum partes à militibus Ioan. cap. 19. 23. adſtruit idem, diatriba tertia aduerſus Caſaubonum exercit. 16. ad cap. 77.

Quia vero de Chriſti veſtibus agere cœpimus, non abs re fuerit de earumdem colore verbum adiunxiſſe: & Toſtatus quidem generatim de illis loquens, eas albas fuiſſe veroſimilius iudicat tomo 4. q. 46. in cap. 17. Matth. ſed quo minus aſſentiar, facit quod veſtimenta Saluatoris in Transfiguratione reddita fuerint alba, ex immutatione ſcilicet noua diuerſi coloris.

Alij fuſco veſtitum pallio, vt Philoſophi ſolebant, arbitrati ſunt, ſed perperam; Chriſtus enim eum veſtis colorem adamauit, quem communiter viri honeſti & graues ferre conſueuerant.

Cum igitur nec albatus Chriſtus, neque atratus inceſſerit, quem ei colorem dabimus? vſurpaſſe oportuit eiuſmodi, qui non leuis erat, ſicut flauus, & viridis, nimiumque ſanguineus, ſed qui maturum virum deceat, & arguat modeſtum, qualis cæruleus, non viuide lucidus, aut violaceus habetur, vti patet ex particula eiuſdem veſtimenti, quam Manuel Palæologus

huius

Digitized by Google

huius nominis ſecundus, qui Græcis imperabat an.1400. ad Henricum Caſtellæ Regem cum diplomate miſit: & ex iis quæ nuper ſingulari Dei beneficio non id ſolum, quod ad colorem ſpectat, ſed omnia quæ hactenus de Christi Saluatoris veſtibus diſſeruimus, confirmare viſa ſunt.

V Marinæ de Eſcouar teſtimonium de veſtibus Christi.

Degebat Pinciæ, quæ in veteri Caſtella, vrbs eſt clariſſima, floruerat que per annos multos eximiæ ſanctitudinis, celebri cum rumore, & peregregiis argumentis conſpicua Virgo quædam nomine *Marina de Eſcouar*, quæ denique hanc vitam cum perenni illa & beata, vti confidimus, anno redemptionis 1633. nona Iunij luce commutauit, poſteaquam nouem, & ſeptuaginta, cum menſibus quatuor, numeraſſet annos; Venerabilis igitur hæc Virgo cum erga Christi humanitatem ſacroſanctam, religioſo ſtudio incenſa pridem exoptaſſet noſſe, quibúſnam ipſe viſus eſſet indumentis, quo habitu decentiſſimi ornatus, grauis, atque honeſti, dum apud mortales degeret; tandem votorum compos facta, effigiem, quam viderat, depingi curauit. Color tunicæ & pallij erat violaceus, veſtis honeſta, & decens, ad talos vſque demiſſa, quæ zona præcingebatur eiuſdem coloris, camiſia linea circa manus prominebat, pallium autem erat quadrangulũ fibulis ad humeros cõſtrictũ.

Vixdum effigies hæc in publicum venerat, cum, vti ſemper fieri amat, ornatus hic nonnullis viſus eſt ſingularis, tum quod Camiſia ex lino adſcriberetur, tum quod color tunicæ & pallij violaceus, tum denique quod à Clericorum regularium veſtitu prorſus non differret, quare res tota ad æquiſſimum Valliſoletanæ Inquiſitionis tribunal delata eſt, quæ doctiſſimorum Theologorum auditis ſententiis, cum nihil venerandæ antiquitati contrarium aut diſſonum in ea animaduertiſſet, indulſit publicè in templorum altaribus collocari, & ab orthodoxis debita cum obſeruantia coli; quo ex tempore in Hiſpania ſolemnis reddita eſt ſanctæ effigiei religio, cultuſque propagatus.

Et hæc quidem ad indumenta quod attinet, quibus Chriſtum Dominum ac Seruatorem noſtrum ſtatim in primo ſuo ad montem Caluarium aſcenſu milites exuerunt, eaſdem inter ſe, data ſorte, partituri: quare ad propoſitam quæſtionem reuertamur, num videlicet his omnibus ita nudatus fuerit, vt nulla ſui parte fuerit obtectus? an verò perizomate lineo circa pubem velatus fuerit Crucifixus? Et duas quidem ſententias, graues illas, ſibique contrarias ante attulimus, quarum neutram neque penitus hic abiicere, neque prorſus admittere viſum fuit, ſed viam quandam mediam inſiſtendo, dicere; nudiſſimum quidem Dominum in Crucem actum, quo primæ ſententiæ authores incumbere viſi ſunt, & incredibilis militum tum auaritia, ad quos damnatorum veſtes omnes, velut

Quomodo Chriſtus nudus Crucifixus? vera ſententia.

R.P. *Lyræus de imit.* IESV *patient.*

A lege quadam hereditaria ſpectare ſolebant: tum vero eorundem truculentiſſima petulantia, qui eum ignominioſiſſimè mori deſiderabant, ſatis ſuperque inclinat: mox tamen ſubmiſſo vel à Matre, vel à Veronica, quæ iſti iam officio non malè aſſueuerat, aliaue quapiam muliere, velo ea parte contectum fuiſſe, quam natura tegendam docet, & viri probitas, tum ſibi, tum aliis, ne offendantur, exoptat: quod ſecunda ſententia potenter inuoluit. Sed quomodo per obſtantes militum cateruas eo perrupiſſe is potuit, quiſquis fuerit? antiquus dicet poëta l.3.ode.16.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo.

Hoc itaque viam aperiente, deueniſſe potuit B ad eum, dum crucifigeretur, & linteolum verendis prætendiſſe, vel alia ratione eo penetraſſe, vt ante Veronica ad Chriſtum peruenit, dum crucem portabat, & peplo capitis ſui faciem illius abſterſit, & imaginem linteo impreſſam recepit. Suadent autem mediam hanc ſententiam multa.

Primum figura illa Noëtica cognita omnibus, ſatiſque perſpecta, atque ab Auguſtino & Hieronym. cum Chriſti nuditate collata: dum Patriarcham refert Geneſ.9.21. *Nudatum iacuiſſe in tabernaculo ſuo, atque à filio Cham impudenter irriſum, cui tamen Sem, & Iapheth pallium obtenderunt, & incedentes retrorſum operuerunt verenda patris, facieſque eorum erant auerſæ & Patris virilia,* com-C mendatione ſui maxima, *non viderunt*: quis in matre cariſſima, Ioanne, Magdalena aliiſque eam caritatem probitatemque deſideratam auſit ſuſpicari? hanc ſane certam adeo, ac ſtabilem ſibi præfigere non dubitauit S. Anſelmus de Paſſ. Dom. vt Beatiſſ. Virginem Mariam detracto proprij capitis velamine, ac peplo, hoc ei obſequium ſcripſerit impendiſſe. Accedit B. Vidua Birgitta arcanorum Dei conſcia non ſemel, cui Virgo ipſa Deipara in hunc modum locuta fuiſſe perhibetur: *Filio meo ſtante, ſicut natus erat, nudo corpore, vnus tunc accurrens, apportauit velamen quo ipſe exultans intimè, velabat verenda ſua.* Potuitque illud fuiſſe, quod à Matre acceperat filio deferendum: atque illud creditur, cuius ſupra D memini, dixique in Aquiſgranenſi Eccleſia religioſe ſeruari, de quo in Bauariæ Monte ſancto Andechs non leuis particula cuſtoditur.

S. Birgitta.

Denique propter naturalem hanc honeſtatem, omnes Crucifixi imagines velo præcinctæ pinguntur, non verecundiæ magis, quam veritati ſeruientes, nec illæ dumtaxat, quas exquiſita artis elegantia effinxit, ſed & artis vniuerſæ conditor Deus miraculo produxit, vt patet in Traiectenſi nucea.

Fuerit itaque Dominus ac Saluator noſter veſtibus omnibus ſuis tam lineis, quam laneis ad crucem exutus, mox tamen ad euitandam populi contumeliam, quæ ſanè, non iam paucis, vt

R ad

ad columnam in atrio Præſidis, vbi ſoli milites inueniebantur, ſed loco edito ac patenti eſſe poterat ſcandalo, & damno multis, perizomate lineo circa pubem obtectus, corpore reliquo nudo ad ſupplicium permanente, vnde rigere membra, tremere muſculi, palpitare cor, frigore viſcera peruadenre, prorſus vt ſi non patuiſſet morti aditus per vulnera, potuiſſet frigore vita Chriſti extingui. Nec eſt quod miretur quiſpiam hanc ei caritatem veli, milites non auer iuſſe, cum eundem Pilati iuſſu populo nudum producturi, chlamyde voluerint ante operire, vel auro, vt dixi, potuerint fuiſſe compulſi.

Documentū Primum.

Hunc itaque ſerio, abſoluteque nouus homo imitabitur Primò ad litteram, cum ea tempora ingruent, quibus tyrannorum impudentia nos ea parte affligit, tum conſtanter eam contumeliam ſufferendo, tum diuinæ circa nos prouidentiæ confidendo, in quo nobis non minimo exemplo nuper in Iaponia præluxit P. Marcellus Franciſcus Maſtrillus è Societate Ieſu, fuſo pro Chriſto ſanguine in Iaponia clariſſimus, cum ad ſupplicij locum productus, omnibus exutus veſtibus cœpiſſet candente ferro ad verenda vſtulari: ego quidem, inquiebat, omnia membra mea pœnis pro Chriſti nomine libens addixi, ſed vos oportebat ab indecora iſta, & quam ne in belluas quidem, vel barbari exercent, inhumanitate abſtinere, vti & factum deinceps fuit, eâ in aliud tormentum commutatâ. *Alegambe in vita.*

P. Marcell. Maſtrilli martyrium.

Martyrium P. Ioanois Ogilbei.

Eandem contumeliam dum alius è Societate Ieſu in Scotia, à Caluiniſtis ſuſtinet, non impari conſtantia virtutem ſuam omnibus probauit. Hic fuit P. Ioannes Oghilbeus Scotus, qui dum popularibus ſuis ſtrenuam nauat operam ad ſalutem, à viro nobili, qui per ſimulationem conciliari velle videbatur Eccleſiæ, proditus, tormentis plurimis vexatus eſt, quæ ipſe tanta ſpiritus alacritate, conſtantiaque pertulit, vt antiquorum in eo martyrum robuſtiſſima libertas reuixiſſe videretur. Die quadam cum Glaſguæ coram pſeudo-epiſcopo quaſi dato ſigno vndique in eum pluunt alapæ, capilli è Barba trahuntur, facies vnguibus laceratur, extemplo nudari iubetur, quod ſtatim non ſegniter viri aliquot nebulones ſolutis ligulis fecerunt, & dum induſium eleuant, verecundiâ ad ſe reuerſus innocens Ioannes, impudentiam hominum caſtigat, ſibique patientiæ meritum, quod morte mox inſecuta patuit, accendit. *Relatio martyrij edita Duaci, anno* 1615.

Documentū Secundum.

Secundo ad mores. Si quis ſolis neceſſariis rebus admiſſis, ſe aliis omnibus generosè nudârit, quo, vel Seneca teſte, virum ſe oſtenderit, præclarum, ita namque is ſcribit epiſt. 76. cum voles veram hominis æſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice: ponat patrimonium, ponat honores &c. Et talem mihi quidem repræſento Petrum Alcantaram, verum illum Franciſci Aſſiatis diſcipulum, qui admiranti amico, quod nudus in horto ſederet, vt quam eluerat, tunica ſiccaretur in ſole, reſpondit: ſi qua hîc culpæ pars eſt, eam profecto in Euangelium redundare neceſſe eſt, quippe cuius è conſilio, cum vnicâ tantum mihi tunicâ vtendum eſſe decreuerim, quid facias, ſi dum eam abluere opus eſt, nudus ego relinquor?

Petrus de Alcantara.

Hieron. Æmylian.

Nec minore hic gloriâ claruit Hieronym. Æmylianus Ordinis de Somaſcha Fundator, cui cum ſtetiſſet ſententia nudum Ieſum æmulando ſequi, quod multis fraudi fuiſſe intellexerat, ne hominū commiſerantiū liberalitate, nuditas ſua veſtiretur, diligentiſſime cauit: Eleemoſynas enim ſubmittentibus ſæpe remittebat, ne per rerū neceſſariarum abundantiam rigidus ille ſplēdor nuditatis retunderetur. *Turtura in vita eius.*

S. Carolus Borrom.

Eadem S. Caroli Borromæi gloria fuit, eritque immortalis, de quo clariſſimus Orator *Franciſcus Panigarola* ſic pronunciauit: *Carolo* ex amplis, atque opimis, quæ plurima ante habuerat ſacerdotia, non plus commodi obuenit, quam in canem Domini ex opulentia redundat, cum cibario pane, & frigidâ victitans, in palea, & quidem, cum molliſſimè, obdormiret. O verè hominem nonum, nouo & pleriſque inſucto more triumphantem! hac ingrediendum eſt ad regna graſſantibus, hoc pretio ſtellas emimus, commutatione lucroſiſſimâ lata lex eſt, nullo cuiuſquam priuilegio, vt nemo niſi hâc viâ, de ſe ipſe triumphet.

S. Bernard.

Clarè id, Domino è Crucis cathedra pronunciante, didiciſſe creditus fuit S. Bernardinus, qui cum florente ætate incertus, quam vitæ degendæ rationem capeſſeret, coram Crucifixi effigie Domini voluntatem exquirit, has ab eo voces auribus accepit: *Fili mi, tu me vides hic nudum, & clauis affixum cruci, ſi me diligis, hîc quæres, & inuenies: ſed tu nudus ſis, & crucifixus, vt ego ſum, ſic me facilius inuenies.* Qua voce vocemque comitante inſtinctu commotus, Franciſcum, quē nudum ſequi Chriſtum cognouerat, & ipſe ſequi decreuit. *VVaddingus in Annalib.*

Ioan. Auilæ doctrina.

Idem omnino ſenſus erat magni illius formandis moribus Magiſtri Ioannis Auilæ qui epiſt. 45. ſic loquitur: filius Dei nudus cruci affixus fuit, cum publica perſona fungens, pro ſalute publica generis humani Deo Patri immolaretur? Officium publicum Crux eſt, & quicunque in hanc Crucem aſcendere debet, ſiue eam admittere; neceſſe habet, vt Dei filium imitetur, omni propria affectione ſe exuendo, & amorē plurimorū induendo, qua ratione Crux ſua & ſibi proſit & aliis. Vetus parœmia eſt: *Monje que tiene vn cornado, no vale vn cornado:* nō abſimile de perſona publica pronuntiandum. *Sic Auila.*

Margarita Arboſia.

Intellexerat hoc, & rite expenderat clariſſima æui ſui gemmula Margarita Arboſia, dicta de S. Gertrude ex ordine reformato S. Benedicti, cœnobij vallis gratiæ religioſiſſima fundatrix,

trix,

trix, quæ ipſo die, quo in Abbatiſſam ſacrata fuerat, cubiculum præſidis ingreſſa, ac belluatis tapetiis, auleiſque veſtitum, lecticam vero molli culcita, ſericiſque velis inſtructam intuita, ac cetera veteris hominis immodicâ affluentiâ redundare omnia, poſtulatis illico ſcalis, iiſque ipſa conſcenſis, tapetia omnia depoſuit, ad ſacrarium remiſit, lectiſternia cubili [illegible], & ſtoream ex iuncis laneo cooperculo [illegible]ectam ſuppoſuit; neque ſic muros, ac cubicula denudaſſe contenta, ſeipſam omnigenę denudationis formam probare aggreſſa eſt. Hinc oculos omni ſpecierum pulchritudine, aures vocum atque inſtrumentorum dulcedine, odoratum ſuaui fragrantia, guſtationem ſaporum deliciis, tactũ corporum mollitie, voluntatem verò omni habendi deſiderio, intellectum denique proprio iudicio deſtituere, ac denudare viſa eſt, vt ſic, vel omni leberide nudior, nudum ſponſum ſequi poſſet. Iacobus Farragius in Vita eius. Ita viuitur, vbi Deo ſoli viuitur.

CAPVT QVINTVM.

Ad Crucem ſiſtitur gaudens, regnaturus à ligno Deus.

Noli erubeſcere, vbi humilitas, ibi Maieſtas.

Si ſuſtinebimus & conregnabimus. 2. Timoth. 2. 12. *Tradidit eis illum, vt crucifigeretur.* Ioan. 19. 16.

DEcimus iam à ſententia dies, ex ſenatus conſulto, Tiberio Principe prorogatus ad necem reo vnà cum ſpe ſalutis aut vitæ Chriſto penitus præciſus erat; cum illa ipſa hora, ac puncto temporis eodem, à Iudice ad Crucem ac Caluarium raptus fuit: moram, quam aliàs impietas negauit, aliquatenus hic Pietas dabit, cum antequam execratum vulgo lignum & ominoſum conſcendat, ex qua id materia conſtiterit, quam præ ſe formam tulerit in noſtri hominis gratiam ſciſſitando perſequemur.

Qua forma, qua materia fuerit Crucis Christi

Ac primo quidem ad formam quod attinet, varias illas, multumque inter ſe diuerſas ſuggerẽte diabolo hominum crudelitas, in reorum ludibrium, ac cruciatum inueniſſe formas viſa eſt, quarum quædam ſimplices, quædam vero compoſitæ nominantur. Simplices illas dicimus, quæ antiquitus frequenter in vſu erãt, cum vno ſimplici, humi depacto ligno, homines eidem tum affixi, tum infixi necabantur.

Compoſitas vero nominamus eas, quæ fabrorum manibus conſtruebantur, idque duplici è ligno, vel decuſſato, cum ligna inter ſe obliqu[a]bantur: vel commiſſo, cum vni longo alterum breuius ſupernè & in ipſo capite ex tranſ-

A uerſo committebatur: vel denique immiſſo, ita vt ex primo illo erecto ligno, pars aliqua ſupra tranſuerſum emineret, ea compage, vt quemadmodum commiſſa Crux ternos tantum fines habebat, in hac eſſent quaterni.

Quanam vero ex his ſpecie, formaque prædita fuerit ea, quam Saluator ſibi deſpondit, non vna omnium Doctorum ſententia eſt.

Sunt qui ad formam, atque figuram tau conſtructam omnino fuiſſe contendant, ſecuti in hoc Tertullian. aduerſus Marcion. l. 3. cap. 22. vbi ſic loquitur: *ipſa littera Græcorum Tau, noſtra autem T ſpecies crucis eſt*: quia & hanc S. Hieronymi mentem fuiſſe arbitrantur, qui in cap. 9. Tertullian. S Hieron.

B Ezechielis ſcribens, teſtatur hanc litteram, quæ ipſius etiamnum temporibus apud Samaritanos erat in vſu, crucis formam & ſpeciem præ ſe ferre, priuſquam enim in Babylonicam ſeruitutem captiui Hebræi abducerentur, eiſdem characteribus cum Samaritanis vtebantur, quos ab ipſo Moyſe acceperant, verum poſteaquam reuerſi eſſent, ab Eſdra nouiter inuentis vti cœperunt, vt quemadmodum diſpare cultu à Samaritanis diſſiderent, diſſimilibus quoque in ſcribendo litteris vterentur; apud iſtos itaque vetuſtioribus illis characteribus remanentibus vſque ad S. Hieronymi tempora, potuit vir ſanctus antiquum illud Tau cognoſcere, neque abſque fundamento loco citato ſcribere, idem crucis ſimilitudinem referre.

C Accedunt vetera Ægyptiorum Hieroglyphica, quibus eadem figura non ſemel inuenitur expreſſa: vnde factum non paucos, nec incelebres viros tam firmiter huic opinioni adhæſiſſe, vt nullis ab ea deduci ſe poſſe exiſtiment argumentis, inter quos vnus Ioan. Goropius Becanus lib. 5. Gallicor. hæc ſcribere non dubitauit: *qualis fuerit Crucis forma ipſum Tau demonſtrat, toties in Hieroglyphicis repertũ, vt impudentis pervicaciæ dici debeat, ſi quis de ea amplius dubitârit.* Goropius Becanus.

Alij nihilominus conſtanter volunt Crucem Chriſti non ad formam Tau, ſed quadrata figura, quaternarum ſcilicet extremitatum fuiſſe conſtructam.

D Sed facillimâ hi cum prioribus viâ conuenire poſſe, quam nuper Iuſtus Lipſius vir clariſſ. aperuit, in confeſſo eſt, nimirum ſi titulum, quem Pilatus condidit, ipſi Tau supernè addideris, ligno cuipiam longiori ſuper crucem affixum, vti factum fuiſſe arbitror, vnde Crux ipſa quaternis finibus terminata fuit, idque ex omnium pene DD. Sanctorumque Patrũ ſententia & doctrina, inter quos etiam S. Hieronymus in cap. 15. Marci, ſic loquitur: *Ipſa ſpecies Crucis, quid eſt niſi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulget, Arcton dextra tenet, Auſter in læua conſiſtit, Occidens ſub plantis firmatur.* Iuſtus Lipſius. S. Hieron.

Eandem ſequitur Catholica Eccleſia, quæ nulla alia, præterquam hac vti conſueuit: &

Digitized by Google

recte id quidem, cum enim Dominus Ieſus pro vniuerſi orbis ſalute mori voluerit, vero ſimillimum eſt tale ſibi delegiſſe inſtrumentum, quod extremitatibus ſuis quatuor totidem mūdi plagas referret, atque inſigniora illa, quæ hominibus contulit beneficia ſignaret, vti prudenter admodum notauit Ludolphus à Saxonia Carthuſianus p.2. c.63. his verbis: *In quatuor brachiis Crucis notantur quatuor eiuſdem beneficia, ſignat enim pars ſuperior ianuæ cæleſtis patefactionem: inferior, Auerni deſtructionem; à dextris gratiæ collationem; à ſiniſtris peccatorum remiſſionem.*

Ludolph.

Verum enimuero totam hanc controuerſiam diremiſſe viſus eſt Innocentius PP. III in celeberrima illa, quam ſub initium Concilij Lateranenſis habuit, oratione, vbi ſic loquitur: *T eſt vltima littera Hebraici alphabeti exponens formam crucis, qualis erat, antequam Domino crucifixo Pilatus titulum ſuperponeret:* innuens illam ex eo tempore cœpiſſe quaternis brachijs conſtare.

Innocent. PP.III.

Prætereo S.Irenæum qui lib.2.c.42. Crucem deſcribens, non tantum ait, quadratæ formæ fuiſſe, id eſt quaternis finibus terminatam, verum quinque fines ſeu ſummitates habuiſſe, duas in longitudine, duas in latitudine, & vnam in medio, vbi requieſcat, qui clauis configitur. quod & S.Iuſtinus in dialogo cum Tryphone docuit.

S.Irenæus. S.Iuſtinus.

Item tabulam, quam S. Gregorius Turonenſis de gloria Martyrum cap.6. in medio collocat, ſuper quam plantæ configi ſolebant, vt ille arbitratur, cum enim hæc duo ad eſſentiam Crucis non pertineant nec paſſim ab omnibus admittantur, tutò, vt dixi, à me præteriri poſſe iudicaui, eo ſeruato momento, quo in noſtram ſententiam inclinant, qui namque terminari quinque finibus crucem volunt, quatuor conſulto admittunt.

S.Gregor. Turonenſ.

Ad dimenſionum vero quantitatem quod ſpectat, altitudinem aiunt pedes tenuiſſe quindecim, tranſuerſum verò lignum, octo. Craſſitiem vero tantam fuiſſe, quanta viro iuſti ponderis ſufficiens eſſe poſſet.

Et hactenus de forma, nunc ad materiam accedamus, de qua non minor ſanè controuerſia inter doctos accenſa eſt, dum, & de ligni genere, & eiuſdem ſingularitate, immanè quātum contendant!

Forma Crucis.

Nicolaus Lyranus cum aſſeclis ex vno genere ligni, ſcilicet taxo fabricatam fuiſſe exiſtimat: explicans enim verba hæc Ieremiæ 11. *mittamus lignum in panem eius*, nomine ligni taxum intelligit, per panem, corpus Chriſti, vnde perinde ait, eſſe, dicere; mittamus lignum in panem eius, ac ſi diceretur, affigamus corpus eius, quod ipſe panem vocaturus eſt, venenoſo & execrando taxi ligno.

Nicol. Lyranus. Ieremiæ 11. 19.

Alij perſcrutati fragmenta ligni S. Crucis, quæ Romæ, Traiecti, atque alibi ſeruantur, quercum referre exiſtimarunt, cuiuſmodi ſunt

A S.Cyprianus, ſiue quiſquis fuerit auctor Hymni Paſchalis S.Eucherius in Gen.l.3.c.11. Goropius Becanus Gallicor.lib.5. Alphonſus Ciacconus, Iacobus Boſius, &c.

S.Cyprian. S.Eucher. Goropius. Ciacconus. Boſius.

Tertullianus vero, Ambroſius, & Auguſtinus ex duobus lignis S. Crucem conditam eſſe voluerunt, quorum poſtremus expendens geminam v[illegible] Moyſis percuſſionem, ait: *Gemina percuſſio duo ligna Crucis ſignificat palmam ſc. & oliuam.*

Tertullian. S. Ambroſ. S.Auguſt.

Anaſtaſius Sinaita Patriarcha Antiochenus, cum alijs pluribus ex tribus arboribus confectam voluit cupreſſo, ſcilicet, pinu & cedro.

Anaſtaſ. Sinaita.

S.Ioannes Chryſoſtomus explicans verba hæc

B Iſaiæ 60. *gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo*; quamuis ea primariò de templo Hieroſolymitano intelligenda ſint, Prophetam tamen innuere voluiſſe Crucem ſanctam ex tribus hiſce lignis conſtructam arbitratus eſt.

S.Ioan. Chryſoſt. Iſaiæ 60. 13.

S. Bernardus & gloſſa in Clementinam primam de SS. Trinitate, ex quatuor diuerſis lignis, quæ hoc verſu exprimantur, compaginatam docent: *Ligna Crucis Palma & Cedrus, Cupreſſus, Oliua.*

S.Bernard.

Et cedrum quidem ponunt in ſtipite, palmā in palo per longum, Cupreſſum in ligno tranſ-

C uerſo, Oliuam in tabula ſuper Crucem. Eadem quoque lignorum genera in Chriſti Cruce contemplantur B.Auguſtinus, Albertus Magnus, Ludolphus, Giſlandus, & alij: nec rationis conuenientia deeſt, iis namque quatuor lignis quatuor Crucis virtutes denotari in aperto eſt: Primo, dum prauas fugat cogitationes; quod per cedrū denotatur, cuius odor ſerpētes abigit.

Secundo, quia in tribulatione conſtantiam præbet, & ſignificatur per cupreſſum quæ nullius venti turbine comam amittit.

Tertio quia de hoſte triumphat, ſignificatur id per palmam, qua victores coronabantur.

Quarto, quia pœnitentiæ amaritudinem temperat, ſignatur hoc per Oliuam cuius liquor dolores vulnerum lenit.

D Atque hæc cauſa eſt, cur homo in iis quatuor caſibus Crucis ſigno ſe muniat, vel dum cogitatio turpis ſe ingerit, vel dum aliquod periculum ſubito emergit, vel cum aliquod phantaſma diabolicum noſtris ſenſibus ſe obiicit, vel cum dolus aliquis nos arripit, vel timor inuadit Beda vero in collectaneis, eundem lignorum numerum admittit, ſed Cedrum, Pinum, Cupreſſum ac Buxum nominat.

Robertus Card. Bellarminus l.2. de Imaginib.cap.27. Iuſtus Lipſius de Cruce lib.3. c.13. hæc allegoricè potius atque emblematicè à præfatis auctoribus dicta eſſe volunt, quam verè, vt ex natura, ac proprietate lignorum, quibus Crucem compactam aſſerunt ſimilitudinem virtutum, atque operationum earum deducerent,

ducerent, quas Chriſtus dum penderet in ea beneficus nobis oſtendit: ſcilicet ex quercu fortitudinem, qua inimicum domuit; ex olea miſericordiam, quam moriens exhibuit; ex Cedro odorem ſacrificij, quo ſeipſum pro nobis obtulit Patri, ex Cupreſſo carnis mortificationem, quam noſtri cauſſa ſubiit, ex palma, victoriam, quam reportauit, &c. Neque enim in mentem meam venire vnquam potuit Chriſti hoſtes diligentes, aut curioſos fuiſſe in exquirendis lignis melioribus, aut pretioſis ad compingendam illi Crucem, quam velut infamem atque infeſtam omnes execrabantur. Vnde prudenter S. Gregorius Nyſſenus orat. de baptiſta: *Lignum Crucis omnibus hominibus ſalutare eſt, licet pars ſit, vt audio, arboris vilis, contemptioriſque, quam aliæ multæ ſint.* Atque ita denique ſentiendum arbitror, ex vno aliquo ligni genere obuio, ac vili nobis hactenus incognito Crucem hanc compag-natam fuiſſe, tum ad maiorem Chriſti in ea ſuffigendi contemptum, tum vero ad noui hominis documentum non leue: quod olim interpretari viſus beatæ memoriæ Franciſcus de Sales Epiſcopus & Princeps Gebennenſis, dum interrogatus cur Deus hominibus incognitum eſſe voluerit ligni genus, de quo Crux ſancta compacta fuit, reſpondiſſe fertur, vt promiſcuè omnes, quaſcunque ei bonus Deus immittere voluerit, indifferenter nouus homo acceptet, neque vnquam dicere auſit, Crux hæc, aut illa non placet, nec amari à me poteſt, cum neque ex hoc, neque ex illo ligno fabricata ſit, ideo namque certam eius materiam ignorare nos voluit, vt omnes indiſcriminatim amemus, nec reſpuamus vllam. libr. 5. Vitæ. & libr. 4. epiſtol. 64. de eadem ſcribens materia, ſic loquitur: *Oſculare ſæpius cordis ſuauio cruces quas tuis Deus humeris impoſuit, & noli reſpicere, ſi ſint de ligno pretioſo aut odoro: tunc namque magis Cruces dicendæ ſunt, cum fuerint de ligno vili, fœtido & abiecto.*

S. Nyſſen.

Quænam verior ſententia circa materiam Crucis?

Franciſc. de Sales.

Quid autem Dominus Ieſus hâc visâ, ac proximo apparatu ad ſe recipiendum diſpoſitâ dixerit, feceritúe, etiamſi Euangeliſtæ tacuerint, ſuſpicari pronum arbitror, nec aſſequi difficile aut moleſtum: tantus namque in corde eius erga illam amoris ardor exarſerat, vt iam nec abſcondi poſſet, aut diutius celari, nullum certè crediderim ſponſum tam magno, tamque mirifico amore ſuauiſſimam ſponſam dilexiſſe, quanta hic inductione animi ſui ad amandam Crucem trahi ſe impellique paſſus eſt, quamuis ab ea non aliud exſpectaret dotis patrimonium quam mortem: ſed incredibilis amoris potentia ſuperabat omnia, cuius ignis, quem ipſe venerat mittere in terram, vſque adeo exarſerat, vt totus in flammas verteretur, vnde factum, vt omnia quæ ſibi obijci, quantumuis dura & aſpera à quocunque poſſent, illico in molles cineres redigerentur: Hinc ſicuti ad Paſſionis certami-

Quod Chriſto fuerit viſa Cruce gaudium & exultatio:

R. P. Lyreus de init. IESV patient.

A na canendo ſuauiſſimè acceſſerat, ita nunc magna animi ſui lætitia ſponſus ſanguinum Chriſtus, nuptiali ſibi thalamo in monte Caluariæ delecto, vt Crucem ducat vxorem, ad eam contendit. Et ſanè præfeſtiua cruciarij huius connubij ſponſalia vel iniuerat iam olim, vel iurauerat ſponſulus, cum mundum ingrediens, corpus in ſacrificium aptari, ſibi lætatus Crucem deſtinari, viſus eſt quodammodo patri dicere: *Deus meus volui, & Crucem tuam in medio cordis mei*; Hoc eſt, nihil habet hæc nupta, quo non placeat viro ſuo, & quam poſtmodum deſponſaturus ſum ſanguine, nunc animo gaudens prælibo, non prius in lucem editus, quam datus Cruci.

B Quando iam venit plenitudo temporis inceſſit bonum ſponſum cupido quærendi ſponſam ſuam. Litteris quorundam teſtatum inuenio arborem illam, quæ nobiliſſimo Reginæ Sabæ vaticinio, aptari debebat in Crucem; tranſmittentibus torrentem Cedron diu pontem dediſſe: huc igitur egredi placuit, nec timuit illam in fluuio reperire, quia aquæ multæ non poterant extinguere huius connubij charitatem. Vbi tamen non reperit, progreſſus pauxillum venit in hortum Gethſemani, ibique mœſtus inſpectare cœpit hinc inde, ſi qua forte videret arbuſta, in quibus ſponſæ C genus agnoſceret. Amplectebatur, ac tenebat gramina & plantas, tam intimo cordis ſenſu commotus, vt exclamare liceat, *ſi in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet?* procidebat in faciem ſuam factus in agonia, ſed neſcias bene diſtinguere an mortis, an amoris? Aduentare interim audit cohortem, præeſſe militi Iudam Iſcariothen, optimum nupturientis Crucis paranymphum, quo adeo delectatus eſt nuncio, vt Gerſone teſte, ſanguis primum ſalire, tum verò foras erumpere viſus ſit. O! nuſquam audita patibulandi ſponſi gaudia magis opportuna. Certè ſic rectà itur ad Crucem, cum in itinere offenditur Iudas. Raptant ad Iudices, hoc vno reum, quod deperD eat Crucem. Ergo flagris deſtinatur & ſpinis: accurrunt omnis ordinis efferatiſſimi viri, & voces illas ingeminant, *Crucifige, Crucifige*: ignari quod nuptias inſuſurrant, & voluptuoſa tormenta. Sed bene eſt, decuit antè cruentatum purpuraſcere, vt in nuptiarum die concolor eſſet ſponſæ paludamento ſponſus: decuit præterea ſponſum eam inducere capiti ſuo coronam, quam dono dediſſet ſponſa, & cruciaria ſponſa non auream profecto daret, ſed ſpineam: tali igitur cum eſſet ab inſtructu egregie paratus ſponſus, tempus erat vt è parentis domo abductam acciperet ſibi nuptam ſuam: hoc eſt, vt acceptâ Chriſtus à Synagoga Cruce exeat *baiulans ſibi illam in eum, qui dicitur Caluariæ, locum.*

Luc. 23. 31.

Ioan. Gerſon.

Luc. 23. 21.

Ioan. 19. 17.

Iamque eo deuenerat, quare interea dum A ſponſa in Simonis Cyrenæi humeris ad nuptialem Thalamum præuolat, paſſionis calicem, hoc eſt cruciario dignum ſponſo philtrum degustat, quo afflictus, dicam, an recreatus, poſitis veſtibus in amplexus Crucis aduolauit. Author eſt Robertus Aquinas art. 2. in Paraſceue Christum antequam Cruci affigeretur, iam omnimodis deuelatum Patri cæleſti ſe denuo flexis genibus, oculis ac manibus in cælum elatis, ſimilem in modum obtuliſſe. En, mi Pater, pro humanæ gentis redemptione hoſtiam mori paratiſſimam: fiat voluntas tua. Quo dicto Crucem exoſculans, illi ſe præbuit immolandum. Lignum felix ac fortunatum! in cuius medio Cælum ſe inclinauit terræ, & terra ſe eriget in cæ- B lum, à Deo gloriam accipiet homo, & homini gratiam reſtituet Deus.

Robertus Aquinas.

Sacratum lignum! quod erit Paradiſi gloria, pax mundi, terror inferni, gaudium vniuerſæ terræ.

Crucis encomium.

Lignum antè maledictum in mundo, ſed finis maledictionis mundi.

Inſtrumentum mortis per vitam: ſed machina vitæ per mortem.

Feretrum in quo moritur Deus, ſed cunæ, in quibus vetus debeat homo renaſci. Beata Crux! quæ Deum portabis ſinu tuo, & fortunatiſſimis cornibus ſeu brachiis tuis dominum feres, & conditorem vniuerſi, maieſtate quidem non diuerſa ab ea, quâ pollebat in ſinu Patris æterni, C niſi quod iſtic ſplendorem dignitatis ſuæ, hic vero clementiæ explicârit.

O planta felix! quantum tibi debeat nouus homo! quæ illi Deum ſuum oſtendes vulneribus plenum, & miſericordia profluentem: Regem doloris, ſimul & amoris, morte victum, ſed vitæ munificum largitorem.

Quantum tibi debeat omnis homo ô beatiſſime trunce, qui terminus eris humanæ offenſionis apud Deum, principium diuinæ gratiæ, pacis in terra, belli in hoſtes omnibus quàm feliciſſimè exiſtes.

Ter felix lignum? cui ſors proſperrima obtigit tot, tantarumque rerum mirabilium eſſe in- D ſtrumentum, ſalutis humanæ, Angelicæ reſtaurationis, acquiſitæ gloriæ cæleſtis, ſtragis infernalis.

Ecquænam ſilua tam felix eſſe potuit, tam benigno ſiderum aſpectu commendabilis, quæ te ſinu ſuo, ô planta illuſtris, produxit, de qua factus eſt thronus Domini gloriæ, gaudium cæli & terræ?

Quæ tam beata terra, quæ tua genitrix fuit, ô! cara ſpes Cordium noſtrorum, teque in tantæ excellentiam dignitatis enutriuit.

Quis ille humor fuit, qui ſacratiſſimas radices tuas aluit, & irrigauit teque creſcere fecit, vt columna fieres triumphi Aſſertoris generis humani?

Ex hac hora, hoc temporis momento te video in nobiliſſimorum Equitum pectoribus, Regum maximorum frontibus, ore fidelium, corde Iuſtorum, manibus ſacerdotum præfulgentem.

Iam te video intimis à Dei filio ſtringi amplexibus, baſiari oſculis, dulciſſimis lachrymis irrigari.

Affectus capio tenerrimos in ſuauiſſimos accentus ac ſuſpiria prorumpentes, quibus te filius Dei ſalutat, ac mirifico quodam ſtudio abblanditur: O Crux, inquit, theſaure magne animæ meæ, gaudium viſcerum meorum, quanto ad te tempore anhelaui, quamdiu votis maximis cõcupiui, quanto ſenſu ac deſiderio trium ac triginta annorum ſpatio exſpectaui? beata ac ter beata hora hæc, quà te datum eſt amplexari.

Lignum beatiſſimum! vnum votorum meorum complementum! non te minoris facio throno gloriæ meæ, in hoc adoror ab Angelis, in te & ab Angelis & hominibus dabitur adorari.

Ex te, tuaque humilitate mundum traham ad obſequium meæ ſeruitutis, quod hactenus ex ſolio non feci meæ maieſtatis: hoc probroſa tui præſtabit ignominia, quod hactenus admirabilis mea omnipotentia non effecit. *Hæc ille.*

Exemplum vtique in ingens, quod primus Andreas Chriſti famulus, dignus Dei Apoſtolus altè imbiberat, cum & ipſe adductus in locum martyrij cruce ſua eminus conſpecta, exclamare cœpit: *O bona Crux, quæ decorem ex membris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſolicitè amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando cupienti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit.* O dignum tanto Doctore diſcipulum, tali patre non degenerem filium! dum quam ille nouis hominibus per velamen ſuum initiauit viam, generosè ac conſtanter ingreſſus eſt: verum nequaquam imminuta manus Domini eſt, quæ *ſuſcitat de terra inopem & de ſtercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.* Pſal. 112. 7.

Materialis Crucis amatores varij.

S. Andreas Apoſt.

Pſal. 112. 7.

Vel vna mihi teſtis Iaponia, Paulo Veneto, Zipangri dicta, à mercatoribus Luſitanis circa annum 1543. inuenta, ac primum à S. Franciſco Xauerio anno ſalutis 1549. Chriſtianæ religionis fundamentis imbuta, quam ſpiritus hic vnà cum vitæ nouæ placitis tantopere ſuccendit, vt omnis ſexus, & ætas, caloris huius pleniſſima, in hanc vſque diem feliciter perſeueret. Initium duco à Taicoſama totius Iaponiæ monarcha, cuius grauiſſimis in Chriſtianos edictis factum eſt, vt 26. tum ſacerdotes, quam alij neophyti in carcerem & vincula abriperentur, tres erant inter eos è Societate, ſex ex ordine Minorum religioſi, cæteri Iaponij Chriſtianis ſacris adſcripti, quos cum minis nullis aut promiſſis à Chriſti fide dimouere poſſet, omnes Crucis ſupplicio damnauit, quare cum

Ioannes à Goto, Paulus Michi, Iacobus Giſai Iaponii è Soc. Ieſu.

ad

ad locum in quo ſua cuique Crux parata erat, perueniſſent; mirum dictu, & viſu digniſſimum fuit, quanta celeritate ſe coniecerint in pedes, & obuiam crucibus proceſſerint, quod Prætor conſpicatus, eos nimirum cum tanta hilaritate appropinquare, prorſus obſtupuit, cumque cauſſam coniicere non poſſet, petiit ab aliquo, vnde hæc hilaritas in tam funeſto ſpectaculo? expoſuit ille homini cauſſam, ſed quia non capiebat, quæ ſunt ſpiritus Dei, reſpondit: Cauſſam quidem eſſe optimam, ſe tamen ob eam, hac vice nullam electurum Crucem.

Lodouicus puer Iaponius.

Aderat inter hos pugiles Ludouicus quidam 11 aut 12 annorum puer cui cum alius quidam Chriſtianus acclamaret, breui eum futurum in Paradiſo; digitorum, totiuſque corporis geſtu gaudij pleno, omnium in ſe ſpectantium oculos conuertit, atque illico petiit, quænam ſua Crux eſſet, eaque demonſtrata, magna deuotione & feruore ad eam accurrit. Alij pſalmos & hymnos concinentes; deoque gratias ore mirifico decantantes ad ſupplicium properarunt. Quibus nupertime permotus Vrbanus VIII. Pontifex max. eos BB. Martyrum catalogo adſcripſit.

Ne vero lapſu temporis feruorem hunc remiſiſſe quis autumet, accipe è recẽtiore memoria, anni ſc. 1616. non inferius argumentum:

Dominicus Catzo.

Dominicus erat Catzo è Firoximæ regno oriundus, Iuuenis honeſtis natalibus procreatus, & quod caput eſt, iam Chriſtianus, cœperatque exemplo ſuo antiquioribus prælucere, & quoniam parentem & nouercam ethnicos habebat, multa ab eis prælia paſſus, tertiò, quartòque paterna domo eiectus, tandem ſponte exulare cœpit. Vbi, quod Imperatoris edictis, ſuſcepta lege Chriſtianorum, non obediret, accuſatus, præcipiti conſilio à Dynaſta iubetur, ventrem ſibi, more gentis, lacerare: quod cum ille Chriſtiana lege nefas ſibi eſſe reſponderet, Crucem minatur. Non capiebat ſe præ gaudio Dominicus, cui eadem cum Domino ſorte emori contingeret. Ergo interim dum Crux paratur abducitur in vicinam arci domum, vbi illuſtri conſtantiæ teſtimonio dato, iubetur extemplo in Crucem agi, eo in loco, qui reorum ſupplicijs infamis habetur, ſub vrbem videlicet, ad publicam viam. Ne quid autem eſſet, quod vltra noſter martyr optaret, ſi Chriſto ſimillimus eſſe vellet, totum iter in agendis Deo gratiis exhauſit, quod ſe ad mortem, mortem autem Crucis adduxiſſet. Ventum interea ad montem erat, vbi dum Crucem ſuam humi iacentem conſpexiſſet, in genua ruens, maxima illam religione veneratus eſt, alterum Andream te videre dixiſſes, qui Crucem ſuam amplexus, in ea ſe mori gauderet, magis quam Rex aliquis in regali lecto exſpirare.

Neophytorum feruor.

Alij octo Neophyti ad ignem ac rogum Arimæ damnati, cum ad locum perueniſſent, nihil perturbati, vbi columnas, quibus alligandi erant aſpexerunt, ſinguli ſuam amplexati ſunt, ſi non eiſdem verbis, non abſimili tamen animi ſenſu, quo ſuam Crucem Andreas, ſalutarunt. Cardim. in Faſciculo. Nunquid hic cum S. Bernardo exclamare liceat, *quid ſibi vult hoc, aut vnde tam noua lætitia? Certè & Crux pretioſa eſt, & Crux amari poteſt, & Crux habet exultationem. Ita eſt, Fratres mei, ſi fuerit; qui colligat, ſemper lignum Crucis vitam germinat & fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium gratiarum*; ad cuius odorem etiam feminæ doctæ aſpirare, quas inter vel vnam ex media Iaponia adſcitam religio ſit præterire,

S. Bernard.

Maria Iaponia.

Mariam nomine, quæ cum audiuiſſet Taicoſamiæ funeſta publicari edicta, quibus Chriſtiani omnes tolli de medio iubebantur, nihil turbata, ſed hilari vultu Deo gratias egit, animoque inuicto ſe ad tam illuſtrem coronam comparauit, ac veſtes etiam quaſdam, vna cum filiola adoptiua decenni, nomine Gratia, cui ſeu pia mater, omnia bona optabat, ſepoſuit, quibus decenter indui poſſet, ſi quando agenda eſſet in Crucem. Et certe illa non modo ea in re animi ſui robur demonſtrauit, ſed etiam ſtudioſè procurauit, vt deſiderio effectus reſpõderet: nam Chriſtianis quibuſdam ibi præſentibus dixit hæc verba: *ego ſum parata mori pro ſancta noſtra fide; verum quia femina ſum, quæ à natura timidior eſt, haud ſcio, an animum ſim aſpectu nudæ Crucis abiectura; quare vos obnixè obteſtor, ne lapſum in me talem toleretis, ſed renitentem etiam vi pertrahatis ad carnifices, vt cum reliquis martyr hac vita excedam.* Ioan. Hayus in hiſt. Iapon.

Quibus manifeſta magnæ illius Veritatis euidentia ſatis ſuperque patet: *Crux amata dulceſcit.*

CAPVT SEXTVM.

Chriſtus Ieſus Dei filius tota cute proſciſſus, cunctis artubus luxatus, capite ſentibus horrente latronibus interiectus, Cruci volens committitur, ac diſperſis cum ſolo manibus, immenſæ caritatis orbem amplectitur.

Crucem qui quærit, nec oblatam accipit, non quærit veram Crucem.

Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Gal. 5.

Ibi Crucifixerunt eum; & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. Ioan. 19. 18.

Gal. 5. 24.

IN ſupremo hoc actu, & quaſi capite actionis, quando dignius pertractari à me, quam ſilendo non poteſt, ſuſpendiſſem lubens calamum

meum, ſacros Euangeliſtas imitatus, qui ſummam rei, tanta breuitate perſtrinxerunt, quanta ſat erat ad penitus non tacendum. *Ibi crucifixerunt eum.* Itane, ô Euangeliſtæ, trium horarum tormenta tribus verbis abſoluere ſuſtinetis? vos, qui à Sp. ſancto edocti, atque ab eo ſelecti, qui linguas hominum calamos facit ſcribæ velociter ſcribentis, vt nobis vitæ & Paſſionis Chriſti myſteria explanetis, qui de ancilla, de foco, de gallo, tam copioſè ſcripſiſtis, nouiſſimos, acerbiſſimoſque Saluatoris cruciatus tribus verbis perſtringitis?

Procul dubio vacare non poteſt myſterio, tantæ rei tam breuis ſuccinctaque narratio: ſcilicet nulla lingua edicere, nullus exprimere calamus valeat, tam tragicæ, tam nouæ & inauditæ rei myſterium. B

Verum, cum ad noui hominis inſtitutionem ac diſciplinam, hæc à me ſuſcepta diſputatio ſit, cuius animus quia rudis etiamnum atque inexercitatus eſt, ampliore indiget allocutione: in gratiam eius, atque ſolatium tentare ſtatui quidpiam, & Crucis atrocitatem, & multiplicem pœnarum eius acerbitatem penitus inſpicere, ac pluribus pro modulo meo inueſtigare, vt tanto id intelligat clariùs, quo progreſſi fuerint tam illi ſæuiendo, quorum zelus ſumma erat crudelitas, quam iſte patiendo, cuius opus maxima erat caritas, finis vero noſtra redemptio, & exemplum, quæ propterea pertuliſſe Ieſum credimus, quia eundem credimus fuiſſe C Deum.

S. Auguſt. tract. 36. in Ioan.

Nec enim, vt S. loquitur Auguſtinus, *crucifigi, hoc erat ſimpliciter occidi: ſed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa extendebatur, ne dolor citius finiretur.* Poſtquã igitur ventum eſſet ad Crucem, reorum olim, nunc Iudicis carnificinam, extremum vero amoris eiuſdem documentum, exutis veſtibus, ſpineâ denuò capiti redditâ coronâ, prærupto quaquauerſus corpore, perinde ac fornace flammantis animi, ex quo ſcintillæ quondam, totum nunc erumpat incendium, Cruci pro victima ſacerdos imponitur; vt legalibus hoſtijs ablegatis, idem in lege charitatis, & ſacrificio amoris ſacerdos eſſet, & hoſtia, quam vt certius in mortem impellerent, robuſtiſſimi D adſunt malleatores, qui eam crudeliter ferali ligno committant. Quo autem illi vel modo, vel pacto effectum id dederint, eadem in re, diuerſa loquuntur auctores, in tres ipſi ſententias diuiſi.

Quomodo Crucifixus Dominus? Sententia I.

Prima docet patibulo iam humi depacto geminas ambobus eiuſdem brachiis ſcalas admotas fuiſſe, quarum altera à tergo longior, altera vero, vſque ad medium breuior aſcenſuro in Crucē Domino ſeruiebat, aſcendiſſe verò illum facie ad populum conuerſa, ac mox vnâ manu per carnifices confixâ, alterâque magnis viribus protenſâ ac ſimiliter affixâ, ſubtractis ſcalis, corpus deorſum ſuo pondere procidiſſe, cu- A ius mox pedes violenter producti, ligno quoque & ipſi tanta diſtenſione defixi ſunt, vt vniuerſi corporis compages, pelle nequidquam obſiſtente, conſpicua appareret.

S. Gregor. Cant. 7. 8.

Atque ita ſenſere S. Gregorius Magnus in cap. 7. Cant. explicans verba illa *aſcendam in palmam & apprehendam fructus eius: In cruce ſuſpenſus fructum vitæ apprehendit, iuxta illud; ad prædam fili mi, aſcendiſti.* S. Cyprianus ſerm. de paſſ. *Aſcendiſti Domine palmam, quia Crucis lignum, triumphum de diabolo importabat.*

Geneſ. 49. 9. S. Cyprian.

S. Auguſt.

S. Auguſtinus lib. de fide ad Catechum. *Aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lignum.*

S. Ioann. Chryſoſt.

S. Ioan. Chryſoſt. in 1. ad Corinth. 2. Chriſtus Crucis lignum conſcendit.

S Nyſſen.

B S. Gregorius Nyſſenus in tragœdia.

S. Bernard. S. Bonau.

S. Bernardus, S. Bonauentura, Cardinalis Toletus.

Nonnus Panopol.

Nonnus Panopolitanus vetus Euangelij ſecundum Ioannem interpres: Illic interfectores ad lignum quadrilaterum, ſublime ſuper terram erectum extenderunt Chriſtum &c. Lipſius de Cruce. Molanus de Imag. Ribera in Ioan. Mallonius, &c.

Lipſius. Molanus. Ribera. Mallonius.

II. S. Birgitta.

Aliquantulo diſparilius S. Birgitta, cui Hieroſolymis exiſtenti in ipſa capella montis Caluariæ, ſequentia monſtrata fuerunt, vt ipſa refert lib. 7. c. 15: *Ad montem Caluariæ, dum eſſem mœſtiſſima plorans, vidi Dominum meum nudum, & flagellatum, ductum per Iudæos ad crucifigendum, qui* C *diligenter ab iis cuſtodiebatur. Vidi quoque tunc, foramen quoddam exciſum in monte & crucifixores in circuitu, paratos ad operandum crudelitatem, Dominus autem conuerſus ad me, dixit mihi: attende tu, quia in iſto foramine petræ infixus fuit pes crucis meæ, tempore paſſionis. Et ſtatim vidi qualiter ibi Crux eius à Iudæis figebatur. Firmabatur fortiter in foramine petræ montis, cum lignis confixis, cum malleo validiſſime circumquaque, vt Crux ſolidius ſtaret ne caderet. Cum igitur Crux ita ſolide firmata eſſet, ibidem ſtatim adaptabantur tabulæ ligneæ, in circuitu ſtipitis Crucis, per modum graduum, vſque ad locum vbi pedes eius configi debebant: vt poſſent per illos gradus tabularum, tam ipſe, quam Crucifixores aſcendere, & ſuper tabulas illas, aptiori modo ſtare ad crucifigendum eum, quo facto ſtatim illi crucifixores &* D *milites amouerunt velociter omnes tabulas illas, quæ adhærebant cruci: & tunc remanſit Crux ſola, & alta, & Dominus meus crucifixus in illa.*

III.

Alij vero contra aſſerunt Chriſtum Dominum proſtratum ac ſupinum ſuper Cruce iacentem, eidem affixum fuiſſe, ita vt Crux cum eo poſtea erigi debuerit & attolli.

S. Cyrill. S. Leo. S. Hieron. S. Antonin. S. Anſelm. B. Laurent. Iuſtinian. Alph Toſtatus.

Adſtipulantur huic ſententiæ S. Cyrillus in cap. 27. Matthæi S. Leo. S. Hieronymus. S. Antoninus. S. Anſelmus; B. Laurentius Iuſtinianus, cuius verba ſerm. de Paſſione hæc ſunt: *ibi nudatur veſtibus, ſolo ſupinus extenditur, configitur ſtipiti, in aëra eleuatur*, Alphonſus Toſtatus Abulenſis, & plerique alij, quibus Eccleſia fauere videtur

videtur, dum in Paraſceue Crucem humi poſitam exhibet fidelibus adorandam ſeu oſculandam. Nec ratio deficere videtur, tum quia hic crucifigendi modus facilior & expeditior eſt, tum vero quod perpetua Terræ ſanctæ traditione in Caluariæ monte Crucifixionis locus notatus ſit, triginta quinque pedibus, vt dimenſus hoc ſpatium fuit Chriſtianus Adrichomius, diſtans à loco, vbi Crux rupi infixa fuit, excitato ibidem pulcherrimo ſacello, cuius pauimentum elaborato marmore, opere teſſellato ſtratum eſt, tantaque elegantia reſplendet, vt alius in Terra ſancta locus ei, teſte Franciſco Quareſmio in accuratiſſima ſua hiſtoria, comparari non poſſit: quo veteres illos Chriſto fide, profeſſioneque auctoratos poſteris perſuadere voluiſſe credibile eſt, in eo reparatorem noſtrum pro humana ſalute Cruci affixum fuiſſe, ſicut in hanc vſque horam id omnes ſibi conſtanter perſuadent.

Sunt præterea qui mediam quandam viam ingreſſi tradant manus quidem Chriſti Saluatoris ligno humi iacenti affixas eſſe; pedes vero erecta iam Cruce eidem fuiſſe confixos: quem faciliorem aiunt crucifigendi modum eſſe. Atque ita ſentit Sebaſtianus Baradius tomo 4. lib.7.cap.13. alijque.

V. Denique nonnulli ſunt, quibus antiquum illud in calamo, oreque poſitum eſt *Non liquet*, quo Iudices olim in ampliãda cauſſa vtebantur, cum nondum ſatis vel conuictus eſſet reus ſceleris, vel etiam non planè defenſus. Ita illi, re ſibi non ſatis expedita, necdum habere ſe quidquam de ea conſtitutum arbitrantur, cuiuſmodi ſunt Alphonſus Salmeron, Franciſcus Suarez, Ioannes Lorinus, Cornelius à Lapide, Iacobus Gretſerus, alijque exiſtimantes rem certo non poſſe definiri, cum Scriptura neque de hoc, neque de illo crucifigendi modo aliquod clarè & perſpicuè tradat.

Alph. Salmeron. Franciſc. Suares. Ioan. Lorinus. Corn. à Lapide. Iacob. Gretſerus.

VI. *Et vero ſimilius.*

Si re dubia, fas ſit quidpiam luminis hiſce tenebris fœnerare, eos qui tertiam propugnant ſententiam, ad verum propius accedere iudicârim, tum quia is Terræ ſanctæ communis ac præcipuus ſenſus eſt, tũ quia piorum cogitationibus conuenientior ſententia eſt, tum vero vel maximè, quia longiſſimo vſu ac more cõparatũ erat, vt in erecta, ipſi Crucẽ raperentur, qui ad eum ante iam conſtitutam, quam de ipſorum capite ageretur, eo ſcilicet fine vt ſontibus eſſet terrori, ducebantur; contra verò, qui ſuas ipſorum Cruces ad ſupplicij locum deferrent, eiſdem proſtrati atque ſupini configerentur; cuiuſmodi cum Chriſtus Saluator noſter fuerit, de quo Ioannes cap.19.17. *Et baiulans ſibi Crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum*, iudicatu pronum ac facile, quo modo is fuerit Cruci affixus.

Ioan. 19. 17.

Iacentis itaque in hunc modum ſuper duro Crucis lectulo, ad molles adeo, teneroſque Dei A hominis artus minus idoneo, manus eius, pedeſque nequiſſimi ſatellites illico tenuere, aut funibus Cruci adſtrinxere: ne forte doloris acerbitate, quam vulnera mox illatura erant, corpus diſiiciens fixionem impediret: exinde brachijs vtrimque, nerui inſtar, extenſis, non ad charæ parentis amplexum, ſed ad luctuoſiſſimam mortem palmæ manuum, vel acuto veru ante perforatæ, vt auctor eſt S. Bonauentura, vel ipſis clauis ferreis terebratæ Cruci conſtitutis locis affixæ ſunt; clauis, inquam, per volam manus, vbi viget tactus, adeoque dolor eſt acerrimus, adactis, vti habet communis fidelium ſenſus, firmatque Zacharias c. 13. 6. *quid ſunt plagæ iſtæ, in medio manuum tuarum?*

Quomodo manus Chriſti affixa Cruci.

S. Bonau.

Zach. 13. 6.

B Sunt tamen qui ſentiant Chriſtum Cruci affixum clauis non per volam manuum, ſed per carpum adactis [dicitur autem Carpus, brachij noſtri extremitas, vbi illud iungitur manui, quo loco pulſus eſt] iiſdemque non directè, ſed tranſuerſim tendentibus, vt per carpum in manus penetrarent, illaſque cruci annecterent: quod ita eſſe ex ſindone Taurinenſi non obſcurè colligi volunt, cui inuolutum Chriſti corpus fuit. Cauſſam vero huius modi fuiſſe arbitror, tum vt firmius eum cruci affigerent, tum vt maiori eum dolore afficerent; quo longior enim clauorum per carpum, manumque ductus erat, eo & dolor maior & vulnus productius. A manu dextera, vti cum S. Birgitta Doctores ſentiunt, C initium factum eſt: manum, inquit S. Gregorius Nazianzenus aduerſus manum poſitam arbitror, manum ſc. Chriſti in cruce extenſam contra manum Adami incontinenter extenſam, dum cibum vetitum captat. Ex Ariſtotelis iudicio à dextera incipit motus, & Adamus dexteram primũ arbori applicuit, ideoque Saluatoris dextera primum fuit in clauum induta, exinde læua, de quibus ita Bernardus de Paſſ. & ex eo Ioannes Eckius: manus altera obtuſo clauo, vt grauior eſſet dolor cruci affixa eſt: altera vero, quando iam foramen attingere non poterat, funibus ſic extenſa eſt, vt venæ diſrumperentur. Et Agathæ quidem à D Cruce reuelatum eſt in ſiniſtræ manus fixione, Chriſti brachium, ſcapulas & pectus luxata eſſe. Denique ad pedes deuentum, quos pari crudelitate ac violentia extrahentes nõ ſine maxima neruorum conuulſione Cruci ſimiliter affixerunt. Totum hoc ſibi in monte Caluariæ reuelatum tradit S. Birgitta lib.7. Reuel. cap.15. vbi ſic ait: *Non coactus, ſed ſtatim voluntariè extendit brachium ſuum & aperta ſua dextera manu, poſuit eam in Cruce, quam illi ſæui tortores immaniter crucifixerunt: perforabant eam clauo per eam partem, qua os ſolidius erat: tunc etiam trahentes cum fune vehementer manum eius ſiniſtram, cruci affixerunt eam ſimili modo. Deinde extenſo corpore ſupra modum iunctos pedes affixerunt in Cruce. In tantum autem extenderunt illa glorioſa membra, quod quaſi*

A qua manu du- ctum initium.

omnes

omnes venæ & nerui eius rumperentur. Confirmatur *idem* Pſalmo 21, vbi ex perſona Domini Propheta ſic canit: *foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Vbi notat Genebrardus pro [*dinumerauerunt*] Hebraice legi [*dinumerabo*] id eſt, vt dinumerare poſſim ego, ac quiuis alius me inſpiciens, ideoque noſtrum interpretem vertere *dinumerauerunt*, id eſt dinumerare potuerunt, quia Chriſtus, inquit, hac diſtenſione & diſtractione artuum tantum cruciatũ ſentiebat, vt ipſi non vacaret oſſa ſua dinumerare.

Pſal. 21. 17.

Ioannes Lanſpergius homilia 41 de paſſione Domini, 36 ictibus mallei affixos ligno fuiſſe pedes arbitratur, manus verò ictibus 26.

Interpolatum hunc crucifigendi modum, contra quod Iacobus Gretſerus libr. 1. cap. 21. ſcriptum reliquit, qui probabilius exiſtimat Chriſtum Dominum ſimul manibus pedibuſque cruci affixum fuiſſe, firmare videntur quæ S. Franciſco in impreſſione ſuorum ſtigmatum accidiſſe leguntur, etenim vt in ipſis ſtigmatibus Chriſto ſimilis fuit, ita & in illorum receptione, eundem imitatum eſſe licet arbitrari, illa ſucceſſiue & interpolatis vicibus in manibus, pedibus, ac latere recipiendo. Rei ſeriem Leo, Ruffinus & Angelus S. Patris ſocij teſtati ſunt, vt patet ex Chronico, Conformitat. aliiſque ſacri ordinis inſtrumentis, quæ vel ab eis, qui rem tum oculis, tum auribus acceperant, confecta ſunt, cuius ſumma, ac ſynopſis hæc eſto: Cum B. Franciſcus in latere montis Aluernæ, quadrageſimam B. Michaelis Archangeli ieiunaret, quodam mane dum ibi oraret, miram Dei dulcedinem abundantius ſolito cœpit ſentire, viditque de cælorum ſublimitate deſcendere ad ſe Seraph, ignitas & ſplendidas alas habentem, montemque penitus inflammari.

Modus impreſſionis ſtigmatum S. Franciſci.

Appropinquante autem illo, vidit inter alas Chriſtum Ieſum Crucifixum, cuius hæc ad ſe verba ferebantur: Para te Franciſce, faciam enim in te mirabilia hodie. Et ille, tu ſcis Domine, quia paratus ſum ad omnia mandata tua. Tunc Chriſtus extendit manum ſuam dexteram ſuper B. Franciſci manum dexteram, ad cuius contactum Franciſcus vulneratus in manu, doloroſa voce exclamauit: O Domine Ieſu, & cecidit in terram, reſpiciens Chriſtum. Cui ſtupenti, ait: ſurge Franciſce, extende aliam manum, & fecit conſimili modo in ſiniſtra manu eius, & iterato ille cecidit. Ad quem Dominus iterum ait: ſurge Franciſce, ſurge, & para te. At ille: Domine mi, paratus ſum: & Dominus poſuit pedes ſuos ſuper pedes Franciſci, & ille plagatus repente clamauit, & cecidit in terram. Tandem dixit ei iterum Dominus: Franciſce ſurge, ſurge, vt perficiam in te, quæ diſpoſui mirabilia. Frãciſcus ait: Domine quis poterit ſuſtinere tales dolores? cui Dominus: quid tu feciſſes, ſi verbera, aculeos, ſpinas, punctiones, alapas, A ſputa, aliaſque pœnas, quas ego pro hominibus ſuſtinui, excepiſſes? Surgens tunc Franciſcus ait: quid iubes, mi Domine. Paratus ſum. Tunc Chriſtus amplexans eum, latus ſuum iunxit lateri beati Franciſci, & ſtatim impreſſit plagam lateralem.

Tunc Franciſcus exclamauit: ô pie Ieſu; ceciditque in terram quaſi mortuus, & Chriſtus in cælum diſparuit.

B. autem Franciſcus iacuit in terra vſque ad horam nonam. Tunc frater Leo ſuperueniens, videnſque eum proſtratum, leuauit è terra. Hæc è veteri legenda trium Sociorum B. Franciſci. Vnde ſic arguo: ſi iuxta S. Athanaſium, non variat impreſſa Imago ab imprimente ſignaculo, B ſed incommutabilis perſeuerat iuxta ſculpturam annuli: & Franciſcus diuini ſignaculi expreſſiſſima Imago, ordinatè & interpoſito tempore, primum in manu dextera, deinde in ſiniſtra, &c. vulneratus fuit, ergo & Chriſtus ſacratiſſima ſua vulnera primum in dextera, deinde in ſiniſtra manu, mox in pedibus, ac tandem, vt poſtea dicetur, in pectore excepit.

Quanta vero fuerit doloris huius acerbitas, quam in hac manuum pedumque ſuorum extenſione & confixione Chriſtus ſuſtinuit, ex eo potiſſimum colligit S. Thomas de Aquino in 3. p. q. 46. a. 6. quod in neruoſis locis facta fuiſſe dignoſcitur: ibi enim cruciatuum ſenſus adeo vehemens eſſe conſueuit, vt multis ſpaſmum, C aliis animi deliquium, nonnullis mentis abalienationem inducat: certe B. Birgitta illa Sueuici cæli laus magna ac gloria, inter cetera, quæ cælitus ſibi nuntiata aſſeruit, Cruciatum illum, quẽ in extenſione hac corporis ſui Chriſtus Dei filius ſuſtinuit, tantum ac tam grauem fuiſſe teſtata eſt, vt omnium atrociſſimus totius anteactæ paſſionis fuiſſe cenſendus ſit. lib. 1. cap. 10. lib. 4. c. 70. lib. 7. c. 15.

Quantus Chriſti dolor ex extenſione manuum ac pedum fuerit.

S. Thomas de Aq.

B. Birgitta.

Quin & S. Catharinam vulgo Senenſem dictam aſſerere ſolitam author eſt Ambroſius Catharinus lib. 2. vitæ, cap. 29. maximum dolorem, quem Chriſtus ſenſit in Cruce fuiſſe in pe- D ctore, ſcilicet dum violenter extenderetur, atque ex conſequente oſſa pectoris per vim diſiungerentur, idque ſe experientia didiciſſe, cum à Chriſto omnium eius dolorum facta particeps fuit.

S. Catharina Senẽſis.

Et ratio fauet: illa namque pectoris repagula, oſſaque homini data ſunt ad cordis ſui defenſionem, atque inde fit, vt dolor maximus oriatur, quotieſcunque illa contigerit luxari.

Ceterum quæ non minima nec leuis hîc Controuerſia oriri ſolet, de pedum Saluatoris noſtri in hac Crucifixione poſitu ac ſitu, nequaquam ſub ſilentio à nobis prætereunda videtur: & Primo quidem, ſi ad S. Birgittæ reuelationes litem hanc decidere volumus, dubitationem, quam res babet minimè expeditam, implicatam magis ac magis offendemus, neque enim

Quis pedum Chriſti in Crucifixione ſitus?

Sententia S. Birgittæ.

enim ipſa hîc vna eſt, aut certè non vno verbo rem vnam explicare videtur, nam lib.1.cap.10. ſic habet: *dexterum pedem crucifixerunt, & ſuper hunc ſiniſtrum duobus clauis*. Et lib.4. cap.70. *pedes ſimiliter ad foramina diſtenduntur, cancellatique, & quaſi infrà à tibiis diſiuncti configuntur.*

Lansbergii & Mallonii horum verborum interpretatio.

Quæ verba Ioannes Lansbergius, Daniel Mallonius, aliique in hunc modum interpretantur, vt clauus vnus pedis dexteri pedion penetrarit, ſiniſter deinde dextero cancellatim ſuper impoſitus, & ita verſus talum cum illo Crucem formauerit, atque hoc modo clauus alter pedem dexterum ne læſerit quidem.

Corn. Curtii interpretatio.

Cornelius vero Curtius vir ex S. Auguſtini familia religionis ac doctrinæ dotibus æſtimãdus Codicem Farneſianũ MS. ſecutus, ac multo aliter præfata verba legens, videlicet: dexterum pedem crucifixerunt, & inſuper ſiniſtrum duobus clauis, id quod priores de Crucis forma, quam figuraſſe volebant pedes in ipſa Crucifixione cancellatos, ad tibias non improbabiliter transfert, ipſam alibi magiſtram Birgittam ſequens, quæ lib.7.cap.15. ſic loquitur: deinde extenſo corpore vltra modum in Cruce poſita fuit vna tibia eius ſuper aliam, & ſic iunctos [attiguos, non ſibi inuicem incumbentes] pedes affixerunt Cruci.

S. Gregorii Turonenſis ſententia.

Alij nihilominus, ac fortaſſe probabilius, inter quos eminet S. Gregorius Turonenſis Antiſtes, conſiderantes recto ſtipin Cruciarij pedes affigi non poſſe, niſi genua protenſa non parum protuberent [impediunt enim calces, ne corpus rectè protendatur] exiſtimant idcirco, aſſerculum quendam pedibus fuiſſe ſuppoſitum, quem ex Tertulliani lib.3. ad nationes, hactenus incognito atque inedito, ſoliſtaticulum appellant, in quo ſolo ſtabat Cruciarius, vt nuper voluiſſe viſus eſt vir clariſſimus Ioannes Wouerius, ciuis meus, quod licet non exiſtimem ita ſe habuiſſe, nam præterquam quod delicatior hæc fabrica ſit, vt eruditiſſimus vir Iuſtus Lipſius lib.2. de Cruce, cap.10. loquitur, & ſuſpenſum non ſtantem in Cruce Chriſtum ſcriptura agnoſcat, facilè tamen ſuſpices aliquid in Cruce, vel eleuatum, vel excauatum eo loci fuiſſe, vt calcibus introcedentibus, pedes rectà extenti, non decuſſati potuerint crucifigi, extenſum enim, non flexis poplitibus incuruum Dominum pependiſſe omnes Eccleſiaſtici ſcriptores volunt, vt clarè admodum patet, ex ea imagine quæ in Monte ſancto Bauariæ religioſè colitur, diciturque ea eſſe, quam Carolo Magno cæleſtis Genius attulit, & ſuis, in manus pij Cæſaris tradidit, cuius deinde auſpiciis Pipinus filius, & Comes poſtea Ratho lætiſſima de infidelibus trophæa retulerunt.

Ioan. VVouerius.

Iuſtus Lipſius l.2. de Cruce c. 10.

Erectio Crucis.

Ad hunc igitur ritum Chriſto Cruci ſuffixo, reſtabat illa in ſublime erigenda, atque in præparatum ſibi ſcrobem demittenda: aberat ille à loco Crucifixionis, vt diximus pedes 35. iſtuc
A itaque connitentibus militum humeris raptanda, atque inferiore ſui parte defigenda erat: cum enim locus ille noxiorum ſuppliciis deputatus eſſet, plurima eiuſmodi foramina excauata iſtic in rupe viſebantur.

Quanto autem cum ludibrio, quot ſannis atque cachinnis Crucem eleuarint, quanto cum impetu in deſtinatam foueam deuoluerint, quis hiatus plagarum, dum militum lacertis quaquauerſus agitata Crux conſtabilitur, quis explicet? à vero nequaquam aliena fuit eius ratiocinatio, qui impetuoſa illa quaſſatione, poſt manuum, pedumque immani quodam hiatu dilatata vulnera, membrorum omnium conuulſionem, ac viſcerum concuſſionem ſecutam fuiſſe velit, vt
B ipſa iam Crux, tamquam altera vitæ arbor in medio paradiſi, ſalutem & vitam operari inciperet in medio terræ, vnde ſanguineus per manuum, pedumque vulnera deriuetur in quatuor diductus capita fluuius, vt quæcunque cæleſtium imbrium inductionibus terra fæcunditatem acceperit, fiat cultore nouo Adamo, paradiſus voluptatis. Ad ſitum vero pendentis in Cruce Domini quod attinet, author eſt S. Ioannes Damaſcenus lib.4. de fide orthodoxa ca.13. Dominum, cum in Cruce penderet, ad occaſum proſpexiſſe. S. Germanus verò Conſtantinopolitanus Patriarcha in theorem. rerum Eccleſ. Chriſtus, inquit, Cruci affixus ad Occidentem erat intuens, eius vero venerandarum ma-
C nuum altera in meridiem, altera in Septentrionem erat extenſa, habens Ieruſalem non à tergo, ſed à ſiniſtris: vnde factum vt Chriſtiani ex ſacra Apoſtolorum inſtitutione orent ad Orientem, quaſi Chriſti crucifixi faciem intuentes: hinc & templa eorum reſpiciunt orientem, in quibus Chriſti crucifixi imago proſpicit Occidentem, quam qui adorent, neceſſariò ſpectant Orientem.

Quis ſitus Crucifixi
S. Ioan. Damaſc. l.4. de fid.
S. German.

Quis autem hîc tibi, ô ſalutis noſtræ ſponſor, atque obſes Deus, quis ſenſus, quæ cogitatio ſuberat, cum ſublata trabe in ſublime ferebaris, in publicum tuæ nuditatis ſpectaculum & in probroſum latrocinij teſtimonium? quam vehemens omnium ſuccuſſus membrorum? quæ di-
D laceratio cutis ex aſperæ trabis illiſu? qui dolores, qui cruciatus? dum tamquam perurgente prælo ita comprimeris, vt cruor omnis è venis moleſto ſenſu diſtillet, atque effluat, & innixus manuum, pedumque vulneribus, vbi conquieſcas non habes, niſi vel recumbas in vepres, vel in vulnera incumbas.

Sed quænam fuiſſe illa potuit cauſſa, quæ te potius in Crucem, quam in rogum, laqueum, feras, aut gladium impulit humano generi redimendo?

Quare ſupplicium Crucis elegerit Chriſtus.

Nulla mihi vnquam æterni Patris tui lecta diphthera eſt, quod tamẽ à magnis ac ſapiẽtibus amicis tuis accepi, quibus arcana cõſilij tui patefacere cælitus voluiſti, nouo homini nõ celabo.

Prima

Digitized by Google

A Prima itaque, ac litteralis cauſſa fuit odium Iudæorum, quo nomen eius ac ſectam perſequentes, morte eum turpiſſima ac maximè infami de medio tollere laborabant, qualis cum mors crucis foret, crimen ei affectati regni ac rebellionis in Cæſarem impegerunt, quod crucis ſupplicio luere ſolebant.

Addo videri Iudæos pœnam illam Barabbæ, velut ſeditioſo debitam voluiſſe in Chriſtum transferre, quod verba illa, clamoreſque contra Chriſtum editi, *Crucifige eum*, ſatis teſtantur.

Altera, Dei Patris arbitrium, quo voluit per Crucis ſtultitiam ſaluos facere credentes. *Crux* enim, vt loquitur Apoſtolus 1. Corinth. 2. *Iudæis eſt ſcandalum, gentibus ſtultitia, ipſis autem vocatis & electis Dei virtus, & ſapientia.*

1. Cor. 2.

B Tertia, vt ſicut Adam, atque Eua peccarunt extenſione manuum ad arborem ſcientiæ boni ac mali; ſic Chriſtus peccatum hoc lueret extendendo manus ad lignum Crucis. Ita S. Auguſtin. in ap. diuerſ. ſer 4. S. Gregor. Nazianz. in orat. de ſeipſo ad Arrianos S. Ambroſius in 4. ca. Lucæ.

S. Nazianz.
S. Ambroſ.

Quarta, vt pendens in aëre cælum inter & terram, cælites terrenis conciliaret. Ita S. Ambroſ. in cap. 23. Lucæ. Cyprian. de paſſ.

S. Cyprian.

Quinta, vt copioſa apud eum foret redemptio. Cum enim in Cruce omnia pœnarum genera concurrant, illam complecti voluit, vt non vni, ſed omni modo ſuccurriſſe videretur, ac tale martyribus exemplum poneret, quo nulla ſui nomine tormenta, certamina nulla formidarent. Crux enim manus, pedeſque ſecat, vt gladius: corpus diſtendit, vt equuleus: lacerat, vt vngula: laniat, vt beſtia: vrit, cruciatque vt focus; vnde bene Laurentius Iuſtinianus libr. de triumph. Chriſti agone cap. 19. In Stephano lapidabatur, in Laurentio aſſabatur, ſicque in ſingulis ſingula Martyrum, ceterorumque iuſtorum ſuſtinebat tormenta.

C Sexta. Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, vti canit Eccleſia.

Septima. Vt cælum inter & terram mortem obiens, aërem teſte S. Hieronymo à dæmonibus purgaret, qui à SS. PP. vocantur aëreæ poteſtates.

D Octau. Quia in Cruce Chriſtianæ perfectionis formula traditur: profunditas in fide, in longitudine perſeuerantia, altitudo in ſpe, in latitudine charitas deſignatur.

Nona. Vt certam nobis obtinendæ veniæ ſpem offerret, dum caput hîc proclinat ad oſculum, brachia ad amplexum, manus aperit ad largiendum, cor aperit ad diligendum, pedes affixos habet ad exſpectandum.

Dec. Vt *exaltatus à terra traheret omnia, vel omnes*, vt legit S. Chriſoſtomus, *ad ſeipſum*.

Ad tempus & horam, qua crucifixus eſt venio, hanc quaſi ſextam Ioannes, tertiam verò Marcus aſſignat, neque tamē ſibi contradicunt.

A S. Hieronym. in pſal. 77. mendum hic librariorum agnoſcit; quo apud S. Marcum, loco horæ ſextæ, ſcripta ſit tertia, vti & Theophylactus errorem hunc irrepſiſſe in Euangelium S. Ioannis exiſtimat, vbi pro hora tertia, ſcripta ſit ſexta. S. Auguſtinus tract. 17. Euthymius in pſal. 63. alijque varias comminiſcuntur explicationes, difficiles & obſcuras. Melius noſtrates Theologi has horas non eas, in quas dies diſtribui ſolet interpretati, ſed in quas oratio diuidi ſolebat, quæ in partes quatuor diſtinguebatur apud Hebræos, ſc. in horam primam, tertiam, ſextam, & nonam, quarum ſingulæ ternas noſtras continebant, cum igitur Ioannes horam quaſi ſextam dicit, horam à ſuo principio deB ſcribit, Marcus vero horam tertiam ſignans, eam à fine computat, quod eodem recidit: nec immeritò Euangeliſtæ vtuntur horis orationis, cum materiam ſacram pertractant. Erat itaque hora tertia non incipiens, ſed finiens, finis autem horæ tertiæ erat initium ſextæ, quo Dominus in Crucem ſublatus fuit.

Crucifixionis tempus & hora.

Nec comitatu, qui aliàs honeſtus, hîc verò turpiſſimus, caruiſſe viſus fuit: dum manibus traiectis ac pedibus, trabalibus clauis in ſublime attollitur, atque inter ſicarios medius, in edito, tamquam in miſeri regni ſolio collocatur. Ita namque Ioannes c. 19. 18. *ibi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum*: & alio quidem ac diuerſo Iudæorum, alio C autem Dei Chriſtique conſilio: Iudæorum, vt oſtenderent Chriſtum velut facinoroſorū caput & anteſignanum eſſe; ſolent enim latronum duces cum ſociis comprehenſi in medio eorū, & ſublimiori quidem loco ſuſpendi: Dei vero ac Chriſti conſilio, *vt etiam in ipſa patibuli ſpecie*, vt ait S. Leo ſerm. 4. de paſſ. *monſtraretur illa, quæ in iudicio ipſius omnium hominum facienda diſcretio eſt, cum & ſaluandorum figuram fides credentis latronis exprimeret, & damnandorum formam blaſphemantis impietas prænotaret.* Nam Chriſtus filius Dei Cruci, quam etiam ipſe geſtauerat, affixus eſt, duobus latronibus, vno ad dexteram ipſius, alio ad ſiniſtram ſimiliter crucifixis.

Crucifixi Comitatus.

Ioan. 19. 18.

In eandē ſententiam S. Auguſtinus tract. 31. D in Ioan. Ipſa Crux, ſi attendas tribunal fuit, in medio enim Iudice conſtituto, vnus latro qui credidit, liberatur: alter qui inſultauit, damnatus eſt. Iam ſignificabat quod facturus eſt de viuis & mortuis, alios poſiturus ad dextram, alios ad ſiniſtram.

S. Auguſt.

Quibus verbis & S. Leo & S. Auguſtinus ſignificant latronem bonum à dextris Ieſu, malum à ſiniſtris pependiſſe. Quod omnes eccleſiaſticæ picturæ confirmant, probatque communis fidelium ſenſus: vt proinde meritò reiicienda ſit opinio Hadriani Iunij exiſtimantis bonum latronem à ſiniſtra, malum vero à dextera manu Chriſti ſuffixum fuiſſe, vt in anaſtauroſi ſua non ſatis conſideratè ſcripſit.

Had. Iunius.

Pepen-

Digitized by Google

Pependêre igitur, quo dixi, ſitu cum Domino prædicti latrones, Diſmas & Giſmas, vt aiunt nuncupati, eodem modo, nempe clauis confixi, licet vulgus & pictores contra nitantur. Firmatur autem prior aſſertio, tum ex hiſtoria inuentæ Crucis, quæ reliquas duas etiam clauorum veſtigiis inſignes refert, vt hinc dignoſci non potuerit: Tum vero SS.PP. teſtimoniis,

S.Auguſt. Auguſtini ſer.130, vbi de bono latrone ſic loquitur: *in ſemetipſo erat clauis confixus, nec faucium intellectum, neque confixum ſenſum habebat.*

S.Chryſoſt. Item S.Ioan. Chryſoſtomi hom. de Cruce & latrone: *quod mente ſana vigilabat clauorum confixione conſtrictus, quis poterit non admirari?*

S.Gregor. Similia habet S.Gregorius, aliique: inſam vero hîc aberrandi notauit Alphonſus Toſtatus Abulenſium Præſul parad.3. c.44. indiſcretam ſcilicet quorundam deuotionem, qui vt grauitatem Dominicæ Paſſionis magis attolleret, Dominum clauis fixum, latrones vero ſolis reſtibus adſtrictos commenti ſunt. Verum, quomodò hi cum ſcriptura conueniant, non ſatis intelligo, quæ vbi de latronibus loquitur, eodem crucifigendi vocabulo vtitur, quo vſa eſt, loquens de Saluatore. His igitur modo, tempore, loco ac ſociis exaltato per Crucem Domino, audeat nouus homo Eccleſiaſticæ dictionis Tullium, rationum fidei Ariſtotelem, auctoritatis Apoſtolicæ Petrum, Magnum, inquam,

S.Leo. Leonem ſerm.8. de paſſ. loquentem, *non illa carnium ſpecies aſpectui mentis occurrat, quæ fuit in oculis*

Deut.28. *impiorum, quibus per Moyſem dictum eſt, & erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte. iſti enim nihil in crucifixo Domino præter facinus ſuum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera iuſtificatur, ſed quo conſcientia iniqua torquetur. Noſter vero intellectus, quem ſpiritus veritatis illuminat, gloriam Crucis cælo, terraque radiantem puro ac libero corde ſuſpiciat, & interiore acie videat, quale ſit, quod Dominus, cum de paſſionis ſuæ loqueretur propinquitate, dixit: venit hora vt clarificetur filius hominis, clarificatur verò ſuſpenſus in Cruce, cuius claritudine omnes electi clarificabuntur, dum rerum olim male geſtarum ducti pænitentia, affectuque in Deum vehementiore concitati, extra hominem veterem egredientes, viſionem hanc magnam flammis pænarum ardentem nudis ab omni mortali affectione pedibus, magno imitandi eius deſiderio intuebuntur, nihil magis habentes in votis, quam Chriſto regnanti à ligno ſic poſſe ſociari.* Hæc vera ſapientia, hæc caſta re-

S.Bonau. ligio eſt, ad quam Seraphicus olim Bonauentura tantis impendijs anhelabat, dicens! *O bone Ieſu nihil aliud peto in hac vita, niſi vt ſim tecum perfecte crucifixus in Cruce: non peto pulchritudinem Cæli, ſed turpitudinem tuam: non peto gaudia, ſed vulnera: intrent tua vulnera in cor meum, intret cor meum in vulnera tua, vt ſigillum & ſigillatum.*

Et reapſe hic quidem præiuiſſe omnibus viſa eſt Virgo mater, de qua ſic Euangeliſta

Ioan.19.25. Ioan. cap.19. *ſtabat autem iuxta Crucem Ieſu Ma-*

A *ter eius;* non vtique ſpectatrix otioſa, vel præfica inanis ad luctum; ſed ſocia in pænam fidelis: quo refero elegantiſſima verba Guilielmi Pariſienſis ad illum locum Cant.7. *Statura tua* Cant.7.7. *aſſimilata eſt palmæ. Per palmam*, inquit, *qua manus victoris antiquo ritu ornatur, inſigne illud ac victorioſum Crucis lignum notatur: Cui nimirum Euangeliſta ſtaturam piæ matris aſſimilatam inſinuans, ait: ſtabat illa iuxta Crucem ſui Ieſu, atque ea ipſa ſibimet quodammodo Crux erat.* Vnde D. *Epiphanius* in ſerm. de laudib. Virg. illam *Cruciformem* appellat, id eſt, in eadem cum Chriſto Cruce confixam: vnde lucem fænero Seraphico *Bonauentura*, cum dixit: *Virginem hic maiorem ſuſtinuiſſe dolorem, quam Saluatorem ipſum, non in vniuerſum*

Guiliel. Pariſienſ.

Virgo Mater iuxta Crucem.

S.Epiphan.

S.Bonau.

B *collato dolore Virginis, cum omnibus doloribus Chriſti, etiã internis, ſed ſolũ ſi externi Chriſti dolores, cũ doloribus internis Mariæ conferantur;* cum enim maior ſit animi, quam corporis cruciatus, patet virginem ex eo capite grauius, & acerbius, quam filium doluiſſe. Quo ſpectant quæ de crucifixione matris in eadem cruce cum filio, piè admodum diſputauit Arnoldus Abbas in Deiparæ laudatione: & S.Bernard. ſermone in ſignum magnum. Nam ſicut iuxta Originem homil.8. Origenes. in Ioſue, eidem ligno, cui Chriſtus affixus fuit, Satanas quoque confixus eſt; ita & B. Virgo in eodem quo Chriſtus ligno, præ amoris in filium magnitudine, confixa fuit; vt meritò à S. Epiphanio Cruciformis potuerit appellari; vn-

C de mira quædam affinitas & proportio inter ſanctiſſimam Dei Genitricem, & Crucem Domini pridem exorta, magnopere firmari cœpta eſt; quam proinde vetus quidam auctor apud Clythouæum lib.4. elucidat. Eccleſiaſt. piiſſimo quodam rythmo expreſſit: quare, cum is paſſim obuius non ſit, adſcribendum hîc iudicaui:

Lignum vitæ quærimus
Qui vitam amiſimus,
Fructu ligni vetiti;
Nec inuentum nouerit,
Qui fructum non viderit
Adhærentem ſtipiti.
Fructus per quem viuitur
Pendet ſicut creditur,
D *Virginis ad vbera:*
Et ad Crucem iterum
Inter viros ſcelerum
Paſſus quinque vulnera.
Hic virgo puerpera,
Hic Crux ſalutifera,
Ambo ligna myſtica:
Hæc hyſſopus humilis,
Illa cedrus nobilis,
Vtraque viuifica.
Poſitus in medio
Quo me vertam neſcio,
In hoc dulci dubio
Dulcis eſt collatio.
Hic complexus brachiis

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

Modis vagit placidis:
Hic extendit brachia
Complexurus omnia.
Charum mater tenerè
Nouit hic tenere;
Charitas ſub latere
Neſcit hic latere.
Hic adhærens pectori
Paſcitur ab vbere,
Hic affixus arbori
Paſcit nos ex vulnere.
Crux miniſtrat pabula
Fructu nos reficiens:
Mater eſt præambula
Fructum nobis nutriens;
Crux in loco paſcua
Paſcit nos præcipuè;
Sed virgo præcipua
Paſcit ipſa paſcua.
Tandem ad hoc trahitur
Finalis ſententia,
Quod nemo conſequitur
Vnam ſine alia.
Qui Crucem elegerit,
Nec ſic matrem deſerit:
Cum ad Crucem venerit
Matrem ibi poterit
Stantem inuenire.
Nec qui matrem eligit
Crucem prorſus abigit,
Si modum intelligis,
Quo per matrem contigit
Gladium tranſire.
Ergo qui vtramlibet
Optat, illam adeat,
Ex quo nil prohibeat
Quin vtrâque gaudeat.
Fili matris vnite,
Matris Crucifixe,
Nos de Cruce reſpice
Fili Crucifixe.
Fructus ô! viuifice
Fructus ligni vitæ
Nos te ipſo refice,
Et da ſequi ritè.

Egredere proinde, egredere, quiſquis vitæ D nouitatem deamas, innouande homo, egredere de ſenſu carnis ad intellectum mentis, de ſeruitute carnalis concupiſcentiæ ad libertatem ſpiritualis intelligentiæ: egredere de terra, de cognatione, de domo patris tui & vide Regem in ſolio, in diademate ſuo, quo coronauit eum, non iam mater, ſed nouerca ſua, & licet regnũ eius non ſit de hoc mundo, tamen Rex eſt etiam in hoc mundo, ſed Rex dolorum, Princeps ærumnarum, cuius principatus ſuper humerum eius, dum Cruci affixus ſalutem nobis, in ea peperit & exemplum propoſuit ad imitandum quod ſpectaculum Iudæorum natio videre noluit in prætorio, id voluit Deus à A cunctis mortalibus in Caluariæ iugo, maiore theatro, luce palam, celſo pegmate pendens religiosè, diligenterque ſpectari. Huc tibi ſpeciatim, homo noue, cundum eſt, & ſi noui Regis ſceptrum Crux eſt, deoſculare ſummitatem eius, vt mortis reus ſigno clementiæ accepto, vitæ meliori reſtituare: ſi vitæ arbor eſt, aſcende in palmam & apprehende fructum eius: exaltatus in illam à terra ſerpens nouus inuitat te, vt arbor hæc vitæ, aſpera licet intuentibus, reſarciat imitantibus, quidquid antiqui ſerpentis inuitatu, lignum ſcientiæ pulchrum viſu, aſpectuque delectabile attulit detrimenti, ne cum illo dicere aliquando compellaris: Infelix ego qui venenatum inimicæ arboris guſtum, nec- S.Paulin.
B dum Crucis ligno digeſſi, durat enim adhuc illud ab Adam paternum virus, quę vniuerſitatem generis ſui pater præuaricator infecit. S. Paulinus epiſt.3. Et antidotum quidem, ſi quæras, Crux Chriſti ſuppeditat, de quo S. Am- S.Ambroſ. broſius præfat. in pſal.35. Talis namque Crux Chriſti eſt, ex qua ſi vel pomum vnum ſyncerę abnegationis decerpſeris certiſſime in perpetuum viuas, *certa* ſiquidem teſte S. Leone, *& ſe-* S.Leo. *cura eſt exſpectatio promiſſæ beatitudinis, vbi participatio eſt Dominicæ Paſſionis ac Crucis.*

Hoc namque fine Crucifixus eſt Dominus, vt nobis relinqueret Crucifixionis exemplum. S.Gregor. *Remanſit*, inquiebat S. Gregorius, *quia non omnia noſtra Chriſtus expleuit: per Crucem quidem ſuam*
C *omnes redemit, ſed remãſit, vt qui redimi & regnare cũ eo nititur, crucifigatur.* Hoc profecto reſiduum viderat, qui dicebat: *ſi compatimur, & conregnabimus.* Timoth.2. *Et adimpleo ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti in corpore meo.* Ad Coloſſenſes c.1.24. 2.Tim.2.12. Coloſſ.1.24.

Præclare hic, vt aſſolet S. Auguſtinus: Crux, inquit, Scala cæli eſt, per quam Chriſtus hominem lapſum leuauit ad Patrem: non ergo laborioſa debet eſſe hæc ſcala, quatuor enim tãtum gradus habet, quibus nos perducit ad cælum. In altitudine Crucis, caput poſitum eſt Crucifixi. Surſum cor habeat Chriſtianus ad Dominum, quemadmodum interrogatus quotidie reſpondet; & vnum gradum aſcendit.

In latitudine Crucis manus extenſæ ſunt D Crucifixi, perſeuerent manus Chriſtiani in operibus bonis, & ſecundum gradum aſcendit.

In longitudine Crucis corpus Crucifixi pependit; caſtiget quiſque corpus ſuum pœnitentia, & ieiuniis, vt ipſum ſic ſuſpendens, ſeruituti animæ ſubiiciat & tertium gradum conſcendit.

In profundo Crucis occultum eſt, quod non vides, ſed inde exſurgit totum hoc, quod vides: adſit fides Chriſtiana & quæ non poteſt comprehendere, credat corde, & altiora ſe non quærat, ſpes eum nutriat, & tunc quartum gradum aſcendit. Omnibus vitam donauit, qui bonos mores ſic inſtituit. Lib. de doct. Chriſt. cap.41.

Modus aſcendendi Crucem, prima cum Crucifixo cõformitas. V. Henricus Suſo doctus Crucem cõſcendere.

Docuiſſe id Henricum Suſonem, magnum illum æternæ ſapientiæ miniſtrum viſus eſt Dominus, cum oranti quadam die, quærentique quanam potiſſimum via placere illi, ac patienti aſſimilari poſſet? Cruci affixus, ac formam Seraphini ſpiritus ſex alis conſpicui indutus apparuit, in quarum infimis ſcriptum erat: *afflictionem ſponte ſuſcipe*; in medijs verò, *feras Crucem æquanimiter*: in ſuperioribus autem, *diſce pati Chriſto conformiter. Horenbekius in Vita.*

Diſputatum hîc à plurimis in quo potiſſimũ hæc conformitas ſita ſit? Et fuere nonnulli, qui in certa quadam animi conſtitutione eam poſitam eſſe voluerunt, qua Nouus homo patienti Domino compatitur, memoria videlicet ac viua laborum eius, cauſſarumque eorundem, quæ peccata noſtra fuerunt, æſtimatione, cuius vi & efficientia interno ſenſu guſtetur, quod ipſe externo voluit experiri. Et huius quidem meminit Chriſtus ipſe, cum apud S. Marcum

Marc. 10. 38.

loquens filiis Zebedæi, *poteſtis*, inquit, *bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptiſor, baptiſari?* ſc. interno quodam ſenſu flagella, Crucemque præcipiendo, donec reapſe conſummer? Atque *hoc eſt*, vt ait Apoſtolus Philip.

Philip. 2. 5.

2. 5. *ſentire in nobis, quod & in Chriſto Ieſu*, affectibus ſcilicet compaſſionis, doloris ac mæroris transformando nos in ipſum Chriſtum mærentem, & afflictum pro nobis, quo fiat, vt ſpiritualiter cum eodem Crucifigamur, ſicut ipſa Virgo ſanctiſſima filij ſui tormenta expendens, Cruci eiuſdem dicitur fuiſſe confixa, iuxta Simeonis vaticinium, *tuam ipſius animam pertranſibit gladius doloris*: non illo quo corpus intereat, ſed animus ſaucietur, cruciatu tanto acerbiore, quanto animus corpori magis antiſtat: vnde factum, vt rectè apud Euſebium noſtrum Nirenbergium lib. 2. de Adorat. cap. 5. annotatum inuenio, nec eam, nec vllum ex illis, qui Chriſto in monte Caluario adſtiterunt, & ſpirituali modo compaſſi ſunt, poſtmodum in exitu ſuo martyrium ſubijſſe, cum reliqui Apoſtoli & diſcipuli omnes à tyrannis cæſi fuerint, & interempti, Crux omni morte acerbior, vel ipſo animo ſic deguſtata, illis pro martyrio cẽſebatur.

Luc. 2. 35.

Euſeb. Nirenberg.

Intellexerat id ſanè Claudius Aquauiua ſacræ huius philoſophiæ ſcientiſſimus doctor, cum in aureo illo ſuo ad S. Ignatij exercitia directorio cap. 35, modum hunc Chriſti Paſſionibus communicandi & peti à Deo cum inſtantia, & deſiderari cum humilitate, & excipi debere cum gratia voluit: ſpeciale namque Dei donum eſt, quo oculi noſtri aperiuntur quibus dolores eiús, crucemque penitus inſpicimus, atque in animum intromittimus ac ſentimus, quod per Prophetam tanto ante largiturum ſe Dominus ſuis promiſit, cum dixit Zachariæ 12.

Claudius Aquauiua.

Zachar. 12. 10.

Effundam ſuper Domum David & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & precum, & adſpi- A *cient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti*; hæc illa cruciatuum Chriſti commiſeratio, eodem ſenſu, affectuque miſerantem induens, quo ille ducebatur.

R. P. Lyraus de imit. IESV patient.

Mirum eſt quod & in hanc rem Lucas Wadingus in annalibus ad an. Domini 1224. Religionis vero 17. de S. Franciſco commemorat. proficiſcebatur is è monte Caſali verſus ædem S. Mariæ Angelorum, cum fratre Leone, qui Crucem videbat auream miro colorum varietate fulgentem, quæ virum Dei in itinere præcedebat, coram ſtante ſtabat, coram ambulante mouebatur, donec is dictam Eccleſiam B eſſet ingreſſus: quo Deus ſocio ſignificabat magnum viri ſancti erga Crucem affectum exhibendo illam corporeis eius oculis præſentem, quam continenter ſuo fixam gerebat in corde: Et ſpiritum quidem hunc tam actuoſum ac præſtantem interdum fuiſſe inuenio, vt ſuos in forma etiam exteriore exhibuerit Cruci affixos, qualis Nicolaus ille fuit Rauennas beatæ memoriæ, ex ordine Prædicatorum, quem tantum Crucis amatorem fuiſſe perhibent, vt cum die quadam Paraſceues de Chriſti cruciatibus ad populum diceret, viſus fuerit in forma Crucifixi ſupra ſuggeſtum eleuatus immobilis in aëre pendere: rem hanc Leander, Hieronymus Borſellus, Seraphinus Razius, in hunc modum C recenſent: aliquando Nicolaus ſacratiſſimo Paraſceues die, cum de Chriſto patiente ad populum verba faceret, adeo in tragicam illam ſcenam defixo animo intendebat, tanto doloris ſenſu diuina illa ſalutis noſtræ myſteria explicabat, vt quando Chriſtum infami crucis patibulo, innocentiam ſcilicet ipſam, à perditiſſimis hominibus affixum vellet exprimere, ipſe Chriſto commoriens protenſis brachiis, gelidus, pallida facie, manibus liuentibus, ſupra exedram in aërem toto corpore ſublatus ſit, ſicque non exiguo tempore planè immotus, ſteterit, vt ipſum Cruci quoq; affixum mortuumque dixiſſes: ſolum audita viſcera altum commoueri, tamquam ſi tota corporis compages D ſolueretur & præcordia rumperentur.

S. Franciſc.

V. Nicol. Rauennas ex ord. PP.

Talem quoque in ſexu altero fuiſſe B. illam Ioannam Vrbeuetanam ex tertio S. Dominici ordine ſcribit Seraph. Razius, vt per nouem annos inter meditanda Chriſti patientis myſteria, ipſa corporis ſui figura in formam Crucis tranſire videretur. Pallebat, ac velut mortua, in crucem extenſa videbatur: dum autem ſic extenderetur, tantus oſſium crepitus ab aſtantibus audiebatur, vt nullum iudicarent ſuo loco remanere, ſed violentè diſtorqueri omnia: hærebat vero pes vnus alteri, inſtar crucifixi, tam firmè ſuperpoſitus, vt citius fregiſſes, quam dimouiſſes: & in hunc modum extenſa, manebat vſque ad initium & crepuſculum noctis, cum Chriſto

V. Ioanna Vrbeuet.

Digitized by Google

crucifixa, non ſine ingentibus tormentis. Rara ſunt hæc & ſingularia, fateor, cuiuſmodi fortaſſis è mille, vix decem repetias, quibus ea indulta fuerit è cælo prærogatiua; his autem conceſſam legimus, ne quis noſtrum in ſecundis forte conſiſtere deſperet, ſi nequeat in primis; quod

Iuliana Falconeria. in Venerabili Virgine Iuliana Falconeria ex ordine Seruitarum diſcere licet, quam verò altè hæc Chriſti Crucem animo infixam habuerit, mors ipſa probauit quæ in aduerſo pectore manifeſtam Seruatoris à Cruce pendentis imaginem oſtendit, vtique illi ſimilem, quam vidiſſes ſi cor inſpexiſſes, quod diu noctuque eiuſdem meditationibus occupabatur. Ferrarius. *Arch.ang. Gianius l.1.c.8.*

Et hi omnes ac ſinguli dicere poterant cum

Gal.2.20. Paulo Galat.2. *viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: Chriſto confixus ſum Cruci?*

II. *Alter Crucifixionis modus.* Alij nihilominus hoc gradu neutiquam contenti, alium inuenere, quo videlicet, hæc cum crucifixo conformitas eluceſceret magis, vſurpatis identidem, atque opere expreſſis ſanctiſſimis eiuſdem Apoſtoli verbis: *abſit mihi gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo*: quæ verba vt

S.Chryſ. ait Chryſoſtomus, ille protulit, vt intelligas *Crucem non tantum ligni eſſe patibulum, ſed vitæ, virtutiſque propoſitum*, quo non ſolum ſe mundo mortuum, ſed & mundo crucifixum, & mundo ipſi Crucem eſſe, dicere voluit, hoc eſt, quidquid mundus amat, carnis delicias, honores, diuitias, vanas hominum laudes, ſibi crucem eſſe, ac pro ea haberi: quidquid verò mundus pro Cruce tormento ac vituperio habet, ſe illud ex virtute diligere & amplecti. Siue vt ait Auguſtin. *Mundus mihi Crucifixus eſt*, vt me non teneat, *& ego mundo*, vt eum non teneam, id eſt, vt neque mundus mihi nocere poſſit, neque ego de mundo aliquid cupiam. Super epiſt. ad Gal. Ciuiuſmodi

S.Chryſ. ſane vitam Ioan. Chryſoſt. homil.69. in Matth.

S.Baſilius. vitam Crucifixorum appellat, & S.Baſilius ep.63. Iuueni cuidam eandem commendans, rogat vt peccatis mortuus Cruci Chriſti configatur, & tales quidem poſt S.Franciſcum, reli-

S.Ignatius Loyola. gioſos filios ſuos S.P.N. Ignatius optabat, quod ex veteri illa Conſtitutionum Societatis noſtræ

In Conſtit. præfatione liquidò patet: *homines*, inquit, *mundo Crucifixos, & quibus mundus ipſe ſit crucifixus vitæ noſtræ ratio nos eſſe poſtulat, homines, inquam nouos, qui ſuis ſe affectibus exuerint vt Chriſtum induerent* &c. *hæc ſumma eſt, hic ſcopus noſtri inſtituti* quem genuini omnes tanti Patris filij, diu noctuque ſibi propoſitum habere debent; cuius ne vnquam ſi-

Ferdinand. Suarez Soc.Ieſu *Crucis amator.* bi obreperet obliuio P. Ferdinandus Suarez totum cubiculum ſuum inueſtiuerat crucibus, quas perpetuo amplecteretur.

Gonſaluus Silueria è Soc.Ieſu. Gonſaluus vero Silueria continenter animo voluebat, vnde in quadam ſua ad amicum epiſtola hæc verba expreſſit: *non ſiſtam gradum, donec cum Chriſto Ieſu affigar Cruci*; quod quam mirifi-

A cè, fideliterque demum abſoluerit, is intelliget, qui vel pauca folia vitæ eius apud Nicolaum Godignum lectitarit: De quo, & id illud memoriæ proditum eſt, quocunque in cubiculo contingeret habitare, in quatuor eiuſdem parietum lateribus cruces ſingulas affigere ſolitum fuiſſe, vt quamcunque ſe in partem verteret, illa ſibi imago offerretur intuenti: quod ſanè ignoraſſe non poterat P. Gaſpar Barzæus, dum Armuzianis Chriſtum prædicans Crucifixum, noctu cubaret humi nudus ad imam crucem. Nicolaus Orlandin. l.9.n.153. Gaſpar Barzæus è Soc.Ieſu.

Eandem ob cauſſam P. Ioannem Gondinum quaquà noctis hora conueniſſes, coram Crucifixi Seruatoris imagine deprecantem inue- Ioan. Gondinus è Soc.Ieſu.

B niſſes.

Et fauet doctrinæ huic celebre iſtud viſum quod Rudolpho cuidam viro bono & religioſiſſimo acceptæ obiectum narrat Cæſarius Heiſterbacenſis lib.8.c.18. in hunc modum: Cum nocte quadam finitis precibus matutinis, ſupradictus Rudolphus orationi incumberet, Chriſtum cruci affixum pendentem in aëre conſpexit, & circa eum quindecim viros ſingulos ſingulis Crucibus affixos, omnes ſibi apprimè notos, vtpote eiuſdem Congregationis profeſſos, tantoque lumine vicinus aër illuſtrabatur, vt cōmodè omnes diſcernere poſſet. Obſtupefactus Rudolphus Ciſtercienſ.

C non parum Rudolphus, dum oculos quaquauerſus emittit, clamantem de Cruce Dominum audire ſibi viſus: noſti Rudolphe eos quinam hi ſint, quos circa me vides Crucifixos? ad quæ Rudolphus; noui, Domine, qui ſint, ſed quid ſit quod video, prorſus non intelligo. Subiunxit Dominus: hi ſoli ex omni Congregatione mecum crucifixi ſunt. Paſſioni meæ vitam ſuam conformantes: in quo autem Religioſi illi conformauerint ſe Crucifixo, ſi quæras? In Obedientia, inquam, Patientia, Humilitate, propriæque voluntatis conſtanti abdicatione: hæc namque atque his ſimilia religioſos martyres ac Crucifixos facere ſolent, in quorum perſona dicitur per Pſalmiſtam: *quoniam propter te mortificamur tota* Pſ.43.22.

D *die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis*. Ecce Crux, de qua in Euangelio dicit Crucifixus ipſe, *qui non accipit Crucem ſuam, & ſequitur me non eſt me dignus* Matth.10.38. Et iterum: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam quotidie, & ſequatur me*. Lucæ 9.23. Non dicit ſemel, ſicut Petrus, ſed quotidie, ſicut Antonius, vnde meritò & re, & nomine. Crucifixus habendus, quiſquis id in ſeipſo experitur. Matth.10.38. Luc.9.23.

Patuiſſe id omnibus luce clarius voluit Dei miſerentis benignitas in Seraphico Bonauentura, de quo id ex veteribus tabulis, ac monumentis vir doctiſſimus atque eloquentiſſimus R. P. Guilielmus Plati ex ordine S. Franciſci hoc in panegyricis ſuis expreſſit: Princeps femina mota virtutum inſignium famâ, ac ſingulari ſanctitatis B. Bonauenturæ, etiamnum ſuperſtitis amo- S.Bonau. Crucifixus.

Digitized by Google

ſtis amore incitata, effigiem eius in gemma ſculpi iuſſerat, quam religioſo ſtudio ex piè affecto erga Dei famulum animo, ſuſpenſam collo, ac pectori applicitam deferebat. Cum ecce mouente inuidiâ, non defuit qui probam atque innocentem coniugem, quamuis virtute inter omnes excelleret, apud maritum in crimen poſtularet, quaſi impudicis amoribus erga monachũ implicita, hunc præ marito diligeret, cuius imaginem, ceu idolum quoddam ſecum perpetuo deferret. Tormentum ingens! cuius ſtimulos diutius ſufferre non valens, inuſitatâ quadam rabie vxorem aggreditur, mortem, niſi ab hac inſania deſtiterit, minitatus. Quibus auditis bona femina, Deo arbitro ſuæ mentis confiſa, animo leni, atque pacato, imaginem, quam ſecum deferret, ait, non mortalis cuiuſdam eſſe aſcetæ, ſed Chriſti Seruatoris in Cruce ſuffixi: & ſtetit verbis fides, obſecundante Domino verbis Pauli, quibus ſe, ſuique ſimiles mundo crucifixos aſſerit, ſibique mundum: prolata ſiquidem gemma, non Bonauenturæ in ea effigies, ſed Crucifixi apparuit, Domino famulum referente; quo viſo Princeps factus pacatior piam imaginem exoſculatus, coniugis religionem extulit, ac proteruiam calumniatorum exploſit.

Gal. 6. 14.

Ad eandem hanc Claſſem ac numerum meritò referendus Sacerdos ille, qui nuper Romæ viuere deſiit, magnus patientis Domini ſui cultor, & amator ſanè eximius, cuius cadauer cum amici chirurgorum opera incidere ſtatuiſſent, vt interaneis exemptis, balſamo illud condiretur; res accidit ſtupenda, quantacunque enim chirurgus ac medicus diligentia hominis viſcera ſcrutarentur, cor nullum apparuit, nullum potuerunt inuenire: cum ecce vnus ex adſtantibus oculos fortuito in vicinam Crucifixi effigiem admirabundus coniiciens, videt ad pedem eius Cor iacere, accurrit illicò, ſequuntur ceteri, & corde, quod hactenus fruſtra quæſierant, inuento, miraculum! miraculum! vnanimi voce proclamant omnes, quo declarare voluit Deus, virum hunc, qui ſicut dum viueret, toto corde Ieſum cruci affixum dilexerat, ita ab eodem etiam poſt mortem non eſſe ſeparatum. *Paulus Barry tom. 1. Anni ſacri c. 8.*

Sacerdos Romanus magnus Crucifixi cultor, & imitator.

Spiritualis Crucifixio.

Beatos ſane atque omni ex parte feliciſſimos, quibus ita datum eſt cum Domino crucifigi, dignos omnino quos Nouus homo noſter fidelibus veſtigiis imitetur, quod vt in eiuſdem gratiam clarius nonnihil exponamus, ſciendum eſt Vitam nouam ipſam eſſe Crucem, cui homo, vel iam à ſe quæſitæ, vel ſaltem admiſſæ configitur, de qua Saluator Matth. 16. 24. dixit aliquando; *qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum & tollat Crucem ſuam.* Compingitur autem Crux hæc teſte Petro Bleſenſi duobus ex lignis Obedientiæ ſcilicet & pœnitentiæ, cui affigitur homo, vt ait S. Ambroſius, non ferreis clauis, ſed timoris & ſpei. Eſt enim vehementior ſtrictura

Matth. 16. 24.

Petrus Bleſenſis.
S. Ambroſ.

A virtutis, quam pœnæ, vnde ſicut Crucifixus neque in cælo eſt, neque in terra, ſed vtrobique: eſt enim à terra ſuſpenſus, cælum verſus, capite erectus in aëre medio. Ita homo Nouus non eſt in cælo, quia corpore degit in terra, ſumeris ex ea vitæ neceſſaria: non eſt in terra, quia rebus terrenis renuntiauit & mundo valedixit. Rurſus, eſt in cælo, quia ibi eſt per deſiderium, dicens: *noſtra autem conuerſatio in cælis eſt:* eſt in terra, quia in hoc mundo laborat, & patitur, vt cælum acquirat.

Philipp. 3. 20.

Eſt medius vtrique, ſuſpenſus affectu & pedibus, hoc eſt ſenſu terram; capite, id eſt ſpiritu, cælum ſpectans.

Secundò. Sicut Crucifixus nec viuus eſt, nec B mortuus, ſed vtrumque. Non viuus, quia moriturus, & moribundus, cum ſit ad mortem vſque vulneratus: non mortuus, quia dolet, ſitit, lachrymatur, ſed dicitur eſſe vtrumq; quia vitæ, mortiſque particeps eſt, & in vtriuſque confinio degit.

Ita homo Nouus pariter viuit mortuus & moritur viuus, ſiue vt loquitur S. Ioan. Climacus, Mortuus viuus eſt. Eundem & Paullinis verbis nuncupare potes *Hoſtiam viuentem*, quaſi immolatum & adhuc viuum.

Tertiò. Sicut Crucifixus non poteſt ſua mẽbra pro voluntate mouere: manus potiſſimum ad malefaciendum non valet extendere: ſimiliter homo Nouus felicem quandam habet neC ceſſitatem, qua ad meliora compellitur, virtutum, atque in primis obedientiæ Deique amoris clauis confixus. Vnde Ioannes Caſſianus lib. 4. Inſtitut. cap. 35. eiuſcemodi Crucifixi conditiones declarare nobis inſtituens has præ cæteris expreſſit, vt voluntatem ac deſiderium non ſecundum id quod ſibi ſuaue eſt, ac delectat ad præſens, ſed ſecundum legem Domini, quo eum illa conſtrinxerit, applicet: non iam præſentia contempletur, nec de ſuis affectionibus cogitet, aut pro die craſtino ſolicitudine, curaque diſtendatur: nulla poſſidendi concupiſcentia permoueatur, nulla ſuperbia, nulla contentione, nulla æmulatione ſuccendatur. Non de præſentibus doleat iniuriis, non præteritarum D iam recordetur. Se, cum adhuc ſpiret in corpore, cunctis elementis credat eſſe defunctum, illuc præmittendo cordis ſui intuitum, quo ſe non dubitat momentis ſingulis migraturum. Ita de ſe proteſtabatur S. Martyr Ignatius ſcribens ad Romanos his verbis: *Amor meus crucifixus eſt, non mihi placet cibus corruptionis, neque voluptas vitæ huius: panem Dei volo, panem cæleſtem, qui eſt caro Chriſti: Chriſto concrucifixus ſum.*

Caſſianus l. 4.

Venio ad Tertium Crucifixionis modum, quo non tam agimus Crucem quærendo, quam illatam patienter ſufferendo, ſiue ea honorem, noſtrique æſtimationem deferat, ſiue valetudinem vireſque corporis peſſundet, ſiue fortunæ bona diſſipet, ac perdat, idque eo tempore &

Tertius Crucifixionis modus.

loco, quo ſimile nihil aut formidandum aut exſpectandum arbitrabamur. Et hancquidem libenter admittere, nec immoderatè repellere, ſed ei acquieſcere, nec grauatè ſuſcipere hominis Noui eſt, qui nunc cum Iobo exclamet, *Dominus dedit Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ſic factum eſt.* Iob.1.21. nunc cum Tobia dicat, *pauperem quidem vitam ducimus, ſed multa habebimus bona, ſi timuerimus Deum:* nunc cum Heli, *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat:* cum Paulo 2. Cor.6. *exhibere ſe Dei miniſtros in multa patientia, in neceſſitatibus, in ſeditionibus, per arma Iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; tam in proſperis, quam aduerſis, per gloriam & ignobilitatem, ſiue honoremur & laudemur, ſiue inhonoremur & vituperemur, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores, quaſi ſeductores æſtimati, cum veraces ſimus, quaſi morientes, & ecce viuimus:* nunc cum Mauritio: Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum.

Iob.1.21.
1.Reg. 2. 18.
2.Cor.6.6.

Atque hæc illa Crux eſt in qua Nouus homo diſcit facere de neceſſitate virtutem, cuiuſmodi cum frequens in domibus Religioſorum inueniatur occaſio, prudenter Balthaſar Aluarez Religionem appellare ſolitus erat, *Scholam, in qua ſcientia diſcitur faciendi Crucifixos.* Quod ſuauiſſimus Bernardus Hugoni nouitio ſuo inculcabat epiſtola 351. cum ita ad illum ſcriberet: *Crucifigere pariter cum Chriſto nec lædere aliquatenus poterunt claui qui per manus eius ac pedes ad tuos vſque peruenient, ſed totum tibi figent Saluatorem & pedes tui pedibus eius confixi, quocunque in lubrico, quotuis in præcipitio gradientur ſecuri, manuſque eius tuis fixæ, te ad cæleſtem patriam deducent.*

Balthaſar Aluarus.

Verum quod vnum iſti modo obiici eique incommodare poſſe videtur, id eſt, quod Cruces illæ, quibus ab alio inopinatè configimur, minus gloriæ laudiſque referant, quam iſtæ, quibus ipſi nos vltro offerimus, reportant.

Sed huic ex doctiſſimo, ſacratiſſimoque penu Franciſci de Sales Principis atque antiſtitis Gebennenſis reſponſum in promptu eſt, qui locum hunc Ioan.21.18. explanans, vbi Chriſtus Petro dixiſſe legitur: *cum eſſes iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas, cum autem ſenueris extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non vis,* ſic loquitur lib.7. epiſtol. 73. Tirones in exercitio amoris Dei cingunt ſeipſos, corpus duriter accipiunt, aſpero domant amictu, quem ſeligunt, mentis perturbationes coercent, proprio arbitratu, ſuaque diuinæ immixta voluntate ſtudio pietatis incumbunt: veterani vero, multoque iam vſu edocti, alieno ſe regi imperio, ducique ſinunt, nec vias aut cruces eligunt, ſed ab alio ſibi oſtendi poſtulant, proprio nolunt iudicio gubernari, atque ita obedientiam victimis anteponunt, Deum mirificè extollunt, ac carnem vnà cum ſpiritu crucifigunt: adeoque proprius hic locus eſt, vbi generoſitas filiorum S.Crucis, Incolarum ſacri montis Caluarij apertiſſimè ſe prodit. Cruces enim quas ipſi nobis eligimus, certaque animi noſtri deſignatione amplectimur, neſcio quid blandimentorum, molliorisque lenocinij continent, quia pluſculum de noſtro habent, ac proinde minus cruciatias dixeris, quas vero vel inopinantibus nobis aut ingratiis noſtris recipimus, totæ integræ, ſynceræque æſtimandæ ſunt, ſiue ille immediate à Deo, ſiue ab hominibus, eo permittente, proficiſcantur.

Ioan.21. 18.
Franciſcus de Sales.

Et iterum lib.4. epiſt.42. Ecce Deus tibi mittit Cruces & mortificationes quas non quæſiuiſti, & manu propria tibi eas largitur, recipe, oſculare, amplectere. O Deus totæ odoratæ ſunt dignitate loci, ex quo veniunt! Vita felix, ac longè beatiſſima quam gloria æterna conſequitur! hanc præfatus author l.5. ep.47. ſolita ſuauiſſimi ingenij ſui acie rimatus, cum Chriſtus Dominus, inquit, in Cruce penderet, Rex declarabatur etiam ab inimicis: ſic & animæ iſtæ, quæ cum eo ſunt in cruce, Reginæ declarantur: ſcire cupis in quo nobis inuideant Angeli? certe nulla alia in re, quam quod poſſimus Crucifigi cum Chriſto, vbi illi nihil vnquam tolerarint pro eo.

Intellexerat id ac reapſe oſtendit V. Ioannes qui felici cum omine à S. Cruce cognomen adoptauit ordinis Carmelitani poſt S. Thereſiam primus aſſertor, dum magnis morbis & doloribus afflictus, magna inſuper ſpiritus ariditate preſſus, hominum iniuria fuſtibus debilitatus, ac ſuper acerrimos putreſcentium tibiarum cruciatus, Præſidis, hominis planè importuni, incommodas ſuſpiciones, opinioneſque à viri virtute alieniſſimas paſſus, [quibus ille imbutus nec verbis in Ioannem efferueſcentibus parcebat, & quæ leuando morbo ab amicis ſubmittebantur, tamquam mollitiem fouerent, ac diſciplinæ rigorem infringerent, ægro ſubtrahebat] dicere ſoleret ſe à Deo Cruci affixum eſſe: & reapſe ſatis comprobatum fuit, cum Methymnæ Campi fruſtillum carnis eius, poſteaquam è viuis exceſſit, Chriſti Crucifixi effigiem ſpectantibus, exhibere cœpit.

Ioannes à Cruce.

Quid porro? tres hi Crucifigendi ſe cum Chriſto modi, atque induſtriæ planè fructuoſæ, ac ſingulares Nouo homini ſatisfacere poſſe quiuis facile arbitretur, ſed iis [abſit verbo contumelia] qui necdum ad ignem de ligno crucis exardeſcentem ſeſe penitus calefecerunt, cum alij vehementioribus inde conceptis flammis atque ardoribus maiori cum dilecto patiendi deſiderio ſuccenſi, ſupra hæc audere nonnulla viſi ſint; quæ nemo niſi Deo Doctore debeat æmulari, dum exemplum iſtud quod ſibi in Caluariæ monte meminerant oſtenſum, aliquatenus conati ſunt imitari, quibus Vincentij Caraffæ nuper Societatis Ieſu digniſſimi Præpoſiti Generalis ſcitum Epiphonema accini poteſt, quod in faſciculo myrrhæ expreſſum reliquit: *Inſpice, & fac.* Cura homo Noue vt imiteris hanc

Vincentius Caraffa.

Ideam

Digitized by Google

ideam in ſeueritate patiendi pro te, in benignitate proximo compatiendi, in charitate obediendi Deo. Hanc formam atque ideam ſuſpiciebant illi, qui non ſentiebant vulnera ſua, cum plagas ſui intuebantur Ducis, finis namque Paſſionis Chriſti, Redemptio ſimul & exemplum: Chriſtus namque teſte Apoſtolorum principe 1. Petri 2. 21. *paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius*, ſed diſcreta illa ducti cautione, quam Spiritus ſanctus aſſolet ſuos pro ratione loci ac temporis edocere.

1. Pet. 2. 21.

Rudiſind. Compoſt.

Norat hoc alteque imbiberat B. ille Rudiſindus Compoſtellanus Epiſcopus, depinxerat hic in ſcutaria teſſera puniceam Crucem, è cuius dextero cornu pendebat ſpeculum, è ſiniſtro B vero circinus. Quibus ſapientiſſ. antiſtes ſignificatum voluit, primo Chriſtum crucifixum verum eſſe ſpeculum perfecti amoris. Secundo, occupationem ſuam in eo verſari diligenter, vt amorem ſuum conferret identidem cum amore Chriſti, pedem alterum circini figendo in corde Chriſti, alterum vero in ſuo, vnde non difficulter quantū inter gemina hæc corda interuallum, quantaque diſſimilitudo foret, cognoſceret, ſeque confunderet, atque exinde ad maiorem conſequendam Crucifixi ſimilitudinem caute, prudenterque excitaret.

Crucifixi exemplo Chriſti.

Et varia quidem feruoris huius diſcrimina, pro diuerſitate flammarum quibus incendebantur, inuenio, cuncta tamen ſancta, cuncta C veneranda ſi non omnia imitanda, de quibus illa Nouus homo ſuſcipiet, quæ cæleſti magiſterio ſibi didicerit profutura.

Robertus Salentinus.

Et primus quidem hic prodit Robertus Salentinus ex ſacro Ordine Cœleſtinorum de quo ſic loquitur vitæ auctor *Ioannes à Boſco Pariſienſis.*

Ardore ſucceſus Chriſti dolores in ſua carne perferendi, egreſſus vna dierum cum ſocio nemus quoddam intrârat, in quo arborem fortuito in Crucis modum pene bifurcam conſpicatus, tacitus eam abſcidit, nihil ſodali communicans: atque altiſſimo noctis ſilentio conſurgens, hanc humeris propriis ad cænobium portauit: quod dum fit, dæmon nigerrimi canis ſpecie in eum inſiluit, horrendis latratibus D terrere hominem conniſus, atque ab arboris delatione impedire. Verum Robertus fide armatus hoſtem ſigno Crucis in fugam conicit, euanuit ſiquidem confeſtim, & vectorem liberum cum ſarcina ſua in cellam abire permiſit, vbi eam conuenienti loco defixit, poſitis ex vtraque parte brachiorum, chordulis, quibus brachia immitteret, dum in arbore, vti ſtatuerat, penderet. Ipſam itaque arborem indubitanter quotidie inſcendens, tamdiu deiecto, & demiſſo corpore toto in ea pendebat brachiis intra funes immiſſis, quam decies orationem dominicam lectitaret; idque ea Mora & tarditate, vt in vnaquaque oratione decem ſimiles recitari poſſent, vnde velut centies orationis A Dominicæ ſpatium decurrens, Crucifixi inſtar in arbore pendebat extenſus: quantus vero iſte fuerit cruciatus maximè cum nihil pedibus ſuppoſitum haberet, facile quiuis expendet. Omnia certè eius membra tanto ſudore diffluebant, vt riuos dixiſſes aquarum, vicinum locū inundaſſe, ſed tantis quoque ſolatiis perfundebatur, vt diuino miraculo confortatus ægrè animam ne proprio corpore excederet, retinere poſſet.

Antonius Regius.

Præcedentem ſecutus eſt Antonius Regius, ſiue des Roys ex Ord. Minimorum: ſeruabat hic in cubiculo Crucem ligneam grandem, ad quā ſe extendebat velut crucifigendus, iubebatque nouitios, quorum curam habebat, eidem magiſtri ſui, pedes ac manus rudi fune alligare: quo facto, trium ille, aut quatuor horarum ſpatio in ea perſeuerabat, imo aliquando per medium diem, vnde licet deartuata membra, atque oſſa locis ſuis mota, dum penderet, ſenſiſſet; tam vegetus tamen è Cruce deſcendebat, velut in molli culcita decubuiſſet. *Annales Ordinis.*

Ioanna Crucia.

Nec minus feciſſe credita V. Ioanna Crucia ex tertio ordine S. Franciſci, de qua Antonius Daça refert, alligare ſolitam ſe Cruci, ex eaque pependiſſe in memoriam Dominicæ Crucifixionis.

Cæcilia Dominic.

De V. Cæcilia ex Ordine S. Dominici Chronica Ordinis lib. 1. cap. 14. teſtantur, cum die quadam ad cæleſtis ſponſi amplexus anhelans, mortale hoc corpore exſolui rogaſſet, cæleſti viſo admonitam fuiſſe longius diem illam etiamnum abeſſe, quin imo inſequenti mane prius ſe Cruci committendam eſſe, quod reapſe ad aliquod temporis ſpatium ſenſit, ac læta ſuſtinuit.

Auis Indica admiranda.

Et hæc quidem tanto minus in hominibus admiranda ſunt, quanto in auibus, ceteriſque ratione carentibus clarius eluceſcunt; vnum dabo ex Nirenbergio l. 1. c. 18. ne lectorem numero grauem, eritque famoſa illa Hoitzitziltototlus Auis Indica, exigua quidem corpore, ſed prouidentia quadam incredibili præcellens, quæ poſteaquam adoleuit, proceram quandam arborem quærit, vbi, quo poteſt, modo crucifigatur. Suſpenditur hic, & affigitur roſtro, per ſemeſtre ſpatium, aut ieiuna, aut mortua donec vitalis ei refloreat annona. In ligno putat ſe feliciter morituram, vnde reſurrecturam. In documentum nobis moriendi ſæculo in arbore Crucis, vnde immortales erimus, ſi cum Chriſto fuerimus crucifixi.

Res pia, ac ſancta, eâ tamen cautelâ & prudentiâ adhibitâ, quam & recta ratio & ſpiritualium magiſtrorum arbitrium aut certū Dei conſilium comprobârint, ſine quibus nec Chriſti imitatio, nec vitæ nouitas conſiſtere poteſt, ſed error maximus, dolique peſſimi inſidiæ ſolent exoriri, cuius triſte admodum exemplum Annales Minorum ad annum Chriſti 1293, Ordinis vero 86 nobis reliquerunt.

S 4 In

Digitized by Google

Tyro à dæmone deceptus. In Hiſpaniæ regione, quidam ex tyronibus ſingularem ſibi vitam præſcripſerat, nec in pietatis & humilitatis operibus volebat cum cæteris conuenire. Reprehenſus non acquieſcebat. Oranti igitur, vt liberaretur à magiſtri moleſtijs, liceretque quidquid pro maccrando corpore liberet, apparuit dæmon in forma B. Virginis, interroganti autem quid eum facere debere exiſtimaret, reſpondit falſa Deipara: perſeuera, fili, neque credas Magiſtro. Vnde ſingularis totus ac peruicax effectus, nullis correptionibus cedebat, temerè nimis reſpondens, potiori obediendum magiſtro. Iterum, tertioque falſa hæc ei Virginis ſpecies obiecta in cœpto hominem confirmauit, tempus adeſſe nuntians, quo ei ad conſpectum filij ſui perueniendum eſſet, poſtquá eodem planè, quo ille, mortis genere foret conſummatus: quare vt quantocyus dum fratres altum dormiunt, ipſe in loco omnium humillimo, ſc. culina tranſuerſis lignis ſe clauis affigat, imperat crucifigendum. Paret miſer nouitius, ſeque noctu crucifigit. Fuit qui ictus & tumultum percipiens accederet, oſtiumque perfringeret, cum videt è cruce miſerum pendentem, ſemimortuum, ac lethaliter vulneratum: continuò accit alios, ſed ille à B. Virgine iuſſum ſe aſſerens, obſtinatuſque in propoſita opinione, in ictu oculi à dæmonibus ab adſtantium conſpectu abripitur, neque amplius quidquam de eo in regione illa potuit cognoſci.

Hic obſtinatæ peruicaciæ fructus, hæc animi de recta via aberrantis deliria, quæ facile deuitabit quiſquis maiorum exemplo rectæ rationis decẽpedâ actus ſuos hac in parte voluerit metiri.

Beatus ille, longèque felicior qui ab alio cingitur, & cum Petro Apoſtolorum Principe ducitur quo ipſe non vult; quod à me dictum velim non quaſi Petrus libenter Crucem pro amore Chriſti non acceptârit, quam non ſolum cum maximo gaudio ſuſtinuit, verùm ſummo etiam deſiderio concupiuit, eo namque verbo

S. Cyrillus. ſignificare volui duo: Primum, quod Cyrillus innuit neminem Sanctorum ſponte ſe ingerere morti, aut eam quærere debere; ſed ſi pro veritate fuerit illata, libenter ſuſtinere. Alte-

S. Chryſoſt. rum, quod notat Chryſoſtomus, quamuis rationalis appetitus illatam Crucem acceptet, tamen naturalem abhorrere, contraria ſiquidem naturali appetitui ac ſenſui crux eſt: vnde dictum, *quo tu non vis*; ſuperat tamen, euincitque ratio frequenter: maximè, vbi diuino freta auxilio hominem ſuum Deo accommodat, nec quod gratioſè ab illo immittitur, recuſat.

Crucifixi. S. Petrus. S. Andreas. S. Simeon Martyr. Teſtis mihi poſt geminum illud ſtaurophilorum par fratrum, atque Apoſtolorum Petrũ & Andream, de quibus nulla vnquam ætas conticeſcet, Simeon ille Chriſti Domini non ſanguine magis, quam cruciaria morte propinquus, Cleophæ, inquam filius & Primus poſt Iacobum Ieroſolymis ordinatus Epiſcopus, qui multis cruciatus tormentis, eodem paſſionis genere, quod Saluator noſter ſubierat, affectus eſt, mirantibus omnibus, hominem centum & viginti annorum acerbiſſimos Crucis dolores tam fortiter, conſtanterque tolerare. Huic Abbatem iungo Paphnutium qui ab Ariano Præfecto in Palma crucifixus, tandem palmam conſecutus eſt. *S. Paphnut.*

SS. Vitalis & Agricola. Huic Vitalem & Agricolam, Dominum inquam cum ſeruo glorioſè adnumero.

S. Alexand. S. Theod. Sub Antonino Vero Alexandrum. Sub Licinio ducem inclytum Theodorum.

S. Lucellianus. Lucellianum ſub Aureliano. Fauſtum ſub Decio. Apollonium ſub Perennio.

S. Fauſtus. S. Theod. S. Petrus Balſamus. Theodulum ſub Diocletiano. Petrum Balſamum ſub Maximiano.

SS. Theophimus & Thalus. S. Gemell. Theophimum & Thalum ſub Diocletiano. Gemellum ſub Iuliano.

X. millia Militum. Alioſque ſexcentos, quibus pro comitatu adiungo decem illa millia fortiſſimorum militũ Chriſtianorum, quos Hadriani Cæſaris furor primum flagellis cæſos, exinde ſpinis coronatos, denique in terra proſtratos clauis eidem confixit. Beatos martyres! qui mortem, quam Saluator noſter dignatus pro nobis eſt pati, eandem illi reddere meruerunt.

SS. Paulus Iacobus & Ioan. è Societat. Ieſu. Alphonſus Caſtrius ex ead. Quibus & tres illos ex Societate noſtra religioſos Iapones Paullum, Iacobum & Ioannem vt iungam, charitas iubet, quos nuper Taicoſamæ furor in Crucem egit.

Hos P. Alphonſus Caſtrius ex eadem Societate ſecutus eſt, dum ad Molucas Inſulas ob fidem Chriſti, quem diſſeminaturus nauigabat, à Mauris captus, ac naui in formam Crucis affixus eſt, ſed de his ſupra.

Nec huius gloriæ exſortes Virgines fuêre, quarum vna Sibapoli ad fines Aſſyriorum

S. Febron. Febronia Nomine, ſub Diocletiano Cruci affixa, glorioſum agonem abſoluit.

S. Blandin. Altera Blandina, ſub Antonino in Galliis.

S. Eulalia. Tertia Eulalia ſub Diocletiano in Hiſpania.

S. Iulia. Quarta Iulia, à Wandalis in Corſica.

S. Benedict. Quinta Benedicta in agro Senonico.

S. Tarbuſa. Sexta Tarbula, ſub Sapore in Perſia.

S. Maur. Magdalena Iaponica. Quibus Mauram coniugem apud Thebaidem ſub Decio, & Magdalenam viduam in Iapone, ſub Rege Canucungio adſcribo. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non ſeipſos cinxêre, ſed ab aliis cincti communionem Dominicæ Crucis adepti ſunt.

Quartus Crucifixionis modus. Verum eſt & alius Crucifixionis huius modus, priori ſuppar, neque ita operoſus, aut inſolens, quo videlicet ſe nouus homo ſupra Crucem quieturus extendit: aut eandem ambabus vlnis complexus ſomno ſe tradit: & horum quidem numerantur non pauci, de quibus

Ioannes Troius. Ioannes Troius ex ordine S. Franciſci, vt Henricus Sedulius in Chronico refert, in lignea Cruce dormire ſolitus, quantopere cum

Chriſto

Chriſto cruci affigi cuperet teſtatum ſuis reliquit.

Bernard. Colnagus.

Bernardus quoque noſter Colnagus, de quo Societatis Ieſu annales tradunt, toto quadrageſimalis inediæ tempore, ſupra Crucem poſt multas preces & lachrymas dormire conſuetuiſſe.

S. Auguſt. in Pſ. 103.

Dixerit itaque, & bene quidem, Theodidactus ille Kempenſis Thomas de cæleſti gratia loquens: *ſuauiter equitat, quem gratia Dei portat:* ego indubitanter de Cruce Domini pronuntiaro. dormire feliciter qui Cruci incubat, vehique per huius vitæ oceanum proſperrime qui vigil Cruci inſiſtit.

Minetur licet mare, inquit Auguſtinus, *& tumeat fluctibus, procellaſque parturiat, hac tamen itur: datum eſt nobis lignum in quo nauigemus. Tentationes quis numerat, reptilia animalia puſilla cum magnis, ſed cauete ne te ſubripiant, vigiletur in ligno, etiam in aquis in ligno nauigamus.* In Pſal. 103. Et alio loco: *ſic eſt enim tamquam videat quiſque de longe patriam, & mare interiaceat: videt quo eat, ſed non habet, quà eat. Sic ad illam ſtabilitatem noſtram, vbi quod eſt, eſt, quia hoc ſolum ſemper ſic eſt, vt eſt, volumus peruenire: interiacet mare huius ſeculi, quà imus etſi iam videmus, quo imus, nam multi, nec quo eant, vident: vt ergo eſſet & quà iremus, venit inde, ad quem ire volebamus: nemo enim poteſt tranſire mare huius ſeculi, niſi cruce Chriſti portatus.*

B

Hanc Crucem aliquando complectitur & infirmus oculis, & qui non videt, longè quo eat, non ab illa recedat & ipſa illum perducet.

C

Mare tranſeundum eſt & lignum contemnis! O ſapientia ſuperba, irridens Crucifixum! longe à patria proiectus es, fluctibus huius ſeculi interrupta eſt via, & qua tranſeatur ad patriam, non eſt, niſi in ligno porteris, ambulare in mari non potes: naui portare, ligno portare: & poteris peruenire. Ita Auguſtin. tract. 2. in Ioan. Rectè vtique, & in rem noſtram conuenienter, quotquot vetuſtate excuſſa, noui homines cupimus videri.

S. Forann. *Mare tranſit Cruce vectus.*

Apodictico id exemplo, quo Deus veritatem hanc illuſtrare ante voluit, declaro Metropolitanæ Scotorum Eccleſiæ præerat S. Forannanus, vir Cruci, eiuſque ſacroſanctis amoribus apprimè deditus, & annos iam aliquot eius ſtudio non ſegnis cultor impenderat, cum certa cæleſtis genij viſitatione admonitus, iubetur trans mare vallem accedere decoram: adiunctis itaque duodecim ſibi ſociis, inſignibus illis vitæ nouæ candidatis ad mare contendit, nulloque ibi reperto nauigio triſtior, duo ligna in formam Crucis diſpoſita ad littus appellere conſpicit. Nec mora, cum ſociis eadem conſcendens diuiſis illis, atque in quattuor ſtabilitis partibus Crucis, ipſe vero in medio poſitus, vaſto ſe mari committit, non vtique nauigaturus malè, quem bona Crux Domini, per vndoſi maris procellas tuto erat vectura, quemadmodum & factum eſt, dum Cruce hac, poſteaquam è Scotia ſol-

A

uiſſet, vt naui vectus, in Galliam eſt delatus, vnde Valciodorum profectus, Crucis ſcholam aperuit, in qua plurimos Crucifixo diſcipulos, ipſe Crucifixus formauit. *Ioannes Molanus ad 30. Aprilis. Robertus Stabulenſis, Raiſſius in hierogazophylacio.*

Anna de Beauuais.

Nec ſolis in viris hæc pietas ſtetit ad feminas fluxit, quas inter, notæ ſanctitatis heroina Anna Bellouaca, ſiue de Beauuais Vrſulina quæ inter nos mortalis eſſe deſiit anno 1620. Crucem ſibi è duobus aſſeribus fieri curarat, cui dormiens incubabat. *Petrus Villebois in Vita.*

Catharina de Ieſu.

Catharina quoque de Ieſu Carmelitana Excalceata noctem ante Paraſceuen vigil traducere ſolita, ſupra Crucem humi expanſa, vel brachiis extenſis terræ commenſurata iacebat. *In Vita.*

Maria Raggia.

De Maria Raggia Chienſi matrona, quæ anno 1600. Romæ deceſſit, ſcribit Petrus Ioannes Saragoſſa tribus duntaxat horis dormire ſolitam eas ſuper nudos aſſeres tranſegiſſe, tenendo inter brachia prægrande Crucifixi Domini ſui ſignum, in cuius veluti ſinu acquieſcebat. Quo facto mihi non tam dormiſſe, quam cum eodem ſe crucifixiſſe videtur: quippe quæ inuentum per noctem in lectulo, quem diligebat minimè, quantum poterat, vellet dimittere; ſed eius hærens in amplexu, felici quadam ſomni vigilia, ſecum detinere.

Eſt præterea non incelebris alter Crucifixũ imitandi modus, quem ab initio mundi cœpiſſe, ac denique poſt Chriſtum iam Cruci affixum magna pietate ac religione frequentatum inuenio, dum manibus in cælum ſublatis ac protenſis ſtaurophili figuram Crucis expreſſerunt.

Quintus Crucifixionis modus.

Et ad priores quidem quod attinet, omnium penè gentium inter orandum hic habitus fuit, vt manibus paſſis, in cælum ſublatis, ac protenſis figuram Crucis exprimerent, diuino id agente conſilio, vt quædam Crucis Chriſti præſignificatio apud gentes inueniretur. Quin & hoc habitu ipſa olim apud Romanos Pietas fingebatur, vt in veteri numiſmate clarum eſt intueri, vnde factum vt Ethnici à Crucis myſterio non abhorrerent, ad cuius figuram ipſi orantes ſeſe conformaſſent, & vt ſuo ipſorum facto redarguerentur, qui Crucem odiſſent, quam reuerentiæ, adorationiſque ſymbolum & ceremoniam haberent, ac corporis compoſitione referrent.

Certe Hebræos extenſis manibus oraſſe teſtis eſt Moyſes, quem in figuram extenſionis manuum Chriſti in Cruce id egiſſe, author eſt Gregorius Nyſſenus. Neque verò ipſe tantum, ſed promiſcuè omnes Iudæos hoc habitu oraſſe variis ſcripturæ locis comprobatur, ad grande illud myſterium præſignificandum, quod tandem Chriſtus peregit in Cruce. Quapropter Chriſtiani in Dominicæ Paſſionis memoriam,

atque

Digitized by Google

atque imitationem expanſis in formam Crucis manibus orare cœperunt, vnde *Tertullianus* de orat. *Nos vero non attollimus tantum, ſed etiam expandimus manus ac brachia, & dominicamPaſſionem modulantes confitemur Chriſtum.* Idem in Apologetico: *paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani.* Quia videlicet Crucem orando formabat, hoc ipſo Crucem ſe amare & imitari velle profitebatur. Sic autem inſtitutos eſſe Chriſtianos, vt hoc habitu orarent, colligitur ex iis quæ habet Maximus Taurinenſis hom. de Cruce, dum inquit, ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu Paſſionem Domini fateamur, quare S. Petrum Apoſtolorum Principem cõtra Simonem Magum decertantem, hoc habitu oraſſe teſtatur Clemens Alexandrinus.

Maximus Taurineaſ.

S. Petrus Apoſt.

S. quoque Iacobum Apoſtolum cognomento Iuſtum expanſis manibus orantem, cum peſtilens ſiccitas vrgeret, pluuiam impetraſſe, hæreſi 78. Epiphanius eſt author.

S. Iacobus Apoſt.

S. quoque Baſilium Magnum oraſſe expanſis in formam Crucis manibus teſtatur Gregorius Nyſſenus.

S. Baſilius.

Imo vniuerſum populum ſuo tempore in Crucis formam expanſis manibus adoraſſe, dum proponebatur tremendum illud in Miſſa ſacrificium, ſcribit S. Ioan. Chryſoſt. hom. 69. ad Pop. Antiochen.

Chriſtiani in Oriente.

De Pachomio tradit Metaphraſtes, ſtantem in oratione manus ſuas extẽdere ſolitum, nec vllo modo eas demiſiſſe, ſed in earum, tamquam Crucis extenſione perſiſtentem, corpus ad ſobrietatem affixiſſe & animam attentiorem reddidiſſe.

De B. Arſenio legitur, omnibus ſabbatis oraſſe brachiis in formam Crucis expanſis, ab occaſu ſolis, vſque ad auroram Dominicæ diei ſequentis.

De B. vero Biſario in vitis Patrum inuenimus, ſexdecim dies oraſſe in cubiculo ſuo erectum, ac brachiis extenſis.

Frequens id B. Franciſco fuiſſe patet ex iis, quæ de magno hoc Crucifixi cultore Minorum Annales recenſent, qui anno Ordinis octauo tradunt noctu orantem manibus ad modum Crucis protenſis toto corpore eleuatum à terra, & nubecula quadam fulgida circumdatum apparuiſſe. Ex huius ſchola prodierat non ſegnis ille Domini ſui imitator S. Ludouicus Tholoſanus olim Antiſtes, qui officium S. Crucis, ſiue dominicæ Paſſionis quotidie extenſis brachiis in formam Crucis legebat, vt denique Crucifixo Saluatori poſſet conformari. Surius in Vita.

Nec minus Seraphicum Patrem ſequi viſus eſt B. Felix de Cantalice ex ord. Minorum Capuccinorum, quem ſolitum fuiſſe de nocte extenſis in formam Crucis brachiis duas aut tres horas continuas orationi impendere, ſine vllo corporis motu ſcribit Io. Bapt. Peruſin. in Vita.

B. Felix Capuc.

A

Certè de Petro ab Alcantara ex eiuſdem ſanctiſſimi Patris Franciſci familia, quam in Hiſpania diſcalceatam nuncupant, Ordinis hiſtoria commemorat, non ratò diſtentis brachiis in formam Crucis orationem per horam texere conſueuiſſe, oculis in cælum coniectis, lachrymis vbertim manantibus.

Petrus de Alcan tara.

Item nonnunquam in Crucifixi conſpectu, tanta conuerſationis teneritudine actum fuiſſe, vt crucigero modo brachiis protenſis extra ſe raperetur, & nubeculis quibuſdam tralucidis circum caput coronatus ſplendeſceret. B. Franciſcum Thomaſucium ex ord. S. Franciſci author eſt Bzouius ad ann. 1472. orationi intentum frequentiſſime in dominicæ Paſſionis contemplatione defixum, horas integras manibus in formam Crucis diſtentis perſeueraſſe: quod ſanè abſque ſingulari ſpiritus feruore, ſtudioque imitandi eum, qui prior ſuas in Cruce extendit, nunquam feciſſet.

B

Mirum eſt quam hic viros feminæ non æmulentur modo, ſed vti à natura tenerioribus affectibus præditæ ſunt, ita & eoſdem maioribus ſtudiis contendant ſuperare: & quid ni ex iis vna ſit Maria à S. Antonio ex ord. S. Franciſci, virgo orationis ecſtaticæ dono, & lachrymarum nobilis; quæ tanto ſpiritus feruore Paſſionem meditabatur Dominicam, vt per horas aliquot, imò & per noctem totam brachiis in modum Crucis extenſis ſtaret in oratione, deinde rapta in ecſtaſin, quaſi cælum conſcenſura in altum ſubleuaretur. Daça p. 4. Chron. Minorum lib. 3. c. 77.

Maria à S. Antonio.

C

Nec minus facer hic orandi ſitus, moduſque Chriſti Crucem participandi, familiaris fuit puſſimæ Virgini Annæ de Beauuais Vrſulinæ, quo illa ſe Sponſo ſimilem, is vero ſe Sponſæ propitium atque beneuolum præſtare conabatur. Ex vno cetera didiceris lector.

Anna de Beauuais.

Admiſerat Anna in tyrocinium Virginem nobilem, eamque ſacro habitu donârat: eum ecce furere affines, vnuſque ceteris audacior, ſacra ſepta irrumpere, & vi facta cognatam inde abſtrahere cogitabat. Quid Anna hoc tempore, hoc rerum ſtatu tam dubio, & periculoſo? viſo homine, oſtium cubilis, in quo cum tyruncula ſua verſabatur, venienti occludit, ac mox in genua prouoluta, brachiis in Crucis formam expanſis, diuinum Numen implorat. Interim hoſtis ianuam quatere, pedibus in eam arietare, illa è contrario licet tenuior eſſet, vt vixdum vnius pedis ictui ſuſtinendo par eſſet, iam multos ſuſtinens conſtanter rebellem Deo hominem excluſit, quod trementi ac pauenti diſcipulæ aliquoties inter orandum Anna fore declararat, adeo id è veritatis Tripode prodiiſſe dixeris, quod his verbis enunciatur: *Certa atque ſecura eſt exſpectatio promiſſæ beatitudinis, vbi participatio eſt Dominicæ Paſſionis.* S. Leo ſerm. 9. de quadrag.

D

S. Leo ſ. 9.

Verum

Agatha Crucia.

Verum quid de admirabili illa Agatha Crucia dixerimus? quam ex ordine S. Dominici lectiſſimam Virginem ſacratiſſima Crucis myſteria totam inflammarant, crucem hæc ſibi fieri procurârat, cuſpidibus clauorum acutis exſtantibus, contra quam ipſa expanſis brachiis ſe extendens orabat. Antonius de Martyrib. cap. 25.

S. Thereſ.

Quid ni & in hunc numerum veniat ſancta Virgo Thereſia, quam cum grauiſſimo quodam lapſu diaboli inuidia afflixiſſet, quo ſiniſtrum eius brachium confregerat, deeſſentque Abulæ, qui confracta oſſa ſolidarent, tandem poſt multum temporis, cum brachium eneruе, & virium expers eſſet, chirurgus aduenit, qui brachium tanta vi extendere cœpit, vt humeri vertebris, & oſcillis fragorem edentibus, hac in extenſione intolerabilem paſſa dolorem ſit, vultu adeo læto ac renidenti, vt hunc ſe diceret dolorem, ne omnibus quidem mundi gazis redimere velle, hunc namque meditatione illius cruciatus leniebat, quem tum Dominus Ieſus perpeſſus fuit, cum eius in Cruce brachia violentè à militibus extenderentur, quem vel eo ſaltem modo imitari ſe poſſe gaudebat. lib. 5. Vitæ cap. 17.

V. Ioanna Crucia.

De admiranda illa Ioanna Crucia, quam inter celebriores S. Franciſci Aſſiſiatis filias annumeratam legimus, ſcribit Antonius Daça, qui vitæ illius hiſtoriam accurate deſcripſit, ſolitam ſe brachiis in formam Crucis extenſis muro applicare, de quo claui maiores prominebant, è quibus tenera pendebat virguncula, vt ne extremis quidem pedibus terram contingeret, tenebat autem hoc Crucis exercitium horam integram, corpori quidem moleſtum, animo verò periucundum.

Et quid aliud hos omnes ſpectaſſe, quo collineaſſe arbitrabimur? niſi ad vnum hoc, quo veterem hominem cruci affigere, profanum amorem exſtinguere aliquando poſſent; & verò nequam ille, & perfidus veteris hominis amor hoc dignus ſupplicio eſt, qui tot, tantiſque vniuerſum orbem malis oppleuit, quot ſeſe quotidie ſaturum ingemiſcit: quam ego cauſſam arbitror,

Cupido crucifixus.

cur Auſonius, aliique non infelicis genij poëtæ, ſceleſtum illum amorem, ſeu Cupidinem Veneris, ſiue voluptatis filium à nymphis, quæ mortalium animas repræſentant, comprehenſum, in pœnam ſcelerum myrtho, infelici vtique, & ſterili arbuſculæ cecinerint eſſe ſuffixum, quam nos Chriſtiani, huic amoris idolo pœnam inprimis infligere addecet, atque ipſi Chriſti Cruci ſuffigere, vt hi ſupra memorati athletæ fortiſſimo animo præſtiterunt, dum carnem ſuam cum cupiditatibus ſuis Cruci affixerunt; arbori certe, ſi oculis carneis eam intueamur, maledictæ & delectationum popularium ſterili; at interioris hominis iudicio, cui ſacer Domini contactus pretium & venerationem, diuini autem ſanguinis eius, qua immaduit, pluuia fœcunditatem attulit, in primis frugiferæ & glorioſæ.

Votum auctoris.

Dicam itaque, & ſeriò, vt affectus ſum, dicam: Ieſu magne ac Redemptor mi, ſine hoc tuis in me beneficiis longe maximis apophoretum accedere: hāc adiice ſeruo tuo mantiſſam, vt ſicut omnia ſacratiſſimi Corporis tui membra Cruci affixa ſunt, ita me, qui licet indignus inter myſtici corporis tui membra connumeror, tuæ merear tecum Cruci affigi, cumque aliter nequeam, reliquos vitæ meæ dies, vt homo tecum ſpiritu crucifixus, in humilitate, patientia, manſuetudine, obedientia, caritate, iniuriarum condonatione, paupertate, ac voluntaria corporis afflictatione ſic tranſigam, quo tuæ aliquando imagini inueniar eſſe conformis.

CAPVT SEPTIMVM.

Pendens ex arbore Dominus manus, & pedes ferro traiectus, quadrigam gloriæ, totidem ſibi Clauis in Cruce adornat.

Sic Clauus Clauo extunditur.

Chriſto confixus ſum Cruci. Viuo autem, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus Gal. 2. 19.

Non auferentur claui eius in æternum. Iſaiæ 34. 20.

AVferre tamen illos, ſed fruſtra conatus fuit Ioannes quidam Weſtphalus heterodoxus ſycophanta, dum funibus, an clauis in Crucem actus fuerit Chriſtus, nequiter auſus fuit dubitare; ſed nebulam hanc ſole ſuo diſpulit pridem *Aurelius Auguſtinus*, dum in Pſal. 68. ita ſcripſit: *niſi clauis fixus eſſet, crucifixus Dominus non fuiſſet:* at crucifixum Matthæus aſſerit, ergo clauis confixum cenſet, quod Ioannes, dum fixuram clauorum nominat, ſatis, ſuperque explicauit. Non fuit itaque patibulo expleta crudelitas, ferro etiam confixi pedes, manuſque pependere, grauiuſne autem patibulum fuerit, an additamentum patibuli, quis dicat? hic nimirum ad hoſtium rabiem cumulus deerat, vt laceſſito tot flagitiis Deo, manus eius, ac pedes cruci quoque ſuffigerent, ac ſi prohibere niterentur, ne poſſet iniurias ſuas, etiamſi maximè vellet, vlciſci.

S. Auguſt.

Manabant interea è manibus, pedibuſque flumina amoriſne dicam, an ſanguinis? dum Cruci defixus, ſolis pedum palmarumque vulneribus inſiſteris, hoc ſtrenue agebat, vt noſtra, quam ſuſceperat, cauſſa tota ſecum à vulneribus penderet. Gaudebat ſuomet pondere ſua ſibi vulnera recrudeſcere, quia ſic fortius in momenta proclamabant. Et meritò quidem non plantis, ſed plagis ſuſtentabatur orator, qui facunditæ pondus in ſanguine collocârat, feliciter ſuper vulnera moriturus, qui ſibi vitam ad vulnera fabricârat. Trabales illi Claui ferreæ erant vulne-

tura

tum linguæ, & facundiſſimæ ſanguinis oratrices, quæ repulſam ferre non poterant, quia nimium habebant ponderis, dum ſuſtinebant Deum.

O mirabile ingenium charitatis! memorandos clauos his celata ſculptura eſt pretioſi, & oculati lapidis, his deſcripti nos ſumus in traiectis manibus: his ad altare ſublimis Pontifex, dum vniuerſa ad ſe trahit, vniuerſa ſuſpendit: his aperiuntur theſauri ſalutis humanæ, venæ aquarum viuentium, fontes fluminum cunctas rigantium terras, portæ pacis & gloriæ ſempiternæ. Vnde non difficulter quiuis intelligat, cur ſe clauis Cruci affigi permiſerit, qui idcirco oblatus eſt, quia ipſe voluit, nulla neceſſitate compulſus, niſi & huc reſpexiſſe credendus ſit, vt nobis oſtenderet ſe non longe receſſurum à nobis: vel certe, vt ait *Nazianzenus*, quemadmodum Chriſtus lignum poſuit aduerſus lignum, & manum aduerſus manum, manus ſcilicet confixas & conſtrictas clauis aduerſus remiſſas & ſolutas: ita pedes ſuos clauis confixos aduerſus pedes noſtros incontinenter ſolutos collocaret, volens deinceps opera noſtra, quæ manibus, pedibuſque deſignantur, cruci ſuæ debere eſſe coniuncta.

Sancta profectò ac glorioſa Clauorum iſtorum Philoſophia, magiſtra morum & diſciplinæ, quam priuſquam auſcultemus, quid de illorum figura ac forma, quid de numero, cultu, ac virtute Doctores ſacri tradiderunt, ante diſquirendum iudicaui.

Qua Clauorũ Chriſti forma, quæ figura? Et ad primum quod attinet, obtuſos quidem fuiſſe quidam autumant, quia nunc tales videntur, ſed quis ſibi perſuaſerit intactos ad nos vſque perueniſſe, & nihil ab eis maiorum pietate abraſum diffractumque? vt in ſacra lancea, aliiſque S. Lipſianis perſpicuum eſt. Verum rotundi ne, an quadrati fuerint difficilior hactenus deliberatio fuit. Danieli Mallonio rotundi placuiſſe viſi ſunt, ex eo quod plagas illorum in ſindone ſua Taurinenſi aduerterit eſſe rotundas; ſed debilis ac nullius ponderis probatio eſt, ſanguis enim guttatim fluens, ac ſtillans, vt hic factum, non niſi rotundas maculas relinquit, & Romanus clauus, qui in æde S. Crucis religioſiſſimè colitur τετράπλευρ@ eſt. Vel, ſi forte teſtimonio ſindonis tribuendum aliquid cenſuerimus, Clauorum capitella ipſa rotunda, vt in illis, quæ in manibus ſunt, liquidò patet, malleorum ictibus in manus, pedeſque adacti, tale ſui ſignum potuerint reliquiſſe.

Grandes autem fuiſſe ac longos, præterquam quod SS. Patres non obſcurè affirment, ipſa ratio ſatis, ſuperque inſinuat, cum manus, ac pedes & truncum ipſum debuerint penetrare, de quo *S. Birgitta.* ita S. Birgitta l. 2. c. 21. *Claui longè vltra Crucis ſtipitem protendebantur.*

Numerus Clauorum Chriſti. A figura venio ad Numerum.

Claſſibus hic locus: hic acies certare ſolebant:

A His pro ternario, illis pro quaternario, &, ſi Deo placet, aliis pro octonario digladiantibus; ſed poſtremis hiſce; qui nulla ſtipendia faciunt, dimiſſis, ad eos qui pro ternario pugnant, veniamus.

Argumenta pro Ternario. Ternionem hi diuinis perſonis ſacrum, etiam dominicis clauis dedicatum eſſe volunt, quos inter eminere volunt Gregorium Nazianzen. in carm, de Chriſto patiente. S. Anſelmum in dialogo. S. Bonauenturam in med. c. 78. Nonnum Ioannis Scholiaſten, Ludolphum Carthuſianum, & alios: quibus vniuerſalem, vt aiunt, Eccleſiæ conſenſum adiungunt, imò diuinæ manus opus luculentiſſimum, Cor ſcilicet B. B Claræ de monte Falchio, in cuius medio ſeſe, mortemque ſuam & ſacra mortis inſtrumenta Chriſtus inſculpſit, inter quæ pendent ex tribus nerniculis tres velut ferrei claui, duo quidem minores, & tertius maior.

Prætermitto cetera, quibus nihilo amplius efficiant, quam his horumque ſimilibus ſexcentis potuerint promouiſſe. Non primo, cum nullum in Eccleſia aut imagini ab ætate accreuerit teſtimonium, aut penicillo à pictoris fide digna auctoritas, qua tribus duntaxat clauis Chriſtum doceant eſſe crucifixum. Fortaſſe vero illa hinc exorta ſententia, quod Gregorius Nazianzenus, atque Ambroſius tres tantum enumerent *S. Greg. Nazianz.* C clauos, de quarto nihil arbitrati, vel certe, vt aliquibus non improbabiliter placere intelligo, ab Albigenſibus profecta conſuetudo eſt Chriſtum Cruci ternis clauis affigendi, quos Lucas Tudenſis lib. 2. c. 9. vti apud Gabrielem Vaſquez lib. 2. de cultu & adorat diſp. 2. c. 2. legitur, in contemptum catholicæ fidei pinxiſſe docet imaginem Crucifixi, vno clauo ſimul vtrumque pedem ſuffigente, cum antea binis clauis pedes fixi pingerentur. Addit autem Vaſquez exſtare veſtigium in vetuſtis picturis deformis illius crucifixionis, quæ tamen poſtea decentius conformata ad augendam fidelium compaſſionem retenta fuit.

Ad piam beatæ Virginis Claræ Hiſtoriã quod ſpectat, quam nobis Iſidorus Moſcouius ſcriptam reliquit, & millenorum teſtium indies con- D firmat authoritas, laudo eam perlubens, atque exoſculor, vtpote qua nobis totius ſacræ Paſſionis Chriſti effigies ex pio ſacræ Virginis phantaſmate generata ob oculos ponitur, ita vt in corde eius, quaſi tabula, venis, quaſi lineamentis, omnia hæc ſimulachra cogitatio artificioſa diduxerit, & ſanguine pro colorum requiſita varietate temperato, hoc miraculum elaborarit; verum quia talem B. Clara de Crucifixo Domino meditationem inſtituit, quis idcirco continuò & talem fuiſſe crucifixionem iudicârit? fuerint, aſſentiente me, & explicatiſſima fuerint huiuſmodi inſtrumenta, ego illa non ad Chriſti Paſſionem ſingulatim demonſtrandam, ſed ad ſeraphicum Claræ amorem poſteris declarandum

Digitized by Google

dam celata fuiſſe arbitror. Nihil hinc igitur pro iſta opinione ſubſidij.

Argumenta pro quaternario.

Sunt itaque alij qui pro quaternario clauorum numero propugnando lorica induti ahenea, haſtamque vibrantes aptiſſimam in campũ prodeunt; non eos aut priſci temporis, ac moris nota conſuetudo, non vetuſta pictorum teſtimonia, non antiquorum Patrum deficit auctoritas, quibus omnibus non vulgariter inſtructi illam de tribus clauis nuper exortam opinionem refellunt, ſuamque de quaternis ſententiam pergunt ſtabilire, quorum Princeps Gregorius eſt Turonenſis, qui ante mille ac centum annos in Eccleſia floruit, & libro de gloria martyrum cap. 6, ſcripſit in hunc modum:

S. Gregor. Turonenſ.

Claui, quod quatuor fuerint, hæc ratio eſt: duo affixi erant in palmis, & duo in plantis: cum enim Chriſti crucifixores quatuor fuiſſe legantur, quorum ſinguli clauos ſingulos infixerint: vt de illis, qui olim ſontes cruci affigebant Seneca lib. de vita beata teſtatur his verbis: vnuſquiſque veſtrum clauos ſuos ipſe adegit, quatuor fuiſſe oportet, vt tres illi eminentiſſimi, eidemque doctiſſimi Cardinales calculo id ſuo comprobaſſe feruntur Frãciſcus Toletus in cap. 19. Ioannis, & Cæſar Baronius tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 34. n. 118, adducens Plautum in hunc modum loquentem: *ego dabo ei talentum primus qui in crucem excurrerit, ſed ea lege vt affigantur bis pedes, bis brachia.* Subiungit autem *Baronius: ita de Chriſto Domino noſtro antiquiores imagines, quatuor ipſum affixum clauis repræſentant, nempe ſeorſim ſingulis pedibus ſingulis confixis clauis.*

Franc. Toletus. Cæſar Baronius.

Bellarmin.

Tertius vero eſt Robertus Cardinalis Bellarminus, qui in præfatione ad lib. de 7. verbis, clauos Chriſti quatuor fuiſſe docet, non tres tantum, vt multi, inquit, exiſtimant, qui ea de cauſa pingunt Chriſtum Dominum ita Cruci affixum, vt vnum pedem ſuper alterum habeat.

Nicodemi Imago tribus clauis confixa.

Quia vero præfatus Baronius Cardinalis antiquiorum imaginum teſtimonium pro ſe afferre voluit, vnam ego, alteramue producam, vt quanto teſtantis notior fuerit conditio, tanto certior atque locupletior auctoritas habeatur.

Vultus Sanctus Lucæ in Hetruria.

Prima itaque ſit, quam Nicodemus Iudæorum princeps, vt Euangeliſta eum nominat, hoc eſt vir primarius, dignitate inter ſuos præcellens, ſuis ipſe manibus ex cedro formauit, in qua ille, qui Chriſtum refixit, qui clauos ſua manu extudit & excepit, pedes eius binis clauis confixit, vultum autem diuina manus effinxit, vnde à pleriſque imago ipſa *Vultus Sanctus* appellatur, vt auctor eſt Iacobus Boſius lib. 6. de Cruce triumphante cap. 11. Dici ſatis nequit quanta hæc religione ac cultu Lucæ in Hetruria ab omnibus paſſim celebretur, nuditatem eius defendit veſtis anthracina, manuleata, ex ſericum vellere, imo & calceatus hic pendet Chriſtus, calcei autem argentei ſunt aureis laminis incruſtati: narrat autem Hiſtori-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A cus à poſteris, piis Chriſti cultoribus tegmen hoc adiectum eſſe iuſſu Dei, monitu Angeli peculiari

Mirum autem eſt, atque omnino rarum quod de peruetuſta hac Imagine ſcriptum inuenio: paupertinus erat aliquis ad extremas incitas redactus, qui, vt ne periret, Seruatorem rogauit ſupplex penuriæ ſuæ magnæ paruum adminiculum. Ad preces illius imago, aut potius Chriſtus in imagine ſe inclinauit, & mendiculo huic dexterum obiecit calceum, tamquam miſeriæ ſuæ leuamen. Cum theſauro iſto iam abituriebat homuncio, ſed æditumi, rei nouitatem admirati, calceum redemerunt, tantumque auri in eius ſinum congeſſerunt, quantum

B ſatis eſſet ad pretium calcei æquandum. Ille autem adaptari in hunc vſque diem non potuit, ſed calice ſuppoſito fulcitur. Ille ergo à Nicodemo ſculptus Chriſtus clauis quatuor fixus eſt, & quiſnam, Sodes, ſigno tam veteri, viro tam ſancto fidem auſit derogare?

Crucifixus Modoetiæ.

Tranſeo ad alteram Crucifixi effigiem quæ Modoëtiæ [oppidum eſt in Inſubria, decem millibus paſſuum Mediolano diſtans] in ſacrario Eccleſiæ S. Ioannis viſitur, quam Theodelinda Longobardorum Regina magnis impendiis ædificauit, hic Corona ferrea, qua Imperatores coronantur, aſſeruatur, multæque aliæ vetuſtiſſimæ tabulæ, ac ſigna, inter quæ, argentea quædam imago eſt Chriſtum quaternis

C clauis cruci affixum repræſentans, donum, vt conſtans loquitur fama, Gregorij PP. primi, præfatæ Longobardorum Reginæ tranſmiſſum.

Quaternis itaque Clauis mundi Seruator pro communi omnium ſalute Cruci ſuffixus fuit, quaternis, inquam, nec pluribus, quidquid fruſtra oggranniat li. de reliquiis Caluinus.

Sed vbinam illi poſt Chriſti mortem abditi, ac conſeruati, quando eruti, inuentique?

Vbi ſeruati Claui.

Non vna hic omnium ſententia, neque ſenſus eſt: alij Clauos hos diligenter à B. Virgine collectos, & ſumma diligentia ſeruatos aiunt: alii à Nicodemo iuſſu B. Virginis vnà cum ceteris paſſionis inſtrumentis, quæ tegi poterant,

Simeon Metaphr.

D collectos tradunt: verum Simeon Metaphraſtes de vita ac dormitione B. V. Cardinalis Baronius ad an. Chriſti 34. num. 132. docent Virginem Deiparam, cum filius de Cruce deponeretur, clauos quidem in ſinum recepiſſe, ſed quoniam apud Iudæos conſuetudo erat vt inſtrumenta omnia, quibus ſontes ſupplicio publico necabantur, eadem die humi defoderentur, eoſdem mille ſuauiis antè exceptos, vnà cũ cruce ſepeliendos tradidiſſe, vbi ſuperingeſta humo operti, atque ex hominum oculis, memoriaque ablati latuerunt in eodem antro, vt Socrates ſcribit, quo Chriſtus conditus fuit, donec anno 326. pientiſſima Imperatrix Helena, magni Conſtantiniglorioſiſſima mater, eoſdem

diligentiſſime conquiſitos, illo ipſo loco, vt auctor Nicephorus eſt l.8.c.29. & Socrates l.1. c.11. feliciſſimè inuenit. *Nicephor.*

Tanto itaque iam diues theſauro ad filium Imperatorem auguſta Mater reuertebatur, cũ præſens auditis ac cognitis grauiſſimis naufragiis quibus Hadriaticum mare humano generi quotidie magis ac magis exitium minaretur, vt paſſim vorago nauium audiret, miſerrimam hominum ſortem miſerata Princeps, ſingulari in Deum concepta fiducia, Dominicorum Clauorum vnum in mare dimiſit, ac ſtatim bruto illi elemento halcedonia reddidit, totumque mirandum in modum tranquillauit, vnde hodiernum vſque in diem, vt Cardinalis ſcribit Baronius tomo 3. ad Ann. Chriſti 326. num. 52, nautæ ſanctificatum mare venerantur, cumque id ingreſſi fuerint, ieiunijs, orationibus & pſalterio vacant: tres vero reliquos ad Conſtantinum deportauit, ac de duobus quidem frænum Imperatoris muniuit, quo facilius victoriam ex hoſtibus referret. Quanta autem fręni huius virtus fuerit, vel hinc colligi poſſe reor, quod Iuſtinus Imperator expertus eſt, ac ſuis omnibus patefecit: illuſus enim à Mago, ac grauiſſimas per duarum curricula noctium inſidias perpeſſus, tertia nocte cum fręnum capiti impoſuiſſet, locum inſidiandi inimicus vltra non habuit, repertumque auctorem inſidiarum gladio percuſſit. Ita S. Gregor. Turonenſ lib. de gloria Mart. cap. 6. Tertium autem Clauum in regio diademate, ſiue Corona, quam Imperator geſtare conſueuerat, infixit, quamuis Iuſtus Lipſius in notis ad lib. 2. c. 9. exiſtimet inſertum fuiſſe capiti ſtatuæ, quam in foro erexit; alij non in diademate, ſed galea poſitum à Matre arbitrantur, quo filium aduerſus hoſtium tela ſaluum & incolumem præſtaret: de his ita loquitur S. Ambroſius oratione in funere Theod. *Quæſiuit Clauos, quibus crucifixus eſt Dominus, & inuenit, de vno Clauo frænos fieri præcepit, de altero diadema intexuit, vnum ad decorem, alterum ad deuotionem vertit. Miſit itaque filio ſuo Conſtantino diadema gemmis inſignitum, quas pretioſior ferro innexa Crucis redemptionis diuinæ gemma connecteret. Miſit & frænum, vtroque vſus eſt Conſtantinus. Bonus itaque Clauus Romani Imperatoris, qui totum regit orbem; ac veſtit principum frontem, vt ſint prædicatores, qui perſecutores eſſe conſueuerunt. Rectè in capite Clauus, vt vbi ſenſus eſt, ibi præſidium, in vertice Corona, in manibus habena.*

Exinde varios Dominos, temporis longinquitate, hiſce Clauis ſortientibus, factum eſt, vt ea in loca deportarentur, in quibus modo vniuerſi populi Chriſtiani accurſu religioſè coluntur.

Ille qui Conſtantini Cæſaris caſſidem, ſiue diadema tenuit, Romæ in æde S. Crucis adorandus proponitur. *Ita S. Ambroſius, S. Gregorius Turonenſis, Theodoretus, Zonaras, &c.*

Alter, qui fræni Cæſarei pars fuiſſe dicitur, vt auctor eſt Philippus Bergomenſis, Mediolani in maiore Baſilica ſeruatur, quem alterius manus tormentum fuiſſe aiunt, ſi Eutropio credimus.

Tertius Treueris piorum aduenarum frequentia celebratur, quem dextero Saluatoris pedi infixum Hiſtorici tradunt, & alteram fræni partem feciſſe. De hoc veteres Treuirorum Annales ſic ſcribunt; A dæmone extortum fuiſſe, vt Clauum, qui iſtic ſeruatur, eum eſſe fateretur, qui pendentis in Cruce Domini dexterum pedem confixiſſet, adduntque ingens miraculum quod circa annum 1050 contigiſſe fertur. Cum enim Metenſis Epiſcopus eum furtim in ſinum abdidiſſet, Clauus ille ſanguinem abundantius fudit, qui guttatim è ſinu in terram manare cœpit.

Quartum vero, vt ante dictum eſt, Hadriaticus tenet ſinus.

Si quos vero & aliis in locis vt Aquiſgrani, Pariſiis, Carpenctorati, Viennę in Auſtria, Coloniæ, &c. reperiri audias, eos vel ad ſimilitudinem cuſos parte aliqua veri claui immiſſa, credas: quod vel vnus ille qui Romæ ſeruatur, ſatis oſtendit, cum enim magnam ſui partem, qua vulnus minatur, amiſerit, & in reliquo corpore limam, aut ſerram paſſus eſſe videatur, opinionem noſtram non obſcurè confirmat: vel, ſi ita lubeat, eis accenſeas, quibus duo ligna Crucis compacta fuerunt, vel eis, quibus affixus eſt Titulis Crucis.

Quanta autem religione ac cultu hæc Dominicæ Paſſionis inſtrumenta venerata ſit hactenus Chriſtiana pietas, vel inde patere arbitror quod Innocentius PP. VI, anno 1353 rogante Carolo IV. Imperatore Clauorum feſtum inſtituerit, cum ſpeciali officio, feria 6 poſt octauas Dominicæ Reſurrectionis, in Alemaniæ & Bohemiæ partibus ſolenniter celebrandum. Quod idem Martinus V poſtea peculiari bulla confirmauit, vnde mirandum in modũ ſacrorum Clauorum religio deinceps fuit propagata, non quod ferri cultores ſimus, vt inſana ſectariorum nos perperam appellat dementia, ſed quia dum Clauos illos Chriſto cogitatione adiungimus, fit, vt huius connexionis ergo, cultum quoque certum, qui à Chriſto nequaquam alienus eſt, eiſdem tribuamus, cuius attactu eam dignitatem meritò ſunt adepti, vt cum S. Ambroſio dicere poſſimus. Ecce & Clauus in honore eſt, ferro pedum eius Reges inclinantur; non quod fidelium quiſpiam, vt bene Cardinal. Baronius annotauit, ferrum colat, ſed potius Chriſti Paſſionem veneretur & adoret in ferro. *Card. Bar.*

Pergit Ambroſius ita ex perſona Iudæorum, ac militum loquendo: *Ecce & Clauus in honore eſt, & quem ad mortem impreſſimus, remedium ſalutis eſt, atque inuiſibili quadam poteſtate dæmones torquet.* *S. Ambroſ.*

Digitized by Google

torquet. Neque illud mirandum eſt, cum magis Domino coniunctus fuerit, quam ipſa Crux, quippe qui in ſacroſanctam eius carnem penetrauit, & non modo in extrema eius ſuperficie hæſerit inſtar Crucis: vnde ſapienter admodum S.Leo. S.Leo: *Claui illi qui manus Domini, pedeſque tranſfoderant, perpetuis diabolum fixere vulneribus, & ſanctorum pœna membrorum, inimicarum fuit interfectio poteſtatum, ſic ſuam Chriſto conſummante victoriam, vt cum ipſo, & in ipſo omnes qui in eum crederent, triumpharent.*

Ruſticus Card. Bene itaque Ruſticus Diaconus Cardinalis lib. contra Acephalos: *Clauos quibus affixus eſt Chriſtus, omnis per totum mundum Eccleſia, abſque omni contradictione adorat, dignos planè, quorum memoriam, vel in imagine Chriſtiana pietas veneretur.* B. B.Gertrud. Quo ſpectaſſe arbitror S. Virginem Gertrudẽ, cuius priuatum illud obſequium, quo clauos ferreos de Crucifixi quadam imagine extraxit, & pro eis totidem canophylla vulneribus infixit, tantopere Chriſto placere viſum fuit, vt ei loquens, dixerit: *ego affectum illum in tantum acceptaui, vt pro eo omnibus vulneribus peccatorum tuorum nobiliſſimum balſamum meæ diuinitatis infuderim, vnde omnes ſancti miro modo in æternum delectabuntur, quia vulnera tua placebunt ex infuſione pretioſi huius liquoris. Tunc iſta: Nunquid Domine mi ſimiliter omnibus facturus es qui idem faciunt? Reſpondit Dominus non omnibus. Sed illis qui ſimili affectu hoc facient, ego ſimiliter benefaciam. Qui verò tui exemplo incitati idem facient, deuotione qua poſſunt, illos ſecundario remunerabor. Inſinuat. diuin. piet. l.3.c.45.*

Verum enimuerò nulla maior ac præſtabilior religio quam ſerio imitari quod colimus, dum myſtico illo atque interiore ſenſu nos illis tradimus Deo arctius configendos: hoc noui hominis deſiderium, hæc votorum eius eſſe debet ſumma, quam à Dauide religioſiſſimo Princi- Pſal.118. 120. pe didiciſſe licuerit, cum 118 pſalmo ita exclamat: *confige timore tuo carnes meas*, vbi Genebrardus, ac Bellarminus Καθήλωσον illud ſine clauis intelligi non poſſe teſtantur, quorum ille ad Chriſti clauos his verbis alluſum eſſe iudicauit.

S.Ambroſ. Cyprianus, verò atque Ambroſius legunt D *confige clauis à timore tuo carnes meas*, quaſi virtus timoris clauo ſimilis eſſe cenſeatur, qui mandatis Dei ſui cor hominis affigat; ſed *Ambroſium* ipſum in pſalm.118 audiamus: *Qui diligit Domini teſtimonia, configit clauis carnes ſuas, ſciens quod vetus homo crucifixus eſt. Confige ergo te clauis & deſtrue fomenta peccati, moriatur in te illecebra omnium delictorum, libertatem vagandi cupiditas voluptatum non habeat Cruci affixa: eſt enim quidam clauus Chriſti talis, qui patibulo Dominicæ Crucis affigat has carnes: & fortaſſe ſunt quædam carnes animæ, ſicut & corpus eſt animæ. Carnes animæ, carnales cogitationes ſunt, configat has carnes clauus timoris Domini & iudiciorum eius, & ipſas redigat ſeruituti. Quòd ſi* Gen.6.3. A *carnes iſtæ reiiciant Clauos timoris Domini, indubiè de iſtis dicitur, non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Niſi ergo affigantur clauis à timore Domini, non permanebit in illis ſpiritus Dei: vt ergo ſpiritus Dei in te permaneat, confige clauis Diuini timoris carnes tuas Cruci.*

Ambroſianæ exegeſi ſubnecto ſaluberrimũ monitum œcumenici Papæ *S.Leonis*, qui ſerm. S.Leo. 19. de paſſione ſic loquitur: *cum ſe quiſpiam obſeruantiæ limitem ſentit excedere, & in id cupiditates ſuas tendere, quòd eum à recto itinere faciat declinare, recurrat ad Crucem Domini ac ligno vitæ motus noxiæ voluntatis affigat, & voce prophetica ad Dominum clamet & dicat: confige clauis timoris tui carnes meas.* Quid autem eſt clauus timoris Dei carnes ha- Pſal.118. B bere confixas? niſi corporeos ſenſus ab illece- 120. bra illiciti deſiderij ſub metu diuini continere judicij, vt qui reſiſtit peccato, & concupiſcentias ſuas, ne quid morte dignum operentur interficit, audeat cum Apoſtolo dicere: *Chriſto* Gal.2.19. *confixus ſum Cruci*. Et fortaſſe non ſolum Claui timoris, vt cum S. Leone loquar, ſed etiam charitatis, te Cruci affigant, *quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio*. Non er- Cant.8.6. go te offendat duritia clauorum, quia eſt duritia charitatis, nec validus Clauorum rigor, quia valida eſt etiam, ſicut mors, charitas. Si enim *verba Sapientis quaſi Claui in altum defixi*, ſiue vt Eccleſ.12. Arabicus & Olympiodorus legunt πεπυρώμε- 11. *νοι*, id eſt igniti & candentes, cuiuſmodi faci- C lius, altiuſque lignis infiguntur; certe verba omnis ſapientiæ Auctoris, talia eſſe quis dubitet? quibus veluti clauis ignitis, diuinam quandam charitatem ſpirantibus omnes priuatarum affectionum motus, cupiditatumque; illecebras, hilari mente, tranquilloque animo Crucifixo ſuo nouus homo configat: *pia* namque *vita Sanctorum*, vt idem S.Leo ſerm. 8. de quadrag. S.Leo. loquitur, *numquam aliena eſt à Cruce Chriſti, dum Continentiæ clauis deſideria carnis configit, & corporeas cupiditates virtute ſpiritus in ſe habitantis interficit.*

Et *firmiſſimus* quidem hic *Clauus amoris eſt, quo manus iuſti configitur, ne operetur iniqua*, vt olim dicebat B.Thomas à Villanoua: beatus qui hoc B.Thoma à Villanou. D clauo configitur, nec tam ſpe gaudiorum, aut timore pænarum, quam ne dilecto diſpliceat, tota vita ab illicito ſe abſtinendo compeſcit. Verum enim vero qui hunc necdum conſecutus eſt, ſaltem configatur ſpe, inclinetque cor ſuum ad faciendas iuſtificationes, & abiiciendas iniquitates ſuas propter retributionem.

Quod ſi nec hunc habet ad manum, ſaltem clamet cum propheta *confige timore tuo carnes meas* & pedes meos ne *vagari incipiam poſt greges ſodalium meorum.*

Quod ſi autem horum aliquo Nouus homo iam mundo confixus eſt, ſatagat etiam vt mũdus ſibi crucifigatur & dicere poſſit cum Apoſtolo, *mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo*. Ita Gal.6.14.

B Thom... à Villanoua de huiuſmodi Clauis piè no... minus, ac prudenter philoſophatus om...ous ſuadebat.

Quod vero ad ſimilitudinem attinet Clauorum atque virtutum quas illis hactenus cōpoſuimus, ſi quis ſcire fortaſſe quidpiam deſideret, eam in quatuor potiſſimum ſitum eſſe intelligat, in punctura, in ſtrictura, extruſione, & connexione.

1. *Analogia Clauorum & virtutū.* Primum Clauus cum in rem quampiam adigitur malleo, perforat eam, & ſi corpus animatum ſit, dolorem efficit. Virtus, quæcunque ea ſit, animæ partem inferiorem pungit & dolorem gignit, vnde virtutis radices amaras Philoſophi eſſe voluerunt, quod in comparanda virtute doloris pluſculum ſentiatur.

2. Deinde clauus dum in rem quampiam immittitur, diuidit partes continuas, ex quarum diuiſione Galenus acerbos docuit exiſtere cruciatus. Ita virtus & ipſa diuidit: quidnam? obiectum iucundum à facultate ſeparat, vti facit temperantia, dum à guſtatu cibum illicitum & potum remouet iucundum; à viſu verò ſpecioſa obiecta; à tactu omne id quod carni lenocinetur. Quis autem eſt qui non experiatur harum rerum priuationem ſenſui moleſtam, antequam perfectè virtutem fuerit indeptus. Atque hoc eſt carnem & membra veteris hominis concupiſcentias configere, compungere, vulnerare.

3. Adhæc vt communi fertur parœmia, Clauus clauo truditur, Virtutum Claui clauos alios pellunt ex animis noſtris, noxios illos, & verè moleſtos, vt ſunt vitia virtutibus contraria, ſiue animi affectiones vitioſæ, de quibus S. Ambroſ. (S. Ambroſ.) lib. de bono mortis cap. 5. *Clauus eſt libido, clauus eſt triſtitia, clauus iracundia, claui ſunt omnes paſſiones quæ velut veru quodam animam noſtram penetrant & infiguntur corpori & viſceribus eius:* atque hos vitiorum clauos virtutes, dum exercentur, extrudunt.

4. Denique Clauus aliud cum alio configens vtrumque connectit, vt ſeparari facile non poſſit, præſertim, ſi obliquatis cuſpidibus reflectantur. Ita virtus animam Deo aſſociat, nec ſinit ab illo ſeparari, maximè ſi frequentioribus actibus fuerit iterata: quodque hic conſideratiùs aduertendum eſt, iſta animæ confixio, eiuſdem confortatio eſt, nihilque eiuſdem officit libertati, quòd nec ad malū ſe queat extendere, ſed quanto minus in iſtud libera eſt, tanto ad ea, quæ ſuperna ſunt conſectanda euadit liberior, vnde Eſaiæ 41.7. (Eſaiæ 41. 7.) *Confortauit faber ærarius percutiens malleo, dicens: glutino bonum eſt, & confortauit eum clauis, vt non moueretur.* Hoc eſt ſe inuicem iuuant timor & amor, malleus timoris, & clauus amoris.

S. Bern. S. Bernard. ſerm. de triplici cohærentia vinculorum, triplici nexu animam Deo configi & adhærere demonſtrat: funibus quidem fortiter, hoc eſt memoria honeſtatis quæ virtuti ineſt: Clauis fortius & durius; hoc eſt timore: glutino ſuauius & ſecurius hoc eſt amore, ſicut dicitur 1. Reg. 18. *anima Ionathæ conglutinata eſt anima Dauid.* (1. Reg. 18.)

Verba Bernardi ſic ſe habent: *Tria ſunt vincula, quibus ei adſtringimur, & ſic tria, vt ſola: cum ſolis iſtis, vel iſtorum ſimilibus, omne quod ligatur, ligetur. Et primum accipit funes: ſecundum clauos ligneos, vel ferreos; tertium gluten.*

Primum adſtringit fortiter & durè: ſecundum fortius & durius: tertium ſuauiter & ſecurè:

Fune quodammodo alligatus eſt redemptori, ſi quis forte, dum vehementer tentatur, proponit ſibi honeſtatis intuitum, memoriam promiſſionis, & hoc interim ſe fune retinet, ne propoſitum penitus abrumpatur. Durum profectò vinculum & moleſtū, ſed & periculoſum nimis, quod diu tenere non poſſit, ſiquidem putreſcunt funes, & pudoris vinculum, aut obliuiſcimur, aut abrumpimus cito.

Eſt autem qui clauis figatur Domino Maieſtatis, quem timor Dei ligat, qui non expaueſcit ad vultus hominum, ſed ad memoriam gehennalium tormentorum, & hic quidem peccare non metuit, ſed ardere. Durius tamen & fortius primo imprimitur, quia cum ille vacillet in propoſito, iſte propoſitum non amittit.

Tertius vero glutine ei conglutinatur, id eſt, caritate, qui tam ſuauiter, quam ſecurè ligatus adhæret Deo, vnus ſpiritus cum eo. Iſte eſt qui quæcunque vndecunque, ſiue quæ facit, ſiue quæ ei fiunt ad ſuum commodum reuocat & retorquet.

Beatus huiuſmodi homo, qui ſuauis & vnctus portat omnes, & neminem onerat, qui terribilius & horribilius ipſa gehenna iudicet, in re leuiſſima vultum omnipotentis ſcienter offendere.

Qui in hunc modum timore & amore configitur nihil aduerſi formidat, non horret vultum inſtantis tyranni, non minas, non cruces, ſed in iſtis clauis ſolutus ac liber, ſe gaudet cum eo configi, à quo perpetuis ſperat triumphis recreari.

An talem Christo ſuo confixum videre, lector, deſideras?

Bartholomæus Rex Vomuræ. Ecce tibi Bartholomæum Regem Vomuræ in Iaponia, qui primus Iaponenſium Principum fidem Chriſti amplexus eſt anno 1563 à P. Coſmo Turriano magni Franciſci Xauerij ſocio luſtralibus baptiſmi aquis expiatus. Mirum dictu, quam ille à prima iſta hora Chriſti Crucem amplexus amarit, quin & cœperit illico experiri. Rebellare Proceres, extrema minari: contrà, omnem denuò obſequij reuerentiam polliceri, ſi Chriſtum, cui iam confixus erat, eiuret. Sed præualuit, rebelles domuit, ac victor euaſit. Iterum exſurgere noua ſeditio priore grauior, moleſtiorque, iamque Regem paucis admodum ſtipatum, occluſumque in exigua munitione circumſtiterant, in templa paſſim plus quam hoſtiliter ſæuiebant, cum ecce, quia

Chri-

Chriſto ſuo virtutum clauis defixus, ſeipſo robuſtior, loco erumpere, hoſtem inuadere, atque vniuerſum delere. Palmatâ, qua triumpharet, veſte quis opus Bartholomæo iudicaſſet, ſed ea victori noſtro iam pridem ſordere cœperat, qui mundi pompam faſtumque grauiore calcaneo, quam hoſtes ſuppeditârat; quare Laticlauiam tunicam ambiuit, non ei ſimilem, quia Tullus olim Hoſtilius primùm triumphauerat, ſed quam ipſe ſibi ex Clauis Domini acu pictis inſignem fieri curârat, vt eò omnia vnde promanârant, refunderet, Chriſtò patienti gratus, cuius beneficio perſtiterat ſtabilis in fide, in victoria felix, humilis in triumpho.

Annales Iaponiæ.

Sed & alius eſt priore nobilior, ac ſolidior modus, quo ſe nouus homo myſticis hiſce Clauis Deo ſuo arctiſſimè connectat, & geminus quidem. Priorem nobis deſcribit Cæſarius l.8. c.18. & 19.

Duplex, inquit, eſt hæc Crucifixio, hominis interioris ſcilicet per alienam compaſſionem, & hominis exterioris per propriam carnis mortificationem, Crux dicitur à cruciatu. Crux auſteritas, & rigor ordinis eſt, tum propter vigilias & orationes, tum propter ieiunia & caſtigationes, tum propter ſilentium, & opera manuum, tum propter carnis continentiam & veſtimentorum, ſtratique duritiem, quibus homo carnem ſuam crucifigit cum concupiſcentiis ſuis.

Porro tres Claui quibus corpus illius Cruci debet eſſe affixum tres ſunt virtutes, per quas, teſte S. Hieronymo martyres efficiuntur, ſc. Obedientia, patientia & humilitas. Manum dexteram configit Obedientia ſine murmuratione: ſiniſtram patientia ſine ſimulatione: Clauum Obedientiæ impellit amor ſupernæ libertatis: Clauum patientiæ timor pœnæ gehennalis: pedes illius vera humilitas configit, vt non ſolum maioribus, ſed & minoribus ſe propter Chriſtum ſubiiciat. Addo pro eiſdem, cohibitam vagandi poteſtatem, qua ſe quis domi violenter contineat, cruciatu, ſi bene res æſtimetur, haudquaquam le[illegible], cum graues Theologi non aliter torqueri ab igne Sathanam velint, quam iugi ad eum alligatione & prohibitione extra eum euagandi.

Quantus vero hinc fructus, fœnuſque proueniat, quis pro dignitate exponat? Auctor eſt Macrobius Saturnal. lib. 7. cap. 16. lunari lumini ineſſe proprietatem ad humectandas, diſſoluendaſque carnes, cum enim aprorum, quos venantibus ſylua obtulerat, alij interdiu, noctu alij in ciuitatem perlati eſſent, quos perduxerat dies, integra incolumitate durarant, qui verò per noctem lunari plenitudine lucenti portati erant, computruiſſe viſi ſunt. Quod vbi ſcitum eſt, qui ſequenti nocte deferebant, infixo cuiq; parti æneo clauo, apros carne integra pertulerũt.

R.P. Lyraus de imit. IESV patient.

Quod ſi eiuſmodi clauus corpori animantis infixus, humenti repugnet lunæ, ipſumque corpus à putredine ſeruet illæſum, quid non præſtabit animæ, quid non conferet infixus humano cordi clauus timoris Domini? omni occurret morbo, omnem procul arcebit putredinem, quam noxia lux globi lunaris, hoc eſt, mundi ſubluſtris gloria eſſet allatura, quam deliciarum, & voluptatum humor efficere ſolet, quod olim expertus pſalmographus, inquiebat Pſalm. 37. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Per hunc clauum fiet, quod per prophetam Dominus promiſit, *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Pſal. 37. 6. Pſal. 15. 10.

Bene itaque ne peccati corruptionem in ſe videat nouus homo, Crucis Dominicæ clauis configitur, geritque fixuras clauorum eius in manibus ſuis: neque tantum in manibus, ſed etiam in pedibus, dicendo cum Apoſtolo ad Gal. 2. *Chriſto confixus ſum Cruci.* Gal. 2. 19.

Quinam vero hi noui hominis pedes? niſi mentis eius affectus, quos mundos eſſe Dominus præcipit Ioan. 13. dicens: *qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet, & eſt mundus totus*; & excalceari cadaueritiâ alutâ per Moſem voluit, *ſolue, inquiens calceamentum de pedibus tuis.* Ioan. 13. 10. Exodi 3. 5.

Mentis pedes bini, duo ſunt illius affectus, metus ſc. & appetitus, præcipuus namque mentis affectus, aut in fuga mali, quod metuit, aut in electione boni, quod appetit cernitur. His duobus pedibus reſpondent virtutes duæ, quibus tamquam Dominicæ Crucis clauis configendi ſunt fortitudo, & Iuſtitia.

Pes timoris clauo fortitudinis configitur, ne meticuloſus in aduerſis animus ſuccumbat, ne claudicet in via Dei. Non erat in Petrò metus iſto fortitudinis clauo confixus, cum ad ancillæ voculam trepidans magiſtrum negauit.

Pes appetitus, clauo iuſtitiæ firmandus eſt, ne cupiditatibus ſuis relictus longius æquo vagetur.

Manus vero noui hominis ſunt opera eius, quæ duabus virtutibus prudentia & temperantiæ figendæ ſunt. Opus enim quodlibet vel voluntarium, vel neceſſarium eſt. Manus operis voluntarij clauum prudentiæ exigit, ne mens per imprudentiam impingat. Manus vero operis neceſſarij, temperantiæ clauum requirit, ne dum ad ſuperflua laxatur vitium contrahat: vnde fiet, vt ſupra omnem latum clauum nobilior, ſupra vniuerſos Mineruæ clauos felicior nouus homo euadat.

Atque ita venio ad modum alterum; quo ſe idem feliciſſimè ſubſtantialibus votis, tamquam totidem ſolidiſſimis Clauis religioſæ Cruci affigit. Sunt autem Vota hæc aut tria, aut quatuor, vt de Sacris Clauis non paucos ſentire, ante docui, tres aiunt fuiſſe recentiores; quatuor verò antiqui tradidere ſcriptores; ita ſi ſpectemus *Vota ſunt Claui.*

 ſub-

ſubſtantialia tantum, quæ conſtituunt vouentem in ſtatu religioſo, tria vota ſunt, ſi vero cõſideremus quorundam zelum, qui ſe quaternis obſtringunt vt ſunt Minimi, quos S. Franciſcus de Paula quarto voto obſonij quadrageſimalis adſtrinxit, & Societas Ieſu, quam S. Ignatius de Loyola quarto de Apoſtolicis miſſionibus ſuſcipiendis obligauit, quatuor inueniemus: quo fiet,
S. Auguſt.
vt quod toties S. optabat Auguſtinus, *totus nobis figatur in corde, qui totus pro nobis eſt fixus in Cruce.* Pluſquam adamantini Claui hi, pluſquam picta

—— Sæua neceſſitas
Clauos trabales, & cuneos manu
Geſtans ahena. ——

Pluſquam in poſtico pariete templi Mineruæ Capitolinæ ſolenni ritu à Conſule, vel dictatore contra peſtilentiam infixi claui ahenei illi, ferreiúe: hi namque præ cunctis aliis, virus omne ac malum ab homine propellunt, quem & in virtutibus ſtabilem, & in cruciatibus iubent eſſe conſtantem: quam inſuper non dubiam
S. Ignatius Loyola.
fuiſſe cauſſam exiſtimem cur S. P. N. Ignatius ſacratiſſimo Nomini Ieſu, in ea, quam nobis eſſe voluit teſſeram, clypeumque militiæ religioſæ, ſubiecerit tres Clauos dominicæ Crucis, qui aberant ab eo nomine, quod S. Bernardinus Senenſis populo adorandum oſtendere ſolitus erat, hoc opinor conſilio, vt intelligeremus, non eſſe à nobis in hoc ſacro Nomine quærendam tantummodo mellifluam ſuauitatem deuotionis, cum SS. Bernardo, Franciſco, Catharina
C
Senenſi, Iuliano Anachoreta, qui Nomen hoc vbicunque reperiebat, lacrymis humectabat; ſed etiam ſub illo vexillo ferendam eſſe Crucem mortificationis in accurata votorum obſeruatione perpetiendos Clauos laborum & dolorũ pro Chriſto, vſque ad vulnera, ſanguinis effuſionem ac mortem.

Vota igitur locum ac munus Clauorum habent in hac ſpirituali Crucifixione, præſertim
Petrus Bleſenſ.
cum & Petrus Bleſenſis ſerm. 9. Religioſum ſcribat Obedientiæ clauis eſſe confixum. Et licet hic dolor non ſentiatur actu, cum Vota primum emittuntur, tamen cruciat ſenſum no-
D
ſtrum, cum ex vi voti nuncupati obiecta illicita, quæ ſiue ſenſui ſiue menti ſe offerunt, generoſe à recta ratione, ipſiſque ſenſibus, voluntatis imperio reſpuuntur: quodque amplius eſt, Vota hæc ſubſtantialia nos ita cum Deo coniungunt, ita carnem, id eſt carnales noſtras cupiditates configunt, vt ſe amplius commouere non valeant, quod Apoſtolus appellat crucifigere carnem cum vitiis & concupiſcentiis ſuis, nec quidquam ſit deinceps quod auellere ac ſeparare ipſum poſſit à ſancto illo Dei honore & amore, per quem ſemper legem ac voluntatem ipſius quam exactiſſimè perficiat, quemadmodum
S. Ioan. Chryſoſt.
qui clauus in ſaxo affixus eſt, inquit S. Ioann. Chryſoſtomus, moueri nequit. Et hoc non Dei cauſſa aut eius nomine ſolius, ſed & Religio-
A
nis, cui ſe addixit, adeo vt è Cruce deſcendere iam non poſſit, niſi membra ſua mortali apoſtaſia, grauiſſimoque peccato velit dilacerare.

Vniuerſam hanc Philoſophiam Iahelis factum illuſtrabit, quæ vt libri Iudicum ca. 4. & 5.
Iudicum 4.21.5.29.
legimus ſiniſtrâ manu Clauum oblongum tempori Siſaræ admouit, dexterâ malleum adegit, & caput eius perforans cum terra confixit. Siſaræ caput, vitium aut affectionem, Clauus Votum, malleus deuotionem, ſeu vouendi actum, Iahel animam vouentis deſignat.

Beatum ter & amplius! qui Clauis eiuſmodi ſe Deo ſuo in vitiorum omnium interitum generosè adſtrinxit! næ ille vel à iudiciis eius, vel ab amore teſtimoniorum eius, quem ſibi planè
B
retinendum conſtituit, non auelletur in æternum.

Radicationem & fundationem in charitate exegit olim S. Paulus Eph. 3. S. vero Ioannes
S. Ioan. Chryſ.
Chryſoſt. hom. 53. in Ioan. plus docet eſſe Clauis affigi, admonens homil. 9. in 2. ad Timoth. ne verbo tantum diuinæ religionis ſacramenta percipiamus, ſed vt adhæreſcat poſt Deum anima noſtra, & affigamus clauis diuini amoris carnes noſtras, quo fiat vt neque leui vento, nec vehementi quidem procella excutiamur.

Id Abbas Pinuphius tironi religioſum ſta-
Pinuphius Abbas.
dium ingredienti apud Ioannem Caſſianum proponebat dicens: *noueris hodierna die te huic mundo & actibus eius ac deſideriis eſſe defunctum te-*
C
que ſecundum Apoſtolum mundo huic, tibique hunc mundum, eſſe crucifixum.

Talem nobis B. Stephanum illum presbyte-
Stephanus presb.
rum deſcribit Ioannes Moſchus in prato ſpirit. c. 45. quem dum in grauiſſima infirmitate, ex qua ſancta illa anima migrauit è corpore, frater ſuus ſæcularis viſitaſſet, & carnem ex medicorum præſcripto manducantem vidiſſet, illo quaſi probroſo facinore offenſus ingemuit, mox verò in ecſtaſin raptus audiuit quendam dicentem, quare fratrem iudicas, qui neceſſitate compulſus carne veſcitur? Si merita ac gloriam eius videre cupis poſt te oculos conuerte. Conuer-
D
ſus vidit fratrem cum Domino crucifixum: ait autem ad eum is, qui illi apparuerat: ecce in qua gloria frater tuus eſt. Fuiſſe autem Cruci cum Chriſto confixum Stephanum vita eius indicauit, cum à Chriſti in Cruce pendentis cogitatione vt verus Crucifixi amator ſemper penderet.

Clarius hoc atque diſertius in Seraphico patre Franciſco, qui, teſte S. Bonauentura cap. 13.
S. Franciſc.
& Luca Wadingo, tom. An. 1. non tantum myſticis illis virtutum, votorumque clauis Chriſto ſuo fuit confixus, ſed & veris, formatiſque ad miraculum inſignitus, qui in plantarum & palmarum medio, infixi vulneribus prominebant, non verè ferrei, ſed ferreis ſimiles, nigri, duri, fortes, ſolidi, capitati, cuſpidati, quorum materia, vt dixit Alexander IV. de ſubiecto propriæ

carnis

carnis excreuerat, vel de materia nouæ creationis accreuerat: horum clauorum cuſpides non directæ erant ſed reflexæ, tanto ſpatio, vti ſcribunt S.Bernardinus Senenſis, Piſanus, & alij, vt retorto acumini digitus commodè poſſet immitti. Moueri poterant claui huc illuc in quamlibet partem, nam dum à parte qualibet premerentur, vt ait S.Bonauentura, protinus quaſi nerui continui & duri ad partem oppoſitam reſultabant. Sed licet moueri poterant, non tamen remoueri, aut extrahi, vt pio probauit experimento S.Clara, poſt S. Viri mortem. Non impediebant tamen infixi Claui manuum, aut digitorum functiones, licet excreſcentia in pedum plantis repercuſſa acumina, ambulanti forent moleſta. Illud quoque mirum, per integrum biennium immedicata, nec vnguentis aut aromate fota non computruiſſe cum Clauis vulnera, nec malum, imò optimum & fragrantiſſimum teſte Roberto à Licio, ſpirauiſſe odorem. Quis hæc audiens, legenſque non obſtupeſcat? & quam frigeſcente mundo diabolus ſacrorum Clauorum memoriam, vſumque ne vel paucis imitabilem abſtulerat, ſic nobis reſtitutum non gaudeat & veneretur?

Eodem refero Clauum iſtum, quo Sancta S.Thereſia. Virgo Thereſia dilecto candido & rubicundo, Sponſo, inquam, ſuo Crucifixo ſubarrhata legitur, cuius rei geſtæ ſeriem ex ſcedis à morte repertis, quibus ipſa, quod ſibi acciderat, ingenuè expreſſit, totidem placuit verbis admetiri: Aliàs, inquit, hæc ad me Dominus verba protulit: noli metuere filia mea, ne quis te à me aliquando diuellat. Tum ſe mihi per viſionem imaginariam, vti & aliàs admodum internè repræſentauit, dexteramque mihi ſuam porrexit, dicens: *reſpice Clauum hunc, futurus enim eſt ſignum & arrha, iam inde ab die hoc, ſponſam meam te fore: hactenus id quidem ipſa promerita nondum eras, poſthac honoris mei ſtudioſiſſimè rationem habebis, non modo vt Creatoris Regis, ac Dei tui, verum etiam, vt vera ſponſa mea: honor quippe meus, iam tuus eſt, ac tuus, meus.* Gratia porro hæc tam eximiam in me operationem effecit, vt ſenſuum pene defectum patiens, intra me contineri ipſa non poſſem.

Cognoſcebat namque S. Virgo, hoc ſe Clauo in ſponſi gratia confirmari multo melius, quam olim Florentinus ille Petrus Albizius, de quo ſic tradit hiſtoricus: Euaſerat Petrus ex humili conditione ad ſummam, iamque feſto epulo excipiebat amicos, cum nonnemo illi pateram mittit argenteam tragematis plenam, quibus clauus abſconditus latebat, hunc dum conuiuæ vidiſſent, vnà aſſeruerunt omnes mittentem illi optare fidelem, firmamque fortunæ, qua modo vtebatur, conſtantiam, ac veluti clauo fixam retineri debere. Sed fruſtra fuit: nam Paulo poſt ad reſtim damnatus cecidit. *Ex hiſtoria Florent.* Felicior Thereſia, quæ diuinæ gratiæ conſtantiam, quam Clauus ille portendebat, exA perta fuit.

Beata ſors! atque vnicè homini nouo exoptanda! quem vitæ prioris vinculis exſolutum, Dei amor perpetuæ ſic Cruci affigit, nequaquam ſe clauis è ſua ſede mouentibus, aut aliqua ex parte luxatis, *neque enim* [vt bene aduertit Auguſtinus ſerm. 33. de Sanctis] *in hac vita tempus eſt euellendi Clauos*, quod qui in religioſa domo auſi ſunt, næ illis infeliciter ceſſit, & deterrimo fato repenſum eſt, teſtis vnius è multis ſit S.Auguſt. *Doctor Michael Sanchez de Ortega*, libro, quem de veſte nuptiali conſcripſit, in quo is refert Regem Sanchium, vt filio ſuo & morum caſtimoniam & Dei timorem, vnà cum lacte nutricis Monialis Angla ex ord.S.Benedicti. B inſtillaret, huiuſmodi illi ſolitum hiſtoriam denarrare. Virgo, inquiebat, fuit nobilis ac dites, iuuencula ſpecioſa, quæ ſæculi, eiuſque vanitatum pertæſa, ad religioſæ vitæ ſtatum, animum appulit: placuit autem in cæteris Parthenonem eligere, quem ex S.Benedicti norma, ac regula Deo famulari acceperat, nomine Fuencoburn, larga Regum magnæ Britanniæ dote, ac vectigalibus inſtructum. Perbellè, vt aſſolet, ſeſe initia tulerunt, dilecta omnibus, Deo cara: ſed dæmon inuidit, cuius aſtu, doloque factum eſt, vt Adoleſcens nobilis, ac vanus, eam forte fortuna conſpicatus, ſtatim captus fuerit in oculis ſuis; vnum id die ac nocte ſecum pertranctans, qua tandem via ac modo cum illa colloqui, ac dulces audire, ac reddere voces poſſet: & placuit C denique ſe eius patruelem dicere, cuius obtentu, fallaciaque liberum ad eam ingreſſum inueniret, vti & factum eſt. Amoris incendio augeſcente quotidie, ac frequentibus aſſentatiunculis & donis vſque adeo increſcente, vt ſui oblita, ſub noctis crepuſculum religioſæ domus ſepta perfringere & quo inuitabatur innocens columba ad efferas accipitris falculas euolare percuperet. Doloſis itaque promiſſis his ineſcata, abdicato Chriſto, cui ſacris votorum clauis confixa erat, inceſtuoſum balathronem ſequi ſtatuit, idque veſpertinis precibus completis, oſtio quodam tranſitum ex templo ad murum plateæ conterminum præbituro, vbi is eam, ſuperato iam muro ambabus manibus exciperet. Adulta D igitur nocte, omnibus altum dormientibus, conclaui egreditur, per ædem ſacram ad deſtinatum locum tranſitura; ſtabat hic vetus Chriſti Crucifixi imago, vnà cum matris effigie, Sacrarum Virginum cultu celeberrima, quam cum celeri greſſu præteriret, audire ab hac ſibi viſa eſt eiuſmodi verba: quo properas infelix? cur præ dæmonio filium meum abdicas: ad quæ percelli mulier & artubus totis contremiſcere, cœptis tamen nequaquam deſiſtere, ſed porro gradum incitare: tantis nequiſſimi ignis ardoribus abripiebatur. Cum ecce Chriſti crucifixi effigies, manibus, pedibuſque à Cruce reuulſis, fugientem inſequitur, ac manu dextera ſublata, Clauum quo cruci confixa fuerat in eam proii-

 cit,

cit, qui maxillæ eius lato vulnere impactus, carni magno cum dolore inhæſit, quo illa mirandum in modum conſternata, afflictaque ſemianimis in terram collapſa fuit. Chriſti vero effigies ad Crucem ſuam reuerſa, priorem ſitum obtinuit, dextera manu ac brachio excepto, quod à Cruce refixum, ſemotumque in tantæ rei memoriam in hunc vſque diem perſtiterat.

Aurora interea illuceſcere cœperat, cum ſigno ad matutinas preces dato, ſacræ Virgines ad templum deſcendere cœperant, quarum primę magno quodam eiulatu, quem forte templi fornices ad omnes eius ſinus continuò propellebant, exterritæ, ac cæteras præſtolatæ ingrediuntur, vbi clarè has voces excipiunt: venite caræ ſorores, accipite veſtram monialem & de terra leuate quam iſto vulnere ſauciauit Crucifixus, ob peſſimam perfidiam ſuam tam in ſe, quam in matrem commiſſam; quibus illico vehementer commotæ ad locum deueniunt, vbi infelix illa Chriſti deſertrix ſuo innatans ſanguini, doloribus confecta acerrimis, tantum non animam agere videbatur, clauum extrahunt de maxilla, ſanguinem abſtergunt, vulnus obligant, ac multis delictum ſuum lachrymis deplorantem ante aram ſummam conſtituunt, choro integro quinquageſimum Pſalmum regij vatis pænitentiâ nobilem intonante.

Tanti eſt clauos myſticos, quibus Chriſto configimur perfide reuulſiſſe.

Sed tempus eſt vt ad poſtremum illum modum, quo nouus homo ſubinde peculiari diuini Spiritus impulſione prouocatur, ad dolores illos quos Chriſtus Dominus clauorum ſuorum miniſterio, in ſacro corpore, ſuo ſuſtulit, participandos, ſed prouido inſtructi commeatu, veniamus, vt ſupra, cum de Crucifixione ageremus, iter inſtituimus: magnâ namque hic opus eſſe prudentiâ & cautela nemo ignorat, ne Angelus ille tenebrarum incola, qui ſubinde ſe lucis pallio amicire conſueuit, dum vitrum pro margarito porrigit, ibi fidem inueniat, vbi neglectum ac deſpicatum meruerat retuliſſe. Quapropter nouo homini meo non ad imitandum præcipuè, ſed ad mirandum proponere hunc modum volui, vt myſticis ſeſe clauis configendum, quod ſane nec abſque grauiſſimi doloris ſenſu fieri amat, tanto tradat accuratius, quanto illi externam iſtam clauorum confixionem in carne ſua, ad deſtruendum corpus peccati generoſius ſuſtulerunt.

Et primus quidem huc aduolat venerabilis ille ex ordine Prædicatorum aſcetes Henricus Suſo, qui Crucem ſibi palmari longitudine fabricârat, cui non tres duntaxat, ſed triginta acutos claniculos infixerat, quam nudum inter vtrumque humerum exporrigebat, atque annos octo interdiu, noctuque, Chriſti Paſſionibus hoc modo communicans, geſtauit. *Iacob. Greiſerus lib. de diſc.*

Henricus Suſo.

A Religioſo aſcetæ ſacerdoti, Conuerſum ſubiungo Petrum Villarienſem ex ordine Ciſtercienſi, quem tanto ferunt Chriſti cruciatuum amore fuiſſe incenſum, vt manus ſibi ac pedes clauis ferreis perforârit. *Chronicon Villarienſe lib. 3. cap. 2.*

Petrus Villarienſis.

Vtrumque comitabitur eminentiſſimus Alexander Cardinalis Vrſinus; & ipſe tantum non religioſus Societatis Ieſu, voto ſanè, ac deſiderio fuit, hic quanto feruore erga Chriſti Clauos raperetur, teſtis eſt Crucifixi imago ænea clauiculis in ea exſtantibus, carnemque pungentibus huſpida, qui proinde non rarò illi ſanguinem eliciebant, atque induſium cruentabant, dum pectori, cui incumbebant, applicitu arctius, non

B rarò, infigerentur. *Cornel. à Lapide in eius elogio ad S. Ioan. 1. 5.*

Alex. Card. Vrſinus.

Quid ni & hominem è mediis ſæculi vanitatibus abreptum, ſed grauiſſimis S. Patricij cohortationibus incenſum hic ſiſtam, futurum nobis teſtem locupletiſſimum, ſub ſæculari pallio ac ſago, non minimam frequenter ſapientiam latere: Ad Hibernos itaque ſuos de Chriſti cruciatibus verba faciebat Patricius, magna populi circumſtante multitudine, ac præ cæteris nobili quodam Regulo, qui verbis Sancti viri plurimum delectabatur. Accidit autem S. Patricium haſtili ſuo, cui innitebatur pedem Re-

C guli in feruore dicendi perforare, qui vultu ſenſum occultans, pedem de loco, ne tranſuerſum quidem vnguem dimouit, exiſtimans oportere illos, quorum mentes ad Chriſtianam religionem fingerentur, in aliqua corporis parte, cum Chriſto cruciari, cui vulnus iſtud pedis, ſacri Claui memoriam refricabat. *Richard. Stanihurſt. in Vita S. Patricij.*

Regulus pedis vulnus generoſe diſſimulat.

Huc refero eximiam S. Caroli Borromæi in Dominicum Clauum, qui in Mediolanenſi Eccleſia ſeruatur, pietatem ac religionem, non eo duntaxat modo expreſſam, quo externis quibuſdam ceremoniis coli, honorarique conſueuit, ſed & eo præſertim, quo pœnæ, ac cruciatus ſufferentia, cuiuſmodi Chriſtus in Cruce ſuſtu-

D lit, illum veneratur.

S. Caroli pietas in S. Clauum.

Fuerat hic Clauus ad hoc tempus excelſo loco in ſummo fornice, ad ipſius Eccleſiæ caput collocatus, & quamuis lampades quinque ante illum perpetuò collucerent, non ſatis tamen decorè affixus, paucorum etiam veneratione, memoriaque tam ſancta res, tamque inſigne Chriſti Domini, ſanctiſſimæ atque acerbiſſimæ Paſſionis inſtrumentum colebatur. Clauum igitur per ſacros homines machinis in ſublime tractos abſtulit, & amplæ Cruci aptè inſertum ſumma totius populi approbatione exornauit; non tamen ſacroſanctum ferrum ad locum ſuum ſtatim referri, ſed omnibus propoſitum eſſe conſtituit in altari quadraginta horis venerandū, deinde antequam reponeretur longiſſimâ cum viâ ipſe circumtulit, vniuerſo clero, ac populo

comi-

comitante; contigit autem dum ſic nudipes incederet, vt pedem nudum clathro ferreo, quo ſubterraneæ cellæ feneſtra muniebatur, impingeret, atque vnguem maioris digiti ita ſummoueret, vt tota via, quæ multa reſtabat, abunde ſanguinem funderet, neque tamen ob doloris ſenſum, qui eâ parte vehemens eſſe ſolet, de inceſſu quidquam remitteret. Narrauit Medicus ſupplicatione demum peracta, cum accerſitus eſſet, inſpecto vulnere, tolerantiam viri ſe eſſe admiratum: cumque dixiſſet, eſſe vnguem neceſſario abſcindendum: Carolum, qui ſibi poſt abſciſſionem neceſſario quieſcendum eſſe verebatur; quaſi nihil morbi, doloriſque vim æſtimaret, ſibi reſpondiſſe, in aliam diem id eſſe differendum, donec in Eccleſia quaſdam ſacrorum munerum functiones obiiſſet: obligaret tunc quidem vulnus aptiori quo poterat modo. Tertio die Medicus vocatus, id exſequi iuſſus eſt, quod ad curationem neceſſe erat. Ibi vero Caroli mirificam patientiam ſe obſtupuiſſe teſtatur: ei enim grandem vnguem, vulneris acerbitate recrudeſcente, ita excidiſſe, vt cum ipſe in eo genere exercitatus perhorreſceret, neque corpore ille neque voce, neque ſpiritu vllo modo commoueri videretur. Neque vero ob id diu quieuit, aut labori, vel viæ, pro quotidiano Eccleſiæ vſu pepercit, vt ex eo potius noui cruciatus ac patientiæ occaſio naſceretur; nam infirmo pede lapſus, os manus ſuo loco mouit.

Id reponere quidam conatus, cum minimè aſſecutus eſſet, medicus idem, ingraueſcente admodum dolore reſtituit, prorſus ita ſe habente Carolo, quemadmodum is loquitur, ac ſi manum integram permulſiſſet. *Ita Epiſcop. Nouarienſis de illo.*

Ecce quomodo vnius Claui tormentum, gemino tam manus, quam pedis ſui ſingulari cruciatu æmulatus ſit pientiſſimus Cardinalis, dum prætioſum illud ferrum pænalium clauorum per celebriora vrbis loca, quæ Pontium nomine appellantur, circumfert. Certè ſi verum eſt, quod longè crediderim eſſe veriſſimum, quod ille cordatè non minus, quam ſapienter dixit: *ſumma religio eſt, imitari quod colimus*, næ Carolus abſoluto quodam atque eximio cultu Sacratiſſimum Clauum veneratus eſt. Sed nec ita viros ſolos tangere hæc gloria dicenda eſt, vt mulieres quibus à natura maior & actuoſior pietas inſita eſt, ignota prætereat, & illæ partem huius non minimam ferunt; teſtis mihi B. illa Chriſtina de Vice-comitibus ex S. Auguſtini familia ſanctimonialis, quæ cum ad immanem pedum Chriſti clauationem meditando perueniſſet: vah te ingratam dicebat, ecce Sponſus tuus, quã multo ſanguine pro te fluit, vt te ſibi affigat, quam horridis clauis infami ſe ligno affigi patitur, ecquid in vicem reddis? O! mi ſponſe, inquit Chriſtina, quis mihi det de dolorum tuorum, quos pertuliſti, partem aliquam in hoc etiam

V. Chriſtina.

A corpuſculo perſentiſcere. Et ecce non exiguum clauum fixum auellit è proximo pariete, & valido illum nixu per alterum pedem tranſadigit. Ita non ſatis illi fuerat imbibiſſe patientis Sponſi memoriam, niſi quoque fortiter infixiſſet. *Corn. Curtius in Vita.*

Huic ſodalem adiungo B. Margaritam Belæ IV. Hungarorum Regis filiam, Regum, Bohemiæ, Siciliæ, & Poloniæ thalamis expetitam, ſed quæ illibatæ integritatis ſacro, æternoque vinculo, ſanctioris vitæ meritò & prodigiorum laude, felíciores longè Chriſti amores thalamoſque promeruit, hæc Chriſti patientis amore ſuccenſa calceos ſuos clauis ferreis ſubigebat, B quorum cuſpides virgineas plantas non modicum vulnerabant, vt quandocunque vel ambularet, vel ſubſiſteret, plantas pedum eius pungerent ac cruentarent. Surius. Nec cælum hic calculo ſuo defuiſſe viſum eſt, quo eiuſmodi conſilia comprobaret. Lucretia fuit Alciata Comitis Placentini vxor, magnarum virtutum femina hæc à Deo ſummis votis contenderat, vt ſibi dolorem aliquem diuini amoris gratiâ perferendum concederet, & voti compos facta eſt, Cor ſibi veluti quibuſdam clauis transfigi ſentire cœpit. *Litt. an.* 1608.

V. Margarita Hungarica.

Lucretia Alciata.

De Vrſula inſuper Aguiria, Virgine Valentina ſcribit Ioannes Gauaſton, ſumpta communione, C cum ſe in ſecretum locum abdidiſſet oratura, vidiſſe clarè B. Catharinam Senenſem Crucifixum manu præferentem, à cuius manu tres in ipſam euibrabantur Claui; ex quo tempore incredibiles, Chriſti inſtar, cruciatus in manibus, pedibuſque experta eſt. Obiit an. 1608.

Vrſula Aguiria.

Quia vero S. Catharinæ Senenſis meminimus, religio mihi fuerit Seraphicam hanc Virginem hoc choro excludere: ſcribit itaque de illa Raymundus Capuanus, quod ad præſentem rem facit, in hunc modum; Nihil Catharinæ carius, nihil antiquius erat, quam Chriſti cruciatus ſecum expendere, & porro experiri, quare ſumpta die quodam in Prædicatorum æde, ſacra ſynaxi, domum reuerſa, altiſſima cœpit diuinorum contemplatione in aërem attolli, tum Paulo poſt membris cæteris immotis, poſt mul- D ta ſuſpiria & gemitus, dexteram extulit, benedictus, exclamans Dominus Ieſus Chriſtus. Rogata à Confeſſario totius ecſtaſis, ſermonumque ſeriem: cum, inquit, beatam æternitatem quibuſdam à ſponſo expeterem, mihique tandem annueret, illamque polliceretur, datæ fidei arrhabonem, vt largiri dignaretur expetij, tum is ad me: protende ait, manum tuam: mox cum protendiſſem, arrepto ille ex altera manu clauo, dexteram mihi illo perfodit, cuius vulneris ingens dolor ad ſuſpirium me adegit, atque etiamnum me ſupra modum lancinat.

S. Catharina Senenſis V. Beatrix *Carthuſiana.*

Notandum: hæc, antequam quinque vulnerum cicatrices à Domino Piſis acciperet, contigiſſe.

Euocan.

Euocanda & huc mihi è Carthuſiano ſuo receſſu Venerabilis illa *Beatrix*, magni ſui Patriarchæ Brunonis non degener filia, cui parum admodum fuiſſe legitur, ad aliquem Chriſti vulnerum ſenſum, manus ſibi perforaſſe, niſi ſingulis ſextis feriis obductionem vulnerum prohibituta, adacto clauo ferreo ea renouaret vt vulnerato Domino, ac clauis confixo, ea in parte conformis eſſet. Digna cui Chriſtus ipſe ſpecie Cruci confixi contuendos obiiceret ſacroſillos pretij noſtri fontes, & inſignibus illam cæleſtis lætitiæ ſenſibus perfunderet, nec paucis reuelationibus honeſtaret. *Garneſelt. in Catalogo.* Dulces Claui; qui dum criminum noſtrorum amaritiem exſugunt, nos Deo noſtro coniungunt. Felices Claui! quibus dum caro noſtra configitur, in Deo mens ſolidatur. Finio, & Elogium breue à docta Bonplani noſtri manu adiungo.

E cælo Deus deſcendit,
Vt aſcenderet in Caluarium:
An meta cæli Caluarius eſt?
An potius
Meta Caluarij cælum?
Non niſi per Caluarium
Redit in Cælum Deus.
Vbi Adam tumulatur
Ibi moritur Deus!
Illius ſepulchrum
Huius patibulum eſt.
Pependit homo ab arbore peccando,
Pendebit ab arbore Deus patiendo:
Eo acerbius, quo ille ſuauius.
Manus hominis tulit fructum,
Clauum feret manus Dei.
Dole mortalis:
Peccatum hominis, ſupplicium fit Dei.

Caput Octavum.

Dolorum nox aurora fit Regni, cum Præſes informi titulo Regis, Chriſto in Cruce illudit. Qui titulũ legis, Regem agnoſce.

Tale Regnum, talem Regem decebat eſſe dolorum, vt intelligamus omnes, quales nos deceat eſſe ſub tali Rege, in tali Regno clientes.

Scripſit autem & titulum Pilatus & poſuit ſuper Crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Hebraice, Græce, & Latine. Ioan.19.

CHriſto in Crucem ſublato, eique trabalibus iam clauis affixo deerat ſolemnis inſcrip-A tio, cauſſa videlicet ſupplicij, & ipſum crimen, Romanâ voce, Titulus, qua & Ioannes vſus eſt: Matthæus *αἰτίαν* bene & ſignanter dixit. Et hunc quidem titulum præferri, aut apponi damnatis, teſte Suet. conſuetudo erat: *ſeruum carnifici tradidit, vt manibus abſciſis circumduceretur præcedente titulo, qui cauſſam pœnæ indicaret*: & Euſebio de Attalo martyre li. 5.c.1. Circumactus tabellâ ipſum præcedente, in qua latinè ſcriptum: *Hic eſt Attalus Chriſtianus.* Sed & appendi, aut apponi damnatis ſolere, author eſt Dio lib. 54. loquens de ſeruo quem Dominus agi in Crucem iuſſerat cum litteris [ſiue titulo] quæ cauſſam mortis aperirent: quem modum ſecutus Præſes, titulum hîc iuſſit appendi, ſeu potius affigi, cuius B hæc erat inſcriptio: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, tribus ſcilicet diſtinctis lineis, quarum prima atque ſuperior Hebraicis conſtabat characteribus, ſecũda Græcis, Tertia vero, quæ Chriſto vicinior, erat, Latinis, quod iuſſu atque imperio Pilati idcirco factum credimus, quod Romanam linguam cuperet honorare apud Romanos enim in theatro locus infimus ſenatorum, ſummus vero plebis erat; in triumpho poſtremus Senatoris; in triclinio nouiſſimus Conſulis, atque ita ſedendo, procedendo, & recumbendo vltimus erat primus; honorare itaque linguam Patriam voluit homo Romanus. Non ita tamen quin altiore quodam diuini Numinis ſenſu, fuerit eodem impulſus, vt vel ea demùm C ratione Latina Eccleſia & Chriſto futura coniunctior, & primas latura oſtenderetur, Hebraica verò ſynagoga, ſua id exigente perfidia, & receſſura ab eodem longius, & porrò deſerenda noſceretur. Verum quidem eſt S. Lucam inuerſo ordine has linguas recenſuiſſe, cum ſcripſiſſet: *erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum litteris græcis, latinis, & hebraicis*, quod aliqui concedendum illi arbitrantur, vtpote qui linguam Græcam ſibi haberet commendatiorem, quã proinde volens extuliſſe, primo loco collocarit: at vero longè ſimilius æſtimâro, neglectum ab eo Romani Præſidis ordinem, à Ioanne vero ſeruatum, vbi ſi numeratio fiat deſcendendo, D Hebraica prima erit quia patria ſi aſcendendo, Latina Princeps erit, quia Curialis, nobis vero quia ſacratiſſimo capiti Ieſu proxima ac vicina.

Suetonius in Calig. Euſebius. lib.5.c.1.

Dio.

Lucæ 23. 38.

Tribus autem his linguis vſus fuit Pilatus, quia inter ceteras principatum ducebant, Oriens ſiquidem Hebraica, Meridies Græca, Occidens Latina ferè vtebatur, adcrantque eo tempore Ieroſolymis ex omnibus iis regionibus, qui *aſcenderant vt adorarent in die feſto*, vt Ioannes cap.12. loquitur, gentiles proſelyti, & Iudæi ex diſperſione gentium non pauci: ne quis ergo vel indigena vel peregrinus cauſſam mortis Ieſu ignoraret, cauit Prætor, eam variis linguis euulgando in hunc modum:

Cap.12.20.

Mirabetis

Titulus genuinus Crucis Chriſti.



A Miraberis ſat ſcio, erudite Lector, ad tam inuſitatum ſcribendi modum, ſed paucis, quid rei fuerit, quod Heterocliſin iſtam induxerit, ſic habeto. Ex viginti quatuor ſcribendi modis, qui fingi, adhiberique poſſunt, octo in longũ, totidem in latum, atque iterum octo in diametrum tendere conſueuerunt: ex his tres potiſſimum hactenus à varijs nationibus vſurpati inueniuntur. *Explicatio Tituli Crucis Chriſti.*

A ſummo ad imum ducere calamum ſolent Syri, Indi, Æthiopes, & Sinenſes, linea, inquam perpendiculari, & in latere dextro faciunt linearum adiunctionem.

A dextra in læuam, lineâ rectâ in latum ſcribunt Hebræi.

B A læua ad dexteram Græci, Latini, cæteræque gentes penè omnes.

Ad Tituli ſcriptorem quod attinet, patet ex ea portione quæ Romæ apud Ciſtereienſes intra Baſilicam S.Crucis in Ieruſalem aſſeruatur, voces Græcas & Latinas à dextra ad ſiniſtram formatas eſſe. Quod ſpectat ad Hebræas, quamuis non niſi aliquæ earum reliquiæ appareant, in ſuperiore tituli parte, non dubium tamen eſt, quin ſuo modo fuerint in ligno ſculptæ, hoc eſt, à dextra in ſiniſtram, vnde totus Titulus Hebræo more exaratus eſt, quod viri docti ſecum attentius conſiderantes, pars in eam opinionem delapſi ſunt, vt Hebræum aliquem hominem Titulum ſcripſiſſe putarint, C qui vt aſſuetus erat ſcribere à dextra in ſiniſtram, peregrinas quoque voces Græcas, atque Latinas Hebræo more in ligno efformârit.

Pars alio deflectens, à Romano milite iuſſu Præſidis titulum exaratum credidit, vtpote qui more Iudæorum, à quibus potiſſimum legendus erat, tum Hebræas, tum Græcas, tum Latinas voces ſtylo effinxit.

Si tantis in tenebris hîc lucis quidpiam fenetari liceat, lubens cum Honorato noſtro Nicqueto, viro doctiſſimo, & Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimo dixerim, non ab vno eodemque ſcriptum totum titulum, nam litteræ Romanæ concinnè formatæ leguntur. Græcæ vero, etiam illæ, quæ planè eædem ſunt D cum Romanis peſſimè exaratæ ſunt, quod maniſeſtiſſimum indicium eſt plures titulo conſcribendo inſudaſſe, forte Hebræus voces Hebræas, Græcaſque ſcripſerit: at quod Romanas, homo Romanus, non mihi videtur dubitandum; cum tam peritè, concinneque, vt dixi, expreſſæ ſint.

Et hæc ad modum ſcribendi, quod attinet, venio ad linguas quibus hic Titulus conſcriptus fuit.

Linguarum omnium, inquit Rupertus lib. 13. in Ioan. tres iſtæ præcipuæ ſunt; per quas hodie ſancta ſcriptura, per totum mundum celebrata, teſtificatur verum eſſe hunc titulum, id eſt, vere Ieſum Nazarenum Regem eſſe Iudæorum, *Rupertus, lib. 13. in Ioan.*

Re-

Regem, inquam, omnium in vetitate confitentium; nam de anguſto Hebraicę linguæ domicilio, lex & prophetæ & pſalmi per linguas Græcam & Latinam eruperunt, & orbis terrarum armaria teſtimonijs huius Regis compleuerunt. Vnde quoque factum creditur, vt Saluator noſter, qui Iudæorum, Græcorum, Latinorumque Rex in titulo crucis iam promulgatus fuerat, ſuorum Principem Apoſtolorum Petrum, tanquam ſuum in terris vicarium tres haſce principes tunc nationes ſuis concionibus amplecti, atque in his nationibus orbem prorſus vniuerſum adire; principio enim voluit Euangelium regni eum prædicare Iudæis, deinde Græcis, denique Romanis, ſiue Latinis, vt ſcirent omnes Oecumenicum eſſe Paſtorem, quẽ ſuæ poteſtatis vicarium reliquiſſet in terris.

Fuerunt autẽ hæ litteræ non calamo aut peniculo in charta expreſſæ, ſed ſtylo ferreo candidæ tabulæ inciſæ, & minio deinde ſeu rubro colore tinctæ, vt quoniam mortis cauſſam continebant, mortis terrorem incuterent, maieſtatemque Præſidis Romani oſtentarent, ac facilius ab omnibus legerentur. Singularis quidem hac in re opinio fuit Nicolai Lyrani cauſam Chriſti in charta ſcriptam, atque hanc eandem chartam tabulæ ligneæ ſuper caput eius appenſæ, affixam fuiſſe: ſed quod cum venia Doctoris Planí dictum velim, errauit hic Nicolaus, vti ex ea portione tituli, quæ Romæ aſſeruatur patet, vbi exſculptæ litteræ inueniuntur, verum Lyranus eam vidiſſe non potuit, neque de ea quidquam auditione accepiſſe, cum 152 annis naturæ debitum ante perſoluerit, quam titulus ille detegeretur. Neque vero eſt quod in fauorem eius quis dicat poſitam fuiſſe ſuperſcriptionem, Titulum ſcriptum, cauſſam ſcriptam; quaſi ſcribere calamum innuat & chartam, nam apud probatos auctores ſcribere frequenter idem eſt quod ſculpere, vt apud Iob cap. 19. & alibi patet: vnde porro colligitur nequaquam Pilatum propria manu hunc titulum ſcripſiſſe, licet Ioan. 19. dicatur: *ſcripſit autem & titulum Pilatus*, & ipſemet de ſe dicat: *quod ſcripſi, ſcripſi*; quis enim dicat proprijs manibus Chriſtum flagellaſſe, quamuis ibidem ſcribatur *tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit?* iuſſu ſcilicet eius atque imperio id factum; ita & Titulum, qui Cruci ſuperpoſitus fuit, non ſcripſit ipſe, hoc enim miniſtrorum erat, maximè cum eſſet ſtylo ferreo in ligno exarandus, dictauit autem, & illos mouit ad ſcribendum. Sed ecquæ fuerit ea cauſſa, propter quam Iudæi petiuerunt à Pilato, vt Tituli verba mutaret quærat aliquis?

Quare Iudæi petiuerunt tituli mutationẽ, & Pilatus negarit?

Non vna ſanè, ſed varia: primo, ad hoc impuliſſe eos odium, quo Chriſtum perſequebantur, certum eſt, non enim vel minimam innocentiæ eius teſtificationem ferre poterant, dixerat ille ſe Regem eſſe, & Titulus à Præſide poſitus Regem eſſe proclamabat.

A Secundo, ſtimulauit eos inuidia, cum enim ex regio hoc titulo gloriæ cuiuſdam radij emicare viderentur, obſcurare eos contendebant.

Tertio deluſos ſe à Pilato videbant, apud quem Chriſtum nunquam vt Regem accuſarant, ſed vt eum, qui ſe Regem feciſſet.

Quarto ignominiæ notã ſibi à Pilato inuſtã ſentiebant, de qua Chryſoſt. hom. 84. in Ioan. *Erat Iudæis offenſus, propterea ignominia hac eos afficere voluit, qui regem ſuum crucifixerint: ignominia enim populi, turpis mors regis eſt.* Negauit autem eis petitionem ſuam Pilatus, quamuis, vt bene notauit Edmundus Merillius vir doctiſſimus in notis ſuis Philologicis ad Paſſionem Chriſti, non potuerit mutare ſententiam ſemel pronun-

S. Ioan. Chryſoſt.

Edmund. Merillius.

B tiatam, vt Paullus I. C. ff. de re iudicata l. Acta, & Vlpianus l. Iudex tradidere, potuiſſet tamen eâdem retentâ ſententiâ verba & acceſſoria mutare, & quidem eodem die.

Gratificari tamen noluit Iudæis, quia vt Philo ſcriptum reliquit lib. de legatione ad Caium Imperatorem, homo erat rigidus, iracundus, peruicaci duroque ingenio, addo, quod ſupra ex Ioan. Chryſoſtomo retuli, Iudæis infenſiſſimus, certo namque ſibi perſuaſerat Chriſtum eſſe Regem Iudæorum, quod his verbis comprobat S. Auguſtinus tract. 15. in Ioan. *auelli*, inquiens, *ab eius corde non potuit Chriſtum eſſe Regem Iudæorum, tanquã hoc ſibi in titulo ipſa veritas fixerit, de qua, quid eſſet, interrogauit.* Credidit igitur

S. August.

C Regem eſſe, quamquam non eo modo quo Cæſarem: quare cum non obligaretur titulum mutare, aliunde vero nonnulla eum mouerent, nihil vt mutaret, reſpondit: *quod ſcripſi, ſcripſi*: quæ verba explanans *S. Auguſtinus* in pſalm. 56. poſtquam retuliſſet querelam Iudæorum, de hoc titulo expoſtulantium apud Pilatum, *reſpondit*, inquit, *eis Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi, quid ſuggeritis mihi falſitatem? ego non corrumpo veritatem*; vnde liquet, ſicut poſtea Chriſtum Centurio, vti confeſſor filium Dei profeſſus eſt; ſicut Latro vt martyr Deum teſtatus eſt, Pilatum velut Apoſtolum Hebræis, Græcis, atque Romanis Chriſtum Regem ſcripto primum annuntiaſſe, Pontificibus Iudæorum reclaman-

S. August.

D tibus, Titulumque corrumpere & diſperdere conantibus, ſecundum Dauidis in pſalmorum ſuperſcriptionibus prophetiam, conſtantiſſime, reſpondendo, *quod ſcripſi, ſcripſi. O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium!* exclamat S. Auguſtin. tract. 117. in Ioan. *Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam, ſi dici poteſt, clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum litteris prophetatum eſt, ne corrumpas Tituli inſcriptionem. Ecce, Tituli inſcriptionem non corrumpit, quod ſcripſit, ſcripſit.* Quod & Nicolaus I. in epiſt. ad Michaëlem Imp. ſimilem in modum exponit.

S. August.

Nec minus præclarè in eandem rem commentatur S. Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 31. *Non vult*

S. Cyrillus.

vult Pilatus mutare Titulum, quia non fuit in omnibus ſibi diuinitus permiſſum, aduerſus Saluatoris gloriam furere; ſtabile namque, ac ſupra calumniam Chriſti regnum eſt; etiamſi Iudæi nolint, etiamſi gloriam eius fateri non patiantur. Sed de his ſatis.

B. Helena tituli inuentrix.

Ad Inuentionem Tituli venio. Conditus hic fuerat luctuoſo illo, quo Chriſtus in Cruce exſpirauerat die, vnà cum reliquis diræ mortis inſtrumentis, eodem in antro, vbi ille ſepulturæ traditus fuit, latuitque hoc loco obſcurus vſque ad annum ſalutis noſtræ CCC. XXVI vt S. Ambroſ. Sozomenus, Socrates, Ruffinus tradidere, quando B. Helena magni Conſtantini glorioſiſſima mater eum inuenit, ac Romam cum ceteris Dominici trophæi inſignibus detulit, atque in Eccleſia S. Crucis, quam ipſa cũ filio ædificauerat, collocauit. Inde centum exinde circiter elapſis annis Placidius Valentinianus III. Imperator, filius Conſtantij Cæſaris, Arcadij & Honorij Imperatorum nepos: templũ hoc opere vermiculato exornaturus; Tituli huius partem, vt Onuphrius teſtatur, ſupra maiorem arcum iſtius Baſilicæ, in plumbea theca, muro latericio clauſit, vbi poſteaquàm annis circiter mille & centum occultus manſiſſet, demum ſub Innocentio PP. VIII an. 1496 denuo repertus fuit, ſed vt dixi non integer, ac duabus velut ſui partibus imminutus, qualis hodieque Romæ perſeuerat. Ad reliquas autem partes, quod attinet Tholoſæ in monaſterio S. Benedicti portio altera ſemipedalis auro incluſa ſeruatur, quæ bis annis ſingulis, 3. ſc. die Maij, & 14. Sept. populo veneranda oſtenditur, atque aqua illi affuſa potati febricitantes optatam cõſequi ſanitatem dicuntur, quo reliquæ deuenerint, incertum.

S. Ambroſ. Zozomen. Socrates. Ruffinus.

Sed tempus eſt vt ad interiora velaminis, patefacto iam aditu, cum Sacerdotibus nos recipiamus, intellecturi clarius cur Pilatus tam ſplendido titulo dignatus ſit hominem, turpiſſimo impiiſſimorum hoſtium iudicio ad crucem poſtulatum? neque enim ſine Numine Diuũm contigiſſe hoc quiſpiam arbitretur, cui ea quæ lib. de triumphali Agone c. 17. Laurentius Iuſtinianus ſcripſit, cognita fuerint ac perſpecta. Aſſiante Spiritu Sancto, inquit ille, Titulum ſcripſit Pilatus, qui enim fecerat Iudæorum Principem prophetare, coëgit ſcribere Principem gentilem: nihil ſancto Spiritui difficile eſt, æque per malos, ſicut per bonos, quando vult, veritatem atque futura prænuntiar. Cur per rationalem hominem veritatem promere non valebit, quando per irrationale & ſubiugale animal veſaniam corripere potuit prophetæ?

B. Laurent. Iuſtinian.

Quare perſuaſum, adductumque huc Præſidem dixerint alij priuati ſtatus ratione, ne Cæſari contradixiſſe, & quem affectati regni inſimulaſſent Iudæi, in fraudem Cæſaris liberum

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

A dimiſiſſe videretur. Alij vero, vt ſe hoc facto de Iudæis vlciſceretur, quorum perfidiæ, atque inſolenti peruicaciæ grauiter ſuccenſuerat, quod Regem ſuum, fruſtra ſe obnitente, in crucem agi voluiſſent.

Ego autem ſublimiore quadam hîc manu ductum arbitrer, cum diuina id agente prouidentia hunc titulum dictauit; vt Ieſu integra permaneret, quæ debebatur laus ac gloria, videlicet regia illa dignitas, quam, etiam, ſe iudice, à Patre acceperat nullo tempore finiendã. [*Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* pſ. 2. 6.]

Pſal. 2. 6.

Fuit itaque non tantum ab omni procul B ignominia ſemotus, verum admodum *glorioſus hic titulus, Caput Ieſu,* vt ait Origenes, *Coronæ inſtar exornans*: accedente verò triplici linguarum ſuffragio præſagium felix, Ieſum Crucifixum prædicandum eſſe Regem Iudæorum, id eſt, Meſſiam à lege promiſſum, per vniuerſum mundum, omnemque linguam non Iudæorum tantum, verùm & gentium confeſſuram eundem, quod Cyrillus in Ioan. cap. 30 declarat his verbis: *titulus iſte per præcipuas linguas omnium linguarum Ieſum futurum Principem prædicabat, ſolet enim titulus, vt B.* inquit *Ambroſius, ſubiugatarum gentium numerum deſignare*: & clarius Theophylactus in cap. 23. Lucæ: *hoc ſymbolum fuit quod po-* C *tentiſſimi gentium, quales Romani, & ſapientiſſimi, quales Græci, & religioſiſſimi, quales Hebræi, regno Chriſti ſubijciendi eſſent.*

Origenes. S. Cyrillus. S. Ambroſ. Theophyl.

Nec quidquam hîc pro ſe reperit ambitioſus, præter vnam, atque perpetuam mortifero ambitionis ſuæ vulneri medicinam. Antè quidem Dominus Ieſus ne Rex conſtitueretur, fugit, hîc vero titulum Regis admittit, ſed in Cruce, vt doceat titulum hunc, non niſi pendenti in Cruce deberi: proinde qui in Cruce non eſt, titulum Regis quærere non debere, & ſi quærat, in Cruce non eſſe, nec Crucem noviſſe. Cruci enim affixo honores pro clauis ſunt, deliciæ pro ſpinis, hominum laudes pro contumelijs, ac probris. Qui Chriſti eſt, longè eſt ab iis, qui Nomina ſua vocauerunt in terra, cum ille, cuius Nomen eſt ſuper omne No- D men, illo titulo glorietur: *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*: & ſi Regis titulum aliquando acceptauit; id fecit in Cruce, adeoque in bonum, ac ſalutem plurimorum.

Pſal. 21. 7.

Vnde ſequitur, Titulum hunc ſemel dictante Sp. ſancto ſcriptum, vt *B. loquitur Iuſtinianus de triumphal. agone,* etiam vrgentibus Iudæis, à Romano Præſide mutatum non fuiſſe, abſterrente ſcilicet illum in ipſis animi penetralibus, quem minime nouerat, eodem Spiritu Tituli dictatore.

Laurent. Iuſtinian.

Tradiderat Ieſum Pilatus voluntati Iudæorum, & titulum ligneum eorum petitioni ſubtraxit. Sanè non tam quod ſcripſit, ſcripſit,

quam quod iam in cælo ſcriptum erat, ipſe deſcripſit.

Ad hæc animaduertendum eſt Inſcriptionem hanc ad caput Chriſti poſitam, & non ad pedes, quia Regnum Chriſti non erat terreſtre aut humanum, ſed cæleſte ac diuinum, & ſuper eos, qui ex cælo & à Deo vocati ſunt: non regnum tyrannicum, aut violentum, vt eorum qui ſubditos pedibus calcant, ſpoliant atque diripiunt, ſed regnum charitatis, quo ſuos rex portat, vt paſtor ouem errantem ſuper humeros, vt Samaritanus iumento vulneratum imponēs.

Beda.

Adiungit Beda Chriſto in Crucem ſuffixo ſuperpoſitum titulum, vt credentibus omnibus pateat Pontificem futurorum bonorum, neminem ad regnum ſuum admiſſurum eſſe, niſi prius titulum geſſerit pœnitentiæ ac tribulationis pro Chriſto perpeſſæ.

Et rectè id quidem ac ſapienter factum, vnde Crucis illa Inſcriptio patibulo præfixa, quæ alias probroſa videbatur, tot atrocium tormentorum appendix, Romanæ poteſtatis eo tempore dominantis imperio, vel Iudæa reclamante, Chriſtum Regem nationibus palam omnibus declarabat, & quidem Hebraicè, Græcè & Latinè, id eſt, tribus præcipuis humanarum gentium linguis, vt omnis lingua confiteretur, quia Chriſtus erat in gloria, dum opprobriis ſaturabatur, & qui pendebat in ligno iam tum regnaret à ligno. Et vero quid vſpiam eſſet adeo vel natura barbarum, vel moribus immanſuetum, vel amoris omnis indocile, quod arcana quadam vi, ad ſe ille non traheret diuinæ potentiæ ſimul ac ſapientiæ magnes, cordis cuiuſcunque vel ferrei ſuauiſſime rapax? Cuius animum quamuis meliorum incurioſum vel inopem pietatis illa non alliceret vel pietatis innocentia, vel morientis indignitas, vel caritas, aliena ſcelera ſuo ſanguine diluentis? Hæ nimirum regnatrices erant diuinitatis artes, vt aliis prodeſſet, ſe pœnis obnoxium dedere, vltro ſanguinem, animamque deponere, vt aliena ſalus eſſet in tuto.

O ſuorum, quam ſui amantiorem Regem, qui pro populis delirantibus plectitur, & rariſſimo exemplo, mortem vltro Dominus oppetit, ne mancipia viliſſima moriantur! Hanc artem regnandi fallaci Iudæorum politicæ prorſus oppoſitam, ſubiectis ſibi Principibus è Cruce Ieſus Nazarenus Rex verus Iudæorum explanabat. Vnde Cardinalis Hugo Titulum Crucis hoc nomine exornat: *iſte Titulus*, inquiens, *eſt quaſi ſigillum in quo habet reformari imago hominis*. Eodem quoque verba alterius Hugonis, quem à S. Victore denominant, ſpectare videntur, quibus in lib. de Can. miſſæ, ſic ſcribit. *ſunt tres in titulo diſtinctiones, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. In Ieſu fides intelligitur, ſine qua nemo ſaluatur.*

Card. Hugo.

Hugo Victorinus.

In Nazareno ſpes, Nazareth enim flos interpretatur, de quo fructus ſperatur.

In rege Iudæorū charitas, qua reges & ſacerdotes facit.

A *Fides illuminat rationem, quam ſuperbia excæcabat. Spes ſubleuat æternorum concupiſcentiam, quam auaritia inclinabat. Charitas temperat & ordinat iram, quam inuidia corrumpebat.*

Quemadmodum in tribus his tituli diſtinctionibus, triplicem theologicam virtutem Hugo agnoſcit, ita & in eiſdem triplicem agnoſcere liceat virtutem, qua vitæ nouæ perfectio texitur, & conſeruatur. Vt in Ieſu Virginitas denotetur, etenim nomen Ieſu in æterni Patris mente concretum, ore virgineo Gabrielis Archangeli in terras delatū, à virginibus Coniugibus Chriſto Virgini impoſitum.

In Nazareno deſignetur paupertas, quia cum floridus ſit, & flos nota ſit ſpei venuſtæ, B paupertatem adumbrat, partus enim ſpei paupertas eſt, etenim ex ſpe æternorum naſcitur mundani cenſus contemptus.

In Rege Obedientia inueniatur, quæ loquitur Victorias. Obedientia enim ſpiritus principalis eſt, hoc eſt principibus digna. Quanta nouo homini Philoſophia! Titulus ſanè ſplendidus, ac toto iam terrarum orbe clariſſimus, de quo Iſaiæ 19. *In illa die erit altare Domini in medio Aegypti & titulus Domini iuxta terminum eius*; quæ verba ſic exponit Hieronymus: *Titulus Domini continens paſſionem, in quo ſcriptum eſt Hebraicis litteris, Græcis & Latinis: Ieſus Nazarenus Rex Iudæo-* C *rum, erit in ſignum Crucis, & in teſtimonium vniuerſarum gentium, quæ nunc Aegyptus appellantur.*

Iſaiæ 19.

S. Hieron. *Titulus Crucis prædictus.*

Quod ſacer Vates prædixit, completum cernimus: trilinguis hic titulus è Cruce promicans Chriſtum Regem teſtatur.

Ite nunc &, ſi lubet, quærite *cuius Imago hæc ſit & ſuperſcriptio?* in promptu reſponſum eſt: Imago eſt infirmi, & ſuperſcriptio medici: Imago pauperis, titulus Regis eſt: Imago miſeriæ, titulus beatitudinis: Imago mortis, titulus vitæ eſt, ac triumphi, geminam proinde Redemptoris noſtri naturam, humanam ſcilicet & diuinam Titulus hic in Cruce deprædicat: humana ſub eo patitur, diuina honoratur, felix ille, qui ei ſe ſubiicit, nam vmbra eius ſanior ſole eſt: *per mul-* D *tas* ſiquidem *tribulationes*, vt author eſt *Paulus, intrare nos oportet in regnum cælorum*, & titulus hic ſannas, ac contumelias Chriſto peperit carnalium Iudæorum dum affectati regni perduellione notatus eſt; gloriam vero & laudem ſpiritualium filiorum dum hæc paſſus, ſalutem illis attulit ſempiternam.

Ducem imitati ſunt fortiſſimi pugiles, communionem tituli, ſpe gloriæ ſibi communicandę diligenter amplexi. Et agmen quidem ducet nobiliſſimus Martyr Sebaſtianus ob generis claritatem & virtutem Diocletiano ante chariſſimus, Dux primæ cohortis, quem cum nullis verborum lenociniis à Chriſto auellere poſſet, ſub titulo Chriſtianitatis iuſſit ad palum in medio campi telis configi: vbi titulo Chriſtianitatis intelligenda tabella eſt, quæ loco ſupplicij

S. Sebaſt.

affixa,

affixa, Chriſtianum nomen mortis animaduerſione dignum exprimebat, mundo inglória, cæleſtibus honorata.

S. Cyprian.

Eadem & S. Cyprianum, Carthaginenſem martyrem longè illuſtriſſimum laude præcelluiſſe, *acta Africana* teſtantur.

Edmund. Campian.

Nec poſteros laus hæc, gloriane defecit, vt in *Edmundo Campiano* viro è Societate Ieſu laudatiſſimo pronum eſt iudicare, quem dum Romanæ fidei, atque catholicæ religionis reum ad arcem, quam turrim Londinenſem vocant, hoſtes Eccleſiæ rapere inſtituiſſent, galero eius titulum litteris grandioribus aſſuerunt eiuſmodi: Edmundus Campianus ſeditioſus Ieſuita: in quo cum Chriſti martyr duci ſuo aſſimilaretur, ibat animo inuictus, vultu alacer, auctâ ipſis in B aduerſis maieſtate, patriæ ſuæ cæcitatem deplorans, quæ decora olim ſua adeo indignis, fædiſque modis traduceret, auitæque religionis integritatem inter ſeditionis crimina numeraret, ipſe interim gaudens, quod dignus eſſet pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Paulus Bombinus in Vita.*

Idem experti tres noſtri fortiſſimi Athletæ *Iacobus, Ioannes, & Paulus* quos impius Taicoſama cum ſex aliis, è *D. Franciſci* familia, ſub annum 1597. *Nangaſachi* in Crucem egit, præeunte *tabella* ſententiæ, quam longa ex haſta lictorum aliquis præferebat, qui ſilentio noxam imputatam innoxiis promulgabat: quo nequaquam barbari contenti, poſtquam martyres in Crucem C acti eſſent, ſingulos titulos Crucibus ſingulis affixerunt, qui, vt ſummatim dicam, huic ſimiles erant, Iacobus legis Chriſti prædicator; & ſic de ceteris, ſolam Chriſti prædicationem capitale delictum æſtimantibus barbaris, gaudentibus vero martyribus, ſub tali vexillo ſe valla cæleſtia expugnare. *Ioa. Hayus in relat. hiſt.*

Marcell. Franciſc. Maſtrillus.

His merito accenſendus Marcellus *Franciſcus Maſtrillus* è Societate Ieſu, qui anno 1637. 17. Octob. vltimum vitæ diem, gladio in Iaponia, pro Chriſto, poſt alios cruciatus, cæſus fuit. Cõprehenſus namque à barbaris, ſplendere radiis viſus eſt ab hoſtibus non ſemel.

Pro tormento primo, pedibus appenſus patibulo, in vas aqua plenum capite immerſo.

Secundo, ſcalis ſupinus alligatus extenſus eſt, & 400 aquæ cyathi, nihil interruptis vicibus, in os illi infuſi, vt totus intumeſceret.

Tertiò, ferro candenti vſtulatus. Quarto, iterum aquæ tormento cruciatus. Nocte poſtera orans ab ethnicis fulgens, atque à terra ſublimis viſus eſt.

Quintò, Equo impoſitus funibus, cateniſque onuſtus, & in ore ferreum, denſatumque frenum geſtans mordicus, ne àd concionem frequentiſſimam de Chriſto verba faceret, dextera capitis parte raſus, ſiniſtrâ minio pictus, affixam dorſo mortis ſententiam ferens, quâ propter legem contra Deos patrios prædicatam mo-A ri ſcribebatur: tandem poſteaquam ad quartum vſque diem deorſum capite pendulus in foſſam vſque ad genua perſtitiſſet, ceruicem gladio porrexit, primus ictus nihil egit, ad ſecundum tortori gladius manu excidit, tandem data poteſtate, tertio Martyr occubuit, ſecuto confeſtim terræmotu. *In Vita.*

Hæc tituli S. Crucis imitamenta: hæc illuſtria trophæa, quæ licet omnibus reportare datum non ſit, eſt tamen homini nouo non minima cõſolatio, ſub eodem hoc titulo poſſe comprehédi, quod non obſcurè S. Auguſtinus expreſſit, dum quæſtioni reſpondet, cur non potius rex hominum, quam Iudæorum ſcriptum fuerit? Intelligendos aſſerens in titulo illo Iudæos ſpi-B rituales, id eſt, fideles, & iuſtos, qui filij Abrahæ dicuntur: & quamuis hic ſenſus ſit myſticus, fuiſſe tamen etiam à Spiritu Sancto probabiliter intentum.

Modi autem quibus ſub hoc rege, atque in hoc regno merere, ac ſtipendia facere nouus homo poſſit, eiuſmodi ſunt: agnoſcere peccata ſua, vt agnouit ea latro in cruce, ſacerdoti, vt Chriſti vicario illa ingenuè confiteri, eiuſdemque Chriſti conſilia magnifacere, præceptis obedire, per bona opera certam facere vocationem ſuam, in Cruce & tribulationibus gloriari, quæ denique vera eſt operum, quam à nobis exigit Deus, confeſſio. Ad omnia verò hæc præſentiſſimus ſtimulus eſt frequens triumphalis C tituli huius vſus ac meditatio, quæ vtinam Chriſtianis omnibus adeo cordi eſſet, atque illi religioſo Aſcetæ fuiſſe legimus de quo in theatro terræ ſanctæ ſcribit Chriſtianus Adrichomius: amabat hic titulum hunc tenerrimè, atque identidem vſurpabat, adeo vt quoties ſe in lectulo, ſub noctem, quieti traderet, toties frontem ſuam hoc titulo communiret, mentemque Chriſti cruciatibus colluſtraret; quo factum, vt in demortui fronte hæc ipſa verba litteris aureis inſcripta legerentur: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.*

Cultor S. Tituli Crucis.

De *S. Edmundo Cantuarienſium Archiepiſcopo* tradit *Surius*, cum adhuc puerulus Chriſtum puerum contemplatus eſſet, atque adeo in eius frõ-D te, titulum Crucis illius legiſſet: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, ab eo tempore, nocte ac die ſtuduiſſe acerbos illos Chriſti cruciatus animo verſare, eiſque meditandis animitus delectati.

Alexander Luſagus.

Quid vero de Alexandro Luſago, viro inter Brixianos non tam proſapia nobili, quam vitæ ſanctimonia conſpicuo dicam? conſueuiſſe hunc ſane frequentiſſimè hæc tituli verba, ore, linguaque euoluere vitæ author teſtatus eſt, adeo vt ab ineunte ætate, inter ſex illa vitæ Chriſtianæ decora, quæ ardentiſſimis votis à Deo contendere ſoleret, id eſſe voluerit ſextum, nempe, vt ore frequenter, & aſſiduo corde verſare hæc verba poſſet: *Ieſus Nazarenus.* Videbat namque, perſpicue Alexander, excelſaque mente prædi-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

tus cognoſcebat, quanta vel hinc virtutum ſeges enaſci, vel gloriæ poſſet accedere incrementum. Res ſancta, ac digna nouo homine exercitatio, qui, dum ad Crucem oculos tollit, & glorioſum titulum legit, *hic eſt*, dicat, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, quid retribuam ei?*

Et valuiſſe quidem mirificè in multis hæc, Sanctorum res geſtas euoluenti, in aperto eſt, vnum dabo alterumue è pluribus, quo virtus ſacri tituli nouo homini facta commendatior, maiores in eo quotidie fructus producat.

Anno 1565. in Sclauonia ad cælos abiit, magnis ſactimoniæ ſignis poſt ſe relictis Ozanna de Cataro, ex ord. S. Dominici, cuius, dũ viueret, pietas erga Titulum S. Crucis, Chriſti patientis epito- B men, ingens fuerat ſemper, huic plurimas à Deo acceptas gratias referebat, & maximè quidem vitæ ſuæ veteris in nouam admirabilem commutationem. Titulum hunc, vti perpetuò in corde ſuo gerere ſolita, ita & ore exprimebat: hoc ſe contra tonitrua & fulmina indemnem, hoc aridam ſe, & triſtem recreabat, hoc item, vt alij facerent, identidem obſecrabat. *Syluanus Razi in Vita.*

Venio ad aliam recentiorem.

Catharinæ de Sandoual Conuerſio.

Degebat Beaſij [oppidum eſt in finibus Bæticæ] ſuperiore ſeculo illuſtris quidam Eques nomine Sancius Rodericius de Sandoual, qui ex vxore ſua, inter alias proles non paucas, ſuſceperat filiam cui nomen dederat Catharinæ. C Hæc quartum decimum iam annum ingreſſa, formæ ſuæ præſtantia, opibuſque non modicis elatior, quaſcunque ei pater nuptias ſuggereret, velut ſe indignas repudiabat, cum ecce forte fortuna in dominicæ Crucis effigiem oculos coniicit, cui imminebat ipſe titulus: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Incurrerat ſæpius in puellæ oculos ea imago, at in animum non ita deſcenderat; habet nimirum diuina prouidentia ſtata tempora, & albo notatos calculo dies, dies inquam fortunatos, quibus melior aliquis diuinæ lucis radius aſpirat. Hoc itaque die, incumbentem cruci Titulum lectitare cœpit, & iterum, iterumque non tam oculo, quam mente decurrere imò verbis ſingulis inhærere, & apud ſe D tacitis cogitationibus penſitare, quid amabile, auguſtum, diuinumque Ieſu nomen ſibi portenderet? quis deinde Nazarenus floſculus, quis odor eius ac gratia, quæ Regis dignitas, ac maieſtas, quæ carnalium Iudæorum cæcitas & vecordia, qui Regem ipſi ſuum tollerent; ſpiritualium verò felicitas, ſi agnoſcerent. Quæ omnia dum ipſa ſecum voluit, reuoluitque Catharina, ſecum loqui, ſecum agere cœpit: quid pro ſe Ieſus, bone mentis amor ac deliciæ, quid ipſa pro Ieſu aut feciſſet, aut paſſa fuiſſet hactenus? quã hæc diſſona ac diſſentanea, imò quam à vita ſua abhorrens fuiſſet vita, ac mors Ieſu! quæ in nudo corpore ſpiraret paupertas! quis in laceris

A artubus patiendi amor! quam dedeceret ſub ſpinoſo capite membra fieri delicata! quæ ſingula dum apud ſe ipſa expendit: Ecce, inquiebat, Regem meum in Regno dolorum, quam ei diſſimilis Catharina in regno voluptatis! tam procul à Rege, quam procul à regno. Si omnes qui fornicantur abs te, Regum optime, peribunt, quò miſera deueniet Catharina? fornicata cum amatoribus multis: rege te ſpreto hoſtibus adhæſit: pro! ſcelus ac pudor. Finierat: cum tantam derepente in anima ſua lucem accepit, eos in ſe diuini amoris æſtus perſenſit, vt momento vno in aliam penitus mutari cœperit creaturam, ac mente noua, alia longe à priore indui diuerſa. Luculenta ſiquidem ac ſplendida illi oborta lux B eſt, intimaque vilitatis ac miſeriæ propriæ cognitio, nec non ingens, incitatumque propter Deũ patiendi deſiderium, quin & profunda quædã animi humilitas & maxima veteris hominis deteſtatio ſucceſſit: præterea hoc ipſo momento caſtimoniæ, ac paupertatis vota inſigni animi generoſitate concepit, tantumque mentem illius inceſſit alienę volũtati ſubiiciendi ſe deſiderium, vt huius duntaxat explendæ mentis cauſſa, haud grauatè ſe in Mauricam ditionem, alieno parituram imperio abduci permiſiſſet. Hæc animo dum verſat, ingens ab imis cubiculi, in quo agebat, penetralibus ſtrepitus, vt omnia loco moueri, ſubruique viderentur, nec nõ terrificus quidam exaudiri vlulatus cœpit: qui C quod aliquo temporis ſpatio duraret, patrem, qui proximo in cubiculo verſabatur, terrore compleuit: & hæc diabolo auctore cuncta fiebant, indignante ſcilicet ac ringente, quod aliam hæc virgo derepente mentem induiſſet, alia ſigna ſequi, alium regem agnoſcere, ac confiteri ſtatuiſſet; quia verò Regem quem elegerat, dolorum regem, eiuſque regnum non aliud, quam dolorum regnum eſſe non ignorabat, ſimplici, communique veſte indui, inſolitis, variiſque carnem aſperitatibus mox atterere cœpit. Per quadraginta verni ieiunij dies continuos, ferreis cõtextam hamis loricam patris, nudo corpuſculo accinxit: orationi porro integras prope dicabat noctes, quod interdiu à parenti- D bus, aliarum rerum tractatione diſtineretur. Fuit non rarò, cum à decima veſpertina aduſque auroram in precando Numine perſeueraret. Nec vero cacodæmon ipſam quieta pace mentis frui paſſus eſt, à quo vanis identidem illuſionibus exagitabatur. Ipſe etiam piarum mentium probator Deus, grauibus illam affictari morbis permiſit, continenti ſcilicet febri, diro hydrope, cardiacis doloribus, nec non gangrena, quæ inciſione ſublata eſt. Septemdecim ipſis annis hæc piam virginem ita detinuit inualetudo, vt non niſi dierum aliquot ſanitate vſa ſit, teneras interim puellarum manus gratis ad puellaria opera edocens, vt molles illarum mentes ad pietatem, ac morum aſſumendam honeſtatem erudiret.

Donec

Digitized by Google

Donec tandem cæleſti viſo admonita Carmelitanis ſe virginibus adiunxit. *Franciſ. Ribera l.3. de Vita S. Tereſiæ c.3.* A

Felix mors Cultoris S. Tituli.

* Alterum eſt quod nominatus ille Miſnenſium Eccleſiaſtes *N. Meffretius* ſer. 4. poſt. Dom. Palm. ſcriptum reliquit, fuiſſe ſcilicet hominem qui nec incumbere, nec ſtrato conſurgere ſolitus erat, quin Chriſti patientis memor, diceret: *Ieſu Nazarene Rex Iudæorum, miſerere mei*: vnà quoque addens ſignum Crucis: in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Qua quidem precatiuncula, non aliud niſi felicem obitum rogabat. Non viſus eſt, quod toties petiſſet, impetraſſe: nam morte ſubita exſtinctus eſt: mox tutelaris Genius abcedere, & in tenebras rapto, imminere dæmones videbantur. Sed breui Angelus tutor rediit, & Iudicis nomine hanc in eum B ſententiam dixit: tu quidem, prout mores tui merebantur, flammis eras addicendus, ſed nunc parcit tibi Deus, ob quotidianam ſui Nominis memoriam & cultum. Ad corpus redi & vitam emenda. Reuixit homo & vitam longè ſanctiorem inſtituit, denuo felici, vti rogauerat, obitu defungendus.

Denique obſeruandum hic venit, quod ſicut Pilatus Titulum non mutauit, ita nec Titulum Chriſtus deſeruit, de Cruce deſcendendo; ita quoque Nouus homo vocationem ſuam, ſtatūque relinquere debeat nunquam, licet vt Pilato, ita deinde Chriſto importunius acclamarēt Iudæi, ac demum nouo homini moleſtiam faciat C mundus. De quo ſubtiliter Bern. ſer. 1. de feſt. Paſchæ. *Si rex Iſrael eſt, Titulum regni non deſerat, virgam imperij non deponat. Noli,* inquiunt Iudæi ad Pilatum, *noli ſcribere Rex Iudæorum; & Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi. Si Pilatus quod ſcripſit, ſcripſit, Chriſtus non perficiet, quod incepit? ipſe enim cœpit & ſaluabit uos. Sed dicunt, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Imo verò ſi deſcenderit, neminem ſaluum faciet: cum enim ſaluus eſſe non poſſit, niſi qui perſeuerauerit vſque in finem, quanto minus poterit eſſe Saluator? Nouit igitur quid cogites, non tibi dabit occaſionem ſurripiendæ perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur.*

S. Bernard.

Hæc illa tantæ ſollicitudinis cauſſa fuit, qua *S. Hieronymus* Heliodorum adeo feruenter aggreſſus eſt, ne Monachi titulum, in Clerici commutaret: *recordare,* inquiebat, *tyrocinij tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti, pro nomine eius, non te patri parciturum eſſe, non matri. Ecce aduerſarius tuus in pectore tuo, Chriſtum conatur occidere. Sed forſitan dicturus es: quid ergo? quicunque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa, quæ ceteris: perfectum te fore pollicitus es, &c. quæ videre licet l.2. ep.6. apud prædictum Patrem.* Et huius quidē exempla in vtroque ſexu ſuppetunt plurima, qui religioſæ palæſtræ titulum ſtationemque, quam ſemel admiſerant, nullius reſpectu in aliā commutarunt, ſed de his cap. ſeq.

S. Hieron. D

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

CAPVT NONVM.

Ieſus in Cruce à circumſtantibus ac prætereuntibus procaciter illuſus, grandibus conuiciis, ſanniſque laceſſitur, nec turbatur quin: & latroni in ſe reuerſo Paradiſum donat.

Ita Patientia opus perfectum habet.

Multi dicunt animæ mea, non eſt ſalus ipſi in Deo eius, ſed tu Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Pſ.3. *Pſal. 3. 3.*

Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Lucæ 23.43.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, dicentes: vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud: ſalua temet ipſum: ſi filius Dei es, deſcende de Cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant: alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt. Saluum facere, ſi Rex Iſrael eſt deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei. Matth. 27.39. *Matth. 27. 39.*

Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Lucæ 15.32.

HVc proceſſerat crudelitas, nec tamen exſatiata rabies erat, telis opus habebat, non quæ neruus excutere ſolet, ſed lingua, *modicum* quidem *membrum ſed magna exaltans,* dum *totam inflammat natiuitatis noſtræ, ipſa inflammata à Gehenna, inquietum malum, plena veneno mortifero.* Iacobi 3. Ita annotaſſe viſus græcus Eccleſiaſtes Chryſoſtomus, non poterant, inquiens, adhuc animum explere, ſed in patibulo pendentem videntes, amaris eum impetunt verbis, quæ rebus grauiora videbantur: ita vel illud Pſalmi 68.27. explentes: *quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* quaſi diceret, nec iam vulneribus confoſſo, ac tantum non emorienti pepercerunt, ſed cum nil amplius, quod adderent, haberent, linguarum aculeis me ſunt perſecuti. *Semen nequam, filij ſcelerati, ſanctum Iſrael blaſphemauerunt.* Iſaiæ 1.4. dum, vt Druthmarus ait, qui eum virtutes edentem æquis oculis aſpicere præ liuore nequiuerant, nūc coram cruci affixo ambularent, otioſè contemplantes quod pridem videre cupiuerant, & capita ſua mouentes præ gaudio, quod ex eius calamitate hauriebant. Tanto ante intellexiſſe id viſus eſt Propheta regius, cum Pſ.21.8. ex Chriſti perſona eccinit. *Omnes videntes me deriſerūt me, locuti ſunt labiis, & mouerunt caput,* fixuris clauorum, vt ait S. Leo addendo tela linguarum.

Iacobi 3. 5. *S. Ioan. Chryſ.* *Pſal. 68. 27.* *Iſaiæ 1. 4.* *Druthmar.* *Pſal. 21. 8.*

Et quā acerba ac moleſta hæc fuiſſe arbitrabimur? Deo debitum honorem ac dignitatem ſublegebant, conuiciis ac maledictis onerabant, conficta mendacia temerè in vulgus ſparſa obiiciebant, oſtentabundam cum infirmitate iactantiam impropetabant, quia virtutem,

A cit, qui maxillæ eius lato vulnere impactus, carni magno cum dolore inhæſit, quo illa mirandum in modum conſternata, afflictaque ſemianimis in terram collapſa fuit. Chriſti vero effigies ad Crucem ſuam reuerſa, priorem ſitum obtinuit, dextera manu ac brachio excepto, quod à Cruce refixum, ſemotumque in tantæ rei memoriam in hunc vſque diem perſeuerat.

Augu... 2

Aurora interea illueſcere cœperat, cum ſigno ad matutinas preces dato, ſacræ Virgines ad templum deſcendere cœperant, quarum primæ magno quodam eiulatu, quem forte templi forpices ad omnes eius ianuas continuò propellebant, exterritæ, ac cæteras præſtolatæ ingrediuntur, vbi clarè has voces excipiunt: venite caræ ſorores, accipite veſtram monialem & de terra B leuate quam iſto vulnere ſauciauit Crucifixus, ob peſſimam perfidiam ſuam tam in ſe, quam in matrem commiſſam; quibus illico vehementer commotæ ad locum deueniunt, vbi infelix illa Chriſti deſertrix ſuo innatans ſanguini, doloribus confecta acerrimis, tantum non animam agere videbatur, clauum extrahunt de maxilla, ſanguinem abſtergunt, vulnus obligant, ac multis delictum ſuum lachrymis deplorantem ante aram ſummam conſtituunt, choro integro quinquageſimum Pſalmum regij vatis pænitentiâ nobilem intonante.

Tanti eſt clauos myſticos, quibus Chriſto C configimur perfide reuulſiſſe.

Sed tempus eſt vt ad poſtremum illum modum, quo nouus homo ſubinde peculiari diuini ſpiritus impulſione prouocatur, ad dolores illos quos Chriſtus Dominus clauorum ſuorum miniſterio, in ſacro corpore, ſuo ſuſtulit, participandos; ſed prouido inſtructi commeatu, veniamus, vt ſupra, cum de Crucifixione ageremus, iter inſtituimus: magnâ namque hic opus eſſe prudentiâ & cautela nemo ignorat, ne Angelus ille tenebrarum incola, qui ſubinde ſe lucis pallio amicire conſueuit, dum vitrum pro margarito porrigit, ibi fidem inueniat, vbi neglectum ac deſpicatum meruerat retuliſſe. Quapropter D nouo homini meo non ad imitandum præcipuè, ſed ad mirandum proponere hunc modum volui, vt myſticis ſeſe clauis configendum, quod ſane nec abſque grauiſſimi doloris ſenſu fieri amat, tanto tradat accuratius, quanto illi externam iſtam clauorum confixionem in carne ſua, ad deſtruendum corpus peccati generoſius ſuſtulerunt.

Henricus Suſo.

Et primus quidem huc aduolat venerabilis ille ex ordine Prædicatorum aſcetes Henricus Suſo, qui Crucem ſibi palmari longitudine fabricârat, cui non tres duntaxat, ſed triginta acutos clauiculos infixerat, quam nudum inter vtrumque humerum exporrigebat, atque annos octo interdiu, noctuque, Chriſti Paſſionibus hoc modo communicans, geſtauit. *Iacob. Gretſerus lib. de diſc.*

Petrus Villarienſis.

A Religioſo aſcetæ ſacerdoti, Conuerſum ſubiungo Petrum Villarienſem ex ordine Ciſtercienſi, quem tanto ferunt Chriſti cruciatuum amore fuiſſe incenſum, vt manus ſibi ac pedes clauis ferreis perforârit. *Chronicon Villarienſe lib. 3. cap. 2.*

Alex. Card. Vrſinus.

Vtrimque comitabitur eminentiſſimus Alexander Cardinalis Vrſinus, & ipſe tantum non religioſus Societatis Ieſu, voto ſanè, ac deſiderio fuit, hic quanto feruore erga Chriſti Clauos raperetur, teſtis eſt Crucifixi imago ænea clauiculis in ea exſtantibus, carnemque pungentibus hiſpida, qui proinde non rarò illi ſanguinem eliciebant, atque induſium cruentabant, dum pectori, cui incumbebant, appliciti arctius, nulla B rarò, infigerentur. *Cornel. à lapide in eius elogio ad S. Ioan. 1. 5.*

Regulus pedis vulnus generoſe diſſimulat.

Quid ni & hominem è mediis ſæculi vanitatibus abreptum, ſed grauiſſimis S. Patricij cohortationibus incenſum hic ſiſtam, futurum nobis teſtem locupletiſſimum, ſub ſæculari pallio ac ſago, non minimam frequenter ſapientiam latere: Ad Hibernos itaque ſuos de Chriſti cruciatibus verba faciebat Patricius, magna populi circumſtante multitudine, ac præ cæteris nobili quodam Regulo, qui verbis Sancti viri plurimum delectabatur. Accidit autem S. Patricium haſtili ſuo, cui innitebatur pedem Re- C guli in feruore dicendi perforare, qui vultu ſenſum occultans, pedem de loco, ne tranſuerſum quidem vnguem dimouit, exiſtimans oportere illos, quorum mentes ad Chriſtianam religionem fingerentur, in aliqua corporis parte, cum Chriſto cruciari, cui vulnus iſtud pedis, ſacri Claui memoriam refricabat. *Richard. Stanihurſt. in Vita S. Patricij.*

S. Caroli pietas in S. Clauum.

Huc refero eximiam S. Caroli Borromæi in Dominicum Clauum, qui in Mediolanenſi Eccleſia ſeruatur, pietatem ac religionem, non eo duntaxat modo expreſſam, quo externis quibuſdam ceremoniis coli, honorarique conſueuit, ſed & eo præſertim, quo pœnæ, ac cruciatus ſufferentia, cuiuſmodi Chriſtus in Cruce ſuſtu- D lit, illum venerantur.

Fuerat hic Clauus ad hoc tempus excelſo loco in ſummo fornice, ad ipſius Eccleſiæ caput collocatus, & quamuis lampades quinque ante illum perpetuò collucerent, non ſatis tamen decorè affixus, paucorum etiam veneratione, memoriaque tam ſancta res, tamque inſigne Chriſti Domini, ſanctiſſimæ atque acerbiſſimæ Paſſionis inſtrumentum colebatur. Clauum igitur per ſacros homines machinis in ſublime tractos abſtulit, & amplæ Cruci aptè inſertum ſumma totius populi approbatione exornauit; non tamen ſacroſanctum ferrum ad locum ſuum ſtatim referri, ſed omnibus propoſitum eſſe conſtituit in altari quadraginta horis venerandū, deinde antequam reponeretur longiſſimâ cum viâ ipſe circumtulit, vniuerſo clero, ac populo comi-

comitante; contigit autem dum ſic nudipes incederet, vt pedem nudum clathro ferreo, quo ſubterraneæ cellæ feneſtra muniebatur, impingeret, atque vnguem maioris digiti ita ſummoueret, vt tota via, quæ multa reſtabat, abunde ſanguinem funderet, neque tamen ob doloris ſenſum, qui eâ parte vehemens eſſe ſolet, de inceſſu quidquam remitteret. Narrauit Medicus ſupplicatione demum peracta, cum accerſitus eſſet, inſpecto vulnere, tolerantiam viri ſe eſſe admiratum: cumque dixiſſet, eſſe vnguem neceſſario abſcindendum: Carolum, qui ſibi poſt abſciſſionem neceſſario quieſcendum eſſe verebatur; quaſi nihil morbi, doloriſque vim æſtimaret, ſibi reſpondiſſe, in aliam diem id eſſe differendum, donec in Eccleſia quaſdam ſacrorum munerum functiones obiiſſet: obligaret tunc quidem vulnus aptiori quo poterat modo. Tertio die Medicus vocatus, id exſequi iuſſus eſt, quod ad curationem neceſſe erat. Ibi vero Caroli mirificam patientiam ſe obſtupuiſſe teſtatur: ei enim grandem vnguem, vulneris acerbitate recrudeſcente, ita excidiſſe, vt cum ipſe in eo genere exercitatus perhorreſceret, neque corpore ille neque voce, neque ſpiritu vllo modo commoueri videretur. Neque vero ob id diu quieuit, aut labori, vel viæ, pro quotidiano Eccleſiæ vſu pepercit, vt ex eo potius noui cruciatus ac patientiæ occaſio naſceretur; nam infirmo pede lapſus, os manus ſuo loco mouit.

Id reponere quidam conatus, cum minimè aſſecutus eſſet, medicus idem, ingraueſcente admodum dolore reſtituit, prorſus ita ſe habente Carolo, quemadmodum is loquitur, ac ſi manum integram permulſiſſet. *Ita Epiſcop. Nouarienſis de illo.*

Ecce quomodo vnius Claui tormentum, gemino tam manus, quam pedis ſui ſingulari cruciatu æmulatus ſit pientiſſimus Cardinalis, dum prætioſum illud ferrum pænalium clauorum per celebriora vrbis loca, quæ Pontium nomine appellantur, circumfert. Certè ſi verum eſt, quod longè crediderim eſſe veriſſimum, quod ille cordatè non minus, quam ſapienter dixit: *ſumma religio eſt, imitari quod colimus*, næ Carolus abſoluto quodam atque eximio cultu Sacratiſſimum Clauum veneratus eſt. Sed nec ita viros ſolos tangere hæc gloria dicenda eſt, vt mulieres quibus à natura maior & actuoſior pietas inſita eſt, ignota prætereat, & illæ partem huius non minimam ferunt; teſtis mihi B. illa Chriſtina de Vice-comitibus ex S. Auguſtini familia ſanctimonialis, quæ cum ad immanem pedum Chriſti clauationem meditando perueniſſet: vah te ingratam dicebat, ecce Sponſus tuus, quã multo ſanguine pro te fluit, vt te ſibi affigat, quam horridis clauis infami ſe ligno affigi patitur, ecquid in vicem reddis? O! mi ſponſe, inquit Chriſtina, quis mihi det de dolorum tuorum, quos pertuliſti, partem aliquam in hoc etiam

V. Chriſtina.

A corpuſculo perſentiſcere. Et ecce non exiguum clauum fixum auellit è proximo pariete, & valido illum nixu per alterum pedem tranſadigit. Ita non ſatis illi fuerat imbibiſſe patientis Sponſi memoriam, niſi quoque fortiter infixiſſet. *Corn. Curtius in Vita.*

Huic ſodalem adiungo B. Margaritam Belæ IV. Hungarorum Regis filiam, Regum, Bohemiæ, Siciliæ, & Poloniæ thalamis expetitam, ſed quæ illibatæ integritatis ſacro, æternoque vinculo, ſanctioris vitæ merito & prodigiorum laude, feliciores longè Chriſti amores thalamoſque promeruit, hæc Chriſti patientis amore ſuccenſa calceos ſuos clauis ferreis ſubigebat, B quorum cuſpides virgineas plantas non modicum vulnerabant, vt quandocunque vel ambularet, vel ſubſiſteret, plantas pedum eius pungerent ac cruentarent. Surius. Nec cælum hîc calculo ſuo defuiſſe viſum eſt, quo eiuſmodi conſilia comprobaret. Lucretia fuit Alciata Comitis Placentini vxor, magnarum virtutum femina hæc à Deo ſummis votis contenderat, vt ſibi dolorem aliquem diuini amoris gratiâ perferendum concederet, & voti compos facta eſt, Cor ſibi veluti quibuſdam clauis transfigi ſentire cœpit. *Litt. an. 1608.*

V. Margarita Hungarica.

Lucretia Alciata.

De Vrſula inſuper Aguiria, Virgine Valentina ſcribit Ioannes Gauaſton, ſumpta communione, C cum ſe in ſecretum locum abdidiſſet oratura, vidiſſe clarè B. Catharinam Senenſem Crucifixum manu præferentem, à cuius manu tres in ipſam euibrabantur Claui; ex quo tempore incredibiles, Chriſti inſtar, cruciatus in manibus, pedibuſque experta eſt. Obiit an. 1608.

Vrſula Aguiria.

Quia vero S. Catharinæ Senenſis meminimus, religio mihi fuerit Seraphicam hanc Virginem hoc choro excludere: ſcribit itaque de illa Raymundus Capuanus, quod ad præſentem rem facit, in hunc modum; Nihil Catharinæ carius, nihil antiquius erat, quam Chriſti cruciatus ſecum expendere, & porro experiri, quare ſumpta die quodam in Prædicatorum æde, ſacra ſynaxi, domum reuerſa, altiſſima cœpit diuinorum contemplatione in aërem attolli, tum Paulo poſt membris cæteris immotis, poſt mul- D ta ſuſpiria & gemitus, dexteram extulit, benedictus, exclamans Dominus Ieſus Chriſtus. Rogata à Confeſſario totius ecſtaſis, ſermonumque ſeriem: cum, inquit, beatam æternitatem quibuſdam à ſponſo expeterem, mihique tandem annueret, illamque polliceretur, datæ fidei arrhabonem, vt largiri dignaretur expetij, tum is ad me: protende ait, manum tuam: mox cum protendiſſem, arrepto ille ex altera manu clauo, dexteram mihi illo perfodit, cuius vulneris ingens dolor ad ſuſpirium me adegit, atque etiamnum me ſupra modum lancinat.

S. Catharina Senenſis

V. Beatrix Carthuſiana.

Notandum: hæc, antequam quinque vulnerum cicatrices à Domino Piſis acciperet, contigiſſe.

Euocan.

Euocanda & huc mihi è Carthuſiano ſuo receſſu Venerabilis illa *Beatrix*, magni ſui Patriarchæ Brunonis non degener filia, cui parum admodum fuiſſe legitur, ad aliquem Chriſti vulnerum ſenſum, manus ſibi perſoraſſe, niſi ſingulis ſextis feriis obductionem vulnerum prohibitura, adacto clauo ferreo ea renouaret vt vulnerato Domino, ac clauis confixo, ea in parte conſormis eſſet. Digna cui Chriſtus ipſe ſpecie Cruci confixi contuendos obiiceret ſacros illos pretij noſtri fontes, & inſignibus illam cæleſtis lætitiæ ſenſibus perfunderet, nec paucis reuelationibus honeſtaret. *Garneſelt. in Catalogo.* Dulces Claui; qui dum criminum noſtrorum amaritiem exſugunt, nos Deo noſtro coniungunt. Felices Claui! quibus dum caro noſtra configitur, in Deo mens ſolidatur. Finio, & Elogium breue à docta Bonplani noſtri manu adiungo.

E cælo Deus deſcendit,
Vt aſcenderet in Caluarium:
An meta cæli Caluarius eſt?
An potius
Meta Caluarij cælum?
Non niſi per Caluarium
Redit in Cælum Deus.
Vbi Adam tumulatur
Ibi moritur Deus!
Illius ſepulchrum
Huius patibulum eſt.
Pependit homo ab arbore peccando,
Pendebit ab arbore Deus patiendo:
Eo acerbius, quo ille ſuauius.
Manus hominis tulit fructum,
Clauum feret manus Dei.
Dole mortalis:
Peccatum hominis, ſupplicium ſit Dei.

CAPVT OCTAVVM.

Dolorum nox aurora ſit Regni, cum Præſes informi titulo Regis, Chriſto in Cruce illudit. Qui titulũ legis, Regem agnoſce.


Tale Regnum, talem Regem decebat eſſe dolorum, vt intelligamus omnes, quales nos deceat eſſe ſub tali Rege, in tali Regno clientes.

Scripſit autem & titulum Pilatus & poſuit ſuper Crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Hebraice, Græce, & Latine. Ioan. 19.

CHriſto in Crucem ſublato, eique trabalibus iam clauis affixo deerat ſolemnis inſcrip-
A tio, cauſſa videlicet ſupplicij, & ipſum crimen,
Romanâ voce, Titulus, qua & Ioannes vſus eſt:
Matthæus *αἰτίαν* bene & ſignanter dixit. Et
hunc quidem titulum præferri, aut apponi dā-
natis, teſte Suet. conſuetudo erat: *ſeruum carnifici* Suetonius
tradidit, vt manibus abſciſſis circumduceretur præce- in Calig.
dente titulo, qui cauſſam pœnæ indicaret: & Euſebio Euſebius.
de Attalo martyre li. 5. c. 1. Circumactus tabellâ lib. 5. c. 1.
ipſum præcedente, in qua latinè ſcriptum: *Hic eſt*
Attalus Chriſtianus. Sed & appendi, aut apponi
damnatis ſolere, author eſt Dio lib. 54. loquens Dio.
de ſeruo quem Dominus agi in Crucem iuſſerat cum litteris [ſiue titulo] quæ cauſſam mortis
aperirent: quem modum ſecutus Præſes, titulum hîc iuſſit appendi, ſeu potius affigi, cuius
B hæc erat inſcriptio: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, tribus ſcilicet diſtinctis lineis, quarum prima atque ſuperior Hebraicis conſtabat characteribus, ſecũda Græcis, Tertia vero, quæ Chriſto vicinior, erat, Latinis, quod iuſſu atque imperio Pilati idcirco factum credimus, quod Romanam linguam cuperet honorare apud Romanos enim in theatro locus infimus ſenatorum, ſummus vero plebis erat; in triumpho poſtremus Senatoris; in triclinio nouiſſimus Conſulis, atque ita ſedendo, procedendo, & recumbendo vltimus erat primus; honorare itaque linguam Patriam voluit homo Romanus. Non ita tamen quin altiore quodam diuini Numinis ſenſu, fuerit eodem impulſus, vt vel ea demùm
C ratione Latina Eccleſia & Chriſto futura coniunctior, & primas latura oſtenderetur, Hebraica verò ſynagoga, ſua id exigente perfidia, & receſſura ab eodem longius, & porrò deſerenda noſceretur. Verum quidem eſt S. Lucam Lucæ 23.
inuerſo ordine has linguas recenſuiſſe, cum ſcri- 38.
pſit: *erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum litteris græcis, latinis, & hebraicis*, quod aliqui concedendum illi arbitrantur, vtpote qui linguam Græcam ſibi haberet commendatiſſimam, quã proinde volens extuliſſe, primo loco collocarit: at vero longè ſimilius æſtimâto, neglectum ab eo Romani Præſidis ordinem, à Ioanne vero ſeruatum, vbi ſi numeratio fiat deſcendendo,
D Hebraica prima erit quia patria ſi aſcendendo, Latina Princeps erit, quia Curialis, nobis vero quia ſacratiſſimo capiti Ieſu proxima ac vicina.

Tribus autem his linguis vſus fuit Pilatus, quia inter ceteras principatum ducebant, Oriens ſiquidem Hebraica, Meridies Græca, Oc- Cap. 12. 20.
cidens Latina ferè vtebatur, aderantque eo tempore Ieroſolymis ex omnibus iis regionibus, qui *aſcenderant vt adorarent in die feſto*, vt Ioannes cap. 12. loquitur, gentiles proſelyti, & Iudæi ex diſperſione gentium non pauci: ne quis ergo vel indigena vel peregrinus cauſſam mortis Ieſu ignoraret, cauit Prætor, eam variis linguis euulgando in hunc modum:

Mirabetis



Titulus genuinus Crucis Christi.

A Mirâberis ſat ſcio, erudite Lector, ad tam inuſitatum ſcribendi modum, ſed paucis, quid rei fuerit, quod Heteroclíſin iſtam induxerit, ſic habeto. Ex viginti quatuor ſcribendi modis, qui fingi, adhiberique poſſunt, octo in longū, totidem in latum, atque iterum octo in diametrum tendere conſueuerunt: ex his tres potiſſimum hactenus à varijs nationibus vſurpati inueniuntur.

Explicatio Tituli Crucis Christi.

A ſummo ad imum ducere calamum ſolent Syri, Indi, Æthiopes, & Sinenſes, linea, inquam perpendiculari, & in latere dextro faciunt linearum adiunctionem.

A dextra in læuam, lineâ rectâ in latum ſcribunt Hebræi.

B A læua ad dexteram Græci, Latini, cæteræque gentes penè omnes.

Ad Tituli ſcriptorem quod attinet, patet ex ea portione quæ Romæ apud Ciſtercienſes intra Baſilicam S. Crucis in Ieruſalem aſſeruatur, voces Græcas & Latinas à dextra ad ſiniſtram formatas eſſe. Quod ſpectat ad Hebræas, quamuis non niſi aliquæ earum reliquiæ appareant, in ſuperiore tituli parte, non dubium tamen eſt, quin ſuo modo fuerint in ligno ſculptæ, hoc eſt, à dextra in ſiniſtram, vnde totus Titulus Hebræo more exaratus eſt, quod viri docti ſecum attentius conſiderantes, pars in eam opinionem delapſi ſunt, vt Hebræum aliquem hominem Titulum ſcripſiſſe putarint,
C qui vt aſſuetus erat ſcribere à dextra in ſiniſtram, peregrinas quoque voces Græcas, atque Latinas Hebræo more in ligno efformârit.

Pars alio deflectens, à Romano milite iuſſu Præſidis titulum exaratum credidit, vtpote qui more Iudæorum, à quibus potiſſimum legendus erat, tum Hebræas, tum Græcas, tum Latinas voces ſtylo effinxit.

Si tantis in tenebris hîc lucis quidpiam fenerari liceat, lubens cum Honotato noſtro Nicqueto, viro doctiſſimo, & Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimo dixerim, non ab vno eodemque ſcriptum totum titulum, nam litteræ Romanæ concinnè formatæ leguntur. Græcæ vero, etiam illæ, quæ planè eædem ſunt
D cum Romanis peſſimè exaratæ ſunt, quod manifeſtiſſimum indicium eſt plures titulo conſcribendo inſudaſſe, forte Hebræus voces Hebræas, Græcaſque ſcripſerit: at quod Romanas, homo Romanus, non mihi videtur dubitandum, cum tam peritè, concinneque, vt dixi, expreſſæ ſint.

Et hæc ad modum ſcribendi, quod attinet, venio ad linguas quibus hic Titulus conſcriptus fuit.

Linguarum omnium, inquit Rupertus lib. 13. in Ioan. tres iſtæ præcipuæ ſunt; per quas hodie ſancta ſcriptura, per totum mundum celebrata, teſtificatur verum eſſe hunc titulum, id eſt, vere Ieſum Nazarenum Regem eſſe Iudæorum,

Rupertus, lib. 13. in Ioan.

Re-

Regem, inquam, omnium in veritate confitentium; nam de anguſto Hebraicę linguæ domicilio, lex & prophetæ & pſalmi per linguas Græcam & Latinam eruperunt, & orbis terrarum armaria teſtimonijs huius Regis compleuerunt. Vnde quoque factum creditur, vt Saluator noſter, qui Iudæorum, Græcorum, Latinorumque Rex in titulo crucis iam promulgatus fuerat, ſuorum Principem Apoſtolorum Petrum, tanquam ſuum in terris vicarium tres haſce principes tunc nationes ſuis concionibus amplecti, atque in his nationibus orbem prorſus vniuerſum adire; principio enim voluit Euangelium regni eum prædicare Iudæis, deinde Græcis, denique Romanis, ſiue Latinis, vt ſcirent omnes Oecumenicum eſſe Paſtorem, quẽ ſuæ poteſtatis vicarium reliquiſſet in terris.

Fuerunt autẽ hæ litteræ non calamo aut penicLulo in charta expreſſæ, ſed ſtylo ferreo candidæ tabulæ inciſæ, & minio deinde ſeu rubro colore tinctæ, vt quoniam mortis cauſſam continebant, mortis terrorem incuterent, maieſtatemque Præſidis Romani oſtentarent, ac facilius ab omnibus legerentur. Singularis quidem hac in re opinio fuit Nicolai Lyrani cauſam Chriſti in charta ſcriptam, atque hanc eandem chartam tabulæ ligneæ ſuper caput eius appenſæ, affixam fuiſſe: ſed quod cum venia Doctoris Plani dictum velim, errauit hic Nicolaus, vti ex ea portione tituli, quæ Romæ aſſeruatur patet, vbi exſculptæ litteræ inueniuntur, verum Lyranus eam vidiſſe non potuit, neque de ea quidquam auditione accepiſſe, cum 152 annis naturæ debitum ante perſoluerit, quam titulus ille detegeretur. Neque vero eſt quod in fauorem eius quis dicat poſitam fuiſſe ſuperſcriptionem, Titulum ſcriptum, cauſſam ſcriptam; quaſi ſcribere calamum innuat & chartam, nam apud probatos auctores ſcribere frequenter idem eſt quod ſculpere, vt apud Iob cap. 19. & alibi patet: vnde porro colligitur nequaquam Pilatum propria manu hunc titulum ſcripſiſſe, licet Ioan. 19. dicatur: *ſcripſit autem & titulum Pilatus*, & ipſemet de ſe dicat: *quod ſcripſi, ſcripſi*; quis enim dicat proprijs manibus Chriſtum flagellaſſe, quamuis ibidem ſcribatur *tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit*? iuſſu ſcilicet eius atque imperio id factum; ita & Titulum, qui Cruci ſuperpoſitus fuit, non ſcripſit ipſe, hoc enim miniſtrorum erat, maximè cum eſſet ſtylo ferreo in ligno exarandus, dictauit autem, & illos mouit ad ſcribendum. Sed ecquæ fuerit ea cauſſa, propter quam Iudæi petiuerunt à Pilato, vt Tituli verba mutaret quærat aliquis?

Quare Iudæi petiuerunt tituli mutationẽ, & Pilatus negarit?

Non vna ſanè, ſed varia: primo, ad hoc impuliſſe eos odium, quo Chriſtum perſequebantur, certum eſt, non enim vel minimam innocentiæ eius teſtificationem ferre poterant, dixerat ille ſe Regem eſſe, & Titulus à Præſide poſitus Regem eſſe proclamabat.

A Secundo, ſtimulauit eos inuidia, cum enim ex regio hoc titulo gloriæ cuiuſdam radij emicare viderentur, obſcurare eos contendebant.

Tertio deluſos ſe à Pilato videbant, apud quem Chriſtum nunquam vt Regem accuſarant, ſed vt eum, qui ſe Regem feciſſet.

Quarto ignominiæ notã ſibi à Pilato inuſtã ſentiebant, de qua Chryſoſt. hom. 84. in Ioan. *Erat Iudæis offenſus, propterea ignominia hac eos afficere voluit, qui regem ſuum crucifixerint: ignominia enim populi, turpis mors regis eſt.* Negauit autem eis petitionem ſuam Pilatus, quamuis, vt bene notauit Edmundus Merillius vir doctiſſimus in notis ſuis Philologicis ad Paſſionem Chriſti, non potuerit mutare ſententiam ſemel pronun-

S. Ioan. Chryſoſt.

Edmund. Merillius.

B tiatam, vt Paullus I. C. ff. de re iudicata l. Acta, & Vlpianus l. Iudex tradidere, potuiſſet tamen eâdem retentâ ſententiâ verba & acceſſoria mutare, & quidem eodem die.

Gratificari tamen noluit Iudæis, quia vt Philo ſcriptum reliquit lib. de legatione ad Caium Imperatorem, homo erat rigidus, iracundus, peruicaci duroque ingenio, addo, quod ſupra ex Ioan. Chryſoſtomo retuli, Iudæis infenſiſſimus, certo namque ſibi perſuaſerat Chriſtum eſſe Regem Iudæorum, quod his verbis comprobat S. Auguſtinus tract. 15. in Ioan. *auelli*, inquiens, *ab eius corde non potuit Chriſtum eſſe Regem Iudæorum, tanquã hoc ſibi in titulo ipſa veritas fixerit, de qua, quid eſſet, interrogauit.* Credidit igitur

S. Auguſt.

C Regem eſſe, quamquam non eo modo quo Cæſarem: quare cum non obligaretur titulum mutare, aliunde vero nonnulla eum mouerent, nihil vt mutaret, reſpondit: *quod ſcripſi, ſcripſi*: quæ verba explanans *S. Auguſtinus* in pſalm. 56. poſtquam retuliſſet querelam Iudæorum, de hoc titulo expoſtulantium apud Pilatum, *reſpondit*, inquit, *eis Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi, quid ſuggeritis mihi falſitatem? ego non corrumpo veritatem*; vnde liquet, ſicut poſtea Chriſtum Centurio, vti confeſſor filium Dei profeſſus eſt; ſicut Latro vt martyr Deum teſtatus eſt, Pilatum velut Apoſtolum Hebræis, Græcis, atque Romanis Chriſtum Regem ſcripto primum annuntiaſſe, Pontificibus Iudæorum reclaman-

S. Auguſt.

D tibus, Titulumque corrumpere & diſperdere conantibus, ſecundum Dauidis in pſalmorum ſuperſcriptionibus prophetiam, conſtantiſſime reſpondendo, *quod ſcripſi, ſcripſi. O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium!* exclamat S. Auguſtin. tract. 117. in Ioan. *Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam, ſi dici poteſt, clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum litteris prophetatum eſt, ne corrumpas Tituli inſcriptionem. Ecce, Tituli inſcriptionem non corrumpit, quod ſcripſit, ſcripſit.* Quod & Nicolaus I. in epiſt. ad Michaëlem Imp. ſimilem in modum exponit.

S. Auguſt.

Nec minus præclarè in eandem rem commentatur S. Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 31. *Non vult*

S. Cyrillus.

vult Pilatus mutare Titulum, quia non fuit in omnibus ſibi diuinitus permiſſum, aduerſus Saluatoris gloriam furere; ſtabile namque, ac ſupra calumniam Chriſti regnum eſt; etiamſi Iudæi nolint, etiamſi gloriam eius fateri non patiantur. Sed de his ſatis.

B. Helena tituli inuentrix.

Ad Inuentionem Tituli venio. Conditus hic fuerat luctuoſo illo, quo Christus in Cruce exſpirauerat die, vnà cum reliquis diræ mortis inſtrumentis, eodem in antro, vbi ille ſepulturæ traditus fuit, latuitque hoc loco obſcurus vſque ad annum ſalutis noſtræ CCC. XXVI vt S. Ambroſ. Sozomenus, Socrates, Ruffinus tradidere, quando B. Helena magni Conſtantini glorioſiſſima mater eum inuenit, ac Romam cum ceteris Dominici trophæi inſignibus detulit, atque in Eccleſia S. Crucis, quam ipſa cũ filio ædificauerat, collocauit. Inde centum exinde circiter elapſis annis Placidius Valentinianus III. Imperator, filius Conſtantij Cæſaris, Arcadij & Honorij Imperatorum nepos templũ hoc opere vermiculato exornaturus; Tituli huius partem, vt Onuphrius teſtatur, ſupra maiorem arcum iſtius Baſilicæ, in plumbea theca, muro latericio clauſit, vbi poſteaquàm annis circiter mille & centum occultus manſiſſet, demum ſub Innocentio PP. VIII an. 1496 denuo repertus fuit, ſed vt dixi non integer, ac duabus velut ſui partibus imminutus, qualis hodieque Romæ perſeuerat. Ad reliquas autem partes, quod attinet Tholoſæ in monaſterio S. Benedicti portio altera ſemipedalis auro incluſa ſeruatur, quæ bis annis ſingulis, 3. ſc. die Maij, & 14. Sept. populo veneranda oſtenditur, atque aqua illi affuſa potati febricitantes optatam cõſequi ſanitatem dicuntur, quo reliquæ deuenerint, incertum.

S. Ambroſ. Zozomeo. Socrates. Ruffinus.

Sed tempus eſt vt ad interiora velaminis, patefacto iam aditu, cum Sacerdotibus nos recipiamus, intellecturi clarius cur Pilatus tam ſplendido titulo dignatus ſit hominem, turpiſſimo impiiſſimorum hoſtium iudicio ad crucem poſtulatum? neque enim ſine Numine Diuum contigiſſe hoc quiſpiam arbitretur, cui ea quæ lib. de triumphali Agone c. 17. Laurentius Iuſtinianus ſcripſit, cognita fuerint ac perſpecta. Afflante Spiritu Sancto, inquit ille, Titulum ſcripſit Pilatus, qui enim fecerat Iudæorum Principem prophetare, coëgit ſcribere Principem gentilem: nihil ſancto Spiritui difficile eſt, æque per malos, ſicut per bonos, quando vult, veritatem atque futura prænunciat. Cur per rationalem hominem veritatem promere non valebit, quando per irrationale & ſubiugale animal veſaniam corripere potuit prophetæ?

B. Laurent. Iuſtinian.

Quare perſuaſum, adductumque huc Præſidem dixerint alij priuati ſtatus ratione, ne Cæſari contradixiſſe, & quem affectati regni inſimulaſſent Iudæi, in fraudem Cæſaris liberum

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

A dimiſiſſe videretur. Alij vero, vt ſe hoc facto de Iudæis vlciſceretur, quorum perfidiæ, atque inſolenti peruicaciæ grauiter ſuccenſuerat, quod Regem ſuum, fruſtra ſe obnitente, in crucem agi voluiſſent.

Ego autem ſublimiore quadam hic manu ductum arbitrer, cum diuina id agente prouidentia hunc titulum dictauit; vt Ieſu integra permaneret, quæ debebatur laus ac gloria, videlicet regia illa dignitas, quam, etiam, ſe iudice, à Patre acceperat nullo tempore finiendã. [*Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* pſ. 2. 6.]

Pſal. 2. 6.

Fuit itaque non tantum ab omni procul B ignominia ſemotus, verum admodum *glorioſus hic titulus, Caput Ieſu,* vt ait Origenes, *Coronæ inſtar exornans*: accedente verò triplici linguarum ſuffragio præſagium felix, Ieſum Crucifixum prædicandum eſſe Regem Iudæorum, id eſt, Meſſiam à lege promiſſum, per vniuerſum mundum, omnemque linguam non Iudæorum tantum, verùm & gentium confeſſuram eundem, quod Cyrillus in Ioan. cap. 30 declarat his verbis: *titulus iſte per præcipuas linguas omnium linguarum Ieſum futurum Principem prædicabat, ſolet enim titulus, vt B. inquit Ambroſius, ſubiugatarum gentium numerum deſignare*: & clarius Theophylactus in cap. 23. Lucæ: *hoc ſymbolum fuit quod po-* C *tentiſſimi gentium, quales Romani, & ſapientiſſimi, quales Græci, & religioſiſſimi, quales Hebræi, regno Chriſti ſubijciendi eſſent.*

Origenes. S. Cyrillus. S. Ambroſ. Theophyl.

Nec quidquam hic pro ſe reperit ambitioſus, præter vnam, atque perpetuam mortifero ambitionis ſuæ vulneri medicinam. Antè quidem Dominus Ieſus ne Rex conſtitueretur, fugit, hic vero titulum Regis admittit, ſed in Cruce, vt doceat titulum hunc, non niſi pendenti in Cruce deberi: proinde qui in Cruce non eſt, titulum Regis quærere non debere, & ſi quærat, in Cruce non eſſe, nec Crucem noviſſe. Cruci enim affixo honores pro clauis ſunt, deliciæ pro ſpinis, hominum laudes pro contumelijs, ac probris. Qui Chriſti eſt, longè eſt ab iis, qui Nomina ſua vocauerunt in terra, cum ille, cuius Nomen eſt ſuper omne No- D men, illo titulo glorietur: *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*: & ſi Regis titulum aliquando acceptauit; id fecit in Cruce, adeoque in bonum, ac ſalutem plurimorum.

Pſal. 21. 7.

Vnde ſequitur, Titulum hunc ſemel dictante Sp. ſancto ſcriptum, vt *B. loquitur Iuſtinianus de triumphal. agone*, etiam vrgentibus Iudæis, à Romano Præſide mutatum non fuiſſe, abſterrente ſcilicet illum in ipſis animi penetralibus, quem minime nouerat, eodem Spiritu Tituli dictatore.

Laurent. Iuſtinian.

Tradiderat Ieſum Pilatus voluntati Iudæorum, & titulum ligneum eorum petitioni ſubtraxit. Sanè non tam quod ſcripſit, ſcripſit,

V quam

quam quod iam in cælo ſcriptum erat, ipſe deſcripſit. A

Ad hæc animaduertendum eſt Inſcriptionem hanc ad caput Chriſti poſitam, & non ad pedes, quia Regnum Chriſti non erat terreſtre aut humanum, ſed cæleſte ac diuinum, & ſuper eos, qui ex cælo & à Deo vocati ſunt: non regnum tyrannicum, aut violentum, vt eorum qui ſubditos pedibus calcant, ſpoliant atque diripiunt, ſed regnum charitatis, quo ſuos rex portat, vt paſtor ouem errantem ſuper humeros, vt Samaritanus iumento vulneratum imponēs.

Beda. Adiungit Beda Chriſto in Crucem ſuffixo ſuperpoſitum titulum, vt credentibus omnibus pateat Pontificem futurorum bonorum, neminem ad regnum ſuum admiſſurum eſſe, niſi B prius titulum geſſerit pœnitentiæ ac tribulationis pro Chriſto perpeſſæ.

Et rectè id quidem ac ſapienter factum, vnde Crucis illa Inſcriptio patibulo præfixa, quæ alias prubroſa videbatur, tot atrocium tormentorum appendix, Romanæ poteſtatis eo tempore dominantis imperio, vel Iudæa reclamante, Chriſtum Regem nationibus palam omnibus declarabat, & quidem Hebraicè, Græcè & Latinè, id eſt, tribus præcipuis humanarum gentium linguis, vt omnis lingua confiteretur, quia Chriſtus erat in gloria, dum opprobriis ſaturabatur, & qui pendebat in ligno iam tum regnaret à ligno. C Et vero quid vſpiam eſſet adeo vel natura barbarum, vel moribus immanſuetum, vel amoris omnis indocile, quod arcana quadam vi, ad ſe ille non traheret diuinæ potentiæ ſimul ac ſapientiæ magnes, cordis cuiuſcunque vel ferrei ſuauiſſime rapax? Cuius animum quamuis meliorum incurioſum vel inopem pietatis illa non alliceret vel pietatis innocentia, vel morientis indignitas, vel caritas, aliena ſcelera ſuo ſanguine diluentis? Hæ nimirum regnatrices erant diuinitatis artes, vt aliis prodeſſet, ſe pœnis obnoxium dedere, vltro ſanguinem, animamque deponere, vt aliena ſalus eſſet in tuto.

O ſuorum, quam ſui amantiorem Regem, qui pro populis delirantibus plectitur, & rariſſi- D mo exemplo, mortem vltro Dominus oppetit, ne mancipia viliſſima moriantur! Hanc artem regnandi fallaci Iudæorum politicæ prorſus oppoſitam, ſubiectis ſibi Principibus è Cruce Ieſus Nazarenus Rex verus Iudæorum explanabat.

Card. Hugo. Vnde Cardinalis Hugo Titulum Crucis hoc nomine exornat: *iſte Titulus*, inquiens, *eſt quaſi ſigillum in quo habet reformari imago hominis*.

Hugo Victorinus. Eodem quoque verba alterius Hugonis, quem à S. Victore denominant, ſpectare videntur, quibus in lib. de Can. miſſæ, ſic ſcribit. *ſunt tres in titulo diſtinctiones, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. In Ieſu fides intelligitur, ſine qua nemo ſaluatur.*

In Nazareno ſpes, Nazareth enim flos interpretatur, de quo fructus ſperatur.

In rege Iudæorũ charitas, quæ reges & ſacerdotes facit. A *Fides illuminat rationem, quam ſuperbia excæcabat. Spes ſubleuat æternorum concupiſcentiam, quam auaritia inclinabat. Charitas temperat & ordinat iram, quam inuidia corrumpebat.*

Quemadmodum in tribus his tituli diſtinctionibus, triplicem theologicam virtutem Hugo agnoſcit, ita & in eiſdem triplicem agnoſcere liceat virtutem, qua vitæ nouæ perfectio texitur, & conſeruatur. Vt in Ieſu Virginitas denotetur, etenim nomen Ieſu in æterni Patris mente concretum, ore virgineo Gabrielis Archangeli in terras delatũ, à virginibus Coniugibus Chriſto Virgini impoſitum.

In Nazareno deſignetur paupertas, quia cum floridus ſit, & flus nota ſit ſpei venuſtæ, B paupertatem adumbrat, partus enim ſpei paupertas eſt, etenim ex ſpe æternorum naſcitur mundani cenſus contemptus.

In Rege Obedientia inueniatur, quæ loquitur Victorias. Obedientia enim ſpiritus principalis eſt, hoc eſt principibus digna. Quanta nouo homini Philoſophia! Titulus ſanè ſplendidus, ac toto iam terrarum orbe clariſſimus, de quo Iſaiæ 19. *In illa die erit altare Domini in medio Aegypti & titulus Domini iuxta terminum eius*; quæ verba ſic exponit Hieronymus: *Titulus Domini continens paſſionem, in quo ſcriptum eſt Hebraicis litteris, Græcis & Latinis: Ieſus Nazarenus Rex Iudæo-* C *rum, erit in ſignum Crucis, & in teſtimonium vniuerſarum gentium, quæ nunc Aegyptus appellantur.* Iſaiæ 19. 19. S. Hieron. *Titulus Crucis prædictus.*

Quod ſacer Vates prædixit, completum cernimus: trilinguis hic titulus è Cruce promicans Chriſtum Regem teſtatur.

Ire nunc &, ſi lubet, quærite *cuius Imago hæc ſit & ſuperſcriptio?* in promptu reſponſum eſt: Imago eſt infirmi, & ſuperſcriptio medici: Imago pauperis, titulus Regis eſt: Imago miſeriæ, titulus beatitudinis: Imago mortis, titulus vitæ eſt, ac triumphi, geminam proinde Redemptoris noſtri naturam, humanam ſcilicet & diuinam Titulus hic in Cruce deprædicat: humana ſub eo patitur, diuina honoratur, felix ille, qui ei ſe ſubiicit, nam vmbra eius ſanior ſole eſt: *per mul-* D *tas* ſiquidem *tribulationes*, vt author eſt *Paulus*, *intrare nos oportet in regnum cælorum*, & titulus hic ſannas, ac contumelias Chriſto peperit carnalium Iudæorum dum affectati regni perduellione notatus eſt; gloriam vero & laudem ſpiritualium filiorum dum hæc paſſus, ſalutem illis attulit ſempiternam.

Ducem imitati ſunt fortiſſimi pugiles, communionem tituli, ſpe gloriæ ſibi communicandę diligenter amplexi. Et agmen quidem ducet nobiliſſimus Martyr Sebaſtianus ob generis S. Sebaſt. claritatem & virtutem Diocletiano ante chariſſimus, Dux primæ cohortis, quem cum nullis verborum lenociniis à Chriſto auellere poſſet, ſub titulo Chriſtianitatis iuſſit ad palum in medio campi telis configi: vbi titulo Chriſtianitatis intelligenda tabella eſt, quæ loco ſupplicij affixa,

affixa, Chriſtianum nomen mortis animaduerſione dignum exprimebat, mundo ingloria, cæleſtibus honorata.

S. Cyprian.

Eadem & S. Cyprianum, Carthaginenſem martyrem longè illuſtriſſimum laude præcelluiſſe, *acta Africana* teſtantur.

Edmund. Campian.

Nec poſteros laus hæc, gloriaue defecit, vt in *Edmundo Campiano* viro è Societate Ieſu laudatiſſimo pronum eſt iudicare, quem dum Romanæ fidei, atque catholicæ religionis reum ad arcem, quam turrim Londinenſem vocant, hoſtes Eccleſiæ rapere inſtitiſſent, galero eius titulum litteris grandioribus aſſuerunt eiuſmodi: Edmundus Campianus ſeditioſus Ieſuita: in quo cum Chriſti martyr duci ſuo aſſimilaretur, ibat animo inuictus, vultu alacer, auctâ ipſis in aduerſis maieſtate, patriæ ſuæ cæcitatem deplorans, quæ decora olim ſua adeo indignis, fœdiſque modis traduceret, auitæque religionis integritatem inter ſeditionis crimina numeraret, ipſe interim gaudens, quod dignus eſſet pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Paulus Bombinus in Vita.*

Idem experti tres noſtri fortiſſimi Athletæ *Iacobus, Ioannes, & Paulus* quos impius Taicoſama cum ſex aliis, è *D. Franciſci* familia, ſub annum 1597. *Nangaſachi* in Crucem egit, præeunte *tabella* ſententiæ, quam longa ex haſta lictorum aliquis præferebat, qui ſilentio noxam imputatam innoxiis promulgabat: quo nequaquam barbari contenti, poſtquam martyres in Crucem acti eſſent, ſingulos titulos Crucibus ſingulis affixerunt, qui, vt ſummatim dicam, huic ſimiles erant, Iacobus legis Chriſti prædicator; & ſic de ceteris, ſolam Chriſti prædicationem capitale delictum æſtimantibus barbaris, gaudentibus vero martyribus, ſub tali vexillo ſe valla cæleſtia expugnare. *Ioa. Hayus in relat. hiſt.*

Marcell. Franciſc. Maſtrillus.

His merito accenſendus Marcellus *Franciſcus Maſtrillus* è Societate Ieſu, qui anno 1637. 17. Octob. vltimum vitæ diem, gladio in Iaponia, pro Chriſto, poſt alios cruciatus, cæſus fuit. Cōprehenſus namque à barbaris, ſplendere radiis viſus eſt ab hoſtibus non ſemel.

Pro tormento primo, pedibus appenſus patibulo, in vas aqua plenum capite immerſo.

Secundo, ſcalis ſupinus alligatus extenſus eſt, & 400 aquæ cyathi, nihil interruptis vicibus, in os illi infuſi, vt totus intumeſceret.

Tertiò, ferro candenti vſtulatus. Quarto, iterum aquæ tormento cruciatus. Nocte poſtera orans ab ethnicis fulgens, atque à terra ſublimis viſus eſt.

Quintò, Equo impoſitus funibus, cateniſque onuſtus, & in ore ferreum, denſatumque frenum geſtans mordicus, ne ad concionem frequentiſſimam de Chriſto verba faceret, dextera capitis parte raſus, ſiniſtrâ minio pictus, affixam dorſo mortis ſententiam ferens, quâ propter legem contra Deos patrios prædicatam mo-A ri ſcribebatur: tandem poſteaquam ad quartum vſque diem deorſum capite pendulus in foſſam vſque ad genua perſtitiſſet, ceruicem gladio porrexit, primus ictus nihil egit, ad ſecundum tortori gladius manu excidit, tandem data poteſtate, tertio Martyr occubuit, ſecuto confeſtim terræmotu. *In Vita.*

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Hæc tituli S. Crucis imitamenta: hæc illuſtria trophæa, quæ licet omnibus reportare datum non ſit, eſt tamen homini nouo non minima cōſolatio, ſub eodem hoc titulo poſſe comprehēdi, quod non obſcurè S. Auguſtinus expreſſit, dum quæſtioni reſpondet, cur non potius rex hominum, quam Iudæorum ſcriptum fuerit? Intelligendos aſſerens in titulo illo Iudæos ſpi-B rituales, id eſt, fideles, & iuſtos, qui filij Abrahæ dicuntur: & quamuis hic ſenſus ſit myſticus, fuiſſe tamen etiam à Spiritu Sancto probabiliter intentum.

Modi autem quibus ſub hoc rege, atque in hoc regno merere, ac ſtipendia facere nouus homo poſſit, eiuſmodi ſunt: agnoſcere peccata ſua, vt agnouit ea latro in cruce, ſacerdoti, vt Chriſti vicario illa ingenuè confiteri, eiuſdemque Chriſti conſilia magnifacere, præceptis obedire, per bona opera certam facere vocationem ſuam, in Cruce & tribulationibus gloriari, quæ denique vera eſt operum, quam à nobis exigit Deus, confeſſio. Ad omnia verò hæc præſentiſſimus ſtimulus eſt frequens triumphalis C tituli huius vſus ac meditatio, quæ vtinam Chriſtianis omnibus adeo cordi eſſet, atque illi religioſo Aſcetæ fuiſſe legimus de quo in theatro terræ ſanctæ ſcribit Chriſtianus Adrichomius: amabat hic titulum hunc tenerrimè, atque identidem vſurpabat, adeo vt quoties ſe in lectulo, ſub noctem, quieti traderet, toties frontem ſuam hoc titulo communiret, mentemque Chriſti cruciatibus colluſtraret; quo factum, vt in demortui fronte hæc ipſa verba litteris aureis inſcripta legerentur: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Cultor S. Tituli Crucis.

De *S. Edmundo Cantuarienſium Archiepiſcopo* tradit *Surius*, cum adhuc puerulus Chriſtum puerum contemplatus eſſet, atque adeo in eius frō-D te, titulum Crucis illius legiſſet: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, ab eo tempore, nocte ac die ſtuduiſſe acerbos illos Chriſti cruciatus animo verſare, eiſque meditandis animitus delectari.

Alexander Luſagus.

Quid vero de Alexandro Luſago, viro inter Brixianos non tam proſapia nobili, quam vitæ ſanctimonia conſpicuo dicam? conſueuiſſe hunc ſine frequentiſſimè hæc tituli verba, ore, linguaque euoluere vitæ author teſtatus eſt, adeo vt ab ineunte ætate, inter ſex illa vitæ Chriſtianæ decora, quæ ardentiſſimis votis à Deo contendere ſoleret, id eſſe voluerit ſextum, nempe, vt ore frequenter, & aſſiduo corde verſare hæc verba poſſet: *Ieſus Nazarenus.* Videbat namque, perſpicue Alexander, excelſaque mente prædi-

tus cognoſcebat,quanta vel hinc virtutum ſeges enaſci,vel gloriæ poſſet accedere incrementum. Res ſancta, ac digna nouo homine exercitatio, qui,dum ad Crucem oculos tollit,& glorioſum titulum legit,*hic eſt*,dicat, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me,quid retribuam ei?*

Et valuiſſe quidem mirificè in multis hæc, Sanctorum res geſtas euoluenti, in aperto eſt, vnum dabo alterumue è pluribus,quo virtus ſacri tituli nouo homini facta commendatior,maiores in eo quotidie fructus producat.

Anno 1565.in Sclauonia ad cælos abiit,magnis ſãctimoniæ ſignis poſt ſe relictis Ozanna deCataro,ex ord.S.Dominici,cuius,dũ viueret,pietas erga Titulum S.Crucis, Chriſti patientis epitomen,ingens fuerat ſemper,huic plurimas à Deo acceptas gratias referebat, & maximè quidem vitæ ſuæ veteris in nouam admirabilem commutationem. Titulum hunc, vti perpetuò in corde ſuo gerere ſolita, ita & ore exprimebat: hoc ſe contra tonitrua & fulmina indemnem, hoc aridam ſe,& triſtem recreabat,hoc item,vt alij facerent,identidem obſecrabat.*Syluanus Razi in Vita.*

Venio ad aliam recentiorem.

Catharinæ de Sandoual Conuerſio.

Degebat Beaſij[oppidum eſt in finibus Bæticæ] ſuperiore ſeculo illuſtris quidam Eques nomine Sancius Rodericius de Sandoual, qui ex vxore ſua, inter alias proles non paucas, ſuſceperat filiam cui nomen dederat Catharinæ. Hæc quartum decimum iam annum ingreſſa, formæ ſuæ præſtantia, opibuſque non modicis elatior,quaſcunque ei pater nuptias ſuggereret, velut ſe indignas repudiabat, cum ecce forte fortuna in dominicæ Crucis effigiem oculos coniicit,cui imminebat ipſe titulus:*Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Incurrerat ſæpius in puellæ oculos ea imago, at in animum non ita deſcenderat; habet nimirum diuina prouidentia ſtata tempora,& albo notatos calculo dies, dies inquam fortunatos, quibus melior aliquis diuinæ lucis radius aſpirat. Hocitaque die, incumbentem cruci Titulum lectitare cœpit, & iterum, iterumque non tam oculo, quam mente decurrere imò verbis ſingulis inhærere, & apud ſe tacitis cogitationibus penſitare, quid amabile, auguſtum,diuinumque Ieſu nomen ſibi portenderet? quis deinde Nazarenus floſculus, quis odor eius ac gratia, quæ Regis dignitas, ac maieſtas, quæ carnalium Iudæorum cæcitas & vecordia,qui Regem ipſi ſuum tollerent;ſpiritualium verò felicitas, ſi agnoſcerent. Quæ omnia dum ipſa ſecum voluit, reuoluitque Catharina, ſecum loqui,ſecum agere cœpit:quid pro ſe Ieſus,bonæ mentis amor ac deliciæ, quid ipſa pro Ieſu aut feciſſet,aut paſſa fuiſſet hactenus? quã hæc diſſona ac diſſentanea,imò quam à vita ſua abhorrens fuiſſet vita, ac mors Ieſu!quæ in nudo corpore ſpiraret paupertas!. quis in laceris A artubus patiendi amor!quam dedeceret ſub ſpinoſo capite membra fieri delicata! quæ ſingula dum apud ſe ipſa expendit: Ecce, inquiebat, Regem meum in Regno dolorum, quam ei diſſimilis Catharina in regno voluptatis! tam procul à Rege, quam procul à regno.Si omnes qui fornicantur abs te, Regum optime, peribunt,quò miſera deueniet Catharina? fornicata cum amatoribus multis: rege te ſpreto hoſtibus adhæſit:pro!ſcelus ac pudor. Finierat:cum tantam derepente in anima ſua lucem accepit, eos in ſe diuini amoris æſtus perſenſit, vt momento vno in aliam penitus mutari cœperit creaturam, ac mente noua,alia longe à priore indui diuerſa. Luculenta ſiquidem ac ſplendida illi oborta lux B eſt,intimaque vilitatis ac miſeriæ propriæ cognitio,nec non ingens, incitatumque propter Deũ patiendi deſiderium, quin & profunda quædã animi humilitas & maxima veteris hominis deteſtatio ſucceſſit: præterea hoc ipſa momento caſtimoniæ, ac paupertatis vota inſigni animi generoſitate concepit, tantumque mentem illius inceſſit alienę volũtati ſubiiciendi ſe deſiderium, vt huius duntaxat explendæ mentis cauſſa, haud grauatè ſe in Mauricam ditionem, alieno parituram imperio abduci permiſiſſet. Hæc animo dum verſat, ingens ab imis cubiculi,in quo agebat,penetralibus ſtrepitus,vt omnia loco moueri,ſubruique viderentur, nec nõ terrificus quidam exaudiri vlulatus cœpit: qui C quod aliquo temporis ſpatio duraret, patrem, qui proximo in cubiculo verſabatur, terrore compleuit: & hæc diabolo auctore cuncta fiebant, indignante ſcilicet ac ringente, quod aliam hæc virgo derepente mentem induiſſet, alia ſigna ſequi,alium regem agnoſcere,ac confiteri ſtatuiſſet;quia verò Regem quem elegerat, dolorum regem, eiuſque regnum non aliud, quam dolorum regnum eſſe non ignorabat, ſimplici,communique veſte indui, inſolitis, variiſque carnem aſperitatibus mox atterere cœpit. Per quadraginta verni ieiunij dies continuos,ferreis cõtextam hamis loricam patris,nudo corpuſculo accinxit: orationi porro integras prope dicabat noctes,quod interdiu à parentibus,aliarum rerum tractatione diſtineretur. D Fuit non raró,cum à decima veſpertina aduſque auroram in precando Numine perſeueraret. Nec vero cacodæmon ipſam quieta pace mentis frui paſſus eſt, à quo vanis identidem illuſionibus exagitabatur.Ipſe etiam piarum mentium probator Deus, grauibus illam affictari morbis permiſit,continenti ſcilicet febri,diro hydrope, cardiacis doloribus,nec non gangrena, quæ inciſione ſublata eſt.Septemdecim ipſis annis hæc piam virginem ita detinuit inualetudo, vt non niſi dierum aliquot ſanitate vſa ſit,teneras interim puellarum manus gratis ad puellaria opera edocens,vt molles illarum mentes ad pietatem, ac morum aſſumendam honeſtatem erudiret.

Donec

Digitized by Google

Donec tandem cæleſti viſo admonita Carmelitanis ſe virginibus adiunxit. *Franciſ. Ribera l.3. de Vita S. Tereſiæ c.3.* A

Felix mors Cultoris S. Tituli.

*Altetum eſt quod nominatus ille Miſnenſium Eccleſiaſtes *N. Meffretius* ſer.4. poſt. Dom. Palm. ſcriptum reliquit, fuiſſe ſcilicet hominem qui nec incumbere, nec ſtrato conſurgere ſolitus erat, quin Chriſti patientis memor, diceret: *Ieſu Nazarene Rex Iudæorum, miſerere mei*: vnà quoque addens ſignum Crucis: in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti. Qua quidem precatiuncula, non aliud niſi felicem obitum rogabat. Non viſus eſt, quod toties petiiſſet, impetraſſe: nam morte ſubita exſtinctus eſt: mox tutelaris Genius abcedere, & in tenebras rapto, imminere dæmones videbantur. Sed breui Ange- B lus tutor rediit, & Iudicis nomine hanc in eum ſententiam dixit: tu quidem, prout mores tui merebantur, flammis eras addicendus, ſed nunc parcit tibi Deus, ob quotidianam ſui Nominis memoriam & cultum. Ad corpus redi & vitam emenda. Reuixit homo & vitam longè ſanctiorem inſtituit, denuo felici, vti rogauerat, obitu defungendus.

Denique obſeruandum hic venit, quod ſicut Pilatus Titulum non mutauit, ita nec Titulum Chriſtus deſeruit, de Cruce deſcendendo; ita quoque Nouus homo vocationem ſuam, ſtatūque relinquere debeat nunquam, licet vt Pilato, ita deinde Chriſto importunius acclamarēt Iudæi, ac demum nouo homini moleſtiam faciat C

S. Bernard.

mundus. De quo ſubtiliter Bern. ſer.1. de feſt. Paſchæ. *Si rex Iſrael eſt, Titulum regni non deſerat, virgam imperij non deponat. Noli*, inquiunt Iudæi ad Pilatum, *noli ſcribere Rex Iudæorum; & Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi. Si Pilatus quod ſcripſit ſcripſit, Chriſtus non perficiet, quod incepit? ipſe enim cœpit & ſaluabit nos. Sed dicunt, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Imo verò ſi deſcenderit, neminem ſaluum faciet: cum enim ſaluus eſſe non poßit, niſi qui perſeuerauerit vſque in finem, quanto minus poterit eſſe Saluator? Nouit igitur quid cogites, non tibi dabit occaſionem ſurripiendæ perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur.*

S. Hieron.

Hæc illa tantæ ſollicitudinis cauſſa fuit, qua *S. Hieronymus* Heliodorum adeo feruenter ag- D greſſus eſt, ne Monachi titulum, in Clerici commutaret: *recordare*, inquiebat, *tyrocinij tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti, pro nomine eius, non te patri parciturum eſſe, non matri. Ecce aduerſarius tuus in pectore tuo, Chriſtum conatur occidere. Sed forſitan dicturus es: quid ergo? quicunque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa, quæ ceteris: perfectum te fore pollicitus es, &c. quæ videre licet l.2. ep.6. apud prædictum Patrem.* Et huius quidē exempla in vtroque ſexu ſuppetunt plurima, qui religioſæ palæſtræ titulum ſtationemque, quam ſemel admiſerant, nullius reſpectu in aliā commutarunt, ſed de his cap. ſeq.

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

CAPVT NONVM.

Ieſus in Cruce à circumſtantibus ac prætereuntibus procaciter illuſus, grandibus conuiciis, ſanniſque laceſſitur, nec turbatur quin: & latroni in ſe reuerſo Paradiſum donat.

Ita Patientia opus perfectum habet.

Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius, ſed tu Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Pſ.3. *Pſal.3.5.*

Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Lucæ 23.43.

Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, dicentes: vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud: ſalua temet ipſum: ſi filius Dei es, deſcende de Cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant: alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt. Saluum facere, ſi Rex Iſrael eſt deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei. Matth.27.39. *Matth.27.39.*

Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Lucæ 15.32.

HVc proceſſerat crudelitas, nec tamen exſatiata rabies erat, telis opus habebat, non quæ neruus excutere ſolet, ſed lingua, *modicum* quidem *membrum ſed magna exaltans*, dum *rotam inflammat natiuitatis noſtræ, ipſa inflammata à Gehenna, inquietum malum, plena veneno mortifero.* Iacobi 3. *Iacobi 3.5.* Ita annotaſſe viſus græcus Eccleſiaſtes Chryſoſtomus, non poterant, inquiens, adhuc animum explere, ſed in patibulo pendentem videntes, amaris eum impetunt verbis, quæ rebus grauiora videbantur: ita vel illud Pſalmi 68.27. explentes: *quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.* quaſi diceret, nec iam vulneribus confoſſo, ac tantum non emorienti pepercerunt, ſed cum nil amplius, quod adderent, haberent, linguarum aculeis me ſunt perſecuti. *Semen nequam, filij ſcelerati, ſanctum Iſrael blaſphemauerunt.* Iſaiæ 1.4. dum, vt Druthmarus ait, qui cum virtutes edentem æquis oculis aſpicere præ liuore nequiuerant, nūc coram cruci affixo ambularent, otioſè contemplantes quod pridem videre cupiuerant, & capita ſua mouentes præ gaudio, quod ex eius calamitate hauriebant. Tanto ante intellexiſſe id viſus eſt Propheta regius, cum Pſ.21.8. ex Chriſti perſona cecinit. *Omnes videntes me deriſerūt me, locuti ſunt labiis, & mouerunt caput*, fixuris clauorum, vt ait S. Leo addendo tela linguarum.

S. Ioan. Chryſ. *Pſal.68.27.* *Iſaiæ 1.4.* *Druthmar.* *Pſal.21.8.*

Et quà acerba ac moleſta hæc fuiſſe arbitrabimur? Deo debitum honorem ac dignitatem ſublegebant, conuiciis ac maledictis onerabant, conficta mendacia temerè in vulgus ſparſa obiiciebant, oſtentabundam cum infirmitate iactantiam improperabant, quia virtutem,

quam ſibi aſſeruerat, nunc, cum neceſſe foret, in re longè facillima, non impleret.

Sed nil vanè, aut temerè de ſe Chriſtus prædicârat, quod verò de templo corporis ſui ſoluendo, deſtruendoque edixerat, id iam reapſe facere, atque in diem tertium abſoluere, effectumque dare citiſſimè properabat: quid igitur veniæ erit, S. Hilario teſte, cum poſt triduum reædificatum Dei templum in corporis reſurrectione cernetur? Verum nec his ſe cancellis, quantumuis laxiſſimis, tenuit calumniandi licentia, conuicium faciunt longè grauiſſimum, Matth. 27. 38. *ſi filius*, inquiunt, *Dei es*, vti gloriatus es, ac porro docuiſti, imo & in iudicio profeſſus es, *deſcende de cruce*, excuſſiſque clauis ſanus abcede, neque enim conuenit filio Dei crucem pati, quod cum non facias, potentiæ inopiam prodis.

Ferenda fortaſſis in vulgo Barbaries niſi hæc quoque in ſacerdotibus, ac ſcribis inuenta fuiſſet, quorum tanto erat acerbior, grauiorque iniuria, quanto erat crudelior inſania, & nequius Matth. 27. 42. caullum: *alios*, inquiebant, *ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt saluum facere*. Ieſum nequaquam alloquuntur, vt quem tantillo non dignentur, ſed inter ſe mutuo colloquentes, obliquè in eum hæc audientem tela contorquent: *Si Rex Iſrael eſt*, vt ſe glorioſè iactauit, *deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.*

Quid genimina viperarum exptobratis morituro regnum? ſub Deo Principe, ſi neſcitis, dolorum nox, aurora eſt regni. Quid nomen diuinitatis obiicitis, vt ſe Cruci ſubducat? Virga Regni Crux eſt, ſceptrum non abiicit regnaturus. Quid verborum aculeis prouocatis regnantem à ligno Deum? veſtris clauis fixa profundius Charitas eſt, vt moriturus ſibi, viuat ſaluti noſtræ.

Sed audiendus in primis Bernardus eſt, qui S. Bernard. ſermone 1 in die Paſchæ ſic loquitur: *quid conſequentiæ videtur habere, vt deſcendat de cruce, ſi Rex Iſrael eſt, & non magis aſcendat? hæc planè ſerpentis aſtutia eſt, hæc adinuentio nequitiæ ſpiritualis. Nouerat impius quantum pro ſalute illius populi zelum gerere videretur: propterea malitioſè nimis linguas erudiens blaſphemorum, ſuggerebat, vt dicerent, deſcendat, & credimus, quaſi iam nihil poſſet obſtare quin deſcenderet, qui eorum credulitatem tantoperè deſideraret. Sed non mouetur vana pollicitatione, qui nouit omnium corda. Eo quippe tendebat malitioſa ſuaſio, vt non ipſi crederent, ſed noſtra quoque fides in eum omnimodis deperiret. Legentes enim Dei perfecta ſunt opera, quomodo fateremur Deum, qui ſalutis opus reliquiſſet imperfectum?*

Manſit itaque Crucifixus qui ſemel crucem aſcenderat, ne amatoribus ſuis occaſionem daret ſurripiendæ perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur.

Præclarum ſanè, maximumque nouo homini documentum, quo nullum Stoa edidit luculentius, aut Academia vtilius inuenit: acclama-

A bant Iudæi, *ſi filius Dei es deſcende de Cruce*; *ſed ideo de Cruce non deſcendit*, inquit Chryſoſtomus S. Ioan. Chryſoſt. *quia filius Dei erat: neque* enim, ait S. Athanaſius, S. Athanaſ. *deſcendendo de Cruce voluit filius Dei agnoſci, ſed ex eo, quod in Cruce permaneret:* & homo nouus, ſi filius Dei eſſe haberique velit, exemplo Domini ſui, conſtantiæ facem prælucentis, Crucem non relinquet: nec tamen interea vel quieſcere aduerſarij, vel ſignis minus infeſtis cum eo cõcurrere; ſed magis ac magis ingraueſcere: non deſituri, vſque dum corporis ergaſtulo ſoluatur: quis enim mitius actum iri ſecum arbitretur quam cum Domino egerint illi, qui in parabolam eum perſequebantur. *Non eſt diſcipulus* Matth. 10. 24. *ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum; ſi* B *patrem familias Beelſebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius.* Matth. 10. 24 Dominum Ieſum non vnum, ac ſingulare hominum genus inceſſere viſum eſt, ſed varium, cuiuſmodi fuerunt è vulgo peregrini, iſtac forte Siluntem, aut Gabaonem, vt via ferebat, proficiſcentes, Scribæ præterea, & Seniores, ac ſummi, vt Marcus ait, Sacerdotes, imò & qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei, nihil hic minus, inferiuſue nouus homo exſpectet velim. *Et magna quidem gloria erit ſequi Dominum, cum popularis homo regi ſimilia patitur.* Non ignorabat hoc Dominicus ille Neophytus, quem Firoximæ in Iaponia ſupra vidimus ad Crucem, quam illi Barbarus Iudex intentauerat aduolantem, totum-C que iter, quo ad illam rapiebatur, agendis Deo gratiis exhaurientem, quod ſe ad mortem, mortem autem Crucis adduxiſſet; nunc eiuſdem in illa Conſtantiam videamus: Cupiebat Dominici Iaponii Cõſtantia. tyrannus ſubito mortis metu cõſternatum Dominicum à Chriſto deficere, quo & ipſe ſententiam mutaret. Miſit itaque familiarem ſuum, quem maximè carum habebat iuſſitque ex eo quæri, num in eadem perſiſtat de ſequendo Chriſto ſententia, poſſe ſi eum abiuraſſet & viuere, & hæreditatem recipere iam amiſſam. Magnum telum! ſed ei quem nondum diuina gratia præueniſſet, cui noſter inuictus miles ita D reſpondit: *Chriſtianus ſum, & ſemper ero, eam fi-* Sap. 18. 11. *dem non ex corde ſolum, ſed nemo eſt etiam qui mihi ex ore eripiat, vitam mihi auferet, qui voluerit, certam mihi ſalutem in Chriſti fide eſſe, perſuaſi.* Actutum igitur eo in loco, qui reorum ſuppliciis infamis erat, ſub vrbem ad iter publicum, ne quid eſſet quod vltra Dominicus optaret, ſi Chriſto ſimillimus eſſe vellet, Cruci affixus Deo ſpiritũ dedit. *Trigantius in triumph. l. 5. c. 17.*

Ab hac Cruce ad aliam venio, in qua dum conſtantiſſimè perſiſtunt, à domeſticis ac propinquis graues admodum aſſultus, ſanctiſſimi olim viri Iob, atque Tobias ſenſêre, nam, *ſicut beato Iob*, inquit Scriptura Tob. 2. 15. *inſultabant Reges, ita parentes & cognati Tobiæ* iam cæcitate percuſſo, irridebant vitam eius, dicentes, *vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?*

Et

Digitized by Google

Et vxor eius, *manifeſte*, inquiebat, *vana facta eſt ſpes tua & eleemoſynæ tuæ modo apparuerunt. Atque his & aliis huiuſmodi verbis exprobrabat ei.* Sed ille, vt ait S. Cyprianus lib. de mort. *circa timorem Dei ſtabilis, ac firmus, & ad omnem tolerantiam paſſionis, fide religionis armatus, tentationi vxoris inualidæ dolore non ceſſit, ſed magis Deum patientia maiore promeruit.*

Quod autem de Tobia dicimus idem de Iobo pari ratione affirmare licet, quem cum vxor ad deſcenſum è cruce, id eſt, inconſtantis animi leuitatem prouocaſſet, dicens: Iob 2.9 *adhuc tu permanes in ſimplicitate tua, benedic Deo, & morere*; ait ad illam: *quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es, ſi bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus:* quod non alia ratione quā perſeuerantiā in cruce fieri ſolet, quā tot nihilominus mala incurrunt. Durus hic aries pietatis eſt, quo Cruci affixus quati conſueuit, ſic ab Hieronymo dictus, quia duobus quaſi cornibus ad hanc ſalutis munitionē quatiendam inſtructus eſt, quorum alterum naturalis amor eſt, qui etiam iure eis deberi exiſtimatur, quibus ſanguine iunctus eſt: alter omnia complectitur, quæ à propinquis ad hanc voluntatem labefactandam adhiberi ſolent, vt ſunt preces, & lachrymæ, aliaque ex domeſticis rationibus deprompta conſilia & argumenta: contra quæ, ita nouum hominem armari oportet, vt hoc teneat certum, ac fixum, cum ſemel Crucem aſcenderit, nunquam de ea, Chriſti exemplo, donec vixerit, deſcendendum.

Tentatio à Parentib.

S. Bernard. Graphicè id olim expreſſit S. Bernardus, in ea, quam Heliæ monachi ſui nomine, ad eius parentes ſcripſiſſe epiſtolam, inuenitur: ſola, inquit, cauſſa, quare non liceat obedire parentibus, Deus eſt, ipſe enim dixit, *qui amat patrem & matrem plus quam me, non eſt me dignus:* ſi me verò vt boni & pij parentes diligitis, ſi fidelem erga filium pietatem habetis, quid me patri omnium placere ſatagentem inquietatis, & ab eius ſeruitio, cui ſeruire regnare eſt, abſtrahere tentatis? verè nunc cognoſco, quia inimici hominis domeſtici eius. Quantum autem hæc in noui hominis animo valere debeant, declarauit aliquando nobilis ille adoleſcens Albertus nomine, ex[illegible]ermania oriundus, illuſtri admodum familia, [illegible]ppe Falckenbergenſis Comitis filius, & Regi Galliæ affinitate coniunctus, ad quem miſſus, vt cum eius filijs Lutetiæ educaretur, ille contra ad cæleſtem militiam animum adiecit, eamque in Prædicatorum ordine adhuc pene nouo aggreſſus eſt, circiter annum Domini CIↃ. CC. XXX. Quod vbi ad patrem perlatum eſt, etſi iam natu grandis, tenere ſe non potuit, quin Lutetiam cum magno ſuo comitatu aduolaret, omneſque machinas, & conatus ad filij [erat enim illi vnicus] voluntatem expugnandam intenderet. Sed fruſtra, cum Dei amor iuuenile pectus aduerſus carnalem amorem, paternaſque blanditias obduraſſet. Illuſtrior autem fuit eiuſdem congreſſus cum Theodorico conſobrino, qui dolore ardens, omnia videlicet attulit, ad illud conſilium labefactandum apta, lachrymas, preces, argumenta, matris denique commemorationem, quam præ animi ægritudine, aut iam mortuam eſſe, aut moribundam decumbere confirmabat. Conſederant autem è regione Iconis cuiuſdam, in qua Chriſtus, vt pingi ſolet, inter Matrem ac Ioannem diſpulum in Cruce pendebat. Tum Albertus oculos, ac digitum in eam tabulam intendens, *En*, inquit, *Dei filius, cum matrem & conſobrinum, vtrumque ſibi tam carum, doloris gladio confoſſum videret, tamen è Crucis patibulo, quod facile poterat, deſcendere noluit, ſed in ea cum ſuo, & illorum cruciatu vſque ad mortem permanſit. Quare, nec ego quidem hanc religioſæ vitæ Crucem, quam ſemel conſcendi, deſeram vnquam, quamuis & matrem, quam narras, & conſobrinum meum exanimes iacere viderem. Quin tu potius in hanc eandem Crucem mecum conſcendis, teque mundi huius laqueis extricas, in quibus cum tanto periculo hæres:* Quid plura? tantum valuit hic adoleſcentis ſermo, ac Chriſti exemplum, vt eum permouerit ad idem inſtitutum, ſæculo relicto, complectendum: tota admirante, & obſtupente ciuitate. Hiſtoria Ord. PP.

Matth. 37. 38.

Albertus Falckenberg.

A B

Simile nec minus admirabile quod Lucas Wadingus accuratiſſimus Franciſcanæ familiæ hiſtoriographus in ſuis Annalibus commemorat cum in eadem vrbe Lutetia, inſignis Doctor Minoribus ſe addixiſſet, matrem eius, quæ inopia haud mediocri premebatur, idque ad alia beneficia addiderat, quod illius litterarium otium, ſuarum manuum laboribus ſuſtentârat, multis lachrymis & clamoribus ſuam orbitatem ac paupertatem lamentari cœpiſſe, ac tum filium, tum illius ordinis Patres omnes tamquam inhumanos, atque iniuſtos etiam accuſare. Quibus cum ille commotus, iam in propoſito nutaret, & ante Crucifixi imaginem oraret, quaſi veniam ab eo petens à Cruce deſcendendi, atque ad matrem ſubleuandam accedendi, vidit è Chriſti latere perfoſſo manantem cruorem, ſimulque hanc vocem audit: *Ego te carius nutriui, quam mater tua: quare me non deſerere debes propter matrem:* quo ille & ſtupefactus, & ita roboratus eſt, vt deinceps maternas omnes vel blanditias, vel querelas facile contempſerit.

Doctoris Pariſienſis Conſtantia.

C D

A parētibus ad vxorē venio tāto potentiorē illecebrā, quāto magis carne armatur & ſāguine. Teſtis eſt Victor Vticenſis in perſecutione Vādalica Saturū Hunerici Regis procuratorē virū integrum, ac Crucis, quam poſt Chriſtum vita ac moribus conſcenderat amantiſſimum, cum ad Arrianiſmum, id eſt, fœdum ab illa deſcenſum ſolicitaretur, conſtanter abnuiſſe, quo audito vxorem familiæ mox euerſionem ſubueritam, adductis liberis ad genua mariti aduolutam,

Tentatio ab Vxore.

Saturus regis Hunerici Procurator.

tam, perque omnia ſacra obteſtatam, ſui miſereri non prætermitteret, & pendentis à lacte matris filiolæ, aliorumque pignorum meminiſſet: Deum condonaturum, quod inuitus ipſe fecerit, cum alij id ipſum voluntariè deſignarint; tùm ipſum cum B. Iob ei reſpondiſſe: *tanquam vna ex inſipientibus mulieribus loqueris*, reformidatem iſta, mulier, ſi tantum huius vitæ dulcedo eſſet futura amara, in amiſſione rerum noſtrarum: imo ſi tu verè me diligeres, maritum nunquam tuis inſidioſis blanditiis in ſecundæ mortis exitium præcipitare conareris. Age, diſtrahant liberos, auferant vxorem, diripiant facultates, ego Domini promiſſionum planè ſecurus, verba in mente fixa tenebo: *ſi quis non reliquerit vxorem, liberos, agrum, aut domum; meus eſſe non poterit diſcipulus.* Diſceſſit vxor. Saturus ſpoliatus omnibus, & multis ſuppliciis debilitatus, mendicus denique, hoc eſt, cum Domino ſuo perſtitit in Cruce.

Thomas Morus. Vandalo Anglum ſubiungo Thomam ſcilicet Morum, rei iuridicæ ac diplomaticæ tota Anglia cum poteſtate præpoſitum: innocentem hunc ac nullius criminis compertum carceri, hoc eſt, Cruci, ſed voluntariæ Rex Henricus mancipârat, vita, ac bonis omnibus, niſi maturè ab ea ſeipſum expediat, multandum, cum ecce aduolare filia chariſſima Margarita, prudens alioquin femina, ac quaſi in perſona aliorum proferre omnia, quæ contra hanc parentis in cruce conſtantiam à paruis ac magnis in medium afferebantur, quibus poſteaquam pater mirificè feciſſet ſatis, accedere illico Coniux Aloyſia, quæ viri animum expugnatura, verbis blandis, ac femineis illecebris pectus fortiſſimum emolliat, aut certè ad aliquam ſuorum commiſerationem inflectat. Venit, ſalutat, orat obnixè, ne ſeſe, ne liberos, ne patriam, & vitam, qua multis adhuc annis frui poterat perditum eat. Quæ dum apud maritum coniux occineret, & vitæ prolixitatem ſæpius inculcaret, & quam diu, inquit ille, Aloyſia mea, frui hac vita potero? Tum illa: totis viginti annis mi vir, ſi Deus ita voluerit. Vis ergo, ait Morus, vt æternitatem viginti annis commutem! Næ tu imperita es mercatrix, mea vxor: nam ſi annorum aliquot millia diceres, aliquid tu quidem diceres, ſed tamen ad æternitatem quid eſſent? Sic ille vxorculæ perſuaſiones non minus lepidè, quam grauiter excuſſit, atque in cruce ſua ad mortem vſque Chriſti exemplo, perſeuerauit. Thomas Stapletonus in vita c. 16.

Domeſticum ſanguinem peregrinus excipiet, non illo ferox minus, ac nouo homini moleſtus, à quo identidem ad deſcenſum è cruce, quam forte conſcenderit, minis, iocis ac ſannis impellitur, ac prouocatur. Et primas quidem hic partes agere mundus videtur; at quis hic Mundus eſt? varij variè pronuntiant; ego mundum aliud eſſe nihil liberrimè dixero, quam

A *quid dicent homines?* & re vera, ita fieri amat, ad opinionem hominum, corrupta ac contaminata iudicia mundus vniuerſus euigilat, Reſpectus humanus, ſtellæ inſtar, quam Cynoſuram vocant, irradiat, nec enim Sidonij huius conſpectu naues ſuas frequentius dirigunt, quam homines illius ductu mores ſuos inſtituunt. Reſpectus humanus inſtar venti eſt, quo vehitur humanum genus, in quamcunque partem is flauerit, eo & de ſubito incumbit. Miſera ſanè conditio, qua milleſimus vix quiſque immunis eſt, quam ſic olim Iuſtus Lipſius eximij vir iudicij, ac ſummæ eruditionis deſcripſit Cent. 3. ep. 31: morbus quidam, inquiens, & teneritudo animi eſt, quo ad ſingula iudicia, vel exempla concutimur, & mouemur, cui dolendum in primis tot homines ſubiici, nec quod ethnici cognouerunt, perſpicere. Nulla profectò res, vel Seneca teſte lib. de beata vita, maioribus nos malis implicat, quam quod ad rumores componimur, optima rati ea quæ magno aſſenſu recepta ſunt, & quorum exempla multa ſunt: verſatque nos, & præcipitat traditus per manus error alienus, alieniſque perimus exemplis: quod ſi vſquam, certe cum improba ad deſcenſum è cruce inſurgit tentatio, vſuuenire certum eſt.

Tentatio ab externis ac 1. ab humano reſpectu.

B *Iudicium Lipſii.*

Senecæ iudicium.

C Sed vndenam hæc tanta infirmitas? tres illa in homine vetere radices habet, in nouo ſtirpitus exſcindendas, ne quos ante nefarios protuliſſe fructus viſæ ſunt, eoſdem & hic cum ſummo hominis damno producant. *Remedium.*

Et prima quidem eſt voluptaria quædam delectatio, ex amicitia, quam morum ſimilitudo conciliat, ſuccreſcens; vnde fit, multa à nobis fieri, quorum etiam poſt paullulum pœniteat, alteri placendi cauſſa, vt in Adamo liquet, vnde bene Origenes homil. 21 in Ioſue: *qui amicitias appetit ſeſu, multorum ſciat inimicitias ſibi eſſe tolerandas.* *Radices reſpectus humani.* *Origenes.*

Altera huius morbi radix eſt, inordinatus erga honorem proprium affectus, quem homo amittere veretur, niſi quod præ reliquis cœpit, inſtabilis prætermittat. Magna veſania! contra D quam Pammachium ſuum S. Hieronym. epiſt. 26 inſtituens ait: *prima virtus monachi eſt contemnere iudicia hominum.* Quod ego libens[illegible] omnes extendero, iuxta ſapientiſſimum vir[illegible]gni monitum: *ſi vis beatus eſſe, diſce contemnere & contemni.*

Tertia denique huius infirmitatis origo eſt, cognatione ſtirpis, ingenita quædam debilitas, quam dum fouet, facilè ab inceptis homo deducitur; accedente vero impulſu Satanæ, qui infirma quæque rimari ſolet, pleno gradu in vitium procumbit.

Quod veterum illum Patrum Magiſtrum Origenem minimè latuiſſe crediderim, cum ſcribens in Ieremiam, humanam conuerſationem, & perſuaſionem *malleum* vocat *vniuerſæ terræ,*

Digitized by Google

Origenis de humano reſpectu iudicium.

terræ, *manum* verò, qua malleus adhibetur ad A opus, ait *dæmonem* eſſe: *malleus*, inquiens, *terra*, *conuerſatio eſt hominum*, *manus vero illo vtens*, *dæmon eſt*, *per homines hominem tentans*:

S.Gregor. 3.moral. c.15.

Ad quod argumẽtum appoſite S.Gregorius 3.moral. cap.15 obſeruat Chriſtum appellaſſe Petrum ſatanam, cum ex humano quodam affectu, quem humana ſuggerebat prudentia magiſtrum à paſſione ac cruce reuocaret, *vade*, inquiens, *poſt me Satana, non enim ſapis ea, quæ Dei ſunt*: eſt enim Franciſci Suarez probabilis ſententia; Chriſtum ſicut præceptum habuit moriendi pro hominibus, ita etiam de eadem re votum emiſiſſe quo ſpectare autumat verba pſalmi *Vota mea Domino reddam*, vt nemo iam mitari debeat, tanto cum feruore in Petrum his contraeuntem inſurrexiſſe. Subiungit autem prædictus Pater optime nomen Satanæ conuenire hominibus, qui officium eius; quod eſt hominem reuocare à bono, ſatagunt adimplere, quamuis ex zelo bono, & ſpecie caritatis id facere moliantur, quos pſalmiſta alienos vocat, *ab alienis*, inquiens, *parce ſeruo tuo*, ne verbo atque exemplo à bene cœpta virtutis ſemita abducat. Expertus id olim in ſe idem Apoſtolus fuit, quantumuis iam fundamentalis columnæ gloria illuſtris, cum ſub vltimos vitæ ſuæ dies, à fidelibus Romanis perſuaſus vrbe excedere, ac mortis periculum declinare, Chriſtum obuium habuit, quem interrogans quo iret? ab eo reſponſum accepit, ire ſe Romam ad alteram Crucem. Quo motus Petrus Romam illico redit, vt vaticinium Domini impleret: clariſſimè edoctus verba ac ſermones hominũ laqueos eſſe ac reſtes, quibus incauti ad interitum rapiantur.

Matth. 16. 23.

Pſal.18.14.

Sed dicet fortaſſis non nemo, vox populi, vox Dei eſt, quare dum illam ſequimur, hanc tute amplexamur.

Reſpondet S.Auguſtinus, in materia fidei locum id habere, grauiſſimæ enim auctoritatis eſt communis nationum conſenſus, vnde Catholicum nomen exortum eſt, neque enim præſumendum eſt Sp. ſanctum in errore detenturum vniuerſam Eccleſiam, ſuo maximè capiti in terris adſpectabili vnitam; atque ita multitudini plurium deferendum eſt: contra verò in operibus bene, aut malè obeundis, vetus audiendum axioma eſt: *crede cum multis, operare cum paucis*, quod argumentum ſcitè, prudenterque expendens *S.Auguſtinus* in pſalm.39. *Anguſtam viam*, inquit, *vident hac, latam viam vident illac: hac vident multos, illac paucos: ſed ſi iuſtus es, noli numerare, ſed appende, vide contra pauca grana, quantam paleam leues.*

S.Auguſt.

Concludit S.Ioan.Chryſoſt. hom.23. in Geneſ. *Anima fortis eſt, poſſe obſiſtere his qui ſe auellere moliuntur*, & humanas *laudes vel conuicia pertranſire, velut vmbras & ſomnia*: è contrario autem, *mens ſoluta*, teſte S.Iſidoro lib.3. cap.40. *catena charitatis non adſtringitur, ſed male laxata, male*

S.Ioan. Chryſoſt.

S.Iſidor.

ad omnem occaſionem mouetur.

Non ita Chriſtus nouo homini propoſitus in exemplum, datus in ſignum, miſſus in ducem; tolerauit opprobria, ſuſtinuit irriſiones, ne obmuteſcere faceret prædicantium linguas, conſolantium puſillanimes, & dicentium ſingulis; tu locum tuum ne deſeras: quod ſine dubio ſequeretur, ſi reſpondere poſſent; quia Chriſtus ſuum deſeruit.

Vnde profectò vna amatorum Crucifixi vox ſit neceſſe eſt, quam ſapientiſſimus ille aſceta Thomas à Kempis de Imit. Chriſti l.3. cap.56. omnium nomine expreſſit: *Domine Ieſu*, inquiens, *ſicut dixiſti, & promiſiſti, ſic vtique fiat, & mihi promereri contingat. Suſcepi, ſuſcepi de manu tua Cru-* B *cem, portabo, & portabo eam vſque ad mortem, ſicut impoſuiſti mihi. Vere vita boni Chriſtiani Crux eſt, & dux paradiſi. Inceptum eſt, retro abire non licet, nec relinquere oportet. Eia fratres pergamus ſimul, Ieſus erit nobiſcum. Propter Ieſum ſuſcepimus hanc Crucem, propter Ieſum perſeueremus in Cruce.* Erit *adiutor noſter, qui eſt dux noſter, & præceſſor. En rex noſter ingreditur, ante nos qui pugnabit pro nobis: Sequamur viriliter, nemo metuat terrores; ſimus parati mori fortiter in bello, nec inferamus crimen gloriæ noſtræ, vt deſcendamus de Cruce, aut fugiamus à Cruce.* Hactenus religioſiſſimus ille Thomas, vt rectè quidem ac ſapienter, hoc namque Crucis nomen perbellè ſignificat, nec Crucifixi etymon abludit, cuius ſupplicio quicunque olim addicebaC tur, non prius cum Cruce diuortium quam cum vita facere ſolebat. Et vero, vt ſcite Bernardus, *quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi? ibi tu Chriſtiane fige tui curſus, profectuſque metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam, factus obediens vſque ad mortem. Quantumlibet ergo cucurreris, ſi vſque ad mortem non perueneris; brauium non apprehendes.*

Thomas à Kempis.

S Bernard.

Nouerat hoc S.Andreas qui omnium primus Chriſti ſcholæ nomẽ dediſſe legitur, quem poſteaquam Ægeas proconſul virgis cæſum in Crucem ſuffigi iuſſiſſet, iamque ex ea, velut glorioſiſſimo quodam ſuggeſtu, duos dies, totidemque noctes ad viginti millia hominum de Crucifixi Domini ſui gloria diſſeſſet, territus D Proconſul, ac ſeditionem metuens, detrahere eum de Crucis cathedra conſtituit, ſed præuenit Andreas qui ne id fieret, Deum ſupplicitet precatus, inter cæleſtem, qui ſupplicantem circumdederat, ſplendorem, è Cruce ad eum migrauit, cuius mortis ſimilitudinem concupiuerat Crucifixus. *Baronius.*

S.Andreas in Cruce perſeuerat.

Magno minorem adiungo Apoſtolum Orientis S.Franciſcum Xauerium, qui Bungenſium Bonziorum ſeditione maxima concitata, Luſitanis in onerariam dilapſis, multumque rogantibus ne manifeſto in periculo ſolus temaneret in terra, excelſiſſimi animi conſtantia reſpondit, ſe ſtationem non deſerturum, & ſi cadendum ſit, id enimuero votorum ſummam eſſe,

S. Franciſc. Xauer.

ſe,ſibi à conſtantia ſatis; vel in ipſa morte conſultum. Nec minus reapſe præſtitit; quam verbis expreſſit, cum enim fulgentes in ſe diſtringi gladios, cum in idola inueheretur, aduerteret, nec ideo minus libere ſuperſtitionem increpuit, aut interpreti ad gladiorum ſplendorem exanimato verba magnifica ac libertatis plena dictauit, animoſque fecit, vt ex fide redderet. Idẽ ſæpius raptus ad ſupplicium nauique impoſitus vt ſpargeretur in fluctus, non ideo tamen à prędicatione ceſſauit. Quid mirum tanta Nominis laude gloriaque potiri? lapides non niſi duriſſimi ſplendent, adeoque in adamante conſtantiæ atque ſplendoris ſuprema laus eſt. *Horat. Turſell. in Vita.*

Iacobus Crucius.

Eadem quæ Xauerium penula texit, Iacobum Crucium amixit, nec diſpari flamma ſuccendit, ſenem inquam annoſiſſimum, nam duos ſupra nonaginta annos natus exceſſit, quem S. ipſe Ignatius vndennem in Societatem adlegerat, ſeueritatis priſtinæ, atque conſtantiæ in Cruce ferenda retinentiſſimum, quam enim à puero in Societate hauſerat officiorum rationem, in ea nihil mutauit. Admonitus ſępe ab amicis, vt ſibi aliquid indulgeret, poſſe hoc fieri, nullo virtutis, quam in tuto haberet, nullo exempli damno. Nolle ſe deterioribus aſſueſcere, per iocum reſpondebat. Itaque præclaro conſtantiæ edito relictoque poſteris exemplo, vt puer centum propemodum diceretur annorum, in ſinu perſeuerantiæ, Cruciſque amplexibus conquieuit. *Annales Societatis.*

Franciſc. Caietanus.

Nemo autem facile dixerit quantam hic laudem tulerit noſter. Franciſcus Caietanus, qui præſtantiſſima ſanctimoniæ fundamenta, quæ delicatiſſimus adoleſcens iecerat;. cruentiſſimis flagellationibus, cilicino thorace, arctiſſimis ieiuniis, & ceteris eiuſmodi conſtantiſſimè vſque ad mortem prouexit, nec prius ædificandi, quam viuendi finem fecit. Nunquam retro ferri viſus, aut ſtationem retinebat, aut fines, limitemque promouebat. *Hiſtoria Vitæ.*

Ioannes Bonus Minimus.

Quid ni & numerum hunc augeat Ioannes, vti cognomine, ita & reipſa Bonus, magnum Minimorum familiæ lumen, qui ſenecta iam ætate, effætiſque quamquam viribus eaſdem, per quas olim profecerat, virtutum exercitationes nunquam omiſit. Quod ſi parcendum ſenectuti moneretur, reſpondebat, ſcilicet vt adoleſcentes viribus validis ſe magnificè circumſpiciant, ſeneſque vt virtutibus iam minus vtiles deſpiciãt. Virtutes ante Mortem emori, probrum eſt. *Annales Ordinis.*

Drogo.

Et de his quidem eſt iſtud quod Drogo ſcriptum reliquit his verbis: *orant pro futuris, non pro præſentibus. Non volunt de Cruce deponi, ſed cum Chriſto in regno reponi.*

Moueri tamen interdum ac nutare quorundam virtus notata eſt, ſed vel eo felix, quod Dominus ſuppoſuerit manum ſuam, teſtis erit Saluator Canianenſis, qui nuper inſtitutum Capuccinorum amplexus, & in illo etiamnum tiro, deſcenſum è cruce cœperat meditari: quapropter re cum magiſtro communicata, cum is eum à ſeculi propoſito reuocare minimè poſſet, his tandem verbis eum affatus eſt: Si tibi, ô Saluator, ad tuos iam redire omnino conſtitutum eſt, ito, non pugno: verum domino ſaltem, priuſquam diſcedas, valedicito, atque ante Crucifixi imaginem, quæ in Eccleſia prominet, quinquies orationem Dominicam cum Angelica ſalutatione pronuntia. Res Saluatori facilis viſa eſt: mox itaque in Eccleſiam aduolat, hoc ſe onere, vt liber abeat, exſoluturus, cum ecce inter precandum diuina adfuit clementia, etenim viſibili aſpectu ex Chriſti Crucifixi vulneribus, quinque in eum ſanguinis radij tanta virtute feruntur, vt iis Saluator exterritus, atque animo prorſus immutatus, in religionis ita amorem exarſerit, vt duriſſima quæque, vel ipſam potius mortem ſubire, quam religionis Crucem deſerere, ſibi deinceps impreſſerit nullo tempore eximendum. *Zacharias Bouerius in Annal.*

Saluator Canianenſ.

Geminum eſt quod ex cognato ordine Recollectorum S. Franciſci Rapinæus in Hiſt. generali decade 7. p. 3. Barezzius p. 4. l. 5. c. 18. de Alphonſo Caſtellano recenſent, hic ob eximiam prudentiam & religionem in ordine FF. Minorum primus Commiſſarius generalis nouam Hiſpaniam obierat: vbi cum religioſorum illic degentium virtutem, ſummamque obſeruantiam perſpexiſſet, præfato munere ſe abdicans ibidem ſubſtitit, magnaque cum ſanctimonia vitæ & pœnitentiæ fructu eluxit. Verum enim vero, qui calcaneo noſtro inſidiatur, Leuiathan, hominem eo impulit; vt Indos relinquere, ea regione abſcedere, & in Hiſpaniam ſuam reuerti vbi commodius ſeruire Deo poſſet, ſtatueret, vti & factum eſt. Inter Hiſpanos itaque pro animi ſui ſententia iam degens, quoties orationi ſe daret, toties velut oculis Chriſtum è cruce pendentem cernere ſibi viſus eſt, ac totidem his verbis ſe compellantem audire. Cur me in Cruce, Alphonſe reliquiſti? & ex ea deſcendens tua quærens ſolatia in Hiſpaniam reuerſus es? Quibus ille totis artubus contremiſcens, ac diuinis vocibus obſecundans, amore Crucis, ad Indos reuerſus eſt, vbi poſt vitam annis aliquot religioſè tranſactam, ad laborum ſuorum præmia diſceſſit.

Alphonſus Caſtellan.

Admirandum profecto, nec ſatis hactenus expenſum, quam incenſo ſtudio, curaque rem hanc proſequi ſoleat Deus, vt quantulacunque hic culpa vel ignauia interceſſerit, monitor ipſe, aut vindex exiſtat. Author eſt *Ferdinandus Caſtellanus* ſacri ordinis Prædicatorum illuſtris Hiſtoricus lib. 2. cap. 11. fuiſſe iuuenem ſui amantem, ac carni plus æquo deditum, auſterioris iam vitæ, quam antè magnis animis ſuſceperat, pertæſum, vnde factum, vt è Cruce deſcendere, ac

Crucifixus fugientem tironem ſiſtit.

Digitized by Google

re, ac nocte media clam omnibus, ne impedimento ſibi forent, fugere conſtitueret. Quod dũ animo verſat, ecce ſatanæ miniſterio claues portę, per quam egredi ſtatuerat neglectas reperit, arreptiſque auidè, atque in ſinu repoſitis aliud nihil præterquam precum veſpertinarum finem præſtolans, omnia ad fugam diſponit. Iamque aderat nox concubia, nulluſque erat è toto monaſterio, qui fugientem à Cruce ſiſteret, aut retardaret.

Rectà igitur ad portam contendit, atque obiter ante Chriſti imaginem, quem Cruci affixum in via obuiam habuerat, iuxta quam S. Dominici effigies poſita erat, genua flectit, velut abeundi veniam flagitaret. Cum ecce imaginem, quam obiter è veſtigio ſalutârat, videt portam obſidere, ac velut ne aperiatur, impedire. Obſtupeſcere tyro, nec quid cogitaret, ſatis inuenire; quare curriculo ad locũ, in quo Imaginem Paulo ante conſpexerat, reuertitur, inuentaque eadem in loco ſuo, nequaquam mota, exiſtimans oculorum errore, vel ſane ludibrio factum, quod viderat, ad eandem portam reuertitur; videtque denuò Crucifixi Imaginem ſe tecta ſemita præcedere, quam alius ex ordine ſuo religioſus ſequebatur: qui antè perculſus fuerat, maiori profecto hic metu concuti cœpit, quem vt praua cõſcientia, & tenebræ ac ſolitudo, immane quantum augebant; credere tamen nequaquam cupiens, quod videbat, denuò ad priorem locum, vbi geminas iſtas imagines veneratus fuerat, euolat; inuentiſque ſua in ſede perſtantibus, tertia iam vice ad portam regreditur, eandem, quâcunque difficultate ſuperatâ, aperturus: quod dum protenſa claue molitur, ecce Crucifixi imago manum dexteram à Cruce auellens, tantam illi alapam infligit, quãta ad eum in terram proſternendum ſufficeret, & oculos ad grande quod incurreret periculum aduertendum aperiret; quemadmodum & factum eſt, nam illicò in terram proſtratus, mentis oculos aperuit, & quam Chriſto infamis ille de Cruce exſcenſus diſpliceret, atque adeò Chriſtiano homini, iam vitæ ſanctioris candidato officeret, perſpexit, ipſe deinceps in Cruce, quam ante conſcenderat, quoad viueret, neutiquam amplius deſcenſurus.

Venio ad alterum: Anno M.CC.XX. Fridericus Imperator in Siciliam profectus adminiſtrationem Imperij cis Alpes Engelberto Colonienſi Archiepiſcopo demandârat, ſed & is Cruce ſignatus votum conceperat proficiſcendi in Palæſtinam ad terræ ſanctæ recuperationem. Æqua ſat cauſſa Engelberto viſa eſt poſtulandi à ſummo Pontifice, vinculi S. Crucis relaxationem, quod & impensè Principes ſuadebant. Itaque Archiepiſcopus, iam alter in Germania Imperator, Romam ablegat Hermannum Bonnenſis Eccleſiæ Decanum ad impetrandam ab Honorio tertio diſpenſationem.

S.Engelb.

A Sed abnuit Papa, arbitratus fidem Crucifixo ſemel datam infallibiliter ſeruandam eſſe. In quo ſecutus eſt anteceſſores ſuos Pontifices, qui Reges, ac Principes ad Crucem ſuſcipiendam hortari ſoliti, voti religione iam nexos ſoluere detrectabant.

Quamuis autem obligatione Crucis abſolui nequiuerit, commutationem tamen eiuſdem impetrauit, propter neceſſitatem enim communem, vt ait Hiſtoria, detentus, Honorio concedente, pro ſe milites miſit, ſumptibus magnis: quibus tamen nequaquam bonus Præſul acquieſcens, Regni negotiis renunciare ſtatuit, ipſeque præſens eodem transfretare, ſed ante à ſicariis ſublatus eſt, vt pro viri ſancti expugna-
B tione cum *Aegidio Gelenio l.1. Hiſtoriæ S. Engelberti cap.5.* dicere liceat [ſi quod forte vinculum ob ſuſceptæ Crucis obligationem, ſed non ſolutam inhæſerit] quod B. Auguſtinum de Cypriano martyre dixiſſe teſtatur S. Thomas de Aquino 3.p.q.64.a.9. ad 2. *vt caritatis, qua excellebat, luce, obumbratio illa fugaretur, & ſi quid purgandum erat, paſſionis falce tolleretur.*

S.Thomas Aq.

Vſque adeo vel de Cruce deſcendere voluiſſe periculoſum eſt.

Sed tempus eſt, vt etiam ex ſexu fragili hanc ſpartam exornemus: agmen ſacrum ducet Magdalena illa Iaponica; pendebat hæc Canzurge tyranno in Vrbe Iatauxiri de Cruce, inter viros, & feminas aliquot, ibique frendente dia-
C bolo, eiuſque aſſeclis, de idololatria triumphabat. Sublustris nox erat, ferebanturque ſidera, & reliquos inter ignes luna ſplendido amictu, veluti fortiſſimæ Virginis opera, & labores, victoriamque ſpectarent. Tum Magdalena ad ſocios: fortiter ac Chriſtianè agendum eſt: eia cælum, & illos ſupra nos collucentes ſiderum ignes intuemini; iam iam miſſione accepta, illos ſub pedibus micare videbimus, tanto inferiores interuallo, quanto nunc ſubliniores feruntur. Nihil hic caro, nil mundus ſperare poterat ad Heroidi noſtræ perſuadendum deſcenſum, quæ tantas in corde ſuo diſpoſuerat aſcenſiones. *Idem.*

Magdalena Iaponia Virgo.

D Ex inſula ad inſulam transeo, idolatrica illa, in ſchiſmaticam, atque omni hæreticæ prauitatis colluuie, immane quantum, deformatam, vbi tamen vel mediis è tenebris, priſtinæ teſtes ſerenitatis, ſcintillæ quædam virtutum, faculæque abſiſtunt: talem ego Margaritam Midletoniam liberè dixerim. Huius matronæ memorabile ſemper Eboracenſi Eccleſiæ nomen erit, cuius bono conſtantiſſima virtute, vt ſilentium teneret, vitam prodigere non dubitauit. Noua inter maieſtatis læſæ crimina, quæ ab hæreticis cuſa ſunt, ſacerdotum Catholicorum hoſpitium atque amicitia, ve grande ſcelus eſſe cœperat. Huius rea cum Margarita peragaretur, quamuis diriſſimis vexata minis, atque ſuppliciis, iudicium tamen peragere, conſtantia pluſquam

Margarita Midletun.

matro-

matronali, viriliter abnuit. Ergo ab Huntingtono Comite, quem hæreſis impia efferauerat, peracuto lapide renibus ſubdito, iniectaque tabula, mille librarum pondere ſuperimpoſito, dirum in modum, nouo tormenti genere tota elidenda & conterenda damnatur. Cum duceretur, augerentque minis atrocibus inſtantis iam necis acerbitatem, illud vnum repetebat: ſiue hoc, ſiue alio mortis genere hinc abeundum ſit, æque breuis ad cælum via eſt. *Sanderus*.

Nec corpora ſola Cruces ſuas inueniunt, in quibus pro dignitate perſiſtant, habent & animæ ſuas quas pro fide integra minimeque dubia conſtanter ferant, nunquamque dimittant.

Teſtabitur id lectiſſima regij ſanguinis virgo, quam ipſa ſuis manibus æterno diademate redimiuit perſeuerantem glorioſiſſima Dei mater. Margarita Hungarica. Ea eſt Margarita Belæ, IV. Hungarorum Regis filia, quæ poſteaquam quadrimula magnarum virtutum ſemina prodere cœpiſſet, ſacrum ordinis Prædicatorum habitum, quo ſorores vti conſueuerunt induit, atque vna Crucem aſcendit, de qua Cæſarius: Cæſarius. *Crux monachi rigor eſt ordinis*, quod ſtatim vita, moribuſque expreſſit, viſa namque Crucis imagine, intelligens in ſimili trabe Dei filium expiraſſe, illico ad eam accurrens piiſſimis oſculis venerari cœpit: nocte media ſomno exſoluta, eam oculis, eam ori ſuo dulciſſimè apprimebat, brachiis tenerrimè amplexabatur, dixiſſes Chriſto confixam Cruci ceterorum omnium obliuiſci: nihil ea caſtius, nihil vigilantius, atque in omni religioſæ vitæ diſciplina accuratius nihil, cilicium aſperrimum ei perpetuum, cinctus catena ferrea, ieiunia aſſidua, orationes continuæ, vigiliæ quaſi perennes, Dominicæ paſſionis ſtudium adeo vehemens, vt frequenter in ecſtaſin raperetur. Et quæ Crux, ſodes, dicenda, niſi hæc eo nomine fuerit digna? Sed neque in hac Margarita quieſcere diu potuit, ad deſcenſum proritata non ſemel eſt: Chriſtum Principes ac Phariſæi, Margaritam Reges ac Duces ſollicitare indies miſſis legationibus non deſiſtebant, vt Cruce excuſſa ſecum in manus conueniret: vtque conſcientiæ illius religioni conſulerent, voti legibus eximi ſummi Pontificis authoritate curârant; erant autem hi Dux Boloniæ, Reges Bohemiæ, atque Siciliæ, quorum thalamis mirificè ſponſa expectebatur. Sed fruſtra omnia, quin dicere ſolitam accepimus, ſi forte vel à parentibus ad dimittendam hanc, quam ſemel conſcenderat, crucem, compellenda videretur, ſe ſibi naſum ante, & labia præciſuram, quam in fide data vacillaturam. *Garinus in Vita*.

Et quia in aula verſamur ex eadem alterum teſtimonium audiamus. Ioanna Luſitanica. Alphonſo V. Luſitaniæ Regi filia erat vnica, Ioanna nomine, virgo vti ſpecioſiſſima, ita & prudentiæ, ceterarumque virtutum laude commendatiſſima, hæc ætatis ſuæ annum octauum decimum ingreſſa poſteaquam abſente in Africa Patre, amplisſimum pro eo regnum optimè gubernaſſet, ac reduci victoriam gratulata ampliſſimam, felicia omnia vouiſſet, vnum ſibi bonâ parentis veniâ licere poſſe contendit, ſcilicet, vt opibus, faſtuque regio abdicato, ſe Deo in ſacra Dominici familia, ancillam humilem dedicare poſſet. Expalluit Rex, ac tandem obortis lachrymis, quod petebat filia, triſtiſſimus pater conceſſit. Dici nequit, quantis hîc inceſſerit lætitiis Ioanna, quantaque cum animi ſui voluptate ad Crucem euolârit, de qua certum ſibi, conſtitutumque erat, ante mortem non deſcendiſſe, quidquid vel mundus, vel caro denique cum aſſeclis ſuis moliretur: quod non ita multo poſt clariſſimè patuit, cum à Maximiliano Romanorum Rege, Friderici Imperatoris filio ad nuptias expetita, ſpem omnem conficiendi negotij, etiam fratre ſuo germano intercedente, præſcidit.

Vixdum hæc procella tranſiuerat, cum noua è Gallia in Ioannam incubuit tempeſtas, Carolus VIII. patre vita functo, in regnum ſuffectus erat, miſſiſque illico in Luſitaniam legatis Ioannam Coniugem petebat, belli minas, nec leues illas intentans, ni quantocyus in Galliam mitteretur. Rex frater citatis equis denuò ad ſororem contendit, viæ cauſſam edocet, publicum regni incommodum ob oculos ponit, ne priuatam publicæ præhabeat vtilitati impensè rogat: ſed ſurdæ canebat omnia, Crucem, inquiebat, quam ſemel inſcendi, dimittam nunquam.

His ita tranſactis reſpirare videbatur Ioanna, cum ecce nouus è ſeptentrione turbo exoritur. Richardus tertius Angliæ Rex, non iam bellum, ſed perpetuam cum Luſitania pacem, fraternamque pollicitus amicitiam, multis inſuper in regni commodum promiſſis adiunctis, Ioannam deſtinata legatione coniugem procatur. Rex iterum cum Philippa matertera ſtrenuè negotium vrgebant, quantum reipub. ſibique incommodet, ſi abnuat, oſtendunt: perſtat tamen in ſententia Ioanna, quia Sponſus perſtiterat in ſua, quod imitandum ſibi, non obſcuris ab eo ſignis didiciſſe arbitrabatur, oranti namque, & Sponſum calidis precibus conſulenti, per quietem aſtare viderat pulcherrimum iuuenem, qui blande ſalutatam compellans, noli mœrere, dixerat, Ioanna, iam enim è viuis ille abiit. Nec plura: quare vrgentibus amicis ne iniquo fortaſſis in ſuos animo eſſe diceretur, in Angliam, inquit, ſi ſponſus viuat, proficiſcar, quod ſi vero ad mortuos tranſierit, hoc vnum flagito, ne vltra mecum de nuptiis agatis.

Annuêre omnes, lætati de Sororis neptiſque piiſſimo in regnum decreto: ſed breue gaudium fuit, cum ecce nuntius de Richardi Regis obitu adfertur, quo mirè Ioanna in

veteri propoſito confirmata in Cruce ad mortem perſeuerauit. *Vaſconcellus in Anaph.*

Geminam Ioannæ Margaritam, Regiæ Virgini Cæſariam adiungo, vt omnis ordo & ſexus intelligat, ab aſſumpta ſemel Cruce nequaquam animo degenere recedendum. Hæc illa Margarita eſt Maximiliani II. Cæſaris filia, Rudolphi II. Germana ſoror, quæ cum Madritum ad Regem Philippum huius nominis ſecundum, Auunculum ſuum, vnà cum matre vidua perueniſſet, liberius Chriſto ſponſo ſeruitura, cui fidem ſanguine conſcriptam oppignorârat, oculis, quibus nolebat, placere cœpit, Rege eam in coniugem expoſcente, ac ſuper ſponſalium impedimentis Chriſti Vicario ſupplicante: perculſa hoc nuntio Margarita, atque omnes, ſolo ſponſo Chriſto excepto, aduerſarios experta, quò, niſi ad hunc, ipſa confugerit? Pia Crucifixi effigies in cubiculo ſuper abacum ſtabat, ad hanc afflictiſſima virgo, non tam corporis, quam mentis oculos coniicit, ſubortiſque lachrymis adgeniculans, rogat, vt ſe in ſponſam retinere non abnuat: & annuere profecto Sponſus viſus eſt, binis vicibus capite, vt erat ſentibus coronato, ad oculum conquiniſcens.

Gaudere Margarita, nec à Cruce tantillum diſcedere certa, quam vnà cum Chriſto lubens ante inſcenderat. Vrgere interim Rex propoſitum ſuum, allaborare mater, ſacri ordinis rigorem, teneri corporis repræſentare imbecillitatem, tam auguſti matrimonij dignitatem non tacere, tot regnorum, ac prouinciarum ſalutem adducere aliaque ſexcenta, quibus ſeptemdecennis Virginis animus ex facili queat expugnari, ſed non Margaritæ, cuius vna hæc, ſolaque vox erat: moriar paupercula monialis ante, quam mundi Domina reginaque efficiar. Quibus Rex, materque Imperatrix operam ſe perdere cognoſcentes, Margaritam ſuæ conſtantiæ permiſerunt, illa vero proximâ datâ opportunitate ſacrum habitum induit, atque ad diu concupitas Crucis nuptias aduolauit. Alcedonia hîc ſe conſecutam Chriſti tiruncula arbitrabatur, cum ecce, vnde minimè arbitrabatur, tempeſtas incubuit, à fratre ſcilicet Rodolpho Imperatore, qui per legatum ſuum Cæſareum, ne votis ſe ſoror illigaret, interceſſit: cauſa erat, ne forte, ſi ita res ferret, vt nuberet, coniugalibus tædis ſubtraheretur. Sed quæ pridem eiuſmodi tædas exoſa, Chriſto ſponſo ſe dedicârat, perfacile hæc fratris conſilia, matre auſpice, diſſipauit. Neque hic finis, iterum per ſummum Pontificem vrgere amici, vt eius bonâ veniâ legibus monaſticis ſoluta, rigidioris diſciplinę regulis eximeretur. Aſſentitur Papa, diploma expeditur ac Margaritæ offertur: quid illa? an blandis oculis, pronâue

R.P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

A mente amplectitur? nequaquam: magnis ſanctiſſimo Patri gratiis actis, ſuum amicis diploma reſtituit, ſeque antiſtitę in omnibus ſubditam, dictoque audientem fore pollicetur, atque ita, non multo poſt, tribus illis ſe clauis, id eſt, ſacræ Religionis votis, quibus homo verè crucifigi ſolet, adſtringit.

Interea è viuis mater exceſſit, quæ muro vno à ſanctimonialibus diuiſa, vt pia quæpiam ex tertio ordine Vidua, Deo fuerat famulata, cum denuò ad nouum de cruce deſcenſum Margarita ſolicitari viſa eſt, voluit Rex vt ipſa famulos omnes ac famulas Dominæ Matris Imperatricis ſibi, ſuoque ſeruitio adſcriberet atque in eius domicilium commigraret, quod B iam ſacri Parthenonis ſepto claudebatur; vt dignitati perſonæ ſuæ quidpiam indulgeret.

Sed fortiori nexu ſe Cruci adſtrinxerat Margarita, quam vt eiuſmodi pellaciis moueretur, nihil enim horum, aut animi eius demiſſio, aut ſacræ paupertatis amor admittendum iudicabat, neque enim ab vlla ſæculari perſona ſeruiendum ſibi rata, quæ vbi neceſſitas cogeret, ſorores domeſticas habebat, nec præter nudos paupertinæ cellæ parietes, quam longam vlnas ſeptem, latam quatuor ſub gradibus elegerat, aliud cubile noſſe voluit, aut habere: ſic in Cruce non tam pati, quam deliciari nouerat Margarita.

C Et quis huc ſollicitatorem accedere poſſe formidet? acceſſit tamen. Quamdiu namque in cruce viuit homo: tamdiu ad deſcenſum inducentis viuet ſollicitatio. Quod Huſſitarum Iob.7.1. ſanctiſſimus Princeps non ignorauit, cum veriſſimè pronuntiauit, dicens: *militia eſt vita hominis ſuper terram*, ſiue vt Septuaginta verterunt: *πειρατήριον*, id eſt, *locus tentationis*, vel ſi mauis *exercitium piraticæ*, aut *locus piratis infeſtus.* Quaſi diceret, mille periculis, mille conflictibus, mille mortibus quotidie expoſiti ſumus, ſicut qui militiæ dant operam, terra, vel mari, innumeris vndique hoſtibus cincti, & iis quidem domeſticis, nec tantum peregrinis, Matth. 10. 16. vel ipſa atteſtante veritate, *inimici hominis domeſtici eius.* Matth. 10. 36. D Experta id iam plus vice ſimplici Margarita, ſed victrix ſemper, ac conſtans: vltima reſtabat impugnatio, eaque à fratre Cæſare, iam altera, nec multum abſimilis primæ, intellecta is Matris ſuæ morte, à qua filiam, ſororem ſuam ante auellere nequiuerat, id totis viribus ſatagere iam cœpit, eam ad ſe in Germaniam reuerti voluit, vtque in monaſterio Reginæ Iſabellæ in ſuum, aliorumque ſolatium Viennæ degeret omnino deſiderauit. Sed ne hilo amplius ab ea, quam antè Rex potuerat Philippus, impetrauit, liberrimè pronuntiante, ſe vbi primò Crucem aſcendit, ſeque Deo in hoſtiam viuentem deuouit,

ibidem & illi ad mortem vſque ſeruituram, A quod generoſiſſima mente anno 1633. 15. Iulij feliciſſime moriens compleuit, cæleſti Angelorum muſica victricem, conſtantemque Virginis animam è Cruce in cœlum, ad æterna gaudia, ſtupentibus, qui aderant, comitante. *P. Ioannes Gans in Hiſtor. Virginum Auſtriacarum lib.12.cap.5.*

B. Columba. Sed quid de B. Columba Mediolanenſi Virgine dicemus, quam certè illa Crucem dilexerat, grauiſſimis etiam machinis oppugnata, nunquam reliquit, inſigni vitæ aſperitate, longis vigiliis, continua oratione illuſtriſſima, peſte corripiebatur. Hîc à malo genio ad deſcenſum ſtructæ inſidiæ, aries admotus, qui muniſſimas portas diruere ſolitus, & obuia B quæque expugnare: nam medicus formæ eius præſtantia captus, ſolicitare ægram, vt pretium ſanitatis ſibi cedat flos delibatus pudoris, ſi recuſet, certo morituram. Quid hic Columba? reputans ſe, & æternitatem decreti cum ſponſo in cruce moriendi, ſui conſtans & medicum & vitam ſpreuit, vt florem, quem Deo deſtinauerat, ſeruatet illæſum. Ergo deſerta ab homine, à ſponſo, & matre ſponſi ſuſcipitur, quippe B. Virgo Maria matronæ ſpecie, ſicut prius ægræ cibum attulerat, ita denique cæleſti Pharmaco delibutam perſanauit. Tanti eſt cum Chriſto de Cruce, quam ſemel aſcendimus, nunquam deuiare; contra vero, quam non impune abeuntibus cedat C quæ hac in parte deficiunt, ex ſequentibus patebit.

Cæſarius. l.7.c.24. memorab. Scribit *Cæſarius* Heiſterbachenſis ex Ordine Ciſtercienſi, ſanctimonialem quandam Virginem, Chriſto, in religioſa Cruce, pridem confixam, illecebroſi quadam ſermonis fallacia, dum minus cautè ſe obſeruat, ad ſequiora pellectam, ac fide iam ganconi cuidam data, promiſiſſe ad eum ſub noctis crepuſculum reſerato poſtico accedere, quod cum ſacrarij cuſtos eſſet, facillimum illi erat implere.

Diuino itaque abſoluto officio, omnibus ad quietem digreſſis, infelix hæc in odeo perſiſtebat monialis, tam Chriſto ſponſo infida, quam D malè hoſtibus, in peſſimo Crucis deſcenſu obſecutura.

Sed en, cum de oratorio egredi deſiderat, in ipſo oſtio Chriſtum manibus in Cruce expanſis aſtare conſpexit: quare cum ſeſe egreſſu prohibitam vidit, ad oſtium, quod ex oppoſito erat, accurrit, tanto ſcilicet viri illius amore incenſa erat, vt pene rationis expers, quid ageret, neſciret. Quid plura? omnes ianuas adiit, & Crucifixum in omnibus inuenit. Tunc ſeſe ad ſe reuerſa, orationem quam diebus ſingulis de Chriſti cruciatibus percurrere ſolebat, magna pietate exſoluit, ac deinde ante Deiparæ vicinam imaginem proſtrata, faciem eius videt à ſe non obſcurè auerti, cumque nihilominus in anteriore propoſito conſiſteret, Imago maxillam eius graui impactâ alapâ grauiſſime percuſſit: quin to, inquiens, ad conclaue dormitorium cum reliquis abcedis? Eratque autem tam vehemens hæc alapa, vt ſolo alliſa in ſequentis diei auroram à ceteris illic iouceniretur, quibus, quod ſibi acciderat, enarrans, tam ſibi, quam aliis author fuit, conſtanter in Cruce cum Chriſto perſiſtendi. *Lib. 7. capit. 24. Hiſtor.*

Suauius longè cum latrone Diſma eandem egiſſe inuenimus, quem cum Chriſto cruci affixum, ac poſt conuicia plurima conuerſum in eadem cum illo damnatione ad extremum vſque ſpiritum placide ferunt perſeueraſſe, non ſine eius patrocinio, quæ patienti filio media inter Chriſtum & latronem Mater adſtabat, vt intelligeretur admirabilem illius conſtantiam, & conuerſionem referendam eſſe in mediatricem Mariam: quæ ideo, vt S. Bernardinus loquitur, *media inter peccatores & filium collocatur.* Adde tunc temporis, ante illam ſolis ecclypſin, vt è ſitu Crucis apparet, vmbram Virginis dextrorſum fuiſſe protenſam, verſus latronem, vt in ipſamet vmbrâ, luce clarius appareret, conuerſionem peccatorum, atque in cruciatibus conſtantiam ad vmbram, id eſt protectionem Virginis pertinere. *Dyſmæ latronis Conuerſio per Virginem matrẽ impetrata.*

Non omittam hic recentiſſimum exemplum quod *Iulius Cæſar Recupitus Soc. noſtræ Theologus* teſtatur ſibi à ſpectatiſſimæ fidei Epiſcopo, tamquam vnicè illi compertum fuiſſe narratum libro de prædeſt. capite 20. Graſſabatur paucis ante annis dux quidam latronum, prope vrbem Italiæ celeberrimam, in ditione Pontificia, cui cum à Sodalibus adducta eſſet egregiæ formæ adoleſcentula, ab eo ſupplex petiit, ne circa ipſam impurum aliquid attentaret, idque poſtulauit enixè propter amorem Mariæ. Vicit autem ardorem libidinis, quidam in latrone erga Mariam religioſus igniculus: neque ſolum intactam dimiſit, ſed etiam ne ab aliis vllam ſubiret iniuriam, ad certos vſque fines deduxit incolumem: illud, cum dimitteret, rogans, vt ſe illi commendaret Mariæ cui tantopere eſſet addicta. Nocte proxima per quietem apparuit illi auguſtiſſimo vultu Regina: quæ benignis eum intuens oculis, & comiter alloquens, placuiſſe ſibi dicebat, id, quod ipſe pridie in ſui gratiam geſſerat: ſeque illius opportunè, & in loco recordaturam. Euanuit mox ſomnus ab oculis, ſomnium è mente: quod ille inane & fortuitum exiſtimauit. Paulo poſt captus, atque in carcerem coniectus eſt. Nocte, quæ anteceſſit ſupplicium, iterum regina eadem, ſe in ſomnis exhibens interrogauit; an *Recens hiſtoria de B.V. Patrocinio erga latronem.*

eam

Digitized by Google

eam agnoſceret? Reſpondenti meminiſſe ſe aliquando eandem imaginem ſibi obuerſatam, reuocauit in mentem, quæ antea dixerat, aperuitque illi ſe Mariam eſſe cæli ac terræ Reginam: in cuius obſequium ab adoleſcentulæ ſui ſtudioſæ contactu religioſe abſtinuerat. Aduenisse ſe vt operi præmium redderet, nempe poſt ſupplicium, æternam gloriam. Excuſſit rei magnitudo ſomnum ex oculis: & iam diuino illo inſtinctu factus certior, & Reginam ſibi cœlorum apparuiſſe & æternam ſalutem eſſe pollicitam, præ lætitia exiliens vrgebat, vt quam primum duceretur ad ſuſpendium ac trabem, quam nouerat futuram ſibi eſſe pontem ad vitam.

B Mirari omnes in eo mixtum ſummo dolori pat gaudium: cum & incredebilem pœnitudinem exhiberet de culpis, & non imparem alacritatem afferret ad pœnam. Duci ad necem crederes non latronem, ſed martyrem, commutato in triumphum ſupplicio. Detexit ille confeſſario cauſſam inſoliti tum doloris, tum gaudij, poteſtate facta, vt rem omnibus aperiret. Quod mox ille è ſcalis præſtitit, ſumma populi gratulatione in lætitiæ lachrymas effuſi, ac ſummam Deiparæ miſericordiam acclamantis: cum interea cadauer pendere conſpiceretur è trabe, vultu quodam auguſtiore ac beatitatem ſpirante.

Maria Perſeuerantiæ patrona.

C Hæc atque his ſimilia ſæpiſſime Virgo præſtitiſſe legitur peccatoribus, præſertim latronibus, qui eximio aliquo affectu eam fuerint proſecuti, vt inuenire eſt apud Sanctum Anſelmum, Thomam Cantipratanum, Pelbertum, Spinellum capite 34. numero 24. alioſque plures. Neque id mirum. Hæreditaria enim eſt Mariæ miſericordia in latrones: ex quo Ieſus in Cruce eius patrocinio latronem vocauit ad regnum. Certè conuerſionem boni latronis Mariæ tribuit *Epiphanius ſermon. de laudibus B. V. vbi, hæc*, inquit, *Paradiſum clauſum aperuit, & per latronem rurſus Adamum complantauit*; quia ſcilicet poſt Adamum eiectum è Paradiſo latro primus audiuit: *Hodie mecum eris in Paradiſo*, quod totum Mariæ operâ factum hic aſſerit Epiphanius, perſeuerante illo vſque ad extremum in Cruce, de qua cum Chriſto Paradiſum intrauit. Eſt ſiquidem Maria, Dei mater noſtri amantiſſima, noſtræque ſalutis cupidiſſima, quæ non ſolum conuerſionem peccatorum, ſed & finalem perſeuerantiam, quæ ſub proprium nullius meritum cadit, cultoribus ſuis ſolita eſt impetrare; quapropter & *clauis* & *ianua cæli* appellari conſueuit, quia gratiam finalem, per quam ſolam aditus aperitur in cœlum ſuis non rarò procurat, vti poſt latronem hunc, in martyrum anteſig-

S. Epiph.

A nano Stephano patet, pro quo in agone poſito Deipara orauit, vt certa Hieroſolymorum traditio habet, vbi oſtenditur lapis ille, in quo genua flexit deprecatura pro Stephano, cum lapidaretur à Iudæis vt teſtantur Borchardus & Adrichomius in deſcript. terræ ſanctæ. digna proinde quæ ſingulari ab omnibus veneratione colatur, vt in extremo certamine finalem nobis gratiam obtineat Mater ſalutis.

Maria Stephanum confortauit.

Si autem cuipiam petere, in mentem forταſſe cadat ecquid felix ille latro præſtitiſſe aliquando potuerit, quo Virginis opem tam ambiguo tempore prometitus fuerit, dicam: beneficium aiunt Deiparæ præſtitiſſe non leue in via, qua fugiebat in Ægyptum, cuius ipſa non immemor, quod olim acceperat, ſic voluit compenſatum: idque tradunt Sanctus Anſelmus libro ad ſororem, Ludolphus de vita Chriſti part. 1. capit. 13. Dionyſius Richelius tomo ſecundo in reg. annot. 12. Recupitus de præd. aliique. Vnde patet quam bene ipſa de ſe, tota adſtipulante Eccleſia dicere poſſit: *qui me inuenerit, inueniet vitam & hauriet ſalutem à Domino. Impoſſibile namque eſt, vt ait Sanctus Martyr Ignatius, aliquem ſaluari peccatorem, niſi per tuum Virgo auxilium, & fauorem: quia quos non ſaluat Dei iuſtitia, ſaluat ſua interceſſione Maria infinita miſericordia.* Et *S. Germanus* ſermon. de Zona: *ſi tu*, inquit, *nos deſerueris, quid de nobis fiet, ô Spiritus, & vita Chriſtianorum? Tolle*, inquit, *S. Bernardus, hoc corpus ſolare, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo inuoluens, vmbra mortis & denſiſſima tenebræ relinquentur?* & *S. Anſelmus* apud S. Antoninum 4. part. titul. 15. cap. 14. §. 7. *Sicut impoſſibile eſt, quod illi à quibus Maria oculos ſuæ miſericordiæ auertit, ſaluentur: ita neceſſarium, vt hi ad quos conuertit oculos pro eis aduocans, glorificentur:* expertus id fuit Latro noſter, qui, ſiue maledicendi prurigine, quæ in peſſimè morato homine, vt bene aduertit P. Raynaudus, noua videri non poterat; ſiue ad aliquam, per ſubſannationem & lancinationem alterius, alleuationem calamitatis propriæ; ſiue denique circumfuſæ plebis conuicia in Chriſtum congerentis, veluti torrente abreptus, conuiciis & ipſe proſcindere & blaſphemiis onerare Chriſtum cœperat, quod planè ferre videntur, contra aliter ſentientes, *Matthæi* verba, poſt relatas ſcribarum & ſeniorum in Chriſtum ſannas: *id ipſum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Et Marcus apertè: qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.* Quæ plurales locutiones cum de duobus tantum agitur, vtrumque comprehendunt: cur autem Matthæus & Marcus vtrumque inuoluant, Lucas vero alterum tantum; cauſam exiſtimat Titus Boſtrenus, quod, cum vterque initio conuiciati eſſent, alter deinde reſipuiſſet, poſtremum Matthæus

Vnde latroni tanta gratia affulſerit

Prou. 8.

German. de Zona.

S. Bern. ſer. de aqua ductu.

S. Anſelm.

Matth. 27.

Marc. 15.

& Marcus ad alia feſtinantes prætermiſerint, A Lucas autem prioribus iam expoſitis, miſſis, quæ Matthæus & Marcus omiſerant, proſecutus ſit; itaque *vnus de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum*, alter iam ſpectatâ Chriſti patientiâ, accedente Virginis Matris prope adſtantis ſuffragatione, conuerſo: de quo S. Maximus Homilia 7. *ſcitis quod illa in corpore Chriſti vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed Latronis: atque ideo plus amare cœpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.*

Tanti eſt bonum exemplum non negligere; ne vero negligas, Magnæ Virginis auxilio adiuuari.

R. P. HA-

R. P. HADRIANI

LYRÆI

E SOCIETATE IESV

DE IMITATIONE

IESV PATIENTIS

LIBER QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.

Parricidas fuſis ad Deum precibus remunerans, inimicis veniam mitiſſimus IESVS *exorat.*

Quo quis mitior, eo & generoſior eſt.

Matth. 5. 44. *Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Matth. 5. 44.

Quidquid profers, ne parcas alijs: contra te profers, ne parcat tibi Deus.

IESVS autem dicebat: *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Luc. 23. 34.

Luc. 23. 34.

POſtquam effuſa ad ſpectaculum ciuitate, hi inſultare miſero, hi exprobrare regnum, hi figere maledictis immites inter carnificum manus, nequaquam deſiſterent; ipſe flexis ad ſui pietatem elementis, Sole atrato, die ne intereſſe cogeretur, diffugiente, de importunis homicidis ſolicitus, quos ad pœnam tanta rerum confuſio requirebat, Patrem pro illis, vt ignoſcere velit, implorat, quorum ruinæ iam tam imminenti, hic procul dubio patrocinium ſubtraxiſſet, niſi illas morientis filij voces eximiæ clementiæ internuncias excepiſſet, vt iam toti mundo, tam pio ſanguine conſperſo, tantum facinus condonaret. *Pater,* inquiens,

Luc. 23. 34. *dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.*

En quo exordio ad captandam Patris beneA uolentiam, orationem ſuam Dei filius auſpicatur: *Pater, ignoſce illis.* Non ego te Regem, qui eos affligat, non Dominum, qui caſtiget, non Iudicem, qui condemnet, appello, ſed patrem, qui delinquentibus indulgeat, nocentibus parcat; facinoroſis animaduerſionem condonet. At non ita alias orare ſolitus. Quid enim in horto? *ſi non poteſt hic calix tranſire, fiat voluntas tua.* Matth. 26. 42. Nunc autem dum pro inimicis orat, nihil ſimile vſurpat, ſed *dimitte*, inquit, ac ſi diceret: Pater, quidquid vel auctoritate, vel merito, vel orationis efficacitate poſſum, hic cupio experiri. Extremum quod te pro illis alloquor, hoc eſt, *ignoſce illis*: quid pater filio neget? neque enim repulſam ferre me conueniens eſt. Sed

B quinam ſunt hi, Domine? quærit S. Anſelmus, S. Anſelmi quibus ignoſcendum eſt? ſuntne fortaſſe diſcipuli tui, qui dum in horto capereris, omnes te relicto fugerunt? Matth. 26. 56. Non: quamuis Matth. 26. 56. enim hic illos intepuiſſe ſciam, non conglaciauerant tamen: Forſitan Petrus eſt qui paulo ante & carcerem & crucem, ac mortem animo deuorauerat, te proſecutus ad deferendum, vt quo fuerat audacior, eo eſſet ceteris Apoſtolis nocentior? nequaquam: iam enim concretum timiditatis gelu cor ſuum liquauit, fuditque ex oculis amarum imbrem, ac timoris vulnera lachrymis perſanauit. Forte amici, ac propinqui tui ſunt, qui ope ſua, auxilioque innocentiam

C tuam deſtituentes, defendere te prætermiſerũt? Neutiquam: quod enim in ſe erat, planctu ac lachrymis me in Caluarium proſecuti, doloris mei, ac cruciatuum miſerti ſunt.

Pro quibus orauerit hic Chriſtus. O fontem! ô flumen! ô mare! ô abyſſum bonitatis immenſæ, clementiæ, inauditæ miſericordiæ!

Digitized by Google

ricordiæ nunquam ante ſub cælo viſæ! *Pater ignoſce illis*: at quibus? nullos alios magis in animo, in oculis habebat, quam eos à quibus tam barbarè tractabatur.

Illis, militibus Romanis qui manus in eum violentas iniecere, ac vinctum ex horto eiecerant.

Illis, Iudæorum miniſtris, qui nocte illa innumeris ſannis ac contumelijs affecerunt.

Illis, qui per vicos ac plateas Ieruſalem matutino tempore à Caipha ad Pilatum, à Pilato ad Herodem rapientes, diris opprobriis proſciderunt, ſapientiæ Regiam amentiæ inſignibus illuſere.

Illis, ô hominum poſtremiſſimi! qui ferina rabie è toto lancinato corpore flagellis ſanguinem extraxerunt.

Illis, qui caput illud ſtellis ac gloria coronandum ſpinis horrentibus circumdederunt.

Illis, qui manus illas præpotenti ſceptro graues vnius arundinis ignominia impleuerunt.

Illis, qui tot, tantorumque beneficiorum immemores paulo ante ſuffigendum patibulo eum proclamarunt, qui nihil ad mortem habebat, niſi quod Solymas & Galilæam non pedibus magis, quam beneficiis peragraſſet.

Illis denique petit ignoſci, qui, de cœli maieſtate, triumphante audacia, Deum patibulo diris clauis affixerunt, atque afflicto afflictionem cumulantes, grauiſſimis conuitiis ſtimulabant.

Sed quid agis æquiſſimè viuentium arbiter, cuius illa, de qua pendes, Crux tribunal eſt, & ſtatera Iuſtitiæ, audin, quid hoc momento circa te clamitent? *ſi filius Dei es, deſcende de Cruce,* Matth. 27. 40. *alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere*: hæc audis & pro eis rogas?

Audio, inquit, audio, nec quidquam de mōtis ſententia remitto: Sed quare illos nominatim nō exprimis? Reſpōdet S. Anſelmus: Quia ſi nominare eos deberet, ignoſce illis inimicis meis crucifixoribus meis dicere debuiſſet, ſed hoc nō patiebatur amor: Neque id in poſtremo hoc actu ſolum inuenire eſt: In mentem veniat glorioſus ille eiuſdem in vrbem Hieruſalem ingreſſus, decantatiſſimum Hoſanna, quod aures inuidiæ offendebat expende, quibus perſanandis intentus, quid dixit? quod vtique à regum optimo Dauide acceperat, *nunquam*, inquiens, Matth. 21. 16. *legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. S. Irenæus. Obſtupuit hic olim Irenæus, quæſiuitque, cur, quod ſequebatur, *propter inimicos tuos* non addidit! Reſpondit autem non humanâ, ſed diuinâ facundià: quia non inueniebat in illo ſapientiæ theſauro vocabulum iſtud, inimici: quare ſolum dixit: *ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Vti & hîc in Cruce: *pater ignoſce illis*, & præterea nihil.

Incredibilis hæc virtutis oratio eſt, ſiue orantem, ſiue eum, ad quem dirigitur, ſiue id, quod continet, attendamus.

A Ille, ad quem dirigitur, cœleſtis pater eſt, quamuis enim ad ſeipſum, quatenus Deus erat, ſpectaret ignoſcere, maluit tamen à Patre hoc petere, vt, quod in ſe erat, pridem ignouiſſe monſtraret.

Dei nomine conſultò abſtinet, Patrem appellans, quo ſe nequaquam deſtitutum fiducia, ſed ſtabili in eum confidentia præditū oſtendat.

Dimitte, ait, nec iniuriæ vocabulum, nec multiplices eius ſpecies, quibus impetebatur, exponit, ſic enim incuſaſſe eos magis, ac Patris iram acuiſſe videri potuiſſet, ſed vniuerſim dimitti petit omnia, nec iis ſolum qui præſentes aderant, ſed ceteris omnibus, quotquot tam exe-
B crandi facinotis conſcios, affineſque non ignorabat.

Verum quid pro tanti ſceletis mitigatione adducere, quas cauſſas proferre viſus eſt? Solent apud reges ac principes interceſſuri pro reis, eas potiſſimum afferre rationes, quibus exaudiendos ſe fore probabiliter opinantur. Quid igitur hic diuinus Orator attuliſſe credendus eſt. *Pater*, inquit, *dimitte illis, quia neſciunt, quid faciant*: licet enim ex miraculis, quæ frequens patraui cognoſcere potuerint me illorum Meſſiam eſſe, quia tamen obcæcati inuidia, iſtam à ſe reiecere ſcientiam, hoc precibus, hoc ſanguini meo datum velim, vt vel ſic neſcientibus ignoſcas: Clamauerit olim ſanguis iuſti Abel, à Caino effuſus, dignam ſcelere vindictam; hic
C meus certe, etiamnum à venis calentiſſimus, veniam parricidis implorat: *pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciant*. Melius itaque loquitur ſanguis Ieſu quam Abel, quia ſanguis Abel mortem fratricidæ petiit, ſanguis autem Dominī vitam perſecutoribus implorauit. O! verbum magnæ patientiæ, exclamat Anſelmus, magnæ lenitatis, magnæ dulcedinis, magni amoris, & indicibilis charitatis. Ecce enim non ſuam reputat iniuriam, non pœnam attendit, non ſentit contumelias, non obliuiſcitur miſereri, ſed ipſis potius, à quibus patitur, ille compatitur, à quibus vulneratur, ipſe medetur, vitam procurat, à quibus occiditur, orat pro eis, & non petit vltionem.

D *Vide, nunc opera Domini*, monet S. Bernardus, S. Bernard. ſerm. 4. heb. Pentecoſt. *quæ poſuit prodigia ſuper terram flagellis cæſus eſt, ſpinis coronatus eſt, clauis cōfoſſus eſt, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus: omnium tamen dolorum immemor, charitatis memor, ignoſce*, ait, *illis, quia neſciunt, quid faciunt: non quod ipſe non poſſit*, vt notat B. *Chryſoſtom*. hom. 21. in cap. 5. S. Chryſoſt. Matth. *culpam relaxare, ſed vt pro perſequentibus orare doceret, non verbo ſolum, ſed opere viuo, perfecta charitatis præbens exemplum*: addo ego & probatiſſimi Regni, quod titulus ille quem ſuper caput eius Pilatus affixerat, palam loquebatur, *Regium* namque eſt, teſte *Ioan. Chryſoſtomo, condonare iniuriam*. *Regium eſt inimicis ignoſcere.* Nouerat id, nec tacuiſſe viſus eſt Saul, 1. Reg. 24, cum in ſpelunca de- 1. Reg. 24.
prehen-

…henſus à Dauid non tantum ab eo læſus nõ ſed præciſa duntaxat ora chlamydis ſuæ dimiſſus, exclamauit: *nunc ſcio quod certiſ-… regnaturus ſis*: nec immerito, *quis enim cum …rit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?* Regium eſt condonare iniurias, *qui enim læſus inimico parcit, iam gloriæ coronam habet in capite*, vt S. Chryſoſt. *Chryſoſtom.* ſubiungit.

Sed parum eſt ſic Chriſtum exhibuiſſe ſo Regem, quin etiam & Deum, teſtante ſiquidem ſanctiſſimo Martyro *Cæcilio Cypriano, diuina* *Imo diuinum eſt.* *generoſitas eſt condonare iniurias*, vnde factum; vel eodem auctore, vt nunquam maiora diuinitatis indicia expreſſerit Dominus, quam dum ſublimis in cruce pro perſecutoribus orauit. Miracula quidem dum viueret, patrauit multa ac B grandia, & tamen ſeductor audiit: Peccatores ad frugem adduxit: & ecce homo vorax dicebatur & potator vini. Dæmones eiiciebat, & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia calumniabantur: verum ignoſcendo inimicis, orando pro iis, qui ſe perſequebantur iniuſte, tanta, ac tam inſignia diuinitatis ſuæ indicia dedit, vt vel iiſdem Iudæis atque Romanis, qui innocentem Cruci ſuffixerant, confitentibus, Deus habitus ſit, quorum ille non poſtremus Centurio propalam dicere auditus Matth. 27. 54. fuit: *vere filius Dei erat iſte: alij vero reuertebantur, percutientes pectora ſua.* Luc. 23. 48. Et quanam de cauſa, quod particidis veniam à patre precatus, inimicis omnibus, abſque vlla vindicta, atrociſſimas iniurias condonaret, hoc, Dei ſe filium, ſuomet calculo profeſſus: *vt ſitis filij patris veſtri, qui in* Matth. 5. 45. *cælis eſt*: quæ verba S. Ioan. Chryſoſtomus in hunc modum legit: *vt ſitis ſimiles Patri veſtro qui in cælis eſt.*

Chriſti oratio exaudita fuit. Quis autem harum precum effectus fuerit, quærere ſuperuacaneum reor, Dei filius erat, ac pro filio Dei agnoſcebatur, & pater filium S. Thom. Aq. audit ſemper. Cæleſtis itaque Pater vt S. Thomas loquitur p. 3. q. 21. a. vlt. ad 2. Chriſti orationem exaudiuit, & Iudæis omnibus, pro quibus ille preces fudit, ignouit; orauit autem pro ſolis prædeſtinatis, qui depoſita cæcitate & liberę voluntatis prauitate in Chriſtum Meſſiam poſtea crediderunt, quorum primus Latro fuit, D qui, teſte Theophylacto, ex hac voce quam pro crucifigentibus fecit Dominus, agnoſcens bonitatem eius, dixit ad Ieſum: *memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum*, & exauditus eſt. Quę iſtam fidem exhortatio perſuaſit, quę doctrina imbuit, quis prædicator accendit. Nõ viderat prius acta miracula, ceſſauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum: ea ipſa quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen Dominum confitetur, & regem, quem vidit ſupplicii ſuum eſſe conſortem, ſed omnia hæc vnum maximumque miraculum explebat, quod pro inimicis ſupplicantem, ac pro iis apud cæleſtem A Patrem intercedentem audiſſet. De huius quoque Orationis potentia fuit, iuxta S. Leonem, vt prædicatio Petri Apoſtoli ex iis, qui dixerãt, *ſanguis eorum ſuper nos*, multorum ad pœnitentiam corda conuerteret, & vna die baptiſarentur fere tria millia Iudæorum, fieretque omnium cor vnum, & anima vna, paratorum iam pro eo mori, quem popoſcerant crucifigi. Serm. 11. de paſſ. S. Leo.

Hæc Chriſti oratio, ait S. Cyprianus, *Iudæorum* S. Cyprian. *ſupplicium & Iudaicæ legis ac ſacerdotij, cum vrbe regia excidium per quadraginta & eo amplius annos protelauit, vt pœnitentiam agentes ab interitu ſeruarentur.*

Potens itaque, nec minus efficax oratio, quę pro inimicis funditur, nobilis quæ Chriſti exemplo à nobis iteratur, abſque qua fruſtra Chriſtiani ſimus: quapropter quiſquis monente *S. Bernardo*, vitæ nouitatem deamas in theſauro cordis tui, hoc verbum reconde; vt *quotieſcumque inimici ſæuiunt, memoriam abundantiæ ſuauitatis Ieſu, valeas eructare, hunc clypeum contra inimicorum inſultum opponens, pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt.* Proxima hæc & quaſi compendiaria ad vitæ nouitatem via eſt, cum enim illa in veteris hominis, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, depoſitione; & noui, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, inductione ſita ſit; Epheſ. 4. 24 Eph. 4. 24. dici profecto non poteſt, quantum glorioſa hęc C actio eodem conducat, qua fieri ſolet, vt homo ſubitò fiat filius Dei, vnus ſcilicet ex ijs, de quibus Propheta dixit: *ego dixi Dij eſtis, & filij* Pſal 81. 6. *excelſi omnes.* pſal. 81. Quod S. *Gregorius Niſſenus* S. Greg. Niſſ. lib. de orat. Domin. orat. 5. his verbis exponit: *Propemodum non amplius intra terminos humanæ naturæ conſpicitur, ſed ipſi Deo per virtutem aſſimilatur, vt alius ille ipſe Deus eſſe videatur, dũ facit ea, quæ Dei ſolius eſt facere.* & S. Ioan. *Chryſoſtomus* in cap. 50. S. Chryſ. Gen *nihil facit hominem ita Deo ſimilem, ſicut inimicis eſſe placabilem.* Oſtenſum id olim S. Patriarchæ Iacob Scriptura commemorat, cui, cum ex Haran in Chanaan reuertenti Eſau placatus occurreret, omni vltione depoſita, viſus ab eo, vt Deus eſt: ſic enim, inquiebat, *vidi faciem tuam,* Gen. 33. 10. *quaſi viderim vultum Dei.* Ad quæ Gloſſa in Geneſ. 33. peccator cum remittit, quaſi alter Deus eſt. Sed nos viles animæ ſumus, ſi nihil vltra naturæ fines deſignamus: generoſior diuinæ charitatis indoles eſt, quam vt legibus hiſce plebeiis velit obtemperare. Sint iſtæ, quæ de legitimo inimicorum odio, tam magno mortalium concionis fremitu feruntur, rogationes veræ tribuniciæ, turbandæ virtutum reipub. comparatæ; in ipſa curia ſanctimoniæ, in arce Euangelij longe aliæ leges auro, non ære figuntur. Enimuero eſt neſcio quid amabile, vel in ipſis atrociſſimis hoſtibus, quod ſectatur charitas, inuentumque complectitur; quam multum in illis Dei, tam multis in illis amor.

Digitized by Google

ricordiæ nunquam ante ſub cælo viſæ! *Pater ignoſce illis:* at quibus? nullos alios magis in animo, in oculis habebat, quam eos à quibus tam barbarè tractabatur.

Illis, militibus Romanis qui manus in eum violentas iniecere, ac vinctum ex horto eiecerant.

Illis, Iudæorum miniſtris, qui nocte illa innumeris ſannis ac contumelijs affecerunt.

Illis, qui per vicos ac plateas Ieruſalem matutino tempore à Caipha ad Pilatum, à Pilato ad Herodem rapientes, diris opprobriis proſciderunt, ſapientiæ Regiam amentiæ inſignibus illuſere.

Illis, ô hominum poſtremiſſimi! qui ferina rabie è toto lancinato corpore flagellis ſanguinem extraxerunt.

Illis, qui caput illud ſtellis ac gloria coronandum ſpinis horrentibus circumdederunt.

Illis, qui manus illas præpotenti ſceptro graues vnius arundinis ignominia impleuerunt.

Illis, qui tot, tantorumque beneficiorum immemores paulo ante ſuffigendum patibulo eum proclamaruut, qui nihil ad mortem habebat, niſi quod Solymas & Galilæam non pedibus magis, quam beneficiis peragraſſet.

Illis denique petit ignoſci, qui, de cœli maieſtate, triumphante audacia, Deum patibulo diris clauis affixerunt, atque afflicto afflictionem cumulantes, grauiſſimis conuitiis ſtimulabant.

Sed quid agis æquiſſimè viuentium arbiter, cuius illa, de qua pendes, Crux tribunal eſt, & ſtatera Iuſtitiæ, audin, quid hoc momenro circa te clamitent? *ſi filius Dei es, deſcende de Cruce, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere:* hæc audis & pro eis rogas? Matth. 27. 40.

Audio, inquit, audio, nec quidquam de mōtis ſententia remitto: Sed quare illos nominatim nō exprimis? Reſpōdet S. Anſelmus: Quia ſi nominare eos deberet, ignoſce illis inimicis meis crucifixoribus meis dicere debuiſſet, ſed hoc nō patiebatur amor: Neque id in poſtremo hoc actu ſolum inuenire eſt: In mentem veniat glorioſus ille eiuſdem in vrbem Hieruſalem ingreſſus, decantatiſſimum Hoſanna, quod aures inuidiæ offendebat expende, quibus perſanandis intentus, quid dixit? quod vtique à regum optimo Dauide acceperat, *nunquam*, inquiens, *legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Obſtupuit hic olim Irenæus, quæſiuitque, cur, quod ſequebatur, *propter inimicos tuos* non addidit! Reſpondit autem non humanâ, ſed diuinâ facundiâ: quia non inueniebat in illo ſapientiæ theſauro vocabulum iſtud, inimici: quare ſolum dixit: *ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Vti & hîc in Cruce: *pater ignoſce illis*, & præterea nihil. Matth. 21. 16. S. Irenæus.

Incredibilis hæc virtutis oratio eſt, ſiue orantem, ſiue eum, ad quem dirigitur, ſiue id, quod continet, attendamus.

Ille, ad quem dirigitur, cœleſtis pater eſt: quamuis enim ad ſeipſum, quatenus Deus erat, ſpectaret ignoſcere, maluit tamen à Patre hoc petere, vt, quod in ſe erat, pridem ignouiſſe monſtraret.

Dei nomine conſultò abſtinet, Patrem appellans, quo ſe nequaquam deſtitutum fiducia, ſed ſtabili in eum confidentia præditū oſtendat.

Dimitte, ait, nec iniuriæ vocabulum, nec multiplices eius ſpecies, quibus impetebatur, exponit, ſic enim incuſaſſe eos magis, ac Patris iram acuiſſe videri potuiſſet, ſed vniuerſim dimitti petit omnia, nec iis ſolum qui præſentes aderant, ſed ceteris omnibus, quotquot tam exerandi facinoris conſcios, affineſque non ignorabat.

Verum quid pro tanti ſceleris mitigatione adducere, quas cauſſas proferre viſus eſt? Solent apud reges ac principes interceſſuri pro reis, eas potiſſimum afferre rationes, quibus exaudiendos ſe fore probabiliter opinantur. Quid igitur hic diuinus Orator attuliſſe credendus eſt. *Pater*, inquit, *dimitte illis, quia neſciunt, quid faciant:* licet enim ex miraculis, quæ frequens patraui cognoſcere potuerint me illorum Meſſiam eſſe, quia tamen obcæcati inuidia, iſtam à ſe reiecere ſcientiam, hoc precibus, hoc ſanguini meo datum velim, vt vel ſic neſcientibus ignoſcas: Clamauerit olim ſanguis iuſti Abel, à Caimo effuſus, dignam ſcelere vindictam; hic meus certe, etiamnum à venis calentiſſimus, veniam parricidis implorat: *pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciant.* Melius itaque loquitur ſanguis Ieſu quam Abel, quia ſanguis Abel mortem fratricidæ petiit, ſanguis autem Domini vitam perſecutoribus implorauit. O! verbum magnæ patientiæ, exclamat Anſelmus, magnæ lenitatis, magnæ dulcedinis, magni amoris, & indicibilis charitatis. Ecce enim non ſuam reputat iniuriam, non pœnam attendit, non ſentit contumelias, non obliuiſcitur miſereri, ſed ipſis potius, à quibus patitur, ille compatitur, à quibus vulneratur, ipſe medetur, vitam procurat, à quibus occiditur, orat pro eis, & non petit vltionem.

Vide, nunc opera Domini, monet S. Bernardus, ſerm. 4. heb. Pentecoſt. *quæ poſuit prodigia ſuper terram flagellis cæſus eſt, ſpinis coronatus eſt, clauis cōfoſſus eſt, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus: omnium tamen dolorum immemor, charitatis memor, ignoſco*, ait, *illis, quia neſciunt, quid faciunt: non quod ipſe non poſſit*, vt notat B. *Chryſoſtom.* hom. 21. in cap. 5. Matth. *culpam relaxare, ſed vt pro perſequentibus orare doceret, non verbo ſolum, ſed opere viuo, perfectæ charitatis præbens exemplum:* addo ego & probatiſſimi Regni, quod titulus ille quem ſuper caput eius Pilatus affixerat, palam loquebatur, *Regium* namque eſt, teſte *Ioan. Chryſoſtomo, condonare iniuriam.* Nouerat id, nec tacuiſſe viſus eſt Saul, 1. Reg. 24; cum in ſpelunca deprehen- S. Bernard. S. Chryſoſt. *Regium eſt inimicis ignoſcere.* 1. Reg. 24.

Digitized by Google

prehenſus à Dauid non tantum ab eo læſus nō fuit, ſed præciſa duntaxat ora chlamydis ſuæ liber dimiſſus, exclamauit: *nunc ſcio quod certiſſimè regnaturus ſis*: nec immerito, *quis enim cum inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?* Regium eſt condonare iniurias, *qui enim læſus inimico parcit, iam gloria coronam habet in capite*, vt *Chryſoſtom.* ſubiungit. S.Chryſoſt.

Sed parum eſt ſic Chriſtum exhibuiſſe ſe Regem, quin etiam & Deum, teſtante ſiquidem ſanctiſſimo Martyro *Cæcilio Cypriano, diuina generoſitas eſt condonare iniurias*, vnde factum; vel eodem auctore, vt nunquam maiora diuinitatis indicia expreſſerit Dominus, quam dum ſublimis in cruce pro perſecutoribus orauit. Miracula quidem dum viueret, patrauit multa ac grandia, & tamen ſeductor audiit: Peccatores ad frugem adduxit: & ecce homo vorax dicebatur & potator vini. Dæmones eiiciebat, & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia calumniabantur: verum ignoſcendo inimicis, orando pro iis, qui ſe perſequebantur illuſtre, tanta, ac tam inſignia diuinitatis ſuæ indicia dedit, vt vel iiſdem Iudæis atque Romanis, qui innocentem Cruci ſuffixerant, confitentibus, Deus habitus ſit, quorum ille non poſtremus Centurio propalam dicere auditus fuit: *vere filius Dei erat iſte: alij vere reuertebantur, percutientes pectora ſua.* Et quanam de cauſa, quod parricidis veniam à patre precatus, inimicis omnibus, abſque vlla vindicta, atrociſſimas iniurias condonaret, hoc, Dei ſe filium, ſuomet calculo profeſſus: *vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt*: quæ verba S.Ioan. Chryſoſtomus in hunc modum legit: *vt ſitis ſimiles Patri veſtro qui in cælis eſt.*

Imo diuinum eſt.

Matth.27.54. Luc.23.48. Matth.5.45.

Quis autem harum precum effectus fuerit, quærere ſuperuacaneum reor, Dei filius erat, ac pro filio Dei agnoſcebatur, & pater filium audit ſemper. Cæleſtis itaque Pater vt S.Thomas loquitur p.3.q.21. a.vlt. ad 2. Chriſti orationem exaudiuit, & Iudæis omnibus, pro quibus ille preces fudit, ignouit; orauit autem pro ſolis prædeſtinatis, qui depoſita cæcitate & liberę voluntatis prauitate in Chriſtum Meſſiam poſtea crediderunt, quorum primus Latro fuit, qui, teſte Theophylacto, ex hac voce quam pro crucifigentibus fecit Dominus, agnoſcens bonitatem eius, dixit ad Ieſum: *memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum*, & exauditus eſt. Quę iſtam fidem exhortatio perſuaſit, quę doctrina imbuit, quis prædicator accendit. Nō viderat prius acta miracula, ceſſauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum: ea ipſa quæ mox erant gerenda non aderant, & tamen Dominum confitetur, & regem, quem vidit ſupplicii ſuum eſſe conſortem, ſed omnia hæc vnum maximumque miraculum explebat; quod pro inimicis ſupplicantem, ac pro iis apud cæleſtem

Chriſti oratio exaudita fuit.

S.Thom. Aq.

A Patrem intercedentem audiſſet. De huius quoque Orationis potentia fuit, iuxta S.Leonem, vt prædicatio Petri Apoſtoli ex iis, qui dixerāt, *ſanguis eorum ſuper nos*, multorum ad pœnitentiam corda conuerteret, & vna die baptiſarentur fere tria millia Iudæorum, fieretque omnium cor vnum, & anima vna, paratorum iam pro eo mori, quem popoſcerant crucifigi. Serm. 11. de paſſ. S.Leo.

Hæc Chriſti oratio, ait S.Cyprianus, *Iudæorum ſupplicium & Iudaicæ legis ac ſacerdotij, cum vrbe regia excidium per quadraginta & eo amplius annos protelauit, vt pœnitentiam agentes ab interitu ſeruarentur.* S.Cyprian.

Potens itaque, nec minus efficax oratio, quę pro inimicis funditur, nobilis quæ Chriſti exemplo à nobis iteratur, abſque qua fruſtra Chriſtiani ſimus: quapropter quiſquis monente *S. Bernardo*, vitæ nouitatem deamas in theſauro cordis tui, hoc verbum reconde; vt *quotieſcumque inimici ſæuiunt, memoriam abundantia ſuauitatis Ieſu, valeas eructare, hunc clypeum contra inimicorum inſultum opponens, pater ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt.* Proxima hæc & quaſi compendiaria ad vitæ nouitatem via eſt, cum enim illa in veteris hominis, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, depoſitione; & noui, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, inductione ſita ſit; Epheſ.4.24 dici profecto non poteſt, quantum glorioſa hęc actio eodem conducat, qua fieri ſolet, vt homo ſubitò fiat filius Dei, vnus ſcilicet ex ijs, de quibus Propheta dixit: *ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* pſal.81. Quod S. *Gregorius Niſſenus* lib.de orat. Domin. orat.5. his verbis exponit: *Propemodum non amplius intra terminos humanæ naturæ conſpicitur, ſed ipſi Deo per virtutem aſſimilatur, vt alius ille ipſe Deus eſſe videatur, dū facit ea, quæ Dei ſolius eſt facere.* & S.Ioan. *Chryſoſtomus* in cap.50. Gen *nihil facit hominem ita Deo ſimilem, ſicut inimicis eſſe placabilem.* Oſtenſum id olim S.Patriarchæ Iacob Scriptura commemorat, cui, cum ex Haran in Chanaan reuertenti Eſau placatus occurreret, omni vltione depoſita, viſus ab eo, vt Deus eſt: ſic enim, inquiebat, *vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei.* Ad quæ Gloſſa in Geneſ.33. peccator cum remittit, quaſi alter Deus eſt. Sed nos viles animæ ſumus, ſi nihil vltra naturæ fines deſignamus: generoſior diuinæ charitatis indoles eſt, quam vt legibus hiſce plebeiis velit obtemperare. Sint iſtæ, quæ de legitimo inimicorum odio, tam magno mortalium concionis fremitu feruntur, rogationes veræ tribuniciæ, turbandæ virtutum reipub. comparatæ; in ipſa curia ſanctimoniæ, in arce Euangelij longe aliæ leges auro, non ære figuntur. Enimuero eſt neſcio quid amabile, vel in ipſis atrociſſimis hoſtibus, quod ſectatur charitas, inuentumque complectitur; quam multum in illis Dei, tam multus in illis amor.

Eph.4.24. Pſal 81.6. S.Greg. Niſſ. S.Chryſ. Gen.33.10.

Huc itaque oculos, huc mentem nouæ vitæ candidatus aduertat, quantumque animo capere poteſt, intelligat, nihil eſſe quo Chriſto ſuo ſimilior euadat, præter vnam iniuriarum condonationem, ac placidam pro irrogantibus deprecationem.

Docuiſſe id nos, ante Chriſtum, viſi ſunt duo nobiliſſimi eiuſdem typi Moyſes ac Samuel, quod multi tamen poſt Chriſtum diſcere noluerunt, quorum alter lapidibus à populo impetitus, non tantum iniuriam non retulit, ſed pro lapidantibus intercesſit: alter vero ab æmulis principatu deiectus, nequaquam tamen orare pro populo intermiſit, dicens: *abſit hoc à me peccatum, vt ceſſem orare pro vobis*: vnde quoque factum fuit, vt, teſte S. Gregorio, præ ceteris omnibus ſoliti fuerint, dum pro ſe, aliiſque precarentur, audiri.

1. Reg. 12. 23.

Fuere nihilominus, & de vtroque quidem ſexu non pauci, qui laudatiſſima in hac ſcena, nouo homini præluſerunt, quos balſamina & omni moſcho odoratiora Chriſti verba: *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciant*. Ad Crucifixi imitationem concitárunt. Millia millium inuenire ſit eiuſmodi hominum, quibus ſtupenda hæc oratio acorem omnem, atque acerbitatem ſimultatis animo eiecit, induxitque ad rarum quoddam ac prodigioſum ignoſcendi delinquentibus exemplum.

Et ſanè hominem exuiſſe neceſſe ſit, aut rupem aliquam, ſaxumque induiſſe, qui tanti odoris fragrantiam non ſentiat, nec quò tam potenter allicitur, ocyus non ſequatur.

Maurorum acutiſſimus, auctor eſt Auicenna, florum arbitras prudentiſſimas apes amiſſum regem ſolo odoris indagine, quem poſt ſe reliquit, aſſequi conſueuiſſe, eumque amabili hac exhalatione repertum miris lætitiæ ſignis ſolitas comitari: & homo quem inueteraſſe in terra aliena, coinquinatum cum mortuis, deputatum cum deſcendentibus in infernum propria conſcientia declamitat, aromatica hæc Regis ſui verba mellitique ſermones non moueant? periculosè profectò nimis in malo cõſenuit, qui diuino hoc celeuſmate, quod è Cruce pro inimicis Chriſtus occinuit, ad vitæ nouitatem non ſurgit, nec eius amorem pleno ſtudio deguſtat, quem plurimi auidiſſime deuorarunt.

S. Stephanus *pro inimicis orat.*

Primus vero in hoc ordine inimicos diligendi, eiſque Deum magno illo Saluatoris exemplo propitiandi, *Stephanus* fuit, ille, inquam, qui palmam martyrij, id eſt, coronam ſuo nomine præfert. Falsò hic à perfido Iudæorum populo ad Concilium delatus, atque iniquiore ſententia damnatus, cum vndique ſaxorum crepitantium turbine quateretur, non ſolum non expectabat de perſecutoribus reportare vindictam, ſed eis potius de Deo veniam poſtulabat.

Myrrhæ arbuſcula cultro inciſa odoratam guttam profundit: Stephanus lapidibus impetitus, ſuauiſſimum charitatis balſamum exſudabat.

Margaritariæ conchæ vnionibus replentur, ſed teſtam frangat neceſſe eſt, qui eos obtinere deſiderat: ſacer hic Diaconus cœleſtium virtutum ditiſſimus hoſpes, nonnullos quidem ex eis à foris monſtrabat, potiores tamen animo abditas claudebat, cum ecce lapidibus obteritur & ſtatim ſpirituales eius theſauri magnificè ſe prodũt, præ reliquis verò ſingulari luce emicuit dilectio inimicorum, per omnem vallem his verbis clariſſimè reſonantibus, *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*, quaſi diceret, ego quidem patior, ego lapidor, in me ſæuiunt, in me fremunt, ſed ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia, vt hoc dicam tibi, à te primum audiui: ego ſeruus tuus patior; ſed multum intereſt inter me & te, tu Dominus, ego ſeruus, tu verbum, ego auditor verbi: tu magiſter, ego diſcipulus: tu creator, ego creatura, tu Deus, ego homo, multum intereſt inter peccatum iſtorum, qui lapidant me, & illorum qui crucifixerunt te. Quando ergo dixiſti, *pater ignoſce illis, quia neſciũt, quid faciũt*, pro magno peccato petiiſti, & me pro minimo petere docuiſti. Ego patior in carne, iſti non pereant in mente. Domine ſi modo iſtos occideris inimicos, quos poſtea facies amicos? Et ſic quidem, teſte Auguſtino, Stephanus, qui *cælos interim videbat apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*. Sed liceat mihi hic quærere, Domine, quidnam hic agis! priuſne præmium ac triumphus, quam prælium finiatur? nondum Stephanus viuere deſijt, & te iam videt? Quid eſt, oro, quod Leuitæ huic obuiam exeat beatitudo, & pene extra ianuas præcurrat? tam accelerati præmij cauſſam mirari deſino: adeo grata eſt Deo iniuriarum remiſſio: ac ſeria pro inimicis deprecatio, vt mitiſſimus Deus omnem hic maieſtatem ponat, ampliſſimam legis gratiam faciat, nec ad regium ſolium coronare primum athletam velit, ſed præueniat, iubeatque pulcherrimam beatitudinem ad ipſas palatij valuas, imo extra Domus cœleſtis limina prodire, vt feliciſſimus hic pugil, qui hoſtes infenſiſſimos, atque ipſos interfectores amauit, ac pro eis lachrymans ſupplicauit, præter legem, honorificentiſſimè ad triumphos euocetur. Hoc æterni regis priuilegium eſt iis, qui pro inimicis apud Deum intercedunt, quod vt notum omnibus, ac vulgo fieret manifeſtum, *oportuit*, teſte S. Cypriano l. de bono pat. vt *primus martyr Chriſti, qui martyres ſecuturos glorioſa morte præcurrit, non tantum Dominicæ paſſionis prædicator eſſet, ſed & patientiſſimæ lenitatis imitator, ac promiſſæ beatitudinis Vſuarius, antequam municeps.*

Actor. 7. 59.

Act. 7. 55.

S. Cyprian.

S. Martinus *pro inimicis intercedit.*

Altè non minus, quam ſollerter hoc quoque exemplum imbiberat vir ſanctiſſimus Martinus,

tinus, de quo Seuerus Sulpitius, quam benigne proximorum iniurias condonârit, ac pro perſequentibus Christi exemplo, Deum orarit ſic ſcribit: Magnum nobis diuina pietas largita eſt beneficium, cum delictis noſtris præcepit fieri de remiſſione refugium, ſi offendentibus ignoſcamus, ſi indulgeamus lædentibus, ſi odientibus nos, è contrario commodum benedictionis impertiamus, dicente Domino Ieſu Christo: *diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt.* Ecce remiſſio iniuriarum, filium Dei patris facit, cohæredem Christi adſcribit cœleſtibus regnis. Vnde manifeſtum eſt, oblita delicta eius in cælo, qui in ſe delinquenti beneficium veniæ, in ſæculo impertitur, teſtante Domino: *ſi dimiſeritis hominibus peccata eorum, & pater meus cœleſtis dimittet vobis.* Cuius ſententiæ ſanctus Martinus vim corde retinuit, vt libenter dimitteret delinquenti, nec ſolum ignouit noxam, verum etiam munere præbuit gratiam.

Matth. 5. 44.

Matth. 6. 12.

S. Martin.

S. Euſebius Samoſaten.

De diuino Euſebio Samoſatenorum Epiſcopo ſcribit Nicephorus Calliſtus lib. 11. cap. 5. cum oppido Dolichæ Marim Epiſcopum induceret, Arianam quandam mulierem ex ſuperiore loco tegulam in caput eius conieciſſe, ex quo vulnere mox animam agens, iureiurando amicos obſtrinxit, ne à femina, quæ tantum facinus auſa fuerat, pœna quæpiam exigeretur: ea in re Dominum ſuum æmulatus, qui dixit: *Pater, ignoſce illis peccatum hoc, quia neſciunt, quid faciunt.*

S. Sabinus.

Verum quid de SS. Aſſiſiatū Præſule Sabino dicam? quem vbi teter ille ac crudelis Tuſciæ præſes Venuſtianus, inuſitatis tormentis quia Christum profitebatur, ſubegiſſet, ac iuſtiſſima vindicis Dei manu prehenſus, vtrumque oculorum lumen amiſiſſet, non diſtulit tamen Sabinus pro tyranno apud Deum intercedere, donec illi, à quo tot iniurias, ac cruciatus retulerat, priſtinum videndi vſum columbina ſimplicitate, candoreque angelico inſtauraret.

Maior profecto, apertiorque hæc virtus erat, quam vt eam barbarus non ſentiret; vel agnitam nō amaret, quocirca de lupo confeſtim in agnum, de coruio in columbam, de infideli in Christianum, ac denique de ſacrilego idololatra in verum Christi martyrem cōuerſus fuit. Non poterat ſiquidem optimus paſtor maiore bono tantum malum compenſaſſe, quam inimicum diligendo, Dei reddere amicum, cumque incitare ad pœnas illas, ſuppliciaque fortiter pro ea fide toleranda, pro qua idem ſe ante cruciatibus, ærumniſque diuexârat.

Piſcis dactyli natura.

Teſtis, eſt Plinius lib. 9. c. 60. in mari genus quoddam piſcium reperiri quibus dactyli nomen fecêre, quia humanis digitis non abſimiles ſunt: his à natura inſitum, lucere noctu, maxime ſilente luna, cæloque piceis tenebris obuoluto; quodque maiore dignum admiratione, diſſecti humorem pellucidum, ac radijs emicantem emittunt: Sabini mores, agendique actiones conſidera, per tenebras, carceres, gehennas, cataſtas facis inſtar, patientia, humilitate, dilectione inimicorum tralucet, quodque nō parua dignum admiratione eſt, poſteaquam illi vtraque manus præſecta eſſet, plus ſolito claritatis emiſit, dum præclariſſimi ſui ſanguinis merito geminum lumen duplici cæcitati præſidis infudit. *V. Beda. Ado*, &c.

S. Elpheg.

Sed. nec abeſſe hinc Beatiſſimum Elphegum Cantuarienſem Archiepiſcopum ſua patitur virtus, quem poſtquam ſeditioſi quidam, rebelleſque ciues piratis immixti, omnia cædibus, incendioque vaſtantes in ſubterranea ſpecu ſeptem menſium ſpatio afflixiſſent, Deo tantam barbariem execrante accidit, illos omnes, qui tanti ſceleris affines turpiter ſuo præſuli illuſerant, duriſſima peſte corripi, ac puniri. Quid agat patientis Christi diſcipulus Elphegus? quod in ſchola Caluariæ ab eo ſe didiciſſe meminerat, probè voluit imitari: quapropter omnibus poſthabitis contumelijs, obliuioni datis conuicijs, plagis quas auſu nimis ſacrilego paſtori ſuo inflixerant, pia diſſimulatione contectis, deprecatorem ſe, veniæque pro eis rogandæ patronum apud diuinam maieſtatem exhibuit, donec mitigato ſuis precibus Deo, eos, à quibus tot iniurias acceperat, tot damna retulerat falculis mortis ereptos, atque erebi faucibus ſubductos, non vt hoſtes, ſed amicos conſeruaſſet. *Osbernus in Vita.*

Taurus Auis.

Auem eſſe ait Eraſmus in parabolis, quam rerum naturalium ſcriptores Taurum appellāt, quod, cum acanthidem mole corporis non excedat, mugitum tam exprimere conetur. O beatum Elphegum qui pro virium tuarum facultate theandricas illas Domini tui actiones imitari ſtuduiſti, quibus etiamſi tuas illas adæquare perfectè nequieris, vti nec ratio, nec ipſa id natura ſinebant; tamen eo vſque pertingere laboraſti, quo vel humana infirmitas accedere potuit aut induſtria penetrare. Certè vel hoc ſolo nouum hominem te eſſe indubitanter profeſſus es. Ita illi.

Ioannes Auila.

Ne vero priſca hæc ſolum attuliſſe videar, nouella quoque, recentiaque nonnulla audiamus, inter quæ nequaquam poſtremum arbitrer, quod Ioannes Auila formandis ille moribus magiſter optimus nobis reliquit: detulerant eius nomen ad quæſitores fidei, quorum in Hiſpaniis tribunal præcipua iudiciorum ſeueritate celeberrimum eſt, homines, non minus libidinis, quam iræ atrocis, atque nequiter ingenioſi; ita enim calumniam adornauerant, vt, quia fraus deprehendi non poterat, Ioannes poſt annua vincula magis inter damnatos, quā inter reos ab ipſis iudicibus haberetur, tanta ſui Nominis cum infamia, quanto paulo ante fuerat fama ſanctitatis. Verum vt manifeſta

tandem

tandem fraude ſuggeſtui redditus frequentiſſimam ad concionem primum dicere aggreſſus eſt, nihil de ſe præfandum ſibi eſſe duxit, ſed pro accuſatoribus preces à circumfuſa concione, ſerena fronte, lætis oculis, ac pia quadam vocis ſuauitate depoſcens, omnes in tantæ virtutis egit admirationem. Norat ſiquidem proprium id eſſe filiorum Dei munus, petras in panem conuertere, & venenum in medelam, adeoque in virtute creſcere, qua alij decreſcerent. Quamquam enim hæc virtus teſſera ſit nominis Chriſtiani, noſtroque in agro proueniat, neſcio tamen qua flante aura, adeo frequens enecetur, vt veluti aliunde aduectam omnes arbitrentur. *Ludouicus Granatenſ. in Vita.*

Hieronym. Bondinar.

Auilæ comes ſit pari lautea donandus Hieronymus Bondinarius noſter, homo longa virtutum fama inclytus, populiſque ac principibus venerabilis, hunc inuidia inimicorum per calumniam traducere, ac de violata per libidinem ſacrorum maieſtate accuſare cœperat, creditaque res fuit: quare è patria ſede, in vrbem abduci, à fidei quæſitoribus in carcerem dari, interrogari, ac tantum non torqueri innocens viſus fuit. Sed probata virtus mox emerſit illuſtrior, ſubuehente charitate; perſpecta hominis innocentia eum in ſedem ſuam perhonorifice remiſit, venienti Ducis filij extra vrbem occurrere, felicem reditum ſuo & parentis nomine gratulantes, qui & ipſe Heronymo ad ſe ſtatim adeunti, ad palatij oſtium tota aula & nobilitate comitatus occurrit. Ibi antequam verbum vllum hinc inde fieret, ad Ducis [Dei inquam, cuius ille vices in plectendis criminibus ſuſtinebat] pedes aduoluitur, atque vt vna in petitione gratificari ſibi velit enixè obteſtatur; tergiuerſantem quod facile coniectaret, quid petere vellet, tandem vt facturum ſe data fide obſtringeret, adegit. Tum ille: Ego vero te per hanc tuam fidem exoratum velim, ne cuiquam mei cauſa iraſcaris, nec calumniatoribus fraudi apud te error ſit. Hoc primum, hoc idem vltimum Hieronymo de tota calumnia, atque iudicio exinde verbum fuit, quo vel cæcus videat, quantum is in vitæ nouitate profeciſſe debuerat, qui veterem hominem tanto poſt ſe reliquerat interuallo.

Thomas Garnetus.

Sed nondum hæc ſupremâ in luctâ cum inimicis congreſſa charitas eſt, congredietur autem non dubiâ victoriâ in ſequentibus, quos ſubiungo, quorum principatum Thomæ noſtro Garneto, viro vſquequaque ſancto atque laudabili, niſi detulero, ingratus ſim, qui, dum ſpiritum eius Anglicani carnifices rapere feſtinarent, inſignes ſanè charitatis alas, vt euolaret, latiſſimè explicauit. Manifeſta namque calumnia, vt mos ibi aduerſum ſacerdotes obtinebat, oppreſſus, atque iniquiſſimo damnatus iudicio, ductuſque teterrimum ad ſupplicium, circumfuſam, ac magna parte miſerantem multitudinem ſic fuit allocutus, vt enumeratis ſigillatim omnibus, qui cauſſam, iudicio, teſtimonio, ſententia, quoue alio modo præcipitauerant, ſolenni ſubdito carmine, illis Dei pacem expoſtularit: lubet cygneas hominis voces ipſiſſimas hîc referre: *Transfuga Rous, me prodidit: parcat ei Deus. Satelles Groſſius mihi manus iniecit, parcat illi Deus; Epiſcopus Londinenſis me in carcerem abripi iuſſit, parcat illi Deus. Eundem qui illi à ſecretis eſt; neſcio quid in aurem inſuſurrans, mihi reddidit iniquiorem, parcat illi Deus. Dominus Guilielmus turris præfectus, magnopere inſtitit, vt addicerer, parcat illi Deus. Eques Henricus Montacutus aduocatus regius multa contra me commentus eſt, parcat illi Deus.* Addidit denique preces pro rege quæſtuoſiſſimas, animamque magnam tot, & tam atrocibus iniuriis, intercluſâ vitalis ſpiritus viâ, in veram abſolutamque filiorum Dei emiſit libertatem. O voces incomparabiles ex Chriſti Domini hauſtas imitatione! Nihil hic certe cuiquam debuit, qui inimicis omnibus bene procando, rationes item omnes impleuit charitatis. Non abſimile in hac eadem philoſophia cõſilium tenuiſſe viſus eſt Ioannes Payuius ſacerdos Anglus. Afflixerat hominem & ſolenni mendacio iudicibus ad Sacerdotis Catholici damnationem incumbentibus, anſam, quam arriperent, dederat viliſſimus è periuro grege teſtis, & quæ Payuij erat innocentia, ſolus, nam alterum qui adeo fædè mentiri auderet, in illa falſorum iudiciorum ſchola hæreſis non potuit excitaſſe. Feralem carrum aſcenderat Payuius inſertoque in laqueum collo, iam deiiciendus, magno quodam animi ſenſu, verbis ardenti à charitate, & vicina morte potentibus Deum inſtitit precari, hominem illum, qui ſupplicio adſtare non erubeſcebat, ſua dignari gratia vellet, ac demum gloria ſempiterna donare. Itaque homini, à quo nihil ſceleratius in hac vita potuit experiri, exæquata cum alterius odio, amoris ſui lance, qua nihil melius homini eſſe poteſt, felicitatem exoptauit. Licet vero ſana rerum æſtimatione, nihil maius dari poſſit, quam quod Payuius precabatur, neſcio tamen quid cum immani Geuſiorum rabie, Guilielmi Goudani ex ordine Minorum, in oppido S. Gertrudis comparata virtus, luminis ac ſplendoris illi attulerit, dum ſupremis ſcalarum gradibus inſiſtentem vexare, ac de tuendæ fidei conſtantia dimouere conati ſunt Hæreticorum anteſignani; ſed fruſtra, eorum namque audaciam indignatus Guilielmus, longè à ſe faceſſere iuſſit & tantum non expuliſſe viſus eſt. Verum ne feruidioris fidei libertatem, iræ aut doloris impotentiam quis interpretaretur, eodem in veſtigio ad Deum conuerſus, pro eorum omnium ſalute, magno cum affectu in ea verba precatus eſt: *Domine ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Sed vt pantheras muſicis modis in rabiem agi legimus, ſic impij lictores improbo & crudeli

Ioannes Payuius.

Guilielm. Goudan.

Digitized by Google

crudeli cum cachinno: *imò vero nos maximè ſcimus, te enim, velis nolis, ſtrangulamus*. Et ſimul quod dicunt, peragunt ſtrenuè; ſed quid iuuat impiè acutos eſſe? ſpiritum eripere potuiſtis, charitatem nouo homini non eliſiſtis; eadem enim repetens atque immurmurans verba triumphator exceſſit, tam certus ille præclarè ſecum agi, quam vos crudeliter ſtolidi, qui hominem eliſis poſt reliqua cruciamenta faucibus, in requiem ac felicitatem nolentes emiſiſtis.

Venio ad fructum, quem fortaſſe quiſpiam ad vitæ hanc nouitatem ſtrenuè conſectandam, requirat: nec male id quidē, aut, meâ ſententiâ, imprudenter, neſcio enim quo robore, curſuſque alacritate nouus homo concitetur, quoties vel cæleſtis brauij, magnique palmarij teſſera aures impleuit, accipiat itaque, quiſquis is fuerit ex Seraphino Razio probæ notæ Hiſtorico, quod ille ex Simone Bertio Doctore Theologo in hanc rem litteris conſignauit: Nobilis, inquit, viri cuiuſdam fratrem alter occiderat Florentiæ, cumque ſe manus illius effugere poſſe diffideret, à quo viciſſim ad mortem ſtudioſiſſimè quærebatur, ſextam maioris Hebdomadæ feriam, bono auſpicio aucupatus, ad eum, cingulo è collo ſuſpenſo aduolat, veniamque ſibi ob eius amorem flagitat, qui die illo, ad communem hominum ſalutem in cruce pendens pro inimicis precatus eſt, dicens: *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt*. Quid agat vir nobilis? hoc verbo audito commotior, in amplexum homicidæ proruens, oſculatuſque exclamat: vade in pace, mi frater: Deus tibi dimittat in cælis, ſicut ego hodie tibi dimitto in terris. Magna vox! Sed audite mercedem; quam illi nocte ſubſequenti Deus ipſe manifeſta in luce apparens attulit, dicens: *quoniam heſterna die amore mei condonaſti inimico tuo, noueris me animam fratris tui occiſi, hac hora purgantibus flammis exemiſſe, & inſuper animam Patris tui antè mortui ex eiſdem pœnis liberaſſe, quin etiam teipſum in octauum diem inuito, vt hiſce vitæ periculis expeditus, mecum gloria frui occipias ſempiterna*. Stetitque verbis fides, die octauo omnibus Eccleſiæ ſubſidiis probè munitus, ad feliciorem cum Chriſto vitam perpetuò ducendam lætus commigrauit. *In horto Hiſtor. titul. de dilect. Inimicorum.*

B. Engelb.

Sed nec vita ſola eſt quæ de eiuſmodi tribulis ficos colligat, eſt & mors quæ ſimili fruge ditatur, cuius mihi locuples teſtis eſt *B. Engelbertus* Colonienſium Præſul, quem dum Fredericus Comes Iſenburgicus immiſſo ſatellite multis plagis vulneraſſet, iſque iam moriturus ſuo in ſanguine volutaretur, percuſſoribus ſuis medullitus ignouit, dicens: *Pater ignoſce illis*, propter quem ſermonem non ſolum anima eius ſubito ab Angelis ſuſcepta, inter choros martyrum collocata eſt, ſed & ipſe tam potens effectus apud altiſſimum, vt non negetur ei, quidquid ab illo quis petierit, innumeraque patrarit miracula. *Cæſarius l. 2. c. 16.* vbi admiranda meminit reuelationis, quæ ad hanc rem ſpectat.

Sed quid ego illa diuina atque immortalia virorum decora commemorem, mulieribus tacitis aut prætermiſſis: eſto non polleant iſtæ tanto naturæ robore, quanto illi inſtructi ſunt, non minoribus tamen cæleſtis gratiæ auxiliis muniri ſubinde nouimus, quibus non tantum viris ſæpè comparari, ſed & iiſdem inſigniter queant anteferri.

S. Eliſabeth.

Teſtis ſit illuſtriſſima Haſſiæ Princeps, eademque Regis Hungariæ filia S. Eliſabetha, quam die quadam in hæc verba Deum oraſſe accepimus, vt omnes ac ſingulos, qui eam poſt mariti obitum, iniuria aliqua affeciſſent, & quales ac quantæ, proh Deum immortalem! iſtæ fuerant? ſingulari aliquo beneficio afficeret, vt iniuriæ beneficium reſponderet: Quare diuinum ad eam factum reſponſum eſt; nunquam eam orationibus ſuis ſic Deo placuiſſe, ac tunc, pro ea autem oratione, vniuerſorum peccatorum remiſſionem illi conceſſam eſſe. *Iacob. Montanus in Vita M. Auila c. 8.*

Margarita Auſtriaca.

Et quiſquam, adhuc Sereniſſimam Hiſpaniarum Reginam Margaritam Auſtriacam Philippi tertij coniugem damnet, vberrimis perfundi lachrymis ſolitam, quoties orationem dominicam legendo percurreret? quamnam autem perennis huius fletus cauſam dixerimus? eam ſcilicet quam illa magno animi ſui candore aliquando aperuit: pudefactam ſe oppidò, quoties hæc verba, *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, pronuntiaret, cum nihil haberet quod ipſa remitteret. Norat certè religioſiſſima princeps, ac vitæ nouæ candidata femina quantum beatitatis ac gaudij in hac inimicorum dilectione ſitum ſit, cuius iacturam non minore impenſa, quam lachrymis cupiebat eſſe teſtatam. *In Vita l. 2. c. 13.*

Matt. 6. 12.

Matrona Sicula.

Annus à Virginis partu fluebat ſupra milleſimum quingenteſimum octogeſimus quartus, cum Drepani in Sicilia mulieris cuiuſdam filius necatus, matri luctum fecit non explicandum, quæ tamen ne iras quidem aduerſus percuſſorem, odiumue ſuſcepit, neque vlla fuit cohortatione placanda. Filius erat vnigena, ſine quo vitam acerbam ſibi atque iniucundam exiſtimauerat ſemper: ſed non potuit hac frui iucunditate diutius: miſerè enim ille ab inimicis interfectus fuit, illatumque exanime corpus in maternas ædes, recenti cruore oblitum, fœdiſſimis vulneribus deformatum; ſpectaculum ſane atrox, quod lachrymas non modo ei, quæ genuit, ſed ipſis etiam barbaris extorſiſſet. Illa tamen tam diro aſpectu laceſſita, nullis eiulatibus, angoribuſque ſe dedit, neque imitata eſt plangores inutiles feminarum; naturam vicit fortiter, & præſtantiſſimum vltionis genus rata, iniurias beneficiis remunerari, pro eo qui filium abſtulerat, Deum ſupplex orauit. Non implora-

uit

& Marcus ad alia feſtinantes prætermiſerint, A Lucas autem prioribus iam expoſitis, miſſis, quæ Matthæus & Marcus omiſerant, proſecutus ſit; itaque *vnus de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum*, alter iam ſpectatâ Chriſti patientiâ, accedente Virginis Matris prope adſtantis ſuffragatione, converſo: de quo S. Maximus Homilia 7. *ſciuit quod illa in corpore Chriſti vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis: atque ideo plus amare cœpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.*

Tanti eſt bonum exemplum non negligere, ne vero negligas, Magnæ Virginis auxilio adiuuari.

R. P. HADRIANI
LYRÆI
E SOCIETATE IESV
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.

Parricidas fuſis ad Deum precibus remunerans, inimicis veniam mitiſſimus IESVS *exorat.*

Quo quis mitior, eo & generoſior eſt.

Matth. 5. 44. *Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos.* Matth. 5. 44.

Quidquid profers, ne parcas alijs: contra te profers, ne parcat tibi Deus.

Luc. 23. 34. IESVS autem dicebat: *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Luc. 23. 34.

POſtquam effuſa ad ſpectaculum ciuitate, hi inſultare miſero, hi exprobrare regnum, hi figere maledictis immites inter carnificum manus, nequaquam deſiſterent; ipſe flexis ad ſui pietatem elementis, Sole atrato, die ne intereſſe cogeretur, diffugiente, de importunis homicidis ſolicitus, quos ad pœnam tanta rerum confuſio requirebat, Patrem pro illis, vt ignoſcere velit, implorat, quorum ruinæ iam iam imminenti, hic procul dubio patrocinium ſubtraxiſſet, niſi illas morientis filij voces eximiæ clementiæ internuncias excepiſſet, vt iam toti mundo, tam pio ſanguine conſperſo, tantum facinus condonaret. *Pater*, inquiens, *dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Luc. 23. 34.

En quo exordio ad captandam Patris beneA uolentiam, orationem ſuam Dei filius auſpicetur: *Pater, ignoſce illis.* Non ego te Regem, qui eos affligat, non Dominum, qui caſtiget, non Iudicem, qui condemnet, appello, ſed patrem, qui delinquentibus indulgeat, nocentibus parcat; facinoroſis animaduerſionem condonet. At non ita alias orare ſolitus. Quid enim in horto? *ſi non poteſt hic calix tranſire, fiat voluntas tua.* Matth. 26. 42. Nunc autem dum pro inimicis orat, nihil ſimile vſurpat, ſed *dimitte*, inquit, ac ſi diceret: Pater, quidquid vel auctoritate, vel merito, vel orationis efficacitate poſſum, hîc cupio experiri. Extremum quod te pro illis alloquor, hoc eſt, *ignoſce illis*: quid pater filio neget? neque enim repulſam ferre me conueniens eſt. Sed B quinam ſunt hi, Domine? quærit S. Anſelmus, S. Anſelmi. quibus ignoſcendum eſt? ſuntne fortaſſe diſcipuli tui, qui dum in horto caperetis, omnes te relicto fugerunt? Matth. 26. 56. Non: quamuis Matth. 26. 56. enim hic illos intepuiſſe ſciam, non conglaciauerant tamen: Forſitan Petrus eſt qui paulo ante & carcerem & crucem, ac mortem animo deuorauerat, te proſecutus ad deſerendum, vt quo fuerat audacior, eo eſſet ceteris Apoſtolis nocentior? nequaquam: iam enim concretum timiditatis gelu cor ſuum liquauit, fuditque ex oculis amarum imbrem, ac timoris vulnera lachrymis perſanauit. Forte amici, ac propinqui tui ſunt, qui ope ſua, auxilióque innocentiam C tuam deſtituentes, defendere te prætermiſerũt? Neutiquam: quod enim in ſe erat, planctu ac lachrymis me in Caluarium proſecuti, doloris mei, ac cruciatuum miſerti ſunt.

Pro quibus oraverit hic Chriſtus? O fontem! ô flumen! ô mare! ô abyſſum bonitatis immenſæ, clementiæ, inauditæ miſericordiæ

Digitized by Google

ricordiæ nunquam ante ſub cælo viſæ! *Pater ignoſce illis*: at quibus? nullos alios magis in animo, in oculis habebat, quam eos à quibus tam barbarè tractabatur.

Illis, militibus Romanis qui manus in eum violentas iniecere, ac vinctum ex horto eiecerant.

Illis, Iudæorum miniſtris, qui nocte illa innumeris ſannis ac contumelijs affecerunt.

Illis, qui per vicos ac plateas Ieruſalem matutino tempore à Caipha ad Pilatum, à Pilato ad Herodem rapientes, diris opprobriis proſciderunt, ſapientiæ Regiam amentiæ inſignibus illuſere.

Illis, ô hominum poſtremiſſimi! qui ferina rabie è toto lancinato corpore flagellis ſanguinem extraxerunt.

Illis, qui caput illud ſtellis ac gloria coronandum ſpinis horrentibus circumdederunt.

Illis, qui manus illas præpotenti ſceptro grates vnius arundinis ignominia impleuerunt.

Illis, qui tot, tantorumque beneficiorum immemores paulo ante ſuffigendum patibulo eum proclamarunt, qui nihil ad mortem habebat, niſi quod Solymas & Galilæam non pedibus magis, quam beneficiis peragraſſet.

Illis denique petit ignoſci, qui, de cœli maieſtate, triumphante audacia, Deum patibulo diris clauis affixerunt, atque afflicto afflictionem cumulantes, grauiſſimis conuitiis ſtimulabant.

Sed quid agis æquiſſimè viuentium arbiter, cuius illa, de qua pendes, Crux tribunal eſt, & ſtatera Iuſtitiæ, audin, quid hoc momento circa te clamitent? *ſi filius Dei es, deſcende de Cruce, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere*: hæc audis & pro eis rogas? Matth. 27. 40.

Audio, inquit, audio, nec quidquam de mētis ſententia remitto: Sed quare illos nominatim nō exprimis? Reſpōdet S. Anſelmus: Quia ſi nominare eos deberet, ignoſce illis inimicis meis crucifixoribus meis dicere debuiſſet, ſed hoc nō patiebatur amor: Neque id in poſtremo hoc actu ſolum inuenire eſt: In mentem veniat glorioſus ille eiuſdem in vrbem Hieruſalem ingreſſus, decantatiſſimum Hoſanna, quod aures inuidiæ offendebat expende, quibus perſanandis intentus, quid dixit? quod vtique à regum optimo Dauide acceperat, *nunquam*, inquiens, *legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Matth. 21. 16. S. Irenæus. Obſtupuit hic olim Irenæus, quæſiuitque, cur, quod ſequebatur, *propter inimicos tuos* non addidit! Reſpondit autem non humanâ, ſed diuinâ facundiâ: quia non inueniebat in illo ſapientiæ theſauro vocabulum iſtud, inimici: quare ſolum dixit: *ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Vti & hîc in Cruce: *pater ignoſce illis*, & præterea nihil.

Incredibilis hæc virtutis oratio eſt, ſiue orantem, ſiue eum, ad quem dirigitur, ſiue id, quod continet, attendamus.

A Ille, ad quem dirigitur, cœleſtis pater eſt: quamuis enim ad ſeipſum, quatenus Deus erat, ſpectaret ignoſcere, maluit tamen à Patre hoc petere, vt, quod in ſe erat, pridem ignouiſſe monſtraret.

Dei nomine conſultò abſtinet, Patrem appellans, quo ſe nequaquam deſtitutum fiducia, ſed ſtabili in eum confidentia præditū oſtendat.

Dimitte, ait, nec iniuriæ vocabulum, nec multiplices eius ſpecies, quibus impetebatur, exponit, ſic enim incuſaſſe eos magis, ac Patris iram acuiſſe videri potuiſſet, ſed vniuerſim dimitti petiit omnia, nec iis ſolum qui præſentes aderant, ſed ceteris omnibus, quotquot tam exe-
B crandi facinoris conſcios, affineſque non ignorabat.

Verum quid pro tanti ſceleris mitigatione adducere, quas cauſſas proferre viſus eſt? Solent apud reges ac principes interceſſuri pro reis, eas potiſſimum afferre rationes, quibus exaudiendos ſe fore probabiliter opinantur. Quid igitur hic diuinus Orator attuliſſe credendus eſt. *Pater*, inquit, *dimitte illis, quia neſciunt, quid faciant*: licet enim ex miraculis, quæ frequens patraui cognoſcere potuerint me illorum Meſſiam eſſe, quia tamen obcæcati inuidia, iſtam à ſe reiecere ſcientiam, hoc precibus, hoc ſanguini meo datum velim, vt vel ſic neſcientibus ignoſcas: Clamauerit olim ſanguis iuſti Abel, à Caino effuſus, dignam ſcelere vindictam; hic
C meus certe, etiamnum à venis calentiſſimus, veniam parricidis implorat: *pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciant*. Melius itaque loquitur ſanguis Ieſu quam Abel*, quia ſanguis Abel mortem fratricidæ petiit, ſanguis autem Domini vitam perſecutoribus implorauit. O! verbum magnæ patientiæ, exclamat Anſelmus, magnæ lenitatis, magnæ dulcedinis, magni amoris, & indicibilis charitatis. Ecce enim non ſuam reputat iniuriam, non pœnam attendit, non ſentit contumelias, non obliuiſcitur miſereri, ſed ipſis potius, à quibus patitur, ille compatitur, à quibus vulneratur, ipſe medetur, vitam procurat, à quibus occiditur, orat pro eis, & non petit vltionem.

D *Vide, nunc opera Domini*, monet S. Bernardus, S. Bernard. ſerm. 4. heb. Pentecoſt. *quæ poſuit prodigia ſuper terram flagellis cæſus eſt, ſpinis coronatus eſt, clauis cōfoſſus eſt, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus: omnium tamen dolorum immemor, charitatis memor, ignoſce, ait, illis, quia neſciunt, quid faciunt: non quod ipſe non poßit*, vt notat B. *Chryſoſtom*. hom. 21. in cap. 5. S. Chryſoſt. Matth. *culpam relaxare, ſed vt pro perſequentibus orare doceret, non verbo ſolum, ſed opere viuo, perfectæ charitatis præbens exemplum*: addo ego & probatiſſimi Regni, quod titulus ille quem ſuper caput eius Pilatus affixerat, palam loquebatur, *Regium* namque eſt, teſte *Ioan. Chryſoſtomo, condonare iniuriam*. *Regium eſt inimicis ignoſcere.* Nouerat id, nec tacuiſſe viſus eſt Saul, 1. Reg. 24, cum in ſpelunca deprehen- 1. Reg. 24.

Digitized by Google

prehenſus à Dauid non tantum ab eo læſus nõ
fuit, ſed præciſa duntaxat ora chlamydis ſuæ
liber dimiſſus, exclamauit : *nunc ſcio quod certiſ-
ſimè regnaturus ſit* : nec immerito, *quis enim cum
inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?*
Regium eſt condonare iniurias, *qui enim læſus
inimico parcit, iam gloriæ coronam habet in capite*, vt
S.Chryſoſt. *Chryſoſtom.* ſubiungit.

Sed parum eſt ſic Chriſtum exhibuiſſe ſo
Regem, quin etiam & Deum, teſtante ſiqui-
Imo diui- dem ſanctiſſimo Martyro *Cecilio Cypriano, diuina
num eſt. generoſitas eſt condonare iniurias*, vnde factum; vel
eodem auctore, vt nunquam maiora diuinita-
tis indicia expreſſerit Dominus, quam dum
ſublimis in cruce pro perſecutoribus orauit. Mi-
racula quidem dum viueret, patrauit multa ac
grandia, & tamen ſeductor audiit: Peccatores
ad frugem adduxit : & ecce homo vorax dice-
batur & potator vini. Dæmones eiiciebat, &
in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere
dæmonia calumniabantur : verum ignoſcendo
inimicis, orando pro iis, qui ſe perſequebantur
iniuſte, tanta, ac tam inſignia diuinitatis ſuæ in-
dicia dedit, vt vel iiſdem Iudæis atque Roma-
nis, qui innocentem Cruci ſuffixerant, confi-
tentibus, Deus habitus ſit, quorum ille non
poſtremus Centurio propalam dicere auditus
Matth.27. 54. fuit : *vere filius Dei erat iſte: alij vero reuertebantur,
percutientes pectora ſua.* Et quanam de cauſa, quod
Luc.23. 48. particidis veniam à patre precatus, inimicis
omnibus, abſque vlla vindicta, atrociſſimas in-
iurias condonaret, hoc, Dei ſe filium, ſuomet
calculo profeſſus : *vt ſitis filij patris veſtri, qui in
Matth.5. 45. cælis eſt* : quæ verba S.Ioan. Chryſoſtomus in
hunc modum legit : *vt ſitis ſimiles Patri veſtro qui
in cælis eſt.*

Chriſti ora- Quis autem harum precum effectus fuerit,
tio exaudi- quærere ſuperuacaneum reor, Dei filius erat,
ta fuit. ac pro filio Dei agnoſcebatur, & pater filium
S.Thom. audit ſemper. Cæleſtis itaque Pater vt S.Tho-
Aq. mas loquitur p.3.q.21. a.vlt. ad 2. Chriſti ora-
tionem exaudiuit, & Iudæis omnibus, pro qui-
bus ille preces fudit, ignouit; orauit autem pro
ſolis prædeſtinatis, qui depoſita cæcitate & li-
beræ voluntatis prauitate in Chriſtum Meſſiam
poſtea crediderunt, quorum primus Latro fuit,
qui, teſte Theophylacto, ex hac voce quam
pro crucifigentibus fecit Dominus, agnoſcens
bonitatem eius, dixit ad Ieſum : *memento mei
Domine, cum veneris in regnum tuum*, & exauditus
eſt. Quę iſtam fidem exhortatio perſuaſit, quę
doctrina imbuit, quis prædicator accendit. Nõ
viderat prius acta miracula, ceſſauerat tunc
languentium curatio, cæcorum illuminatio, vi-
uificatio mortuorum : ea ipſa quæ mox erant
gerenda non aderant, & tamen Dominum
confitetur, & regem, quem vidit ſupplicii ſuum
eſſe conſortem, ſed omnia hæc vnum maxi-
mumque miraculum explebat, quod pro ini-
micis ſupplicantem, ac pro iis apud cæleſtem

A Patrem intercedentem audiſſet. De huius quo-
que Orationis potentia fuit, iuxta S.Leonem,
vt prædicatio Petri Apoſtoli ex iis, qui dixerãt,
ſanguis eorum ſuper nos, multorum ad pœniten-
tiam corda conuerteret, & vna die baptiſaren-
tur fere tria millia Iudæorum, fieretque om-
nium cor vnum, & anima vna, paratorum iam
pro eo mori, quem popoſcerant crucifigi. Serm. S.Leo.
11. de paſſ.

Hæc Chriſti oratio, ait S.Cyprianus, *Iudæorum* S.Cyprian.
*ſupplicium & Iudaicæ legis ac ſacerdotij, cum vrbe
regia excidium per quadraginta & eo amplius annos
protelauit, vt pœnitentiam agentes ab interitu ſerua-
rentur.*

Potens itaque, nec minus efficax oratio, quę
B pro inimicis funditur, nobilis quæ Chriſti ex-
emplo à nobis iteratur, abſque qua fruſtra Chri-
ſtiani ſimus : quapropter quiſquis monente *S.
Bernardo*, vitæ nouitatem deamas in theſauro
cordis tui, hoc verbum reconde; vt *quotieſcun-
que inimici ſæuiunt, memoriam abundantiæ ſuauita-
tis Ieſu, valeas eructare, hunc clypeum contra inimi-
corum inſultum opponens, pater ignoſce illis quia ne-
ſciunt, quid faciunt.* Proxima hæc & quaſi com-
pendiaria ad vitæ nouitatem via eſt, cum enim
illa in veteris hominis, qui corrumpitur ſecun-
dum deſideria erroris, depoſitione; & noui, qui
ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſan-
ctitate veritatis, inductione ſita ſit; Epheſ.4.24 Eph.4.24.
dici profecto non poteſt, quantumglorioſa hęc
C actio eodem conducat, qua fieri ſolet, vt ho-
mo ſubitò fiat filius Dei, vnus ſcilicet ex ijs, de
quibus Propheta dixit : *ego dixi Dij eſtis, & filij
excelſi omnes.* pſal.81. Quod *S. Gregorius Niſſenus* Pſal 81.6.
lib.de orat. Domin. orat.5. his verbis exponit: S.Greg. Niſſ.
*Propemodum non amplius intra terminos humanæ na-
turæ conſpicitur, ſed ipſi Deo per virtutem aſſimilatur,
vt alius ille ipſe Deus eſſe videatur, dũ facit ea, quæ Dei
ſolius eſt facere.* & S.Ioan. *Chryſoſtomus* in cap.50. S.Chryſ.
Gen *nihil facit hominem ita Deo ſimilem, ſicut inimi-
cis eſſe placabilem.* Oſtenſum id olim S.Patriar-
chæ Iacob Scriptura commemorat, cui, cum
ex Haran in Chanaan reuertenti Eſau placatus
occurreret, omni vltione depoſita, viſus ab eo,
vt Deus eſt: ſic enim, inquiebat, *vidi faciem tuam,* Gen.33.10.
D *quaſi viderim vultum Dei.* Ad quæ Gloſſa in
Geneſ.33. peccator cum remittit, quaſi alter
Deus eſt. Sed nos viles animæ ſumus, ſi nihil
vltra naturæ fines deſignamus : generoſior di-
uinæ charitatis indoles eſt, quam vt legibus
hiſce plebeiis velit obtemperare. Sint iſtæ, quæ
de legitimo inimicorum odio, tam magno
mortalium concionis fremitu feruntur, roga-
tiones veræ tribuniciæ, turbandæ virtutum rei-
pub. comparatæ; in ipſa curia ſanctimoniæ, in
arce Euangelij longe aliæ leges auro, non ære
figuntur. Enimuero eſt neſcio quid amabile,
vel in ipſis atrociſſimis hoſtibus, quod ſectatur
charitas, inuentumque complectitur; quam
multum in illis Dei, tam multis in illis amor.

Huc itaque oculos, huc mentem nouæ vitæ candidatus aduertat, quantumque animo capere poteſt, intelligat, nihil eſſe quo Chriſto ſuo ſimilior euadat, præter vnam iniuriarum condonationem, ac placidam pro irrogantibus deprecationem.

Docuiſſe id nos, ante Chriſtum, viſi ſunt duo nobiliſſimi eiuſdem typi Moyſes ac Samuel, quod multi tamen poſt Chriſtum diſcere noluerunt, quorum alter lapidibus à populo impetitus, non tantum iniuriam non retulit, ſed pro lapidantibus interceſſit: alter vero ab æmulis principatu deiectus, nequaquam tamen orare pro populo intermiſit, dicens: *abſit hoc à me peccatum, vt ceſſem orare pro vobis*: vnde quoque factum fuit, vt, teſte S. Gregorio, præ ceteris omnibus ſoliti fuerint, dum pro ſe, aliiſque precarentur, audiri.

1. Reg. 12. 23.

Fuere nihilominus, & de vtroque quidem ſexu non pauci, qui laudatiſſima in hac ſcena, nouo homini præluſerunt, quos balſamina & omni moſcho odoratiora Chriſti verba: *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciant*. Ad Crucifixi imitationem concitârunt. Millia millium inuenire ſit eiuſmodi hominum, quibus ſtupenda hæc oratio acorem omnem, atque acerbitatem ſimultatis animo eiecit, induxitque ad rarum quoddam ac prodigioſum ignoſcendi delinquentibus exemplum.

Et ſanè hominem exuiſſe neceſſe ſit, aut rupem aliquam, ſaxumque induiſſe, qui tanti odoris fragrantiam non ſentiat, nec quò tam potenter allicitur, ocyus non ſequatur.

Maurorum acutiſſimus, auctor eſt Auicenna, florum arbitras prudentiſſimas apes amiſſum regem ſolo odoris indagine, quem poſt ſe reliquit, aſſequi conſueuiſſe, eumque amabili hac exhalatione repetitum miris lætitiæ ſignis ſolitas comitari: & homo quem inueteraſſe in terra aliena, coinquinatum cum mortuis, deputatum cum deſcendentibus in infernum propria conſcientia declamitat, aromatica hæc Regis ſui verba mellitique ſermones non moueant? periculosè profectò nimus in malo cõſenuit, qui diuino hoc celeuſmate, quod è Cruce pro inimicis Chriſtus occinuit, ad vitæ nouitatem non ſurgit, nec eius amorem pleno ſtudio deguſtat, quem plurimi auidiſſime deuorarunt.

S. Stephanus *pro inimicis orat.*

Primus vero in hoc ordine inimicos diligendi, eiſque Deum magno illo Saluatoris exemplo propitiandi, *Stephanus* fuit, ille, inquam, qui palmam martyrij, id eſt, coronam ſuo nomine præfert. Falsò hic à perfido Iudæorum populo ad Concilium delatus, atque iniquiore ſententia damnatus, cum vndique ſaxorum crepitantium turbine quateretur, non ſolum non expectabat de perſecutoribus reportare vindictam, ſed eis potius de Deo veniam poſtulabat.

A Myrrhæ arbuſcula cultro inciſa odoratam guttam profundit: Stephanus lapidibus impetitus, ſuauiſſimum charitatis balſamum exſudabat.

Margaritatiæ conchæ vnionibus replentur, ſed teſtam frangat neceſſe eſt, qui eos obtinere deſiderat: ſacer hic Diaconus cœleſtium virtutum ditiſſimus hoſpes, nonnullos quidem ex eis à foris monſtrabat, potiores tamen animo abditas claudebat, cum ecce lapidibus obteritur & ſtatim ſpirituales eius theſauri magnificè ſe produnt, præ reliquis verò ſingulari luce emicuit dilectio inimicorum, per omnem vallem his verbis clariſſimè reſonantibus, *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum*, quaſi diceret, ego quidem

Actor. 7. 59.

B patior, ego lapidor, in me ſæuiunt, in me fremunt, ſed ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia, vt hoc dicam tibi, à te primum audiui: ego ſeruus tuus patior; ſed multum intereſt inter me & te, tu Dominus, ego ſeruus, tu verbum, ego auditor verbi: tu magiſter, ego diſcipulus: tu creator, ego creatura, tu Deus, ego homo, multum intereſt inter peccatum iſtorum, qui lapidant me, & illorum qui crucifixerunt te. Quando ergo dixiſti, *pater ignoſce illis, quia neſciũt, quid faciũt*, pro magno peccato petiſti, & me pro minimo petere docuiſti. Ego patior in carne, iſti non pereant in mente. Domine ſi modo iſtos occideris inimicos, quos poſtea facies amicos? Et ſic quidem, teſte Auguſtino, Ste-

C phanus, qui *cælos interim videbat apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei*. Sed liceat mihi hic quærere, Domine, quidnam hic agis! priuſne præmium ac triumphus, quam prælium finiatur? nondum Stephanus viuere deſijt, & te iam videt? Quid eſt, oro, quod Leuitæ huic obuiam exeat beatitudo, & pene extra ianuas præcurrat? tam accelerati præmij cauſſam mirari deſino: adeo grata eſt Deo iniuriarum remiſſio: ac ſeria pro inimicis deprecatio, vt mitiſſimus Deus omnem hic maieſtatem ponat, ampliſſimam legis gratiam faciat, nec ad regium ſolium coronare primum athletam velit, ſed præueniat, iubeatque pulcherrimam beatitudinem ad ipſas palatij valuas, imo extra Do-

Act. 7. 55.

D mus cœleſtis limina prodire, vt feliciſſimus hic pugil, qui hoſtes infenſiſſimos, atque ipſos interfectores amauit, ac pro eis lachrymans ſupplicauit, præter legem, honorificentiſſimè ad triumphos euocetur. Hoc æterni regis priuilegium eſt iis, qui pro inimicis apud Deum intercedunt, quod vt notum omnibus, ac vulgo fieret manifeſtum, *oportuit*, teſte S. Cypriano l. de bono pat. vt *primus martyr Chriſti, qui martyres ſecuturos glorioſa morte præcurrit, non tantum Dominicæ paſſionis prædicator eſſet, ſed & patientiſſimæ lenitatis imitator, ac promiſſæ beatitudinis vſuarius, antequam municeps.*

S. Cyprian.

Altè non minus, quam ſollerter hoc quoque exemplum imbiberat vir ſanctiſſimus Martinus,

S. Martinus *pro inimicis intercedit.*

tinus,

tinus, de quo Seuerus Sulpitius, quam benigne proximorum iniurias condonârit, ac pro perſequentibus Chriſti exemplo, Deum orarit ſic ſcribit: Magnum nobis diuina pietas largita eſt beneficium, cum delictis noſtris præcepit fieri de remiſſione refugium, ſi offendentibus ignoſcamus, ſi indulgeamus lædentibus, ſi odientibus nos, è contrario commodum benedictionis impertiamus, dicente Domino Ieſu Chriſto: *diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt.* Ecce remiſſio iniuriarum, filium Dei patris facit, cohæredem Chriſti adſcribit cœleſtibus regnis. Vnde manifeſtum eſt, oblita delicta eius in cælo, qui in ſe delinquenti beneficium veniæ, in ſæculo impertitur, teſtante Domino: *ſi dimiſeritis hominibus peccata eorum, & pater meus cœleſtis dimittet vobis.* Cuius ſententiæ ſanctus Martinus vim corde retinuit, vt libenter dimitteret delinquenti, nec ſolum ignouit noxam, verum etiam munere præbuit gratiam.

Matth. 5. 44.

Matth. 6. 12.

S. Martin.

S. Euſebius Samoſaten.

De diuino Euſebio Samoſatenorum Epiſcopo ſcribit Nicephorus Calliſtus lib. 11. cap. 5. cum oppido Dolichæ Marim Epiſcopum induceret, Arianam quandam mulierem ex ſuperiore loco tegulam in caput eius conieciſſe, ex quo vulnere mox animam agens, iureiurando amicos obſtrinxit, ne à femina, quæ tantum facinus auſa fuerat, pœna quæpiam exigeretur: ea in re Dominum ſuum æmulatus, qui dixit: *Pater, ignoſce illis peccatum hoc, quia neſciunt, quid faciunt.*

S. Sabinus.

Verum quid de SS. Aſſiſiatū Præſule Sabino dicam? quem vbi teter ille ac crudelis Tuſciæ præſes Venuſtianus, inuſitatis tormentis quia Chriſtum profitebatur, ſubegiſſet, ac iuſtiſſima vindicis Dei manu prehenſus, vtrumque oculorum lumen amiſiſſet, non diſtulit tamen Sabinus pro tyranno apud Deum intercedere, donec illi, à quo tot iniurias, ac cruciatus retulerat, priſtinum videndi vſum columbina ſimplicitate, candoreque angelico inſtauraret.

Maior profectò, apertiorque hæc virtus erat, quam vt eam barbarus non ſentiret; vel agnitam nō amaret, quocirca de lupo confeſtim in agnum, de coruo in columbam, de infideli in Chriſtianum, ac denique de ſacrilego idololatra in verum Chriſti martyrem cōuerſus fuit. Non poterat ſiquidem optimus paſtor maiore bono tantum malum compenſaſſe, quam inimicum diligendo, Dei reddere amicum, eumque incitare ad pænas illas, ſuppliciaque fortiter pro ea fide toleranda, pro qua idem ſe ante cruciatibus, ærumniſque diuexârat.

Piſcis dactyli natura.

Teſtis, eſt Plinius lib. 9. c. 60. in mari genus quoddam piſcium reperiri quibus dactyli nomen fecêre, quia humanis digitis non abſimiles ſunt: his à natura inſitum, lucere noctu, maximè ſilente luna, cæloque piceis tenebris obuoluto; quodque maiore dignum admiratione, A diſſecti humorem pellucidum, ac radijs emicantem emittunt: Sabini mores, agendique actiones conſidera, per tenebras, carceres, gehennas, cataſtas facis inſtar, patientia, humilitate, dilectione inimicorum tralucet, quodque nō parua dignum admiratione eſt, poſteaquam illi vtraque manus præſecta eſſet, plus ſolito claritatis emiſit, dum præclariſſimi ſui ſanguinis merito geminum lumen duplici cæcitati præſidis infudit. *V. Beda. Ado, &c.*

S. Elpheg.

Sed nec abeſſe hinc Beatiſſimum Elphegum Cantuarienſem Archiepiſcopum ſua patitur virtus, quem poſtquam ſeditioſi quidam, rebelleſque ciues piratis immixti, omnia cædibus, B incendioque vaſtantes in ſubterranea ſpecu ſeptem menſium ſpatio afflixiſſent, Deo tantam barbariem execrante accidit, illos omnes, qui tanti ſceleris affines turpiter ſuo præſuli illuſerant, duriſſima peſte corripi, ac puniri. Quid agat patientis Chriſti diſcipulus Elphegus? quod in ſchola Caluariæ ab eo ſe didiciſſe meminerat, probè voluit imitari: quapropter omnibus poſthabitis contumelijs, obliuioni datis conuicijs, plagis quas auſu nimis ſacrilego paſtori ſuo inflixerant, pia diſſimulatione contectis, deprecatorem ſe, veniæque pro eis rogandæ patronum apud diuinam maieſtatem exhibuit, donec mitigato ſuis precibus Deo, C eos, à quibus tot iniurias acceperat, tot damna retulerat faucibus mortis ereptos, atque crebi faucibus ſubductos, non vt hoſtes, ſed amicos conſeruaſſet. *Osbernus in Vita.*

Taurus Auis.

Auem eſſe ait Eraſmus in parabolis, quam rerum naturalium ſcriptores Taurum appellāt, quod, cum acanthidem mole corporis non excedat, mugitum tauri exprimere conetur. O beatum Elphegum qui pro virium tuarum facultate theandricas illas Domini tui actiones imitari ſtuduiſti, quibus etiamſi tuas illas adæquare perfectè nequieris, vti nec ratio, nec ipſa id natura ſinebant; tamen eo vſque pertingere laboraſti, quo vel humana infirmitas accedere potuit aut induſtria penetrare. Certè vel hoc ſolo nouum hominem te eſſe indubitanter pro- D feſſus es. Ita illi.

Ioannes Auila.

Ne vero priſca hæc ſolum attuliſſe videar, nouella quoque, recentiaque nonnulla audiamus, inter quæ nequaquam poſtremum arbitrer, quod Ioannes Auila formandis ille moribus magiſter optimus nobis reliquit: detulerant eius nomen ad quæſitores fidei, quorum in Hiſpaniis tribunal præcipua iudiciorum ſeueritate celeberrimum eſt, homines, non minus libidinis, quam iræ atrocis, atque nequiter ingenioſi; ita enim calumniam adornauerant, vt, quia fraus deprehendi non poterat, Ioannes poſt annua vincula magis inter damnatos, quā inter reos ab ipſis iudicibus haberetur, tanta ſui Nominis cum infamia, quanto paulo ante fuerat fama ſanctitatis. Verum vt manifeſta

tandem

Digitized by Google

tandem fraude ſuggeſtui redditus frequentiſ- A
ſimam ad concionem primum dicere aggreſſus
eſt, nihil de ſe præfandum ſibi eſſe duxit, ſed
pro accuſatoribus preces à circumfuſa concio-
ne, ſerena fronte, lætis oculis, ac pia quadam
vocis ſuauitate depoſcens, omnes in tantæ vir-
tutis egit admirationem. Norat ſiquidem pro-
prium id eſſe filiorum Dei munus, petras in
panem conuertere, & venenum in medelam,
adeoque in virtute creſcere, qua alij decreſce-
rent. Quamquam enim hæc virtus teſſera ſit
nominis Chriſtiani, noſtroque in agro proue-
niat, neſcio tamen qua flante aura, adeo fre-
quens enecetur, vt veluti aliunde aduectam
omnes arbitrentur. *Ludouicus Granatenſ. in Vita.*

Hieronym. Boadinar. Auilæ comes ſit pari laurea donandus Hie- B
ronymus Bondinarius noſter, homo longa vir-
tutum fama inclytus, populiſque ac principi-
bus venerabilis, hunc inuidia inimicorum per
calumniam traducere, ac de violata per libidi-
nem ſacrorum maieſtate accuſare cœperat, cre-
ditaque res fuit: quare è patria ſede, in vr-
bem abduci, à fidei quæſitoribus in carcerem
dari, interrogari, ac tantum non torqueri in-
nocens viſus fuit. Sed probata virtus mox emer-
ſit illuſtrior, ſubuehente charitate; perſpecta
hominis innocentia eum in ſedem ſuam per-
honorifice remiſit, venienti Ducis filij extra
vrbem occurrere, felicem reditum ſuo & pa-
rentis nomine gratulantes, qui & ipſe Herony-
mo ad ſe ſtatim adeunti, ad palatij oſtium to- C
ta aula & nobilitate comitatus occurrit. Ibi an-
tequam verbum vllum hinc inde fieret, ad Du-
cis [Dei inquam, cuius ille vices in plectendis
criminibus ſuſtinebat] pedes aduoluitur, atque
vt vna in petitione gratificari ſibi velit enixè
obteſtatur; tergiuerſantem quod facile conie-
ctaret, quid petere vellet, tandem vt facturum
ſe data fide obſtringeret, adegit. Tum ille: Ego
vero te per hanc tuam fidem exoratum velim,
ne cuiquam mei cauſa iraſcaris, nec calumnia-
toribus fraudi apud te error ſit. Hoc primum,
hoc idem vltimum Hieronymo de tota calum-
nia, atque iudicio exinde verbum fuit, quo vel
cæcus videat, quantum is in vitæ nouitate pro-
feciſſe debuerat, qui veterem hominem tanto D
poſt ſe reliquerat interuallo.

Sed nondum hæc ſupremâ in luctâ cum ini-
micis congreſſa charitas eſt, congredietur au-
tem non dubiâ victoriâ in ſequentibus, quos
Thomas Garnetus. ſubiungo, quorum principatum Thomæ no-
ſtro Garneto, viro vſquequaque ſancto atque
laudabili, niſi detulero, ingratus ſim, qui, dum
ſpiritum eius Anglicani carnifices rapere feſti-
narent, inſignes ſanè charitatis alas, vt euolaret,
latiſſimè explicauit. Manifeſta namque calum-
nia, vt mos ibi aduerſum ſacerdotes obtinebat,
oppreſſus, atque iniquiſſimo damnatus iudicio,
ductuſque teterrimum ad ſupplicium, circum-
fuſam, ac magna parte miſerantem multitudi-
A nem ſic fuit allocutus, vt enumeratis ſigillatim
omnibus, qui cauſſam, iudicio, teſtimonio, ſen-
tentia, quoue alio modo præcipitauerant, ſo-
lenni ſubdito carmine, illis Dei pacem expoſtu-
larit: lubet cygneas hominis voces ipſiſſimas
hîc referre: *Transfuga Reus, me prodidit: parcat
ei Deus. Satelles Groſſius mihi manus iniecit, parcat
illi Deus; Epiſcopus Londinenſis me in carcerem abripi
iuſſit, parcat illi Deus. Eundem qui illi à ſecretis eſt,
neſcio quid in aurem inſuſurrans, mihi reddidit ini-
quiorem, parcat illi Deus. Dominus Guilielmus turris
præfectus, magnopere inſtitit, vt addicerer, parcat illi
Deus. Eques Henricus Montacutus aduocatus regius
multa contra me commentus eſt, parcat illi Deus.*
Addidit denique preces pro rege quæſtuoſiſſi-
B mas, animamque magnam tot, & tam atroci-
bus iniuriis, interclusâ vitalis ſpiritus viâ, in ve-
ram abſolutamque filiorum Dei emiſit liberta-
tem. O voces incomparabiles ex Chriſti Do-
mini hauſtas imitatione! Nihil hic certe cui-
quam debuit, qui inimicis omnibus bene pre-
cando, rationes item omnes impleuit charita-
tis. Non abſimile in hac eadem philoſophia cō-
ſilium tenuiſſe viſus eſt Ioannes Payuius ſacer- Ioannes Payuius.
dos Anglus. Afflixerat hominem & ſolenni
mendacio iudicibus ad Sacerdotis Catholici
damnationem incumbentibus, anſam, quam
arriperent, dederat viliſſimus è periuro grege
teſtis, & quæ Payuij erat innocentia, ſolus,
nam alterum qui adeo fœdè mentiri auderet, in
C illa falſorum iudiciorum ſchola hæreſis non
potuit excitaſſe. Feralem currum aſcenderat
Payuius inſertoque in laqueum collo, iam deii-
ciendus, magno quodam animi ſenſu, verbis ar-
denti à charitate, & vicina morte potentibus
Deum inſtitit precari, hominem illum, qui ſup-
plicio adſtare non erubeſcebat, ſua dignari gra-
tia vellet, ac demum gloria ſempiterna donare.
Itaque homini, à quo nihil ſceleratius in hac
vita potuit experiri, exæquata cum alterius
odio, amoris ſui lance, qua nihil melius homi-
ni eſſe poteſt, felicitatem exoptauit. Licet vero
ſana rerum æſtimatione, nihil maius dari poſ-
ſit, quam quod Payuius precabatur, neſcio ta-
men quid cum immani Geuſiorum rabie, Gui-
D lielmi Goudani ex ordine Minorum, in oppido Guilielm. Goudan.
S. Gertrudis comparata virtus, luminis ac ſplen-
doris illi attulerit, dum ſupremis ſcalarum gra-
dibus inſiſtentem vexare, ac de tuendæ fidei
conſtantia dimouere conati ſunt Hæreticorum
anteſignani; ſed fruſtra, eorum namque auda-
ciam indignatus Guilielmus, longè à ſe faceſſe-
re iuſſit & tantum non expuliſſe viſus eſt. Ve-
rum ne feruidioris fidei libertatem, iræ aut do-
loris impotentiam quis interpretaretur, eodem
in veſtigio ad Deum conuerſus, pro eorum
omnium ſalute, magno cum affectu in ea verba
precatus eſt: *Domine ignoſce illis, quia neſciunt quid
faciunt.* Sed vt pantheras muſicis modis in ra-
biem agi legimus, ſic impij lictores improbo &
crudeli

crudeli cum cachinno: *imò vero nos maximè ſcimus, te enim, velis nolis, ſtrangulamus.* Et ſimul quod dicunt, peragunt ſtrennè; ſed quid iuuat impiè acutos eſſe? ſpiritum eripere potuiſtis, charitatem nouo homini non eliſiſtis; eadem enim repetens atque immurmurans verba triumphator exceſſit, tam certus ille præclarè ſecum agi, quam vos crudeliter ſtolidi, qui hominem eliſis poſt reliqua cruciamenta faucibus, in requiem ac felicitatem nolentes emiſiſtis.

Venio ad fructum, quem fortaſſe quiſpiam ad vitæ hanc nouitatem ſtrenuè conſectandam, requirat: nec male id quidé, aut, meâ ſententiâ, imprudenter, neſcio enim quo robore, curſuſque alacritate nouus homo concitetur, quoties vel cæleſtis brauij, magnique palmarij teſſera aures impleuit, accipiat itaque, quiſquis is fuerit ex Seraphino Razio probæ notæ Hiſtorico, quod ille ex Simone Bertio Doctore Theologo in hanc rem litteris conſignauit: Nobilis, inquit, viri cuiuſdam fratrem alter occiderat Florentiæ, cumque ſe manus illius effugere poſſe diffideret, à quo viciſſim ad mortem ſtudioſiſſimè quærebatur, ſextam maioris Hebdomadæ feriam, bono auſpicio aucupatus, ad eum, cingulo è collo ſuſpenſo aduolat, veniamque ſibi ob eius amorem flagitat, qui die illo, ad communem hominum ſalutem in cruce pendens pro inimicis precatus eſt, dicens: *Pater dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Quid agat vir nobilis? hoc verbo audito commotior, in amplexum homicidæ proruens, oſculatuſque exclamat: vade in pace, mi frater: Deus tibi dimittat in cælis, ſicut ego hodie tibi dimitto in terris. Magna vox! Sed audite mercedem; quam illi nocte ſubſequenti Deus ipſe manifeſta in luce apparens attulit, dicens: *quoniam heſterna die amore mei condonaſti inimico tuo, noueris me animam fratris tui occiſi, hac hora purgantibus flammis exemiſſe, & inſuper animam Patris tui antè mortui ex eiſdem pænis liberaſſe, quin etiam teipſum in octauum diem inuito, vt hiſce vitæ periculis expeditus, mecum gloria frui occipias ſempiterna.* Stetitque verbis fides, die octauo omnibus Eccleſiæ ſubſidiis probè munitus, ad feliciorem cum Christo vitam perpetuò ducendam lætus commigrauit. *In horto Hiſtor. titul. de dilect. Inimicorum.*

B. Engelb.

Sed nec vita ſola eſt quæ de eiuſmodi tribulis ficos colligat, eſt & mors quæ ſimili fruge ditatur, cuius mihi locuples teſtis eſt *B. Engelbertus* Colonienſium Præſul, quem dum Fredericus Comes Iſenburgicus immiſſo ſatellite multis plagis vulneraſſet, iſque iam moriturus ſuo in ſanguine volutaretur, percuſſoribus ſuis medullitus ignouit, dicens: *Pater ignoſce illis*, propter quem ſermonem non ſolum anima eius ſubito ab Angelis ſuſcepta; inter choros martyrum collocata eſt, ſed & ipſe tam potens effectus apud altiſſimum, vt non negetur ei, quidquid ab illo quis petierit, innumeraque patrarit miracula. A *Cæſarius l. 2. c. 16.* vbi admiranda meminit reuelationis, quæ ad hanc rem ſpectat.

Sed quid ego illa diuina atque immortalia virorum decora commemorem, mulieribus tacitis aut prætermiſſis: eſto non polleant iſtæ tanto naturæ robore, quanto illi inſtructi ſunt, non minoribus tamen cæleſtis gratiæ auxiliis muniri ſubinde nouimus, quibus non tantum viris ſæpè comparari, ſed & iiſdem inſigniter queant anteferri.

S. Eliſabeth.

Teſtis ſit illuſtriſſima Haſſiæ Princeps, eademque Regis Hungariæ filia S. Eliſabetha, quam die quadam in hæc verba Deum oraſſe accepimus, vt omnes ac ſingulos, qui eam poſt B mariti obitum, iniuria aliqua affeciſſent, & quales ac quantæ, proh Deum immortalem! iſtæ fuerant? ſingulari aliquo beneficio afficeret, vt iniuriæ beneficium reſponderet: Quare diuinum ad eam factum reſponſum eſt; nunquam eam orationibus ſuis ſic Deo placuiſſe, ac tunc, pro ea autem oratione, vniuerſorum peccatorum remiſſionem illi conceſſam eſſe. *Iacob. Montanus in Vita M. Auila ep. 8.*

Margarita Auſtriaca.

Et quiſquam, adhuc Sereniſſimam Hiſpaniarum Reginam Margaritam Auſtriacam Philippi tertij coniugem damnet, vberrimis perfundi lachrymis ſolitam, quoties orationem dominicam legendo percurreret? quamnam autem C perennis huius fletus cauſam dixerimus? eam ſcilicet quam illa magno animi ſui candore aliquando aperuit: pudefactam ſe oppidò, quoties hæc verba, *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, pronuntiaret, cum nihil haberet quod ipſa remitteret. Norat certè religioſiſſima princeps, ac vitæ nouæ candidata femina quantum beatitatis ac gaudij in hac inimicorum dilectione ſitum ſit, cuius iacturam non minore impenſa, quam lachrymis cupiebat eſſe teſtatam. *In Vita l. 2. c. 13.*

Matt. 6. 12.

Matrona Sicula.

Annus à Virginis partu fluebat ſupra milleſimum quingenteſimum octogeſimus quartus, cum Drepani in Sicilia mulieris cuiuſdam filius necatus, matri luctum fecit non explicandum, quæ tamen ne iras quidem aduerſus percuſſorem, odiumue ſuſcepit, neque vlla fuit co- D hortatione placanda. Filius erat vnigena, ſine quo vitam acerbam ſibi atque iniucundam exiſtimauerat ſemper: ſed non potuit hac frui iucunditate diutius: miſerè enim ille ab inimicis interfectus fuit, illatumque exanime corpus in maternas ædes, recenti cruore oblitum, fædiſſimis vulneribus deformatum; ſpectaculum ſane atrox, quod lachrymas non modo ei, quæ genuit, ſed ipſis etiam barbaris extorſiſſet. Illa tamen tam diro aſpectu laceſſita, nullis eiulatibus, angoribuſque ſe dedit, neque imitata eſt plangores inutiles feminarum; naturam vicit fortiter, & præſtantiſſimum vltionis genus rata, iniurias beneficiis remunerari, pro eo qui filium abſtulerat, Deum ſupplex orauit. Non implora-

uit

uit Iudicum ſubſellia, non conquiri auctorem facinoris voluit: ad vnum omnium æquiſſimum iudicem adiit, qui iniurioſorum vindictam ſibi reſeruat: non quidem vt auctorem cædis ad pœnam, ſuppliciumque depoſceret, ſed vt impunitatem ei precaretur & veniam. Annales Societatis Prouinciæ Siculæ.

Matrona Hiſpana.

Geminum eſt quod *Ioannes Oſorius* magnus ille quondam in Hiſpania bene dicendi magiſter, ſcriptum reliquit: Vidua erat, vnicum habens filium, illuſtrem illum & multarum opum hæredem, hunc occidit inimicus eius, & continuo ſe abſcondit. Cumque à prætore quæreretur ad necem, nouit occiſi filij mater, eo prætorem contendere, vbi ſe ille abdiderat, cum ecce in corde etiam materno tantum valuit Dei dilectio, Chriſtique imitatio, vt decreuerit filij occiſorem liberare, quod & fecit, mittens ei equum & pecuniam, ſuadens fugam. Quod cũ feciſſet, ingreſſa eſt oratorium ſuum & pro filij anima orauit. Oranti adſtitit filius, admirabili luce fulgidus ſic matrem allocutus: *cum inimico peperciſti, & pro me oraſti, mater mea vere effecta es, pluſquam cum me genuiſti. Inſigni enim tua charitate & oratione à Deo obtinuiſti veniam omnium meorum peccatorum, & indulgentiam conſecutus ſum multorum annorum, qui mihi reſtabant in purgatorio exoluendi.* Atque ita è matris oculis in cælum aſcendit. Tomo 1. Conc. ſer. 6. poſt Cineres. Illuſtris ſanè virtus vbicunque reperiatur, in femina autem ob animi infirmitatem multo illuſtrior. Certè, quæ ita agit, arbor dicenda fructus habens vbernmos, in quam ſi lapides iacias, aut fuſtibus ramos eius concutias, pro iniuria fructus ad te demittit ampliſſimos.

Margarita Dominicana.

Atque ita legere eſt in chronicis S. Dominici de quadam ordinis eius ſanctimoniali, cui nomen Margarita erat, quæ cum ab aliqua læderetur, ſtatim ad orandum pro ea conferre ſe ſolita erat, adeo vt in prouerbiũ abierit apud Moniales, ſi quis Margaritæ exoptet orationes, lædere eam debeat, aut diuexare.

Matrona Neapolitana.

Quia vero de Roſis ac floribus recens lectis ſuauior, gratiorque odor exhalat, ad quod nuperrimè, anno ſc. 1651. Neapolitanum regnum obſtupuit, breuiter ſic habe. Nobilis femina ex illuſtri genere oriunda vrbis ſuæ Princeps ac Domina fratrem habebat cariſſimum, quem alius quiſpiam feruente iracundia necârat: necem hanc illa obliuioni tradere non poterat, quia nolebat, die noctuque vindictam ſpirabat, iam diris omnibus interfectorem deuouebat, iam dæmone in auxilium aduocato diſcerpere ſe eum poſſe ſperabat. In ſumma, quidquid non poterat imbecillis, optabat irata. A templis, vno exiguo ſacello excepto, abſtinebat, lacrymis, ſuſpiriis, ac geminibus aſſiduis præda dolori facta, vni demens vindictæ incumbebat, vt ne plateam quidem in qua alter habitauerat, ingredi ſuſtineret: vſque adeo verum eſt, quod dici ſolet, vindictæ genium Cruciamentũ eſſe. Interim percuſſor tentare omnia, quæ paci conciliandæ ſubſeruire poſſent ſummos impendere & infimos, offerre quæuis, ſed fruſtra omnia, nullius cedere auctoritati certa, conſiliumue admittere, ſe tempori curandam dare femina propoſuerat, ſed quo veterior, eo magis vindictæ cupido inualeſcebat, tantaſque in eius animo radices egerat, vt quoties de criminis venia ac condonatione loqui inciperet, toto corpore commoueretur, æſtuque febrili incenderetur non leui, vnde fiebat omne id quod eam diſponere ad pacem deberet, non magis inutile reddi quam dãnoſum.

Talis omnino erat hæc Princeps, cum eam vnius è Societate Ieſu dicentis vox ita commouit, vt Chriſti exemplum ſequi certiſſima, ſuique erroris pertæſa, nec lacrymas continere poſſet, nec vocem, qua publice remittere ſe iniuriam ac cædem, veniamque ob ſcandalum datum petere ſe proclamaret, nec his contenta, ſurrexit illico de loco, & per confertam multitudinem vadit ad alterum fratrem ſuam Militiæ ducem iſtic præſentem, quocum ad Concionatorem pergens, eique ad genua accidens ignoſcere ſe ait interfectori fratris ſui, quem inſuper in locum occiſi accipere ſe, Crucifixum amplexa, proteſtabatur. Neque hic finis: Concionatorem die inſcquenti ad aliam Eccleſiam inuitauit, vbi coram Magiſtratu, aliiſque præſentibus re tota legitimis monumentis tradita, remiſſionem ſolidè confirmauit.

Ita viuunt, ita degunt, qui vitæ nouitatem, quæ in Chriſto Ieſu eſt, æmulantur.

Scipio Paoluccius in Miſſ. Neapol. anni 1651.

CAPVT SECVNDVM.

De vita ſtatione abiturus, rebus omnibus, quantumuis chariſſimis, vltrò ſe Chriſtus exſpoliat, dum Matrem inprimis diſcipulo tranſcribit.

Qui ſuos nimis diligit, non ſatis diligit.

Sicut egreſſus es nudus de vtero matris tuæ, ſic reuerteris, & nihil auferes tecum de labore tuo. Eccle. 5. 14.

Cum vidiſſet Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus, deinde dicit diſcipulo: ecce mater tua. Ioann. 19. 26.

IAm dulciſſima libertate ſua, quã à cæleſti Patre mitiſſimus Ieſus acceperat, ſe volens abdicârat, iam corpus quod à Virgine matre traxerat nocentium manibus tradiderat, quibus acerbiſſime Cruci affixus, ne terræ quidem tantum poſſido-

poſſidebat, quantum veſtigio premeret: diſcipuli fugerant, veſtes, quod vnum ſibi patrimonium à matre ſupererat, milites ſorte diuiſerant, vnicus ille è fuga redux, iam metu poſito factus audacior diſcipulus, vnà cum Matre ad Crucem acceſſerat, quos vt vidit, ſupremis teſtamenti tabulis ſe quoque & his exuere cupiens, matri diſcipulum, ac diſcipulo matrem conſignat, *mulier* inquit, *ecce filius tuus*, ac deinde ad diſcipulum conuerſus, quam poſtremo abdicaſſe oportuit, *ecce mater tua.*

An virginem inter & Ioannem phyſica relatio ex verbis Chriſti ſurrexerit?

Non deſunt qui hæc Domini verba in Virgine, ac Ioanne relationes quaſdam phyſicas, ac reales, matris ſcilicet in Virgine, filij autem in Ioanne, produxiſſe velint, cuiuſmodi fuiſſe dicuntur Bonetus, & Franciſcus de Maitonis, B contra quos ſcripſiſſe legitur Ioannes Tinctorius S. Theologiæ in gymnaſio Colonienſi Profeſſor: Et rectè id quidem: nullas vtique hic phyſicas relationes effeciſſe verba Chriſti in Virgine, & Ioanne certum eſt, neque enim illa ſignificāt Virginem eſſe Matrem naturalem Ioannis, aut Ioannem filium naturalem illius; ſed Virginem loco matris datam eſſe Ioanni, Ioannem verò in locum Chriſti ſuffectum, non enim poſſunt relationes abſque fundamento poſito inſeri, quod tam in Virgine, quàm in Ioanne defuiſſe indubium eſt. Facta eſt igitur Virgo mater Ioannis affectu, & cura, factus eſt Ioannes filius Virginis obſequio & dilectione, quod clarè expreſſiſſe viſus eſt Arnoldus Carnotenſis his C verbis: *vices filij naturalis, filius accepit adoptiuus, & transfunditur in miniſtrum filialis affectus, formaturque & firmatur in ambobus pietatis vnicæ gratus concorſque complexus, non ex traduce naturæ, ſed ex munere gratiæ.*

Arnoldus Carnotenſ.

Diſcipulo itaque cum Matre, duobus ſcilicet illis cariſſimis, dulciſſimiſque pignoribus à ſe abdicatis, inops totus ac liber, nihil iam, quod iter ſuū tantulocunque remorari poſſet aſſeruans, ad exitum comparare ſe pro virium imbecillitate contendit: quare permagni ſemper habitus apud omnes hic exitus fuit, eos præſertim, qui vitæ veteris deterſa caligine, ſplendorem nouæ, lucemque dilexerunt: nec immeritò id quidem, D cum enim ſuprema hic alea ancipiti ſane caſu iaci ſoleat, in quo tantum reſideat momenti: quis eſt qui non videat, planeque intelligat, quā liberum hic, nulliſque implexum ſolicitudinibus ac curis hominem deſideret, qui eo temporis puncto, cum tota æternitate decertat, ſed de hoc infra fuſius. Non hoc quidem præſidio indigebat Chriſtus, cui nulla timenda erat ab gerendo negotio peregrinantis animi auerſio, impedimenta nulla ſubuerenda; ſed qui hactenus ſaluti omnium quà dictis, quà factis ſtuduerat, nec poſtremo quidem hoc actu deſeruiſſe hominem videri voluit, aut abdicaſſe: nudus, inops, ac pauper ad formidabilem hunc traiectum accēdere voluit, vt innoxij tranſitus viam in ſe

A hominibus aperiret, quos poſſeſſa huius vitæ bona, carnis ac ſanguinis adſtricta vinculo detinent, nec quo eundum eſt, quietos abire permittunt.

Præiuiſſe igitur exemplo voluit, quod nouus homo non ſegniter imitatus opes, veſtes, fundos, imperium, atque amicos in eam horam abdicare non refugeret, quibus haud parum aſſolent homines in hac tranſmiſſione præpediri: eſt namque id tempus eius conditionis ac nexus, vt totum atque integrum, non vero diuiſum, partitumque hominem deſideret, neque vllius rei creatæ viſco ſegniter illigatum, ſatis enim ſuperque multa nos vndique tunc mala circumſtant, vel quibus nos ſtygius ve-B terator eo tempore affligit, *conſiderans* namque teſte S. Gregorio l. 14. moral. *quod iuxta ſit, vt licentiam nequiſſimæ libertatis amittat, quantum breuitate temporis anguſtatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur.* Nullus ſiquidem pernicior hoſtis eſt, teſte Seneca, quam, quem audacem anguſtiæ faciunt, de quo nos monuiſſe viſus eſt S. Ioan. Apocal. 12, cum dixit: *deſcendit ad vos diabolus habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet*: vel quibus naturæ infirmitas, tùm propter inſtantem animæ à corpore ſeparationem, tùm propter aſperrimos carnis dolores impetere nos ſolet, vt neutiquam conſultum eſſe videatur, noua tædia, moleſtiaſque accerſere, vno hoc, præcipuoque conſilio C firmiter decreto, ad omnium ſæculorum negotium tranquilla mente, liberoque animo eſſe accedendum, quod hic fiet, ſi cura temporalium opportunè abdicata, quam de liberis, familiâ, bonis, Ordine, ac ſtatu hactenus aluiſti, dimiſsâ, totus in rem præſentem incumbas: ad quod, iuuerit Ioannem Gerſonem tomo 2. tract. de teſtamento, conſideratione 3 non oſcitanter audiuiſſe, vbi ſcribit in hæc verba: *Vigilans ſeruus licet principaliter intendere debeat de Spiritu ſuo, & de corpore plus quam de exteriori poſſeſſione; nihilominus exterioris poſſeſſionis diſpoſitio, multum facit ad hoc, quod ſpiritus redeat liber ad dominum qui dedit illum: Sic etiam dixiſſe fertur tem-D pore noſtro quidam nobilis moriens, qui poſtquam interrogauit, ſi temporalia ſua fuerant omnia bene diſpoſita ſoluendis: & reſponſum eſſet, ita eſſe: Conuerſus ad Dominum, dixit: Ecce domine ſum poſitus extra manus hominum, in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

S. Gregor.

Apocal. 12.

Ioan. Gerſon.

Beatum hominem qui ſic ſapit! & vitæ nouæ dignitatem æmulatus, nulla eam priſtinæ vetuſtatis labe concludit, ſed ea, quæ retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora ſe liber ac quietus extendit, cumque aſſiduè, quamdiu viuere licuit, ſecundum iſtud, quod ſibi in monte exemplar monſtratum fuerat à Chriſto, feciſſe ſtuduerit, idem & in morte, abſolutiſſima quadam religione ſatagit obſeruare.

Laudemus itaque viros glorioſos, & parentes noſtros,

ſtros in generatione ſua. Homines magnos in virtute & prudentia ſua præditos, pulchritudinis ſtudium habentes, ſapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Eccleſia. Eccli. 44.

Matathias. Quorum primus ſit Matathias ſacerdos, qui ſolus ſe Antiochi Epiphanis furori oppoſuit, ac moriturus filios ſuos quinque, Simeonis, natu maximi fratris conſilio tradidit, & Iudæ Machabæi virtuti commendauit. *1. Machab. 2. Ioſephus lib. 12. cap. 7.*

S. Otho. Alter ſit B. Otho Bambergenſis Epiſcopus, qui ſupremam ſibi horam immioere proſpiciens, Principi Apoſtolorum, inquit, res à Deo mihi donatas afferri deſidero, deinde ad amicos conuerſus, dilectionem veſtram, inquit, B ſummo Paſtori, qui vos mihi aſſignare dignatus eſt commendo, ipſe vos integros mihi reſtituat in requie claritatis æternæ. *Iacobus Gretſerus l. 4. vitæ eius cap. 4.*

S. Heribertus. Talis & S. Heribertus Colonienſium Archiepiſcopus fuit, qui migraturus ad Deum omnia ſua largiri pauperibus iuſſit, reſidebat autem ad lectuli caput frater ſuus Comes, nomine Geremannus, hunc Deo Conſiliario optimo, & conſolatori commendans pſallere cœpit, ac tandem placidè exſpirauit. *Baronius Annal. tomo 11. ex Rupert.*

Nec ſolos hac ſapientia polluiſſe ſacratos Deo homines credendum eſt, fuere & alij, neque illi pauci aut rari, qui communi viuendi ratione ætatem degentes, ad Chriſtiani tranſitus C normam finem ſuum nõ infeliciter exegerunt, & talis quidem Eberhardus Dux Witenbergicus quondam in Saxonia fuit, qui infirmitate correptus, cum exoptatam ſibi imminere mortem agnoſceret, Curiæ primates viros, quid patriæ, quid ſuæ cuiuſque dignitati deberent, commonitos à ſe dimiſit: vxori deinde, graui eam oratione ſolatus, valedixit. Quibus finitis cum de ſæculi negotiis à nonnullis interpellaretur, audire ſe velle reſpondit ſermonem, quo & fides confirmari & ſpes accendi & charitas inflammari poſſet, deſertas eſſe iam à ſe mundi curas, vnicam diuinitatem modo agitari. *Nauclerus in Chronico ad an. 1496.*

Eberhard. VVittenbergicus.

Carolus V. Imperat. Sed quis de Carolo Quinto taceat, cui pares, D vt paucos aliquos olim orbis viderit, vltimis hiſce ſæculis neminem habuit? Regnis par fuit dum imperauit, maior, cum abdicauit: didicit longo regnandi vſu in ſchola victoriarũ, ac triumphorũ humana omnia infra hominis faſtigium iacere, ac generoſo proinde faſtidio omnibus eſſe repudianda, vt liberior ſpiritus ad Deũ proficiſcatur, quod ipſe anno vitæ & ſæculi ſui quinquageſimo quinto, annis 3 ante mortem conſequi cœpit, cum adminiſtratione Reipub. ſe ſponte ſubmouit, ac Bruxellæ regna in filium Philippum iam validum æui & animi reiecit, ſummo exinde ſtudio à Germanis principibus Septemuiris poſtulaturus, vt ſe Romani Imperij faſces deponere atque in Ferdinandum Fratrem transferre paterentur, quod denique ſeptennio elapſo, poſtquam de tranſlatione agere cœperat die natalis ſui feliciſſime impetrauit: quare ſola iam Equeſtris dignitatis gloria ſeptum ſe animaduertens, torquem ornamenti Galliei teſſeram Francorum Regi Henrico, per Bellencurtium Velleris aurei Fæcialem remiſit, ac mox in Hiſpaniam ſeceſſit, atque in D. Iuſti aſceterium, quod ab Hieronymitanis ſodalibus incolitur, ſeptimo à Placentia milliari ſe abdidit, Deo, ſalutique ſuæ vacaturus, duodecim tantum ſamiliaribus reſeruatis, præter quos nemo alius neque ephæbus, neque ſatelles, neque ſpatharius ibi reperiebatur: continebat autem hic eo modo ſe Carolus, vt diuinis cogitationibus in ſolitudine quam optimè vacaret, magna vitæ continentia, magna morum temperantia, magna cibi vinique abſtinentia, ſi vnquam aliàs, ad exitum ſe continuo diſponens. Ad colloquium admittebat ferè nullos.

Reginam Eleonoram ac Reginam Mariam, illam Gallicam, hanc Pannonicam ſorores ſuas initio abs ſe dimiſerat, vt tanto liberior diuinis rebus vacaret. Interdixit autem, alter ſe quam Carolum appellari, Cæſaris atque Auguſti illa nomina cum rebus animo exuens, & totum hoc honorari cõtemnens. *Guiliel. Zenocarus lib. 5. Vitæ.*

Ferdinand. Caſtellæ Rex. Nec procul hinc ante diſceſſiſſe viſus fuerat Sereniſſimus Ferdinandus Caſtellæ & Legionis Rex, qui naturæ vires deficere paulatim animaduertens, aduocatis ad ſe Epiſcopis regni ſui, vnà cum eis ad Eccleſiam ornatu regio deferri voluit, quo eum perueniſſet, fixis ad altare genibus, coram Sanctorum Iſidori & Vincentij Lipſanis, clara voce Dominum alloqui cœpit: Regnum inquiens quod te donante accepi, & quamdiu liberæ tuæ voluntati placuit, rexi, ecce reddo tibi. Et hæc dicens exuit regalem chlamydem, qua corpus induebatur, depoſuit & gemmeam coronam, qua caput ambiebatur, atque cum lachrymis ſolo proſtratus, pro delictorum venia Dominum attentius exorabat, donec tandem poſt biduum in ſenectute bona dierum plenus ad Dominum migraret. *Ita Cæſar Card. Baronius tomo 11. an. 1055. 61.*

Lucretia Alciata. Priores hoſce ſubſequens matrona quædam nobilis, atque illuſtrium virtutum Heroina, hominibus nuper ſuſpicienda, Deoque cariſſima æmulata eſt Lucretia nomine, Philippo Alciato Placentino prognata & viro nobiliſſimo Comiti Horatio Scotto matrimonio iuncta, quæ poſteaquam alterum & trigeſimum ætatis annum omni ſanctimoniæ laude mirificè cumulaſſet, acceſſit tandem ad optatiſſimum illud tempus, quo de imminenti morte certior facta eſt, ad quam illa denuntiationem, immenſis Deo gratijs actis, rebuſque omnibus, amicis etiam ac filiis ſibi vnice charis nuotium remiſit, quos etiam aditu cubiculi voluit prohiberi, vna

vni

vni Deo vacatura, quo tempore ſacerdotem (A) diu, noctuque ſibi aſſidere voluit, cum quo ſuauiſſima de rebus diuinis colloquia miſceret, crebertime autem illi erant in ore breues illæ orationes, quas iaculatorias vocant, è ſacris literis depromptæ, quibus, mente curarum ſtrepitu expedita, ſe donec viuere deſineret, feliciſſimè occupabat. *Annales Soc. Prouinciæ Venetæ an.* 1606.

Zacharias Senonenſis Epiſc. fundat monaſterium Virginum ſub clientela S. Ioan. Euāg.

Sed & aliud eſt non vulgare, quod ſibi nouus homo præterea ſeligat hic imitandum, cum memor Domini Saluatoris, qui moriens Virginem matrem Ioanni Virgini, diſcipuloq; prædilecto commendauit, ad eiuſdem honorem ac gloriam Parthenonem aliquem ſuis ſumptibus inſtituit ac vectigalibus dotat, vti feciſſe Za- (B) chariam Senonenſium Antiſtitem auctor eſt Andreas Sauſſæus in martyrol. Gallicano ad 27. Decemb. qui moriens inſignem Baſilicam, quam ſub Ioannis veneranda nuncupatione extruxerat, virgines ſacras collocauit, quæ ſub clientela eiuſdem S. Ioannis virginitatis profeſſoris, & cuſtodis, caſti famulatus Chriſto Virginum ſponſo obſequia ſua iugiter deferrent.

Robertus de Arbricello fundat ordinem Fontis Ebraldi in honorem Deiparæ & S. Ioannis.

Nec alia mente præditus fuit Robertus de Arbricello, qui Ordinem fontis Ebrardi, archimonaſteriumque in agro Pictauienſi fundauit: etenim in honorem Deiparæ Virginis, & S. Ioannis miniſtri eius præclarum hunc cætum ſtuduit conſecrare, ratus ſub virginalibus auſpiciis virgines vtriuſque ſexus, caſtitatis vota congruè (C) profiteri, cum feminæ in Maria, viri in Ioanne, perfectæ puritatis ſpeculum habeant præclarum, eiuſdemque in eiſdem ſingulare præſidium viciſſim ſortiantur. Reſpexit autē maxime vit pius ad Chriſti Domini teſtamentum, qui matris obſequiis Ioannem dilectiſſimum ſui vice mancipauit. Qua ex forma voluit præfatus auctor huius ordinis, vt aſcetæ maſculi, præfectæ Sacrarum Virginum ipſius inſtituti ſubeſſent, Virginibuſque in omni pietatis officio famularentur. At viciſſim Abbatiſſa quæ locum Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ in eo ordine obtinet, eos, vt illa Ioannem, materna dilectione exciperet, ac non, vti ſeruos haberet, ſed vt filios chariſſimos omni pietatis affectu (D) proſequeretur. *Andreas Sauſſæus dicto loco.*

Quæ fortaſſe & cauſſa fuit, cur S. Birgitta nouum ordinem in patria ſua inſtituens tam feminarum quam virorum, hos tamen Abbatiſſæ Ordinisæque ac feminas voluerit eſſe ſubiectas, iuxta regulam ex ore Chriſti dictantis acceptam. *Spondanus ad An.* 1370.

CAPVT TERTIVM.

Defectus omnibus, etiam à Patre cæleſti, qui ſolus ſupereſſe poterat, ac quaſi debuerat, derelinqui ſe aperit, ſuffertque heroicè Filius Dei: beatius ſic eſſe demonſtrans, omni carere ſenſibili conſolatione, quam ea abundare.

Non eſt in carendo difficultas, niſi cum eſt in amando cupiditas.

Sto, & non reſpicis, clamo & non exaudis, mutatus es mihi in crudelem. Iob 30. 21.

Eli, Eli lamma ſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Matth. 27. 46. — Matth. 27. 46.

IAm rerum vniuerſitas eum, quem hominum genus exuerat ſenſum pietatis induerat, cum meridianis tenebris flebiliter atrata, trium ſpatio horarum ſui luxit iniurias Conditoris: ſiluerat ille toto illo tempore, pſalmis & orationibus intentus, luce reddita circa horam nonam, & ipſe loqui cœpit: *heli, heli, voce magna inclamans, lamma ſabacthani?* quod eſt interpretatum, *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me?* — Matth. 27. 46.

Non fuiſſe hæc puſilli animi ſuſpiria, neque abiecti deliquía, ſed plena fortitudinis & magnanimitatis ſigna, ac notas, tum perſonæ ſtatus atque conditio, tum ipſamet Ratio loquebatur. Spectabat namque ad diuinam eius prouidentiam, non magna ſolum agere, ſed eadem mundo teſtata facere: quantum enim doloris, atque pœnarum corpore ſuſtuliſſet, tùm ſpecies eius externa, tum hoſtium furor abunde teſtabantur: quas verò ærumnas, quamque acerbas animo pateretur, nemo poterat arbitrari; quare vt id mundo teſtatum faceret, in has voces erupit: exiſtimare potuiſſet aliquis eum inter acerbiſſima illa cruciamenta, magnis à Deo ſolatiis perfuſum, & ſpiritualibus voluptatibus recreatum, ita vt, vel non ſentiret dolores, vel ſaltem eorum acrimoniam cæleſti dulcedine ſibi propinata temperaret, quod vt effugeret iudicium, *quare inquit ad Patrem dereliquiſti me.* Vbi verbum illud, *quare*, S. Cyrillus lib. de recta fide ad Reginas, non interrogantis quod ignorat, ſed gementis & dolentis quod ſentit, vocem explanat. Hactenus quidem flagris conciſus, ſpinis compunctus, in Crucem ſuffixus, ſcopus vnus fuerat ac certus, in quem ſannionum omnium, lurconumque dicteria, linguæque aſpidum, deteriores incurrerent, & obmutuerat Chriſtus, non de Iudæis queſtus, qui accuſarant, non de Pilato qui ſententiam mortis tulerat, non de ſatellitibus qui crucifixerant, & flagellarant; vnam

S. Cyrillus.

hanc derelictionem voluit manifeſtare, non A ſecus atque ęger aliquis; cui exſecando chirurgus manum admouit, ſilere, nec queri ſolet, vſque dum viuum tangat: tunc enimuero ille ſe contrahere, eiulare & gemere: Ita Chriſtus prioribus ſupplicijs afflictus, nec de ſpinis, nec flagris queri auditus, donec cæleſtis pater ſuam ei opem, ſolatiumque ſubtraheret, quando omni ſilentio poſtpoſito, voce magna velut parturiens exclamauit: quaſi diceret, *ſaluum me fac* Pſal.68.2. *Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam:* in alijs, tribulationum aquæ non niſi ad corpus penetrârant, hîc vero animam omni adminiculo deſtitutam inuaſerant, ac tantum non demergebant. B

Fieri amat ſubinde, vt, qui naufragium in mari facit, ac medias in vndas effunditur, tabulam aliquam arripiat, vel certè fundum teneat cuius ope periculum euadat: ſed hic Chriſtus dolorum fluctibus abſorptus, nihil, quo ſe tutaretur inuenit, vt dicere cum propheta potuerit: *veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia,* ſiue, vt legit Symmachus, *non eſt, vbi* Pſal.68.3. *queam ſubſiſtere, qui conſolaretur, non inueni.* pſal.68. Matth.27.46. *Vt quid dereliquiſti me?*

Mirum eſt, quam verba hæc multis & intellectu difficilia & creditu viſa ſunt ardua ac moleſta: præſertim cum dilectum magiſtro diſci- C pulum audirent non iam ſuo, ſed illius ore lo- Ioan.16.32. quentem: *Ecce venit hora vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum derelinquatis, ſed non ſum ego ſolus, quia Pater mecum eſt.* c.16. Et alij: *pater in me manens, ipſe facit opera.* Paulum præ- 2.Cor.5. terea Doctorem gentium 2.Corinth.5. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.*

Vbi Apoſtoli Chriſtum Deo vnitum, hîc vero ab eodem derelictum ferunt: nouum hoc, at iſtud ſæpius ante decantatum. Si vnus cum *Quomodo Chriſtus à Patre derelictus.* Patre, quomodo derelictus? Durus nodus quis ſoluet? qui Chriſtum Ieſum non vno, ſed quinque diuerſis modis cæleſti patri ſuo coniunctũ intelligi poſſe, non ignorat,

Prima Coniunctio eſt naturalis & æterna perſonæ Patris cum perſona filij in eſſentia vna D & eadem.

Secunda eſt naturæ diuinæ cum natura humana in perſona filij.

Tertia eſt gratiæ & voluntatis, erat enim Chriſtus homo plenus gratiæ & veritatis.

Quarta eſt gloriæ, vidit enim anima Chriſti, Deum ab ipſa Conceptione.

Quinta & poſtrema eſt protectionis, de qua Ioan.8.29. ipſe Ioan.8. *qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum.*

Quatuor priores inſeparabiles, & perpetuæ erant, neque iuxta vllam earum poterat à Patre ſuo derelinqui, quinta, ſola atque vnica fuit, qua hîc ad breue temporis ſpatium ab eo deſertus, opus redemptionis noſtræ abſoluit.

Poterat quidem Deus Pater aliâ idipſum viâ peragere, ſed placuit illi, placuit filio, placuit Sp. ſancto ad commune exſequendum decretum permittere, vt vis humana in Chriſtũ præualeret, eiuſque caro acerbiſſimis doloribus, abſque vlla conſolatione, ſubiaceret, quod vt certius conſequeretur in puris naturalibus ſenſibilem Chriſti partem dereliquit Deus, torrentes vero ac riuulos æternæ voluptatis ſic cohibuit, vt in cordis regionem, quomodo antea ſolebant, non influerent, amouendo ab eius mente & cogitatione rationabili longius omnia gaudij obiecta, à voluntate inferiori omnem dulcedinis & ſolarij materiam ablegando; contra vero omnigenas afflictiones, & anguſtias accerſendo: adeo vt ſicut aquæ Iordanis ad Iſraelitici populi tranſitum supernè intumuerunt, ſtilla nulla infernè defluente; ita beatitudinis torrens miraculosè ſteterit in ſuperiore parte animæ Chriſti, prorſus vt neque inferiorem eius portionem, neque corpus irrigaret, quod præclare his verbis expreſſit Hugo à S. Hugo Victorinus. Victore, dum prædicta verba explanat: *non autem,* inquiens, *reliquit, quia præſentiam non abſtulit; protectionem ſubtraxit, ſed non ſeparauit vnionem.*

Mox elegans annectit exemplum: *tu mecum pergis, ſimul ambulamus: ſecutus ſum te, quaſi amicum meum mecum habens: venit hoſtis meus me vulnerans, tu me plagari cernens nihil moueris, non curam mea vulnera bene dico tibi,* vt quid me dereliquiſti: *adhuc ſtas iuxta me, & cauſor te receſſiſſe à me: iuxta es loco, ſed longe es auxilio.* Quod vt cla- *Quot modis Deus afflictis ſuccurrat.* rius nobis fiat, ſciendum, tripliciter Deum ſolere afflictis opitulari; primò, omnem ab eis miſeriam auferendo: *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum:* atque hoc Pſal.90.15. modo non fuit Chriſtus à patre adiutus.

Secundo, cæleſti dulcedine ærumnas leniendo, ac mitigando, de quo gloriatus eſt Paulus 2.Cor.7. *repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Et hoc quoque 2.Cor.7. modo Pater æternus auxilium filio negauit, quod S.Catharina Senenſis quoties expenderet horrore concuti, ac velut deficere videbatur. c.19. Vitæ.

Tertio non auferendo quidem aut leniendo cruciatus, ſed vehementius patiendi deſiderium ac lubentiam impertiendo, vnde maiori fructu & merito aduerſa tolerantur.

Atque ita, teſte S.*Bernardo* ſerm.5. de verbis S.Bernard. Iſaiæ, *habemus Chriſtum ex Patre naſcentem, in Patre cubantem, cum Patre ſedentem, pro Patre ſtantem, ſub Patre pendentem, ſine Patre quodammodo morientem.* Benè hîc, vt alibi ſemper S.Ambro- S. Ambroſ. ſius l.10. in Lucam. *Ego nuſquam magis pietatem eius, maieſtatemque demiror. Minus enim contulerat mihi niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit, quod doleret: & ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis*

Digitized by Google

ſrmitatis afficitur, ſuſcepit enim triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur.

Magnum prodigium! exemplum ingens! Amoris dicam, an imitationis! & Amoris dicam & imitationis, vt quod ille noſtri amantiſſimus propoſuit, nos eius amore ſequamur.

Ecce Chriſtum filium ſuum innocentiſſimum Deus Pater in Crucem tollit, in eaque morientem, atque atrociter mala plurima ſubeuntem derelinquit, omni ſolatio priuat, hac vna ex cauſſa, quod peccatoris perſonam ſuſtineat, ipſe longiſſimè ab omni culpæ contagio alienus: & nos affligimur, querimur, excandeſcimus, animum deſpondemus, ſi faciem ſuam Deus tantiſper à nobis auertat, ſi nobis ipſis relinquimur, qui toties ipſum ante abiecimus. *Auertiſti faciem tuam à nobis, & facti ſumus conturbati.*

Cauſa ob quas Deus hominem relinquat.

Sed cauſſas fortaſſe quis noſſe velit, ob quas Deus hominem ſubinde deſerat, aut relinquat? Et ſunt illæ quidem non paucæ, quarum cognitio non poterit non eſſe proficientibus vtilis, & perfectis fructuoſa.

Primùm itaque euenire id crediderim in pœnam peccati, vel teporis in ſpiritualibus ſtudiis, atque exercitiis commiſſis, vt docet S.P.N. Ignatius: vel vt S. Gregorius, ſuperbiæ, aut ambitionis: vnde B. Laurentius Iuſtinianus lib. de caſto connub. c. 14. *Quoniam nullus eſt, qui non ſaltem in multis venialibus offendat, equidem nemo inuenitur, cui ſæpe diuinus non ſubtrahatur guſtus.*

B. Laurent. Iuſtinian.

Secundo permittit id Deus ad meriti noſtri augmentum, vt diuinitus id didicit *B. Catharina Bononienſis*, & à B. Virgine accepit *S. Birgitta* his verbis: *turbari non debes, ſi quando cor tuum induratur, quia hoc eſt ad maiorem coronam.*

Et clarius nonnihil à Chriſto ipſo V. Baptiſta Verana, dum illi in hunc modum loqueretur; *recordare* inquiens, *quod Deus te clarè fecit intelligere, plus mereri te, dum ſtas ante diuinam maieſtatem ſine deuotione, quam dum ſtas cum multis lacrymis & deuotione, quia tunc ſoluis partem aliquam debiti. Itaque diſce habere patientiam in die ſterilitatis & penuriæ. Recordare hanc ſubtractionem non eſſe ex odio, ſed ex amore.* Bartholom. Cimatellus in Vita.

Tertio ad Probationem noſtri. Ita namque S.P.N. *Ignatius* reg. 9. diſc. vt probemur, quinam ſimus, & quomodo in Dei ſeruitium & honorem abſque præſente quodam conſolationum, donorumque ſpiritualium ſtipendio noſmetipſos impendamus.

Pſal. 29. 7.

Quartò ad cognitionem noſtri, & humiliationem: *dixi*, inquiebat ille, *in abundantia cordis mei, non mouebor in æternum: auertiſti faciem tuam & factus ſum conturbatus*: quod expendens S. Bernard. ſerm. 74. in Cant. *dixerat*, inquit, *ſancta anima quædam in abundantia ſua, non mouebor in æternum, cum ſubitò ſenſit à ſe auerſam faciem Verbi,* A *ſeque non modo motam, ſed etiam conturbatam, & ſic in triſtitia didicit, opus fuiſſe ſibi cum munere quidem deuotionis, etiam pondere veritatis.*

S. Bernard.

Quintò propter honorem & guſtum ſuum permittere id ſolet Deus, quod, teſte *S. Ioann. Chryſoſt.* in Chriſto factum à Deo liquet, delectatur ſiquidem Dominus reſignatione & perſeuerantia noſtra, quamuis non concedat deuotionis ſenſum, quem ab eo petimus ac poſtulamus.

De cetero, vndecunque hæc derelictio oriatur, intuendus Nouo homini Saluator Chriſtus, qui præſtantiſſimo ſui relicto exemplo omnes ad eiuſdem imitationem appellat.

Ac primo quidem ſi ob culpam præteritam B alicuius peccati, vel ſuperbiæ vel præſumptionis, deſertio immittatur, gaudendum eſt, Deo ſic aliqua ratione fieri ſatis, ob quam cauſam P. Ludouicus de Ponte gaudebat Infernum eſſe, & purgatorium: ſoletque tale gaudium naſci ex amore erga Deum ſolido, ex odio bono peccati & magna cognitione diuinæ excellentiæ, ac reuerentia eius maieſtatis, quod in Chriſto Domino, qui peccata noſtra in ſe aſſumpſerat, atque eam, quam à Patre ſuo derelictionem ſubibat, generoſe patiebatur, manifeſtè patet.

P. Ludou. de Ponte gaudebat Infernum & purgatorii eſſet quaret

Si vero reliquis modis accerſita derelictio superuenerit, gaudendum ſimiliter, quia Deus ita nos vult tractare, cuius obſecundare imperio, ſuamque cum eius voluntate conformare ſen-C tentiam maioris meriti ac gloriæ ſeminarium eſt, quam humano quis ſenſu ingenioque aſſequatur, vnde & olim factum legimus, atque etiamnum fieri quotidie videmus, vt noui homines, quibus veteris illud Adami deſipuit fermétum, ſubtrahente paulìſper ſponſo faciem ſuam, vel ob eius abſentiam non turbentur vel ſi grauius fortaſſis eam ſentire cogantur, patienter tolerent, ſeque illico ad diuinæ voluntatis arbitrium componant.

Non eſt quidem, vt B. Catharina Bononienſis in libello quem Deo inſpirante conſcripſit, teſtatur, dolor acerbior illo, quem patitur anima, ob ſenſibilis amoris abſentiam, quando non guſtat conſuetas dulcedines, facit tamen Ieſu D patientis amor, eiuſque imitandi ſtudium non vulgare, vt ſeſe viros hic præſtent, ac ſecundum exemplar quod in monte ſibi monſtratum eſt, facere connitantur: quare à docente ad facientes tranſeamus.

Cathar. Bononienſ.

Qualem hic fuiſſe S. Franciſcum putabimus, dum per biennium grauiſſimo mærore tabeſcens, etiam in oratione, vt ſibi videretur à Deo derelictus nuſquam ſolatium inueniret? pergebat tamen vir ſanctus, & Crucem poſt Dominum geſtabat.

S. Franciſc.

Suſpiciendum planè eſt quod Doctor Ioannes Thaulerus propria ſua experientia cognouiſſe ſe ſcribit: Noui, inquit, inſignem Dei famulum reuelationibus & viſionibus cæleſtibus ad-

Ioan. Thauler.

Digitized by Google

mirandum, cui Deus plurimæ Scripturæ myſteria ipſe explicarat; hominum interna ſenſa & merita, graduſque gratiæ cuiuſque, aliaque eius generis multa aperire ſolitus erat. Verum tam parum illi arridebant hæc omnia, & verò ſuſpecti erant fauores iſti, quibus indignum ſe arbitrabatur, vt enixè Deum orarit, vti ſe iis abſolueret, & exorauit. Quinque omnino annos non modo vitam egit communem, atque omnis viſionis & illuſtrationis expertem; verum etiam omnis penitus conſolationis vacuam, quin imò ariditatum, tentationum, & anguſtiarum feraciſſimam. Tandem & his ipſe ſupra modum grauatus vix reſpirabat & ægrè quietem animi, ac pacem tenebat, cum ecce tibi duo Angeli cælitus à Deo miſſi aduenerunt, eum ſolaturi; ſed fortiſſimus Athleta ad Deum conuerſus: Domine Deus, inquiebat, nullum ego ſolatium expeto, ſat mihi eſt cuſtodire locum vbi habitas in anima mea, ita vt in eam præter te introeat, aut in ea appareat nihil: Quæ animi fortitudo, ſic Deo placuit, vt ſupra alias multas prærogatiuas meruerit ex ore æterni Patris audire: *tu es*
Matt.17.5. *filius meus, in quo mihi complacui*. Quam felicius eſt hæc audire ex Dei ipſius ore, quam dicere: *com-*
Pſ.54.14. *placeat tibi Domine vt eripias me?* Hæc ſiquidem veteris hominis vox eſt, illa laus & gloria Noui.

Ioan. Fuckerer Dominic. Exceſſerat è viuis probus è S. Dominici familia religioſus Aſcetes, *Ioannes Fuckerer* Argentinenſis, cum ille ſe Henrico Suſoni, eiuſdem diſciplinæ alumno viſendum dedit, à quo iſte mox petere inſtituit, quænam exercitatio homini ad perfectionem nitenti vtiliſſima foret? reſpondit autem: *ſi derelictus à Deo patienter ferat, atque Deo propter Deum carere non recuſet*. Auream ſane ſententiam! dignam prorſus quæ ex ore *Τοῦ μακαρίτου* prodierit, atque ab omnibus reapſe complcatur.

Quod ne viri detrectent, feminas produco,
B. Angela Fulg. quas inter non inutile fuerit B. Angelam de Fulginio ſuas ipſius victorias enarrantem audire. Affligor, inquit, corpore & anima, non eſt in me membrum quod horribilem in modum non affligatur: nunquam ſum ſine dolore & languore: animæ tormenta maiora ſunt, nec ſcio aliam aſſignare ſimilitudinem, niſi hominis ſuſpenſi in patibulo, qui ligatis manibus poſt tergum, & oculis velatis ſuſpenſus, viuere perſeuerat, nec vllum habet auxilium, remedium, aut fulcimentum; ſic ego torqueor. Deſtituebant eam non modo externi ſenſus, ſed & interni præterquam ad patiendum: anima tenebris obſita, languida, velut ſemi mortua, vt nec aduerteret à quo, vel propter quem pateretur: nec queri tamen, nedum à Deo voluntate diſſentire viſa fuit. Adeo, vt nihil ad Chriſti ſiue in horto agoniſantis, ſiue in Cruce derelictionem patientis quidquam propius accedere potuiſſe videatur.

B. Magdal. Pazzia. Huic iungo B. Magdalenam Pazziam, quæ ſanè fel purum ſitiuiſſe viſa eſt, & ſi quando

A conſolationis aliquid cælitus ei infunderetur, de Deo querebatur dicens: *heu! mi Domine, vt quid à pactu inter nos conuentis diſcedis? pepigi nullum mihi mel, aut dulcedinem dari, niſi fel tuum & acetum, nullas delicias, niſi tua ſupplicia, nullum domicilium aliud, quam Caluariæ montem; nullam aliam vitam, niſi in perfectiſſima conformitate cum tua morte.*

Idem ſentiebat, ſapiebatque Ven. *Maria ab* Ma. Inc.
Incarnatione Carmelitana diſcalceata, cui dum ex morbo decumbenti Antiſtita aſſeueraret Deum in mortis anguſtiis ſingulariter ei opitulaturum eſſe, reſpondit illa: *nihil, ô Mater, peculiare à Deo mihi velim concedi, volo mori derelicta, vt Chriſtus in Cruce, nullum ab eo ſolatium exſpecto, præter eius gratiam, quam ne mihi deneget, humiliter ro-*
B *go. Duuallius in Vita.*

Beatam animam! cui, vt Dominus aliquando, teſte Bloſio, ad Gertrudem Virginem dixit, perſuaſum eſt, ſeruire illi expenſis ſuis, quod hîc fieri certum eſt, dum licet ſaporem deuotionis minimè ſentiat, pia tamen exercitia, Chriſti exemplo, non intermittit.

Capvt Qvartvm.

Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſcentem manifeſtanti, ſpongiam aceto
C *plenam Ieſu propinant.*

Hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.

Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal.68.22. Pſ.68.22.
Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura: dixit: ſitio. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan.19.28. Ioan.19.28.

TRes iam propemodum horas tenebris vniuerſum orbem inuoluentibus Dominus Ieſus non in molli lecto quieuerat, ſed nudus in dura Cruce ſine vllo conſolatore pependerat,
D incredibili acerbiſſimi ſupplicij cruciatu labefactatus, atque conuulſus: quid verò interibi ſpectaſſe animo, quid mente voluiſſe dixerimus? cum Euangeliſtæ taceant, ipſe qui ſolus id nouiſſe potuit, doceat ſeruos ſuos, doceat amicos ſuos, qui ſingulariter ad vitæ nouitatem aſpirant.

Andi igitur quiſquis in hoc exilio, Chriſti exemplo viuere, exemplo mori ſtatuiſti, quis amantiſſimi cordis eius ardor, quæ vox, quis ſenſus fuerit morientis: nunquam ego, inquit, toto mortalis vitæ meę tractu, acerbiora ſupplicia, maioreſque anguſtias quàm illo trium horarum ſpatio perpeſſus ſum, neque vnquam molliore lubentia dolores ſubij, quam eiuſdem illo temporis decurſu tolerui. Tunc enim mole corporis ingraueſcente vulnera manuum, pedumque magis *Proſopopœia Chriſti pendentis in Cruce.*

magis ac magis dilatabantur, & pænarum acerbitas in immenſum augebatur: tunc ex ſolis abſentia, frigus aëris intendi cœptum, tenerrimo corpori, præſertim nudo, ac plagis conciſo, dolorem exaugebat: tunc ipſæ tenebræ, quæ cæli amabilis conſpectum rerumque cæterarum ſolatium obſtinatè ſubtrahebant, animum ad ſola corporis mei expendenda tormenta inclinabãt, adeo vt tres illæ horæ, tribus annis æquiparari poſſe viderentur. Sed quoniam amplificandi honoris paterni, ſalutiſque humanæ procurandæ deſiderium tale erat, vt quo magis dolores corporis intenderentur, eo magis incredibilis ille ignis deſiderij excreſceret; videbantur mihi tres illæ horæ tria ſane exigua nictantis oculi momenta, præ amoris magnitudine, quo ſumma quæque maximoperè experiri ſitiebam.

Quærat forſan hic aliquis, an dolorum ille vehemens, ac vixdum conſolabilis cruciatus euincere potuerit, vt eo tam magno, ac diuturno trium horarum ſilentio cor eius, ac lingua ab oratione ceſſarint? Et nos quidem cum malis premimur, miſeriis affligimur, ac variis calamitatibus, & ærumnis exercemur, iis præſertim quæ corpori graues, moleſtæque ſunt, animum ad orandum ægerrimè applicamus. Non ſic autem ille, ſed in carne infirma inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat, toto illo trium horarum ſpatio, quo nihil proferre lingua audiebatur, ore cordis ſui vocaliſſimo pro nobis cæleſtem Patrem interpellabat: ſilente lingua loquebantur vulnera, ſanguis præ Abele clamabat, quot erant in corpore plagæ, erant autem plurimæ, tot voces exaudiebantur in cælis: quot ſanguinis guttæ decurrentes in terram, tot exquiſitiſſima verba miſericordiam poſtulabant.

Prô, noſtrum frigus! atque infelicem hominem veteribus priſtinæ conuerſationis moribus vitiatum, quem videas vbi vel dolor aliquis carnem ſauciat, vel blanda vitæ inertia animum titillat illico ab oratione diſcedere, millenis ſequeſtibus conficere, atque in grauiſſimam rerũ ſuarum deſperationem delabi.

Procul hinc abeſſe eum voluit Pater quem nobis exhibuit in exemplum, torquebatur corpus eius grauiſſimè; ſolatiorum genus omne ſtiterat parens, matrem ipſe atque diſcipulum volens abdicârat, ſol faciem texerat, ſtabant omnes noti eius à longè, ipſe autem orabat: cum ecce circa horam nonam, vbi iam tribus propemodum ſilentio oraſſet horis, ſub finem ferè tenebrarum, dum cruciatus in immenſum augerentur, mortiſque appropinquantis vmbra ſe proderet, exclamauit voce magna, plena teſte *Origine*, myſterij & doctrinæ; tùm, vt notauit *Chryſoſtomus*, vt etiam tùm viuere ſe oſtenderet, tùm vt cruciatuum, quos patiebatur acerbitatem declararet, ſiue, vt *Beda* philoſophatur, quia cum paratus eſſet plures inſuper & acerbiores ſubire pœnas, & pater id nolle videre-

Cauſa Querela Christi in cruce.

A tur, cum vitam eius iam eſſet præciſurus, pia id propalam querela teſtaretur.

Incredibili hactenus patientiâ, maximâque animi quietudine, tolerârat omnia, vt credi potuiſſet ſenſu carere, atque hominis naturam exuiſſe, quare cum propius iam à morte abeſſet, non eiulatum aliquem, aut inconditum clamorem, qualem alij eo in ſupplicio conſtituti edere ſolent, ſed articulatam vocem, ac præmeditatam emiſit, initium ſcilicet pſalm. 21. vſurpans, vti Hebraicè legitur: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me*, tamen Septuaginta duo interpretes omiſerunt alterum pronomen, adiecerunt autem medium illud, *reſpice in me*, in hunc modum: *Deus, Deus meus reſpice in me, quare* B *me dereliquiſti?* quod & S. Hieronymus notauit. Credibile autem eſt valde, cætera voce ſubmiſſa Dominum proſecutum fuiſſe, referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos.

Pſal. 21. 1.

Mox vero, vt quod tribus iam ac triginta annis ſecum perpetuò voluerat, palam enunciaret, dixit, *Sitio*. Quamuis enim, vt S. Cyrillus lib. 13. cap. 35. annotauit, ſat humanæ naturæ conſentaneum ſit, vt carne continuis tormentis exſiccata, humidoque naturę fulcimento, effuſione ſanguinis conſumpto, homo areſcere, potuque indigere credatur, quod hîc, ſi vſpiam poſt homines natos, idoneum locum inueniſſe certum eſt, vbi Christus ab hora pridianæ cœnæ, vſque in veſperam ſequentis diei, C cibi nihil, potuſque guſtauerat, atque interea ſudore plurimo, ſanguineque copioſiſſimo manârat, vnde ſitim magnam oriri, neceſſe erat; voluit tamen eandem hoc verbo expreſſam publicare, vt quod olim de ſe Propheta Regius pſalmo 21. 16. cecinerat, reipſa impletum probaret: *aruit*, dixerat ille, *tamquam teſta*, *virtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis*: *Chriſtus verò*: *ſitio*. De quo audiendus S. Cyrillus: *multum poſſunt dolores ad commonendam ſitim: innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate humidum eſt conſumunt, vel igneis ardoribus dolentis viſcera exurunt.* Expertum id nuper virum illum fuiſſe crediderim, D de quo Robertus Card. Bellarminus ſcriptum reliquit, poſteaquam multis fuiſſet confectus vulneribus, ex quibus ingens ſanguinis copia effluxiſſet, nihil niſi potum deſideraſſe, quaſi nil mali pateretur præter ardentiſſimam ſitim: cui affine eſt, quod de inſigni illo Latrone Annales ferunt, qui anno 1590 in Auſtria poſt diriſſimum longè crurifragium rotæ impoſitus, quamuis acerrimos cruciatus pateretur, pro quibus diuinæ bonitati grates identidem agere non deſiſtebat de nullo conqueri auditus eſt, vnum hoc, Deum venerans precatus, vt ſi diutius eum pœnis hiſce excoquere vellet, pauxillum aquæ, quo ſitim leuaret acerbiſſimã, immitteret. Et exauditus eſt: pluit namque de cælis Dominus, & hominem tormentis exſolutum, in locum pa-

Cyrill. l. 13. c. 35.

Pſ. 21. 16.

Ioan. 19. 28.

S. Cyrillus.

Vulneratus ſolum potũ efflagitat.

Digitized by Google

mirandum, cui Deus plurimæ Scripturæ my-
A ſteria ipſe explicarat, hominum interna ſenſa
& merita, graduſque gratiæ cuiuſque, aliaque
eius generis multa aperire ſolitus erat. Verum
tam parum illi arridebant hæc omnia, & verò
ſuſpecti erant fauores iſti, quibus indignum ſe
arbitrabatur, vt enixè Deum orarit, vti ſe iis ab-
ſolueret, & exorauit. Quinque omnino annos
non modo vitam egit communem, atque omnis
viſionis & illuſtrationis expertem; verum etiam
omnis penitus conſolationis vacuam, quin imò
ariditatum, tentationum, & anguſtiarum fera-
ciſſimam. Tandem & his ipſe ſupra modum
grauatus vix reſpirabat & ægrè quietem animi,
ac pacem tenebat, cum ecce tibi duo Angeli
B cælitus à Deo miſſi aduenerunt, eum ſolaturi;
ſed fortiſſimus Athleta ad Deum conuerſus:
Domine Deus, inquiebat, nullum ego ſolatium
expeto, ſat mihi eſt cuſtodire locum vbi habitas
in anima mea, ita vt in eam præter te introeat,
aut in ea appareat nihil: Quæ animi fortitudo,
ſic Deo placuit, vt ſupra alias multas prærogati-
uas meruerit ex ore æterni Patris audire: *tu es*
Matt.17.5. *filius meus, in quo mihi complacui.* Quam felicius eſt
hæc audire ex Dei ipſius ore, quam dicere: *com-*
Pſ.54.14. *placeat tibi Domine vt eripias me?* Hæc ſiquidem
veteris hominis vox eſt, illa laus & gloria Noui.

Ioan. Fuckerer Dominic. Exceſſerat è viuis probus è S. Dominici fa-
C milia religioſus Aſcetes, *Ioannes Fuckerer* Argen-
tinenſis, cum ille ſe Henrico Suſoni, eiuſdem
diſciplinæ alumno viſendum dedit, à quo iſte
mox petere inſtituit, quænam exercitatio ho-
mini ad perfectionem nitenti vtiliſſima foret?
reſpondit autem: *ſi derelictus à Deo patienter ferat,
atque Deo propter Deum carere non recuſet.* Auream
ſane ſententiam! dignam prorſus quæ ex ore
Τοῦ μαρτυρίου prodierit, atque ab omnibus re-
ipſe compleatur.

Quod ne viri detrectent, feminas produco,
B. Angela Fulg. quas inter non inutile fuerit B. Angelam de Ful-
ginio ſuas ipſius victorias enarrantem audire.
Affligor, inquit, corpore & anima, non eſt in me
membrum quod horribilem in modum non
D affligatur: nunquam ſum ſine dolore & languo-
re: animæ tormenta maiora ſunt, nec ſcio aliam
aſſignare ſimilitudinem, niſi hominis ſuſpenſi in
patibulo, qui ligatis manibus poſt tergum, &
oculis velatis ſuſpenſus, viuere perſeuerat, nec
vllum habet auxilium, remedium, aut fulcimẽ-
tum; ſic ego torqueor. Deſtituebant eam non
modo externi ſenſus, ſed & interni præterquam
ad patiendum: anima tenebris obſita, languida,
velut ſemimortua, vt nec aduerteret à quo, vel
propter quem pateretur: nec queri tamen, ne-
dum à Deo voluntate diſſentire viſa fuit. Adeo,
vt nihil ad Chriſti ſiue in horto agoniſantis, ſi-
ue in Cruce derelictionem patientis quidquam
propius accedere potuiſſe videatur.

B. Magdal. Pazzia. Huic iungo B. Magdalenam Pazziam, quæ
ſanè fel purum ſitiuiſſe viſa eſt, & ſi quando
A conſolationis aliquid cælitus ei infunderetur, de
Deo querebatur dicens: *heu! mi Domine, vt quid à
pactu inter nos conuentis diſcedis? pepigi nullum mihi
mel, aut dulcedinem dari, niſi fel tuum & acetum, nul-
las delicias, niſi tua ſupplicia, nullum domicilium aliud,
quam Caluariæ montem; nullam aliam vitam, niſi in
perfectiſſima conformitate cum tua morte.*

Idem ſentiebat, ſapiebatque Ven. *Maria ab* Ma.
Incarnatione Carmelitana diſcalceata, cui dum Inc.
ex morbo decumbenti Antiſtita aſſeueraret
Deum in mortis anguſtiis ſingulariter ei opitu-
laturum eſſe, reſpondit illa: *nihil, ô Mater, peculiare
à Deo mihi velim concedi, volo mori derelicta, vt
Chriſtus in Cruce, nullum ab eo ſolatium exſpecto, præ-
ter eius gratiam, quam ne mihi deneget, humiliter ro-
B go. Dyualliu in Vita.*

Beatam animam! cui, vt Dominus aliquando,
teſte Bloſio, ad Gertrudem Virginem dixit, per-
ſuaſum eſt, ſeruire illi expenſis ſuis, quod hîc
fieri certum eſt, dum licet ſaporem deuotionis
minimè ſentiat, pia tamen exercitia, Chriſti ex-
emplo, non intermittit.

CAPVT QVARTVM.

*Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſ-
centem manifeſtanti, ſpongiam aceto
C plenam Ieſu propinant.*

Hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.

Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal.68.22. Pſ.68.22.
*Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt con-
ſummaretur ſcriptura: dixit: ſitio. Illi autem ſpon-
giam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtule-
runt ori eius.* Ioan.19.28. Ioan.19.28.

TRes iam propemodum horas tenebris vni-
uerſum orbem inuoluentibus Dominus
Ieſus non in molli lecto quieuerat, ſed nudus
in dura Cruce ſine vllo conſolatore pependerat,
D incredibili acerbiſſimi ſupplicij cruciatu labefa-
ctatus, atque conuulſus: quid verò interibi ſpe-
ctaſſe animo, quid mente voluiſſe dixerimus?
cum Euangeliſtæ taceant, ipſe qui ſolus id no-
uiſſe potuit, doceat ſeruos ſuos, doceat amicos
ſuos, qui ſingulariter ad vitæ nouitatem aſpi-
rant.

Audi igitur quiſquis in hoc exilio, Chriſti *Proſopopœia*
exemplo viuere, exemplo mori ſtatuiſti, quis *Chriſti pen-*
amantiſſimi cordis eius ardor, quæ vox, quis *dentis in*
ſenſus fuerit morientis: nunquam ego, inquit, to- *Cruce.*
to mortalis vitæ meæ tractu, acerbiora ſupplicia,
maioreſque anguſtias quàm illo trium horarum
ſpatio perpeſſus ſum, neque vmquam molliore
lubentia dolores ſubij, quam eiuſdem illo tem-
poris decurſu toleraui. Tunc enim mole corpo-
ris ingraueſcente vulnera manuum, pedumque
magis

Digitized by Google

magis ac magis dilatabantur, & pænarum acerbitas in immenſum augebatur: tunc ex ſolis abſentia, frigus aëris intendi cœptum, ſeuerrimo corpori, præſertim nudo, ac plagis conciſo, dolorem exaugebat: tunc ipſæ tenebræ, quæ cæli amabilis conſpectum rerumque cæterarum ſolatium obſtinatè ſubtrahebant, animum ad ſola corporis mei expendenda tormenta inclinabât, adeo vt tres illæ horæ, tribus annis æquiparari poſſe viderentur. Sed quoniam amplificandi honoris paterni, ſalutiſque humanæ procurandæ deſiderium tale erat, vt quo magis dolores corporis intenderentur, eo magis incredibilis ille ignis deſiderij excreſceret; videbantur mihi tres illæ horæ tria ſane exigua nictantis oculi momenta, præ amoris magnitudine, quo ſumma quæque maximoperè experiri ſitiebam.

Quærat forſan hic aliquis, an dolorum ille vehemens, ac vixdum conſolabilis cruciatus euincere potuerit, vt eo tam magno, ac diuturno trium horarum ſilentio cor eius, ac lingua ab oratione ceſſarint? Et nos quidem cum malis premimur, miſeriis affligimur, ac variis calamitatibus, & ærumnis exercemur, iis præſertim quæ corpori graues, moleſtæque ſunt, animum ad orandum ægerrimè applicamus. Non ſic autem ille, ſed in carne infirma inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat, toto illo trium horarum ſpatio, quo nihil proferre lingua audiebatur, ore cordis ſui vocaliſſimo pro nobis cæleſtem Patrem interpellabat: ſilente lingua loquebantur vulnera, ſanguis præ Abele clamabat, quot erant in corpore plagæ, erant autem plurimæ, tot voces exaudiebantur in cælis: quot ſanguinis guttæ decurrentes in terram, tot exquiſitiſſima verba miſericordiam poſtulabant.

Prô, noſtrum frigus! atque infelicem hominem veteribus priſtinæ conuerſationis moribus vitiatum, quem videas vbi vel dolor aliquis carnem fauciat, vel blanda vitæ inertia animum titillat illico ab oratione diſcedere, millenis ſequeſtibus conficere, atque in grauiſſimam rerũ ſuarum deſperationem delabi.

Procul hinc abeſſe eum voluit Pater quem nobis exhibuit in exemplum, torquebatur corpus eius grauiſſimè; ſolatiorum genus omne ſtiterat parens, matrem ipſe atque diſcipulum volens abdicârat, ſol faciem texerat, ſtabant omnes noti eius à longè, ipſe autem orabat: cum ecce circa horam nonam, vbi iam tribus propemodum ſilentio oraſſet horis, ſub finem ferè tenebrarum, dum cruciatus in immenſum augerentur, mortiſque appropinquantis vmbra ſe proderet, exclamauit voce magna, plena teſte *Origine*, myſterij & doctrinæ, tùm, vt notauit *Chryſoſtomus*, vt etiam tùm viuere ſe oſtenderet, tùm vt cruciatuum, quos patiebatur acerbitatem declararet, ſiue, vt *Beda* philoſophatur, quia cum paratus eſſet plures inſuper & acerbiores ſubire pœnas, & pater id nolle videre-

Cauſa Querelæ Chriſti in cruce.

A tur, cum vitam eius iam eſſet præciſurus, pia id propalam querela teſtaretur.

Incredibili hactenus patientiâ, maximâque animi quietudine, tolerârat omnia, vt credi potuiſſet ſenſu carere, atque hominis naturam exuiſſe, quare cum propius iam à morte abeſſet, non eiulatum aliquem, aut inconditum clamorem, qualem alij eo in ſupplicio conſtituti edere ſolent, ſed articulatam vocem, ac præmeditatam emiſit, initium ſcilicet pſalm. 21. vſurpans, vti Hebraicè legitur: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me*, tamen Septuaginta duo interptetes omiſerunt alterum pronomen, adiecerunt autem medium illud, *reſpice in me*, in hunc modum: *Deus, Deus meus reſpice in me, quare* B *me dereliquiſti?* quod & S. Hieronymus notauit. Credibile autem eſt valde, cætera voce ſubmiſſa Dominum proſecutum fuiſſe, referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos.

Pſal. 21. 1.

Mox vero, vt quod tribus iam ac triginta annis ſecum perpetuò voluetat, palam enunciaret, dixit, *Sitio*. Quamuis enim, vt S. Cyrillus lib. 13. cap. 35. annotauit, ſat humanæ naturæ conſentaneum ſit, vt carne continuis tormentis exſiccata, humidoque naturę fulcimento, effuſione ſanguinis conſumpto, homo areſcere, potuque indigere credatur, quod hîc, ſi vſpiam poſt homines natos, idoneum locum inueniſſe certum eſt, vbi Christus ab hora pridianæ cœnæ, vſque in veſperam ſequentis diei, C cibi nihil, potuſque guſtauerat, atque interea ſudore plurimo, ſanguineque copioſiſſimo manârat, vnde ſitim magnam otiri, neceſſe erat; voluit tamen eandem hoc verbo expreſſam publicare, vt quod olim de ſe Propheta Regius pſalmo 21. 16. cecinerat, reipſa impletum probaret: *aruit*, dixerat ille, *tamquam teſta, virtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis: Chriſtus verò: ſitio*. De quo audiendus S. Cyrillus: *multum poſſunt dolores ad commouendam ſitim: innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate humidum eſt conſumunt, vel igneis ardoribus dolentis viſcera exurunt*. Expertum id nuper virum illum fuiſſe crediderim, de quo Robertus Card. D Bellarminus ſcriptum reliquit, poſteaquam multis fuiſſet confectus vulneribus, ex quibus ingens ſanguinis copia effluxiſſet, nihil niſi potum deſideraſſe, quaſi nil mali pateretur præter ardentiſſimam ſitum: cui affine eſt, quod de inſigni illo Latrone Annales ferunt, qui anno 1590 in Auſtria poſt diriſſimum longè crurifragium rotæ impoſitus, quamuis acerrimos cruciatus pateretur, pro quibus diuinæ bonitati grates identidem agere non deſiſtebat, de nullo conqueri auditus eſt, vnum hoc, Deum venerans precatus, vt ſi diutius eum pœnis hiſce excoquere vellet, pauxillum aquæ, quo ſitim leuaret acerbiſſimâ, immitteret. Et exauditus eſt: pluit namque de cælis Dominus, & hominem tormentis exſolutum, in locum pa-

Cyrill. l. 13. c. 35.

Pſ. 21. 16.
Ioan. 19. 28.

S. Cyrillus.

Vulneratus ſolum potũ efflagitat.

cis, ac

mirandum, cui Deus plurimæ Scripturæ myſteria ipſe explicarat, hominum interna ſenſa. & merita, graduſque gratiæ cuiuſque, aliaque eius generis multa aperire ſolitus erat. Verum tam parum illi arridebant hæc omnia, & verò ſuſpecti erant fauores iſti, quibus indignum ſe arbitrabatur, vt enixè Deum orarit, vti ſe iis abſolueret, & exorauit. Quinque omnino annos non modo vitam egit communem, atque omnis viſionis & illuſtrationis expertem; verum etiam omnis penitus conſolationis vacuam, quin imò ariditatum, tentationum, & anguſtiarum feraciſſimam. Tandem & his ipſe ſupra modum grauatus vix reſpirabat & ægrè quietem animi, ac pacem tenebat, cum ecce tibi duo Angeli cælitus à Deo miſſi aduenerunt, eum ſolaturi; ſed fortiſſimus Athleta ad Deum conuerſus: Domine Deus, inquiebat, nullum ego ſolatium expeto, ſat mihi eſt cuſtodire locum vbi habitas in anima mea, ita vt in eam præter te introeat, aut in ea appareat nihil: Quæ animi fortitudo, ſic Deo placuit, vt ſupra alias multas prærogatiuas meruerit ex ore æterni Patris audire: *tu es filius meus, in quo mihi complacui.* Quam felicius eſt hæc audire ex Dei ipſius ore, quam dicere: *complaceat tibi Domine vt eripias me?* Hæc ſiquidem veteris hominis vox eſt, illa laus & gloria Noui.

Matt.17.5.

Pſ.54.14.

Ioan. Fuckeret Dominic.

Exceſſerat è viuis probus è S. Dominici familia religioſus Aſcetes, *Ioannes Fuckerer* Argentinenſis, cum ille ſe Henrico Suſoni, eiuſdem diſciplinæ alumno viſendum dedit, à quo iſte mox petere instituit, quænam exercitatio homini ad perfectionem nitenti vtiliſſima foret? reſpondit autem: *ſi derelictus à Deo patienter ferat, atque Deo propter Deum carere non recuſet.* Auream ſane ſententiam! dignam prorſus quæ ex ore τοῦ μακαρίου prodierit, atque ab omnibus reapſe compleatur.

B. Angela Fulg.

Quod ne viri detrectent, feminas produco, quas inter non inutile fuerit B. Angelam de Fulginio ſuas ipſius victorias enarrantem audire. Affligor, inquit, corpore & anima, non eſt in me membrum quod horribilem in modum non affligatur: nunquam ſum ſine dolore & languore: animæ tormenta maiora ſunt, nec ſcio aliam aſſignare ſimilitudinem, niſi hominis ſuſpenſi in patibulo, qui ligatis manibus poſt tergum, & oculis velatis ſuſpenſus, viuere perſeuerat, nec vllum habet auxilium, remedium, aut fulcimentum; ſic ego torqueor. Deſtituebant eam non modo externi ſenſus, ſed & interni præterquam ad patiendum: anima tenebris obſita, languida, velut ſemi mortua, vt nec aduerteret à quo, vel propter quem pateretur: nec queri tamen, nedum à Deo voluntate diſſentire viſa fuit. Adeo, vt nihil ad Chriſti ſiue in horto agoniſantis, ſiue in Cruce derelictionem patientis quidquam propius accedere potuiſſe videatur.

B. Magdal. Pazzia.

Huic iungo B. Magdalenam Pazziam, quæ ſanè fel purum ſitiuiſſe viſa eſt, & ſi quando conſolationis aliquid cælitus ei infunderetur, de Deo querebatur dicens: *heu! mi Domine, vt quid à pactis inter nos conuentis diſcedis? pepigi nullum mihi mel, aut dulcedinem dari, niſi fel tuum & acetum, nullas delicias, niſi tua ſupplicia, nullum domicilium aliud, quam Caluariæ montem; nullam aliam vitam, niſi in perfectiſſima conformitate cum tua morte.*

Ma. Inc.

Idem ſentiebat, ſapiebatque Ven. *Maria ab Incarnatione* Carmelitana diſcalceata, cui dum ex morbo decumbenti Antiſtita aſſeueraret Deum in mortis anguſtiis ſingulariter ei opitulaturum eſſe, reſpondit illa: *nihil, ô Mater, peculiare à Deo mihi velim concedi, volo mori derelicta, vt Chriſtus in Cruce, nullum ab eo ſolatium exſpecto, præter eius gratiam, quam ne mihi deneget, humiliter rogo. Dynallius in Vita.*

Beatam animam! cui, vt Dominus aliquando, teſte Bloſio, ad Gertrudem Virginem dixit, perſuaſum eſt, ſeruire illi expenſis ſuis, quod hic fieri certum eſt, dum licet ſaporem deuotionis minimè ſentiat, pia tamen exercitia, Chriſti exemplo, non intermittit.

CAPVT QVARTVM.

Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſcentem manifeſtanti, ſpongiam aceto plenam Ieſu propinant.

Hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.

Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal.68.22.
Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura: dixit: ſitio. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan.19.28.

Pſ.68.22.

Ioan.19.28.

TRes iam propemodum horas tenebris vniuerſum orbem inuoluentibus Dominus Ieſus non in molli lecto quieuerat, ſed nudus in dura Cruce ſine vllo conſolatore pependerat, incredibili acerbiſſimi ſupplicij cruciatu labefactatus, atque conuulſus: quid verò interibi ſpectaſſe animo, quid mente voluiſſe dixerimus? cum Euangeliſtæ taceant, ipſe qui ſolus id nouiſſe potuit, doceat ſeruos ſuos, doceat amicos ſuos, qui ſingulariter ad vitæ nouitatem aſpirant.

Proſopopæia Chriſti pendentis in Cruce.

Audi igitur quiſquis in hoc exilio, Chriſti exemplo viuere, exemplo mori ſtatuiſti, quis amantiſſimi cordis eius ardor, quæ vox, quis ſenſus fuerit morientis: nunquam ego, inquit, toto mortalis vitæ meæ tractu, acerbiora ſupplicia, maioreſque anguſtias quàm illo trium horarum ſpatio perpeſſus ſum, neque vnquam molliore lubentia dolores ſubij, quam eiuſdem illo temporis decurſu toleraui. Tunc enim mole corporis ingraueſcente vulnera manuum, pedumque

magis

Digitized by Google

magis ac magis dilatabantur, & pœnarum acerbitas in immenſum augebatur: tunc ex ſolis abſentia, frigus aëris intendi cœptum, tenerrimo corpori, præſertim nudo, ac plagis conciſo, dolorem exaugebat: tunc ipſæ tenebræ, quæ cæli amabilis conſpectum rerumque cæterarum ſolatium obſtinatè ſubtrahebant, animum ad ſola corporis mei expendenda tormenta inclinabāt, adeo vt tres illæ horæ, tribus annis æquiparari poſſe viderentur. Sed quoniam amplificandi honoris paterni, ſalutiſque humanæ procurandæ deſiderium tale erat, vt quo magis dolores corporis intenderentur, eo magis incredibilis ille ignis deſiderij excreſceret; videbantur mihi tres illæ horæ tria ſane exigua nictantis oculi momenta, præ amoris magnitudine, quo ſumma quæque maximoperè experiri ſitiebam.

Quærat forſan hic aliquis, an dolorum ille vehemens, ac vixdum conſolabilis cruciatus euincere potuerit, vt eo tam magno, ac diuturno trium horarum ſilentio cor eius, ac lingua ab oratione ceſſarint? Et nos quidem cum malis premimur, miſeriis affligimur, ac variis calamitatibus, & ærumnis exercemur, iis præſerim quæ corpori graues, moleſtæque ſunt, animum ad orandum ægerrimè applicamus. Non ſic autem ille, ſed in carne infirma inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat, toto illo trium horarum ſpatio, quo nihil proferre lingua audiebatur, ore cordis ſui vocaliſſimo pro nobis cæleſtem Patrem interpellabat: ſilente lingua loquebantur vulnera, ſanguis præ Abele clamabat, quot erant in corpore plagæ, erant autem plurimæ, tot voces exaudiebantur in cælis: quot ſanguinis guttæ decurrentes in terram, tot exquiſitiſſima verba miſericordiam poſtulabant.

Prô, noſtrum frigus! atque infelicem hominem veteribus priſtinæ conuerſationis moribus vitiatum, quem videas vbi vel dolor aliquis carnem ſauciat, vel blanda vitæ inertia animum titillat illico ab oratione diſcedere, millenis ſequeſtibus conficere, atque in grauiſſimam rerū ſuarum deſperationem delabi.

Procul hinc abeſſe eum voluit Pater quem nobis exhibuit in exemplum, torquebatur corpus eius grauiſſimè; ſolatiorum genus omne ſtiterat parens, matrem ipſe atque diſcipulum volens abdicârat, ſol faciem texerat, ſtabant omnes noti eius à longè, ipſe autem orabat: cum ecce circa horam nonam, vbi iam tribus propemodum ſilentio oraſſet horis, ſub finem ferè tenebrarum, dum cruciatus in immenſum augerentur, mortiſque appropinquantis vmbra ſe proderet, exclamauit voce magna, plena teſte *Origine*, myſterij & doctrinæ, tùm, vt notauit *Chryſoſtomus*, vt etiam tùm viuere ſe oſtenderet, tùm vt cruciatuum, quos patiebatur acerbitatem declararet, ſiue, vt *Beda* philoſophatur, quia cum paratus eſſet plures inſuper & acerbiores ſubire pœnas, & pater id nolle videre-

Cauſa Querelæ Chriſti in cruce.

A tur, cum vitam eius iam eſſet præciſurus, pia id propalam querela teſtaretur.

Incredibili hactenus patientiâ, maximâque animi quietudine, tolerârat omnia, vt credi potuiſſet ſenſu carere, atque hominis naturam exuiſſe, quare cum propius iam à morte abeſſet, non eiulatum aliquem, aut inconditum clamorem, qualem alij eo in ſupplicio conſtituti edere ſolent, ſed articulatam vocem, ac præmeditatam emiſit, initium ſcilicet pſalm. 21. vſurpans, vti Hebraicè legitur: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me*, tamen Septuaginta duo interpretes omiſerunt alterum pronomen, adiecerunt autem medium illud, *reſpice in me*, in hunc modum: *Deus, Deus meus reſpice in me, quare* B *me dereliquiſti?* quod & S. Hieronymus notauit. Credibile autem eſt valde, cætera voce ſubmiſſa Dominum proſecutum fuiſſe, referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos.

Pſal. 21. 2.

Mox vero, vt quod tribus iam ac triginta annis ſecum perpetuò voluerat, palam enunciaret, dixit, *Sitio.* Quamuis enim, vt S. Cyrillus lib. 13. cap. 35. annotauit, ſat humanæ naturæ conſentaneum ſit, vt carne continuis tormentis exſiceata, humidoque naturę fulcimento, effuſione ſanguinis conſumpto, homo areſcere, potuque indigere credatur, quod hîc, ſi vſpiam poſt homines natos, idoneum locum inueniſſe certum eſt, vbi Chriſtus ab hora pridianæ cœnæ, vſque in veſperam ſequentis diei, C cibi nihil, potuſque guſtauerat, atque interea ſudore plurimo, ſanguineque copioſiſſimo manârat, vnde ſitim magnam oriri, neceſſe erat; voluit tamen eandem hoc verbo expreſſam publicare, vt quod olim de ſe Propheta Regius pſalmo 21. 16. cecinerat, reipſa impletum probaret: *aruit*, dixerat ille, *tamquam teſta, virtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis: Chriſtus verò: ſitio.* De quo audiendus S. Cyrillus: *multum poſſunt dolores ad commouendam ſitim: innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate humidum eſt conſumunt, vel igneis ardoribus dolentis viſcera exurunt.* Expertum id nuper virum il- D lum fuiſſe crediderim, de quo Robertus Card. Bellarminus ſcriptum reliquit, poſteaquam multis fuiſſet confectus vulneribus, ex quibus ingens ſanguinis copia effluxiſſet, nihil niſi potum deſideraſſe, quaſi nil mali pateretur præter ardentiſſimam ſitim: cui affine eſt, quod de inſigni illo Latrone Annales ferunt, qui anno 1590 in Auſtria poſt diriſſimum longè crurifragium rotæ impoſitus, quamuis acerrimos cruciatus pateretur, pro quibus diuinæ bonitati grates identidem agere non deſiſtebat, de nullo conqueri auditus eſt, vnum hoc, Deum venerans precatus, vt ſi diutius eum pœnis hiſce excoquere vellet, pauxillum aquæ, quo ſitim leuaret acerbiſſimâ, immitteret. Et exauditus eſt: pluit namque de cælis Dominus, & hominem tormentis exſolutum, in locum pa-

Cyrill. l. 13. c. 35.

Pſ. 21. 16.

Ioan. 19. 28.

S. Cyrillus.

Vulneratus, ſolum potū efflagitat.

cis, ac

mirandum, cui Deus plurimæ Scripturæ myſteria ipſe explicarat; hominum interna ſenſa & merita, gradusque gratiæ cuiuſque, aliaque eius generis multa aperire ſolitus erat. Verum tam parum illi arridebant hæc omnia, & verò ſuſpecti erant fauores iſti, quibus indignum ſe arbitrabatur, vt enixè Deum orarit, vti ſe iis abſolueret, & exorauit. Quinque omnino annos non modo vitam egit communem, atque omnis viſionis & illuſtrationis expertem; verum etiam omnis penitus conſolationis vacuam, quin imò ariditatum, tentationum, & anguſtiarum feraciſſimam. Tandem & his ipſe ſupra modum grauatus vix reſpirabat & ægrè quietem animi, ac pacem tenebat, cum ecce tibi duo Angeli cælitus à Deo miſſi adueneruut, eum ſolaturi; ſed fortiſſimus Athleta ad Deum conuerſus: Domine Deus, inquiebat, nullum ego ſolatium expeto, ſat mihi eſt cuſtodire locum vbi habitas in anima mea, ita vt in eam præter te introeat, aut in ea appareat nihil: Quæ animi fortitudo, ſic Deo placuit, vt ſupra alias multas prærogatiuas meruerit ex ore æterni Patris audire: *tu es*

Matt. 17. 5. *filius meus, in quo mihi complacui.* Quam felicius eſt hæc audire ex Dei ipſius ore, quam dicere: *com-*

Pſ. 54. 14. *placeat tibi Domine vt eripias me?* Hæc ſiquidem veteris hominis vox eſt, illa laus & gloria Noui.

Ioan. Fackerer Dominic. Exceſſerat è viuis probus è S. Dominici familia religioſus Aſcetes, *Ioannes Fackerer* Argentinenſis, cum ille ſe Henrico Suſoni, einſdem diſciplinæ alumno viſendum dedit, à quo iſte mox petere inſtituit, quænam exercitatio homini ad perfectionem nitenti vtiliſſima foret? reſpondit autem: *ſi derelictus à Deo patienter ferat, atque Deo propter Deum carere non recuſet.* Auream ſane ſententiam! dignam prorſus quæ ex ore τῶν μακαρίτων prodierit, atque ab omnibus reapſe compleatur.

B. Angela Fulg. Quod ne viri detrectent, feminas produco, quas inter non inutile fuerit B. Angelam de Fulginio ſuas ipſius victorias enarrantem audire. Affligor, inquit, corpore & anima, non eſt in me membrum quod horribilem in modum non affligatur: nunquam ſum ſine dolore & languore: animæ tormenta maiora ſunt, nec ſcio aliam aſſignare ſimilitudinem, niſi hominis ſuſpenſi in patibulo, qui ligatis manibus poſt tergum, & oculis velatis ſuſpenſus, viuere perſeuerat, nec vllum habet auxilium, remedium, aut fulcimentum; ſic ego torqueor. Deſtituebant eam non modo externi ſenſus, ſed & interni præterquam ad patiendum: anima tenebris obſita, languida, velut ſemi mortua, vt nec aduerteret à quo, vel propter quem pateretur: nec queri tamen, nedum à Deo voluntate diſſentire viſa fuit. Adeo, vt nihil ad Chriſti ſiue in horto agoniſantis, ſiue in Cruce derelictionem patientis quidquam propius accedere potuiſſe videatur.

B. Magdal. Pazzia. Huic iungo B. Magdalenam Pazziam, quæ ſanè fel purum ſitiuiſſe viſa eſt, & ſi quando

A conſolationis aliquid cælitus ei infunderetur, de Deo querebatur dicens: *heu! mi Domine, vt quid à pactu inter nos conuentis diſcedis? pepigi nullum mihi mel, aut dulcedinem dari, niſi fel tuum & acetum, nullas delicias, niſi tua ſupplicia, nullum domicilium aliud, quam Caluariæ montem; nullam aliam vitam, niſi in perfectiſſima conformitate cum tua morte.*

Ma. Inc. Idem ſentiebat, ſapiebatque Ven. *Maria ab Incarnatione* Carmelitana diſcalceata, cui dum ex morbo decumbenti Antiſtita aſſeueraret Deum in mortis anguſtiis ſingulariter ei opitulaturum eſſe, reſpondit illa: *nihil, ô Mater, peculiare à Deo mihi velim concedi, volo mori derelicta, vt Chriſtus in Cruce, nullum ab eo ſolatium exſpecto, præter eius gratiam, quam ne mihi deneget, humiliter ro-*

B *go. Dunallius in Vita.*

Beatam animam! cui, vt Dominus aliquando, teſte Bloſio, ad Gertrudem Virginem dixit, perſuaſum eſt, ſeruire illi expenſis ſuis, quod hîc fieri certum eſt, dum licet ſaporem deuotionis minimè ſentiat, pia tamen exercitia, Chriſti exemplo, non intermittit.

CAPVT QVARTVM.

C *Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſcentem manifeſtanti, ſpongiam aceto plenam Ieſu propinant.*

Hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.

Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal. 68. 22. Pſ. 68. 22.

Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura: dixit: ſitio. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan. 19. 28. Ioan. 19. 28.

TRes iam propemodum horas tenebris vniuerſum orbem inuoluentibus Dominus Ieſus non in molli lecto quieuerat, ſed nudus in dura Cruce ſine vllo conſolatore pependerat,

D incredibili acerbiſſimi ſupplicij cruciatu labefactatus, atque conuulſus: quid verò interibi ſpectaſſe animo, quid mente voluiſſe dixerimus? cum Euangeliſtæ taceant, ipſe qui ſolus id nouiſſe potuit, doceat ſeruos ſuos, doceat amicos ſuos, qui ſingulariter ad vitæ nouitatem aſpirant.

Proſopopœia Chriſti pendentis in Cruce. Audi igitur quiſquis in hoc exilio, Chriſti exemplo viuere, exemplo mori ſtatuiſti, quis amantiſſimi cordis eius ardor, quæ vox, quis ſenſus fuerit morientis: nunquam ego, inquit, toto mortalis vitæ meæ tractu, acerbiora ſupplicia, maioreſque anguſtias quàm illo trium horarum ſpatio perpeſſus ſum, neque vmquam molliore lubentia dolores ſubij, quam eiuſdem illo temporis decurſu toleraui. Tunc enim mole corporis ingraueſcente vulnera manuum, pedumque

magis

magis ac magis dilatabantur, & pœnarum acerbitas in immenſum augebatur: tunc ex ſolis abſentia, frigus aëris intendi cœptum, tenerrimo corpori, præſertim nudo, ac plagis conciſo, dolorem exaugebat: tunc ipſæ tenebræ, quæ cæli amabilis conſpectum rerumque cæterarum ſolatium obſtinatè ſubtrahebant, animum ad ſola corporis mei expendenda tormenta inclinabāt, adeo vt tres illæ horæ, tribus annis æquiparari poſſe viderentur. Sed quoniam amplificandi honoris paterni, ſalutiſque humanæ procurandæ deſiderium tale erat, vt quo magis dolores corporis intenderentur, eo magis incredibilis ille ignis deſiderij excreſceret; videbantur mihi tres illæ horæ tria ſane exigua nictantis oculi momenta, præ amoris magnitudine, quo ſumma quæque maximoperè experiri ſitiebam.

Quærat forſan hic aliquis, an dolorum ille vehemens, ac vixdum conſolabilis cruciatus euincere potuerit, vt eo tam magno, ac diuturno trium horarum ſilentio cor eius, ac lingua ab oratione ceſſarint? Et nos quidem cum malis premimur, miſeriis affligimur, ac variis calamitatibus, & ærumnis exercemur, iis præſertim quæ corpori graues, moleſtæque ſunt, animum ad orandum ægerrimè applicamus. Non ſic autem ille, ſed in carne infirma inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat, toto illo trium horarum ſpatio, quo nihil proferre lingua audiebatur, ore cordis ſui vocaliſſimo pro nobis cæleſtem Patrem interpellabat: ſilente lingua loquebantur vulnera, ſanguis præ Abele clamabat, quot erant in corpore plagæ, erant autem plurimæ, tot voces exaudiebantur in cælis: quot ſanguinis guttæ decurrentes in terram, tot exquiſitiſſima verba miſericordiam poſtulabant.

Prô, noſtrum frigus! atque infelicem hominem veteribus priſtinæ conuerſationis moribus vitiatum, quem videas vbi vel dolor aliquis carnem ſauciat, vel blanda vitæ inertia animum titillat illico ab oratione diſcedere, millenis ſequeſtibus conficere, atque in grauiſſimam rerū ſuarum deſperationem delabi.

Procul hinc abeſſe cum voluit Pater quem nobis exhibuit in exemplum, torquebatur corpus eius grauiſſimè; ſolatiorum genus omne ſtiterat parens, matrem ipſe atque diſcipulum volens abdicârat, ſol faciem texerat, ſtabant omnes noti eius à longè, ipſe autem orabat: cum ecce circa horam nonam, vbi iam tribus propemodum ſilentio oraſſet horis, ſub finem ferè tenebrarum, dum cruciatus in immenſum augerentur, mortiſque appropinquantis vmbra ſe proderet, exclamauit voce magna, plena teſte *Origine*, myſterij & doctrinæ, tùm, vt notauit *Chryſoſtomus*, vt etiam tùm viuere ſe oſtenderet, tùm vt cruciatuum, quos patiebatur acerbitatem declararet, ſiue, vt *Beda* philoſophatur, quia cum paratus eſſet plures inſuper & acerbiores ſubire pœnas, & pater id nolle videre-

Cauſa Querela Christi in cruce.

A tur, cum vitam eius iam eſſet præciſurus, pia id propalam querela teſtaretur.

Incredibili hactenus patientiâ, maximâque animi quietudine, tolerârat omnia, vt credi potuiſſet ſenſu carere, atque hominis naturam exuiſſe, quare cum propius iam à morte abeſſet, non eiulatum aliquem, aut inconditum clamorem, qualem alij eo in ſupplicio conſtituti edere ſolent, ſed articulatam vocem, ac præmeditatam emiſit, initium ſcilicet pſalm. 21. vſurpans, vti Hebraicè legitur: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me*, tamen Septuaginta duo interpretes omiſerunt alterum pronomen, adiecerunt autem medium illud, *reſpice in me*, in hunc modum: *Deus, Deus meus reſpice in me, quare* B *me dereliquiſti?* quod & S. Hieronymus notauit. Credibile autem eſt valde, cætera voce ſubmiſſa Dominum proſecutum fuiſſe, referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos. Pſal. 21. 2.

Mox vero, vt quod tribus iam ac triginta annis ſecum perpetuò voluerat, palam enunciaret, dixit, *Sitio.* Quamuis enim, vt S. Cyrillus lib. 13. cap. 35. annotauit, ſat humanæ naturæ conſentaneum ſit, vt carne continuis tormentis exſiccata, humidoque naturę fulcimento, effuſione ſanguinis conſumpto, homo areſcere, potuque indigere credatur, quod hîc, ſi vſpiam poſt homines natos, idoneum locum inueniſſe certum eſt, vbi Christus ab hora pridianæ cœnæ, vſque in veſperam ſequentis diei, C cibi nihil, potuſque guſtauerat, atque interea ſudore plurimo, ſanguineque copioſiſſimo manârat, vnde ſitim magnam oriri, neceſſe erat; voluit tamen eandem hoc verbo expreſſam publicare, vt quod olim de ſe Propheta Regius pſalmo 21. 16. cecinerat, reipſa impletum probaret: *aruit*, dixerat ille, *tamquam teſta, virtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis: Chriſtus verò: ſitio.* De quo audiendus S. Cyrillus: *multum poſſunt dolores ad commouendam ſitim: innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate humidum eſt conſumunt, vel igneis ardoribus dolentis viſcera exurunt.* Expertum id nuper virum il- D lum fuiſſe crediderim, de quo Robertus Card. Bellarminus ſcriptum reliquit, poſteaquam multis fuiſſet confectus vulneribus, ex quibus ingens ſanguinis copia effluxiſſet, nihil niſi potum deſideraſſe, quaſi nil mali pateretur præter ardentiſſimam ſitim: cui affine eſt, quod de inſigni illo Latrone Annales ferunt, qui anno 1590 in Auſtria poſt diriſſimum longè crurifragium rotæ impoſitus, quamuis acerrimos cruciatus pateretur, pro quibus diuinæ bonitati grates identidem agere non deſiſtebat, de nullo conqueri auditus eſt, vnum hoc, Deum venerans precatus, vt ſi diutius eum pœnis hiſce excoquere vellet, pauxillum aquæ, quo ſitim leuaret acerbiſſimâ, immitteret. Et exauditus eſt: pluit namque de cælis Dominus, & hominem tormentis exſolutum, in locum pa-

Cyrill. l. 13. c. 35.

Pſ. 21. 16. Ioan. 19. 28.

S. Cyrillus.

Vulneratus, ſolum potū efflagitat.

 cis, ac

hanc derelictionem voluit manifeſtare, non ſecus atque æger aliquis; cui exſecando chirurgus manum admouit, ſilere, nec queri ſolet, vſque dum viuum tangat: tunc enimuero ille ſe contrahere, eiulare & gemere: Ita Chriſtus prioribus ſupplicijs afflictus, nec de ſpinis, nec flagris queri auditus, donec cæleſtis pater ſuam ei opem, ſolatiumque ſubtraheret, quando omni ſilentio poſtpoſito, voce magna velut parturiens exclamauit: quaſi diceret, (Pſal. 68. 2.) *ſaluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam:* in alijs, tribulationum aquæ non niſi ad corpus penetrârant, hîc vero animam omni adminiculo deſtitutam inuaſerant, ac tantum non demergebant.

Fieri amat ſubinde, vt, qui naufragium in mari facit, ac medias in vndas effunditur, tabulam aliquam arripiat, vel certè fundum teneat cuius ope periculum euadat: ſed hic Chriſtus dolorum fluctibus abſorptus, nihil, quo ſe tutaretur inuenit, vt dicere cum propheta potuerit: *veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia,* ſiue, vt legit Symmachus, *non eſt, vbi queam ſubſiſtere, qui conſolaretur, non inueni.* (Pſal. 68. 3.) pſal. 68. (Matth. 27. 46.) *Vt quid dereliquiſti me?*

Mirum eſt, quam verba hæc multis & intellectu difficilia & creditu viſa ſint ardua ac moleſta: præſertim cum dilectum magiſtro diſcipulum audirent non iam ſuo, ſed illius ore loquentem: (Ioan. 16. 32.) *Ecce venit hora vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum derelinquatis, ſed non ſum ego ſolus, quia Pater mecum eſt.* c. 16. Et alij: *pater in me manens, ipſe facit opera.* Paulum præterea Doctorem gentium (2. Cor. 5.) 2. Corinth. 5. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.*

Vbi Apoſtoli Chriſtum Deo vnitum, hîc vero ab eodem derelictum ferunt: nouum hoc, at iſtud ſæpius ante decantatum. Si vnus cum Patre, quomodo derelictus? Durus nodus quis ſoluet? qui Chriſtum Ieſum non vno, ſed quinque diuerſis modis cæleſti patri ſuo coniunctũ intelligi poſſe, non ignorat, (*Quomodo Chriſtus à Patre derelictus?*)

Prima Coniunctio eſt naturalis & æterna perſonæ Patris cum perſona filij in eſſentia vna & eadem.

Secunda eſt naturæ diuinæ cum natura humana in perſona filij.

Tertia eſt gratiæ & voluntatis, erat enim Chriſtus homo plenus gratiæ & veritatis.

Quarta eſt gloriæ, vidit enim anima Chriſti, Deum ab ipſa Conceptione.

Quinta & poſtrema eſt protectionis, de qua ipſe (Ioan. 8. 29.) Ioan. 8. *qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum.*

Quatuor priores inſeparabiles, & perpetuæ erant, neque iuxta vllam earum poterat à Patre ſuo derelinqui, quinta, ſola atque vnica fuit, qua hîc ad breue temporis ſpatium ab eo deſertus, opus redemptionis noſtræ abſoluit.

Poterat quidem Deus Pater aliâ idipſum viâ peragere, ſed placuit illi, placuit filio, placuit Sp. ſancto ad commune exſequendum decretum permittere, vt vis humana in Chriſtũ præualeret, eiuſque caro acerbiſſimis doloribus, abſque vllâ conſolatione, ſubiaceret, quod vt certius conſequeretur in puris naturalibus ſenſibilem Chriſti partem dereliquit Deus, torrentes vero ac riuulos æternæ voluptatis ſic cohibuit, vt in cordis regionem, quomodo antea ſolebant, non influerent, amouendo ab eius mente & cogitatione rationabili longius omnia gaudij obiecta, à voluntate inferiori omnem dulcedinis & ſolatij materiam ablegando; contra vero omnigenas afflictiones, & anguſtias acerſendo: adeo vt ſicut aquæ Iordanis ad Iſraelitici populi tranſitum supernè intumuerunt, ſtilla nulla infernè defluente; ita beatitudinis torrens miraculosè ſteterit in ſuperiore parte animæ Chriſti, prorſus vt neque inferiorem eius portionem, neque corpus irrigaret, quod præclare his verbis expreſſit Hugo à S. Victore, (Hugo Victorinus.) dum prædicta verba explanat: *non autem,* inquiens, *reliquit; quia præſentiam non abſtulit; protectionem ſubtraxit, ſed non ſeparauit vnionem.*

Mox elegans annectit exemplum: *tu meum pergis, ſimul ambulamus: ſecutus ſum te, quaſi amicum meum mecum habens: venit hoſtis meus me vulnerans, tu me plagari cernens nihil moueris, non curans mea vulnera bene dico tibi,* vt *quid me dereliquiſti: adhuc ſtas iuxta me, & cauſor te receſſiſſe à me: iuxta es loco, ſed longe es auxilio.* Quod vt clarius nobis fiat, ſciendum, tripliciter Deum ſolere afflictis opitulari; (*Quot modis Deus afflictis ſuccurrat.*) primò, omnem ab eis miſeriam auferendo: (Pſal. 90. 15.) *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum:* atque hoc modo non fuit Chriſtus à patre adiutus.

Secundo, cæleſti dulcedine ærumnas leniendo, ac mitigando, de quo gloriatus eſt Paulus (2. Cor. 7.) 2. Cor. 7. *repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* Et hoc quoque modo Pater æternus auxilium filio negauit, quod S. Catharina Senenſis quoties expenderet horrore concuti, ac velut deficere videbatur. c. 19. Vitæ.

Tertio non auferendo quidem aut leniendo cruciatus, ſed vehementius patiendi deſiderium ac lubentiam impertiendo, vnde maiori fructu & merito aduerſa tolerantur.

Atque ita, teſte S. *Bernardo* (S. Bernard.) ſerm. 5. de verbis Iſaiæ, *habemus Chriſtum ex Patre naſcentem, in Patre cubantem, cum Patre ſedentem, pro Patre ſtantem, ſub Patre pendentem, ſine Patre quodammodo morientem.* Bene hîc, vt alibi ſemper S. Ambroſius (S. Ambroſ.) l. 10. in Lucam. *Ego nuſquam magis pietatem eius, maieſtatemque demiror. Minus enim contulerat mihi niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit, quod doleret: & ſequeſtrata delectatione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis

ſirmitatis afficitur, ſuſcepit enim triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur.

Magnum prodigium! exemplum ingens! Amoris dicam, an imitationis! & Amoris dicam & imitationis, vt quod ille noſtri amantiſſimus propoſuit, nos eius amore ſequamur.

Ecce Chriſtum filium ſuum innocentiſſimum Deus Pater in Crucem tollit, in eaque morientem, atque atrociter mala plurima ſubeuntem derelinquit, omni ſolatio priuat, hac vna ex cauſſa, quod peccatoris perſonam ſuſtineat, ipſe longiſſimè ab omni culpæ contagio alienus: & nos affligimur, querimur, excandeſcimus, animum deſpondemus, ſi faciem ſuam Deus tantiſper à nobis auertat, ſi nobis ipſis relinquimur, qui toties ipſum ante abiecimus. *Auertiſti faciem tuam à nobis, & facti ſumus conturbati.*

Sed cauſſas fortaſſe quis noſſe velit, ob quas Deus hominem ſubinde deſerat, aut relinquat? Et ſunt illæ quidem non paucæ, quarum cognitio non poterit non eſſe proficiẽtibus vtilis, & perfectis fructuoſa.

Cauſa ob quas Deus hominem relinquat.

Primùm itaque euenire id crediderim in pœnam peccati, vel teporis in ſpiritualibus ſtudiis, atque exercitiis commiſſis, vt docet S.P.N. Ignatius: vel vt S. Gregorius, ſuperbiæ, aut ambitionis: vnde B. Laurentius Iuſtinianus lib. de caſto connub. c. 14. *Quoniam nullus eſt, qui non ſaltem in multis venialibus offendat, equidem nemo inuenitur, cui ſæpe diuinus non ſubtrahatur guſtus.*

B. Laurent. Iuſtinian.

Secundo permittit id Deus ad meriti noſtri augmentum, vt diuinitus id didicit *B. Catharina Bononienſis*, & à B. Virgine accepit *S. Birgitta* his verbis: *turbari non debes, ſi quando cor tuum induratur, quia hoc eſt ad maiorem coronam.*

Et clarius nonnihil à Chriſto ipſo V. Baptiſta Verana, dum illi in hunc modum loqueretur; *recordare* inquiens, *quod Deus te clarè fecit intelligere, plus mereri te, dum ſtas ante diuinam maieſtatem ſine deuotione, quam dum ſtas cum multis lacrymis & deuotione, quia tunc ſoluis partem aliquam debiti. Itaque diſce habere patientiam in die ſterilitatis & penuriæ. Recordare hanc ſubtractionem non eſſe ex odio, ſed ex amore.* Bartholom. Cimatellus in Vita.

Tertio ad Probationem noſtri. Ita namque S.P.N. *Ignatius* reg. 9. diſc. vt probemur, quinam ſimus, & quomodo in Dei ſeruitium & honorem abſque præſente quodam conſolationum, donorumque ſpiritualium ſtipendio noſmetipſos impendamus.

Quartò ad cognitionem noſtri, & humiliationem: *dixi*, inquiebat ille, *in abundantia cordis mei, non mouebor in æternum: auertiſti faciem tuam & factus ſum conturbatus:* quod expendens S. Bernard. ſerm. 74. in Cant. *dixerat*, inquit, *ſancta anima quædam in abundantia ſua, non mouebor in æternum, cum ſubitò ſenſit à ſe auerſam faciem Verbi, ſeque non modo motam, ſed etiam conturbatam, & ſic in triſtitia didicit, opus fuiſſe ſibi cum munere quidem deuotionis, etiam pondere veritatis.*

Pſal. 29. 7.

S. Bernard.

Quintò propter honorem & guſtum ſuum permittere id ſolet Deus, quod, teſte *S. Ioann. Chryſoſt.* in Chriſto factum à Deo liquet, delectatur ſiquidem Dominus reſignatione & perſeuerantia noſtra, quamuis non concedat deuotionis ſenſum, quem ab eo petimus ac poſtulamus.

De cetero, vndecunque hæc derelictio oriatur, intuendus Nouo homini Saluator Chriſtus, qui præſtantiſſimo ſui relicto exemplo omnes ad eiuſdem imitationem appellat.

Ac primo quidem ſi ob culpam præteritam alicuius peccati, vel ſuperbiæ vel præſumptionis, deſertio immittatur, gaudendum eſt, Deo ſic aliqua ratione fieri ſatis, ob quam cauſam P. Ludouicus de Ponte gaudebat Infernum eſſe, & purgatorium: ſoletque tale gaudium naſci ex amore erga Deum ſolido, ex odio bono peccati & magna cognitione diuinæ excellentiæ, ac reuerentia eius maieſtatis, quod in Chriſto Domino, qui peccata noſtra in ſe aſſumpſerat, atque eam, quam à Patre ſuo derelictionem ſubibat, generoſe patiebatur, manifeſtè patet.

P. Ludou. de Ponte *gaudebat Infernum & purgatorii eſſe quaret*

Si vero reliquis modis accerſita derelictio ſuperuenerit, gaudendum ſimiliter, quia Deus ita nos vult tractare, cuius obſecundare imperio, ſuamque cum eius voluntate conformare ſententiam maioris meriti ac gloriæ ſeminarium eſt, quam humano quis ſenſu ingenioque aſſequatur, vnde & olim factum legimus, atque etiamnum fieri quotidie videmus, vt noui homines, quibus veteris illud Adami deſipuit fermẽtum, ſubtrahente paulisper ſponſo faciem ſuam, vel ob eius abſentiam non t[illegible]bentur vel ſi grauius fortaſſis eam ſentire cogantur, patienter tolerent, ſeque illico ad diuinæ voluntatis arbitrium componant.

Non eſt quidem, vt B. Catharina Bononienſis in libello quem Deo inſpirante conſcripſit, teſtatur, dolor acerbior illo, quem patitur anima, ob ſenſibilis amoris abſentiam, quando non guſtat conſuetas dulcedines, facit tamen Ieſu patientis amor, eiuſque imitandi ſtudium non vulgare, vt ſeſe viros hic præſtent, ac ſecundum exemplar quod in monte ſibi monſtratum eſt, facere connitantur: quare à docente ad facientes tranſeamus.

Cathar. Bononienſ.

Qualem hic fuiſſe S. Franciſcum putabimus, dum per biennium grauiſſimo mærore tabeſcens, etiam in oratione, vt ſibi videretur à Deo derelictus nuſquam ſolatium inueniret? pergebat tamen vir ſanctus, & Crucem poſt Dominum geſtabat.

S. Franciſc.

Suſpiciendum planè eſt quod Doctor Ioannes Thaulerus propria ſua experientia cognouiſſe ſe ſcribit: Noui, inquit, inſignem Dei famulum reuelationibus & viſionibus cæleſtibus admiran-

Ioan. Thaulet.

mitandum, cui Deus plurimæ Scripturæ myſteria ipſe explicarat, hominum interna ſenſa & merita, graduſque gratiæ cuiuſque, aliaque eius generis multa aperire ſolitus erat. Verum tam parum illi arridebant hæc omnia, & verò ſuſpecti erant fauores iſti, quibus indignum ſe arbitrabatur, vt enixè Deum orarit, vti ſe iis abſolueret, & exorauit. Quinque omnino annos non modo vitam egit communem, atque omnis viſionis & illuſtrationis expertem; verum etiam omnis penitus conſolationis vacuam, quin imò ariditatum, tentationum, & anguſtiarum feraciſſimam. Tandem & his ipſe ſupra modum grauatus vix reſpirabat & ægrè quietem animi, ac pacem tenebat, cum ecce tibi duo Angeli cælitus à Deo miſſi aduenerunt, eum ſolaturi; ſed fortiſſimus Athleta ad Deum conuerſus: Domine Deus, inquiebat, nullum ego ſolatium expeto, ſat mihi eſt cuſtodire locum vbi habitas in anima mea, ita vt in eam præter te introeat, aut in ea appareat nihil: Quæ animi fortitudo, ſic Deo placuit, vt ſupra alias multas prærogatiuas meruerit ex ore æterni Patris audire: *tu es*

Matt.17.5.

filius meus, in quo mihi complacui. Quam felicius eſt hæc audire ex Dei ipſius ore, quam dicere: *complaceat tibi Domine vt eripias me?* Hæc ſiquidem veteris hominis vox eſt, illa laus & gloria Noui.

Pſ.54.24.

Ioan. Fuckerer Dominic.

Exceſſerat è viuis probus è S. Dominici familia religioſus Aſcetes, *Ioannes Fuckerer* Argentinenſis, cum ille ſe Henrico Suſoni, eiuſdem diſciplinæ alumno viſendum dedit, à quo iſte mox petere inſtituit, quænam exercitatio homini ad perfectionem nitenti vtiliſſima foret? reſpondit autem: *ſi derelictus à Deo patienter ferat, atque Deo propter Deum carere non recuſet.* Aureàm ſane ſententiam! dignam prorſus quæ ex ore τοῦ μακαρίτου prodierit, atque ab omnibus reapſe compleatur.

B. Angela Fulg.

Quod ne viri detrectent, feminas produco, quas inter non inutile fuerit B. Angelam de Fulginio ſuas ipſius victorias enarrantem audire. Affligor, inquit, corpore & anima, non eſt in me membrum quod horribilem in modum non affligatur: nunquam ſum ſine dolore & languore: animæ tormenta maiora ſunt, nec ſcio aliam aſſignare ſimilitudinem, niſi hominis ſuſpenſi in patibulo, qui ligatis manibus poſt tergum, & oculis velatis ſuſpenſus, viuere perſeuerat, nec vllum habet auxilium, remedium, aut fulcimẽtum; ſic ego torqueor. Deſtituebant eam non modo externi ſenſus, ſed & interni præterquam ad patiendum: anima tenebris obſita, languida, velut ſemi mortua, vt nec aduerteret à quo, vel propter quem pateretur: nec queri tamen, nedum à Deo voluntate diſſentire viſa fuit. Adeo, vt nihil ad Chriſti ſiue in horto agoniſantis, ſiue in Cruce derelictionem patientis quidquam propius accedere potuiſſe videatur.

B. Magdal. Pazzia.

Huic iungo B. Magdalenam Pazziam, quæ ſanè fel purum ſitiuiſſe viſa eſt, & ſi quando
A conſolationis aliquid cælitus ei infunderetur, de Deo querebatur dicens: *heu! mi Domine, vt quid à pactu inter nos conuentis diſcedis? pepigi nullum mihi mel, aut dulcedinem dari, niſi fel tuum & acetum, nullas delicias, niſi tua ſupplicia, nullum domicilium aliud, quam Caluariæ montem; nullam aliam vitam, niſi in perfectiſſima conformitate cum tua morte.*

Maria ab Incarnat.

Idem ſentiebat, ſapiebatque Ven. *Maria ab Incarnatione* Carmelitana diſcalceata, cui dum ex morbo decumbenti Antiſtita aſſeueraret Deum in mortis anguſtiis ſingulariter ei opitulaturum eſſe, reſpondit illa: *nihil, ô Mater, peculiare à Deo mihi velim concedi, volo mori derelicta, vt Chriſtus in Cruce, nullum ab eo ſolatium exſpecto, præter eius gratiam, quam ne mihi deneget, humiliter ro-*
B *go. Duuallius in Vita.*

Beatam animam! cui, vt Dominus aliquando, teſte Bloſio, ad Gertrudem Virginem dixit, perſuaſum eſt, ſeruire illi expenſis ſuis, quod hîc fieri certum eſt, dum licet ſaporem deuotionis minimè ſentiat, pia tamen exercitia, Chriſti exemplo, non intermittit.

CAPVT QVARTVM.

Deficiente ſanguine ſitim acrius inardeſcentem manifeſtanti, ſpongiam aceto
C *plenam Ieſu propinant.*

Hic ſitiat, quiſquis æternum ſitire recuſat.

Et in ſiti mea potauerunt me aceto. Pſal.68.22. Pſ.68.22.

Sciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura: dixit: ſitio. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Ioan.19.28. Ioan.19.28.

TRes iam propemodum horas tenebris vniuerſum orbem inuoluentibus Dominus Ieſus non in molli lecto quieuerat, ſed nudus in dura Cruce ſine vllo conſolatore pependerat,
D incredibili acerbiſſimi ſupplicij cruciatu labefactatus, atque conuulſus: quid verò interibi ſpectaſſe animo, quid mente voluiſſe dixerimus? cum Euangeliſtæ taceant, ipſe qui ſolus id nouiſſe potuit, doceat ſeruos ſuos, doceat amicos ſuos, qui ſingulariter ad vitæ nouitatem aſpirant.

Proſopopœia Chriſti pendentis in Cruce.

Andi igitur quiſquis in hoc exilio, Chriſti exemplo viuere, exemplo mori ſtatuiſti, quis amantiſſimi cordis eius ardor, quæ vox, quis ſenſus fuerit morientis: nunquam ego, inquit, toto mortalis vitæ meæ tractu, acerbiora ſupplicia, maioreſque anguſtias quàm illo trium horarum ſpatio perpeſſus ſum, neque vnquam molliore lubentia dolores ſubij, quam eiuſdem illo temporis decurſu toleraui. Tunc enim mole corporis ingraueſcente vulnera manuum, pedumque

magis ac magis dilatabantur, & pœnarum acerbitas in immenſum augebatur: tunc ex ſolis abſentia, frigus aëris intendi cœptum, tenerrimo corpori, præſertim nudo, ac plagis conciſo, dolorem exaugebat: tunc ipſæ tenebræ, quæ cæli amabilis conſpectum rerumque cæterarum ſolatium obſtinatè ſubtrahebant, animum ad ſola corporis mei expendenda tormenta inclinabât, adeo vt tres illæ horæ, tribus annis æquiparari poſſe viderentur. Sed quoniam amplificandi honoris paterni, ſalutiſque humanæ procurandæ deſiderium tale erat, vt quo magis dolores corporis intenderentur, eo magis incredibilis ille ignis deſiderij excreſceret; videbantur mihi tres illæ horæ tria ſane exigua nictantis oculi momenta, præ amoris magnitudine, quo ſumma quæque maximoperè experiri ſitiebam.

Quærat forſan hic aliquis, an dolorum ille vehemens, ac vixdum conſolabilis cruciatus euincere potuerit, vt eo tam magno, ac diuturno trium horarum ſilentio cor eius, ac lingua ab oratione ceſſarint? Et nos quidem cum malis premimur, miſeriis affligimur, ac variis calamitatibus, & ærumnis exercemur, iis præſertim quæ corpori graues, moleſtæque ſunt, animum ad orandum ægerrimè applicamus. Non ſic autem ille, ſed in carne infirma inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat, toto illo trium horarum ſpatio, quo nihil proferre lingua audiebatur, ore cordis ſui vocaliſſimo pro nobis cæleſtem Patrem interpellabat: ſilente lingua loquebantur vulnera, ſanguis præ Abele clamabat, quot erant in corpore plagæ, erant autem plurimæ, tot voces exaudiebantur in cælis: quot ſanguinis guttæ decurrentes in terram, tot exquiſitiſſima verba miſericordiam poſtulabant.

Prô, noſtrum frigus! atque infelicem hominem veteribus priſtinæ conuerſationis moribus vitiatum, quem videas vbi vel dolor aliquis carnem ſauciat, vel blanda vitæ inertia animum titillat illico ab oratione diſcedere, millenis ſequeſtibus conficere, atque in grauiſſimam rerũ ſuarum deſperationem delabi.

Procul hinc abeſſe eum voluit Pater quem nobis exhibuit in exemplum, torquebatur corpus eius grauiſſimè; ſolatiorum genus omne ſtiterat parens, matrem ipſe atque diſcipulum volens abdicârat, ſol faciem texerat, ſtabant omnes noti eius à longè, ipſe autem orabat: cum ecce circa horam nonam, vbi iam tribus propemodum ſilentio oraſſet horis, ſub finem ferè tenebrarum, dum cruciatus in immenſum augerentur, mortiſque appropinquantis vmbra ſe proderet, exclamauit voce magna, plena reſte Origine, myſterij & doctrinæ; tùm, vt notauit *Chryſoſtomus*, vt etiam tùm viuere ſe oſtenderet, tùm vt cruciatuum, quos patiebatur acerbitatem declararet, ſiue, vt *Beda* philoſophatur, quia cum paratus eſſet plures inſuper & acerbiores ſubire pœnas, & pater id nolle videre-

Cauſa Querelæ Christi in cruce.

A tur, cum vitam eius iam eſſet præciſurus, pia id propalam querela teſtaretur.

Incredibili hactenus patientiâ, maximâque animi quietudine, tolerârat omnia, vt credi potuiſſet ſenſu carere, atque hominis naturam exuiſſe, quare cum propius iam à morte abeſſet, non eiulatum aliquem, aut inconditum clamorem, qualem alij eo in ſupplicio conſtituti edere ſolent, ſed articulatam vocem, ac præmeditatam emiſit, initium ſcilicet pſalm. 21. vſurpans, vti Hebraicè legitur: *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquiſti me*, tamen Septuaginta duo interpretes omiſerunt alterum pronomen, adiecerunt autem medium illud, *reſpice in me*, in hunc modum: *Deus, Deus meus reſpice in me, quare* B *me dereliquiſti?* quod & S. Hieronymus notauit. Credibile autem eſt valde, cætera voce ſubmiſſa Dominum proſecutum fuiſſe, referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos.

Pſal. 21. 1.

Mox vero, vt quod tribus iam ac triginta annis ſecum perpetuò voluerat, palam enunciaret, dixit, *Sitio.* Quamuis enim, vt S. Cyrillus lib. 13. cap. 35. annotauit, ſat humanæ naturæ conſentaneum ſit, vt carne continuis tormentis exſiccata, humidoque naturę fulcimento, effuſione ſanguinis conſumpto, homo areſcere, potuque indigere credatur, quod hîc, ſi vſpiam poſt homines natos, idoneum locum inueniſſe certum eſt, vbi Christus ab hora pridianæ cœnæ, vſque in veſperam ſequentis diei, C cibi nihil, potuſque guſtauerat, atque interea ſudore plurimo, ſanguineque copioſiſſimo manârat, vnde ſitim magnam oriri, neceſſe erat; voluit tamen eandem hoc verbo expreſſam publicare, vt quod olim de ſe Propheta Regius pſalmo 21. 16. cecinerat, reipſa impletum probaret: *aruit*, dixerat ille, *tamquam teſta, virtus mea & lingua mea adhæſit faucibus meis: Chriſtus verò: ſitio.* De quo audiendus S. Cyrillus: *multum poſſunt dolores ad commouendam ſitim: innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate humidum eſt conſumunt, vel igneis ardoribus dolentis viſcera exurunt.* Expertum id nuper virum il- D lum fuiſſe crediderim, de quo Robertus Card. Bellarminus ſcriptum reliquit, poſteaquam multis fuiſſet confectus vulneribus, ex quibus ingens ſanguinis copia effluxiſſet, nihil niſi potum deſideraſſe, quaſi nil mali pateretur præter ardentiſſimam ſitim: cui affine eſt, quod de inſigni illo Latrone Annales ferunt, qui anno 1590 in Auſtria poſt diriſſimum longè crurifragium rotæ impoſitus, quamuis acerrimos cruciatus pateretur, pro quibus diuinæ bonitati grates identidem agere non deſiſtebat, de nullo conqueri auditus eſt, vnum hoc, Deum venerans precatus, vt ſi diutius eum pœnis hiſce excoquere vellet, pauxillum aquæ, quo ſitim leuaret acerbiſſimã, immitteret. Et exauditus eſt: pluit namque de cælis Dominus, & hominem tormentis exſolutum, in locum pa-

Cyrill. l. 13. c. 35.

Pſ. 21. 16. Ioan. 19. 28.

S. Cyrillus.

Vulneratus, ſolum potũ efflagitat.

cis, ac quietis mox acceſſiuit.

S Emmeramnus.

Nec abſonum eſt quod in actis *S. Emmerammi* Martyris, atque Epiſcopi inuenimus, qui ligatus ad palum, ac frequentibus plagis conciſus, de ſiti tantummodò querebatur: ex quibus de Chriſti Domini ſiti pronum eſt iudicare, quæ tamen quantalibet eſſet, nunquam certè effeciſſet, vt in eiuſmodi querimoniam os, linguamque laxaret, niſi priore grauior, atque atrocior eum ſitis vſſiſſet, de qua S. Auguſtin. ſerm. 1. de ramis pal. *Sitis mea, ſalus veſtra eſt; ſitis mea, redemptio veſtra: ſitio ſitim veſtram, ſalutem veſtram, gaudium veſtrum: plus animarum veſtrarum, quam carnis meæ cruciatus me tenet.*

S. Auguſt.

Rudolp. II. *Imp. de ſiti ſua victoria.*

Hiſtorica ſimilitudine rem declaro: mouebat Rudolphus II. Imperator in Ottocarum Bohemiæ Regem rebellem copias ſuas, iamque aquę penuria laborare exercitus cœperat, ipſe in ceteris ſitiebat Imperator: tum ecce conſpicitur quis meſſoribus potum deferens accedere, in quem, vt optatiſſimam prædam, inuolare vicini: abripitur homo cum lagena, hanc Imperatori offerunt. Quid hic? ſeipſum vincere doctiſſimus, homini lagenam, nullius ore libatam reſtituit: ego quidem, inquiens, exercitui meo, non mihi ſitiebam. Ita veriſſimè Chriſtus non ſibi, ſed generi humano ſitiebat, cuius ſalutem procurabat. Intellexerat id probe B. ille Venetiarum Patriarcha Laurentius Iuſtinianus dum libr. de Chriſti agone ſic loquitur: *quod Chriſtus Samaritanæ dixerat, mulier da mihi bibere, hoc in Cruce omnibus ait: Sitio: ſitis hæc de ardore dilectionis, de amoris fonte, de latitudine naſcitur charitatis, ſitit*, namque vt ſcribit *Nazianz. ſitiri Deus.*

B. Laur. Iuſtin.

S Greg. Nazianz.

Mirum dixeris Ieſum ſitiuiſſe crucifixeres ſuos, & hoſtes, aquam ſcilicet cœnoſam ac turbidam.

Sed curſoris inſtar ac pugilis ſitiuiſſe penſandus eſt, quibus vel aqua nigra & cadaueribus inquinata merum eſt: in quam rem appoſitè ſi vſquam Dauid Pſal. 61. 5. perſonam eius repræſentans: *cucurri* inquit, *in ſiti: ſitis Ieſu currentis vel aquâ turbidâ exſtinguenda*, vt ait Auguſtinus. *Illi*, inquit, *interficiebant, & repellebant me, ego ſitiebam illos, illi honorem meum cogitabant repellere, ego eos in corpus meum conabar per potum traiicere:* quod Samaritanæ mulieris exemplo deinde confirmat: *ſitio*, inquiebat, *mulier da mihi bibere. Samaritana ad puteum, ſitientem Dominum ſenſit, & à ſitiente ſatiata eſt. Senſit prior illa ſitientem, vt biberet ille credentem. Nunquid hæc aqua turbida erat? ſed Ieſu ex itinere defatigato omnis aqua dulcis erat; vnde tam rationalis hæc ſitis eſt, vt inexpiandæ crudelitatis arguendus ſit, quiſquis eam non leuarit.* Auctorem appello Origenem, qui ſuprema hæc Chriſti verba prudenti lance examinans, *diſcedite à me maledicti in ignem æternum, ſitiui enim & non dediſtis mihi bibere, potemus*, inquit, *Ieſum pænitentiæ lachrymis, vt dicat de nobis bene potantibus, ſitiui & dediſtis mihi potum.* Hæc piiſſima Ludolphi Saxonis erat

Pſal. 61. 5.

S. Auguſt.

Origenes.

Matth. 25. 35.

A meditatio, cum S. Bernardi verba referens p. 2. c. 63. ſcripſit in hunc modum: *Sitio*, inquit, *Chriſtus, non, doleo. O Domine, quid ſitis? Salutem veſtram, & ſi non mei, ſaltem veſtri miſeremini.* Ac deinde ſubiicit: *O Domine Ieſu coronam ſuſtines, de tua cruce & vulneribus taces: & pro ſola ſiti clamas, dicens: ſitio. Quid ergo ſitis? Certè ſolam redemptionem hominum & gaudiũ humanæ ſalutis:* Aquæ multæ, populi multi. Metamorph. l. 6.

Hauſtus aquæ mihi nectar erit.

Pauxillum de hoc nectare guſtauerat in conuerſione Latronis, ſed tanto ſitis ardori non fecerat ſatis: etiam te, Iudæe parricida Chriſti charitas ſitiebat: veſtram ſacrilegi Numinis cultores, ſalutem ſitiebat, tantus namque in corde amoris ardor flagrabat, tanta patiendi ſitis eius

B animum inſederat, vt exſaturari nequiret: mille flagra, coronas ſpineas mille, ac totidem cruces pro hominibus ſingulis pati ſitiebat, nec horis aliquot duntaxat, verùm ad mundi finem: quod cum Patri ſecus videretur, hæc duo ſic coniungebat, *vt quid me dereliquiſti?* & *ſitio, dolens* ſcilicet, teſte S. Hilario, *non omnium ſe peccata portare.* S Hilarius.

Quod poſtquam intellexiſſet gentium Apoſtolus Paulus, ita ad Coloſſenſes ſuos ſcripſiſſe legitur cap. 1. *Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia:* quæ verba *S. Ambroſius* ſic vertit: *ſuppleo reliquias preſſurarum Chriſti, quia membrum erat Chriſti. Chriſtus enim in Actis Apoſto-*

Coloſſ. 1. 24.

S. Ambroſ.

C *lorum apertè oſtendit ſe ea perpeti, quæ Martyres aduerſa tolerarent, dicens: Saule, Saule quid me perſequeris?* quod vni è filiabus S. Birgittæ aperuiſſe Chriſtus auditus eſt, cum tanta ſe etiamnum patiendi ſiti ob Patris ſui gloriam torreri profeſſus eſt, vt licet immortalis & impaſſibilis ſit, tamen animarum lucris tantopere intendere, vt earum corpora velut mutua ſumat, & ſuccidaneas hoſtias, quo in illis ſuam expleat ſitim, quam in ſuo corpore nequiuerat expleuiſſe, atque adeo Crucem ad diem vſque iudicij patiatur: quod S. Auguſtinus in Pſal. 62. ſic confirmatum reliquit: *ſi in membris Chriſti es, quidquid pateris ab eis, qui non ſunt in membris Chriſti, deerat paſſionibus Chriſti;* idque, Chriſto teſte, patuit, eum & fu-

S. Auguſt.

D gienti Petro apparuit, inquiens, ſe denuo venire Romam crucifigendum in vicario ſcilicet: atque iterum dum in Cruce caſtelli Xauerij ſudare viſus eſt, quoties Franciſcus graue aliquid eius nomine pateretur. Huc verbum iſtud *Sitio* in Cruce prolatum reſpiciebat, hoc adſtantibus innuere videbatur, ſed ipſi nihil horum intellexerunt: abſconditum erat verbum hoc à cordibus eorum. *In cruce poſitus, ait S. Auguſtin. ſitio dixit, quamuis illi non dederunt, quod ſitiebat. Ipſos enim ille ſitiebat: at illi acetum dederunt, non vinum nouum. Vas ibi poſitum erat aceto plenum, cui acceptam ſpongiam intingentes obtulerunt ori eius:* accommodatum ſanè poculum ad tale mortis, pœnarumque conuiuium. Hoc videlicet nectar eſt, hæc ambro-

S. Franc. Xauerius.

S. Auguſt.

Ioan. 19. 29.

ſia,

ſia, quam homines propinant ſitienti Deo. Sed non alio reſtingui liquore debuit illa pænarum ſitis.

Spongia hyſſopo circumpoſita.

Ad ſpongiam autem quod attinet, Matthæus *arundini impoſitam*, Marcus *circumpoſitam calamo*, Ioannes vero *hyſſopo circumpoſitam* ſcribit. Res obſcura, de qua inter eruditos non minima cōtrouerſia eſt, his caules hyſſopi in Syria dodrantales, duros ac lignoſos ex Dodonæo afferentibus, quorum alicui ſpongia circumponi potuerit.

Aliis herbam ipſam, ſpongiæ circumpoſitam docentibus, ad vim ſuam aceto communicandam, vel certè ad ipſam ſpongiam calamo adſtringendam.

Aliis vitium Amanuenſium ſiue librariorum hic agnoſcentibus, quo factum fuerit olim; vt ὑσσώπῳ poſitum ſit pro ὑσσῷ, id eſt, pilo, haſta, telo, vel, vt Marcus, *calamo*, vt Matthæus, *arundine*, quos inter cum virum doctiſſimum, atque in S. Scripturis explicandis Doctorem eximiū inueniam Gulielmum Eſtium, eorum mihi ſententia in ceteris placere viſa eſt, tum propter infirmas aliorum rationes, tùm verò non improbabilem horum coniecturam, quæ magnæ controuerſiæ, via facili, difficultatem lenit.

Gulielm. Eſtius.

Cur acetum in Caluario?

Sed eſt & alia, priore fortaſſe celebrior, de hac re orta contentio, quid cum Cruciario acetum? qua ex cauſſa aduectum?

Theophyl.

Pro more, inquit Theophylactus allatum erat, hunc autem varij diuerſis modis explicare conati ſunt, quorum inpræſentiarum omiſſis coniecturis, cum Franciſco Cardinale Toleto exiſtimo, dari ſolitum Cruciariis acetum vt citius occumberent, & expirarent, acetum enim valde officit vulneratis; vnde factum, vt eadem ex cauſſa, qua myrrhatum vinum crucifigendis propinabāt, vt minùs doloribus excruciarentur, aceto etiam potabant crucifixos, vt citius tormentis, beneficio mortis, eriperentur. De priore conſtat ex Euangelio, poſterius allata à me ratio probabiliter ſuadet.

Card. Toletus.

Atque ita ante Toletum ſenſiſſe legimus Card. Caietanum, Ianſſenium Gandenſem, Mōtanum, & alios.

Luc 23:36.

Quod vero ad S. Lucam attinet, qui ſcribit milites illudentes acetum Chriſto obtuliſſe. Reſpondeo non ſolum ei datum acetum ab illis, vt citius moreretur, vt in ceteris cruci ſuffixis fieri ſolebat, ſed vt inſimul acerbo ſarcaſmo Chriſto illuderent, quem cum ſitim ſuam manifeſtantem audiiſſent, potus loco, acetum lethale poculum obtulerunt. Quod ſiue ex fide ita ſe haberet, vt citius morerentur, qui acetum biberent, impugnante id Lyrano; ſiue ex vulgi errore, vt ſæpè in eiuſmodi aliis fieri amat, probantibus id nonnullis, Ieſus mori eorum obſecundans, acetum hauſit, non vt tormentis ſuis finem daret, ſed aceti peſſimi malignitas, palatum non parum offenſura cæteris doloribus, tædiiſque adiiceretur, ac reipſa oſtēderet, quam libens aliud iſtud acetum, quod ipſi erant, ebibiſſet, quaſi diceret, teſte *S. Auguſtino*, *hoc minus feciſtis, date quod eſtis*: Iudæi quippe ipſi erant acetum, ſalutem eorum auidiſſimè ſitiebat, dum malignum iſtud, acidumque de ſpongia ſuxit. Opportunum ſane illudendo Domino Ieſu inſtrumentum Spongia! animal non animal, piſcis ex terra, ex mari frutex, ſcopulorum filia, crudo puerperio nata, ſitibunda in vndis, cribrum aquæ retinens, beſtia μυριόφθαλμος, Argo oculatior, & tamen cæca, hirudo alieni ſanguinis. Tale itaque oportuit eſſe portentum, quod vltimum Domino tormentum inferret.

S. Auguſt.

Spongia natura.

Diſputant Philoſophi num ſit animata?

Aſt ego crediderim (inquit Garaſſus) motu, vitaque carentem,.

Quamuis centum oculos, & mille foramina iactet.

Nam ſi vel minimo vitæ ſit prædita ſenſu,

Nunquam cum miſera ſe ferret arundine cingi:

Nec tam funeſtos vitam ſeruaret ad vſus.

Sed fugeret tremebunda Deum: nec fellis amurcam

Implueret Chriſti morientibus horrida labris.

Audiamus S. Auguſtinum. Quod dixit, ſitio; fidem quærebat à ſuis, ſed quia in propria venit, & ſui eum non receperunt, pro ſuauitate fidei, acetum perfidię dederunt, & hoc in ſpongia. Verè ſpongiæ comparandi, quia non ſolidi, ſed tumidi: non rectæ confeſſionis aditu aperti, ſed inſidiarum tortuoſis anfractibus cauernoſi. lib. 44. Euang.

Felix interim Spongia præ lapidibus illis, quos Ariſtoteles beatos prædicare non dubitauit, ex quibus Deorum aræ fabricarentur, hæc ori Dominico oblata ſpiritum hauſit, qui ſanctitudine complet vniuerſa, digna quam nulla temporum iniuria perdat, nulla vetuſtas arrodat, quemadmodum quoque diuina Prouidentia curatum legimus in peruetuſto illo Codice, cui titulus de Locis ſanctis à Venerabili Beda in compendium redacto, cuius hæc verba ſunt: *In platea, qua Martyrium & Golgotha continuat, exedra eſt, in qua calix Domini ſcriniolo reconditus per operculi foramen tangi ſolet, & oſculari: qui argenteus calix duas hinc & inde habens anſulas, ſextarij Gallici menſuram capit, in quo eſt illa ſpongia Dominici potus miniſtra.*

Exinde vero tranſlata Romam, vbi in Lateranenſi Baſilica præcipuo honore aſſeruatur. Nec eſt cur ſcrupulum, aut dubium alicui ingerat quod apud nonnullos Hiſtoricos legitur: Spongiam hanc à Balduino Conſtantinopolitano Imperatore, Venetorum reipub. oppignoratam, ac poſtea à S. Ludouico Francorum Rege, eodem Balduino permittente, exſoluto pignore in Galliam aduectam, ac Lutetiæ Pa-

riſiorum

tiſiorum in Regio ſacello collocatam eſſe,cum facile fieri potuerit, hanc Chriſti Domini ſacratiſſimam Spongiam in duo, vel etiam plura fruſta fuiſſe diuiſam, cuius pars Romæ, pars Lutetiæ aſſeruetur, in perpetuam aceti illius memoriam, quod Iudaica impietas Chriſto in Cruce porrexit, ipſe vero noſtri cauſſa lubens accepit.

Audiat itaque nouus homo, & quoties illius vel obiter reminiſci contigerit, quale de hoc aceto alexipharmacum cœleſtis nobis diætus compoſuerit, expendat.

Acetum Chriſto oblatum, factum alexipharmacũ peccatori.

Si vulgare acetum exſtinguendis ignibus, eorumque ardoribus ſeruiat, vti ex Plutarcho, Vitruuio & Plinio liquet, ſi ore contentum vim æſtus in balneis mitiget. Certè quoties corripuerit te flamma libidinis, adi eum cuius ori oblata Spongia aceto plena: ſupplex pete, irrorare velit os tuum, cor ac renes, & certam experiere medicinam.

Si acetum vulgare ſaxa, quæ ignis antecedens non ruperit, infuſum comminuat; Cor tuum ſanè lapideum, tot hactenus diuini ſpiritus eluſis incendijs rebelle & contumax, hoc myſtico aceto conſperſum, & facile contritum diſſiliet, & nouam ſecundum cor Dei formam accipiet.

Si aceto iſto communi aſperſum plumbum tandem diluitur, & abit in ceruſſam; cuius cor adeo graue fuerit ac ponderoſum, quod hoc oblitum aceto agile non fiat, & expeditum?

Si Margaritæ hoc eodem aceto perfuſæ colliqueſcere, auctore Vitruuio, dicantur, quod pectus? quis animus opulentia ſua, formaque confidentior, prioris vitæ noxas conſiderans, quæ in liquorem hunc longè acerrimum ſitienti Domino exſtillarunt, maximis ſe non profuat gemitibus, quibus illas inducere valeat, & expurgare? Salutare remedium ſed quod Chriſto carò ſtetit. Duram ſitim! funeſtum acetum! quibus innocens Ieſus amore tui & torqueri ſe paſſus eſt, & voluit vehementer affligi. Homo noue, ſi amantem redamas, amor ſimilitudine paſcitur, imitari non pigeat, quod eum pro te feciſſe, recordari delectat.

S. Anton.

Intellexerat id ſanè magnus Antonius, dum in primo ætatis flore mundo moriturus, vaſtam Nitriæ ſolitudinem ſui victor intrauit, vbi dum locum ſibi metaturus, vti rebatur, præcommodum puteum foderet, cuius aqua qualiſcunque ea denique futura eſſet, reliquos vitæ dies ſolaretur: Ecce tibi aquam amariſſimam, quam dum alij, qui ſubinde virum ſanctum viſere ſolebant guſtarent, ſecum aliam deferre cogebantur, quam biberent. Antonius tamen Chriſtiani aceti non immemor nec aliam cupere, nec oblatam admittere eximia propoſiti conſtantia certus triginta iſtic annorum ſpatio perſeuerauit. *S. Athanaſius in actis.*

S. Macar.

Nec à magiſtro longè deflexit diſcipulus, ab

A Antonio Macarius, qui perpetuum ſibi vini potum generosè interdixerat, & ſi fortaſſe maiorum imperio, quidquam ex eo deguſtaſſet, hauſtus ſingulos, die integra potus abſtinentia caſtigabat, quam cum ſibi moleſtam accidere perſenſiſſet, oblatum ſibi vinum libare non rarò conſtituit, vt anſam cum Chriſto ſitiendi, die integro reperiret: quod diſcipuli aduertentes, impensè hoſpites in itinere rogabant, ne viro moleſtè vinum ingererent, cuius vſuram tanta ſui afflictione redimebat.

Antonius S. Franciſci ſocius.

A diſcipulo ad cognominem venio, fuit ille, Antonius Franciſci Aſſiſiatis non degener ſocius, qui ſitientis Chriſti amore percitus, etiam B in ſummis caloribus calidam abſinthio maceratam potare ſolitus erat, frigidam ratus nimium appetitui blandiri.

VVadingus in Annal. Minorum.

Audiant id quibus per Caniculæ dies nulla ſatis profunda cauea eſt, quorum vina glacialibus cruſtis temperanda, vel molliore niue refrigerari ſolent, vt guſtatum oblectent, quod magnus ille vitæ ſpiritualis magiſter S. Carolus Borromęus tantopere auerſabatur, vt ſacerdotem, qui vinum, quo ſub ſacrificio vſurus erat, frigeſcecerat, grauiſſimis verbis increpuiſſe non dubitarit, vtpote primi Sacerdotis immemorem, qui in ara crucis, & ſitim ſuſtinuit & aceti moleſtiam non recuſauit. Nec ſegnior in ſe C Carolus fuit, quam in alijs inſtituendis apparebat: nunquam ille, nec per ardentis quidem caniculæ dies, vel frigida os abluere, vel quidquam ſolitus deguſtare, vnde factum, vt dum iuuentum aliquem è ſuis iuxta fontem, velut ex eo biberet, increparet, audiretque tantummodo ſuum ſe velle os abluere: hoc ſenſibus, repoſuit Carolus, blandiri eſt, quod Chriſti in Cruce ſitientis amore prætermittendum erat. *Ioan. Petrus Guiſſanus in Vita.*

S. Carolus Borrom.

Marius à Forolarzinio.

In quam rē optimè cadere arbitror quod Zachar. Bouerius in Annalibus ſuis poſteritati reliquit, Marius, inquit, à Foroſirzinio Vicarius olim Generalis vir fuit Crucis amantiſſimus, & Chriſti paſſi imitator ſingularis, verbo vno, homo nouus. Hic cum Siculam prouinciam cum ſocijs, ſexta quadam feria, Patienti Domino ſa- D cra pedeſter obiret, omneſque longo itinere fatigati acrioribuſque ſolis ardoribus penè conſumpti, æſtuare ſiti cœpiſſent vehementiſſima: nihil vero aut vini, aut aquę, quo ſitim exſtinguerent, haberent, cuiuſdam velut pueri plangentis eminus vocem acceperunt; quare Marius eo greſſum dirigens, vnde fletum erumpere exiſtimabat, puerum quaſi ouium cuſtodem fonti inſidentem ac plorantem inuenit: à quo cum fletus cauſſam inquireret, reſpondit: An non iuſta mihi lachrymarum cauſſa eſt, cum hodie filium Dei in Cruce ſitientem, potumque aquæ illi denegatum reminiſcor, ego autē hic ſupra fontem ſedeam, qui tam abunde mihi aquas ſubminiſtrat? quo dicto confeſtim ex

eorum

Digitized by Google

eorum oculis euanuit. Hæc Angeli è cælo delapſi haud dubie vox fuit, qui ita ſitientibus fōtis venam apetuit, vt Saluatoris in Cruce ſitientis exemplum ad mentem reuocare voluerit, quo deinceps iucundius, illius intuitu, ſitis moleſtiam ſuſtinerent.

Henricus Suſo.

Geminum huic iungo ex vita Henrici Suſonis depromptum: quodam hic tempore moleſtiſſimum ſuſceperat exercitium, præfigens ſibi exiguam ſanè potus capiendi menſuram: cui ne minus magiſue vel foris, vel domi admiſceret ſiue adderet, confecit eiuſdem capacitatis poculum paruum, idque exiens foras ſecum deferebat. In magna ſiti, non niſi quoddam aridi ſui oris erat refrigerium, ac ſi ægroto magno ardore æſtuanti pauxillum liquoris inſtilletur. Deinde, admodum diu, vino abſtinuit, ſolo Paſchatis die, in tantæ ſolennitatis honorem eius vſum ſibi permittens. Cum iam ſiti eiuſmodi diu laboraret, nec tamen præ animi rigore, neque aqua, neque vino ſibi mederi vellet, ſimulque miſerandum in modum in cælum reſpiceret, contigit, vt quadam vice eiuſmodi Dei inſtinctum, vel reſponſum intus ſentiret: animaduerte vt ego olim mortis angoribus correptus ſitim aridiſſimam modico aceto tolerârim, cum tamen mei eſſent omnes fontes aquarum, vtpote à me conditi, ſicut & cetera omnia in vſum ac ſuſtentationem hominū. Ita ergo tu quoque, ſi meis vis ingredi veſtigiis, penuriam & ſubtractionem feras moderatè & benignè. *Laurentius Surius c.20. Vitæ.*

Vnde factum, vt per diem omni ſibi potu interdiceret, quantumlibet vehemens eum ſitis teneret, ſola prandij hora excepta. Sed adueſperaſcente die, tam dira cruciabatur ſiti, vt omnis eius natura potui inhiaret, quod tamen premebat ipſe, & obluctabatur, non niſi multiplici, eodemque acerrimo dolore. Os eius foris, & intus perinde areſcebat, vt ſolet ægris morbo correptis: lingua findebatur, adeo vt poſtmodum vno, & eo amplius anno non poſſet refici. Cum verò ad cœnam in menſa ſederet, quamuis valde ſitibundus, vinum à ſe remouebat, erectis in cælum, inquiens, luminibus: *accipe pater cæleſtis in ſacrificium ſanguinis cordis mei hunc vini potum, & præbe illum filio tuo nimia ſiti affecto, iam iamque in Cruce morituro.* Idem. O virum magnum! eximium Domini Ieſu imitatorem!

B. Laurent. Iuſtinian.

De Laurentio Iuſtiniano tradit Bernardus Iuſtinianus, cum menſæ accumbenti miniſtrātium incuria appoſitum eſſet vini loco, acetum vbi deguſtaſſet, nullum planè verbum feciſſe, ac reliquum ſine potu tranſegiſſe.

Nicolaus Factor.

De Nicolao autem Factore magno illo Indiæ occidentalis Apoſtolo, auctor eſt Christophorus Morenus, cum ei à medicis in ſuprema ægritudine potio quædam amara valde, propinaretur, hauſiſſe intrepidè, ac ſuauiſſimam æſtimaſſe, recordando aceti, quod paulò ante mortem eius cauſſa Chriſtus exſuxit. *In Vita.*

Auguſtin. Segala.

Quod ignoraſſe non potuit noſter Auguſtinus Segala, de quo Patauini Collegij Annales teſtantur, dum ingente ſiti preſſus ex morbo decumberet, & potum infirmarius offerret, eundem animo magno Chriſti exemplo recuſaſſe, dicendo: *miſericordiam & iudicium portabo*, ſatis diu vbera diuinæ miſericordiæ ſuxi, experiantur peccata mea amarorem iudicij: ita ſitis ſiti ſubigitur?

Staniſlaus Hoſius.

Sed neque ab hac claſſe ſegregandus eſt Staniſlaus Hoſius Cardinalis, cui tanta ſextæ feriæ, qua fel & acetum Domino oblatum meminerat, religioſius peragendæ cura fuit, vt nulla valetudinis eſſet. Cum enim decumbenti ſorbilia ac recentia oua Medicus præſcripſiſſet, liberè abnuit: inſtanti ea eſſe delicatiſſima; neque enim ſatis cauſam intellexerat, atqui reſpondit, hoc mihi moleſtum eſt. Quo enim ſuauiora ſunt, eo huic ego diei minus intelligo conuenire. *Reſcius in Vita.*

Theodoſ. Imp.

Theodoſius Arcadij filius per Bithyniam Meſſis tempore iter faciebat, ſole vehementer vrente, ipſe ſudore multo & puluere conſperſus, & quod conſequens erat ſiti non modica afflictus, cum ecce miles phialam ſolaribus radijs pellucidam obtulit, ac ſuauem quendam potum aqua frigida mixtum illi infudit. Imperator phiala accepta vitrum regia liberalitate remuneratus poculum illi reddidit, & quomodo illi placeret vſurpare iuſſit, ſitire malens quam à maiorum exemplis molliter degenerare. *Sozomenus.*

Ozaona de Cataro.

Ad feminas quod attinet, neque hîc illæ viris inferiores cenſendæ ſunt. Scribit Ioannes à S. Maria inter illuſtres Dominicani Ordinis Aſcetrias fuiſſe *Ozannam de Cataro*, quæ ex peculiari corporis ſui temperamento tanta continuò ſiti torrebatur, vt pulmones exareſcere ſentiret, quibus tamen omnino nihil indulgere aut demittere ſolebat. Subinde ardoribus ſe plus ſolito intendentibus, ſcyphum aquâ plenum ori admouens, ſibi in hæc verba loquebatur: quanto voluptatis ſenſu perfunderetis Ozanna, ſi pleno ore te hac aquâ prolueres, cum ſubito eundem ſcyphum elabi manibus ſuis permittens, ante Dominum cruci affixum ſe in genua coniiciebat, cuius exemplo ad eiuſcemodi victoriam de ſe reportandam incitabatur.

Maria Ragii.

Magna ſanè atque incredibilis vis exempli: magnetem aiunt affrictu ſuo annulum ferreum ad ſe trahere, qui poſtea alios, atque alios ſibi adiungat. Et hoc, ab exemplo expectes velim, & reapſe oſtendo: Ozanna Chriſti exemplo ſitim domuit, eandem *B. Maria Ragij* ex eodem ordine Chriſtum in priore imitata ſubegit: magna ſiti bona vidua premebatur, iubet ergo adferri ſibi vitrum potu plenum, ponenſque ante oculos ſuos, dicebat: tu ſitis: exſpectabis tamen

tres

tres horas. Et his finitis iterum ad tres horas tempus prorogabat, atque ita diem totam ſiti tranſigens, amore patiendi cum Chriſto ſeipſam ſuperabat. *Petrus Ioan. Saragoſſa in Vita.*

Magdalena Viloa. De *Magdalena Vlloa* Collegij Soc. Iesv Villargarcienſis Illuſtriſſima fundatrice referunt Annales noſtri, dum in ſupremo morbo pauxillum aquæ frigidæ haurire cœpiſſet, oculis confeſtim in Chriſtum Cruci affixum coniectis, cuius ante ſe imaginem habebat, ſitis eius meminiſſe, quare illico pœnitentia ductam, in hæc verba prorupiſſe, *tibi, Domine Ieſu, in agonia conſtituto, ac ſitim palam declaranti, nemo potum dedit aquæ, ſed aceti, propitiare mihi Deus, propitiare & ignoſce.*

Seraphina Romana. Fuit & B. *Seraphina* virgo Romana, non agere ſolum fortia, ſed & pati pro ſponſo ſanguinum doctiſſima, quæ omni feria ſexta acetum bibere conſueuerat, vt amaritudinis partem aliquam eo die ſentiret, quo Dominus paſſionis calicem, & in eo amariſſimum potum amantiſſimè deguſtarat. *Iacobillus de SS. Fulginatibus.*

Numquid hoc eſt cum Chriſto ſitire Iuſtitiam, & bibere calicem, quem prior ipſe guſtauit? vtique crediderim. Magna & plena dignitatis exempla! Carbones accenſi in ſinum noſtrum congeſti liquare accedat & B. *Columba Tracazani* Mediolanenſis ex Ord. S. Dominici virgo mirabilis, quæ dum in agone ſitiens ob memoriam ſitis Chriſti bibere recuſaſſet, eius Cruci affixi imaginem ori admouit, *tu* inquiens, *tu meam ſitim, exſtingue, dulcis Ieſu*, atque vna hora in ecſtaſi manſit. *Michael Pius lib. 3.* eo indubie fonte potata, quem ſi quis biberit, non ſitiet in æternum.

Columba Tracazani.

Maria à Purificatione. Comitetur & ex eodem inſtituto ſororem ſuam *Maria à Purificatione* olim *Maldonado*, quæ cum eſſet in extremis ſiti toſta, rogauit Chriſtum cruci affixum, quem manibus tenebat, vt os ſuum gutta ſanguinis irrigare dignaretur, qui olim ex eius latere fluxit. Mox Chriſtus dextra de Cruce refixa, eam complexus latus ſuum ad os moribundæ applicuit, & illa in hoc amoris vulnere exſpirauit. Felix ſitis! felicior potatio! feliciſſima imitatio. *Ioan. à S. Maria de Virg. Dom.*

CAPVT QVINTVM.

Fugiente anima pronis in montem oculis, labente in pectus capite, quaſi inſpiraturus in hominem ſpiraculum vitæ, Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus exſpirat.

Sic morere, & viues.

Humiliauit ſemetipſum Chriſtus Ieſus, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Philipp. 2. 8.

Philip. 2. 8.

A *Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt.* 2. Cor. 5. 2. Cor. 5.

Cum accepiſſet Ieſus acetum, dixit conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Ioan. 19. 30. Ioan. 19. 30.

Iam corpus boni Ieſu deſtitui ſanguine, lethali frigore tentari membra, occupare ora pallor, deſluere ceruix, natare in morte oculi. Itaque informi ligno, infami colle, inter ſicarios medius, amicorum dolos, vim hoſtium expertus, cruciatibus, probris, angoribus ſatur, defunctus patris imperio, noſtræ ſalutis cupidus, prodigus ſuæ, cùm generoſa & voce inclamaſſet, inclinato capite, O! virum egentiſſimũ, qui diu quæſiuit, vbi caput ſuum reclinet, B neque inuenit locum molliorem ad quietem, quam mortem, in eius igitur gremio in lectulo crucis, in culcita plagarum, ſub conopæo meridianæ caliginis *inclinato* inquam *capite tradidit ſpiritum.* Sic nimirum occumbens, vltimam accepit à nobis crudelitatis lineam, qui primam inhumanitatis ſuo in exortu ſenſerat manum, & cui delapſo è cœli ſedibus, dum non excipitur à ſuis, ſtabulũ fuit pro cunis; idem barbarè nunc demũ eiectus, pro ſtragulo patibulũ habuit in occaſu. Parum ſiquidē erant amanti Dei, parũ erat inundatis clamore ſanguinis vitā & veniam interfectoribus impetrare, partiri veſtiměta militibus, donare latroni cœlum, Virginem matrem cœlum longe beatius Ioanni ſimul, & noC bis dare, niſi conſummatis, & datis omnibus, vnum, qui ſupererat ſpiritum exhalaret: incipit itaque animam agere, ac tamquam teneretur communi conditione mortalium, in vitæ ſupremis laborat, caput vnà cum ceruice in dextrum latus demittit, quo ſacramentum maximum innuere nobis voluiſſe certum eſt, dignum omnino quod omnes euoluamus.

Inclinauit caput, eo nutu, geſtuque mortem tergiuerſantem adhuc & teſtitantem, vt S. tradit *Athanaſius*, accedere iubens ad ſe, non ante traditurus ſpiritum, quam victoriam perfectam iam & conſummatam eſſe, vti facit, conclamet. *Varia inclinati Capitis in morte Saluatoris ratio.* 1. S. Athan.

2. Ergone Angeli pacis moritur Deus? moritur Deus, exſpirat ſpiritus oris noſtri, & aridis D illis oſſibus, atque Adami præcipuè protoplaſti in Caluario proiectis, ad ſemen immortalitatis ſpiritum vitæ nouus hominum plaſtes inſpirat, quodammodo occlamans: *ſurge qui dormis, exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.* Epheſ. 5. Epheſ. 5. 14.

Inclinauit caput, vt quoniam ſtatuerat nihil ſibi reliquum facere, quod pro mortalibus non exponeret, ceruice in latus deflexa, ſecretum, locum indicaret, ex quo modicum id, quod ſupererat, ſanguinis exiret. 3.

Inclinauit caput, vt eo tandem iacentium terrarũ orbem emortuum, atque depoſitũ eleuaret. 4.

Inclinauit caput, quaſi declinans hoc geſtu glorioſum titulum cruci ſuperimpoſitum, dum caput ab eo dimouit, reapſe confirmans, quod 5.

ante

Digitized by Google

Ioan 18. 36. ante verbo docuerat; *regnum meum*, inquiens, *non eſt de hoc mundo.*

6. S.Bern. *Inclinauit caput*, in ſignum obedientiæ, & ſubmiſſionis erga Patrem vt ait S.Bernardus, moriendi nutum, ac mandatum ab eo exſpectans vt *Hugo Carenſis: inclinato capite tradidit ſpiritum*, quaſi diceret, inclino caput, quia per obedientiam morior.

7. *Inclinauit caput*, vt amicis ſuis extremam benedictionem impertiretur cum manu non poſſet.

8. S.Auguſtini. *Inclinauit* in pectus *caput*, vt nos ſupremum oſcularetur, quos planè gerebat in pectore. Vnde S.Auguſtinus de Virg. *Caput habet inclinatum ad oſculandum.*

9. S.Ambr. *Inclinauit caput*, inquit S. Ambroſius, quia homo poſt peccatum manſerat verſus terram inclinatus, vt ergo caput ad cælum erigere poſ-
Luc.21.28. ſet, & audire *leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*, ipſe inclinauit caput.

10. B.Laur. Iuſtin. Caput Chriſti Deus eſt. Hic peccatis hominum offenſus, vultum ab eis auerterat, morte vero Chriſti interueniente flexus ad gratiam, inclinatus ad indulgentiam eſt, quapropter ipſe in Cruce *caput inclinauit*. S. Laurentius Iuſtinian.

11. Ioan. Lanſperg. *Caput inclinauit*, quia cum Dominus in eo poſuiſſet iniquitates omnium noſtrûm, iniquitates, inquam, quæ ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper illum, nil mirum ſi depreſſerint eius caput. Ioan: Lanſpergius.

12. *Inclinauit caput*, actum exprimens adorationis, & gratitudinis erga patrem eximiæ; pro venia peccatorum obtenta, pro victoria contra peccatum, dæmonemque relata.

13. *Inclinauit caput*, quia mors hæc propter ſubſequentem reſurrectionem, non tam mors futura erat quam ſomnus: quare ſicut dormiturients caput lecto reclinat, ita Chriſtus in Cruce.

14. Inſtabat tẽpus, quo ad inferiores partes terræ ſacroſancta anima eius deſcẽdere feſtinabat, ſuo Patres ſolaturus alloquio, ac triſtibus ergaſtulis eoſdem erepturus, voluit proinde amantium more iſtuc oculos præmittere, quo erat poſt paululum anima profectura, quare *Inclinauit caput.*

15. *Inclinauit caput*, quaſi honorem exhibens & reuerentiam Patri, cuius nomen ante inuocauerat.

16. *Inclinauit caput* ob deſiderium videndi Matrem, eique ſupremum valedicendi, à qua in carne mortali amplius videndus non erat.

17. S.Bern. *Inclinauit caput*, vt ait S.Bernardus, quo obſeruaret, ſi quem inueniret, qui ſanguinis riuos abſtergeret, & de cruce depoſitum, munda ſindone non panni, ſed cordis obuolueret.

18. *Inclinauit caput*, viam cæli, quam ante verbis oſtenderat: *niſi efficiamini inquiens ſicut paruuli non intrabitis in regnum cælorum*, hoc nutu, geſtu-
A que demonſtraturus, per tribulationes multas humiliato, demiſſoque capite id nobis tenendum eſſe.

Inclinauit caput, quia cum ſanctiſſima illa anima videret inſtare diſceſſum ſuum, memor tot obſequiorum, beneficiorumque à ſuo ſacratiſſimo corpore, triginta tribus annis iam acceptorum ac gratam vicem rependere geſtiens, inclinato capite, velut mentis acie interiora ſua colluſtrat omnia, neruos, oſſa, venas, muſculos, &c. & cuilibet horum gratias egiſſe verbis cupiens amantiſſimis, æternam illorum apud Patrem memoriam & gloriam pollicetur ſempiternam. 19.

Inclinauit caput in morte, ad expiationem e- 20.
B rectionis noſtræ ad vetita. Simon de Caſſia.

Inclinauit caput, vt vbi abſconditus eſſet theſaurus Eccleſiæ, pretium redemptionis humanæ, ſanguis, & aqua, Sacramentorum fauiſſæ oſtenderet peramanter. 21.

Denique inclinauit caput, locum vulneri 22.
deſignans, quod mortuo infligendum erat: cui elucidando ſeruiet, quod ſcribit Platina in vita Leonis IX, dum Robertus Guiſcardus ex Gallia veniſſet in Italiam, cum exercitu ingenti, & eiectis ex ea Græcis & Mauris occupaſſet Apuliam, inueniſſe quandam ſtatuam marmoream mirificè fabrefactam, quæ caput corona ænea habebat redimitum, in cuius circulo per gyrum erat inſcriptum litteris exprimentibus
C hanc ſententiam: *Occidente ſole in ariete, caput auri.* Quam inſcriptionem indagaturi, cum plurimi aduenissent viri docti, vnus denique Maurus Guiſcardi domeſticus ænigma ſoluit: obſeruârat enim, vbi ad Solis occaſum iam exiſtentis in ariete, ſtatuæ illius vmbra terminaretur; caput ſiquidem ſtatuæ à tergo percuſſum ſolaribus radijs, vmbram oblongam proiiciebat in terra, obſignatoque vmbræ huius termino, fodere iſtic cœpit, ibique theſaurum maximum inuenit, quo & Principem ſuum ab indigentia, & ſe à ſeruiture redemit. *Statua admiranda.*

Chriſtus in Cruce moriens marmoreâ hac
D ſtatuâ deſignatur, qui alio nomine ſol vocatur Malachiæ 4: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol Iuſtitiæ.* Mors Chriſti accidit menſe Martio, quo Sol domum habet in Ariete, hic cum eſſet in puncto vt declinaret ad occaſum mortis, antequam ſpiritum traderet in manus Patris, *inclinato capite* vmbram fecit, in latus dextrum deſinentem, velut locum vulneri deſignans, vbi theſaurus ille deliteſceret, qui vtriuſque Eccleſiæ foret gazophylacium. Fodit miles lanceâ ſuâ, & Eccleſia reperit Sacramenta ſua, & Nouus homo meditationis ac compaſſionis ſariſſa fodiens, inueniet vitam & hauriet ſalutem à Domino. Malach. 4. 2.

Porro notandum hic cum S. Ioanne Chryſoſtomo Chriſtum inclinato capite, quod Cruci affixum non erat ſpiritum tradidiſſe, modo

plane contrario ac fieri communiter ſolet, ne-
que enim poſt inclinatum caput homines ex-
ſpirant, ſed poſt exſpirationem caput inclinant.
Cauſſa vero eſt, vt ſe mortis Dominum teſtare-
tur, & omnia ſecundum ſuam facere volunta-
tem, cui nemo valeat reſtitiſſe, iuxta id quod
Ioan. 10. paulò ante. Ioan. 10. 18. pronunciarat: *nemo tollit*
18. *animam meam à me, ſed ego pono eam à meipſo, &*
poteſtatem habeo ponendi eam. Bene itaque ſpiri-
S. Ambr. tum tradidit, vt ait S. Ambroſius, qui non inui-
tus amiſit: & cui tradidit? Patri, à quo acceperat
illum: Emiſit à carne ad Patrem, inquit idem
S. Doctor, quaſi columbam ex arca, quæ tandẽ
regreſſa ramum oliuæ in ſignum pacis ore ſuo
geſtauit.

Reuertatur, inquit *Eccleſiaſtes cap. 12. puluis in*
terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum,
S. Auguſt. *qui dedit illum.* In quæ verba ſcribens S. Auguſti-
nus lib. qq. in Ioſue q. 24. *non arbitror,* inquit, *de*
omnibus id dici poſſe. ſed de iis, qui ſic vixerunt, vt ad
Deum redire mereantur, tanquam ad authorem à
quo creati ſunt: neque enim hoc & de illis rectè intelli-
gi poteſt, de quibus dicitur, ſpiritus vadens & non re-
Pſ. 77. 39. *diens:* quod nouus homo ſibi eſſe dictum exiſti-
mans, plurimum referre credet, qualis Deo red-
datur ſpiritus, viuus, an mortuus: mundus, an
immundus: quare prudentis inſtar trapezitæ,
qui nummos ſuos & iuſti ponderis, & probi me-
talli eſſe deſiderat, quo tum receptu faciles, tum
pretio ſuo digni habeãtur, ſpiritum ſuum Chri-
ſti Saluatoris exemplo ſatagit conformare, ne
vaferrimus Satanas qui calcaneo vitæ hominũ
ſolet inſidiari, arguendum quidpiam, culpan-
dumue reperiens, in caſſes ſuos malè cautum
abducat.

Quod ne friuolum fortaſſe habeatur aut va-
num, referre memini hiſtoriam Scholaſticam ex
Venerab. Bedæ ſententia, Satanam ſuper bra-
chium ſiniſtrum Crucis, morienti Domino ad-
ſtitiſſe, obſeruantem diligenter an quidquam
in eo obſeruare, aut inuenire poſſet, quod im-
molaret ſagenæ ſuæ, & ſacrificaret reti ſuo, nec
inde receſſiſſe, donec ille ſpiritum ſuum tradi-
diſſet: quo viſo, turpi ſuffuſus pudore abiit, frau-
datus deſiderio ſuo, ſecundum ea, quæ ante
Ioan. 14. Dominus dixerat: *venit Princeps huius mundi, & in*
30. *me non habet quidquam*, nec in nobis habiturus, ſi
boni Ieſu veſtigia fuerimus imitati.

Sic vitarum omnium proſeminator & cu-
ſtos Deus veſtigiis certis properauit ad mor-
tem, vt nos veſtigiis ſuis ad vitam nullo æuo
terminandam reuocaret: quod præclarè his ver-
bis expreſſit S. Auguſtin. *Non erat illi vnde haberet*
mortem, non erat nobis vnde haberemus vitam. Acce-
pit ille mortem de noſtris, vt daret nobis vitam de
ſuo. ſerm. 144. de tempore. *Et inclinato capite tra-*
didit Spiritum.

O! miracula. mortuum vides? at nunquam Ie-
ſus ſaluti noſtræ verius vixit, eius enim occaſus,
ſalutis noſtræ aurora eſt. Victum credis? nuſ-
A quam euidentius vicit, vicit ſcilicet, ſpoliumque
mortalitatis ſuæ victrici ex arbore trophæum
iuſtiſſimum ſtatuens ſuſpendit, ita liuore ſuo, ac
ſanguine triumphalibus velut litteris charitatem
ſuam in nobis commendans, quoniam *cum ad-*
huc peccatores eſſemus pro nobis mortuus eſt. Ro- Rom. 5. 8.
man. 5. 8.

O beata imbecillitas! exclamat Simon de Caſſia, quæ Simon de
præter vſum beatificauit miſeros. O animata infirmi- Caſſia.
tas, quæ moriendo ſupra naturæ potentiam redanima-
uit & mortuos! O carentia humanæ potentiæ, quæ om-
nibus ſupernaturalis potentiæ atque virtutis copiam
fecit! O debilitas derelicta, quæ per diſpendium mortis
omnibus æternæ vitæ directionem reliquit! O effectio e-
gens, quæ cunctis abſtulit egeſtatem! Iactura grauis, quæ
B *ſic omnibus ſubuenit iacturam patientibus! O mors*
mortem vincens, facta omnibus vita viuens! O ſapien-
tia ſtulta, quæ per ſtultitiam Crucis credentes voluit
fieri ſaluos! O vox alta moriens, quæ omnem ſponte re-
uocauit errantem inſtruxit ignarum, & viam morum
omnibus prærogauit!

Quæ licet ita ſe habeant, & veriſſima ſint,
auſus tamen non nemo eſt, vt improbiſſimi oris,
ita & infamis vitæ nequiſſimus hæreſiarcha Ba- Hæreſis
ſilides huic veritati oppedere qui, vt S. Irenæus Baſilidiana
cum Euſebio ſcriptum reliquit, non Chriſtum, refutata.
ſed eius loco Simonem Cyrenæum, qui crucem
poſt eum baiulauerat, mortuum ac ligno ſuffi-
C xum impiiſſimè blaterauit: cauſſam adferens,
eum Deuteronomij 21. ſcriptum ſit: *maledictus à* Deut. 21.
Deo, qui pendet in ligno, Chriſtus autem non fuerit 23.
maledictus, iuxta B. Eliſabethæ vaticinium: *be-*
nedicta tu inter mulieres & benedictus fructus ventris
tui, fieri non potuiſſe vt Chriſtus Dei ac Mariæ Luc. 1. 42.
filius in Cruce moreretur, ſed alius pro illo ſicut
nec Iſaac paterno gladio ſucculuit, ſed aries pro
eo. Execranda hæreſis! quam nec tot Prophe-
tarum oracula, quibus & vita noſtra pendens
ante nos, & regnaturus à ligno prædictus eſt
Deus, nec Euangeliſtarum teſtimonia, nota om-
nibus, probata omnibus docuiſſe verum, quod-
que rectum ac ſanum eſt perſuaſiſſe potuerunt.
Ita deſipit, qui ſapere vel ſemel noluit aut recu-
D ſauit: nec enim Deuteronomij, quem allegat,
verſiculus ſauet Baſilidi, nam, vt bene notauit S. S. Hieron.
Hieronymus, maledictio illa in eum fertur qui
propriâ ſuâ, non alienâ culpâ in ligno pendet,
at Chriſtus non ſuâ, ſed Iudæorum inuidiâ Cru-
ci ſuffixus fuit.

Ad Iſaac quod attinet, in eo dimiſſo Diuini-
tas impaſſibilis, in ariete humanitas quæ mortua,
figurabatur, atque ita ſuo ſe gladio confixit Ba-
ſilides, dum videre aut intelligere noluit, quia
ſpiritus oris noſtri Chriſtus Dominus in pecca-
tis noſtris mortuus eſt, cui Pater non pepercit,
ſed pro nobis omnibus tradidit eum qui ante
tradiderat ſemetipſum: tradunt ſiquidem Do-
ctores ſcholaſtici, nec refragantur antiquiores
Eccleſiæ Patres, de quo nos poſtea fuſius, Chri-
ſtum Ieſum, ſimul atque in Virginis matris vte-
ro coe-

Digitized by Google

ro cœpit homo eſſe, votum Crucis ſubeundæ ſuſcepiſſe, Deum Patrem verò gratiſſimum hoc habuiſſe, ac mandaſſe, vt ſolueret: quo referunt verba hæc Pſalmi 39.9. *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio, vt faciam voluntatem tuam.*

Pſ. 39. 9.

Morienti itaque & pro nobis omnibus morienti filio Dei, elogium hoc adſcribo.

Parcæ recedite,
Accedite gratiæ:
Non Parcarum,
Sed Gratiarum in ſinu
Moritur gratiæ parens,
Melius dixerim, viuit.
Reminiſcentis hic geſtus eſt,
Non morientis.
Caritas non mors vulnerat Deum.
Vulnus caritatis
Quis mortale crediderit?
Seu potius
Habitu caritatis armata mors
Vitam attulit, cum abſtulit.
Non potuit mors non lædere
Non potuit non amari.
Verius loquar?
Os mortis induens vita
Mortem attulit Deo;
Vt mors diſceret viuere,
Imo vt diſceret vita reuiuiſcere.

2. Reg. 3. 33.

Vtinam ego hic de te, Chriſte parens optime, dicere poſſem, quod Ieſſeus Rex Dauid de Abner plangens, lugenſque pronuntiauit: *nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauati.* Hoc, inquam, elogio tam illuſtri exitum iſtum excipere non queo, qui te captiuum, in hoſtium poteſtate, manibus pedibuſque non obligatis tantummodo, ſed confixis, infelici ſuſpenſum arbore videam exſpirare. Habes tamen tu, quod in iſta captiuitate gloriari poſſis, & dolorem vltimum conſolari, cum tuæ mancipium libertatis, cum voluntaria charitatis hoſtia moriaris, cui pro noſtra iam ipſorum ſalute exſtincto, naturæ totius ſenſus ac motus panegyricum conſtanter exſoluit, cum enim antè nox tetra medium diem irrupiſſet, continuò turbari ſpectaculo impatiens natura, diſciſſo templi velo, turbari intima, fremere, tremereque immobilis tellus, diffringi animata dolore ſaxa; cuius rei hodieque præclarum in rupe Caluarij montis exſtat argumentum, quod S. Lucianus Antiochenus Presbyter religionis ſuæ coram Præſide rationem reddens, inter alia fidei ſuæ teſtimonia, etiam attulit, dum hanc rupis Golgothanæ ſciſſuram citauit, vtpote, quæ omnium oculis pateret. Et huius quidem ſciſſuræ latitudo tanta eſt, vt hominem capere poſſet: profunditas vero huiuſmodi, quæ à curioſis bo-

Petræ ſciſſæ Hieroſolymis.

Qualis quantaue ſciſſura fuerit rupis Golgothanæ.

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A lide deprehendi nequiuerit; vti veroſimile quibuſdam fiat, vſque ad inferos pertingere, vt *Adrichomius* ſcriptum reliquit.

Verum, non Ieroſolymis ſolum, ſed & alibi terrarum Petræ ſciſſæ ſunt, vt de monte Aluerniæ in Hetruria, de Promontorio prope littus Campanum Caietæ, de Tarraconenſi Hiſpaniæ monte, quem Serratum dicunt, vetus traditio teſtatur: aperta monumenta mortuorum ad excipiendam vitam, quam profuſione liberali moriens Deus in eos transfundebat, viſa prodire vita è ſepulchris, ſanctorum corporibus eo ſpiritu animatis, ſurgentibus, quem ſui prodigus in hominem Chriſtus inſpirârat, idque adeo prodigioſis euentibus vt Romani, qui aderant,

Sciſſæ Petræ in Hetruriæ mõte, littore Caietano, Tarraconenſi rupe &c.

B milites, inprimiſque centurio verum eſſe Dei filium exclamarint.

Sic Ieſus extrema atrocitate tormentorum, ſingulari patientia, compatientis teſtimonio vniuerſitatis moriens Patri ſpiritum tradidit, & bene quidem tradidit, inquit S. Ambroſius, qui non inuitus amiſit. *Cum enim*, vt bene ſcribit Euſebius Emiſſenus, *altiùs vocem emiſiſſet, ſolutus à corpore abiit ſpiritus, neutiquam exſpectans, dum mors ad illum accederet, ſed illam circumſtantem, & fugitantem, ipſe à tergo inſecutus eſt.*

Euſeb. Emiſſen.

Vnde non facetè magis, ac ſanctè piiſſimus ille impiorum Gebennenſium Epiſcopus Dominus Franciſcus de Sales b. m. totum hoc Epigrammate ſuo expreſſit, dicens:

C *Aut Amor, aut Furor eſt, qui te, bone Chriſte, peremit:*
Eſt Amor, & Furor eſt: hic meus, ille tuus.

Spectabat autem hæc omnia Mater: & qualis ah! Mater? qualis hui! Mater? Paſſionis Socia, Imitandi Magiſtra.

Maria adſtitit morienti filio.

Adfuiſſe namque pendenti in Cruce filio Matrem fides docet, cui tantoperè compaſſa fuit, vt S. Epiſcopum Anſelmum loqui veritas compulerit, dum Virginem alloquitur in hunc modum: *Verè pertranſiuit animam tuam, ô! Virgo, gladius doloris, qui tibi amarior fuit omnibus doloribus cuiuſuis corporeæ paſſionis. Quidquid enim crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leue fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ paſſionis; quæ nimirum ſua* D *immenſitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benigniſſimi cordis intima peruaſit. Et vtique, pia Domina non crediderim te potuiſſe vllo pacto ſtimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres ſuſtinere, niſi ipſe ſpiritus vitæ, ſpiritus conſolationis, ſpiritus ſcilicet dulciſſimi tui filij, pro quo moriente conquerebaris, tantopere torquebaris, te confortaret, te conſolaretur, te intus doceret, non eſſe mortem eum abſumentem, ſed magis triumphum omnia ipſi ſubiicientem, quod in ipſo fieri coram moribundo videbas.*

Anſelm lib. de excel. Virg c. 5.

Quantus ſub Cruce Mariæ dolor fuerit.

Neque hinc tamen cum Alberto, quem deſcripſit Carthuſianus lib. 3. de laud. Virg. art. 25. effici velim, ſummum hunc Virginis dolorem cum ſummo gaudio, ex fructu paſſionis Dominicæ coniunctum fuiſſe. Præoccupata enim tã-

An dolor Virginis de filij morte, gaudio fuerit contemperatus.

Digitized by Google

to ſelle Virginis voluntas, mella illa non guſtatuit; etiamſi fructus illius recogitatione ſe ſolaretur, atque in Dei beneplacito firmaret, vt bene, ſapienterque id probat P. Theophilus Raynaudus vir doctiſſimus, nec mihi abſque candoris ac doctrinæ elogio nominandus in diptychis Marianis.

Quæ cauſa doloris B. V. Mariæ. Cauſas vero tanti doloris ex morte filij, ac cruciatibus eius in matre, has crediderim: Quæ enim Mater ita dilexit filium ſuum, vt iſta? non enim fortuito concepit, vt ceteræ mulieres, ſed vnicus patris, pia electione, & gratuita bonitate, matris viſceribus influxit, vnde & eum magis diligebat. Neque vero, vt ceteri, offenſam in vita ſua matri retulit, ſed gratuita dona gratiæ infudit, dicente de eo ſcriptura: *qui peccatum* (1 Petri 2. 22.) B *non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*: & hinc quoque magis amabat: eundem quoque habuit Deum, quem & filium, *quia homo natus eſt in ea,* (Pſ. 86. 5.) *& ipſe fundauit eam altiſſimus.* Sola enim à ſæculo meruit habere eundem filium, & Deum. Ergo abyſſo abyſſum inuocante, duæ dilectiones in vnam conuenerant, & ex duobus amoribus, factus eſt amor vnus, cum virgo mater filio, diuinitatis amorem impenderet, & in Deo amorem nato exhiberet. Quo igitur magis diligebat, plus doluit, & amoris magnitudo attulit fomenta paſſionis.

Arnol. Abb. tract. 4. de verb. Dom. Quod, optimè in hanc rem Philoſophatus Arnoldus Abbas, exponit, dum Chriſtum alloquitur in hunc modum:

C [Intuetur te, Domine, illa in mulieribus benedicta, & fixis in te oculis, vulnera tua, materna pietate conſiderat: Et licet non ignoret, quid boni conferat mundo paſſio tua, tamen parentis affectu commouitur, & pectus maternum immanitate doloris arctatur. Suſpirat intrinſecus, & erumpentes reuocat lachrymas: & eo amplius anxietas intumeſcit, quo egredi prohibetur, & per luctus, lamentaque diſſolui. Emergebant quidem aliquando gemitus, ſed increpati reprimebantur, reuertebantur in ſinum mentis, de quo prodibant, & collidebant ſe ad inuicem introrſus: eratque in anima illa tempeſtas valida, occurrentibus ſibi procellis, & quaſi in ſartagine frixis medullis, ebulliebant amaritudines, D quas excoquebat, & coagulabat exacerbatio perſeuerans. Imperabat quippe dolori ſilentiũ, formido, & ringentium Iudæorum torui in eam oculi, illos turbines ſuffocabant. Verum illa tantarum procellarum ſalſilaginem ebibebat, & (quod difficillimum erat) moriebatur, & mori non poterat: & clauſo tanti doloris tormento intrinſecus, alium vultum palam exhibebat, nec poterat ex facie colligi crux illa animæ, & patibulum ſpiritus, in quo erat hoſtia viua, beneplacens Deo, & holocauſtum medullatum: quod cum ipſa incenderet tantum conſcientiæ miniſterio vtebatur, ipſaque ſine ſtrepitu ſeipſum mactans in altario interiori, & ligna, & flammas,

A & latices congerebat. Nimirum in tabernaculo illo, duo vidiſſes altaria, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Chriſti: Chriſtus carnem, Maria animam immolabat.] & quanto id Virginis dolore? dicet *S. Bernardin.* Senenſ ſerm. 61. *ſi in ſingulos homines diuiſus fuiſſet, vitam ſingulis ademiſſet*: quia vt ſcribit *S. Paulinus* ep. ad S. Auguſtin. *doloris idem gladius, qui Chriſto in Cruce mortem attulit, Matris animam mærore transfixit.*

O veneranda, exclamat Virginis vbique ſtudioſiſſimus *B. Amadeus* Lauſanenſis hom. 5. de Virg. Deipara, *& plena doloris ac lachrymarum memoria! recordari, qualiter ſancta illa anima glorioſè paſſa ſit, quaſue pertulerit de Chriſti morte anguſtias? Pallidus vultus Ieſu, exſanguem reddebat vultum matris. Ille carne, illa corde paſſa eſt. Denique contumeliæ & opprobria impiorum in capite materno redundabant. Mors Domini, illi morte amarior fuit.* (*B. Amadeus Lauſan. hom. 5.*)

Cui hæc ad efformandam aliqualem dolorum Deiparæ, ex filij cruciatibus notionem ſatis non fuerint, recolat quanta dolorum materia piis viris, ac mulieribus etiamnum ſit, fueritque pridem cogitatio iam olim tranſactæ Chriſti Paſſionis, vt quoties vel de ea cogitarent, aut ſermonem inferrent, lachrymis diffluerent, aut totis artubus trepidarent, vt de *Amando Suſone, Daniele Ciſtercienſi, de B. Agatha Crucia*, quæ toties animi ſui deliquium patiebatur, quoties vel Crucifixum aſpiceret; de *B. Catharina Herrera*, quæ ſine ſuſpiriis, ſingultibus, atque eiulatibus C de Chriſti paſſione cogitare non poterat. De *B. Maria Ogniacenſi*, quæ conſpecta Chriſti patientis quacumque imagine, profuſis lachrymis etiam viam, qua gradiebatur humectabat.

De *B. Beneuenuta Auſtriaca*, quæ maiore hebdomade, Chriſto patienti condolendo, in lachrymas ſanguine mixtas colliqueſcebat. Aliiſque plurimis teſtatum inuenimus, nec dubitabit, quin auctius virgo ſanctiſſima, eademque parens, immanem filij innocentiſſimi laniena, ac mortem ſuis ipſa oculis vſurpans, vt fideliſſima ſocia condoluerit patienti.

Sed ſunt & aliæ cauſſæ propriæ, atque grauiſſimæ, quibus non tam dolorum, quos ſubiit, grauitas, quam ipſa, propter quam innocentiſſi- (*Alia Cauſa doloris Deipara in Chriſti morte.*) D ma Virgo eis exercita fuit, ratio tradi ſolet.

Prior ſit inſignis eius fides, tantopere à B. Eliſabeth olim commendata, quæ, vt magis eluceſceret, ac palam omnibus fieret hac eam neutiquam excidiſſe, conueniebat generosâ tunc conſtantiâ Matrem adeſſe, quando eius abſentia aliquibus contrarium poterat ſuboluiſſe. I.

Secunda, vt illa præſente, & tormenta filij ſpectante is grauius, pro ſummo atque incredibili deſiderio ſuo pateretur, non in ſe tantum, ſed & in matre amantiſſima, cuius cor, iidem claui, qui manus ac pedes filij transfigebant, indubiè penetrabant, vt B. Laurentius Iuſtinianus aſſerere non dubitarit, Cor Virginis clariſſimum fuiſſe II. III.

Digitized by Google

fuiſſe ſpeculum paſſionis Chriſti, & imaginem mortis eius perfectam.

Tertia, vt humani generis reſtauratio ruinæ mundi congrueret: vt enim illa ex hoc ſecuta eſt, quod mulier ad lignum ſcientiæ boni & mali accedens comederit, ac proinde mortua, viro tradiderit in mortem ad edendum: ita & hic è contrario, vir primùm de ligno Crucis amariſſimo guſtare, ac deinde mulieri guſtandum debuit præbere.

IV. Quarta. Matrem ſibi morienti adſtare voluit, vt duo potentiſſima nobis remedia contra nequiſſimi dæmonis inſidias præpararet, Crucem ſcilicet & Mariam, de quibus non incongrue dixeris: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Pſ.22.4.

Stabat itaque iuxta Crucem Ieſu Maria, hoc eſt, non vt pingitur, ad latus ſed ante, in ea videns, quod mundus non intuetur. Mundus non videbat aliud, quam quod ſenſum feriret, externam formam, tormenta agni, ignominiam Crucis, cæli tenebras &c. vlterius penetrabat hæc Mater; ad venas vſque ſecretiſſimas Crucis ibat, hîc omnis boni noſtri Originem, cæli diuitias, theſauros gloriæ videbat. Hîc ſcalam Iacob agnoſcebat, poſitam in terra, & cælos attingentem, per quam Angeli deſcendebant & aſcendebant. Hîc Serpentem æneum conſiderabat, ſerpentinos morſus ſanantem in eis, qui viua fide illum aſpicere vellent: figuram Crucifixi filij ſui, qui peccator & ſerpens in ſpeciem, non ſolum ſine veneno peccati, ſed medicinam inſuper peccatorum faciens ſanabat afflictos.

Hîc Moyſem orantem manibus ad Crucis formam extenſis in monte videbat, ac ſuis victoriam contra hoſtes promerentem.

Reſpha. Stabat autem non minori prædita fortitudine quam *Reſpha*, quæ vtrumque filium Armonî & Miphiboſeth, quos Gabaonitæ in crucem egerant, generoſè ſeruabat: nec minori conſtantia quam *mater* illa *Machabæorum*, quæ ſeptem filios ad faciendum fortiter voce patria hortabatur: quam *mater Melithonis*, quæ filium multis affectum cruciatibus ad perſeuerandum incitabat: quam *mater Symphoriani*, quæ filium, ad mortem duci conſpiciens, vt in cælum ſuſpiceret grauiter commonebat: quam magna illa *Dionyſia mater Maiorici*, quem in tormentis generosè conſortabat: quam denique *Felicitas* ſeptem filiorum mater, quos omnes ad mortem pro Chriſto oppetendam præſens animabat. Stabat igitur iuxta Crucem Ieſu Mater eius, vt illis omnibus Matribus conſtantiæ exemplum, & meritum compararet, vt & ipſe id genus officij filiis, pro Chriſto paſſuris aliquando præſtarent.

Mater Machab. Mater Melithonis. Mater Symphor. Dionyſia mater Maiorici. Felicitas 7. filioz. mater.

Rachel. Et ſtabat tamquam *Rachel* iuxta Terebinthum parturiens cum dolore filium, non Beniamin, ſed Benoni: ſtabat ſub palma, ſiue iuxta palmã, ſicut *Debora* fortiſſima ſpectans prælium Barac contra Siſaram, Chriſti filij contra dæmonem Debora.

A præliantis: Stabat ad Crucis aram immolanda doloris gladio, vnde, teſte *S. Hieronymo*, pluſquam Martyr fuit, non paſſa mentis alienationem aut ſenſuum, quia ratio dolorem moderabatur.

Stabat non ſolum iuxta Crucem, ſed etiam in Cruce cum filio, vnde à S. Bernardino Senenſi tom.3. ſer. 6.a. 2. dicitur *Crucifixa Crucifixum concepiſſe*. Mortua etiam vnà cum Chriſto: Nam vt ait S. Bernardus ſerm.1. in ſig. mag. *ſi ille mori corpore potuit, iſta commori corde non potuit? fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui poſt illam ſimilis altera non fuit.* Quare ſicut Chriſtus obtulit ſuas paſſiones pro omnibus; ita Virgo crucifixa cum Chriſto, debuit etiam illi eſſe conformis in hac oblatione

S. Bernard. tom. 3. ſer. 6 a 2.

S. Bernard. ſerm 1. in ſig. mag.

B ſuorum dolorum pro omnibus, per quam oblationem meruit, vt participes efficeremur paſſionum Chriſti, quod expreſſe docuit Dionyſius Rychelius in Cant. 7.a.24. vbi *Virgo*, inquit, *compaſſione præcordialiſſima in filij ſui paſſione meruit; & obtinuit nobis pauperculis & puſillis fructum, virtutem, & meritum paſſionis filij ſui.* Certius quidem exiſtimo hanc oblationem meritorum Virginis factam eſſe ſaltem pro electis & ſpecialius pro iis, quos præuidebat ſibi præcipuè fore deuotos.

Carthuſ. Cant. 7.

Sed ad filium iam in Cruce emortuum redeamus. Conſummata iam erant omnia: finemque fortis bellator attigerat.

Requieſce igitur à laboribus tuis, Rex pacifice, in reclinatorio iſto præ tua charitate aureo; ad quod aſcenſum feciſti purpureum. Dormi iam ſomnum tuum, vigiliam noſtram; ſiquidem ſomnus iſte nos excitabit ad vitam, interea dum nouo homini ſumma quædam hinc capita seligam, quæ vti mortem tuam admirabilem reddiderunt, ita eandem nobis exemplarem, habilemque fecerunt.

C

Primum eſt, quod non ante ſpiritum tradideris, quam dixeris: *Conſummatum eſt.* q.d. *ego te clarificaui, pater, ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam, legem non ſolui, ſed adimpleui.*

Secundum eſt, *quod voce magna Clamans* exſpiraris. Quos mori contingit, tanto languore efflare animam cernimus, vt operoſa res, ac minimè iudicatu facilis ſit, expirarint, nec ne. Quantum ergo fuerit non modò vocem, quæ exaudiretur, ſupremo halitu efformaſſe; ſed clamorem validum ſuſtuliſſe? oſtendebat id planè, non vlla neceſſitate compulſum mori, ſed ſponte de vitæ ſtatione decedere, cuius, ſi vellet, poſſeſſionem aſſerere potuiſſet.

D

Tertium, quod illi ipſi qui te antea inſectabantur, ſtatim agnouerint & confeſſi ſint filium Dei, quemque niſi de cruce deſcenderet numquam pro eo agnituros ſe fuerant proteſtati, iam verò in Cruce mortuum Dei filium proclament.

Hæc tria velim nouus homo ad pedem Cru-

A cis conſideret vt quam recens vitam, nouam exorſus eſt, diſcat plenè, cumulateque finire.

Mors duplex Iuſtorum.

Et duplex quidem mors Iuſtorum eſt: altera, qua mundo moriuntur, adhuc in carne viuentes: altera, qua tandem corpore ſoluti ad Dominum proficiſcuntur. Ad primam quod attinet, de ea inpræſentiarum dicam nihil, cùm ea nouus homo iam mortuus, ac feliciter defunctus ſit, quo nihil ei beatius in hac vita contingere poteſt. Nam licet in Cruce adhuc perſiſtat, non tamen, vt prius vel clauorum fixionem ſentit, vel ſpinarum aculeos, vel probra exhorret; ſed corpore inter hæc poſitus, animo iam paradiſi gaudia cum Domino prægustat. Ad aliam itaque venio, quam omni peccato conſumpto, plena, conſummataque iuſtitia excipere debet, quiſquis coheres Chriſti eſſe deſiderat, qui conſummatis omnibus, quæ patris æterna ſapientia conſtituerat, quæ rigida pro ſingulis Iuſtitia exegerat, quæ charitas amanter popoſcerat, quæ figuræ, myſteria, ceremoniæ, ſcripturæque præſignârant, quæque ſaluti noſtræ accõmoda, ac neceſſaria fuerant, morti denique lubens conceſſit, ne à bono opere, ac propoſito, quauis ex cauſſa, donec illud perfecerimus deſiſtamus, iuxta ſapientis monitum, Eccli. 4. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro Iuſtitia*: & illud dilecti diſcipuli Apoc. 2. *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*: quæ ſanè fidelitas in eo præcipuè ſita eſt, vt poſt Dominum dicentem, *Conſummatum eſt* & ipſi aliquando dicere cum Apoſtolo poſſimus, antequam excedamus, *curſum conſummaui*. Sunt namque mortalium complures qui cum bene cœperint, Ægyptoque fuerint alacriter egreſſi, corde tamen affectuque eodem reuertuntur, quibus non malè illud ex Euangelio conueniat: *hic homo cœpit ædificare & non potuit conſummare*: ſunt præterea, nec ij rari, aut pauci, qui licet pedem ab incepto non referant, pigri tamen ad ambulandum, à morte, priuſquam opus perfectum habeant, præoccupantur. Et talis quidem ex filio Carolo nepos S. Birgittæ fuit, cui S. Auia iam cælis addita apparens, ac manu clepſydram prætendens, cuius omnis penè arena defluxerat: *ecce*, inquiebat, *quam parum vitæ tibi ſuperſit: vbi exigua hæc arena dilapſa fuerit, morieris: vixiſſes diutius, ſi priores dies non decoxiſſes*; quibus cum ille omnimodam ſui emendationem, vita comite addiceret, rogaretque eam ſibi impetrare à Deo vellet, audiit, *iam ſerius eſt*: quo dicto euanuit. Sors dura, atque infelix conditio! cui Apocalypticum illud probrum reſeruatum eſt, *non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo*. c. 3. 2. quod ſedulo præcauens Nouus homo aſpicienſque in *auctorem fidei & conſummatorem Ieſum* (Heb. 12.) cor ſuum dabit in conſummationem operum, quæ dedit ei Pater vt faceret, atque ita in pace in idipſum dormiet, & requieſcet: Vnde alterum illud, quod in Chriſti morte nouo homini conſiderandum dedimus exſurget, ſcilicet, vt & ipſe clamans moriatur, quia eiuſmodi mors clamor eſt, quo omnes excitantur ad ſpecimen tantæ virtutis imitandum. Quemadmodum enim Chriſti prodromus Ioannes ſe vocem nominauit, quia tota eius vita vox erat, & clamor, humanam damnans ſocordiam, & ad cæleſtia inflammans: ita ſancti omnes perfecta virtutum encyclopædia morientes, clamant exemplo, etſi verbis taceant, ſic eſſe moriendum.

Eccl. 4. 33.

Apoc. 2. 10.

2. Tim. 4. 7.

S. Birgittæ apparitio.

Quomodo clamandum in Morte.

Nec minus in ea morte Iuſtorum tertium illud accidit, quod in Domini morte euenit, vt qui eos antea perſequebantur, ij poſtea percutientes pectora ſua reuertantur, *hi ſunt*, inquientes, B *quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt*. Sap. 5. 3. Ipſum mare quamdiu naufragus viuit, eum deprimere & fluctibus conatur operire; poſtquam obierit, in ſummum euehit, atque ad littus clementer exponit. Ita planè hic vſu venit, tamdiu nobiſcum aduerſarij pugnant, quamdiu viuere nos arbitrantur, vbi mortuos vident, ad ſe redeunt, & compunguntur, interea dum nos in deliciis paradiſi cum Domino oblectamur.

Sap. 5. 3.

Beata ſanè mors, ſic in Domino, id eſt cum C Domino in Cruce mori: nulla nomina, nullæ rerum ſimilitudines ſatis exponant, quod extremo illo tempore, præparauit Deus diligentibus ſe. Hæreo an nuptias vocem, an conuiuium: regnum, an triumphum? ſed & frigida hæc ſunt, atque exigua ſi eum illis comparentur: beatius quiddam illud eſt, & omni humana voce, & opinione diuinius, quod vel cæcus olim vidit Balaam, cum nihil in rebus omnibus præſtantius eſſe morte iuſtorum teſtatus eſt, inquiens: *moriatur anima mea morte iuſtorum*. Numer. 23. Sed fruſtra cum hoc voto ſuo Balaam fuit, ante vixiſſe debuerat vita iuſtorum, quam de morte quidpiam ſperare poſſet. Ridiculum enim eſt mortem bonam appetere, & bonam vitam fugere. Bene viuere laboris, bene mori felicitatis D eſt, ſed iſtud ab illo dependet: quod nouum hominem docuiſſe filius Dei viſus eſt, cum in hoc natus eſt, in hoc venit, in hoc mortuus eſt, vt nos in eo renati, eius exemplo, & gratia viueremus, eius ſacra, beatiſſimaque morte moreremur: quod vt viri nouitate vitæ pollentes, tanto certius aſſequerentur, ſub mortem ſibi ab anagnoſte prælegi curarunt, quæ de ſupremis Chriſti cruciatibus ſacri nobis Euangeliſtæ tradiderunt, vnde, teſte Iordano de Saxonia Hermãnus de Allis ex Eremitarum ordine S. Auguſtini, ſanctæ conuerſationis Aſcetes, inſtante morte prælegi ſibi voluit Paſſionem ſecundum Marcum: cumque lector ad eum locum deueniſſet, quo Ieſus emiſſa voce dicebatur exſpiraſſe, & ipſe emiſit ſpiritum ſuum.

Nu. 23. 10.

Mors Hermanni de Allis.

De

Mors S. Marthæ.

A De *S. Martha* Chriſti hoſpita tradit vitæ auctor mortis hora accedente, ante Crucem in terra proſtratam prælegi ſibi curaſſe quæ de ſupremis Magiſtri ſui ac Domini cruciatibus ſcripta erant, cumque ad ea verba ventum eſſet, *Pater in manu tuas &c.* feliciter exſpiraſſe.

Propius tamen rem attigiſſe dicendi ſunt, qui munere ſuo expleto, opereque, quod illis Deus mandauerat, abſoluto, cum Chriſto mortem exſpectant. De quibus ſic mellifluus Doctor S. Bernard. lib. de paſſ. cap. 14. *Sicut caput noſtrum pro peccatis noſtris acerbitatem ſuſtinens paſſionis, vſque ad conſummationem, id eſt, vſque ad perfectionem omnium ſcripturarum, quæ de ipſo erant, perſeuerauit patienter; ita & nos ſi huius capitis membra eſſe volumus omnibus aduerſitatibus noſtris virtutem perſeuerantiæ conſeruemus; vt ad finem omnium* B *paſſionum noſtrarum, ipſo benigno Ieſu duce, venientes, cum ipſo confidenter poſſimus dicere, conſummatum eſt, hoc eſt tuo adiutorio, non mea virtute, bonum certamen certaui, curſum conſummaui.*

S. Paulus Apoſt.

Ac talem quidem ſe Apoſtolum Paulum deſcripſiſſe Timotheo, ſecunda illius ad hunc epiſtola data confirmat, vbi inter cetera ſic ſcribit: *Tu vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple: ego iam delibor & tempus reſolutionis meæ inſtat, bonum certamen certaui curſum conſummaui* c. 4. 6. Verè curſum ſuum conſummârat, qui nihil eorum, quæ ſibi à Domino impoſita fuerant, prætermiſit, primum namque Damaſco in Arabiam profectus eſt, ex Arabia poſt triennium Damaſcum rediit, inde Hieroſolymam abiit, vt Petrum videret, Hieroſolymis venit Tarſum, inde cum Barnaba Antiochiam, vnde ab Eccleſia Ieroſolymam miſſus eſt. Hinc Antiochiam rediens, miſſu Spiritus ſancti abiit Seleuciam, mox in Cyprum; ab hac per Pamphiliam, Piſidiam, Licaoniam, Hieroſolymam rurſus peruenit, interfuitque primo concilio Hieroſolymitano: vnde rurſus ab Apoſtolis miſſus cum Sila & Barnaba, paragrauit Syriam, & Ciliciam; deinde Phrygiam, Galatiam, Myſiam. Inde venit Troadē, vbi per viſionē vocatus in Macedoniam, Europā ingreſſus pertrāſiit Bæotiam, Achaiam, Epirum. Sicque ab Hieroſolymis vſque ad Illyricum omnes in circuitu regiones Euangelij luce repleuit, ac tandem rediens Hieroſolymam, inde Romam vinctus miſſus eſt; ſed liber dimiſſus Italiam, Hiſpaniam aliaque loca peragrauit; donec ſecundò Romam veniens cum Petro Simonem magum ſuperauit, ac deiecit: tandemque iuſſu Neronis capite plexus, curſuque feliciter conſummato in ſinu mortis caput glorioſiſſimè reclinauit.

S. Felix Martyr.

Huic comitem iungo B. Felicem Martyrem, qui laurea martyrij coronandus, cum ad locū ſupplicij perueniſſet, conſummati curſus ſui non immemor, *Virginitatem*, inquit, *cuſtodiui, Euangelia ſeruaui, veritatem prædicaui, nunc flecto ceruicem Deo victima. Baronius ad An. 302. n. 124.*

B. Philipp. Benicius.

Talis & B. Philippus Benicius ex ordine Seruitarum, qui morte inſtante ad Chriſtum conuerſus: *tu es*, inquit, *Domine, in quem credidi, quem prædicaui, quem quæſiui, quem dilexi.*

S. Auguſt. de verb. Dom. ſer. 39.

Verum quid de magno dicemus Auguſtino, eximio illo perfectæ conſummatæque virtutis Doctore? ſanè, quæ aliquando de cordis ſui penetralibus, velut totidem ſuccenſæ fornacis flammulas, verba protulit, ſatis, ſuperque quis fuerit Aurelius, teſtantur: *Prim, inquiebat, accinge lumbos tuos*, & tunc *accende lucernam*, & cum hæc feceris bona fronte dices; *feci Domine quod iuſſiſti, redde quod promiſiſti. De Verb. Dom. ſer. 39.*

S. Hieron.

Nec mirum, vt enim bene *Euſebius Emiſſenus: ſpes noſtra omnes in conſummatione, atque in fine conſiſtunt*, iuxta illud *Hieronymi* ſanctiſſimum effatum, *non quæruntur in Chriſtiano initia, ſed finis*: qui cum talis fuerit, qualem nouus homo deprehendiſſe in Chriſto potuit, non iam mors eius, teſte Chryſoſtomo, exiſtimanda mors erit, ſed vita. Immò verò ne mortuus quidem is appellandus erit, ſed conſummatus, multo feliciore ſorte, quam vſus ille fuit, de quo lib. 4. Reuel. cap. 102. *B. Birgitta* ſcribit, raptum fuiſſe ad Iudicem, vbi damnatoria ſententia ferri cœpta, *habui*, inquit, *velle pænitere in ſenectute, ſed dolor & mors ita venerunt ſubitò mihi, quod cum* C *vellem confiteri, perdidi memoriam, ſed & quaſi vinculo quodam erat mea lingua ligata. Reſpondit Iudex: Factum eſt & conſummatum.* Verbum aſperum! à quolibet euadet, quiſquis cum Chriſto, opus, quod dedit ei Pater, ante conſummârit, quam hinc diſcedat.

Reuelat. S. Brigit. l. 4. c. 102.

S. Auguſt. lib. qq. Euangel.

Agnoſcat, itaque *homo*, vt rectè monuit Auguſtinus, *quantum ab illo exſpectet Deus, & quem tāta dignatione habuit charum, quam velit in conuerſatione pretioſum. Agnoſcat homo quantum valeat, & quantum debeat, & dum pretium ſuum cogitat, vilis ſibi eſſe deſiſtat. lib. qq. Euangelic.*

Mortuus igitur ſic Chriſtus pro hominibus fuit, & quoniam paſſus eſt, vt Adami peccatum expiaret, decebat, vt quæ pateretur delicto reſponderent, &, vt Adamus ſexta die creatus eſt, eadem & Chriſtus moreretur.

Hominis redemptio reſpondit delicto.

D Vt ille, iuxta multorum ſententiam, in eius diei exordio ex luto compoſitus eſt, ita & hic ad tribunalia exſecrabilibus ſputis fædatus rapperetur.

Vt hora diei tertia inductus eſt in paradiſum, & Chriſtus accepta mortis ſententia, eadem hora eductus Hieroſolymis ad ſupplicium duceretur.

Vt inter ſextam & nonam Eua & Adam ad decerpendum fructum vetitum manus protenderunt, cuius guſtu nefario ſe pollucibiliter oblectarunt: eodem hoc tempore Chriſtus Dominus manus ſuas ſuper ligno extenderet, & amaro felle potaretur.

Denique ſicut poſt meridiem Dominus eicit

Digitized by Google

cit Adam & Euam ex paradiſo, & Chriſtus latronem induceret in paradiſum.

Et hæc ſecundum primam illam Doctorum opinionem; ſi verò Benedicti Pererij, ac ſequacium ſententiam lubeat tenere; qui dies omnino octo manſioni eius in paradiſo attribuunt, & poſt illos denique eiectum docent; ex eadem quoque liquebit cum feria ſexta deliquiſſe, & eadem ex paradiſo eiectum, qua & Chriſtus conceptus, natus & mortuus pro omnibus eſſe perhibetur.

Chriſtus pro omnibus mortuus.

Pro omnibus, inquam, contrà ac nupera & non nupera, quia Caluino & Godeſcalco, antè ſomniata, quorundam Theologaſtrorum ψευδοδοξία muſſitaſſe audita eſt, docentium ſemipelagianum eſſe, dicere Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe, quam proinde Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentij Decimi vigilantiſſima Virga vt falſam, temerariam, ſcandaloſam iuſtiſſimè caſtigauit, & intellectam eo ſenſu, vt Chriſtus pro ſalute duntaxat prædeſtinatorum mortuus ſit, impiam, blaſphemam, contumelioſam, diuinæ pietati derogantem & hæreticam notauit, &, vt talem damnauit, hoc præſenti anno 1653. pridie Kal. Iunij, Pontificatus ſui nono.

Conſtitutio Innocentij X. de propoſitionibus quinque in mat. fidei.

O inimica tritico zizania! agro patrisfamilias in digniſſimam minitantia calamitatem! Olim cum dormirent homines, *venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt*: nunc vigilantibus ea ingeſta, & preſſo pede à ſatore defenſa, herbam facere cœperant, cum ſerui Patris-familias Dominum interpellarunt: quo tamen nequidquam præpedita, in culmum excreſcere, at fruſtra ſe poſſe confidebant: donec Tarpeio fulmine ſiderata inaruêre: ſed quo fonte irrigata perſiſtere ſperabant? eo ſcilicet, quem à Caluino ſatores deriuârant, illos, pro quibus Chriſtus mortuus eſſet, damnari non poſſe. O fontem vt huic lolio congenerem, ita bonis omnibus ac ſalutaribus herbis exitialem! quid enim hoc dicere ac cogitare eſt aliud, quam temerariæ fidentiæ portam aperire, vel in deſperationem adigere innocentes, vel certè in ſemine exſtinguere omnes virtutum fructus, cum indubitanter nos iubeat Paulus ſpem inter & metum ſalutem noſtram operari.

Matth. 13. 25.

Verum adſis, præfiſcinè dico, quiſquis ita imbutus es, ſi is, propter quem Chriſtus mortuus eſt, damnari non poteſt, quomodo Apoſtolus, poſtquam Galatis dixerat: *qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum p[illegible]* [illegible]. 2. 20: Corinthiis ſcripſit: *caſtigo corpus m[illegible]am, & in ſeruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar*. 1. Cor. 9. 17. Quomodo idem ſcribit eiſdem: *peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt*. 1. Cor. 8. 11?

Gal. 2. 20.

1. Cor. 8. 11.

Mortuus itaque pro omnibus, quamuis alij

A ſaluentur, alij vero damnentur, quod hi meritum ſanguinis Ieſu Chriſti negligant, atque deſpiciant, hi vero bene, ſancteque vtantur.

Et hunc quidem genuinum Scripturarum ſenſum eſſe, nemo ambiget, qui Spiritum Sanctum in Concilijs loquentem voluerit auſcultare.

Primùm igitur Concilium Tridentinum huiuſcemodi malis oppoſitum audiamus, vbi, poſteaquam ſeſſ. 6. cap. 3. dictum eſſet, Deum dediſſe nobis filium ſuum, vt ſanguine eius, nō ſolum peccata noſtra, ſed & totius mundi deleret, ſubiungit: *verum etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt; ſed ij duntaxat, quibus meritum paſſionis eius* B *communicatur*. Vnde euidens fit, mortuum quoque eſſe pro eis qui damnantur, cum mortuus ſit pro iis, qui reſpuunt ſibi pretium ſanguinis eius, tùm per Sacramentorum vſum, tùm verò per Chriſtianarum virtutum exercitia applicare, vti ex concilio quod apud Cariſiacum celebratum fuit clariſſime patet: vbi cap. 4. hæc leguntur: *Chriſtus Ieſus Dominus noſter, ſicut nullus homo eſt, fuit, vel erit, cuius natura in illo aſſumpta non fuerit: ita nullus eſt, fuit, vel erit homo, pro quo paſſus non fuerit, licet non omnes paſſionis eius myſterio redimantur. Quod vero omnes Paſſionis eius myſterio non redimuntur, non reſpicit ad magnitudinem & pretij copioſitatem, ſed ad infidelium, & ad non credentium ea fide, quæ per dilectionem operatur,* C *reſpicit partem: quia poculum humanæ ſalutis, quod confectum eſt infirmitate noſtra, & virtute diuina, habet quidem in ſe, vt omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non medetur.*

Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 3.

Concilium apud Cariſiacum celebratum c. 4.

Quæ licet ſole clariora ſint, neſcio tamen quam nebulam ex putidis affuſæ aquæ vaporibus ingerere non vereantur; dum exactam generalitatem, & rigoroſam verborum Scripturæ, ac Conciliorum explicationem offuſcare nituntur, dicentes: mortem quidem Chriſti eſſe ſufficientem ſaluandis omnibus hominibus, ſed eum non intendiſſe, nec voluntatem habuiſſe moriendi pro omnibus, nec ſanguinem ſuum, ac vitam æterno Patri pro eis obtuliſſe. Reſpondeo. Si hoc ita ſe haberet, iure dici D poſſe, etiam pro diabolo mortuum eſſe Chriſtum, cum patientis merita abundè ſuffecerint, illi de pœnis ſuis omnibus eximendo, quod tamen dixerit nemo.

Quare cum & Scripturæ & harum certiſſima interpretamenta Concilia Chriſtum doceant pro hominibus omnibus mortuum eſſe, *pro nobis enim omnibus tradidit eum* Rom. 8. 30. vbi ly *pro*, non denotat ſolum ſufficientiam mortis, ſed & voluntatem & intentionem, quã habebat iuuandi omnes, iiſque ſubueniendi, vt ſacra Concilia interpretantur; audiamus quid ſacroſanctæ Eccleſiæ Patres hic ſenſerint, ac prædicarint.

Rom. 8. 30.

Primus in campum prodeat S. *Auguſtinus*,

S. Auguſt. l. 2. op. imp. qui c. 28.

qui *lib.2.op.imp.c.128.* ſic loquitur: *Vnus pro omnibus mortuus eſt. non hoc, Iuliane, Auguſtinus, ſed Apoſtolus dixit, imò per Apoſtolum ſuum Chriſtus. Cohibe te à vaniloquio, cede Deo. digere crapulam contentionis, & intellige. Multi quippe iſti, ipſi ſunt omnes. Qui ſi non ſaluentur omnes, ſibi, non Deo debeant imputare; venit enim Chriſtus, ſed primò ſaluare, poſtea iudicare, eos iudicando in pœnam, qui ſaluari noluerunt, eos perducendo ad vitam, qui credendo, ſalutem non reſpuerunt. Tract.* 36. in Ioan. *Sanguis enim Domini tui*, vt idem dixit ſerm. 31. de nouis, *ſi vis, datus eſt pro te; ſi nolueris eſſe, non eſt datus pro te:* & mox: *Sanguis Chriſti volenti eſt ſalus, nolenti ſupplicium.*

S. Proſper l.2. de vocat.gent. c.16.

Ad Magiſtrum diſcipulus accedat Proſper ad Auguſtinum, hic lib. 2. de vocat. gentium, cap. 16. *nulla*, inquit, *ratio dubitandi eſt, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum pro impiis & peccatoribus mortuum, à quorum numero ſi aliquis liber inuentus eſt, non eſt pro omnibus mortuus Chriſtus, ſed prorſus pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.*

S. Anſelm. in ep. ad Tim.

Tertius ſit eiuſdem Auguſtini ſtudioſiſſimus S. Anſelmus; qui in hæc verba Apoſt. *qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* 1. Timoth. 2. 6. ſic ſcribit: *mortem pro omnibus ſuſtinuit, vt omnes à morte redimeret: & ideo, qui non ſaluantur, non eſt quod de Deo, vel de mediatore poſſint conqueri, ſed de ſeipſis, qui nec redemptionem, quam Mediator dedit, nec ſalutem, quam Deus obtulit, voluerunt accipere.*

S. Gregor. Nazianz. contra Arian.

Agmen claudet ex Græca huc adſcitus Eccleſia S. *Gregor. Nazianzen.* qui Doctorum, ſanctorumque hominum iudicio id legitur aſſecutus, vt nihil in ſcriptis eius niſi ex veræ pietatis & catholicæ religionis regula reperiatur, nemo quidquam iure vocare poſſit in dubium; hic itaque oratione in Arianos, & de ſeipſo ſic loquitur: *vt maiora proferam, communem rationem, legem, prophetas, ipſas Chriſti perpeſſiones, quarum operâ omnes citra vllam exceptionem inſtaurati ſumus, qui eiuſdem Adæ participes fuimus.* Sed de his ſatis.

CAPVT SEXTVM.

Scelere incenſus miles, parum eſſe ratus quod occidiſſet, pergit furere, & abuti Chriſti patientia, dumque recens mortui pectus palpitat, ferrum per Barbaram immanitatem in latus defigit: vnde profluxit aqua & ſanguis: illa, quæ diluat: hic, qui redimat.

Vulnus eſt quod excepit, ſed vnguentum eſt, quod effudit.

Iob.16.14.

Circumdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, & non pepercit. Iob. 16. 14.

A *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit; & continuo exiuit ſanguis & aqua.* Ioan. 19. Ioan. 19. 34.

AVctore vitæ exſtincto, viuebat adhuc, vigebatque in immani hominum inhumaniſſimorum pectore auiditas lancinandi, diſcerpendique eum, quem paulò ante tanta rabie in crucem agi poſtulârant, tùm vt illo quàm citiſſimè ex oculis ſublato, ſuæ tormentum conſcientiæ euadere, tum populus ab eius commiſeratione poſſet arceri:

Sed bene prouidit ſacro Deus æquus amori,

fortis namque *vt mors eſt, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio: lampades eius lampades ignis, atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere*
B *charitatem, nec flumina obruent illam.* Cant. 8. 6. Cant. 8. 6.

Lancea Chriſti latus à milite confoditur.

viuebat ſiquidem vigebatque etiamnum in Chriſto mortuo de mortalibus bene merendi cupiditas immortalis, teſtatura quidem in eo conſumptam ſupremo ſpiritu vitam, non charitatem. Cedentibus itaque conſuetudine ſua Romanis, qua, teſte Iuſto Lipſio, Crurifragium diſtinctum ſupplicij genus habebant à Cruce, Chriſtum vnà cum latronibus ſociis, tibiarum ſuffractionis condemnant. At vetuit, qui nullum os Agno paſchali confringendum mandauerat. Præter omnium namque opinionem citius exceſſerat Chriſtus, quare aliorum diffractis cruribus, ab illo manus inhibuere carnifices, ſuperuacaneo labori, vt aſſolet, parcen-

Iuſtus Lipſius.

C tes; ne vero Iudæis hoc pacto dediſſe nihil viderentur, vnus aliquis noua in eorum gratiam contumelia, vt Euthymius philoſophatur, *lancea latus eius aperuit*, cum enim, vt ante dicebam, tùm Chriſti charitas, tùm inimicorum rabies amplior eſſet, quam vt eas capere poſſet corporis viuentis imbecillitas, effundenda vtraque in cadauer fuit, ex quo hinc Chriſtus exaggeratam patiendi cupiditatem oſtendit, nam ſuſcepit vulnera doloris, etiam cum dolorem vulnerum ſentire non poſſet: inde vero illi rabiem declararunt inauditam, dum effuſa ſæuitia in eum, in quo neque ſæuitiæ locus, neque ſenſus eſſet, ſine fructu crudelitatis guſtum

Euthym.

D crudelitatis habuerunt. Confoditur autem exanimato cadaueri latus, vt poſthumum Saluatoris vulnus prodigium daret omnium maximè ſalutare: aqua enim confeſtim effluxit, quæ non terrarum eluuionem comminaretur, vt merita erat impietas, ſed communium expiationem ſcelerum factam iam eſſe ſignificaret, atque ita mundi redintegratiò, cuius molitio ab aquis cœperat, aqua perficeretur: ſanguis autem adiunctus eſt, qui melius poſt mortem loqueretur quam Abel; cum enim is nihil ſibi reliquum facere ſtatuiſſet, quod pro mortalibus non expenderet, & ſanguinis aliquid circa cor ſupereſſet mutum adhuc, quia os vulneris non habebat, aperto latere totam illam copiam largiter profudit, & quoniam nō potuerat viuum,

Cor

Cor mortuum, dimanantibus vndique diuinarum fluentis gratiarum optimè perorauit: clauſerat quidem oculos, quibus hominum corda ſponſus ſanguinum vulnerabat, ſed nondum oculos obduxerat corporis lacerati, quibus ipſe vulnerabatur. Imo & aperuit oculum cordis, aqua palam & ſanguine lachrymantem, vt verè iam teſtis exiſteret, oculatus & ſceleris noſtri, & ſuæ erga nos charitatis, quo lumine inſtaurator hominum Deus vidit cuncta quæ refecerat meliora iam eſſe, quam fecerat: de quo

S. Ambroſ. l. 2. de San. c. 5.

eruditè non minus, quam piè *S. Ambroſius* lib. 2. de Sanct. c. 5. *Flos odorem ſuum ſeruat ſuccíſus, & contritus accumulat, nec auulſus amittit: Ita & Dominus Ieſus in illo patibulo Crucis, nec contritus emarcuit, nec auulſus euanuit; ſed illa lanceæ punctione ſuccíſus, ſacro ſpecioſior fuſi colore cruoris vernauit, mori ipſe neſciens, & mortuis æternæ vitæ munus exhalans.*

Rupert. l. 2. de opif. Spirit. c. 5.

Vnde, *quæ de latere Ieſu fluxit aqua*, clamat *Rupertus* lib. 2. de opif. Spirit. c. 5. *Lauit nos, ſed de ſocio ſanguine, aqua hanc virtutem obtinuit, vt poſſit lauare nos, nam ſine ſanguine aqua prodeſſe non poterat.* Vbi præterire nequeo ſollertem illum *Petri Cellenſis* cogitatum, quem ad aquæ huius, ſanguiniſque pretium contuliſſe legitur, lib. de plan. cap. 15. *Parum, ſiquidem petijt purpuratus in flammis, & ideo non impetrauit, parum, inquam, petijt, quia non in aqua, ſed & in ſanguine flamma infernalis exſtinguitur. Plenam itaque manum ſanguine redemptoris, non extremum digitum in aqua tinctum expoſcat conſcientia de grauibus confitentis: tingat digitum in locum clauorum, & mittat manum ſuam in latus Saluatoris.*

Pet. Cellenſis lib. de plan. c. 15.

Dura mortalium pectora, ac pluſquam ſaxea quæ diuinæ huius aquæ balneo non emolleſcant! Corda ferrea, ac ſupra omnem adamantem & chalybem indomita, niſi hoc immaculati Agni ſanguine mitigentur! Aurariæ diremtionis aqua aurum, argentumque ſecernit, & hæc, quam de Chriſti latere, ſponſi, inquam, cellario amor depromſit, non ſeparârit pretioſum à vili? Hirci ſanguine domatur adamas, & Chriſti ſanguinem non ſentiet cor hominis? Qui vtraque noſtri cauſſa profudiſti, vtrumque noſtri miſeratus, prohibe Chriſte: & quidni D facias, Pater? tui namque ſumus omnes, dum enim caſſa ſæuitia latus tuum miles aperuit, in eo deſcripta noſtra omnium nomina inuenta ſunt, vnde ex æquo hæredes renunciati ſumus; non pereat itaque quod tantis impendiis feliciter adeò inchoatum eſt.

Acerba fuere ſupplicia, grauiaque tormenta, quæ viuenti adhuc, ſpiranti que Domino illata ſunt; ſed quid ad rabiem habuiſſe dicenda ſunt? qua latus emortui confoſſum eſt, dicente

S. Chryſoſt. hom. 84.

S. Ioanne Chryſoſt. hom. 84. in Ioan. *Illudere mortuo, quam ipſum Crucis ſupplicium longè peius eſt.*

Quod vel hinc colligere liceat tum quod Eccleſia dulces clauos, dulce lignum cui affixus

A fuit nominet, tamen diram appellare lanceam non formidet; tum quia in defuncti latere, viuum cor eius, beatam ſc. Deiparæ Virginis animam, quæ in illo filij ſui corde ſedem fixerat, ſauciauit, cũ è cõtrario Crux, & claui Chriſtum tantummodo vulnerârint, dicente *S. Bernardo* ſuper ſignum magnum: *Poſtquam emiſit ſpiritum, tuus ille Ieſus, omnium quidem, ſed ſpecialiter tuus, ipſius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ nec mortuo parcens, ipſius, cui cum non poſſet nocere, aperuit latus, ſed tuam vtique animam pertranſiuit*, diuidente ſic, vt piiſſimus *Ioan. Lanſpergius* hom. 54. de Paſſ. philoſophatur, Chriſto cũ matre ſua huius vulneris iniuriam, vt ipſe auidè B perſecutionem, & vulnerationem reciperet, non tamen dolorem: quare, non vt Abſalonem de quercu pendulum, ſed Dauidem ictui proximum lancea transfixit: quod ipſa Virgo Deipara ſatis innuiſſe viſa eſt, in hunc modum alloquens S. Birgittam lib. 1. reuel. c. 10: *cum extraheretur lancea, apparuit cuſpis eius rubea; tunc mihi videbatur quod quaſi cor meum perforaretur.* Iterum l. 4. c. 70. *Modico autem tempore poſt, aperto latere, & extract à lanceâ ſanguis in cuſpide quaſi brunei coloris apparuit, vt ex hoc intelligeretur cor transfixum, quæ punctura cor meum penetrauit.*

Dira Lancea.

S. Bernard.

Lanſperg. hom. 54. de paſſ.

Reuelat. S. Birg. l. 1. c. 10.

Grandis ſanè ac belluina ſæuitia, quâ lancea cor illud exanime à quo nemo ſibi poterat timere, ſauciauit! effera crudelitas, qua viliſſimi homines in mortuũ, plus quam ferina rabie, ſæ C uierunt.

Sed quam cauſſam fuiſſe dixerimus quæ bonum Dominum etiam eum ſentire hanc plagam non poſſet, eandem excipere coëgit.

Cauſa vulnerati Lateris Saluatoris.

Audiat nouus homo, & ſi vſquam, hic ſanè vires explicet, quibus amori hoſtiam litet.

I. Prima itaque cauſa ſit, cum ſe Pelicano ſolitudinis ſimilem factum non ignoraret, voluiſſe ſic pectus ſuum aperiri, quo velut pullos ſuos Cordis proprij ſanguine nos omnes enutriret.

II. Altera, vt per vulnus viſibile, vulnus amoris inuiſibile videremus; *vulneratur* namque, teſte S. Bernardo *lancea furoris, qui prius vulneratus fuerat lancea amoris*, quomodo enim, vt idem loquitur, melius id oſtẽdere potuiſſet, niſi quod non ſolum corpus, ſed & Cor ipſum lanceâ permiſerit vulnerari. Carnale ergo vulnus, ſpirituale oſtendit.

S. Bernard.

Idem aliâ, quamuis non inferiore, deſtinatione expreſſit S. Auguſtinus, cum vel in emortuo iam corde Amorem, quem paradiſi magnetem appellat reſidentem, ad ſe lanceam attraxiſſe dicis quo deſiderium ſuum plura etiam patiendi, monſtraret: cor, inquiens, amore ignitum ad ſe traxit Lanceæ ferrum.

S. Auguſt.

Durum quidem vulnus, quod vltra vitam extenſum, ſed magna Dominatoris dolorum poteſtas, quæ etiam trans mortem euadit! vt qui occiſus ab origine mundi, vulnera ferre cœpit, propè antequam viueret, etiam poſtea-

quam

Digitized by Google

quam viuere deſiit, vulneretur. Magna tamen hinc Lanceæ habenda gratia eſt, quod breuis mortis noctem dormiente Domino, cor eius vigilare monſtrarit; patefacto enim latere, diuinum eius cor, aqua & ſanguine rorans, id eſt, beatam regionem lacte & melle manantem nobis reſerauit, quando, cùm oris labia Dominus clauſiſſet, labra cordis aperuit, vt nobis amanter etiam loqueretur ad cor.

III. Tertia, vt ſignificaret certiſſime nos Deo reconciliatos eſſe. Symbolum pacis eſt cum legatus regis alicuius vrbem ſubiturus, obuerſam in pectus lanceæ cuſpidem, non vero vrbi aduerſam geſtat. O fauſtum fortunatumque latus, veriſſimum Regis Achaz Horologium, in quo militis lancea horam miſericordiæ deſignat! De quo bene *S. Auguſtin. Non poſſum terreri multitudine peccatorum, ſi mors Domini in mentem meam venerit: quoniam peccata mea illum vincere non poſſunt. Claui & lancea clamant mihi, quod reconciliatus ſum Chriſto ſi eum amauero.* In manuali c.23. Nam, vt bene S. Bonauentura prima parte ſtimuli ca.12. *per apertionem lateris, meruit ſanctus viſionem apertam.*

S. Auguſt.

IV. Quarta, vt in eo mentes noſtras tuto nidificent, & velut columbæ in ſummo ore foraminis intrepidè circumuolitantem videant accipitrem, iuxta monitum *Iſaiæ: ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo*, quæ ſacrum illud latus eſt, quod miles aperuit, vnde *S. Auguſtin.* in c.19. Ioan. *vigilanti verbo*, ait, *vſus eſt Euangeliſta, vt non diceret, latus eius percuſſit, aut vulnerauit, ſeu quid aliud; ſed aperuit, vt per vulneris magnitudinem, non tam vulnus fuiſſe, quam oſtium apertū ad Cor ſuper benedictum putaretur, & eſſet.*

Iſaiæ 2.10.
S. Auguſt.

Prænuntiatum id, clamitat idem *Auguſtinus*, per oſtium quod Noë in latere arcæ facere iuſſus eſt, per quod intrarent animalia, quæ non erant peritura diluuio, verba eius ſunt iſta: *oſtium in latere, quod arca accepit, profecto illud eſt vulnus, quando latus Crucifixi lancea vulneratum eſt.* Vnde bene ſapienterque à Simone de Caſſia libr.13. dictum eſt: *ſibi ad negligentiam imputet, quiſquis non ingreditur ſi apertum nouit introitum.* Pergit autem præfatus auctor: *Vnus militum lancea latus eius aperuit, vt aperto latere agnoſcamus dilectionem cordis, vſque ad mortem, & ad illum ineffabilem amorem eius ingrediamur, quo ille proceſſit ad nos: & accedamus ad Cor eius, Cor altum, cor ſecretum, cor omnia cogitans, cor omnia ſciens, cor diligens, & per apertam portam ſiamus ſaltem in amoris vehementia Cordiformes, & mente intremus ad ſecretum ab æterno abſconditum, nunc in morte, quaſi aperto latere, reuelatum.*

Idem.
Simon de Caſſia.
Simon de Caſſia.

O beatam Lanceam exclamat S. Bonauentura p.1. Stimul. cap.1. *quæ apertionem huiuſmodi facere meruit! O ſi fuiſſem loco iſtius lanceæ, exire de Chriſti latere noluiſſem, ſed dixiſſem: hæc requies mea in ſæculum ſæculi, quoniam elegi eam.*

S. Bonau.

Perſuaſum id nobiliſſimo illi Iuueni Ioanni de Incontris fuit, teſte Laurentio Scalabottio, qui in delitiis paternæ domus enutritus, nuntio denique illis remiſſo, ordinem S. Auguſtini ingreſſus fuerat. Mox tamen vitæ monaſticæ incommodis in grauem animi mærorem prolapſus, retro aſpicere cœpit: verum id neutiquam patiente Domino Ieſu, qui ſe illi viſendum obtulit, detectoque lateris vulnere, *fili*, inquit, *vbi cibus tibi aridior, lectus durior, moleſtiores fuerint vigiliæ, ingredere vulnus hoc, & intinge illa in ſanguine lateris mei, & illico dulceſcent omnia.* Monenti obtemperauit Iuuenis, & tantis abundare cœpit ſolatiis, vt vita feliciter concluſa, beati appellatione ab Apoſtolica ſede meruerit decorari.

B. Ioannes de Incontris.

Neque id neſciſſe dicendus eſt beatus ille Nouiodunenſium Præſul Eligius, qui teſte Audoëno, in extremis conſtitutus, ſic oraſſe legitur: aperi mihi, Domine, latus tuum & cor diuinum lancea olim apertum, vt tenebrarum principes non occurrant mihi, nec poteſtates huius aëris conturbent, ſed hoc me vulnus protegat, atque defendat.

S. Eligius.

Huc pia illa querela, & amoris igne pleniſſima ſpectare viſa eſt, qua B. Laurentius Iuſtinianus, cum Domino aliquando expoſtulare auditus eſt, cum diceret: *O Domine! ferrum creaturam inſenſibilem voluiſti tuum corpus ſanctiſſimum vulnerando intrare, & me creaturam tuam rationalem per vulnera iam facta ingredi non ſines? quid eſt hoc? numquid cor meum durius, aut vilius eſt omni ferro? Audi, Domine, ſtridorem meum, quamuis enim intrem per vulnera tua, & præ amore comedam carnem tuam, ſemper impaſſibilis permanebis, & meus de te ſatiabitur appetitus.* tractat. de incendio diuini amoris cap.2.

B. Laur. Iuſtinian. tract. de incend. Amoris.

Quinta, vt mirabili quodam modo magnam nobis ſui copiam ſanguinis impertiret, quo animas noſtras eluentes, ſuper niuē dealbaremur. V.

In omni alio ſanguine contrarium videas, inficere is ſolet, fœdareque quidquid attigerit, aut occupârit, vnde prudenter Ieſſeus Rex Dauid Pſ. 50. *libera me de ſanguinibus Deus meus*: hic verò purgat omnia & emundat: teſtis nobis locuples turba illa Apocalyptica ſit, illa inquam *turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis & linguis collecta*, de qua vnus de ſenioribus Ioanni dixit: *hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.*

Pſ. 50.16.
Apoc. 7.14.

Res mira! ſanguinem natura rubeum, cunctaque eodem illo colore inficientem, animas tamen dealbare. Prodigio huic alterum, ſed eodem in genere præluſit: *ſi fuerint*, inquit Iſaias c.1. *peccata veſtra ſicut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana munda erunt*: quæ verba S. Auguſtin. l.12. contra Fauſtum, S. Baſilius in aſceticis interrogat. 10. S. Cyprian. l.2. cont. Iudæos c. vlt. ſic explicant: ſi peccata veſtra tincta fuerint Chriſti ſanguine, quaſi nix dealbabuntur. Vnde huic ſanguini

Iſaiæ 1.18.
Chriſti ſanguis non inficit, ſed dealbat.

noua

noua atque inſolita vis hæc?quæ cauſſa?

Duplicem dabo:Prima eſt,quod bis feliciter excoctus ſit,primo in virginea fornace Deiparæ Mariæ amoris igne, vbi æterno patri in lytrum redemptionis noſtræ oblatus eſt:ſecundò in ara Crucis,agente doloris igne, vnde quoque & lactis & ſanguinis naturam induiſſe viſus eſt. Altera cauſa eſt, quod nunquam effuſus legitur, quin aquæ commiſtus fuerit,aut lachrymis.Nobilis ſane temperies, quæ dilectum ſponſæ deceat candidum & rubicundum.

VI. Sexta, vt illud quodammodo vitæ oſtium pandeterur, de quo Sacramenta Eccleſiæ manarent, ſine quibus ad vitam, quæ verè vita eſt non intratur. Vnde S. Auguſtinus: *aſcendat Sponſus thalami ſui lectum,dormiat moriendo, aperiatur latus eius,& Eccleſia prodeat virgo, vt ſicut Eua de latere Adam dormientis, ita Eccleſia formetur è latere Chriſti patientis.Vulnus quidem eſt, teſte S. Ambroſio,quod excepit, ſed vnguentum eſt quod effudit*, aquæ ſcilicet & ſanguinis, quibus duo illa ſacramenta Baptiſmi & Euchariſtiæ denotantur, ad quæ velut principium, ac finem cætera omnia referuntur. *Aperuit itaque lancea*, ait *S. Auguſtinus, non vulnerauit latus, non enim nobis vulnus erat, ſed medicina,ictus,quem ipſa inflixit: aperuit*, quia ab officio ſuo degenerans, clauis officio, cum ſauciare deberet,potius fungebatur; cæleſtiumque gratiarum theſauros copioſiſſimè deprompſit, per manus ſcilicet Chriſti in terris Vicarij, vt optimè aduertit doctiſſimus P. Hieronymus Petrucciuse Societate Ieſu in ſua ad Vrbanum Octauum Pont. Max. allocutione, his verbis: Mucro ille diræ lanceæ Pontificalem mutatus in clauem, ad apertum vitæ oſtium nos inuitat: Et ideo miles ille latus aperuit,vt tu,largâ, potentique manu,ſuperfuſis in ſubiectos populos indulgentiæ diuinæ donis, exulanti mortalitati cælum aperires. Nec diſſentit S. Leo,qui epiſt. 4.c.6. ſic ſcribit:*tunc regenerationis potentiam ſanxit,quando de latere eius ſanguis redemptionis,& aqua baptiſmatis profluxerunt.*

S. Auguſt.

S. Ambroſ.

Vnde Eccleſia de Chriſti carne ſic canit.

Qua vulnerata lanceæ.
Mucrone diro,criminum
Vt nos lauaret ſordibus,
Manauit vnda & ſanguine.

Hymnus Eccleſiæ.

Chriſtus in ſacco ferebat pretium noſtrum, percuſſus eſt lancea, foſſus eſt ſaccus: manauit pretium orbis terrarum, inquit S. Auguſtinus. O facilem dare ſumma Deum!

S. Auguſt. in Pſ. 21.

Lucanus lib. 2.

Parum eſt dicere Deum manum perforatam habere,niſi dicatur fons eſſe perennis beneficij. *Haurite à me,tamquam ex Nilo*, dicebat Ægyptiis Veſpaſianus,in primo ad eos acceſſu. Dicere id Chriſtus poterat, cuius ſymbolum; *dat omnibus affluenter:*

Vt nos lauaret ſordibus,

Manauit vnda,& ſanguine: ſanguine redemptionis,vnda autem baptiſmatis.

A Verùm, cum ſecundum omnes Theologo Chriſtus Dominus poſt mortem ſuam nihil meruerit, quoniam erat extra ſtatum viæ; quæritur, quomodo è laterali vulnere Saluatoris, quod,vt S. Ioannes docet, inflictum ei fuit poſt mortem, manare potuerint Eccleſiæ Sacramenta?

Reſp. primo in illa vulneris lateralis ſuſceptione, nullum fuiſſe meritum nouum, ideo autem in illo fundari noſtræ ſalutis meritum,quia antè id Chriſtus præuiderat, & acceptârat, ac pro hominum peccatis obtulerat Patri.

Sed,inquies,alia quoque,& illo maiora præuidiſſe ſupplicia, quæ itidem cæleſti Patri & reapſe quidem præſentaſſe in dubium eſt, qui-

B bus proinde adſcribenda potius virtus Sacramentorum,quam huic,ordine & tolerantia poſtremo.

Reſpondeo,ideirco tamen à SS.PP. Vulneri lateris indubitatò adſcribi,vt ſignificetur bello hoſtes ſuos deuiciſſe, ſibique ac nobis præliando bona ſpiritualia promeruiſſe, Lancea ſiquidem inter arma militis, non vero claui flagella ac ſpinæ cenſeri ſolent.

Septima cauſſà, cur pectus ſibi poſt obitum aperiri voluerit, vt grauitas ſcelerum olim à Chriſtianis patrandorum exprimeretur, qui vel poſt mortem tanti benefactoris,ac Patris, cor eius maiote flagitio ſauciaturi eſſent, quam milites fecerunt in vita,plus namque, S. Gregorio VII.

C teſte,peccant ij,qui Chriſtum triumphantem in cælis blaſphemant,quam qui lugentem in terris crucifixerunt.

Octaua denique,quam ſubtiliter D.Chryſoſtomus animaduertit,Mundi ſeruatorem aſſerit haſta in latere & coſta percuſſum, vnde exiuit ſanguis & aqua, ad peccati labes eluendas,quod per coſtam, hoc eſt, Euam, peccatum in mundum introiſſet.Coſta peccauit, coſta laneinatur & dolet: exiguum oblectamentum, lanceæ ferro, & incredibili acerbitate punitur, vt veriſſimum ſit,quod vulgo dicitur:*è dulci amarum*, quo labes contracta expietur & iuxta Tertullianum lib. de anima cap. 43 *de iniuria lateris eius,verè mater viuentium Eccleſia figuretur.* Et hactenus qui- VIII.

D dem de cauſſis. ad militem vero quod attinet, qui lancea ſua Domini latus aperuiſſe ſcribitur, ſiluere Euangeliſtæ,poſteri verò accepta à maioribus traditione *Longinum* quendã nomine fuiſſe voluerunt. Ita S. Auguſtinus cap. 23. manualis, aliique.

Longinus miles qui Chriſti latus aperuit, quis,qualis fuerit.

Romanum inſuper martyrologium Longinum vocat,ad 15. Martij ſic loquens: *Cæſareæ in Cappadocia paſſio S. Longini militis, qui latus Domini Lancea perforaſſe perhibetur.* Vnus tamen Georgius Vicelius cum ſuis, Longinum à voce græca λόγχη, quæ lanceam ſignificat, appellatum putat, cum antè alio nomine diceretur. Sed gratis hoc dictum arbitror, cum Longinus Romanus miles à longitudine, vt apud Græcos Macrinus

Georgius Vicelius.

[illegible]

περὶ τὴν μακρόλογχα, dici conuenientius potuerit; non enim Lonchinus, ſed Longinus legitur appellatus, vti Caſſius Longinus Syriæ Præſes, aliique dicti ſunt. Dubitatum an miles hic fuerit ille Centurio, de quo tres Euangeliſtæ Matthæus, Marcus, & Lucas ſcribunt, viſis miraculis mortuo Domino editis, in præclaram illam confeſſionem erupiſſe, *verè hic homo iuſtus erat: verè filius Dei erat iſte*. Matth. 27. 54.

Metaphraſtes Centurionem appellat, cuius feſtum Græci 16. Octob. celebrant.

Baronius quoque ea quæ Metaphraſtes & Græci de Longino Centurione commemorant, Longino, qui latus Domini aperuit adſcribit: Nec id cuiquam mirum videri debeat, cum enim ſui muneris eſſe non ignoraret, attendere ne reus de cruce, priuſquam exſpiraſſet, deponeretur, lancea id voluit explorare. Addunt alij altero hunc oculo captum, ſanguinis Dominici attactu quem fuderat, eius vſum recuperaſſe. Ita S. Gregor. Nazianz. in trag. S. Iſidorus Hiſpalenſis, *dum* inquit: *Longinus latus Saluatoris aperuit, & tactu ſanguinis Chriſti, dum eſſet altero oculo priuatus, illuminatus eſt extra & intus lumine fidei, & per Apoſtolos baptiſatus fuit, & poſt longum tempus in Eremo tranſactum, Epiſcopatus honorem & martyrij coronam inuenit*. Ita illi, quamuis Cardinalis Baronius tomo 1. Annal. ad an. 34. eos erroris, & vanitatis inſimulet, qui oculis captum ſcribunt.

S. Greg. Nazianz. in trag.

Card. Baronius.

Quæſiuerunt inſuper nonnulli, dextrumne an vero ſiniſtrũ Chriſti latus confoderit? Et multi quidem ſiniſtrum voluerunt, quia ibi ſedes & domicilium cordis, adeo vt ſicut ex latere Adami dormientis Eua formata prodiit, ita ex latere Chriſti exanimis in Cruce Eccleſia; volunt autem plerique non improbabiliter Euam ex ſiniſtro Adami latere procreatam, quare vt figuratum figuræ reſpondeat, oportere ex ſiniſtro latere aperto Eccleſiam profectam eſſe.

Dextrumne, an ſiniſtrum Domini latus confoſſum.

Quinam ſiniſtrum volunt.

Accedit Franciſcus Lucas Audomarenſis Eccleſiæ Theologus, qui comment. in Ioan. Latus, non pectus, inquit, vt quidam pingunt, idque ſiniſtrum, [quamquam pictores dextrum notent] penetratis etiam coſtis primùm, & pulmone deinde, ac tandem pericardio, transfodit. Cor quod pericardio proximè, & pulmone conſequenter, obuelatum, tametſi in medio corporis, tamen ad ſiniſtram ſitum eſt magis, quam ad dextram, prout etiam ictus, cum fiat dextera manu propensè petit partem ſiniſtram. Alij tamen dextrum præferunt vero ſimilius vt ſunt *S. Gregorius Nazianz.* in tragædia *S. Bernard.* ſerm. 30. in Cant. *dexterum*, inquiens, *mihi latus effodi permiſit vt à ſiniſtra in dexteram tranſeamus.*

Dextrum præferunt Nazianz. Bernard.

Quod & S. Birgitta libr. 7. Reuelat. cap. 15. calculo ſuo confirmauit his verbis: *ſic ſtantibus turbis in circuitu, venit vnus accurrens cum furia maxima, & infixit lanceam in eius latere dextero.* Fauet *S. Athanaſius* lib. de Paſſ. imaginis Chriſti, vbi dicit Hebræos Patrum ſuorum veſtigia ſecutos, validо ictu lanceæ latus dextrum Iconis percuſſiſſe.

Athanaſ.

Firmatur eadem ſententia teſtimonio *S. Bonauentura* ſcribentis de S. Franciſco, cuius carnem exterius Crucifixo conformi effigie inſigniuerat Deus, tamquam ſi ad ignis liquefactiuam virtutem præambulam ſigillatiua quædam eſſet impreſſio ſubſecuta, verba eius hæc ſunt: *Dextrum quoque latus quaſi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrum effundens, tunicam & femoralia reſpergebat.* cap. 13. Vitæ.

Bonauent.

Teſtatur idem Iſidorus Moſconius in vita B. Claræ de monte Falchio dum in corde eius, in quo Chriſtus paſſionis ſuæ myſteria inſculpſerat, exſtare imaginem eiuſdem ſcribit, cuius lateri dextro inflictum vulnus conſpicitur.

Adſtipulatur eidem ſententiæ, quam & omni ſcrupulo & dubitatione abſoluere videtur ſacra Sindon Taurinenſis: ſiue linteum illud, vulgo, ſanctum Sudarium dictum, quo Chriſti Saluatoris ſacratiſſimum corpus inuolutum, ac ſepulturæ traditum fuit. Huic ſanguineis notis, ac lineamentis, diuini illius corporis imago impreſſa manſit, eâdem prorſus formâ, ac figurâ, qua præditum erat, cum de cruce deponeretur, vnde euidenter, clarèque in eo perſpicitur dextrum Chriſti Domini latus, non autem ſiniſtrũ lancea perfoſſum fuiſſe: Siquidem imago eidem linteo impreſſa illius vulneris cicatricem in ſiniſtro latere exhibet, typorum effectum prorſus imitata, qui quod in dextero habent, imprimũt in ſiniſtro, vt non temerè ſuauiſſimus Pater Bernardus ſerm. 7. in Pſ. qui habitat: dicere potuerit: *dexterum ſibi propter me paſſus eſt Latus fodi, quod videlicet non niſi de dextra mihi propinare vellet, non niſi in dextra, locum refugij præparare, iuxta id quod ab Ezechiele cap. 47. prænunciatum legitur: Et ecce aquæ redundantes à latere dextro*, quem locum de ſanguine è vulnere lateris manante S. Iſidorus exponit, quod & Innocentius III. clarius his verbis explicauit: *Calix, inquiens, ponitur ad dexterum oblatæ hoſtiæ latus, quaſi ſanguinem ſuſcepturus, qui de latere Chriſti dextro creditur vel cernitur profluxiſſe*, lib. 2. de ſacro altaris myſterio c. 54.

Sindon Taurinenſ.

S. Bernard.

S. Iſidorus. Innoc. III.

Nunc vero ad vulneris huius quantitatem, ſitum, & atrocitatem quod attinet, grande illud fuiſſe neceſſe eſt, quod hominis manum capere potuiſſe Chriſti teſtimonio confirmatur, vnde Lanſpergius hom. 44. de Paſſ. tantum hoc vulnus fuiſſe docet, vt Thomas manum potuerit in illud inſerere, dicente Domino: *affer manum tuam & mitte in latus meum.* Colligitur præterea ex vulnere, quod in figura Chriſti Crucifixi impreſſa cordi B. Claræ de monte Falchio diuinitus apparuit; in qua partium & corpuſculi totius habita inter ſe proportione, vulnus illud amplum reperitur.

Quantum Vulnus lateris Chriſti.

Ioan. Lanſpergius.

Denique & ſacroſancta ſindon latiſſimum illud fuiſſe indicat, longitudinis ſcilicet vnciæ & dodran-

Digitized by Google

Quam atrox vulnus lateris Chriſti.
S. Bernard.

dodrantis, vt oculati teſtes id dimenſi ſunt. Atrocitatem autem, eamque inſignem arguit conatus, quo vulnus inflictum fuit, vt non temere dixerit *S. Bernard.* tract. de paſſ. c. 3. *foderunt non ſolum manus & pedes, latus quoque & ſanctiſſimi cordis intima furoris lancea perforauit*: quod & S. Vincentius ſerm. de paraſceue expreſſit his verbis: *Lancea aſcendit ad cor*: & Lanſpergius hom. 44. de paſſ. non parum iuuant reuelationes quædam ſanctorum quod etiam cor fuerit transfixum.

Prudent.
S. Cypr.

Vlterius pergunt non pauci, qui lanceam hanc in dexterum latus Chriſti adactam, tranſiſſe per cor & pericardium, atque cuſpidem eius per latus ſiniſtrum ad papillam tradunt exiuiſſe, atque ita vtrumque latus transfoſſum fuiſſe ſcribit Prudentius tribus in locis: 1. de Paſſione Domini. 2. periſteph. hymno 8. 3. Cathemerinon hym. 9. Idem inſinuat S. Cyprian. tractat. de Paſſione. *De latere tuo*, inquiens, *ô Chriſte, diuiſis limitibus aqua & ſanguis emanant*.

Theoph.

Hinc & Theophylact. hoc vulnus lateris *πύλην* appellat.

S. Birgitta.

Accedit teſtimonium B. Birgittæ, vel potius beatiſſ. Virginis Mariæ alloquentis Birgittam, his verbis: *vnus adueniens infixit lanceam in latus eius tam validè, vt penè per aliud latus tranſiret*. libr. 1. cap. 10. Quod vero Prudentius notat dictis locis, ſeparatim per alterum vulnus ſanguinem fluxiſſe, per alterum vero aquam, videtur ſignificare quod per maius vulnus lateris dextri ob capacitatem tantum eruperit ſanguinis, vt aqua per ſe conſpici nequiuerit, per ſiniſtri vero lateris vulnus, vtpote minus & pericardio vicinius, eruperit aqua quæ in eo continebatur.

Verum quia hoc lateris ſiniſtri vulnus exiguum fuit, hinc non computatur, Chriſtuſque non ſex, ſed quinque maiora vulnera habuiſſe dicitur.

Locus vulneris lateralis.
Opinio S. Vincentij, Alexandri Alenſis, Antonij Giſlandi, &c.

Situm verò non omnes eodem comprehendunt modo: S. Vincentius Ferrerius in ſermon. de Paſſione iuxta doctrinam Alexandri Alenſis ſtatuit vulnus lateris Chriſti, non inter oſſa pectoris, ſiue coſtas, vt communiter pingi ſolet, cùm ſine oſſium diminutione non potuiſſet lancea penetrare, ſed inter mollem carnem, quæ inter oſſa femoris & pectoris eſt, vnde ſurſum ad cor vſque penetrauit. Idem tradit Antonius Giſlandus q. 75. de Paraſceue. Pipinus de Chriſto patiente. Ducuntur autem hi omnes

Ratio.

vno eodemque argumento, quia cum Chriſtus in cruce ſublimis penderet, miles autem in terra ſtaret, ſi inter coſtas vulnus fuiſſet illatum, præ lanceæ magnitudine, Chriſti oſſa diffracta fuiſſent, quod minime cenſent admittendum.

Eſt tamen alius nonnemo, qui ex vaticinio Iobi Huſſitarum Principis ex Chriſti perſona querentis, neſcio quod momentum prædictæ ſententiæ adiicere velle notatus eſt, dum hæc e-

Iob. 16. 14.

A ius verba ex cap. 16. in rem præſentem produxit: *concîſit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos & non pepercit*. Sed facile erit intelligere, verba hæc prophetæ nequidquam ſuperiori opinioni ſuffragari, cum ex ſeq. *conſcidit me vulnere ſuper vulnus*, non de lancea, ſed de aculeatis flagellis, quibus velut acutis lanceolis Chriſti corpus diſſectum fuit, ſatis liqueat eum eſſe locutum: quapropter iuxta communem Doctorum ſententiam, vulnus hoc, in ea parte qua vulgò pingi ſolet, ſcilicet, paullò infra mamillam, inter coſtas incuſſum eſſe, tenendum eſt, quod ſancta quoque Sindon apertè confirmat. Et hunc quidem in modum vulnere hoc, Chriſti lateri tam ſæue crudeliterque illato, retractâ lanceâ, non guttatim, B ſed confertim ac copioſè tamquam ex plena ſcaturigine, aqua & ſanguis effluxit. Verùm an à ſanguine diuiſa; an poſt ſanguinem emiſſa, an verò ſanguini immiſta hæc profluxerit aqua, tacuit Euangeliſta, vnde non vna inter Doctores nata opinio. P. Franciſcus Suar. in 3. p. q. 51. ar. 3. diſp. 4. ſect. 1. docuit primò quidem ſanguinem profluxiſſe, & deinde aquam. Alij vero exiſtimarunt aquam ſanguini immixtam fluxiſſe. Rectius ſenſerunt qui ſanguinem, & aquā ſimul effluxiſſe tradiderūt, non tamē permixta, ſed diuiſa. Ita S. Cyprian. l. de Paſſ. Chriſti *de eadem*, inquit, *conſubſtantiali origine diuiſis limitibus aqua & C ſanguis emanant*. Idē tenet gloſſa in c. de conſecr. diſt. 2. vbi hanc quæſtionem proponit, & ſoluēs dicit: *ſeparatim & cum ſegregatione fluxerunt*.

An Aqua & ſanguis diuiſim an mixtim effluxerit.
Opinio Suarez.
Opinio aliorum.
S. Cypr.

Inquiſiuere multi myſterium, aperuiſſe verò non pauci è SS. Patribus viſi ſunt: & Cyrillus quidem, Chryſoſtomus, Cyprianus, itemque Damaſcenus aquæ fluxione baptiſmum, ſanguinis Euchariſtiam adumbrari voluerunt. Ambroſius autem hanc aſſignat vt aqua emundationē humani generis, ſanguis redemptionem ſignificaret. Hieronymus illam affert, vt aqua baptiſmum, ſanguis martyrium denotaret. Denique Tertullianus, vt aqua vocationem, ſanguis electionem præſignaret.

Myſterium ſanguinis & aquæ de latere fluentis.

Sed quare cum ſanguine aqua, non vero lac, D aut mel de latere ſcaturiuit? An quia Chriſti ſanguis nouo homini & mellis & lactis copiā vnus explebat? iuxta ſapientiſſimum virginis Agnetis enunciatum: *mel & lac ex eius ore ſuſcepi & ſanguis eius ornauit genas meas.*

Quare cum ſanguine aquam miſit?

An verò, quod Eccleſia, quæ ex laterali Chriſti vulnere ædificabatur, ſanguine indigeret & aqua, non verò melle, aut lacte, aqua ſcilicet qua lauaretur, ſanguine quo corroboraretur?

Ad hæc quærat aliquis cum Chriſtus in Circumciſione, hortenſi agonia, flagellatione, coronatione, ac denique dum Cruci ſuffigeretur ſolum è plagis, atque vulneribus ſanguinem miſerit viuus, è latere verò iam mortuus aquam fuderit & ſanguinem?

Cur Chriſtus iam mortuus aquam fudit & ſanguinem.

Et tribus quidem reſponſis noui hominis quæſito fiet ſatis.

Primo,

Digitized by Google

Cauſæ.

I. Primo, cum viuenti nihil carius ſanguine ſit, aqua vero nullius aut tenuis pretij haberi ſoleat, viuus ſanguinem non aquam profundere voluit, vt ſe nobis quod cariſſimum habebat, oſtẽderet elargiri: mortuus vero etiam aquam, vt omnes cognoſcerent, dum ſitire ſe in Cruce dixerat, non aquam, cuius intra ſe copiam ſat magnam habebat, ſed vnam humani generis ſalutem ſitiuiſſe.

II. Secundo vt reapſe monſtraret; quantâ cruciatuum ſuorum acerbitas quantuſque dolor fuerit, cuius atrocitate factum ſit, vt aliqua eius præcordia in elementa fuerint reſoluta, vt Innocentius III. ſcriptum reliquit.

III. Tertia vt à morte ſua oſtenderet, vbi verus eſſet puteus aquarum viuentium, ne duo aliquando mala nouus homo committeret, tum *Chriſtum ſcilicet derelinquendo, fontem aquæ viuæ: tùm verò fodiendo ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, quod breui hoc atque excellenti Bonplani elogio explanoi

Auri, argentique venas qui cupis,
Hic ſiſte.
Non aliunde magis ditabere
Quam è Chriſti latere.
Latus Chriſti amoris fodina eſt.
Sanguinem dat pro auro,
Pro argento aquam.
Huius auro ſanguinis emitur ſalus:
Huius aquæ pretio
Conſtat Innocentia!
Ergo hauri libentius
Quo amantius offertur.
Quid Lancea? Amoris clauis.
Amor aperit, cum ferit.

O! Qualem nobis Philoſophiam, dum Chriſti latus aperuit, beata hæc lancea reſerauit! digna planè quæ omnis rubiginis expers meliora inter triumphantis Eccleſiæ cymelia reponatur, in quo prouida illa diuinæ bonitatis ſapientia, magnoperè nobis laudanda eſt, quæ ferri huius pœnalis aciem hoſtium furori ereptam, Chriſtianæ pietati reſeruauit: neque enim Lancea hæc cum reliquo Chriſti patientis inſtrumento terræ tradita fuit, cum nequaquam mortis eius fuerit adminiſtra, quare vel ab amicis Chriſti redempta, vel à milite iam conuerſo in pretio habita, ac Ieroſolymis cuſtodita fuit; vbi teſte Beda, in porticu Martyrij [templum erat ab Helena ibi conſtructum] cruci ligneæ inſerta haſtili in duas partes interciſo, diutiſſimè perſeuerauit; vnde, incertum quando, Antiochiam, auecta, atque in templo S. Apoſtoli Andreæ repoſita, aliquandiu incognita latuit, donec eodem S. Apoſtolo locum Presbytero certis indiciis deſignante, inuenta, vrbem à Barbarorum exercitu, magno miraculo liberauit.

Inuentio ſacra Lanceæ.

Delata exinde Conſtantinopolin fuit, atque in manus Imperatoris conſignata, qui ferri illius aciem limâ ſectam Francorum Regi dono

A miſit, vt *Guilielmus Caorſinus* auctor eſt. Reſiduum verò eiuſdem ferri in Eccleſia S. Ioannis de petra, in eadem ciuitate iuſſit aſſeruari: donec ea in Mahometis ſecundi Turcarum Imperatoris poteſtatem deuenit anno partæ ſalutis 1453, qui ſacram Lanceam vnà cum reliquis ſanctorum lipſanis, quibus Conſtantinopolis ſupra modum ditata fuerat, gazophylacio ſuo intulit, vbi ex fide aſſeruata fuit, donec illo vita functo Baiazethes filius in regnum ſucceſſit, qui Petri de Anbuſſon magni Ieroſolymitanæ militiæ Magiſtri opera ac conſilio inductus, ſacratiſſimum Lanceæ ferrum Innocentio Papæ Octauo, anno Chriſti 1492. dono tranſmiſit, per Oratorem ſuum denuncians cuſpidem apud regem Franciæ conſeruari, vt Alphonſus

Feſtum Lanceæ.

B Ciacconius in vita eiuſdem Innocentij teſtatum reliquit. Papa vero recepto ſacro pignore, illud de fratrum ſuorum Cardinalium conſilio; in Eccleſia S. Petri maxima veneratione collocauit, ac feſto peculiari feria ſcilicet ſexta poſt octauas Paſchæ, rogatu Caroli IV. & Sigiſmundi Romanorum Imperatorum per Germaniam, vicinaſque prouincias celebrari permiſit: in quo præ cæteris excellere viſa Colonienſis ciuitas, quæ celeberrima amburbali Theophoria hoc feſtum quotannis celebrare conſueuit, tùm ad ſacratiſſimi vulneris lateralis gloriam, tùm verò ad operatricis lanceæ honorem ſanctiſſimè inſtitutum; non ita tamen vt noſtri omnium muneri

C exſoluendo ſufficere hoc debeat valeatque; alia namque ſunt, nec eâ tenuiâ, minuſue æſtimanda, ſed præſtantia in primis, ac fructuoſa, quibus ſe nouus homo exerceat, & quod pientiſſimus Magiſter patiendo exhibuit, imitando diſcipulus ſequatur.

Principem hîc atque anteſignanam, Mariam Virginem Deiparam non minore libentia, quam veneratione nouus homo excipiet, vtpote quæ ſicut filio proxima, ita eiuſdem lanceæ communionem prima ſuſcepit; de quo audiendus S. Bernardus ſerm. de Annunt: *Vere tuum, ô beata mater, animam gladius pertranſiuit, quando crudelis lancea filio iam mortuo latus aperuit. Ipſius nimirum anima, iam ibi non erat, ſed tua planè ibi aderat, vt*

B. V. Maria Lanceæ communionem prima excepit.

S. Bern. ſer. de An.

D *plusquam martyrem te non immeritò prædicemus, in qua ſenſum corporeæ paſſionis exceſſit affectus compaſſionis. Reuera fuit pertranſiens animam, & quaſi pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus.* S. vero Bonauentura c. 3. in ſtimulo amoris, de hac ipſa re ſic loquitur: *ibi Domina lanceatum eſt cor tuum.* Quantus vero hic dolor exſtiterit, vel inde diſcere liceat quod in ea potiſſimum parte virgo innocentiſſima paſſa ſit, quæ vulgo quia ſpiritualis eſt, impaſſibilis habetur, vnde tantum in ea valuit dolor, vt meritò Angelus B. alloquens Birgittam cap. 18. dixerit, non paruum à Deo factum miraculum eſſe, quod tot, ac tantis intrinſecus lanciata doloribus Virgo beatiſſ. ſpiritum non exhalârit. Addit Albertus magnus,

S. Bonau. in Stim.

Reuel Birgit. c. 8.

B. Albert. Magn. ſup. Miſſ.

ſuper miſſus,ipſam hic perſoluiſſe dolores,prę-uentione quadam, quos naturali ratione in ſuo tranſitu perſolutura erat, & triſtitiam habuiſſe idoneam,quæ mortem efficeret, niſi Deus miraculo eam ſuſtentaſſet.

Fuit igitur, fuit meritiſſimo iure ſalutanda A Martyrum Regina, ſemperque, dum mundi huius aſpectabilis machina perſeuerabit, ſuis à clientibus,vt Regina Martyrum amabitur,prædicabitur,coletur, ad cuius optatiſſimi deſiderij mei,votique cumulum,hoc L.M.Q.

ELOGIVM

MAGNÆ MARTYRVM REGINÆ

MARIÆ

APPENDO.

STupeſce quiſquis magna mirari ſoles:
Martyrem *hic habes ſine* Tyranno;
Cuius corpus ferro imperuium,
Tranſmiſit tamen gladium vſque ad animam;
Quam tranſiri, non traiici,fas fuit.
Nimirum importuniſſimo Satellitis Mucroni
Modeſtiæ ſedem non licuit tumultuoſo perrumpere.
De Conſtantia ne dubita,
Fugientibus viris,Mulier ſtetit,
Altera mundi Baſis Maria:
Cui (ſubductâ alterâ in filio)
Naturæ machina tutò poſſet inniti.
Stetit in Monte:
In quem omnes Martyres leuarent oculos,
Exemplum ſimul virtutis,ſimul auxilium petituri.
In loco Mortuorum ſtetit,
Dum mortis inter tropæa de morte triumphat.
Hoſtem debellare in loco victoriæ,hoc demum glorioſum eſt.
Sed Clauos ſpinas,Lanceas circumſpicis;
Non poſſe hæc deeſſe Matri creduas,
Quorum tantam Filius habet copiam.
Cuſpis quæ aperuit pectus mortui,
Cor viuæ vulnerauit,
Lethum ſine dubio allatura;
Niſi hebetata in fonte vitæ hauriendo
Vires perdidiſſet.

Exſpi-

Exſpiraſſet ſanè MARIA *ex hoc decumano,*
Et alus doloribus;
Niſi diutius patiendo, velut mereri Regnum
Inter Martyres debuiſſet.
Tormentorum menſuram ex magnitudine Amoris cape:
TANTVM TVLIT, QVANTVM AMAVIT;
Tantum amauit, quantum decuit
HANC MATREM, HVNC FILIVM.
Vbique Regnum debetur MARIÆ, *etiam in doloribus!*

INterim quæ ſauciati cordis huius ſuſpiria, quos gemitus fuiſſe dixerimus? interciſis quidem vocibus ſed virili pleniſſimis ſpiritu clamabat hæc mater: vulneraſti cor meum fili mi dulciſſime, vulneraſti cor meũ amoris tui ſagitta ſuauiſſima, vulneris tui lancea amariſſima, quæ tamen dum latus tuum pertranſiit, omnem in eo acrimoniã exuit, & quod mihi vulnus inflixit, ſuauiuſne fuerit, an acerbius, iure dixerim diſputandum. Collaudanda proinde ſit illa benignitas, illa, inquam, Dei noſtri humanitas, qui me in tanti honoris ac gloriæ ſuæ conſortiũ admittere dignatus eſt, quo, imagini filij ſui ac mei iam facta conformis, *adimpleam ea quæ deſunt, paſſionum eius in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Coloſſ. 1. 24. [Coloſſ. 1. 24.] Deerat ſiquidem huic vulneri dolor, ille, inquam, dolor, quem corpus perſentiſcat, quod, quia in illo mortuum, omni caruiſſe ſenſu certum eſt, hunc ego defectum ſuppleo, dolorem, quo filius caruit, mater ſufficio, eundem æterno Patri pro myſtico communis filij corpore, quod eſt Eccleſia, offero, ac repræſento. Bene eſt virgo ſanctiſſima magnus ad tua priſtina erga me ſtudia, vel hinc cumulus acceſſit, quod & pro me, qui membrum huius corporis ſum, acerrimum doloris iſtius ſenſum obtuliſti, hoc vnum, patere; prioribus annumeretur, vt ſuffragatione tua, aliquid eius hîc patiar, quod tu tam prolixè perpeſſa fuiſti: pertranſeat ictus iſte cor meum, iuſtoque id dolore excruciet, quod peccatis ſuis tam vulneris cauſſam dedit. Hæc olim mens, [Gualterus Alemannus.] hoc deſideriũ indubiè fuit magni illius Gualteri Alemanni ex ordine Præd. qui experiri cupidus, quis ille quantuſque fuerit doloris gladius, qui Dei parentis animam ſub Cruce perfodit, votorum compos factus, ſibi cor velut enſe trãſuerberari ſenſit, ſic & Filij & Matris dolorum conſots factus. Serap. Raſius.

Et hæc noui hominis ſenſa ac vota ſunt, nec raro diuinitus adimpleta. Primus hic nobis, atque integerrimus teſtis ſit *Aurelius Auguſtinus* [S. Auguſt.] cuius præclara hæc fuiſſe identidem vox fertur: *Longinus aperuit mihi latus Christi lanceâ, & intraui* A *& requieſco ſecurus.*

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Nec eo S. Doctor contentus fuiſſe exiſtimãdus eſt, inſuper arcano ſacri vulneris ſtigmate Cor ſaucium habuiſſe creditus eſt Ioanni de Angelis in triumpho Amoris: quod nemo paradoxum arbitrabitur, qui eã quæ præfatus Pater in cap. 19. Ioannis de hoc vulnere ſcriptum reliquit, attentè conſiderârit; vbi inuſitata quadam eloquentia ac ſpiritu rem hanc ſingulariter cõplexus, ſatis oſtendit, vbi ſuas ipſe delicias, ac theſauros repoſitos haberet, ſimiles namque, vt veteri fertur paræmiâ habere ſolent labra lactucas.

Magno Magiſtro ac Patri diſcipulum ac filium ſubiungo B. ſcilicet Vgolinum de Mantua [B. Vgolin.] B eximium vulnerati Domini ſui ac Saluatoris cultorem, de quo id Cruſenius ſcriptum reliquit, in dextro latere vulnus apertum circumtuliſſe, ex quo ſeptuaginta annis poſt obitum recens ſanguis effluxit, odorem ſpirans ſuauiſſimum, quo multi claudi, ac cæci ſanati fuerunt part. 3. capit. 8.

Quid ni & Auo ſanctiſſimo, optimoque nepotem adiungam B. ſc. Matthæum Carrerium ex ſacro ordine Prædicatorum, qui Auguſtini regulam amplexus eſt, virum innocentiſſimũ, qui cum ſæpius coram Chriſti in cruce pendentis imagine, ſenſum aliquem illorum cruciatuum, quos ipſe in Caluario ſuſtinuit, efflagitaſſet, exaudiri viſus eſt: oranti ſiquidem viſibilis Chriſtus apparuit, atque incredibile C quendam cordi eius dolorem impreſſit, vt mucrone velut acutiſſimo cor ſibi diſcindi exiſtimaret, quo ipſe dolore tanto oblectabatur impenſius, quanto maioris gaudij copiam hinc proſpiciebat enaſcituram. *Leander* l. 5.

Neque illud abſimile quod auctor, qui vitam B. Thomæ à Villanoua conſcripſit, litteris [Eremitæ Auguſtini.] proditum reliquit: Religioſus erat Aſcetes ex religioſo Eremitarum ordine, cuius cella quot noctibus mira ſolebat luce ſplendeſcere, cum tamen notum foret omnibus, eum neque lucernâ neque candelâ vti. Re cognita ſuperior, hominem ad ſe euocat, vnde lumen tantum procedat, exquirit. Ille vero ſingulari animi

demiſſione, ex officioſa, inquit, & diuina lampade lateris Domini Ieſu, dum enim venerans eum ſupplex adoto, petoque vt me virtutum ſuarum, gloriæque participem faciat, de S. eius latere, tanta luce perfundor, vt in cubile totum diffundatur. Pronum autem cogirare eſt lucem hanc, vti alias ex ardore pronaſci ſolet, ita & hic cor boni Aſcetæ flammis ſuis fortiter, ſuauiterque vſtulaſſe.

B Nicol. Factor ex ord *Minorum.*

Certe de magno illo illuſtrique Dominicæ vineæ operario B. Nicolao factore ſcribit Franciſcus Gonzaga, quoties ſacri lateris in Crucifixo Domino aperti meminiſſet, ſiue inter concionandum, ſiue celebrandum in ecſtaſin rapi conſueuiſſe, atque ita demum ex hac vita demigraſſe.

Angelus del paz.

B. Angelus del Paz Perpinianenſis fuit ex ordine Minorum, qui obiit anno 1596. 23. Augusti, hic dum viueret, pati ſolitus erat acerbiſſimos Chriſti patientis dolores, vnde ex illorum vehementia Cor illius prodigioſo vulnere ſauciatum fuit, quod à morte omnibus patuit, dum plaga in defuncti corde, aperto eius corpore deprehenſa fuit, vt patet ex proceſſu Canonizat. auctoritate Apoſtolicâ inſtituto.

Sancti qui latere confoſſi ad cælum migarunt.

Et hactenus quidem hæc gratia citra ſanguinem ſtetit, qua diuinus ille fauor minimè contentus, porrò pergere voluiſſe viſus eſt, dum amantium ſuorum latera mucrone diro lanceæ ſinit fodicari.

Chryſtophorus *puer octennis cui latus in Cruce apertum.*

Quare vt à tenera ætatula auſpicemur, quæ eam, cum vixdum ſenſiſſe poterat, ſuo ſanguine purpurauit, in vrbe Guardia apud Hiſpanos Chriſtophorus quidam octennis puer fuiſſe legitur, qui dominantibus iſthic Ferdinādo & Iſabella Catholicis regibus, à Iudæis captus atque in odium Chriſtiani nominis Cruci affixus eſt, omnibus ex ordine expletis tormentis, quæ Chriſtus in Caluario monte noſtri cauſſa perpeſſus fuit, ſtupentibus vniuerſis puerum maiore animo vitam Chriſto reddere, quam ſibi eandem alij niterentur ſeruare. Exſpectare non poterat impia crudelitas, dónec animam efflaſſet, quæ iam ſupremis in labiis palpitabat, vt, quam maiores ſui Chriſto lanceam infixerant, & puero huic innocentiſſimo non minore rabie inferrent: dexterum itaque ſibi latus effodientem generosè compellans, ſi cor, inquit, requiris, latus alterum effodias neceſſe eſt: quare ſiniſtro actutum latere effoſſo, & corde, in ſupplicij corollarium extracto, ad Dominum eiſdem, quibus ille præceſſerat, veſtigiis properauit. hiſt. Hiſp.

Martyres tres è Soc. quibus latus in Cruce apertum.

Puerum tanto alacrius maiores natu ſecuti ſunt, quanto eundem & annis, & animi robore ſuperabant: & tales quidem inter alios plures, fuere tres illi noſtri Iapones, vitæ innocentia, integritate ac motibus clari Paullus Michi, Ioannes Soan, alias Goto, & Iacobus Kiſai quibus omnibus in odium fidei iam Cruci affixis
A gemina perfoſſum lancea pectus fuit: vixdum enim Crucem conſcenderant, eum illico ad ſingulos duo acceſſere carnifices, cum præacuta, ancipitis machæræ non abſimili, lancea, qui eam tanta vi in latus eorum vtrimque incuſſerunt, vt tranſuerſo obiectu lancearum quaſi Crucis formam deſignarent vt auctor eſt P. Hildephonſus de flores. Dixiſſes in Nangaſachi colle Chriſtum Cruci rurſus affixum, & in pectore lancea ſauciatum, vt Iapones ab interitu vindicaret. Iubente Taicoſama & Faſabuto Præſide irrogatum eſt eis tam dirum ſupplicium, die 5. Feb. 1597. Per tres menſes integros SS. Martyrum corporibus in Cruce, ad terrorem ceteris, vt opinabantur, incutiendum,
B pendentibus, gloriam vero eorum immortalem. De quorum priore, ſcilicet Paullo, hæc refert P. Antonius Franciſcus Cardim in faſciculo, vt in omnibus Chriſto ſimillimus appareret, veniam illis rogaſſe, à quibus ſibi vulnera infligebantur: quæ etiam vulnera præoccupare de cruce auſus, pectore ſponte adducto verſus cuſpidem lancearum, vt milites negligentiæ arguere videretur: vnde factum vt eodem die quatuor millia Chriſtianorum morti pro Chriſto ſubeundæ vltrò ſe offerrent: Tales prætera fuere Marcus & Marcellianus illuſtriſſimi martyres, quos ad 18. Iunij Laurentius Surius lanceis per latera transfixis Chriſtum imitatos eſſe deſcribit; talis & S. Catterius Presbyter,
C fuit, qui eum Serapidi litare abnueret, ideoque à tyranno in rogum coniectus eſſet, à Iudęo quodam lancea confoſſus fuit: & ecce confeſtim è ſaucio latere tam copioſam effudit aquam, vt rogum exſtingueret: hanc ſecutus eſt ſanguis, cum quo & animam in Dei manus conſignauit. *Bollandus* 8. *Ian.*

Marcus & Marcell.

S. Carter.

S. Benign.

Talem & S. Benignum Presbyterum fuiſſe, qui Diuione ſub Aureliano paſſus eſt, Petrus Epiſcopus in catalogo ſcribit: lancea ſiquidē Chriſti ducis ſui exemplo confoſſus, ſanctā animam columbæ ſpecie ex ore ſuo emiſiſſe viſus eſt.

Sed tempus eſt, vt etiam in ſexu fragili, hanc gloriam oſtendamus: ſolet quidem formidādus
D lanceæ fulgor femineum pectus conſternare, ſed, quod nullo fortitudinis chalybe virtus durauit: contra verò cui virilis animi robur medullas excoxit, nullo ſolet eiuſmodi terriculamento percelli, patet in *SS. Baſilla* & *Anatolia* Virginibus Romanis, quarum impiè confoſſa latera ſponſi amorē effuſo ſanguine teſtata ſunt, vt auctor eſt Antonius Gallonius in hiſt. Virg. Rom.

SS. Baſilla & Anatol.

S. Iuſtina.

Patet in *S. Iuſtina* virgine nobiliſſima, de qua Mombritius to. 2. tyranni rabie ſæpius tortam, ac denique perfoſſo latere grauiter ſauciam, fatali telo viſceribus perpetuò inhærente, erectis in cælum oculis, ac manibus, horâ totâ, adſtantes confirmaſſe.

Venio ad alias, quæ licet procul à Lancea hac, quam nihilominus vt ſponſi ſui ſanguine colora-

Laterali vulneris Christi doloribus communicantes. *Philippa de Gueld.* coloratam ſemper veneratæ ſunt, abſuiſſe inueniantur, vulneris tamen, quod illa dilecto intulit communionem ambire, ſenſumque participare ſtuduerunt, atque hic eminere mihi ſemper viſa eſt ſereniſſima illa Philippa de Gueldres, iam S. Claræ religioſiſſima filia, quæ tanto erga laterale hoc Chriſti vulnus, quod iſtic Lōgini militis lancea fodiſſe legitur, amore ac ſtudio ferebatur, vt quoties vel mentionem eius audiret, lachrymis diffluerct, ſuſpiriis abundaret, immo tam vehementi cordis palpitatione cōcuteretur, vt ſtatim, niſi fomētis fugientē animā ſociæ reuocatent moritura videretur. *In Vita.*

Maria ab Ajoſtin. Fuit præterea virgo quædam Toletana Maria ab Aioſtin, magna huius lateris, ac vulneris amatrix, cuius vt nunquam ipſa obliuiſceretur patulum ſemper vulnus in latere ſuo ſiniſtro circumferebat. Alph. Villegas to. 3. *Lucretia Alciata.* De Lucretia Alciata legitur cum enixius à Chriſto poſtulaſſet, quidpiā in corpore ſuo de tormentis eius poſſe experiri, voti cōpotem factā Cor ſibi transfigi ſenſiſſe.

B. Gertrud. Teſtatum de ſe reliquit B. Gertrudis Iſlebienſis, magno incenſam ſtudio dilecto compatiēdi ſe in corde à Domino vulneratā fuiſſe. l. 2.

His aliam, nec ceteris quidem vllis inferiorem, libens ſubiungo, quam cæleſtis ille ſanguinum ſponſus, cariſſimam ſibi ſponſam felici connubio copulauit in arrham datis gēmis quaternis, appendendis Roſario, crucique addendis, *S. Tereſia.* Tereſiam ſcilicet de Ieſu, cui tale aliquando obiectum eſt viſum: Adſtantem ſibi ad latus ſiniſtrum videbat Angelum forma corporea indutum, ſed ea perexigua, quem & mirus oris ſplēdor & ardor de Seraphinorum numero, vt crederet, ſuadebāt. Hic aureum manu iaculum oblongum & loco cuſpidis flammulâ obarmatum vibrabat, quod ipſe cordi illius, vt videbatur infixum, cum educeret, ipſa ſimul euelli ſibi præcordia credebat. Ea autem doloris erat vehemētia, vt illum haud ferens, inconciſos, interruptoſque gemitus interſpiraret [intenſius enim gemere dolor prohibebat] tantam vero dolor hic animo dulcedinem ſimul afflabat, & gaudium huius doloris nec deſideraret finem, nec præter Deum quidquam ei poſſet ſatietatem adferre. Quo autem id contigerat die, velut ſui impotens erat, nullumque aut videre, aut alloqui exoptaſſet, at ſapidam illam pœnam continenter ſentiſcere, quæ illi longè maioris gloriæ ſeges erat, quam ea quæ iunctim ex omnibus rebus creatis vnquam ſperari potuiſſet. *Franciſ. Ribera, l. 1. c. 11. Vita S. Thereſiæ.*

Verum non omnibus contingit adire Corinthum, vt vetus canit paræmia, niſi quibus cor intus eſt, cor, inquam, celſum & inuictum parua ducens omnia quæ hominu accidere poſſunt, quale Cor Chriſti fuiſſe Longini militis lancea probauit, dum iſtud & à morte transfixit, cuius vt nunquam obliuiſceretur S. Clara Aſſiſias, *S. Clara Aſsiſias.* nullo non die illud ſalutabat, ac venerabatur,

A quo in pietatis exercitio, non modicis voluptatibus perfundebatur, cuius ne vnquam ſibi obreperet obliuio nodo aſpero ex funibus contexto corpus cingebat.

Beata vero Chriſtina mirabilis, non illa Haſbana, ſed Colonieſis, *B. Chriſtina Colon.* quamuis iſti nec opere nec virtute impar, tanta ſacrum illud vulnus religione proſequebatur, vt oculis animoque iſti ſemper intenta, mirandum in modum de hoſte perpetuò triumpharet.

Sed quid viuentes interpello, etiam vita hac functas eiuſmodi pietas religioque non relinquit, Beatrix fuit ex ord. S. Dominici Monialis, *Beatrix Dominica-* hæc à morte alteri viſendam ſe exhibens, ac multa de cæleſtibus cum ea conferēs, in receſſu
B tandem eam rogauit, vt pro ſe lateri Crucifixi lancea confoſſo amicum ac pium oſculū figeret. Vſque adeo huius quod vti cordis, ita & amoris vulnus eſt, indigetes tangit reuerentia plagæ. Annales Ord.

S. Gertrud. Quāta vero ſacratiſſimi lateris huius dilectione, cultuq; incenſa fuerit S. Gertrudis, ipſa l. 2. inſin. c. 3. aperuit his verbis: cum aliquando ſumpta Communione ante Chriſti è cruce pendentis effigiē gratias illi pro accepto beneficio perſoluerem, ex latere eius, fulgido quodam lucis radio veluti telo percuſſa, in nouum erga illum amorem exarſi: vt merito V. Abbas Ludouicus Bloſius in marg. ſp. c. 19. exclamarit: *ô beatos illos, qui huius ſunt vulneris participes, quorum corda ſic*
C *configit amoris Chriſti lancea, ac ſagitta, vt deinceps perenni charitatis ardore ferueſcant!* quod cum eadem illa Iſlebienſis antiſtita non ignoraret, ſociam ſuam, piam admodum virginem oraſſe legitur, vt dum ex more, ad Chriſti in Crucem ſuffixi effigiem precaretur, paucis in hæc verba pro ſe Deum oraret: *Domine Ieſu per tuum cor lancea transfixum, transfige cor Gertrudis, diuini amoris tui iaculo, vt quæ mundi ſunt exuat, teque ſolum diligat, non verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.* Mirum autem quanta diuinæ beneuolentiæ ac præcipui cuiuſdam fauoris teſtificatione Dominus religioſa hæc officia remuneratus ſit!

Teſtem huc aduoco B. Paſqualinam, quam B. Angela de fulginio à Domino ad pium oſcu-
D lum lateri ſacratiſſimo, quod magna reuerentia adorare ſolebat, deferendū inuitatam ſcribit, ex quo fonte illa tantam Dominici ſanguinis copiam, tantumque cæleſtis ſuauitatis, ac ſolatij hauſit, vt in aliam omnino mutatam ſe comperiret. *Iacobillus de SS. Vmbriæ.*

Nec hic ſtetit diuina miſeratio, vixit in monaſterio Aquiriæ Ordinis Ciſtercienſis monialis B. Lutgardis Tungrorum vrbe oriunda, *B. Lutgard.* quam Chriſtus ſibi in Sponſam non abſimili dulcedinis nectare, quod diuinum eius latus profundere ſolet, pellexit. Sedente quandoque ſimplici puella in cubiculo, & cum proco, vt fieri amat colloquēte, apparuit ei Chriſtus ea forma, qua olim inter homines verſatus fuerat,

Digitized by Google

pectorique veſtem ſuam detrahens, qua tectus videbatur, vulnus lateris ei oſtẽdit, quaſi recenti ſanguine cruentatũ, loquens his verbis: *blanditias inepti amoris poſthac vide ne requiras; hic iugiter contemplare quod diligas, & quam ob rem diligas: hic ego totius puritatis delicias tibi polliceor obtinendas.* Quo ipſa oraculo pauefacta nihil præter Ieſum & hunc vulneratum cogitare cœpit, moxque ſuperno illuſtrata ſplendore omnem à ſe mundi vanitatem abſterſam cognouit: nec quieſcere potuit donec ad optatiſſimas cæleſtis ſponſi nuptias euolaret.

B. Magd. de Pazzi.

Prioribus adiungo B. Mariam Magdalenam de Pazzi, quæ conſiderans ſacra hæc Euangelij verba: *vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua*, vidit magnam multitudinem animarum in latere Ieſu, tamquam ſplendentes gemmas, quæ ornant regiam coronam, & dicebat: ſic animæ noſtræ ornatæ Chriſti ſanguine, fiunt corona verbi per manifeſtationem eius, quam faciunt coram aliis creaturis, & ille non minus iis gloriatur, quam rex de propria corona. Mox vidit animas quæ intrabant hanc cauernam amoroſam duos excitare affectus: primo, transformabant ſe per amorem in Sanguine, poſtea in Aqua per dolorem. Sed Deus complacebat ſibi plus in anima viatrice, quæ ſe transformabat per dolorem, quam in illa, quæ per amorem: quamuis ego, addebat ipſa, ſciam, ô verbum, quod dolor, quem ſentit anima ex offenſis tuis, non poteſt naſci, niſi ex amore, quem habet erga te, qui abſolutè eſt perfectior dolore: & per viam doloris, adhuc plus exercetur anima in amore proximi, regnante in ea viuacius zelo ſalutis: vnde ei placet in his viatoribus magis exercitium doloris, quam amoris, quia illud, eſt ſpecies martyrij, quo animæ fiunt ſimiles ei in Cruce pendenti, & dolore ſuo poſſunt compati eius magnis pœnis, & amoris lachrymis deflere paſſionem. Et cum dolor ſit afflictiuus, animam magis à culpis expurgat quam amor qui delectat: quare cum ſimus in hoc mundo vt purgemur, eſt magis tempus dolendi & patiendi pro amore Dei noſtri, qui magis ſibi complacet de dolore, quam de amore. Hæc illa de Latere Chriſti, vnde exiuit ſanguis & aqua, vti refert Vincentius Puccinius 4. p. Vitæ cap. 29. quam autem ipſa Virgo id accuratè perfecerit, acta eius teſtantur quæ fuſe prædictus auctor deſcripſit.

V. Mariæ Bonauenturæ Conuerſio, & feruor.

Eſt & aliud circa diuini lateris vulnus ſacratiſſimum nobis à B. Maria Bonauentura, quæ nuper Romæ magna ſanctimoniæ fama deceſſit, relictum exercitium. Solent panes manibus pinſentium iam formati, ab iiſdem furno probè calefacto immitti, quo excocti principum menſis inferantur; quot animi decreta ſtatuimus, tot panes veluti pinſimus, ſed crudos illos, atque in depſiticia ſua farina mollicellos;

A fernace calida opus eſt, qua ſolidentur ac velut percoquantur; & hanc præſtat Chriſti latus, quod miles lanceâ aperuit, & ignis diuinus in vſus noſtros ſeptempliciter calefecit. Nouerat id inſignis illa è Turri ſpeculorum ſanctimonialis Maria Bonauentura, quæ vſu Exercitiorum ſpiritualium S. Ignatij per ſingularem Dei gratiam, ad vitam valde ſanctam Romæ conuerſa, quod hîc piè conceperat, iſtic probè affirmandum commiſit, verba eius ſunt hæc. Ego Maria Bonauentura ſerua indigniſſima Crucifixi, qui motus infinita ſua pietate dignatus eſt hoc die veneris, quarto Martij 1626, dum Exercitia facio, dare mihi tantum robur, poſt

B multas & infinitas inſpirationes, quibus ingrata ſemper reſtiti, conuicta tandem à diuina gratia, in conſpectu Sanctiſſimæ Trinitatis B. Virginis meæ matris, Sanctæ Franciſcæ, & S. Mariæ Magdalenæ meæ peculiaris aduocatæ, & totius curiæ cæleſtis, propono tibi & offero, Ieſu ſponſe animæ meæ, à me infinities offenſe, nunquam amplius tradendi affectum meum vlli creaturæ extra Deum, vbi agnouero intercedere offenſam, & tui ſeruitij remotã: quod deſidero & propono obire, cum maximo, quo potero feruore, adiuta diuinâ gratiâ tuâ, ſine qua cognoſco me nequidem vnam cogitationem poſſe dirigere ad cælum. Et hanc

C oblationem Deus meus, & propoſitum, quod facio, auellendi me à rebus omnibus, quæ me poſſent à tuo ſancto elongare ſeruitio, tam libenter facio, vt ſi poſt mea obſequia, tota vita mea impenſa tibi, volueris me detrudere ad infernum, ero contentiſſima, dummodo in me tua ſanctiſſima voluntas adimpleatur. Quocirca ſcripturam hanc meam, meæ propriæ manus expreſſam apographo tibi dono & conſigno Ieſu Creator, & animæ meæ redemptor, eamque in tuo ſanctiſſimo Latere depono, rogans per pretioſiſſima merita ſanguinis tui, vt mihi condones omnia peccata mea; nec permittas, dilecte Deus meus te vnquam à me amplius offendi, cum amplius non ſim mea, ſed tota tua. Amen.

D Denique ad eos venio, quibus non iam pia commiſeratio doloris ſenſum nec ſæuitia tortoris hoc vulnere mortem attulit, nec angelicum miniſterium cum Domino ſimilitudinem donauit, ſed propriæ manus imitationi eiuſdem, peculiari Spiritus ſancti ductione operatæ ſunt.

Qui peculiari Sp. Sancti ductu laterale Christi vulnus in ſe expreſſerũt.

Et horum quidem in numerum primus venit religioſus ille Aſcetes Petrus Villarienſis ex familia Ciſtercienſi monachus, de quo vetus ordinis Chronicon l. 3. cap. 2. Chriſti patientis cruciatibus ruminandis ſedulò addictus, quod animo & cogitatione voluere geſtiebat, reipſa experiri poſſe non degener Chriſti diſcipulus ſæpius deſiderârat, cum ecce die quodam maiori ſentiens cor ſuum in Chriſtum feruore accendi, calidum ferrum lateri ſuo verſus cordis locum

Petrus Villarienſis.

locum immerſit, formatoque iam vulneri cotdam ex equinis crinibus contextam immiſit, ne forte citius obduceretur, aut aliqua cum cicatrice ſacri vulneris ardor deperiret.

Huic ætate quidem ac tempore non autem Chriſtianæ imitationis ſtudio inferior iungendus eſt P. Simon Rodericius ex prima Societatis decuria, qui ne ſacri vulneris Chriſti Seruatoris aliquando obliuiſceretur, atque ex conſequenti minus amaret, eo pectus ſuum diſculpſit, vt exſtante cicatrice, palmaris ea demum poſt mortem nota fuerit obſeruata: quod fieri neceſſarium eſſe cum præuidiſſet homo modeſtiſſimus, veritus ne tei inſolentia in ſuſpicionem miraculi vocaretur, quaſi ea forma ſibi efficta eſſet diuinitus, maluit ſocio fateri ſe Chriſto compatiendi amore, ferro vulneribuſque ita pectus diſculpiſſe vt poſtmodum altè impreſſa exſtarent veſtigia, quibus quoties manus pectori admoueret toties ſuorum amorum admoneretur. *Orlandinus in hiſt. Soc.*

P. Simon Rodericius

Hunc ex eadem Societate vt corpore, ita & pietate ſecutus eſt P. Iacobus de Saura, vir magna virtute & ſanctitate conſpicuus, qui cum vehementi quodam ſtudio Chriſtum patientem, cōplecteretur, pectus ſuum ſupra cor, lato vulnere ſibi aperuit, vt eo ſaltem dilectum imitaretur. *Ioan. Euſeb. in Vita diuina cap. 12.*

P. Iacobus de Saura.

Quod ne quis nimio mirandum forte exiſtimet, audiat quid Roſconius libro de moribus Maſſagetarum ſingulari ſcriptum reliquit: Rex amore Dei ſui pectus grandi plagâ aperuerat, quanto autem magis dolebat, tanto magis lætabundus cantabat: cùm verò acrius ſtimularetur: læſi pectoris plaga; exiſtimabat ille tunc egredi, vel ingredi Deum ſuum ad proſpiciendum cordis ſui amorem.

Rex Maſſagetarum.

Quanta vel in impio, falſa licet, pietas! an non ſurget in iudicium cum generatione hac noſtra tepida ac molli, ſi plus ille idolo quam nos vero Numini detuliſſe fuerit inuentus?

Nouerat id, alteque imbiberat nobiliſſima illa ſimul ac religioſiſſima Margarita Maximiliani II. Cæſaris filia, iam S. Claræ ſanctimonialis: inaudierat hæc virum quendam ſe dæmoni deuouiſſe, additâ ſyngrapha, quam proprio ſanguine notârat. Ingemuit virgo, & ipſa ſibi pectus ſtylo ferreo perfodit, ſeque, ſanguine illo conſcripto ſyngraphâ, in ſeruam perpetuam, eius in locum, qui à Deo ſuo deſciuerat, eidem feruenter dedicauit. *Ioan. Gans in Virg. Auſtriacis.*

Margarita Auſtriaca Clariſſa.

Et hactenus quidem de Chriſti Ieſu lanceati imitatione actum eſt, in qua vtinam ſola & vnica ſiſteremus omnes! neque enim ad lanceatum militem deflecteret infida conditio, ſi Deo pro homine vulnerato fideliter inhæreret; quapropter Huſſitarum regulus Chriſti perſonam indutus, hæc nobis verba in ſenſu allegorico ſuggerere, teſte S. Iſidoro non ceſſat: *circumdedit me lanceis ſuis, concidit me vulnere ſuper vulnus.* Triſtis ſane atque acerba exprobratio! *Et vulneratur*, inquit S. Bernardus etiamnum *lancea furoris, qui prius vulneratus fuit lancea amoris: Amore noſtri vulnerari mortuus in Cruce voluit, vt à nobis diligeretur, & viuus: cum ecce lanceam ſuper viuentem leuare non formidamus.*

Iob. 16. 15. — *S. Bernard. de paſſ. c. 3.*

Herba eſt Græcis ὀφιόγλωσσον, Latinis lingua ſerpentina, aliàs Lancea Chriſti, belgis *ons Heeren ſpeiren-cruydt*: & quam hæc in noſtratibus hortis abundat? Lingua ſerpentina, humana, dicere volui, facta eſt Lancea Chriſti, non vna illa ac ſimplex, ſed triplex. Tres lanceas in corde Abſalonis defixit Ioab 2. Reg. 18. tres in cor Dei ac Domini ſui defigere non veretur homo, lanceam blaſphemiæ, lanceam furoris, lanceam contumeliæ, vnde quod de Chaldæis venientibus contra Iſraelem dictum eſt Iudith 9. de his non malè liceat pronuntiare: *& gloriantur in lanceis ſuis.*

In conſilium eorum non veniat anima hominis *noui, & in cætu illorum non ſit gloria eius, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.* Geneſ. 49. 6. Chriſtum, quod in ſe eſt, tollere ſatagunt & murum diuinæ gratiæ, ſuper quem ædificare debeant propugnacula, deſtruunt, cuiuſmodi ſane cacoethes quàm hominem à recto itinere faciat declinare & in alienam viam deducat, quilibet non difficulter poterit arbitrari.

Gen. 49. 6.

CAPVT SEPTIMVM.

Quod olim quinque faces accenſæ in nuptiis, id modo faciunt in Chriſti corpore quinque illa maiora, ſictaque vulneribus vulnera, amorem noui hominis fœcundant, mentemque paribus deſideriis inflammant.

Qui ſine vulnere viuit, tutò non viuit.

Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum [addo, & pedum, ac lateris tui.] *& dices, his plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Zachariæ 13. 6. *Zacchar. 13. 6.*

Diſce à Chriſto, quomodo diligas Chriſtum. S. Bernard. *S. Bernard.*

QVi ſanctiſſimam Chriſti Ieſu humanitatem, in ſublimem iam Crucis aram euectam, cœlo non abſimilem ſereno dicere voluerunt, næ illi de optimo Domino ac Saluatore quam rectiſſimè ſenſiſſe iudicandi ſunt: neſcio enim quid reconditæ, exquiſitiſſimæque inter vtrumque ſimilitudinis intercedere videatur, quo vnum ex altero non modicum illuſtretur.

Et cœlos quidem Dei gloriam enuntiare Dauide canente, didicimus; Chriſtum autē, vt antes

anteà ſemper, ita, & tunc præcipuè cum ſatu- A
ratus opprobriis, inter latrones pro peccatis noſtris crucifixus occubuit, Patris ſui honorem quæſiuiſſe in confeſſo eſt.

Cœlum natiuæ proprietatis ſuæ vigore, atque potentia varios in dies effectus producit: Chriſtus, vel ſuomet teſtimonio iam exaltatus à terra omnia trahit ad ſeipſum.

Cœlum aquâ, rarius ſanguine pluit, quo ſubiectum terrarum ſolum irriget ac fœcundet: Chriſtus è Cruce aridis illis oſſibus in Caluario proiectis, ad ſemen immortalitatis, aqua ſtillans & ſanguine, vitæ nouæ ſpiritum infundit.

Cœlum virtutis ſuæ in res terrenas infuſu, ad vitam excitat vniuerſa: Chriſtus influxu gratiæ ſuæ omnes homines reſtaurat. B

Cœlum quot ſtellis, tot chryſolithis diſtinctum eſt; Chriſti humanitas quot plagis, tot pyropis variegata eſt.

Cœlum ſtellarum lumine conſolatur noctē noſtram: Chriſtus Vulnerum ſuorum radijs diſpellit afflictionem noſtram.

In cœlo obſeruarunt Hipparchus, & Ptolomæus 1012 ſtellas; in Chriſti corpore numerauit B.Birgitta ex flagellatione 5400 plagas: ex Coronatione S. Anſelmus cum B. Bernardo mille, quibus ſi iunxeris quinque illas poſtremas, inuenies 6405.

Inter reliquas cœli ſtellas multis nominibus eminent Planetæ: ceteris Chriſti vulneribus, quinque illa manuum, pedum ac lateris antecellunt. C

Suam Planetæ patiuntur ecclipſin: hæ autem plagæ nunquam, quod ſtatim in rediuiuo Chriſti corpore notarunt Apoſtoli, de quibus ſic canit Eccleſia:

In carne Chriſti vulnera
Micare tamquam ſidera
Mirantur &c.

quæ ceteris omnibus euaneſcentibus velut aureæ lucis, immortaliſq; gloriæ pleniſſima nunquam occident, numquam non in cœlo hoc theandrico diuino cruore gemmantia collucebunt, morienti congenita, fida mortuo, comitata reſurgentem: nec indecora in cœlis futura glorioſo, omnibus verò ſolenniter nouam vitam Chriſti exemplo auſpicantibus. D

V Chriſti Vulnera.

A

Abolitio decreti quod contra nos erat.
Deleuit ſanguine ſuo hæreditatis obnoxiæ obligationem. S.Ambroſ. in Apol. Dauid c.13. — S. Ambroſ.

Advocati peccatorvm.
Reſeruatæ in corpore plagæ ſalutis humanæ pretium exigunt, & obedientiæ donatiuum. S.Cyprian. ſer.3. de bapt. — S.Cyprian.

Æstvaria amoris.
Quomodo coarctor, vſque dum perficiatur. Luc.12. — Luc.12.50.

Apothecæ aromaticæ contra omnes morbos.
Quid tam efficax ad curanda conſcientiæ vulnera, ad purgandam aciem mentis, quam Chriſti vulnerum ſedula meditatio S.Bern. ſer.62. in Cant. — S.Bernard.

Argvmenta veri gavdii.
Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete. 1.Petri 4. — 1.Petri.4.

Arma mystica.
Quinque lapides de torrente. 1.Reg.17. — 1.Reg.17. 40.
Omnis armatura fortium. Cant.4.4. — Cant.4.4.

B

Bases fidei Christianæ.
Bona foramina quæ fidem adſtruunt reſurrectionis & Chriſti diuinitatem. S.Bernard. 61. in Cant. — S.Bernard.

C

Calatvræ divinæ.
Ego cælabo ſculpturam eius, ſiue, vt alia habet lectio: Aperiam apertionem eius. Zacchar.3.9. — Zacch.3.9.

D

Desideria animæ.
Memoriale tuum in deſiderio animæ meæ. Iſai.26. — Iſaiæ.26.8.

E

Exempla martyrvm.
Paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. 1.Pet.2. — 1.Petr.2.

Exempla virtvtvm.
Vulnera Chriſti redemptio ſunt, & exemplum. S. Thomas.1.p.q.46. — S.Thom.1.p.q.46.

F

Favi mellis.
Suge, apicula, ſuge ſuge, & bibe dulcoris ſui inenarrabilem ſuauitatem. Aug. — S.Auguſt.

Flores æternæ gloriæ.
Flores apparuerunt in terra noſtra. Cant.2. — Cant.2.12.

Fodinæ gratiarvm.
De plenitudine eius omnes accepimus. 1.Ioan.16. — 1.Ioan.16.

Fontes aqvarvm viventivm.
Patent miſericordiæ fontes in vulneribus Saluatoris S.Greg.ho.20. in Ezech. — S.Gregor.

Fontes gloriæ æternæ.
Delectationes in dextera eius vſque in finem. Pſalmo 15.11. — Pſal.15.11.

G

Gavdivm Angelorvm.
Aſcendebat cruoris rubore perfuſus, viderunt cælites ſpecioſum vulneribus Chriſtum, deducuntque lætantes, quis eſt inquit iſte *qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra.* Eſaiæ 63.1. — Iſaiæ.63.1.

H

Hostiæ pacificæ.

Sacrifi-

Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem A
Pſal 30.7. *perforaſti mihi.* Pſal.30.ex Hebræo.

I

ILLICIA MARTYRII.
Charitas Chriſti vrget nos. 2.Cor.5.
Sua non ſentit miles, cum Ducis intuetur vulnera
S.Bernard. S.Bernard.

L

LAVACRA CORDIVM.
Fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſa-
Zacch.13.1. *lem in ablutionem peccatoris.* Zacch.13.
Laua animam meam, quam tua imagine ſignaſti, B
munda corpus quod redemiſti. Hugo de S.Victore.
LIBER VITÆ.
S Bernard. *Viui ſunt characteres paſſionis Chriſti.* S.Bernard.
LINGVÆ ELOQVENTES.
Ab. Rup. *Singulæ plagæ grandem vocem habent.* Rupertus in Ioan.
LVMINA ECCLESIÆ.
Lucerna eius Agnus eſt, occiſus ab origine mundi.
Apoc.21.23. Apocal.21.23.

M

MAGNETES CORDIVM.
Ego ſi exaltatus fuero omnia traham ad meipſum. C
Ioan.12.32. Ioan.8.
MANSIONES ANIMARVM.
S.Bonau. *Hæc requies mea, quoniam elegi eam.* S.Bonau.
MENSVRÆ ARCHETYPÆ GAVDIORVM.
S.Auguſt. *Clamant mihi quod reconciliatus ſum.* S.Auguſt.
MEDICINÆ COELESTES.
Ingredere has vulnerum Domini Ieſu apothecas, &
S.Bonau. *accipe in illis medicinam.* S.Bonauent.
MORS PECCATI.
Tanta virtus vulnerum Chriſti, vt ad eorum memoriam, totius peccati fugetur exercitus. S.
S.Bernard. Bernard.

N

NATALE SOLVM ANIMÆ.
Hic ſecundum miſericordiam ſuam magnam rege- D
1.Petri 1.3. *nerauit nos in ſpem viuam.* 1.Petri 1.3.
NIDI AMORIS DIVINI.
In vulneribus Chriſti Eccleſia ſedet, & nidificat, cum in paſſione Domini ſpem ſalutis ſuæ ponit, & per hoc ab inſidiis accipitris, id eſt diaboli ſe
S.Thom. *tutandam confidit:* S.Thomas opuſc.60.

O

OPERA NOSTRÆ REDEMPTIONIS.
Hæc ſalutis humanæ à patre exigunt pretium. & obedientia donatiuum. S.Cyprian.

P

PARADISVS ANIMARVM.
Hic erit requies mea in ſempiternum, vbi paſcar à vulnere, lactabor ab vbere, & hæc erit dulciſſima potio mea in vitam æternam. S.Bonauentura. S.Bonau.
PIGNORA AMORIS PERPETVI.
Scribe Domine vulnera tua in corde meo, pretioſo ſanguine tuo, vt legam in eis amorem tuum, ad contemnendum pro te omnem amorem: dolorem tuum ad ſuſtinendum pro te omnem dolorem.
S.Auguſtin. S.Auguſt.
PORTÆ TEMPLI CORPORIS CHRISTI.
Hæ porta Domini, iuſti intrabunt in eas. Pſal.117. Pſal 117.19.
PRÆSIDIVM IN DIE IVDICII.
Quidquid ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant. S.Auguſt.Man.2. S.Auguſt.

Q

QVIES ANIMÆ.
Vbi tuta quies, niſi in vulneribus Saluatoris? S.Auguſtin.in Confeſſ. S.Auguſt.

R

REFVGIA PECCATORVM.
Petra refugium Hernaceis. Cum me pulſat turpis Pſal.103.
cogitatio recurro ad vulnera Chriſti, cum dia- 18.
bolus parat inſidias, fugio ad viſcera miſericor- S.Auguſt.
dia Domini mei, & recedit à me. S.Auguſtin. c.21.Manual.
REGVLÆ PRVDENTIÆ.
Per foramen ſtigmatum Chriſti tranſeamus, & tunc pulchriores apparebimus. S.Auguſtin. ſerm.4. S.Auguſt.
ad Fratr.de eremo.
RETIA DIVINI AMORIS.
Quod potuit gutta, voluit vnda, & quod ſatis fuit ad meritum, non ſatis fuit ad amorem. S.Bern. S.Bernard.
ROSÆ FLORIDÆ.
Vide totum corpus, ſicubi roſæ ſanguineæ florem non inuenias? Inſpice manum vnam & alteram, ſi florem roſæ non inuenias in vtraque? Inſpice pedem vnum & alterum: numquid non roſei? Inſpice lateris aperturam, quia nec illa caret roſa, quamuis ſubrubea ſit, propter mixturam aquæ. S.Bernard.de Paſſ.c.41. S.Bernard.
Verè flores rubentes & ardentes, rubentes ſanguine paſſionis, & ardentes igne charitatis. In paſſione rubeſcunt, ardeſcunt in charitate. S.Bernard. ſer.33.in Cant.

S

SALVS INFIRMORVM.
Quia fueramus 5 ſenſuum vulneribus ſauciati, per has 5 plagas in ſalutem reparamur. B. Petrus Damiani. B.Petrus Damiani.
SCHOLÆ VERÆ SAPIENTIÆ.
Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam in latus meum, & agnoſce quæ pro te & à te, ô humana impietas! pertulerim. Euſeb.Emiſſen. Euſeb.Emyſſenus.

SIGILLA

Sigilla cordivm.

Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. Cāt.8.6. Cant.8.6.

Scriptvra amoris.

S.Auguſt. *Lege Domine ſcripturam hanc, & ſalua me.* S.Auguſtin.

Soles Ecclesiæ.

Intellectum illuminant, affectum inflammant, generant ſanctitatem.

Specvla animarvm.

Feciſti Domine Ieſu de corpore tuo ſpeculum animæ meæ. S.Drogo Hoſtienſ. Drogo Hoſtienſ.

T

Tesseræ fidvciæ nostræ.

Turbatur conſcientia, ſed non perturbatur, quoniam vulnerū Domini recordatur. S.Bernard. S.Bernard.

Testimonia obedientiæ.

Rupert. *His factus obediens vſque ad Mortem.* Rupert. Abb.

Thesavri Ecclesiæ:

Bonus theſaurus qui foſſo agro corporis Chriſti inuenitur. S.Bern. S. Bernard.

Tvrres fortitvdinis.

Prou.18.10. *Ad has currit Iuſtus, & exaltabitur.* Prouerb. 18.10.

V

Vbera divina.

Per has Rimas liceat mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. S.Bernard. S.Bernard.

Suge non tam Vulnera, quam Vbera Crucifixi. S. Gregorius. S.Gregor.

Suge quod pro te factum eſt, & creſces ad id, quod eſt. S.Auguſtin.in pſalm.119. S.Auguſt.

Viæ prædestinationis nostræ.

Prædeſtinauit nos conformes fieri imagini filij ſui. Rom.8.29. Rom.8.29.

Victoria pvgnæ hostilis.

In omnibus aduerſitatibus nullum tam efficax remedium quam Vulnera Chriſti. S.Auguſtin. S.Auguſt.

Vrbes refvgii.

Tutum refugium mihi præbent vulnera Saluatoris. S.Auguſtin. S.Auguſt.

In his ſe columba tutatur & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem. S.Bern.in Ca. S.Bernard.

X

Xenia nostræ redemptionis.

S.Bernard. *Hæc exclamat quod reconciliatus ſum.* S.Bernard.

Z

Zelvs fidelivm animarvm.

Oſtendit eis manus & pedes. Luc.vlt.

Quidni ergo alacriter hic omnes confugimus? Intuemini, clamat B.Laurent. Iuſtinianus, diligentiſſimè lateris, manuum, pedumque fixuras, apertæ ſunt intrare ne timeatis, (S. Laurent. Iuſtin de Caſto coonub.)
A intus eſt latitudo immenſa, deliciæ inæſtimabiles, odoramenta per quæ omnes interiores animæ ſenſus reparantur. Et pacatiſſima quies. Experimini, videte, guſtate, quam ſuaue eſt, quam iucundum, quam tutum commorari in latere Saluatoris! Cum infeſti ſunt aduerſarij, cum illis impares ſenſeritis veſtras vires, cum titubare, cum formidare & ipſorum ſuggeſtionibus inclinari cœperitis, ſine mora ad præſidia currite verbi, ad petræ foramina, ad vulnera Redemptoris. Non autem corporis greſſibus, ſed animæ affectibus, ſed ſedula meditatione, ſed intentione recta, ſed corde pio in eadem ingrediendum eſt. Si attenta mente, & humili deuotione cogitaueritis, quanta in carne, dum
B viueret Saluator, ſuſtinuit, fatigationes, peregrinationes, perſecutiones, ſputa, flagella, &c. in pedum foramina intraſtis. Si donatas ſanitates, mortuorum ſuſcitationes, documenta cœleſtia, &c. in manuum vulnera ingreſſi eſtis.

Si charitatem ipſius ignotam, latitudinem dilectionis, theſauros diuinitatis, affluentiam donorum ſponſi, &c. lætamini quia Lateris arcana penetraſtis. Muniti ſſima ſunt præſidia hæc, & inimicis inacceſſibilia.

In Epiro fontem eſſe perhibent, in quo faces quidem perhibent, vt in ceteris exſtingui accenſas, ſed non, vt in ceteris, accendi exſtinctas. Tales ſunt fontes vulnerum Saluatoris, in quibus ardor concupiſcentiæ exſtinguitur, &
C accenditur ignis caritatis.

Expertus id olim in ſemetipſo magnus Hieronymus fuit, qui moleſtiſſima tentatione carnis afflictus, cum nulla alia remedij ſpes affulgeret, ad hæc ſacra vulnera conuerſus, non tantum ſe palmam ex hoſtibus retuliſſe confeſſus eſt; ſed & Angelicam puritatem eſſe conſecutum. (Hieronym.)

Nec minus ſenſiſſe id credita eſt V. Anna à S.Bartholomæo, puella nobilis, quæ dum æqualium Societatem fugere ſolita, in qua certa temporis, ſæpe etiam animæ iactura eſt, die quodam à matre & ſororibus ad tripudium abducitur, mox à iuuene nobili ad tripudiandum inuitata fuit, cum ecce, dum oculos ad cœlum
D eleuat, videt ſupra caput adſtantem D.Ieſum manibus, pedibus, & latere vulneratum, ac multo ſanguine fluentem, qui illam compellans, vide inquiebat, filia quam grauiter me afficiat ſociarum tuarum leuitas, in quam te inſinuas: quibus viſis, auditiſque ſe domum proripit, ac non ita multò poſt, mundo valedicens, eas elegit ſocias, apud quas Saluatoris ſupplicia redintegranda non erant. *In Vita.* (V.Anna à S.Bartholomæo Excalceata Carmel.)

Et hanc quidem, ſimilemque ab cauſam ſeruata quinque hæc vulnera, tam claris olim atque illuſtribus ſignata procemiis, modo quinque illis porticibus, quibus Probatica Piſcina circumdabatur Ieroſolymis: (*Figura 5. Vuln.*)

Modo quinque vectibus, quibus tabulæ circum-

Digitized by Google

circumdabantur tabernaculi:

Modo quinque columnis quæ in introitu tabernaculi omnibus erant conſpicuæ.

Modo quinque cortinis, quibus Arca veſtiri conſueuerat:

Modo quinque ſtolis, quas Ioſeph tradidit Beniamin:

Modo quinque illis, quos Lucæ 12, in domo vna habitare legimus.

Modo quinque lapidibus, quos Dauid in pera ſua habuit, vt ſterneret Goliath.

Modo quinque cubitis, quibus templi veſtibulum menſus eſt Angelus. Ezech. 40.

Modo quinque corporeis ſenſibus, per quos nobis rerum innoteſcit notitia.

Modo quinque baſibus templi. 3. Reg. 7.

Modo quinque fidelibus perſequentibus centum alienos. Leuitici 26.

Bella ſigna, ac perpetua documenta incredibilis in nos amoris, quem nobis teſtatum ſic voluit filius Dei, de quo ita loquitur B. Petrus Damiani: *Vulnera Redemptoris quinque ſunt, quia nos eramus quinque ſenſuum vulneribus ſauciati, & per has quinque plagas ſaluti ſumus perpetuæ reſtituti*, vbi ſcilicet diuinæ miſerationis balſamum his fontibus tam copioſè promanans, vulneribus noſtris applicantes, quod ijs defuit rite adimplemus: ſecus, ſi negligimus, aut dura mente repellimus, mala morte perituri: teſtimonio ſint duo illi ex Italia Iuuenes, qui nuper, Societati Ieſu nominibus datis, tyrocinium eiuſdem ingreſſi ſunt, & magnis animis virtutem amplexi eam ſe proſequi velle oſtenderũt: & ita quidem alter, vt cœperat, durare: alter vero non multo poſt intepeſcere, ac retro velle reſpicere viſus eſt, donec tandem cum veſte & mentem Deo ſeruiendi ingratus exuit, & viam, qua venerat repetiuit.

B. Petrus Damiani.

Recens hiſtoria.

Anni iam plures fluxerant, cum ille qui in ſacro conſtans propoſito perſtiterat, ſacerdos iam factus, forte in eam vrbem deſcenderet, in qua ille, quondam eius in tyrocinio ſocius, iam deſertor commorabatur, contigit autem dum per viam ſuam incederet, audire vocem quandam poſt tergum ſe compellantem, erat hæc mulieris cuiuſdam, quæ viſis Patribus, eos rogabat domum vti ſuam ingredi vellent, ægrum, qui iſtic decumbebat ſolutari. Intrat Sacerdos, & ſocium quondam ſuum agnoſcit, ac pro re nata ſolatur, grauiſſima namque febri conflictabatur, rogatque obnixè vt bona, piaque exomologeſi conſcientiam expiet, nec id in quo tantum momentum poſitum eſt, imprudens extendat. Hic æger excuſare ſeſe, necdum eo morbum increuiſſe, poſtea ſe de iſto cogitaturum. Stabat Pater, & quod ſuadere cœperat inſtanter vrgebat: certus hominem pro veteri amicitia, ac ſuprema eius ſalute non relinquere, priuſquam animum expiaſſet. Sed fruſtra erat: quare poſt multas preces ad proxi-

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A mum conclaue recedens, ſopore obrui cœpit; cui nonnihil quieturus, vt tanto poſtmodum vegetior foret, parumper ſtatuit indulgere. Cum ecce ſomno obrutus, videt Chriſtum hiantibus vulneribus aduenire, ægrumque accedere ac commonere, vt animi noxas ſacerdoti quantocyus aperiat, atque ita propriæ conſulat ſaluti. Auertebat miſer vultum ſuum, atque aures obturans Saluatori, aliud ſpectare videbatur; cum indignabundus Dominus plena manu diuinum ſanguinem excipiens in obſtinati hominis faciem coniicit, ea comminatione, vt quem in animæ eius ſalutem fuderat, is illi in æternum ſui iam cederet detrimentum. Abiit Dominus, & expergiſcitur ſacerdos, ſe-

B que illico ad decumbentem proripit, quem iam animam egiſſe ac totũ cruentum inuenit. Spectaculum triſte ac luctuoſum! *Ita P. Arnoldus Cathius* S. Theologiæ in Louan. Academia profeſſor ex fide digna relatione in Italia accepta. Res magna profecto ac nulli non impenſiſſimo ſtudio commendanda, ſacra hæc Chriſti vulnera, ac quod ipſa nobis litrum compararunt, ſuſpicere atque vſurpare; cui dum viri, feminæque præſtantiores, ne tanto beneficio ingrati viuant obſecundare ſatagunt, ſacris his plagis ſingulariter affici, & eaſdem peculiari ſtudio enixius cœperunt venerari: & ſacroſanctæ quidem religionis huius principem non aliam, quàm Virginem Matrem tutò pronuntiarim:

Quinam primùm venerari fuerint ſacra Vulnera Saluatoris.

B. Virgo Maria beati vulnerum prima Cultrix.

C ita videlicet ipſa apud S. Birgittam lib. 4. c. 70. omni teſte certior dicitur eſſe locuta: *alijs*, inquiens, *recedentibus: ego recedere non potui, ſed quaſi conſolata eram, quod corpus, iam de Cruce depoſitum contingere poteram, & in ſinum recipere, vulnera explorare, & extergere ſanguinem*. Iterum lib. 1. cap. 10. *Cum verò conſiderabam loca clauorum in manibus & pedibus oculi mei replebantur lachrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur triſtitia.*

S. Brigittæ reuel.

Eodem accedit S. Germanus in Theoria, vbi de hoc Virginis affectu, dum filium è Cruce depoſitum ſinu exciperet; ſcribit his verbis: *Maria Virgo, Chriſti è Cruce depoſiti oſculabatur manus clauis perforatas, oſculabatur brachia & pectus lanceâ perforatum, oſculabatur pedes clauis perfoſſos;*
D *lauit & rigauit lachrymis vniuerſa vulnera eius, & plorans acerrimè ſuper ſingulis, amplexabatur caput eius*, &c.

S. Germanus in Theoria.

Oſtenditur etiamnũ locus, vbi Mater Chriſtum de Cruce à Nicodemo, Ioſephoque depoſitum gremio fouit, plagaſque rite venerata ſtudioſè compoſuit, diſtatque ab eo, in quo poſita fuerat loco, greſſibus tredecim, vt Chriſtianus Adrichomius auctor eſt. Quis autem pro dignitate expediat, quanta hîc fide, ac religione Virgo Mater ſe geſſerit, tam inſignis pietatis fundamenta ſtatuens? quibus tota ſuperſtructura poſteritas ſuam erat religionẽ: quãta prudẽtia, quã incenſo diuinæ venerationis ſtudio, iam manuum, iam pedum, iam lateris plagas

ſituita, eum, quem grandibus illis, claui ac lancea, notis inſcripſerant, amorem pellegerit, nūc dolorem longè acerrimum, quem carnis, neruorumque inciſio progenuerat ſecum meditata ſit, ac tantum non ipſa perſenſerit, nunc vero tota in maximam grati animi ſignificationem effuſa, ſingulares Deo gratias tanto pro beneficio cumulârit: nunc ſeſe iiſdem velut foraminibus quibuſdam petræ, ac cauernis maceriæ latenter abdere, ibidemque inſtat columbæ perpetuò voluerit nidificare? Optauit aliquando pro rei cuiuſpiam dignitate amplificanda, fontem ſibi eloquentiæ naſci in ore Chryſoſtomus; ego citius hic mihi velim in oculis lachrymarum fontem erumpere, eloquentiæ verò, ſi quæ eſt in me, venam penitus exareſcere, ne eodem ore, quo cetera vtcunque pertracto, hanc Virginis magnæ pietatem voluiſſe videat nouo homini explicare. Vixdum exſangue corpus ſinu ſuo mæſtiſſima mater exceperat, cum vocem, quam aliquantiſpet ſuppreſſerat, fractis velut repagulis ſinens eluctari, ecce, inquiebat, ecce dilectum tuum, ô Anima mea! ecce dilectum vteri tui, ecce dilectum votorum tuorum: ſed quis eum ſic deformauit? quis tantis iniuriis laceſſiuit? tam acerbe, contra quam meritus eſt tractauit? Video, ah video! peccata hominum ſunt, quæ ſpectaculum hoc longè triſtiſſimum edidere, quæ his te plagis immerentem, fili mi, confecerunt.

Ethopæia B. Virginis Christum è cruce depoſitum ſinu excipientis.

B

C

Admirabiles manus cæli, terræque architectæ, & vos tam impiè transfixæ? generoſi pedes, ouem centeſimam, quæ perierat, quærendo fatigati, voſne video rudi ferro terebratos? Quam lata vulnera! quam triſtes plagæ!

Sed & pectus ſauciatum conſpicor, ſanctiſſimum illud diuinitatis ſacrarium diſſipauit lancea, quo pretium redemptionis humanæ flueret vberius, ſed & matrem torqueret abundantius: ſine, ah ſine te plenè exoſculer, ſuper te caput reclinem, nuſquam tutius ac ſatius quieturum. Dulcia ſane, & ſalutifera vulnera, dilectiſſimi filij mei Ieſu, ſaluete, ſaluete, ſaluete in omnipotētia Patris, qui vos dedit; in ſapientia filij, qui in vobis mortem ſuſtinuit; in benignitate Spiritus ſancti, qui in vobis humanæ redemptionis opus perfecit.

D

Saluete monumenta charitatis, teſtimonia obedientiæ, ſigna iuſſionis paternæ; ſurget, ſurget ex vobis fortitudo Martyrum, Confeſſorum patientia, gaudium Apoſtolorum, gloria vniuerſi.

Acceſſerit indubie amantiſſima Chriſti diſcipula *Magdalena*. Pedes illos complecti, atque exoſculari deſiderans, apud quos tot tantorumque ſcelerum ſuorum veniam impetrârat, quos vbi tam dire, ac crudeliter habitos conſpexit, corde non minus, quam ante amoris telo ſaucia, in vberrimos lachrymarum fontes erupit, quibus ſanctiſſima illa vulnera, millenis iam ſuauiata oſculis denuo irrigauit.

A

Nec defuit amori ſuo mæſtæ matris adoptiuus filius *Ioannes*, recto hic impetu in pectus aduolauit, ſuper quod præcedente nocte recubuerat, non iam integrum illud, atque ebori ſimillimum, ſed hiulcum & multo ſanguine diſcolor, quod vt vidit, non oculis minus quam ore, lambendo, irrigandoque honorare, venerarique contendit, votis omnibus iſtud ingredi cupiens, vt altum ſanctiſſimę cōtemplationis ſomnum, anteriori profundiorem dormire iſtic poſſet.

Ioan. Euang.

Nihil de *Arimathæo Ioſepho*, nihil de *Nicodemo* tam genere quam virtute eximiis dixerim, quos B nemo ambigat tam manus, quam pedes ſingulos è cruce auulſos dulciſſimis oſculis veneratos fuiſſe, priuſquam à ſe in matris ſinum corpus illud ſanctiſſimum conſignarent.

Ioſeph ab Arimath. Nicodem.

Atque hi omnes Principes, Duceſque fuerūt magnæ illius venerationis cultuſque; quo ſacra Chriſti vulnera præcipuo quodam ſtudio coli, honorarique cœpta ſunt, quibus & alios eiſdem affines, imo & eoſdem nonnullos geminato ſtudio poſteaquam à mortuis Chriſtus ſurrexerat, illaque in corpore ſuo glorioſo dedicârat, ſubiungere placuit, quos inter denuò Matri primas defero, cui eum primæ omnium à reſurrectione *non ad confirmationem dubij*, vt S. loquitur Bernar- C dus, *ſed allegationem ſolatij* appareret, & ſacra ſua ſua vulnera oſculanda obtuliſſe, & illam ſumma quadam pietate veneratam ea fuiſſe in confeſſo eſt: & quid ni tanto eam dignatus fuerit honore dixerim, an amore? nulla ſiquidem tantæ fruitionis gratia dignior, nulla exſpectationis deſiderio feruentior, nulla deprecandi inſtantia vehementior, nulla apparenti intimior, nulla in toto orbe charior. Negaſſe id quidem *Mariæ Magdalenæ* dū ſtaret ad monumentū foris plorans, auctor eſt S. Ioannes c. 20. ſed cauſſa erat, quod vellet in Chriſti pedibus tangendis immorari diutius, & longum tam optato pedum amplexu deſiderium magiſtri exſatiare. At Dominus volebat illam feſtinanter mæſtis diſcipulis reſurrectionem nuntiare, noli, inquiens, me tangendo morari, adhuc in terris verſor, ſæpe me videbis, licebitque tibi ad pedes meos aduolare.

S. Bernard. in ſerm.

D

Alias itaque S. nobis Euangeliſta Matthæus deſcribit matronas, quæ à Virgine matre proximæ ſacra vulnera in rediuiuo Chriſti corpore veneratæ ſunt, ſcilicet *Mariam Iacobi* & *Salomen* quibus, cum à ſepulchro verſus vrbem reuerterentur, Chriſtus viſibili forma obuiam factus, Magdalenâ, quæ ad ſepulchrum ſola remanſerat, abſente, dixit: *auete*, illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum, ſacra vulnera ſyncerâ fide, & affectu maximo exoſculantes; inter quæ ſuperueniens Magdalena ſocias aſſecuta eiuſdem beneficij, atque officij particeps facta, quod ante facere prohibita fuerat pie, ſtudioſeque expleuit.

Maria Iacobi. Salome.

Maria Magdalena.

Poſt

Apoſtoli dem.

Poſt mulieres has ſequuntur Apoſtoli in mõte Sioneo propter metum Iudæorum clauſis ſcribus congregati, quibus dum ſerò factum eſſet Dominus apparens, *videte*, inquit, *manus meas, & pedes meos, palpate & videte*. Lucæ 24. in quæ verba D. *Cyrilus*, latus, inquit, Dominus denudauit, & manus clauis perforatas oſtendit, vt corpus iſtud quod crucifixum fuerat, ſurrexiſſe monſtraret: quanta autem id reuerentia & amore præſtiterint ſanctiſſimas illas plagas iam tactu manuum ſuarum, iam magna animi demiſſione venerantes, ſanata vulnera infidelitatis eorum & puſillanimitatis, quibus eorum corda ante ſauciabantur, ſatis declarant.

Lucæ 24. 39.

S. Thomas Apoſt.

Denique eodem accedit S. Apoſtolus *Thomas*, qui cum à cæterorum conſortio, quod ex fuga necdum reuertiſſet, ſegregatus, Chriſtum ſurrexiſſe non crederet, poſt dies octo magna eiuſdem miſeratione manifeſtè viſitatus audiuit: *Infer digitum tuum huc, Thoma, & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis*: quaſi diceret, teſte Petro Chryſologo, infer digitum tuum huc, Thoma, vt effundant toto orbe iterum te aperiente hæc vulnera fidem, quæ aquam in lauacrum, ſanguinem in ouium pretium iam fuderunt. En quantis propoſitis præmiis ad SS. Vulnerum fidem Thomas inuitatur! quomodo vero illam exſecutus fuerit, non vna omnium ſententia eſt, vero proximior illa, noſtriſque moribus conformior quam poſt S. Leonem D. Thomas 3. p. q. 54. a. 4. ad 2. docuiſſe viſus eſt, nimirum, ſanctum Apoſtolum viſis ſacris vulneribus, ob reuerentiam quidem abſtinuiſſe à tactu, ſeipſum verò ad Chriſti pedes abiiciendo, magna ſui demiſſione crediſſe, quod fidelibus oculis vſurpabat: Chriſtum tamen pro ſuo in diſcipulum affectu, manum eius arripuiſſe, illamque ſingulis plagis ſuis ex ordine admouiſſe, quo factus ille mente, animoque illuſtrior, totum ſe feruentiſſimo quodam amoris ſtudio, eius amori conſecrauit dicens: *Dominus meus, & Deus meus.*

Ioan. 20. 27.

Chryſol. ſer. 1.

S. Thomæ Apoſtoli peregrinationes.

Nec feciſſe minus, quam dixiſſe fama eſt, vnus enim præ ceteris Apoſtolis longius peregrinatus eſt, quod audierat, quod viderat oculis ſuis, quod manus ſuæ contrectauerant de verbo vitæ annuntians Medis, Perſis, Hircanis, Bactris, Chinenſibus, Americanis &c. vbi ad rei huius, de qua agimus gloriam notandum eſt, quod ex America ſcripſit P. Emmanuel Nobrega è Societate Ieſu ſacerdos anno 1552. habent incolæ S. Thomæ notitiam, quem zomo appellant, eumque hac iter feciſſe à maioribus acceperũt, & veſtigia Apoſtolica etiamnum iuxta fluuium quendam exſtare affirmant, quod vt certius cognoſcerem, ipſe locum adij & propriis oculis inſpexi humanorum pedum ac digitorum ſatis altè impreſſa ſigna ac notas, quas nunquam extrinſecus aqua tegit, omneſque in S. Apoſtoli memoriam venerantur. Ferunt autem ea relicta veſtigia dum perſecutores ſuos fugiens per medium flumen ad vlteriorem ripam ſicco pede in Indiam abiit, beneficio digitorum quibus ſacroſancta Chriſti vulnera explorarat.

Cultores SS. Vulnerum.

Si manus ex ſolo vulnerum contactu tantam hauſerit virtutem, quam fidelis anima non participet laudem ac gloriam dum ſeſe eorundem honori magna fide, ſtudioque impendet? quod proximè inſequentibus temporibus noui homines, veteribus exuti probe intelligentes, magno in honore has plagas habere, obſeruantiaque proſequi cœpêre. Nec mirum, ſi enim Cæſium Scæuam miræ virum fortitudinis, teſte Franciſco Petrarcha, mille lacerum, perfoſſumque vulneribus, hoſtes quoque venerati ſunt, & propter vnius virtutis admirationem, vulnera ipſa deoſculantes, ſagittas tepenti cadauere eductas, ceu ſacrum aliquod anathema Deorum templis affixerint: quid nobis de Chriſti Seruatoris vulneribus ſentiendum? quâ reuerentiâ deoſculanda? quo pietatis affectu veneranda? de quibus plus gloriæ nobis, ſalutiſque fluxiſſe, quam ſanguinis certum eſt. Cum enim ſacroſancta hæc vulnera non ſolum cauſa ſint meritoria prædeſtinationis noſtræ in ordine intentionis, ſed etiam in ordine executionis, quoad omnia & ſingula prædeſtinationis media, is qui intentionaliter illis coniungitur, etiam principio continenti omnia ſimul media prædeſtinationis cõiungitur, & maximè diſponitur ad eadem recipienda in quibus ſalus omnium noſtri ſita eſt, cum omne paſſum diſponatur magis ad recipiendam actionem agentis, per maiorem propinquitatem ad agens, quod innuit Iſaias c. 12. *haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris.* Addo, quia Chriſti vulnera non ſolum concurrunt ad hoc obiectiue, mouendo ad ſpem & charitatem; ſed etiam phyſicè & effectiuè producendo omnes & ſingulos gradus gratiæ, qui dantur fidelibus, tum in Sacramentis tum extra. Neque ſolum gratiam ſanctificantem; ſed etiam excitantem & concomitantem, ita vt omnes illuminationes intellectus, & omnes affectuum excitationes erga bonum ſupernaturale phyſicè ab his vulneribus cauſentur.

Cæſius Scæua vulneratus ab hoſtibus in honore habitus.

Iſaiæ 12. 3. Recupitus to. 1. l. 6. q. 19. n. 5.

Viſio S. Franciſcæ Romanæ.

Confirmatur id ex reuelatione quadam *S. Franciſcæ Romanæ* cui oſtendit Chriſtus vulnera immenſo lumine radiantia, quod ad homines diffundebatur, quorum alij vnius tantum fulgore vulneris, alij duorum, alij trium, aut quatuor: pauciſſimi omnium quinque radiis illuſtrabantur, iuxta cuiuſque meritum ac diſpoſitionẽ.

Apoc. 21. 23.

Nec prætereũdũ, quod ipſummet lumẽ gloriæ, quod producitur in beatis, cauſari tradant Doctores phyſicè à Vulneribus Chriſti, quẽadmodum non obſcurè indicatur Apoc. 21. vbi dicitur Paradiſi *lucerna eſſe Agnus.* Dixerat ante S. Ioannes vidiſſe ſe in cælo Agnum ſtantem tamquam occiſum. Beatorũ ergo lucerna Agnus eſt, ſtans tamquam occiſus, exhibens ſcilicet cica-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

trices, inſignia occiſi, & ſic influens in lumen, quod cælo radiat, ideoque etiam ibidem dicitur hoc lumen *ſimile lapidi pretioſo, tamquam lapidi Iaſpidis*: quæ gemma, vt S. ait Hieronymus in Iſaiæ 54. eſt quaſi mixto colore ſubrutilans, & quemadmodum notat Cornelius in dictum locum Apocal. veluti plagis diſſecta. Nam vt ſignificetur lumen cauſari à Chriſti plagis, & ſanguine, ſimilitudinem refert principij, à quo cauſatur, ideoque dicitur lumen ſimile tamquam lapidi Iaſpidis, quæ gemma ſanguineo colore fulget, vt etiam magnus Albertus teſtatum reliquit.

Stabilitur idem ex eo quod *S. Franciſcæ Romanæ* diuinitus oſtenſum legimus, dum vidit ex Chriſti vulneribus promicans lumen primo ad B. Virginem, & omnes cæleſtis paradiſi incolas diffuſum tum vero ad homines in terra degentes extenſum: nempe his gratiæ, iis lumen gloriæ, vtrumque emanans ex vulneribus Chriſti. Quod cum ita ſit, quis non videat, quam digna ea ſint ab omnibus coli, ac præcipua quadam veneratione obſeruari? fuerunt autem non pauci, qui ſanctiſſimas has Chriſti plagas, ſin minus ex æquo, pro officio tamen diuerſis modis conati ſunt venerari:

S. Paullus Apoſt. Gal. 6. *Primo ad honorem ſacrorum Chriſti vulnerum aſflictiones, ac plagas propter Chriſtum illatas ferendo patienter*, ita de ſe ad Galatas. cap. 6. Apoſtolus Paulus: *Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.*

2 *Sacra vulnera in Chriſto patiente adorare quotidie.*

V. Herm. ex ord. S. Dominici, Socius S. Hyacinthi. Fecit id *V. Hermannus* ex Prædicatorum ordine diebus ſingulis hunc verſum vſurpando: *Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per S. Crucem redemiſti mundum*, poſt ſingulas autem vices terram oſculando, quibus officiis id aſſecutus eſt, vt Dominus viſibili forma ſe illi ſiſteret, ſimulque ad ſacrorum vulnerum ſuorum oſcula inuitaret, quod & maximo ſui ſolatio, nec minore fructu compleuit, è ſingulis namque tam manuū quam pedum ac lateris vulneribus, non paucas pretioſi ſanguinis guttas ſibi ſenſit inſtillari, quo mero inebriatus, faſtidiens omnia, ſolum Ieſum & hūc crucifixum cœpit ſpirare.

3 *Omni diabolicæ impugnationi, quinque hæc vulnera*

S. Hieron. *opponendo.* Ita S. Hieronymum facere ſolitum fuiſſe auctor eſt Euſebius.

4 Ioannes 3. Luſitan. Rex. *Nihil negando quod SS. Vulnerum interpoſitu rogatur.* Ita feciſſe; ac voto propoſitum firmaſſe Ioannem eo nomine ſecundum Luſitaniæ Regem ſcribit Vaſconcellus Anaceph. 16. Stetitque voto fides, cum enim primarius quidam nobilis extrema rei familiaris inopia preſſus, per Chriſti vulnera eum rogaret, ſuam vt egeſtatem leuare vellet; ſtatim is audita vulnerum mentione, ſupellectilem argenteam vniuerſam ei dono dedit. Idem.

5 Carolus Comes Flandriæ. *Pauperes quinque diebus ſingulis, veſtiendo*, quod ſolemne fuiſſe *Carolo Flandriæ Comiti S. Canuti* Regis Daniæ filio reperitur, id eſt, annis ſingulis ſupra mille ac trecentos veſtibus impertiendo. Molanus de SS. Belgij.

6 *In ſignis ac labaris militaribus quinque hæc vulnera circumferendo.* Iuſſu Domini ſibi apparentis ac victoriam promittentis, id præſtitit fide plenus *Alphonſus Primus* Luſitaniæ Rex, & Mauros profligauit, nec ſucceſſores ab hac religione hactenus receſſerunt. Alphonſus Luſit. Rex.

7 *Sacrum miſſæ officium de quinque vulneribus celebrando pro infirmis.* Ita refert *Franciſcus de Oſſuna* in Hiſpania fieri. Hiſpana Conſuetudo.

8 *Feſtum quinque vulnerum religioſè colendo.* Huiuſcemodi feſtum cum peculiari officio confirmauit, tum Paulus V. tum Gregorius XV. multique illud magna colunt veneratione. Paulus PP. V.

9 *Coronulam ſacrorum quinque Domini vulnerum quotidie percurrere.* Eminuit hic R. P. Vincentij Caraffæ imitanda pietas, qui nuper ſupremus Societatis Ieſu antiſtes fuit: multis ille quidem dotibus eximius erat, doctrina, prudentia, magiſtratuum adminiſtratione, ſed vna ſanctimoniæ laude clariſſimus, quam verbo, ſcriptis, & opere hanc vulnerum ſanctiſſimorum promouens pietatem, orbi teſtatiſſimam fecit. Vincent. Caraffa.

10 *Litterarum initio, quinque Chriſti vulnera ſalutationis epiſtolicæ loco aſſerendo.*

11 *Piiſſimis oſculis ſæpius per diem reapſe in cubiculo ſacroſanctas plagas venerari.*

B Margarita Hungarica. Feciſſe id olim *B. Margaritam Hungaricam* vitæ auctor teſtatur, dum, non obſtante diutina coram Crucifixi imagine precatione, nunquam ad prandium conferre ſe conſueuiſſe ſcribit, antequam ſingulis oſculum dediſſet: quam, ſi non ſuperarit, imitata legitur *Maria de Incarnatione* ex ordine Carmelitano, quam cubiculum ſuum nunquam ingredi ſolitam ſcribit Doctor Duuallius, niſi Domini ſui ſanctiſſima vulnera piiſſime oſcularetur. V. Maria de Incarnatione.

12 *Certis precum formulis ſacrum vulneribus thymiama adolere.* Effulſit hic præclara *B. Mechtildis* pietas, qua ſuas hortari ſolita Virgines erat, vt pro affectu, quo in ſacroſancta Domini vulnera ferebantur, in illorum honorem partitione facta, quinquies mille, ac totidem quingentas ſalutationes angelicas recitarent, quod dum fieret, Dominum vidit plagis velut recentibus ſaucium ſibi apparentem, ſibique dicentem: *his, dum in Cruce penderem cæleſtis mei patris gratiam hominibus promerui: nunc vero quoties eaſdem homines honore afficiunt, magna me voluptate oblectant.* Cap. 25. grat. Sp. B. Mechtild.

13 *Viſa vbi Saluatoris in Crucem ſuffixi imagine ad diſſuauianda pendentis vulnera toto cordis impetu rapi.* Excelluiſſe hoc ſenſu pietatis *B. Agnetem Politianam* ſcribit Michael Pius, quam ſæpius ad Crucifixi pedes, qui in odeo viſebatur ab Angelo deferri ſolitam, narrat; vbi eos exoſculata ad Saluatoris latus ſe erigebat, tanta cordis ſui dulcedine, & gaudio, vt vultum, cum ab B. Agnes Politiana

ab Angelo reduceretur tegere deberet.

24 *Sacra vulnera cordi gemmeo inſculpendo, appenſaque collo, ac ſupra pectus conſpicua geſtando, ne ab eorum perpetua recordatione aſſiduoque amore ac reuerentia vnquam animus ſerietur.*

Margarita Saliſberienſis Comes.

Egiſſe id, auctor Sanderus eſt, illuſtriſſimam *Margaritam Saliſberienſem in Anglia Comitem*, de qua poſtmodum pietate apud Henricum Octauum Regem accuſata, ac carceri tradita, denique plexa capite, quinque vulnerum martyr occubuit.

25 *Certo pietatis ac religionis ſtudio diuinorum vulnerum charitatem liberaliter munerari*, quod ab Agni cæleſtis ſponſa ſeraphica *Mechtilde* nouus homo condiſcere queat: cum enim hæc à Domino ſolicitè quæreret quid agere denique poſſet, quo ſe pro vulneribus ſponſi gratam oſtenderet? apparuit ei Chriſtus, dicens: *pro vulneribus pedum offeres mihi omnes tuos affectus, & deſideria: pro vulneribus manuum offeres omnes actiones tuas, & paſſiones: pro vulnere lateris perfectam conformitatem cum voluntate mea.* Lib. gratiæ Sp.

B. Mechtildis.

His, aliiſque quantumuis magnis, atque illuſtribus Chriſtianæ pietatis officiis Domini ſui plagas nouus homo deueneràs, modicum tamē præſtitiſſe ſe iudicat, niſi *ſimili pœna ſeruus cum Domino affligatur & popularis homo Regi ſimilia patiatur.* Sap. 18. 11. quo reſpexiſſe crediderim Apoſtolorum Principem Petrum cum dixit:

26 *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplū, vt ſequamini veſtigia eius.* Eſt namque hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, vt in quo Reges ac Domini præeant, nullo negotio ſubditi ſequātur. Ita obſeruatum eſt in Aula quondam Maximiliani II. Imperatoris familiares eius pleroſque imitari ſolitos non colores ſolum veſtitus, ſed formam etiam poculorum, aliarumque rerum, quibus Imperator plerūque vteretur, quod & feminæ nobiliores imitabantur in Auguſta, adeo vt, veſtes alioquin vulgares & exigui pretij, in magnum excreuerint, eo quod Imperator cum coniuge iis vti cœpiſſet.

Imitatio varia Maiorum.

Sic quoque in vrbe principe Roma, cum Poppæa illa Sabina tantopere Neroni Cæſari adamata capillos coloris ſuccini geſtaret, quibus illi mirificè placebat, omnes ſtatim Romanæ atque Italæ mulieres coloris eiuſdem capillos efficere ſibi conabantur.

Quid magis alienum à viris principibus, regumque magnatibus quam Chirurgica ars, eiuſque ſtudium? tamen cum Ioſinas Scotorum Rex chirurgis ac medicis plurimum delectaretur, eorumque colloquiis intenderet, breui factum eſt, vt nemo per annos plurimos, in Scotia illuſtri loco natus inueniretur, qui vulnerum curationem non calleret.

Quid de Philippo Bono Burgundiæ Duce in medium afferam? nunquid ille exemplo ſuo

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A pleriſque nobilibus auctor fuit vt comas raderent: cùm illa ætate omnes ſingulari eas diligentia ſolerent enutrire? quod & in Franciſco Primo Galliarum Rege Hiſtorici obſeruant, qui dum ex vulnere tonſus in capite eſſet, omnes mox aulici præter conſuetudinem tonſi apparuere.

Vltra pergo, atque Alexandrum Macedonię cum Alphonſo Arragonum rege in teſtimonium voco, quorum hic dum à natura, ille vero praua conſuetudine collum obtortum gereret, an non eorum amiciſſimi quique hoc vitium expreſſerunt?

Tam hîc ſolertes ac ſuperſtitioſi Æthiopes ſunt, vt Regis ſui morbos ſibi non dubitēt procurare, vt cum febriente febricitent: tabido extabeſcant: varicoſo & ipſi varicentur. B

Sed palmam hîc Arabes ferre cenſendi ſunt, qui, dum Regis membrum aliquod forte mutilatum fuerit, atque ideo faſciis neceſſe eſt obligari; idem & ipſi in corporibus ſuis & linteis fouere, & panniculis obuoluere ſoliti ſunt; adeo vt rege vel capite ſaucio, vel brachiis vulnerato, videre ſit aulæ vniuerſæ proceres vel capite obuolutos, vel brachiis cataplaſmatos incedere, & ſi diis placet, eodem monoculo, claudo aut mortuo eluſcari omnes claudicare, omnes, atque interfici contendentes. Ita Athenæus l. 6. c. 6.

Et his filij tenebrarum amorem ſuum erga Reges & Principes tanto ſuo incommodo demonſtrarint, dummodo eorum ſimilitudinem in ſe potuerint agnouiſſe: filij autem regni, filij lucis, vt Dei ac Saluatoris ſui conformentur imagini, in quo magna ſalutis noſtræ ratio ſita eſt, nihil ſtuduerint effeciſſe? *pudeat*, inquit *Bernardus, iterumque pudeat ſub ſpinoſo capite membrum viuere delicatum*: magna nimis inæquabilitas eſt flere Patrem, ridere filium: vulnerari Dominum, deliciari famulum: coronari ſentibus Regem, & ſubditum floribus inueſtiri: niſi per Chriſtum, non itur ad Chriſtum, per ipſum autem tendis ad ipſum qui nos ſibi conformes fieri volens, tenere voluit in vita, quod exhibuit in perſona. Fecerunt id quotquot veræ nouitatis candidati ad brauium æternæ gloriæ contendere viſi ſunt: talis, vt veteres prætermittam, fuit *P. Sebaſtianus Tuccius* ex Societate noſtra ſacerdos, vir Clementis octaui Pontificis maximi oraculo ſanctus, qui noctibus ſingulis peculiari quodā cruciatu manus ſibi, pedes, ac latus ob ſacrorū vulnerum reuerentiam affligere ſolitus erat. C D

Sebaſt. Tuccius.

Talis *Iacobus Cangayama Faito* in Iaponia ob Chriſti Ieſu fidē idibus Octob. 1619. capite trūcatus, qui per ſingulos quadrageſimalis ieiunij dies, quinq; corporis membra tотidē cauteriis ſingula inurere ſolitus erat, in quinq; vulnerum Chriſti gratiā & honorem. Gaſpar Ludou. in hiſt. Iap.

Iacobus Cangayama.

Talis Ignatius Chinēſis Iuuenis fuit, qui ſæpenumerò, præcipue verò diebus illis, quibus Confeſſionis obibat ſacramētū inflictis ſibi quingētis

verberibus ſolennem, inſtituere flagellationem ſolebat, offerens eam quinque Chriſti Ieſu vulneribus, in quo genere pietatis aſſeclas pluximos numerauit. *Venceſlaus Pantaleon in annalibus anni* 1624.

S. Birgitta.

Nec alter hic ſexus defuiſſe viſus eſt, è quo prior in campũ prodit *S. Birgitta*, quæ ſextis quibuſq; feriis ignitas ardentis cerei guttas in nudã carnẽ exſtillare conſueuit, ita vt vulnerũ veſtigia nõ modica relinquerẽtur, quę ſi vltro ante proximam 6. feriam coaluiſſent, ſuis ipſa vnguibus eas lacerans renouabat, ne corpus ſuum Chriſti exemplo, vulneribus vacaret. *Surius.*

Dorothea Prutena.

De V. *Dorothea* vidua Pruthena, patientis Chriſti æmulatrice eximia ſcribit *Cardinalis Gneſnenſis in vita*, diuerſa ſibi vulnera in brachiis, pedibus, tibiis, femoribus inflixiſſe, vt cum dilecto dolorum eius particeps facta pateretur.

Sed ad reliquos modos tranſeamus.

17 *Quinque ſenſus ſacro Vulnerum ſigillo obſignare, ne hoſtium quiſpiam ſubrepat.*

S. Birgitta.

Voluiſſe id viſa eſt B. Birgitta, ſeu Dominus ipſe dum Regulam ei tertiam his verbis dictauit: ſuper vittam, qua frons, & genæ circumdentur, ponatur velum de tela nigra, ſuper velum ponatur Corona de tela alba, cui aſſuantur quinque particulæ de panno rubro, quaſi quinque guttæ, prima ſit in fronte, altera in occipite, tertia & quarta circa aures, quinta in medio capite: quo modo quid aliud innuere voluiſſe eredendum eſt, quam vt quinque illos humani corporis ſenſus, qui omnes vno in capite ſe produnt, hoc velut ſignaculo conſecrentur.

18 *Quotidie ſiſtendo ſe Crucifixo, tanquam ſeruum, quinque vulnerum ſiclis emptum, atque ita offerendo ſe promptum ad omnia Crucifixi ſeruitia, debitumque clientelaris officij perſoluendum.*

19 *Quinque ſacris Chriſti vulneribus exhibendo quotidie ſeparatim aut coniunctim noua ac noua pietatis obſequia, quibus honor eorum accultus tum priuatim augeatur, tum publice propagetur.*

Vincentius Caraffa.

Talis *Vincentius Caraffa* fuit, qui piis in hanc rem ſcriptis libellis, quibus per orbem SS. Vulnerum religio propagata eſt, vtilem pietati operam nauauit.

Eliſabeth Mechlin.

Talis quoque fuit Mechlinienſis illa *Eliſabetha* ex ſacro Præmonſtratenſi ordine Monialis, quæ in choro ad verſiculum Gloria Patri &c. ſolita erat digitis dextræ manus terram contingere, atque illico eoſdem in Saluatoris Ieſu Chriſti quinque vulnerum memoriam, inſigni quadam animi ſui pietate pectori ſuo applicare, vnde ſtatim ab eius obitu, quinque nodi aurei in eius pectore apparuerunt, ſic, euidente ſanè prodigio, comprobante Domino, piiſſimæ famulæ ſuæ in ſacra vulnera ſua affectum. *Petrus Spoelbergius in vita.*

Anna à S. Barthol.

Talis etiam fuit V. *Anna de S. Bartholomæo* S. Thereſiæ ſocia, cui dum ſe Virgo Mater in die natali filij ſui viſendam daret, filiolum geſtans in brachiis ſuis, vidit Anna in tenellis eius pedibus vulnerum cicatrices recenti velut ſanguine conſperſas ſic edocta, ſeu naſcentem, ſeu adultum Chriſtum contemplaretur, eius pedum vulneribus ſemper adhæreret. *l. 4. Vitæ c.* 13.

20 *Singulari pietatis ac religionis affectu ſacra vulnera intrare, atque in eiſdem perpetuo velle commorari,*

S. Bonauentura in ſtimul. Amoris.

de quo audiendus S. Bonauentura in ſtimul. Amoris c. 1. *O amantiſſima vulnera Domini mei Ieſu, nam dum in ea, quadam vice oculus ſubintrarem apertis, ipſi oculi ſanguine ſunt repleti, ſicque nihil aliud videns cœpi ingredi, manu palpans, donec perueni ad ima viſcera charitatis ſuæ, quibus poſt vndique circumplexus reuerti nequiui. Ideoque ibi inhabito, & quibus veſcitur cibis, veſcor, atque inebrior ſuo potu, vnde qui prius fuerat pro peccatoribus in vtero virginali, nunc dignatur me ſeruum ſuum intra viſcera comportare.*

21 *Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium non alia in baſilica, quam in vulneribus Saluatoris, non alia in ara, quam ſupra Cor eius lancea vulneratum peragere.*

B. Franc. Borgia.

Ita feciſſe legimus *B. Franciſcum Borgiam*, qui cum ad interiores ſacrificij partes deueniſſet, in dextræ manus vulnere ſtatum omnem Eccleſiaſticum collocabat: in vulnere ſiniſtræ manus ſtatum politicum claudebat: in vulnere pedis dextri religioſos Ordines omnes & maxime ſibi commendatam Societatem abſcondebat. In vulnere ſiniſtri pedis amicos ſuos & benefactores omnes reponebat. Lateris vulnus ſibi ſeruabat, in quod ſeipſum recipiens peccatorum veniam, atque in neceſſitatibus ſuis auxilium flagitabat.

22 *Tabellam quinque cuſpidibus Hirſutã nudo pectori appreſſam in memoriam quinq; Chriſti vulnerũ geſtare.*

Ioanna Valeſia Annunt. fundat.

Talem nobis deſcribunt Ordinis Annuntiatarum Hiſtorici pientiſſimam Principem *Ioannam Valeſiam*, Ludouici XI Galliarum Regis filiam, Ludouici XII coniugem, dicti ordinis Fundatricem, quæ rara animi deſpicientia admirabilis, ſceptra faſtidiens, Chriſti ſuaue iugũ aſſumpſit, liliaque ſpinis commutans aſſerculum quinque argenteis clauis hiſpidum, incumbentem pectori geſtabat, Crucifixi Domini ſui plagis non ſegniter recolendis intenta.

P. Thomas Saillius.

Eiſdem pene veſtigiis nuper inſtitit Collegij huius Bruxellenſis Rector P. *Thomas Saillius* vir magna virtute, ſuique inprimis deſpicientia celebris, qui compunctum & ipſe ſalutaribus his notis pectus gerebat: non magnis quidem vulneribus ſemel honeſtiſſime, hac pietate perfunctus, ſed minutis ac moleſtiſſimis punctionibus id demum aſſecutus; crucem namque obuerſis in nudum pectus aculeis aſperam diu cũ geſtaſſet, ea demum ita pectori ſe appreſſit, vt ſui formam impreſſerit, abditoſque animi ſenſus luculenter prodere viſa ſit. *Elogium vitæ.*

23 *Pſalmi Dauidici* 102 *quinque priores verſus recitando, viſitare quinque illa præclara amatoriæ impreſſionis ſignacula,*

S. Gertrud.

exemplo *S. Gertrudis Iſlebienſis*, quo illa exercitio memorandum ſæculis omnibus bene-

beneficium à Deo conſecuta eſt, de quo infra fuſius.

24 *Iſaiæ 12.3.*

Haurire aquas in gaudio de fontibus Saluatoris Iſaiæ 12.3. id eſt, de quinque Chriſti plagis, quæ ſunt veluti quinque fontes, qui è terreſtri paradiſo, quondam erumpebant in vniuerſam faciem terræ. Erant autem quatuor memorata in Geneſi flumina, ſed & fons aſcendebat è terra, qui numerum quintum efficit ſacris Vulneribus expreſſum, nulli verò dubium eſt, quin S. ille Apoſtolus Thomas dum ſacra Vulnera, ſeu venerabundus attingeret, ſeu ſupplicis habitu piiſſime adoraret: myſticas illas aquas è fontibus hiſce Saluatoris largiter deguſtarit: ſed cum ſimul etiam de peccato ſuo perfectè fuerit contritus, mirabitur fors quiſpiam quomodo tantus dolor cum tali gaudio, quod exhauſtis illis aquis percipitur, potuerit conſtitiſſe. Verum tam præclare duo illi affectus doloris, ac gaudij ſe mutuo norunt amplecti, vt quo dolor fuerit vehementior, eo gaudium ſit maius. Aperiendi ergo hi nobis fontes ſunt, vt ex iis Nouus homo has aquas copioſè hauriat & bibat affluenter.

Fontes Saluatoris quinque eius vulnera.

I Primus itaque fons eſt *Bonitatis*, qua ſic nos Christus diligere voluit, vt quas ſemel amore noſtri plagas acceperat, conſeruârit has ſemper. Et has tanto profuſius homo nouus aquas hauriet, quanto ſe vehementius diligi, ac diligere, perſentiſcet.

II Secundus fons eſt *Miſericordiæ* ſeu Redemptionis. Quis enim non ſperet hic bene, vbi tam certum ac luculentum patrocinium eſt quanto autem magis ſperârit de tali miſericordia, tanto certe copioſius de fonte hoc dixeris hauſiſſe.

III Tertius fons eſt *Largitatis*, ex quo additur ad præcedentem hauſtum, vt non ſolum peccata Saluator dimittat, ſed & nouas inſuper gratias adiungat; dum non ſatis ei fuerit plagas has, cum penderet in Cruce ſuſcepiſſe, ſed illas præterea, dum reſurrexit, & quamdiu viuet, voluerit reſeruare, vt numquam non conſtet, quam bene animatus in omnes ſit, quorum vel ſic memoriam non deponit.

IV Quartus fons, *Pietatis* eſt, vnde ſacræ Deuotionis hauriuntur aquæ. Dici ſatis nequit, quantum ex conſideratione tantæ bonitatis, Miſericordiæ atque largitatis, quæ de hiſce plagis expullulant, incrementum pietas ſumat, dum vero de præteritis peccatis concepto dolore, noniſque euitatis ſyncere Deus diligitur.

V Quintus denique fons eſt *Potentiæ*, de quo illę hauriuntur aquæ, quibus additur menti vigor, & contra aduerſarios robur: quod tanto erit firmius, quo maiori appetentia hinc viſus fueris cum gaudio hauſiſſe.

Quis huc reſpexiſſe neget Sereniſſimam nuper Principem noſtram Iſabellam Claram Eugeniam Alberti Pij Brabantiæ Ducis pientiſſimam Viduam, dum in Bruxellenſi ſuburbano, iuxta S. Annæ ſacram ædiculam, fontem, tantum non ex radicibus annoſæ quercus, quæ D. Annæ pictam imaginem caudici incluſerat ſuo, proſilientem, atque hinc vt fama eſt, febricitantibus ſalutarem, in hunc modum erexit: Cratere parato, qui ſcaturientes latices exciperet, eo ipſo, quo prius in terram erumpebant loco, ſyphones, alueus, ornamentaque adiecta. Et vniuerſum quidem opus conſpicuum eſt, quaſi orcheſtra cryptica, in quam gradibus nouem marmoreis deſcenſus patet: ordo ſedilium in ambitu duplex, octoginta facile hominum capax, cui paries, altiùs ductus, decorè ſupereminet, pauimentum omne lapidibus quadris conſtratum, labrum autem in profundo geminum, ac ſupra exſtantem, media in facie figuram QVINQVE VVLNERVM Redemptoris noſtri, in orbiculari marmore Liguſtico exhibet, quam totidem ſyphunculi, vndâ perenniter ſalutari perluunt, quam dum peregrini ex ſingulis plagis ſcaturientem ſeu manu, ſeu ſcypho excipiunt, quid aliud videas, audiaſue, quã ſacrorum Vulnerum doxologiã?

Fons V. Vulnerum Lackenſis.

Sed neque his agendi, patiendique feruor, quo SS. Chriſti Vulnera nouus homo veneretur, expleri poteſt; minora ſiquidem deſiderio ſuo apparent omnia, quæ humanâ poſſunt induſtriâ reperiri, quapropter à manu Domini ſui, qui ſolus nouit, quæ paſſus eſt, & ipſe cupit adiuuari.

Nec pius Dominus abnuere viſus eſt, qui ſingulis diuidit, vti vult, vti expediens eſt, cuius vna voluntas, hominum ſanctificatio eſt.

Solent terreni Principes pro ſuis quiſque teſſeris atque inſignibus, ea frequentius vſurpare, quibus egregia eorum facinora magis commendantur, vnde videre eſt hunc Leonem, illum enſes, alium clauas vſurpare: quare cum Chriſtus Dominus ac Saluator noſter quinque illis ſuis vulneribus tartareos hoſtes profligârit, mundo ſalutem dederit, nihil mirum eadem ſibi in ſcutariam teſſeram reſeruaſſe; neque eo contentum, ſed vbi, quam ipſe tanti æſtimabat, & ab alijs plurimi fieri animaduerteret, voluiſſe eandem amicorum intimis atque officioſiſſimis communicare.

Ita Britanniæ Reges aurata illa periſcelide potiorem regni ſui nobilitatem decorarunt.

Galliarum Reges dilectis Conchis ſuis amicos inueſtiuerunt.

Quot Hiſtricum aculeis à Ducibus Aurelianenſibus inſigniti?

Quot à Regibus Scotiæ Carduis ornati?

Quot rubeis enſibus à Legionis Regibus prætexti?

Plurimos elephantis ſuis Reges Daniæ honorarunt.

Nec pauciores argenteis ſuis Aquilis Poloniæ Reges extulerunt.

Europa denique loquitur vniuerſa, quot aureo ſuo vellere Burgundiæ Duces nobilitarint.

Voluit itaque & ipſe Dominus ac Princeps noſter Chriſtus Ieſus, quas ipſe ſibi iucundiſſimi honoris notas perpetua dilectione firmârat, hominibus communicare, vt veterem Adamum exuti, nouumque illum induti, atque in ſortem filiorum Dei adlecti, ſicut ipſe ambulauit, & ipſi cohæredes iam facti queant ambulare, quocirca quinque illa ſui de Cruce pendentis vulnera, eximia ſc. diuini amoris pignora quibuſdam ſelectioribus amicis maximo munere impreſſit, multo ſanè maiora dignitatis decora, quam iis, quos ab ipſis quidem Maieſtate, imperio & potentia ſecundos eſſe voluerunt, vt Ioſepho, Mardochæo, Danieli præſtiterint Pharao, Aſſuerus, Baltaſſar potentiſſimi reges. Illi namque ſtolam byſſinam Cidarim, diadema, equum, currum regiæ poteſtatis inſignia ſu s conceſſeruut: at Chriſtus intima ab hoſte relata trophæa carni ſuæ infixa, ſideribuſque illata, ſui triumphi, noſtræque ſalutis ſacramenta, pro ſumma benignitate ſuis indulget.

S. Auguſtinus in corde 5. vulnera Chriſti circumtulit.

Diuinum ſanè, maximumque priuilegium, quod ſumma quadam admiratione orbem affecit vniuerſum, primaque veritatis euidentia claruit in ſanctiſſimo Præſule Aurelio Auguſtino, quem tanto amantis, patientiſque Domini ſui amore, ſtudioque flagraſſe accepimus, vt non tantum ſpirituali ſeu tralaticio vulnere, verum etiam arcanis ſacrorum vulnerum Ieſu Chriſti, ſtigmatibus cor ſaucium habuiſſe aſſeratur à B. Vincentio Ferrerio, D. Bonauentura, teſte Mauburno tract. 20. circa finem Florentio Batauo lib. 5. de Inſtit. Chriſt. cap. 11. Ioanne ab Angelis in triumpho Amoris Dei. Cornelio Lanciſſoto l. 3. c. 43. nimirum vt totus glebâ, & mancupio Chriſti, Auguſtinus eſſe noſceretur.

Poſt S. Auguſtinum, de quo, bona cum venia tanti Doctoris, idem quod Plinius de *Conuolulo* ſcripſit, *tyrocinium eſſe naturæ lilium facere condiſcentis*, hic quoque dixero, gratiæ tyrocinium fuiſſe. Chriſti *Stigmatias* facere molientis, prodiit Seraphicus Minorum Pater *Franciſcus*, non iam corde abdita, & occulta, ſed corpore prominula & manifeſta quinque hæc vulnera accepta cælitus circumgeſtando, de quibus poſt S. Bonauenturam, Antoninum, Piſanum, alioſque audiendus nobis *Lucas VVaddingus ſacri ordinis Hiſtoricus, anno Religionis* 17. *n.* 15.

S. Franciſcus 5. vulneribus inſignis.

Biennio antequam ſpiritum redderet Franciſcus, in locum ſeceſſit excelſum ſeorſum, qui mons Aluerniæ dicebatur, vbi dum ad honorem S. Michaelis Archangeli ieiunare cœpiſſet, immiſſum eſt menti eius per diuinū miraculū vt in apertione libri Euangelici reuelaretur à Chriſto, quod Deo in ipſo, & de ipſo maximè foret acceptum: oratione itaque cum multa diligentia præmiſſa, ſacrum Euangeliorum librū
A de altari ſumptum, in SS. Trinitatis nomine aperiri iuſſit, cumque in trina libri apertione ſemper *Domini paſſio* occurreret, intellexit vir ſanctus, quod ſicut Chriſtum fuerat imitatus in vita, ſic & conformandus eidem foret in morte; quare ad martyrij agonem animoſius cœpit animari: ſed non hoc erat quod libri apertio deſignabat. Cum igitur feſto exaltationis S. Crucis ſeraphicis deſideriorum affectibus ageretur in Deum, matutinis horis orationi inſiſtens vidit Seraph vnum ſex alas habentem tam ignitas quam ſplendidas, de cœlorum ſublimitate deſcendere: cumque volatu celerrimo ad virum Dei in latere montis perueniſſet, apparuit inter alas effigies hominis in modum
B Crucis manus & pedes extenſos habentis, & cruci affixos. Hoc videns vehementer obſtupuit Franciſcus, tandemque intellexit idcirco huiuſmodi viſionem ſuis eſſe oblatam aſpectibus, vt amicus Chriſti prænoſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis, totum in Chriſti crucifixi ſimilitudinem transformandum. Diſparens ergo viſio mirabilem in corde ipſius reliquit ardorem: ſagittauerat enim Dominus caritate ſua Cor eius, ſed & in carne non minus mirabilem ſignorum impreſſit effigiem: ſtatim namque in manibus eius & pedibus apparere cœperunt ſigna clauorum, in latere vero
C dextero lanceæ fixura, quemadmodum paulo ante in effigie illa viri crucifixi aſpexerat.

Auctor vero tanti huius beneficij non ex mortalibus vllus fuit, neque ex cœleſtis aulæ principibus, ſed Chriſtus ipſe, qui per ſeipſum in forma Seraph apparens, ſancto viro quina vulnera inſculpſit, vt ipſe poſt mortem fratri ſuo reuelauit.

Ad vulnerum vero qualitatem quod attinet, notandum eſt plagas has non ſigna, nec cicatrices fuiſſe, ſed patula vulnera & perfoſſa, perpetuo ſanguine manantia. Ad ſanguinem ſiſtendum quotidie alligari debuiſſe teſtatum faciunt Piſanus & Antoninus, die vero Iouis, & die Veneris toto, nullum apponi remedium ſine-
D bat, vt die illo Paſſioni ſacro in ſanctis illis ſtigmatibus ſentiret Crucifixi dolores. E lateris vulnere ſtillabat ſanguis, non adeo minutim ſemper, nec per guttas, ſed in tantum ſæpe, vt beati viri tunica, & ſubligaculum cruore infecta auberent.

Illud etiam in his plagis prodigioſum erat, quod in manuum, pedumque medio infixi vulneribus prominebant claui, non vere ferrei, ſed ferreis ſimiles, nigri, duri, fortes, ſolidi, capitati, cuſpidati, quorum materia, vt dixit Alexander IV, de ſubiecto propriæ carnis excreuit, vel de materia nouæ creationis accreuit. Horum clauorum cuſpides non directæ erant, ſed reflexæ, tanto ſpatio, vt retorto acumini digitus commodè poſſet immitti. Moueri poterant claui huc illuc in quamlibet partem, nam

dùm

dùm à parte qualibet premerentur, vt ſcribit S.Bonauentura protinus quaſi nerui continui, & duri ad partem oppoſitam reſultabant, ſed licet moueri poterant, non autem extrahi, aut amoueri: haud tamen impediebant infixi claui manuum, aut digitorum functiones, licet excreſcentia in pedum plantis repercuſſa acumina, ambulanti eſſent moleſta. Illud item mirum quod per integrum biennium immedicata, nec vnguentis fota, non computruerint, neque malum ſpirarint odorem.

Quanta in vno prodigio miracula! quam multa inaudita aliàs in vno priuilegia! digna prorſus quibus beatiſſimus Pater Franciſcus Dux in Chriſti militia futurus armis cœleſtibus inſigniretur, nouuſque homo iam factus ceteris omnibus exemplum ſtatueretur. Magnum ſanè atque mirabile fuit Adamum ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatum eſſe, maius autem B.Franciſcum in imaginem eius perfectionalem & corporalem transformari, naturalem namque hic habuit, vt Adam, & vltra illam habuit alteram: quis ſeruus imaginem Domini perfectius repræſentauit?

S.Franciſco ætate par, anniſque æqualis *S. Dominicus* fuit, ſanctioris ſpes altera Romæ, qui vnà cum altero Atlante lapſurum orbem firmauit, & quid de illo hac in parte ſeutiamus? teſtis Alphonſus Venerus eſt cum Alphonſo Fernandio lib. de Roſario perſpectum, exploratumque in Hiſpania eſſe *S. Dominicum* Segoniæ in ſpecu quodam cœnobij ſui, quæ in hæc vſque tempora piis hominum peregrinationibus celebratur, dum ante Chriſti, è Cruce pendentis effigiem, totus in Crucifixi amorem abſorptus feruentius oraret, ſacris Chriſti Ieſu ſtigmatibus inſignitum fuiſſe, cuius rei veritatem B.Alanus de rupe ſibi à Deipara Virgine reuelatam iureiurando affirmauit. Quin etiam memorant B.Catharinæ Senenſi, & quibuſdam alijs eundem ſanctiſſimum virum immortalem atque æterna iam felicitate donatum, cū ſacrorum vulnerum characteribus conſpectum fuiſſe.

S. Dominicus quinque vulneribus inſignitus.

Parentem ſuum ſequatur filius minimè illi hac in parte degener aut diſſimilis *Gualterus*, natione Germanus, Argentorati primum Theologiæ ſacræque ſcripturæ interpres, deinde in Alſatiæ Columbaria vrbe, Cœnobio præfectus, quem virtutis flore & prodigiorum gloria præſtantem auorum ætas vidit: admirandas ecſtaſes patiebatur, quibus in aëra toto corpore attollebatur. Anno 1265 in FF.Minoritarum cœnobio hoſpes, cum acerbiſſimos Chriſti patientis dolores meditaretur, ardentius, & porro ipſi commoriens totus langueſceret, atrociſſimos, intolerandoſque in manibus, pedibus, & latere cruciatus perſenſit; adeo vt præ doloris magnitudine maximos rugitus edentem audierint alij. Quo tempore quinque præcipua Chriſti ſtigmata diuinitus illi infixa liquet: quæ in eius corpore, quoad vixit perduraſſe, abundè teſtantur continui, quos iis in partibus ad extremum vſque diem ſuſtinuit cruciatus. Fuerintne vero ſtigmata illa omnium oculis patentia non produnt ſcriptores, & res hactenus obſcura eſt: quamuis in ſtigmatum ſacrorum impreſſiooe primas habere dolorem, cruciatumque pro comperto ſit, & parum ad hanc rē faciat, manifeſtæ fuerint hæ plagæ an vero occultæ: quod ſi latuerint, paſſimque conſpecta non fuerint, id à Deo ſingularibus precibus humilem Gualterum obtinuiſſe non dubito: nec enim ſanctorum quiſpiam à ſummo Numine ſtigmata ad aliorum conſpectum, vel iactantiæ vmbram expetiit vnquam, ſed ad dolorem: nec Chriſtus humilitatis magiſter ea ad oſtentationem contulit, ſed ad ſuorum cruciatuum conſortium, aut ſimulachrum. *Seraphinus Razius, Plodius*, &c.

V. Gualterus Dominicanus V. vulneribus notatus.

Gualtero contubernalem adiungo, nec immeritò, *Nicolaum Rauennatem* ex eodem Ordine, vix vlli aſcetarum, quos prior iſtic ætas tulit, ſecundum, qui poſt quotidianas ecſtaſes, præclariſſima illi diuinitus pronuntiata elogia, poſt Chriſti eum ſuo amplexu ſtringentis amores, patientis quoque communicatos dolores, acerboſq; cruciatus, iam morte Deo ſuo, quem tantopere dilexerat, factus vicinior, ſacra Stigmata in manibus ſuis oſtendit. Ita *Hieronymus Borſellus. Seraphinus Raſius*, Aliique.

V. Nicolaus Rauennas Dominican.

Accedet ex cognata Minorum familia B. *Angelus de Paz* Perpinianenſis, qui Romæ anno 1596 ad meliorem vitam migrauit: magnus hic patientis Domini ſui admirator ac cultor, ſacroſancta quinque illius vulnera peculiari ſtudio venerabatur, tantiſque piæ mentis ardoribus ad ea rapi ſolebat, vt plus viuere in iis quam apud ſe degere videretur; vnde factum, vt beatiſſimas illas regis ſui teſſeras, ſicut fideli teſtimonio probatum eſt, manibus, pedibus, ac latere quamuis occultè, meruerit geſtare. *ibid.*

V. Angelus de Paz Minorita.

Quin & numerum hunc, ſuo merito adaugeat B.*Nicolaus Factor*, genuinus S.Franciſci filius, magnus patientis in Cruce Domini cultor & imitator excellens, quod omnibus notum, perſpectumque fuit, cum ille fidelem famulum ſuum Nicolaum quinis illis ſacroſancti corporis ſui vulneribus, in latere, ambabus manibus, ac pedibus verè inſigniuit, vnde tantis amatiſſimę Paſſionis Domini ſui cruciatibus affici ac commiſerari cœpit, vt fragilis naturæ viribus hinc paulatim deficientibus, vitam cum morte feliciter commutarit. *Chriſtoph. Morenus in Hiſt. Vitæ.*

B. Nicolaus Factor Minorita.

Magnum ſane Dei beneficium! quod & *V. Philippo Aquerio* ex eadem Minorum familia, qui BB.Elzearij & Dalphinæ coniugum conſcientias rexit, exhibitum inuenimus, admirandæ hic virtutis Aſcetes, ex aſſidua Chriſti patientis meditatione & cum eodem pati, & dolores parti-

V. Philippus Aquerius Minorita.

Digitized by Google

participare deſiderans, apparentem ſibi habuit Chriſtum Cruci affixum, qui de vulneribus ſuis copioſum ſanguinem, tamquam ſagittas ad latus, manus, & pedes ſeruuli ſui emittebat, eoſque mirandum in modum cruentabat. A quo tempore Philippus Dominicæ paſſionis dolores tulit, & Chriſti in crucem ſublati effigies, adeo tenerè animo eius impreſſa fuit, vt ipſum interius mentis oculis aſſiduè præſentem cerneret, & quaſi clauis, lanceaque perfoſſus, dolores ipſos cicatricum pateretur, quos cruciatibus quibuſdam, in ipſis illis locis ſolebat efficacius proritare. *VVadingus tomo 4. ad an.* 1369.

Ioannes Graius. Minorita.

Fuit præterea ex eodem ordine Minorum *Ioannes Graius*, quem nobis Thomas Bouchier in hiſtoria martyrum Ordinis, virum magna virtutum laude conſpicuum, & Chriſti patientis cultorem, deprædicat admirandum, pedibus hic impreſſa habuit ſtigmata ad latitudinem ſemipollicis & dimidiati, quibus tam ſuum in ſacras Domini plagas ſtudium, quam Domini in ſeruum teſtabatur affectum.

Sed de his ſatis, ad alios venio, quos non abſimili oculo, Dei paſſi pro nobis charitas aſpexit.

V. Dodo Præmonſtrat.

Primus hic mihi ſe offert *B. Dodo* Canonicus Præmonſtratenſis in Friſia, vir multæ virtutis, ac ſanctitatis nota conſpicuus, cuius præclaris concionibus, & incenſiſſimo zelo, id potiſſimũ in ea gente effectum eſt, vt peſtilenti quadam conſuetudine ſublata, [qua occiſo homine vnius cognationis ab altera, occiſum corpus non ſepeliebatur, ſed domi ſeruabatur exſangue, quouſque è cognatione contraria in vindictam occiſi, plures aduerſa cognatio trucidaſſet] ſanctior & hominibus Chriſtianis digna fuerit introducta; hic itaque poſt annos aliquot in cænobitico viuendi genere tranſactos, cum bona Præſidum venia in eremum ſecedens, acerbiſſimis Chriſti cruciatibus reuoluendis die, noctuque animum intendit, vnde factum vt Crucifixi Domini ſui alloquio dignatus, magnos hic progreſſus fecerit tam agendo, quam patiendo illuſtris: quod demum quinquennio abſoluto notum omnibus fieri cœpit, cum vita feliciter anno 1231. conſummata, repertus eſt in manibus, pedibus ac latere aperta habere ſtigmata vulnerum Chriſti, quæ nunquam, vlli mortalium quamdiu vixit, indicârat. *Ioan. Chryſoſt. vander Sterre in natalibus SS. ord. Martinus Hamconius in hagiologio.*

Nec minore ſanctitate, ſacrorumque ſtigmatum gloria Chriſtianæ vixerunt Amazones, & ſi numerum prudenter ineas, viros magnopere anteceſſerunt, vel quod ad diuinum amorem combibendum procliuiores illæ ſint, vel ad cõpaſſionem magis idoneæ, vel denique ad excipiendos S. Spiritus illapſus valde comparatæ.

B. Lyduina.

A Virgine Belgij noſtri thaumaturga *Lyduuina* hunc chorum exordiar: nata hæc in Comitatu Hollandiæ, oppido Schiedamenſi, plurimis virtutibus eluxit, quod anno circiter decimo ſeptimo dolorum eius, quibus vt aurum in fornace aſſidue excoquebatur, ſingulari quodam modo oſtenſum fuit: decumbebat virgo ſeraphica patienti ſponſo plurimum ſe gaudens aſſimilari, nox & ſolitudo quietem dabant, cum ecce ſubito conſpicit, ceu iubar quoddam ſolare in cubiculum fluere, videt etiam Angelum ſuum prope ſe ſtare mira luce fulgentem, cuius leni contactu ſenſit corpus ſuum ad tempus refici ac ſanari: mox videt ſubingredientes alios angelos, ceu iuuenes ſpecioſiſſimos, quorum alius Crucem, alius Lanceam, alius clauos, alij alia Dominicæ Paſſionis inſignia deferebant, ſuoque lectulo appropinquabant. Sequebatur Domini Mater, cum diuerſis Cæli ciuibus non paucis. Iacebat ſuper paleas Virgo ſupina, venit tandem & Chriſtus ipſe, formam pueruli indutus pulcherrimam, nec mora in virum perfectum mutatus inſtar crucifixi rubicundus totus, & ſanguinolentus apparuit, corona ſpinea caput cingebat, mortis color vultum occuparat. Eum itaque intuita Virgo plane vigil, mixto gaudiis dolore affecta eſt, Chriſtus ex aduerſo lumen pariter & ardorem diffundens, virginis corpuſculo quinque vulnerum ſuorum ſigna luculenter impreſſit. Lyduuina animaduertens tam aperta vulnera homines latere non poſſe, concurſum verita & plauſum, orauit Dominum: maneat inquiens Domine hoc dignationis tuæ ſacramentum inter te & me, ſufficit enim mihi gratia tua. Mira res. Confeſtim cutis texit vulnera, ſed dolor ac liuor perpetuò manſere. His ita geſtis vidit Beatiſſ. Virginem arma paſſionis Chriſti, quæ ferebantur ab Angelis, reuerenter ex illorum manibus accipere, ſibique deoſculanda exhibere, atque ita demum omnia ex oculis auferri. *Ioan. Brugmannus in Vita.*

S. Catharina Senenſis.

Magnum hoc, & ſingulare amantis Numinis beneficium, ſed nec eius expers fuiſſe potuit lectiſſima Senenſium Virgo, Chriſti ſponſa dilectiſſima *Catharina*, cui cum nihil antiquius cariuſque eſſet, quam Chriſti probra, flagra, ſpinas, crucem, vulnera, & ab his cruciatus immẽſos aſſiduè memorare, illique non lachrymas modo fundere, ſed maximis votis commori; quid mirum, ſi conceſſerit ipſe eius ſanguinum ſponſus, vt quæ in virginis animo æſtuabant dolorum incendia, in corpus ipſum ſeſe effunderent, & per proprias ipſorum ſedes erumperent? nulli ſanè ſanctorum alteri aliunde, quam ab hac animi flamma, ſacræ illæ in membris ſtricturæ obuenerunt. Quare vt prætercam alia multa, quibus eam ad ſecum patiendum Chriſtus pellexit, præclarum eſt quod virgini huic ſanctiſſimæ aliquando ad XV. Calendas ſeptembres, Piſis acciduſſe reperimus. Sacra ſynaxi refecta in æde S. Chriſtinæ, altiſſima diuinorum contemplatione mente ſuſpenſa, corpore verò humi proſtrata Chriſtum cruci affixum ſibi propin-

quum

quam imminere proſpexit, erectoque, in raptu ipſo, quoad potuit in genua corpuſculo, ſplendente vultu, expanſiſque manibus, veluti venienti ſponſo occurrens, ſeu aſſurgens paullulum ſic hæſit; eum repente exanimi ſimillima in terram collapſa eſt, tamquam letali aliquo vulnere ſauciata. Poſtmodum ſibi, ſenſibuſque reddita, Raymundo, qui aderat, ad ſe vocato, vtpote omnium eius arcanorum conſcio, rei ſeriem enarrauit: nimirum cum è præcipuis quinque Chriſti crucifixi vulneribus, totidem ſanguineos radios in ſuas manus, pedes, latuſque euibrari aduerteret, confeſtimque quorſum iſtud tenderet, quantumque ſibi ſplendoris & gloriæ inter mortales allaturum eſſet, quam varij futuri eſſent ea de re ſermones non ignoraret; ſumma animi demiſſione, intimoque ſenſu ſponſum rogauit, ne vulnerum in ſuo corpore ſigna extarent, aut tanti eius in ſe amoris ſigilla omnibus conſpicua, & patentia eſſe permitteret: moxque radij illi ex cruentis in fulgorem verſi quinque iam dictas eius corporis partes transfixerunt. Domum itaque ex templo delata, per cōplures horas mortuæ inſtar iacuit, tantus ſiquidem eam perſtringebat dolor, vt quod ipſa Raymundo poſtea faſſa eſt, ni remiſiſſet, haud dubiè præ illius acerbitate, omnino morituram ſe exiſtimaſſet. *Raymūdus Capuanus; Gregorius Lombardellus, Vincentius Iuſtinianus.*

V. Anna de Vargas.

Idem beneficium peculiari quodam cæleſtium fauore indultum teſtatur Alphonſus de Hontiueros, Caſtellanæ Prouinciæ PP. Prædicatorum Præpoſitus Prouincialis, *Annæ de Vargas* ſanctimoniali, dum inter orandum Crucifixi ſacra effigies oculis eius obiecta, emiſſis è manibus, pedibus, ac latere ad manus illius, pedes, ac latus fulgentibus radiis, ſacra ei ſtigmata communicauit, vnde ſtatim ſubſecutus dolor immēſus, vt nec pedibus conſiſtere, nec manibus ad cibum capiendum vti poſſet, dolor autem lateris, vtpote cordi propinquior, eo paulatim languentem deduxit, vt pia anima corporeis vinculis exſoluta, ad Dominum euolaret. *Lopez. 3. p. l. 2. c. 51.*

V. Helena Hungarica. Dominicana.

Nec aliis par gratia defuiſſe inuenitur, quam ad Domini gloriam nefas eſt reticere. De B. Helena Hungarica, quæ Diuæ Margaritæ Hungariæ Regis filiæ Magiſtra fuit, ſcribit Vincentius Iuſtinianus & Bzouius eiſdem plagis compunctam fuiſſe, cum enim vehementiſſima Dominicæ paſſionis contemplatione animum exerceret, contigit eiſdem, quibus Chriſtus, vulneribus notatus fuerat, magno Numinis fauore inſigniri. Quo tempore cum die feſto S. Franciſci vulnus dexteræ eius manus paulo antequam è vita diſcederet, cicatrice obduceretur, aureus circulus in volâ, lilium candidum incluſum cōtinens, apparuit. Quod cum illa vidiſſet, vociferata eſt: ne fiat quæſo iſtud, mi Ieſu, ne appareat oro iſtud, mi redemptor. Litteræ auro diuinitus in manibus eius ſcriptæ, nonnunquam legebantur. Tantæ efficaciæ fuit eius tactus, vt non tantùm ægritudines corporeas à plurimis depelleret, ſed & herbas aridas virori priſtino reſtitueret, quæ lubens ad ſacrorum ſtigmatum reuerentiam crediderim referenda.

V. Oſanna Mantuana.

Ex eadem S. Dominici ſchola prodiit *B. Oſanna Mantuana.* quæ maximo ſacrorum ſtigmatum munere, poſtquam ea à Chriſto enixè duodenos integros annos poſtulaſſet, ab illo ipſo cælitus donata fuit. Cum enim à pueritia ſummis deſideriis expetiiſſet frequenter Chriſti è Cruce pendentis acerbiſſimos præcipuorum quinque vulnerum cruciatus, in tenello ſuo corpore, pro illius gloria tolerare, tandem pertinacioris voti compos fieri meruit, quare quinto calendas Martij, cum illa maiore amoris flamma æſtuaret, adfuit conſpicuus è cruce pendēs, eique manuum & pedum à fixis clauis cruciatus ferendos dedit: quos illa adeo graues, atroceſque experta eſt, vt triduum omnis ſenſus expers iacuerit, dubiâ ſanè eorum, qui viderunt, num viueret, ſententiâ.

Poſt annos aliquot Chriſtus denuò *Oſannæ* apparuit, illique communia confoſſi ſui lateris tormenta fecit, vtque confeſſario ſuo non ſemel retulit, duriſſima, & quibus tolerandis par eſſet alius nemo, quod inſolitus vultus pallor, macieſque teſtabantur. *Ita Hieronymus Mantuanus Montis oliueti ſacerdos* in Vitâ.

V. Lucia Narnienſis.

Sociam huic do ex eadem Prædicatorum familia *B. Luciam Narnienſem* Virginem, quæ dum Viterbij die quâdam ad pedes Crucifixi vehementius oraret, pro ingenti, quo totos iam decem annos arſerat, deſiderio, vberibuſque lachrymis expetierat, à Chriſto recepit manibus, pedibus, laterique inſculpta ſacrorum illius vulnerum ſtigmata. Ac primo quidem à poſtremo Februarij die ad Dominicam vſque Paſſionis, conſpecta ſunt ea liuida planè, carne nonnihil prominente, in formam Italici Corolini, poſtmodum verò hiulca, cruenta, & ſuauèolentia. Verùm, vt ſunt lubrica hominum iudicia, vbi præſertim ſuis partibus non deeſt, Dei omniumque noſtrum iuratus hoſtis cacodæmon, plures Virginis innocentiam damnare, impoſturam accuſare, ex hypocriſi ad popularem plauſum conficta vulnera calumniari, adeo vt Alexandri VI. Romani tunc Pontificis iuſſu, rei veritas fuerit à magni nominis, iudiciique viris quam diligentiſſimè exquiſita, quibus Papa nequaquam acquieſcens Bernardum Recanatenſem Archiatrum ſuum Ferrariam miſit, qui non oculis, non manibus ſatis fidens, acrioribus confectis aquis Luciæ manus aliquoties lauit, chirothecis obtexit quas, ne vlla arte amoueret, adhibita cuique ſera penſili, Pontificio ſigillo appoſito, continuis diebus nouem eo modo remanere iuſſit. Sed, ô conſtantiſſimam diuini in illuſtrem Virginem muneris veritatem! decurſo nouen-

Digitized by Google

nouendiali ſpatio, iudicibus ſe ſiſtit *Lucia*, ſigilla ante impreſſa reſignantur, ſoluuntur penſiles ſeræ, detrahuntur chirothecæ, & vtriuſque manus vulnus ab omnibus cernitur nullum pus euocaſſe, nullam ſaniem mouiſſe, nullius grauis odoris, vel minimam labem contraxiſſe, nullum alium colorem admiſiſſe, ſed cuique perſpectum eſt, cuiuſmodi antea fuerat, caſtiſſimum, fragrantiſſimum, & à cruore recente purpureum. Quæ omnia exploratæ veritatis argumenta, reique ſeriem Hercules Ferrariæ dynaſtes Nurenburgenſi Senatui ex fide perſcripſit. Porro *Lucia* conſtante iam tanti prodigij gloria apud omnes celebris, expetitæ ſolitudinis, & quietis damna non ferens, quod ſponſum antea diu, multumque rogauerat, vt vulnerum cruciatus augeret, ſed quæ orbis miratur, patentia ſtigmata, pro ſuo in illam amore, detergeret, obtinere tandem meruit: cum itaque iam totam Annorum Hebdomadem vulnera illa geſtaſſet conſpicua, hiantia, & cruenta, exteriores illorũ, in manibus, pedibuſque notas elanguere, ſenſimque exſtingui notauit, hiante tamen ſemper lateris vulnere cruento, ex quo poſtmodum, cum aliquando vberrimus cruor proflueret, illa ſanguine pene exhauſta, exanimis iacuit, cui benigniſſima Dei Parens adfuit, Ieſu Puſionis ſpecie ſinu geſtans. Tum puellus *Luciæ* latus dexterâ tetigit, cruorem profluentem repreſſit, vulnus perſanauit, exigua ſolummodo cicatrice relicta, *Luciam* verò ipſam integra valetudine, viribuſque donauit. Porro quæ ex ſtigmatibus promanantem ſanguinem imbiberant linteola, varia prodigia diuina virtute operata ſunt. Ita *Iacobus Marcianenſis. Plodius, Ganaſton, Lopez*, & ceteri. Teſtatuſque eſt Cardinalis Ferrarienſis ſe anno integro, ex ſanguine, qui de ſtigmatibus fluxerat, in ampulla non putrefactum ſeruaſſe. Alio me abire cogitantem detinent plures eiuſdem inſtituti Virgines, eâdem Chriſti prærogatiuâ nobiles, quas à prioribus diuidere religio ſit, ac talis quidem eſt *Maria à S. Dominico*, de qua Vincentius Iuſtinianus diſputat. de S. Catharinæ imaginibus, § 8. ſcribit in hunc modum: penè oblitus fueram optimæ illius Virginis *Mariæ à S. Dominico*, quæ 33. ætatis anno exacto, cum adhuc Ordinis Prædicatorij tyrocinia poneret, in eum locum migrauit, vbi perenni felicitati ſedes eſt conſtituta. Ab Infantia, parentum, quos haud ignobiles habuit, Chriſtiana educatione ac diſciplina diuinis officiis mancipata, atque in adoleſcentia, tum à Patribus Societatis Ieſu, tum à Prædicatoribus piiſſimè inſtituta, exiguo vitæ curriculo, in eam ſanctitatis magnitudinem progeſſa eſt, vt in tota ferè Bætica, tamquam Deo cariſſima haberetur, & erat: poſtquam vero animam egit, eius corporis venerandi cauſa, ex vicinis populis incredibilis gentium concurſus factus fuit. Hęc præter rerum omnium conditoris beneficia Chriſti doloribus in capite, in corde, in manibus atque pedibus cruciabatur, ad eum modum quo B. Catharina Senenſis. *Hæc ille.*

V. Maria à S. Dominico. Dominicana.

Mariam à S. Dominico, biennio poſt, ex mortali hac vita ad Cælum ſecuta eſt *Columba Trocaſani*. Inter plurima autem admiranda ſanè munera, quibus prodiga manu virginem hanc cumulauit Deus, in eam aliquando ante Chriſti è Cruce pendentis effigiem cum ardentius oraret, ille qui nos ex manibus, pedibus, latereque radios eiaculatus eſt, qui tamen nec dolorem attulerint, nec ſtigmata inuſſerint, ſed ingentem ſupra modum in virginis corde pietatis accenderint flammam: adeo vt quoties lectiſſimi ſui ſponſi patibulo affixi imaginem conſpicaretur, toties illi propemodum viſcera amore rumperentur. Ex hoc amoris igne maxima illi cupiditas fuit ipſos vulnerum cruciatus tolerãdi, quos Chriſtus in Cruce pro ipſa, totoque orbe ſuſtinuit: cumque id frequentius, contentiuſque expeteret, immenſos manuum, pedum, ac lateris ſentire cœpit dolores, qui volentem, ſibique magnopere gratulantem vſque adeò premebant, vt nec pedibus inſiſtere poſſet. Porro quando Columba iſtam vulnerum, dolorumque præſtantem gloriam habuit (ſiquidem ſtigmata, externoſque characteres non tulit) cœnobio præfecta erat, cuius muneri obeundo, cum remoram iniiceret, eamque ad illud tardiorem efficeret nimius dolor, magnis precibus, lachrymiſque obtinuit tandem, vti Chriſtus eum nonnihil temperaret: exinde enim aliquanto remiſſior fuit, & qui exequendo muneri parem, idoneamque permiſerit, niſi quod feriis ſextis ſolito magis recrudeſcere ſentiret. *Ganaſton. Ioan. Lopez. Plodius.*

V. Columba Trocaſani. Dominic.

Præſtanti quoque hoc ſacrorum ſeu ſtigmatum, ſeu vulnerum munere cælitus donata fuit *Vrſula Aguiria* Valentina, admirandæ prorſus ſanctitatis virgo, quæ cum anno 1592. poſt ſacram ſynaxin ſe orationi dediſſet, vidit *B. Catharinam Senenſem* Crucifixum præferentem, à cuius manu tres in ipſam euibrabantur claui. Cumque illa haud ignara eſſet, quidnam iſtud rei portenderet, amantiſſimum ſponſum ardentiſſimè, quo ſcilicet potuit animi ſenſu rogauit, ne ſtigmata in ſuo corpore conſpicua eſſent, ſed interni tantummodo dolores quantumuis intenſiſſimi, exemplo Catharinæ ſibi tunc apparentis, interpoſito eius patrocinio, durarent, quod & obtinere viſa eſt. Quo ex tempore incredibiles, Chriſti inſtar, cruciatus in manibus pedibuſque experta eſt. Porro tantum aliquando perpeſſa quoque eſt hæc virgo cordis dolorem, vt ferro aliquo tranſuerberatum crederet. *Ioannes Ganaſton.*

V. Vrſula Aguiria. Dominic.

Claruit quoque diuinis iſtis ſalutis noſtræ inſignibus, vel certè, tametſi inuſta ſtigmata omnibus continenter aperta non tulerit, atrociſſimos tamen vulnerum Chriſti dolores experta fuit *Stephana*, in agro quidem Brixiano nata,

V. Stephana Sancio. Dominic.

ſed

ſed à continuo domicilio, vulgo *Soncinas* dicta, quæ cum mira quadam pietate cruciatibus Domini meditandis addicta eſſet, prona Domini voluntate, quam is illi aperuerat, quinque rubicũdis notis aut ſtricturis in manibus, pedibus, ac latere ſignata fuit, quas plurimi conſpexerunt. *Seraphin. Razzus in Vita.*

V. Hieronyma Caruallia Dom.

Quinquaginta poſt hãc annis in eodẽ ordine floruit *Hieronyma Caruallia*, quam præcipuorum Chriſti vulnerum dolores multo tempore perſenſiſſe legimus, cumque interdum acerbiores experiretur, ad eos alacriter ſerendos cœleſti voce monitam, propoſitiſque maximo Chriſti in eam amore & beneficio excitatam, erectamque fuiſſe ſcribunt *Ioan. Lopez. 4. part. & Gausſton. c.65.*

Blancha Guſmanica Dom.

Vidit quoque Hiſpalis anno 1504 morientem *Blancham Guſmanicam* nobiliſſimam virginem, quæ poſt grandia è cœlo accepta beneficia, poſt conſpectam à ſe Deiparam potiſſimũ Chriſti patientis recordatione occupabatur: hic eius deliciæ, hic omnis eius voluptas eſſe credebatur, vnde factum, vt ſæpius dulciſſimum animæ ſuæ ſponſum rogaret, vti ipſi vel vnius ſuorum vulnerum dolores experiri concederet. Nec irrita oratio fuit: tam ingentem namque in altero pede cruciatum paſſa eſt, vt doloris acerbitatem diſſimulare non poſſet. Conſciæ noui doloris, quæ circum adſtabãt virgines, chirurgum accerſere geſtiebant, quibus illa, non, inquit, fiat ego cauſſam noui. A Confeſſario magnis precibus, præceptoque conſtricta, rei veritatem aperuit, ſeque opinari à Deo voti cõpotem factam confeſſa eſt. Et porro ita fuiſſe, rei docuit euentus: mox enim fuit vulnus hians in pede, quod etiam illa mortua, ad ſepulturá vſque pluribus ſcilicet horis, cruorem effudit. *Ioan. Lopez 3. p. l. 2. c. 23.*

V. Catharina Raconiſia Dom.

Verum quid de *Catharina Raconiſia*, cuius vitam prodigiis claram Ioannes Picus Mirandulæ Comes litteris mandauit, in medium adferam? hæc cum aliquando tertia Paſchatis die Chriſtum ſudore ſanguineo manantem contemplaretur, ingentique etiam atrociſſima illius amore tolerandi deſiderio æſtuaret; extemplò illum ipſum aſpexit reſurgentis ſpecie decorum, fulgore maximo radiantem. Qui propius ad eam accedens; verborumque blanditijs demulcens, præcipua quinque ſui corporis ſtigmata ei oſtendit. Tum ipſa ex illis veluti quinque purpurea fila in ſuas manus, pedes, latuſque deriuare vidit: quæ eam illis in membris adeo vulnerarunt, vt in terram conciderit, mortuæque ſimillima aliquamdiu præ nimia dolorum acerbitate iacuerit. Sibi reddita magnis precibus ac lachrymis ſponſum eſt obteſtata, ne tanti muneris teſſeræ vlli hominum paterent, quod & tandem obtinuit. *Ioan. Picus in Vita. Thomas Bozius*, &c.

Pedem ex Dominicano Gynecæo efferre

R. P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

V. Birgitta Batana.

nequeo, tot namque hic roſis candentes areolę fæcũdantur, vt eis colligendis finis nullus appareat, teſtabitur id *Birgitta* virgo Batana tertium S. Dominici ordinem profeſſa, quæ cum omni virtutum laude conſpicua eſſet, atque in primis Chriſti patientis amore languida, atrociſſimos eius cruciatus, probroſiſſimamque mortem quotidie attentiſſime meditaretur, ſponſum indies rogans cum lachrymis, vt corporis ſui membra vulnerum dolorem paterentur, eorumque veſtigia referrent, tandem exaudita ab illo fuit: Chriſtus ſiquidem è cruce pendens ei ſe conſpiciendum dedit, & quinque ſua vulnera impreſſit. Ita *Michael pius, & Antonius Senenſis.*

V. Maria Raggii Vidua Dom.

Nec virgines ſolum, ſed viduas quoque hic inuenire eſt, adeoque veritati conſonat, nullam omnino perſonarum acceptionem apud Deum reperiri: patuit id euidenter in venerabili illa, præſtantiſque ſanctimoniæ femina *Maria Raggij*, quam Græcia nobis ex Chio inſula oriundam inſignem patientis, Chriſti cultricem dedit: hæc dum anno 1587 in vigilia Pentecoſtes ſacroſancta ſumpta ſynaxi feruentius oraret, apparentem ſibi Chriſtum in effigie crucifixi ſpectanit, à quo mox vberrimis lachrymis petiit ſentire quinque vulnerum eius dolores: nec mora, votis annuit Deus, & quinque illis corporis ſui locis, tam graues ſentire cœpit cruciatus, veluti cultro aliquo foderentur, vnde in terram prolapſa à duabus ancillis domum relata fuit, vbi videns, quid in ſe diuina clementia operata eſſet, Deum pudore magno ſuffuſa rogare inſtitit, vt externæ illæ plagarum notæ obliterari poſſent, neque ab hominibus viderentur: quod & illicò, poſteaquam à multis viſæ eſſent, factum fuiſſe auctor eſt *Ioannes Saragoza* Theologiæ doctor in vita. *Michael Ribera*, alijque.

Sed tempus & hora me admonent, vt ex hac Prædicatorum familia, ad aliam, quæ Minorum eſt, tranſeam, in qua potiſſimum poſt S. Patris Franciſci gloriam in odorem vnguentorum eius cucurriſſe filias non paucas Annales eius teſtantur, neque enim ea filiorum duntaxat prærogatiua eſt, filiabus quoque non parcè conceſſa eſt.

B. Coleta, ex ord. S. Claræ.

Prima ſit Coleta Virgo, ad S. Claræ familiam perficiendam cælitus euocata, hæc aſpera quæquæ ſerre, Sponſi amore ita auebat, vt omnes martyrum cruciatus lubens ac volens perſenſiſſe dicatur, toties prope martyr dicenda, quot martyres cœlum creditur numerare. Sed ad hoc eam mouebat Saluator, qui ſingula tormenta, quæ exantlaſſet, quibuſque membris illa ipſe ſuſtuliſſet, omnia enarrabat; quare Coleta vſque adeo Domini cruciatibus ruminandis intenta erat, vt ſæpenumero præ dolorum vehementia in manibus, pedibus & latere ſuo, ſibi videretur clauis & lancea configi. *Lucas VVad-*

dingus tomo 5.ann.1406.num.40.

V. Archangela Tardera Franciſcana.

Archangelam quoque Tarderam ex tertio Ordine S.Franciſci reformato monialem tanto erga Chriſti Domini cruciatus ſtudio arſiſſe, legimus: vt tandem beneuola ſummi Numinis dignatione quinque Crucifixi ſponſi ſtigmata in corpore ſuo recipere meruerit, cuius rei diſquiſitiones authenticæ in forma proceſſus, apud *Antonium Randezium* inueniuntur.

V. Eliſabetha Reytenſis Franciſcana.

De *Eliſabetha Reytenſi* ex tertio itidem ordine S.Franciſci ſcribit Marianus in chronico ſtrictioris obſeruantiæ reformatæ lib.6. tantis Seraphici ardoris ignibus arſiſſe, nullo patiendi pro dilecto aut grauia ſufferendi fine, vt quinque redemptoris Ieſu maioribus plagis ab eo fuerit inſignita, quæ etiamnum aſpectui omnium patent, manuumque palpationi: & quamuis in viuente non niſi certis quibuſdam apparuerint diebus, gerebat tamen in occulto, quod omni die pandere potuiſſet. Interea vtrumque latus per alternas vices quaſi cuſpide punctum, & diuiſum apparens largiſſimo ſanguine diffluebat, ſextis potiſſimum feriis multo ſanguine cruentatum.

Ioanna Crucia Franciſcana.

Ioannam inſuper *à Cruce*, quam dilexerat ſic cognominatam hæc familia dedit, cuius omne gaudium ac voluptas in eo ſita erant, vt in Dominicæ Paſſionis memoriam atque honorem multa pateretur, quod indies à cœleſti ſponſo aſſiduis precibus contendebat, cum ecce tandem voti compos fieri viſa eſt, poſtquam in Paraſceue per Angelum in ſpiritu eleuata ad Deum, à Chriſto crucifixo ſibi apparente ſtigmata in manibus, & pedibus ad magnitudinem roſæ nobilis magnis comitata doloribus excepit: Manſerunt autem hæc ei ſigna à paraſceue vſque ad Aſcenſionis feſtum, ac tantum diebus veneris apparebant & ſabbatis, vſque ad Dominici diei horam matutinam, qua Chriſtus reſurrexit: ſtillabat autem ex ſignis manuum fragrantiſſimus quidam liquor; quæ licet aperta non fuerint, rubicunda tamen erant & corpori valde moleſta. Antonius Daça in Vita.

V. Petronilla Hergodts Franciſcana.

Aliam præterea Franciſcani ordinis tertiariam recenſet *Nouale Sanctorum Brabantiæ* cui nomen erat *Petronilla Hergodts*, quæ diutius Cruciatuum Chriſti meditationibus, ac eum dilecto patiendi affectibus eo ſe demum promouerat, vt ſacra Chriſti vulnerum ſtigmata in ſuo corpore portare meruerit; conſpexit ea ſæpius is, qui à confeſſionibus illi erat, & admiratus fuit: erant autem ſemi-nigra, magnum ei dolorem quoad vixit excitantia, quę tamen dilecti amor plurimum mitigabat. Non penetrabant hæ plagæ carnem, aut ſanguinem emittebant, ſed in ſuperiore tantum cute figurabantur. parte 2. Noualis SS. Verum enim vero non ita duabus hiſce familiis quantumuis ſanctitate magnis atque illuſtribus hæc gloria peculiaris ac propria eſt, vt alias fugiat, ſoleatue denegari, habent & iſtæ non raram neque infrequentem cum ea communionem, vnde fieri amat, vt iſtic non paucæ cum Domino in ſacra vitæ, morumq; nouitate viſæ ſint ambulare.

V. Gertrudis ab Ooſten Beggina.

Et prima quidē hic mihi ſe offert Venerabilis Virgo *Gertrudis de Ooſten* liberæ pietatis inſtitutū ſectata, quod B.Beggha Virginibus Belgicis olim præſcripſit, nata hæc apud Batauos Delphis inter ceteras eiuſdem diſciplinæ ſocias magna ſanctimoniæ laude viuebat anno circiter 1340, quotidianum illi exercitium erat, vitam mortemque Chriſti acerbiſſimam meditando expendere, ſeque tantis eius beneficiis gratam exhibendo, quod ſibi deeſſe nouerat ex Domini ærario ſupplere. Cum ecce Paraſceues nocte aduentante, dum ſe Gertrudis in cubiculo coram Chriſti patientis effigie proſtrauiſſet, oranſque prolixius, immenſam illam Chriſti charitatem ſecum ipſa reuolueret, qua noſtri cauſſa, teterrimum Crucis ſupplicium innocens ſubiit; ſingulari Numinis fauore in manibus, pedibus, ac latere ſibi vulnerum Chriſti notas, ſeu ſtigmata ſenſit infigi, ſanguine quodam gratiſſimi coloris, quotidie ſepties ad ſingulas horas canonicas profluente, idque ad feſtum vſque Dominicæ Aſcenſionis.

Non potuit autem tantum Dei beneficium homines diu latere: Itaque non ſolum Delphenſes, ſed vicini quoque ad eam accedere, viſenda vulnera flagitare, quod cum virgini permoleſtum accideret, ſibique ab humana fragilitate metueret, ſic Dominum deprecata eſt: ſi placet tibi, bone Ieſu, oro vt hæc vulnerum ſtigmata aboleantur in corpore meo, ne forte ſeparer à te, ſi forte incipiam mihi inde placere. Exaudiuit verò eam Dominus, adeo vt ſanguis quidem è vulneribus non manaret, ſed tamen vulnerum notæ remanerent: increuit autē dolor quotidie, præſertim cum illa iam ſuauitate carere cogebatur, quam ſenſerat cum ſanguis ex eius vulneribus promanaret. *Laur.Sur.to.7.ian.6.*

V. Nympha Scholaro Minima.

Nec humili Minimorum ſcholæ laus hæc potuit defuiſſe, fuit in ea *Nympha Scholaro*, quæ meditandis aſſidue Chriſti cruciatibus incenſa, amore eoſdem imitandi, Chriſtoque ſponſo conformandi ſe indies perfectius, ab eo humillimis precibus contendere cœpit, vt quinque illa vulnera, quibus ſalutē noſtram in ara Crucis operatus eſt, ſibi infligi pateretur: auditaque à Domino fuit, vulnerauitque eam quinque ijs locis, quibus ipſe in Caluario ſauciatus fuerat, vnde acerrimis quibuſdam doloribus conflictari cœpit, qui tamen quot diebus Veneris per 24 horas in immenſum conſueuerant excreuiſſe. *Hiſtoria Ordinis.*

V. Ida Louanienſis Ciſtercienſis.

Ad Ciſtercienſem Eremum tranſeo, in qua *Idam Louanienſem* vallis Roſarum monialem inuenio, quæ Domini Saluatoris cruciatibus diu noctuque meditandis indeſeſſo ſtudio inſiſtens, ſacra quinque vulnerum eius ſignacula, in

in amoris ſymbolum recipere meruit. Verum ne iſtinc fortaſſe ab aliquibus ſanctior haberetur, ſponſum rogauit humilis virguncula, vt exteriores illorum notæ tollerentur, quod & voti compos, obtinuit. *Ita Hagiologium SS. Brabantiæ.*

V. Eliſabetha Spalbecana Ciſtercienſ.

Sed & de altera eiuſdem inſtituti Virgine, ſc. *Eliſabetha Spalbecana*, quæ in Herckenrodenſi cœnobio monialem Ciſtercienſem profeſſa fuit, ſcribit Philippus Abbas Claraualleuſis ſacris Chriſti Saluatoris noſtri ſtigmatibus in manibus, latere, & pedibus inſignitam fuiſſe, quæ quidem ſtigmata adeo Chriſti ſtigmatibus erăt ſimilia, vt manuum & pedum rotunda, tamquam clauorum vulnera, lateris vero oblongum, quaſi lanceæ vulnus viderentur: ex qui- B bus vulneribus frequenter, & maximè feriis ſextis multus ſanguis effluebat. Notauit autem prædictus Abbas oculatus teſtis, cum anno 1260 inſtituti ſui familias viſitaret, quodam Veneris die per apertam in latere veſtem, ſanguinem ſcaturire non omnino purum, ſed velut aqua mixtum, vt & in hoc Saluatori ſuo ſimilis eſſet. *Bartholomæus Fizen. Bloſius in monili*. c. 2.

B. Magdalena de Pazzi Carmelitana.

De Ciſtercienſi ſolitudine ad Carmelitanam pergo, hic B. Mariam *Magdalenam de Pazzi* admirandam prodigijs & ſanctitate Virginem inuenio, quæ anno 1585. 15 Aprilis die, ſingulari quadam pietate acerbiſſimos Chriſti cruciatus expendens, cupienſque enixè cum dilecto ſimilibus affligi, Chriſtum vidit Cruci affixum oculis ſuis exhiberi, de cuius quinque vulneribus, pellucidi quinque radij procedebant, qui in manibus eius, pedibus ac latere quinque plagas imprimebant, vnde factum, vt, quod tantopere ante deſiderarat, Chriſto conformiter affligeretur. *Vincentius Puccinius tract.* 1. *c.* 10. *lib.* 2.

V. Maria ab Incarnatione Carmelitana.

De V. *Maria ab Incarnatione*, Moniali Conuerſa eiuſdem ordinis ſcribit P. Petrus Cotonius è Societate IESV Theologus in hunc modum: Angelos teſtor, Tutelarem meum, & cuſtodem illius, quod verum dicam, Stigmata Chriſti Ieſu illa habebat in corpore ſuo hac ratione, quod certis horis & ſignanter diebus Veneris & Sabbati per quadrageſimam, extremos dolores in pedibus, manibus & latere ſentiret, veluti has partes haberet ferro transfixas. *Duuallius in vita.*

Maria de Aiofrin.

Sunt in Hiſpania certa quædam Monialium Aſceteria, quarum inſtitutum à S. Hieronymo, quem etiam Patronum colunt, profluxiſſe dicitur, horum vnum Toleti fundatum eſt, in quo ſuperioribus annis vixit *Maria de Ajofrin*, à teneris annis Chriſto Sponſo dicata, quam multis exinde fauoribus proſequi cœleſtis Spōſus cœpit, quibus illa, non ad vanitatem, ſed maiorem ſui deſpicientiam vſa, meruit à Chriſto Domino ſuæ Paſſionis ſignaculo decorari, plagâ ſcilicet cruenti lateris ſui: tantæ autem A vulnus iſtud magnitudinis fuiſſe aiunt, vt pollicis humani pars ſuperior illud de facili intraret, manſitque diebus viginti apertum, ſextâ quoque feriâ vberem valde ſanguinem effundens, alijs verò modico fluens. Nullo pure, aut ſanie occupabatur, nec vllam fouendo medicinā ipſa adhibebat, ſolis panniculis cruorem detergens. Grauiſſimi erant dolores, quos inde patiebatur, quos tamen pro viribus celabat, donec per ſociam eius Confeſſarius admonitus, oculis illud vſurpare voluit, viſumque Maioribus, Decano, alijſque oſtendit, ac ritè ſuum veritati pondus adſtruxit. Facta ſunt hæc Toleti anno 1484. 19 Nouemb. Poſt viginti dies, ſine vllo prorſus cataplaſmate, vulnus coaluit, ſui B relicta cicatrice, cum dolore nonnullo. Sed his nequaquam diuinus Sponſus contentus, cum illa ante Crucifixum orare inſtitueret, dolorem ingentem manuum, pedumque ei communicauit, adeo vt clauis trabalibus configi viderentur, maximè ſiniſtra manus; quare cum illam dexteræ attactu lenire vellet, eam ſanguine totam rubentem retraxit, durauitque vulnus diebus omnino quadraginta, poſt quos relicta cicatrice coaluit. *Alphonſus Villegas in Flore SS.* tom. 3.

Ab his ad Virgines illas venio, quæ in medijs ſæculi tenebris lucere omnibus: vt lilia inter ſpinas redolere omnibus: vt virtutum viam monſtrare omnibus, odorem vitæ afflare omnibus poſſint, ſingulari vocantis Dei beneficio C elegerunt, vtque ab Italia, fœcunda eiuſmodi nutrice exordiar; vixit Senis *Paſſidea Crogi*, quę incunte quadrageſima anni 1589, ætatis vero ſuæ 25 orarat ſponſum vt hebdomade maiore inchoante particeps fieri poſſet anguſtiarum & dolorum eius, quos ipſe ſuſtinuerat in morte, quare Dominica Paſſionis adueniente petit à Confeſſario ſuo, vt liceat ſibi eam & ſubſequentem Hebdomadem tranſigere abſque cibo, potu, vlliuſque mortalium conſpectu. Quo obtento, & porro inchoato placere ad ... ſponſo cœpit, vt ſabbato ante palmas illuceſcente, inceperit ſentire toto corpore dolores acerri- D mos, in anima triſtitiam, languoremque amantis animæ intolerandum, quæ omnia de hora in horam incrementum ſumebant, ita vt tandem in lectum decidere cogeretur, ſtraminea itaque in culcita recumbit Paſſidea, toto cubiculo trepidante. Medicus actum de ea ratus, ſacramentis muniri iubet: & in hoc quidem ſtatu vſque ad feriam 4 maioris Hebdomadę perſeuerauit, qua adueniente apparuit ei Chriſtus, grande humeris ſuis deportans lignum, dicenſque, poſſe eam iam guſtare, quam toties deſiderauerat Crucem. Sequente feria 5 duplicantur dolores, vt à morte nihil diſtare videretur, cum denuo Chriſtus ſacerdotalibus infulis venerandus apparet, ſacramque ei porrigit ſynaxin, ad conſtantiam hortatur, nec ſolatia defutura pollicetur. Iamque Paraſceues ſacra dies

Paſſidea Crogi.

Digitized by Google

illuxerat, cum illa quantumuis ægra de ſtrato ſe corripit, & genibus ſupra ſtramineum ſaccum innixa, videt Chriſtum ſibi appropinquantem vulneribus plenum, ſpinis coronatũ, Cruci affixum, conuerſumque ad ſe dicere: *guſta filia*: cum ecce quini radij ex Chriſti quinque vulneribus prodeuntes, totidem eam ſui corporis locis afflant & vulnerant, ita vt copioſus ſanguis ex eis efflueret in pauimentum. Toto cubiculo ſtrepitus exaudiebatur, mox lumen magnum ſuperuenire viſum eſt, in quo Dominus ad eam: *animos ſume, filia, certoque ſcias ex quo factus es theſaurus* id eſt, particeps dolorum patientis ſponſi, *omnia tibi peccata remiſſa eſſe*. Dolor autem erat horum vulnerum, incredibilis, longeque acerrimus; vſque ad vndecimam horam Sabbati ſancti; poſtea vero tolerabilis, viuebatque vſq; ad feſtum Aſcenſionis ſolâ Euchariſtiâ. Biennium pene effluxerat eum cicatrices hæ obductæ euaneſcere cœperant, quare rogauit Dominum, vt eas cum doloribus renouare vellet, auditaque fuit; apparuit autem ei Dominus formâ Seraph in Crucem extenſi; vulneribuſque concisi, ac denuo ſua vulnera impreſſit, quæ latus, manus ac pedes pleniſſimè penetrarunt, ſanguine plurimo effluente, manſeruntque hæc viſibilia ac realia vſque dum *Paſidea* vixit. Renouabantur autem quotannis cum ſummo dolore in hebdomade ſancta multũ ſanguinẽ emittendo, imo circa præcipua feſta odoratiſſimũ humorem exſudando.

Venturius Senenſis Abbas Oliuetanus ex proceſſu inſtructo ad beatificationem.

V. Sanchia Carillo.

An vero Hiſpaniæ ſimiles defuerint gemmæ, nobiliſſimis Domini Ieſu anaglyphis exſculptæ? nequaquam ſanè: teſtabitur id Bætica in nobiliſſima *Virgine Sanchia Carillo*, quã Ioannis Auilæ magni illius formandis moribus magiſtri docta manus ad omnem pietatẽ formauit: multũ hæc meditandis Chriſti cruciatibus exercita dũ feriâ Maioris Hebdomadæ quintâ corã lugubri Saluatoris cenotaphio enixius Deum oraret, vt vnius ſaltem doloris eius amaritiem, quam ipſe in alterutra manuum ſuarum ſenſerat, deguſtare poſſet: ecce ſubito, velut coram oculis ſuis fierent omnia, ſpectauit quæcunque ab horto vſque ad Caluarium ei contigerunt, vnde in ecſtaſin rapta, declinauit caput in ſociæ virginis ſinum: mox verò ad ſe reuerſa ingemuit, interrogataque quid gemeret: da, inquit, manum; dedit alterã, tantumque inde ea dolorẽ ſenſit, quantũ vix ferre poſſe hominem arbitraretur, manſit autem dolor ille, & longe maior in Sanchiæ manu per dies octo, in cuius medio eructa cicatrix in formã Roſæ apparebat, quæ paulatim poſt dictos dies, euanuit. *P. Martinus de Roa in vita Sanchiæ*. Addit vero idem auctor l. 2. c. 4. eam ſæpiſſime ac pene continuò in manibus iuxta ac pedibus dolorem tantum ſentire ſolitam fuiſſe, ex communicatione Paſſionis Chriſti, vt fere

A intolerabilis eſſet.

V. Marina de Scobar.

Iungenda huic, quę nuper vixit, magna ſanctitatis opinione Valliſoleti, venerabilis Virgo *Marina de Scobar*, hæc ſacris vitę Chriſti myſteriis ita afficiebatur, ac ſi re vera corpore præſens; cũ ea agerentur, adfuiſſet: ſentiebat affectus cuique myſterio proprios, ſæpe & effectus & nominatim dolores, ac tormenta, eĩs, quæ Chriſtus paſſus eſt, ſimilia: in quem finẽ impreſſerat ei ſanguinum ſponſus ſacrorũ ſtigmatum ſuorũ vulnera: authenticis namque chartarum teſtimoniis conſtat, cõmunicaſſe Deum Dominũ Marinę dolores tum Coronæ ſuæ ſpineæ ex quibus grauiſſimè affligebatur: tùm quas ipſe in flagellatione plagas, ac vulnera ſuſtinuit, quæq; in ma-B nibus & pedibus, dũ clauis transfigerentur perpeſſus eſt. Non erant quidẽ hæ plagæ viſibiles, ſiue externæ, ita tamen, vt in manibus vacuitas quædam in medio palmarum tactu perciperetur. Ad Lateris verò vulnus quod attinet, externum & viſibile id erat, quod feminæ illæ complures, quæ cadauer ad ſepulturam compoſuerant, vidiſſe ſe, & exploraſſe teſtatæ ſunt, nec illud ſolum, ſed & quatuor alia in manibus & pedibus quoque à morte viſibilia fuêre. Confeſſarius ob corporis reuerentiam, ea non aſpexit. Ita Andreas de la puente ex Ord. Præd. Theologus, Ludouici noſtri frater depoſuit, referente *P. Franciſco Cachopin Soc.* Iesv *lib. 1. vita P. Ludouici de la puent. cap.* 14.

C Ad hæc, tres virgines quę viuenti miniſtrarũt, iureiurãdo teſtatæ ſunt, vidiſſe ſe ex latere eius aquã & ſanguinem fluxiſſe, quod ex linteis quibus dolorem lenire & cruorem excipe ſolebant deprehenderunt. Amplius dixêre, quando ſe ad ſepulturam corpus præparabant, de conſilio P. Michaelis de Orenna Confeſſarij ſe vulnus lateris examinaſſe, atque inueniſſe ſiccum illud, cum 5 maculis, inſtar apoſtematis, quod & aliꝗ de alijs quatuor plagis teſtatę ſunt, quibus à Cõfeſſarijs dicitur affecta fuiſſe ob compaſſionem tum ſponſi, tum aliorum vulneratorum, quos ſolebat flexis genibus, dum iis occurreret, ſalutare. Idem *Franciſcus Cachopin* vbi ſupra.

Tam ſanctè verò illecebroſa, ac mirè ſuauis D hæc plurimis viſa pietas fuit, tam regia ac delicata religio, qua Noui homines erga quinque hæc Chriſti vulnera præclatè affici ſolent, vt ea non iam quinque corporis ſui membris, ſed vno corde excipere vniuerſa, ſæpius deſiderarint, & vero ſanctiſſimis votis potiti ſint: quod in Virginibus, vtpote tenerioris animi, mentiſque ſtudio potiſſimum deditis, animaduertere non ſemel fuit.

B. Gertrudis Iſlebienſis. Benedictina.

Teſtis mihi ſit, *Iſlebienſis illa Gertrudis*, Benedictinæ lampadis clariſſimum lumen: inuenerat hæc in peruetuſto libro eiuſcemodi precatiunculam: *Domine Ieſu Chriſte, filij Dei viui, da mihi toto corde, pleno deſiderio, ſitienti anima ad te aſpirare, & in dulciſſimo ac ſuauiſſimo Nomine tuo reſpirare.*

Pia S. Gertrudis precatiuncula.

reſpirare, ac toto ſpiritu meo, & omnibus interioribus meis, ad te, qui es vera beatitudo, anhelare. Scribe miſericordiſſime Domine, vulnera tua in corde meo, precioſo ſanguine tuo, vt in eis legam tuum dolorem pariter & amorem: & vulnerum tuorum memoria iugiter in ſecreto cordis mei permaneat, & dolor compaſſionis tuæ in me excitetur, & ardor dilectionis tuæ in me accendatur. Da quoque vt omnis mihi creatura vileſcat, & tu ſolus in corde meo dulceſcas.

Hac itaque oratione, cum plurimum delectaretur Gertrudis, cœpit eam frequentius ruminare, nec rarò piiſſimis labiis expreſſam Deo offerre. Cõtigit autē cū die quadā huiuſcemodi exercitio animū intenderet, ſentire quaſi diuinitus collata ſibi dona hæc, quæ in antedicta oratione dudū poſtulārat. Nam intus in corde ſuo quaſi corporalibus locis per ſpiritum cognouit, impreſſa ſibi colenda illa, & adoranda ſanctiſſimorum Vulnerum ſtigmata, quibus animæ ſuæ vulneribus ſponſus ante fuerat medicatus.

Neque ſic ſtetiſſe viſa eſt diuinæ profluentia largitatis, quin & illud memorandum ſæculis omnibus donum conſecuta eſt; vt quoties diuina illa præclaraque amatoriæ impreſſionis ſignacula cum quinque verſibus: *Benedic anima mea Domino*, viſitare contenderet, nunquam non peculiari ſe beneficio auctam inueniret.

Accepit enim ab eo, vt ad primum, *benedic anima mea*, ad vulnera beatorum pedum eius omnem rubiginem peccatorum ſuorum & voluptatis mundanæ vilitatem abſtergeret.

Deinde per ſecundum verſum, *benedic, & noli obliuiſci*, in amatorio lauacro proflueret ſibi ſanguis, & aqua, quibus omnem maculam carnalis & tranſitoriæ delectationis ablueret.

Per tertium verſum, *qui propitiatur*, cum requie ſpiritus ad pauſandum properabat in vulnus lateris, ibidem quaſi columba nidificatura in ſummo ore foraminis.

Inde per quartum verſum, *qui redimit de interitu*, ad dextræ vulnus accedens, quæcunque illi in perfectione virtutum deerant, hinc liberaliter propoſita, audacter aſſumebat.

Exin decenter ornata, quintum verſum, *qui replet in bonis, &c.* vſurpans in deſideratiſſimos ſponſi amplexus ruebat.

Atque his alijſque fatetur collata ſibi fuiſſe, quæ præmiſſa oratione Deum rogarat, nimirum vt in Vulneribus eius dolorem legeret, pariter & amorem: vnde factum, vt Dominus non ſolum præclara illa quinque vulnerum ſuorum ſtigmata cordi eius ſenſibiliter impreſſerit, ſed tam amænam quoque habitationem ſibi in ea præpararit, tamque ſuauiter Cor ſuum erga eam appoſuerit, vt niſi homines ſcirent potentiam & bonitatem eiuſdem Domini eſſe interminam, vix credere poſſent illum, tantam amicitiæ familiaritatem præcellentiſſimæ matri ſuæ demonſtraſſe in terris, quantam Gertrudi demonſtrauit. *Abbas Bloſius in R. P. Lyraus de imit.* IESV *patient.*

A Conclaui animæ fidelis, appeud. §. 4. Inſinuat. diuin. piet. l. 2. c. 4.

Sed quid? etiam inter coniuges, terra arida & aliena huiuſmodi Roſas ferat, quibus illi mirificè illuſtrati prioribus adiungantur? Ita plane eſt, nullam ſiquidem conditionem à ſua gloria Deus excludit, ſed in omni ſtatu, qui operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Teſtem eius adduco *Ioannam Rodriguez*, quæ nuperrime Burgis, in Hiſpania vixit, hæc ſacra Chriſti vulnera manibus, pedibus, laterique impreſſa habuit. Coniugata erat, maritum aſperum patiebatur, multarum ſibi coronarum materiem, quam ne ſegniter ſuis manibus elabi fineret, frequenter ſe ſacroſancti corporis Chriſti myſte- Ioanna Rodrig.

B rijs reficiebat, quod cum die quadam, ſingulari pietate obiret, quinque has Domini plagas membris ſuis imprimi ſenſit, ex quo tempore vix comedit aut bibit, ſola quotidianę ſynaxeos virtute ſuſtentata: cumque ſoleret frequentius à terra ſublimis eleuari, iuſſa eſt Deum, ne id in publico fieret, deprecari, quod & impetrauit. Diebus Veneris, quot hebdomadibus grauiſſimos patiebatur dolores planè vt oſſium ipſorum fragor ab aliis audiretur, neque ſe loco mouere poſſet: ter quotidie flagris ad ſanguinem vſque carnem caſtigabat, quacunque incederet, ſuauiſſimum ſpirabat odorem. Sanctitas eius probabatur omnibus maxime ob ſingularem patientiam & humilitatem. Epiſco-

C pus Burgenſis, & quatuor medici vulnera eius adhuc viuentis explorarunt, & vera affirmarunt. *P. Hermãnus Hugo in itinerario Hiſpanico.* 1621, quo tempore ipſa adhuc viuebat.

Et hoc ſanè eſt nouorum hominum ſiue virorum, ſiue mulierum beatiſſimum Agmen, quod ſub nouo Imperatore orbis, Chriſto, multo felicius, quam olim ſub Byzantino peditum magiſtro Propugnatorum Ordo meruiſſe inuenitur, quorum ſcilicet operâ ſalus exercitus comparata fertur, vt ſcribit Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 47. cap. 31. Parmam illi cæruleam margine purpureo, vmbilico viridi intra πεντάλφα, cui ὑγιεία pro teſſera inſcripta vox

D erat, præferebant: hi profectò eandem teſſeram characteresque non in parma deſcriptos, ſed ſuæ ipſorum carni in πεντάλφα modum, diuino ſtylo inſculptos gerunt. Et porrò Græcum iſtud ὑγιεία, quam rite ſanitatem interpretamur, multo hic magis, ac certiore fiducia, tùm animi, tùm corporis æternam ſalutem, ipſumque eius auctorem Chriſtum ſignificat, nobilque vitæ nouæ indicium & perennaturæ gloriæ pignus, præbet. Vnde bene colligit Aloyſius Sidereus, alio nomine Vincentius Carrafa Societatis IESV Præpoſitus Generalis in faſciculo myrrhæ l. 2. conſid. 9. Finem, ſcopum, ac perfectionem hominis noui ſeu Chriſtiani eſſe, omnimodè transformari & tranſmutari in Chriſtum Crucifixum, participando de ea-

dem paſſione, de iiſdem vulneribus, ac de eadem morte cum Chriſto quantum, diuina eius gratia adiuuante, fieri poteſt, imò maximam ac ſupremam gratiam qua homo in hoc vita, Deo dante inſignitur, eam eſſe, quâ ſimul cum Chriſto, Deo, ac Domino noſtro eidem configitur Cruci.

Quod licet generatim ita ſe habeat, nolim tamen quemquam deſpondere animum, eoúe abiecto concidere, ſi vel poſt diutinas preces, repulſam hîc ferre contigerit, quod & in Martyrio non paucis vſuueniſſe liquet: quantis namque precibus, atque obſecrationibus Minorum Pater Franciſcus eam ſibi lauteam ſtuduit promereri! quantis impendiis quæſiuit! Fruſtra tamen: Deo Domino noſtro maius aliquid fideli ſeruo reſeruante. Ita & hîc contingere non raró ſolet, eodem Domino ſuorum vtilitati ac gloriæ pro ſua in nos beneuolentia ſecus proſpiciente. Didiciſſe id arbitror Ven. Patrem Ludouicum de Ponte, è Societate Ieſu, virum ſanctimoniæ, doctrinæque laude clariſſimum, de quo ita P. Franciſcus Cachiopin in hiſtoria, quam de vita ac moribus Ludouici conſcripſit: Audiebatur *P. Ludouicus de Ponte* nocte colloquiis cum Crucifixo ſuo intentus, exclamare, non feruida magis, quam ſonora voce, ita vt à vicinis intelligeretur: Eia Domine, cedo mihi illas plagas, cedo plagas. O quales plagas! Non dedit tamen eas Ludouico Dominus ſed acutiſſimos podagræ, ac chiragræ dolores, ſtomachi conuulſiones acerrimas, vt cibus omnis ei tormentum eſſet grauiſſimum, naturâ omne quod ſumeret in amariſſimum quoddam phlegma conuertente: hæc vulnera, hæ denique erant plagæ quibus ſeruum Dominus inſignire volebat. His Ludouicum Heroicâ quadam patientiâ, in ſufferendis cruciatibus inſtructum, ad ſimilitudinem ſui pelliciebat agonis. Beatos! quibus id, quod Domino viſum eſt, & optimum videri, & gratiſſimum ſolet acceptari. Næ! illa tutiſſima, & ſecuriſſima via eſt, quæ hominem Chriſto aſſimilem reddat, & cæleſti gloriæ præparet inquilinum.

Ludouicus de Ponte è Soc. Ieſu.

Quod ſi verò nec id aſſequatur, non ideo tamen animo cadere velim: ſunt enim quædam, neque ea exotica, ſed obuia & vſitata, quibus ſacrorum vulnerum ſpiritualis hæres reddatur, quod de manuum plagis gemina hiſtoria demonſtro:

Laudabat eximius Doctor ac Decanus Pariſienſis Thomas Bricotus *Franciſcum I. Galliæ Regem*, idque in eius ſolenni inauguratione, iamque ad liberalitatem eius peruenerat, cum dixit, eum inſtar S. Franciſci, cuius nomen ſortitus erat, Chriſtumque imitabatur; ſtigmata, ſeu plagas in manibus gerere, cum manibus velut terebratis continere poſſet nihil. Ecce vt Eleemoſyna hominem prouehat, & ſacris Chriſti plagis cohoneſtet.

Franciſcus I. Galliæ Rex.

A De *Alphonſo Caſtellæ Rege*, cui à perforata manu inditum nomen, ſcribit Ioannes Mariana noſter lib. 9. cap. 8. de reb. Hiſp. à liberalitate cognomentum iſtud traxiſſe, licet quidam, ſed perperam, alio id referant, quod cum in Mauri Regis aula & contubernio, ne illius conſilia percepiſſe videretur, ſomnum ſimularet id exploraturus, neſcio quis è Mauris, liquatum plumbũ in eius manum coniecerit. Verius tamen, quod ante dixi, qui enim perfectè munificus eſt, pecunias cohibere, quin profundat in egenos, non poteſt magis, quam qui manum perfoſſam & terebratam geſtat. Atque ita vel obiter nouus homo intelligat, quomodo, ſi in primis nequeat, B in ſecundis, nequaquam inglorius conſiſtat.

Alphonſus Caſtellæ Rex.

CAPVT OCTAVVM.

Magnum nequitiæ noſtræ ſpectaculum, clarum diuinæ theatrum Caritatis, Ieſus Chriſtus crucifixus, ſemper nouo homini præ oculis habendus; vt quoties de ſcelerum ſuorum grauitate ac de diuino in ſe amore cogitârit, meminerit per noſtrum ſcelus Deum mori potuiſſe, & eundem pro ſumma in nos caritate voluiſſe.

Non ſentit miles vulnera ſua, dum intuetur vulnera Ducis ſui.

C

Aſpicient ad me, quem confixerunt. Zachariæ 12. 10.

Ante oculos veſtros Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus. Ad Galatas 3. 1.

Zach. 12. 10.

Gal. 3. 1.

CÆli Dominum infra mortuos amandauimus, in Cæleſtium regnum reſtituti ſumus. Quid igitur? ne nunc quidem poſt tantam ſceleris noſtri felicitatem acceptam, nullum gratiarum officium, vel mortuo perſoluemus? *Eſt vita noſtra quaſi pendens ante oculos noſtros*, ipſo nos viſu blandiſſimè alliciens, vt tantùm non, vocem ipſius exaudire videamur inuitantis: D *vide quam te ardenter diligam, quanta tui flagrem charitate: huc ades, vbi fornax amoris inæſtuat, vbi nunquam refrigerabitur, nunquam charitas extinguetur.* Quantum ſpectaculum! quam potens illicium! & videre illud in præterio noluit Iudæorum natio, ſed ipſe voluit à cunctis mortalibus in Caluariæ iugo luce palam religioſè ſpectari, ſi tamen inuentus quis fuerit tam durus, qui in eum poterit obtutum defixiſſe, & non potius vultum auerterit derepente, iuxta illud Iſaiæ 53. 3. *& quaſi abſconditus vultus eius*: quæ verba ſic Vatablus legit, *erit, vt is, à quo abſconderet quis faciem.* Quaſi talis Chriſtus futurus in Paſſione, tam deformis, vulneratus, liuidus, ſanie, ac ſanguine oppletus, vt tantum aſpicientibus incuteret horrorem, quantum

Deut. 28. 66.

Iſaiæ 53. 3.

Digitized by Google

tum humani oculi ſuſtinere non poſſent: quod nuper teſtimonio Ven. Marianæ, mulieris ſanctiſſimæ, quæ paucis ab hinc annis deceſſit, cuiuſque iam dimiſſoriales, vt vocant, literæ ad Canonizationem expeditæ ſunt, confirmatum inuenimus: Apparuerat ei Christus Cruci affixus multo ſanguine ac liuore obſitus; ſed magna atque inſolita quadam ſpiritus conſolatione dilectam animam conſolans, quare maximis illa incedere lætitiis, quas vt ſtabiles ſibi ac perpetes cooptaret, figuram aliquam, quæ imaginem illam quam viderat, graphicis natiuæ ſpeciei ductibus exprimeret ſibi propriam deſiderabat: Et pio voto annuere Chriſtus viſus eſt, pictoremque vocari iuſſit, cuius ipſa manu vteretur, ſed ille dirigeret. Iamque aderat vocatus Apelles, opuſque, explicante Mariana, quod viderat, inchoabat, ſed Deo vt dixi, penicillum moderante: quare è contrario, tam pulchra, formoſa, & venuſta facies euaſit, vt nihil ad ſpeciem addi poſſe videretur. Contigit autem Laurentium de Aponte Theologiæ Doctorem eximium ex ord. Clericorum Regul. Minorum, dum Imaginem hanc videt, de ſupradicta reuelatione non parum dubitare, ſed commodum accidit, D. Petrum de Cuença ſacerdotem adeſſe, cui ſacræ imaginis cura demandata erat, à quo prædictus Doctor omni dubitatione liberatus fuit, aiebat enim Petrus ſeſe ex ore Marianæ audiſſe, poſtquam ſimilem Domino obiectionem feciſſet, Chriſtum reſpondiſſe: Ideo non permitto me, vti tunc proſtabam, depingi, aut efformari, quia horrorem incuterem, non deuotionem. Quo comprobatum Prophetæ vaticinium: *vidimus eum, & non erat ei aſpectus*: quod & Chriſtus ipſe his verbis firmauit, dicens: *Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Non quod humanam naturam exuerit Ieſus, ſed vermiculi quodammodo ſuperinduerit vilitatem. Quare ſi Chriſti in Cruce pendentis ſpeciem noſſe ac venerari cupierit nouus homo, ad animæ ſuæ pulchritudinem oculos primùm reflectat neceſſe eſt, quam vt ille pulchrà redderet, ac formoſam ipſe ſine ſpecie fieri, ac forma voluit Deus, tanto altius ſponſæ pulchritudinem elaturus, quanto ſe profundius ſponſi deformitas abiecerit, & inclinârit.

S. Bern. in Cant.

Latuiſſe id minime Doctorem mellifluum Bernardum crediderim, dum ſermone 28. in Cant. ſic dixit: *ſpecioſus forma præ filiis hominum illuminandis, obſcuretur in paſſione, turpetur in Cruce, palleat in morte, ex toto non ſit ei ſpecies neque decor, vt ſibi ſpecioſam atque decoram acquirat ſponſam Eccleſiam ſine macula & ruga*: quo poſito fundamento nouus homo, vt monet Apoſtolus, *in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum ſecurus aſpiciet, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem, confuſione contempta.* Neque ſolum quos, quantoſque cruciatus corpore exantlauerit reputabit, verum etiam quo amore pertulerit, cordis ipſius arcana

Heb. 12. 2.

A ſcrutabitur. Obſcurentur itaque oculi tui, ô noua in Chriſto creatura, ne videant, ſi non aſpexeris in te, quem iniqui pro te, nudum, trementemque compunxerunt, atque in Cruce vulneratum, ſpectaculum tibi fecerunt amabile, ſed cruentum. Sepiantur aures tuæ ſpinis & proſcindantur, ſi non præbueris eas illi, cæleſte magiſterium, omni ſapientum doctrina efficacius, exſequenti. Adhæreat lingua tua, faucibus tuis, niſi eam erudieris in laudes eius, quem oculis tùm corporis, tùm mentis tuæ tam clarè intueris, qui in diebus carnis ſuæ celſo pegmate pendens, preces, ſupplicationeſque cum clamore valido & lachrymis offerens, factus eſt tibi cauſa ſalutis æternæ.

B Et iure quidem maximo verecundetur hîc nouus homo, quiſquis denique is fuerit, ſi hac in parte defuerit, quam etiam prophanus quilibet minime velit reliquiſſe. Vir nobilis fuit, qui eâ, quam dato, acceptoque inuicem annulo ſuam fore ſperarat, per mortem amiſsâ, contempto iam ſæculo ſecum abductis duobus famulis in eremum, illius mortis deplorandæ ergo; conceſſit. Quo cum perueniſſet, iubebat ſe illius nomine à famulo ſalutari, neque aliud ſibi quidquam in aures, niſi de illa ſua mortua dici. Illius imaginibus frequentiſſimè collocutus, miras amoris mœſtiſſimi oſtendebat ſignificationes. Ergo in illo Thebaidis antro, ſeu ſacello incluſus, geminas is ſuæ illius viuæ, mortuæque præ oculis locat imagines, & medium, illas inter, Crucifixum. Itaque orationi & lachrymis tandem immortuus eſt. Nos eorum, quæ amamus omniū, non viuam tantum, ſed & mortuam pingamus imaginem & mediam inter amores noſtros, deſideria, odia, lætitiam, triſtitiam, ſtatuamus Crucifixum, illi charos noſtros, & illa omnia ac nos ipſos tranſcribamus, hoc vno ſolliciti, vitam noſtram ſanctè finiuiſſe.

Imago defuncta ob oculos poſita dolorem fouet.

C

Multa olim, magnaque à Deo Prophetis mandata legimus, quibus vel languentem torpentemque populum ſuſcitare, vel currentem prouehere poſſent, inter quæ nequaquam illud poſtremum, quod Ezechieli commiſſum c. 4. 1. inuenimus: *Et tu*, inquiebat Dominus, *fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionem* &c.

Ezech. 4. 1.

D

Scio varias huius loci à SS. PP. adferri expoſitiones, quarum hæc ad rem noſtram mirificè facit, quæ per laterem intelligit Chriſtum Ieſum Crucifixum, ſanguine proprio, lachrymiſque madidum, ſummique amoris incendio medullitus excoctum, in quo vnuſquiſque ſibi ob oculos poſito deſcribere debet, hoc eſt, conſiderare vniuerſi orbis ciuitatem redemptam, contemplari exercitus Iudæorum ordinantium aduerſus eum prælia, & mortem. Sicut autem Hieroſolymitani hoc ſigno Ezechielis admoniti, cumque laterem intuentes, ſibi feliciter conſulebāt,

Quare Crucifixus ob oculos habendus?

ſic & nos, diuino hoc latere, Chriſto ſcilicet A
Crucifixo iugiter ob oculos poſito, cæleſtis iræ
romphæam feliciter euademus. Ita namque fie-
ri amat, vt vbi Chriſtus cruci affixus præ oculis
habetur, dæmonum aſſultus, dolique frangan-
tur. Olim Africanos vt leonibus terrorem incu-
terent, atque ab hominum inuaſione cohiberēt,
leones varios iuxta viam crucibus ſuffixos appē-
diſſe Lipſius auctor eſt.

Leonem de tribu Iuda, vnigenitum filium
ſuum Pater cæleſtis, in crucem tolli permiſit:
nos oculis, corde ac manibus per huius ſæculi
vias eum deferamus, nec rugientem illum qui
nos perpetuò *circuit, quærens quem deuoret, me-
tuemus.*

Iris, arcus diuerſicolor in ſignum reconcilia- B
tionis & pacis Deum inter & homines cælitus
datus, an non ſignum iræ ceſſantis & amicitiæ
redintegratæ Crucifixum optimè repræſentet?
Eccli. 43. 12. *Vide Arcum*, clamat Eccleſiaſticus cap. 43. *& bene-
dic eum, qui fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore
ſuo.* Depinxit Deus Iridem, & depinxit pulcher-
rimè, ſed vt arcum, quem in cælum intorſit, in
homines verò expandit, quo illas protegat, &
benignè tueatur. Sed eho! ſic inflexa in cælum
Iris, dum pacem ſpondet hominibus, quam exa-
cto diluuio mox induxit, bellum Deo indicere
quodammodò videtur. Ita eſt profectò. Cerne
filium Dei humana carne indutum, conſpicuo
diſtentum in arcu, dum rigida libratus pendet
in Cruce, quomodo vel inde amoris ſagittas ia- C
culetur, quomodo cælum oppugnet, pectus ve-
ro paternum expugnet, denique in nos omnia
ſua bona profundat: vide proinde illum & aſſi-
duè contemplare, benedic eum, & quamuis in
ſe deformis, ac rigidus appareat, nobis verò ſpe-
cioſus ac benignus illucet.

Numerorum c. 21. cum iuſſu Domini Moy-
ſes ſerpentem æneum feciſſet, cum non in ta-
bernaculo quopiam, non in domo aliqua, ſed in
agro longè vaſtiſſimo, campoque ſpatioſo eri-
gendum curauit, vbi non à paucis aliquot, ſed ab
omnibus, quotquot aderant conſpiceretur, quē
cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

Prænobili autem hac figura, Chriſtum in
Cruce coram omnibus exaltandum, in quem D
oculi omnium, quotquot Auernalis toxici liuor
S. Auguſt. infecit, coniiciantur, expeditè docuit *S. Auguſti-
nus*, dicens: *fratres vt à peccato ſanemur, Chriſtum
Crucifixum intueamur: quomodo qui intuebantur ſer-
pentem æneum in deſerto non peribant, ſic qui intuen-
tur fide, Chriſti mortem ſanantur à morſibus peccato-
rum.* Nec abludit Santis Pagnini verſio, qui ver-
ba illa editionis vulgatæ ſic ex hebræo tranſtu-
lit: *poſuit eum ſuper perticam*, inſinuando clariſſimè
S. Crucis patibulum, ſuper quod in monte Cal-
uariæ Chriſtus Dominus erat eleuandus, vt ab
omnibus conſpiceretur, & quanto fructu! Quē
Origenes. dudum ante S. Auguſtinum detexit Origines,
cum l. 6. in ep. ad Rom. ſcripſit in hunc modū:

A *Tanta vis Crucis eſt, & mortis Chriſti, vt ſi ante oculos
ponatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor,
nulla ſuperare poſſit inuidia, ſed continuo, totus peccati
fugatur exercitus.* Quiſquis igitur à peccati mor-
ſibus ſanari deſiderat, Chriſtum in Cruce eleua-
tum, ſerpente illo æneo, qui abſque veneno e-
rat, præſcriptum, tum fidei, tum commiſeratio-
nis oculis intuearis, neceſſe eſt; ignitus enim, ſeu
potius, totus ignis eſt peccatorum omnium con-
fector & conſumtor: quod minime latuit S. S. Bernard.
Bernardum, dum ſic locutus eſt: *non te pigeat vi-
dere ſerpentem in patibulo pendentem, ſi vis videre Re-
gem in ſolio reſidentem.*

Quia vero à figuris cœpimus, & eiſdē, quod
cœptum eſt, illuſtremus. Tempus erat, quo de
B Candelabro Dominus, tabernaculo ſuo proſpi-
cere volebat: quare eiuſdem fabricam, modo
quodam inſolito legitur præſcripſiſſe: *inſpice*, aie-
bat ad Moyſem *& fac ſecundum exemplar quod ti-
bi in monte monſtratum eſt.* Et quod illud, ſodes, Exod. 25.
exemplar quod inſpicere Propheta iubetur? 40.
quod ante à Domino acceperat, atque animo
ſuo inſcripſerat, nunquam eradendum, quare
inſpicere illud iubetur, ac ſecundum illud ope-
rari? Venerabilis Beda cum Strabo, per Cande- Beda & Strabus in Exod.
labrum illud, cuius ſeptenæ lucernæ Sanctum
illuſtrabant, Chriſtum intelligunt, de cuius late-
re in Caluario Sacramenta fluxerunt, hic ita-
que in Cruce eleuatus, inſpiciendus oſtenditur,
vt quæ in eo charitas, quæ obedientia, quæ vir-
C tus inuenitur, imitatione complectatur, idque eo
certius atque efficacius, quo tanti candelabri ful-
gore oculis colluſtratis, quæ videnda ſunt ho-
mo videat, atque ad ea, quæ viderit, imitanda
conualeſcat.

Hoc certè ſpectaſſe dicendus eſt S. Auguſti- S. Auguſt.
nus dum homil. 1. in natali S. Cypriani ſic loqui- hom. 1. de S. Cypr.
tur: *Chriſtus ipſe eſt botrus, quem duo exploratores in
phalanga, ad filios Iſrael propriis humeris detulerunt:
quod quidem factum iam tunc præfigurabat aduen-
tum Domini Saluatoris. Nam botrus in phalanga ſuſ-
penſus, in Cruce Chriſtus appenſus oſtenditur: duo au-
tem portantes in phalanga vnam, duo populi demon-
ſtrantur, Chriſtianus vtique, & Iudæus: hic prior non
videt quod portat, Chriſtianus verò ſequens populus
D Chriſtum ſemper oculis aſpicit, ſemper cuſtodit obtuti-
bus, & quadam graduum ſuorum vicinitate comple-
ctitur, & quanto eum ille populus prauo itinere poſt ſe
relinquit, tanto eum iſte directo curſu feſtinat attin-
gere.*

Quare idem Doctor ad nos, qui ex beato S. Auguſt.
hoc populo cenſemur, conuerſus, libro de virgi- de Virg.
nitate ex ardentiſſima ſua diuini amoris phare-
tra ſequentia verba depromens ſic vrget: *Inſpice
itaque vulnera pendentis, ſanguinem morientis, pre-
tium redimentis, cicatrices reſurgentis, hæc quanta
ſint cogitate, hoc in ſtatera cordis veſtri appendite, vt
totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus
eſt in Cruce.*

Neque his pius Doctor acquieſcens, præter
homi-

hominem & Patrem quoque cœleſtem ad idē ſpectaculum non metuit inuitare, ita enim loquitur cap.6. meditat. *Reduc Domine, Deus meus oculos tuæ maieſtatis ſuper opus ineffabile pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extenſum, terne manus innoxias pio ſanguine manantes, & remitte placatus ſcelera, quæ patrauerunt manus meæ, conſidera inerme latus crudeli perfoſſum cuſpide, & renoua me ſacro fonte, quem inde credo fluxiſſe: vide immaculata veſtigia, quæ non ſteterunt in via peccatorum. ſed ſemper ambulauerunt in lege tua, duris clauis confixa, & perfice greſſus meos in ſemitis tuis. Ita S. Auguſtin.* quē ſuus hic in Chriſto pater ac magiſter *Ambroſius* ante præceſſerat, cum ſcripſit: *Multa Domine feciſti pro me, & non genuflexi: feciſti me, & mundum feciſti propter me, & non genuflectens adoraui te, at poſtquam te vidi pro me Crucifixum, ſtare non potui, ſed tantò pondere amoris victus adoraui te.* Nec ſolum hinc adorandi eum, naſcitur occaſio, ſed & e- moriendi pro eo. quod de B.N.P. Ignatio Ioan. Petrus Maffeius l.3.cap.3. ſic teſtatum reliquit: quoniam acerbiſſima Chriſti mors pro ſalute generis humani obita, Ignatio ſemper obſeruabatur, viciſſim ille pro Chriſto, per ſummos cruciatus quotidie cupiebat millies mori.

S. Auguſt. in med.

S. Ambr.

S. Ignatius Loyola.

Et hi magni illi, lectiſſimique fructus, quos Chriſti de Cruce pendentis effigies piis oculis oppoſita, progignere ſolet: nec illos Matri Eccleſiæ incognitos crediderim, ſed clare admodum perſpectos, cum, *teſte Auguſtino Viuizano lib. 2. cap. 13. de ritu* SS. Crucis ſtatuerit Summo Pōtifici, Legatis, Patriarchis, Archiepiſcopis præferendam Crucē, imaginis Chriſti facie ad illos cōuerſa. Meminerat ſane huius optimę ſanctiſſimæque conſuetudinis B. Albertus magnus, dum ſacram Crucifixi effigiem ipſe in Eccleſia Colonienſi loco ſublimi ſtatuit, eamque iam Epiſcopus factus conſecrauit, centum & quadraginta dierum indulgentia illam adorantibus ab Epiſcopo Recanatēſi, Nicolai V Legato in perpetuum impetrata.

Quare Cruxe Papę, Legatis, Patriarchis & Archiepiſcopis præferatur Crucifixi facie ad eos conuerſa?

Et debuit profectò res hæc diuinæ maieſtati placuiſſe vel maximè, cum eam & ipſa per ſe docuiſſe, ac commendaſſe amicis inueniatur non paucis, teſtabitur id vnus è multis Petrus Iuſtinellus è Societate Ieſu vir præclarus, qui Caſtilione anno 1630. 31. Iulij deceſſit è vita, de quo ita Philippus Alegambe in Catalogo: vnū non amplius annum natus paruulus; graui morbo affixus cunis, ſupinos oculos in pendentis è muro Crucifixi Seruatoris effigiem defixerat, cùm à matertera, femineo, vt fit, affectu, non reſponſi extorquendi ergo interrogatus, quid intueris, fili? verbis bene pronunciatis disertè reſpondit, dicens ad aurium admirationem: intueor etiam Dominum noſtrum paſſum eſſe.

P. Petrus Iuſtinellus.

Quis hoc puſionem iſtum docuerat? niſi ille, qui ſe, ſuamque Crucem oculis noſtris aſſiduè cupit eſſe obiectam.

Sed qui oculos impendi ad hanc videndam A imaginem deſiderat, aures non minus arrigi ad audiendum, quod dixerit, commendat: neque enim ſemel, aut iterum, ſed ſæpius è Cruce locutus fuiſſe Saluator inuenitur, nunc ore ſuo ſacratiſſimo Concilium Vittonienſe confirmandō, nunc Petrum Veronenſem conſolando, nunc Thomam Aquinatem in Doctorem ſuum adſciſcendo.

Non oculis tantum, ſed & auribus honorandus Crucifixus.

Quod etiamnum, credo non omitteret, ſi attentos atque beneuolos auditores nanciſceretur, diceretque fortaſſis, quod Baſilio cuidam ſacerdoti Narbonenſi, ante Crucem oranti dixiſſe legitur: vos omnes operti eſtis variis indumentis, & me iugiter nudum aſpicitis. O filij de- B generes! quantum à paternis exemplis deflexiſtis! vſquequo ingemiſcitis, eo quod exſpoliari non vultis, ſed ſuper veſtiri? & me iugiter nudū aſpicitis.

Baſilium Narbonenſem *alloquitur Crucifixus.*

Conſilio itaque B. Petri Card. Damiani auſcultet, quiſquis nouus homo eſſe deſiderat: habeatur, inquiebat ille, Chriſtus in corde, habeatur in operatione ſignaculum, & eius in nobis ſemper viua memoria ſubrigentium cogitationum praua molimina compeſcat, & in his quæ exterius agimus, Crucifixi imaginem exhibeat euidenter. *Serm. de Caſſian. Mart.*

Intellexere id certe, quotquot inſigniter Crucifixum amaſſe iudicati ſunt, de S. Gertrudę C legimus, cum die quadam piè admodum è Cruce ſponſum pendentem contemplaretur, hæc ſibi ab eo dici percepiſſe: *ſcito filia, quoties einſmodi Imaginem ſyncera mentis intentione quis intuetur tam benigna illum miſericordiæ à Domino reſpici, vt anima ipſius tamquam lucidum ſpeculum ſuſcipiat in ſe, ex diuino amore valde delectabilem imaginem, vndè tota cœleſtis curia ex eo delectetur.* lib. 3. Inſinuationum diuinæ pietatis cap. 41.

S. Gertrudis *in cultu Crucifixi laudata.*

Aliàs cum eadem Virgo cœleſtibus rebus intenderet hanc à Deo inſtructionem accepit: *quoties ſe homo ad Crucifixum dirigit, æſtimet in corde ſuo Dominum Ieſum blanda ſibi voce dicentem: ecce quomodo amoris tui cauſſa, pependi in Cruce nudus, & deſpectus, toto corpore vulneratus, nec non per ſingula membra diſtentus. Et iam tali dulcedine charitatis afficitur cor meum erga te, vt, ſi ſaluti tuæ expediret, &* D *aliter ſaluari non poſſes, iam pro te ſolo vellem omnia tolerare, quæ vnquam æſtimare poſſes me toleraſſe pro toto mundo. Vnde tali meditatione ad gratitudinem excitet homo Cor ſuum, quia veraciter nunquam contigit, ſine prouidentia Dei aliquem videre Chriſtum crucifixum. Ergo ſine culpa eſſe non poteſt, ſi Chriſtianus iam ſumptuoſum ſalutis ſuæ pretium quaſi ingratus vilipendat, quia nunquam eſt ſine fructu, cum quis pia intentione aſpicit Crucifixum: Ibidem.*

Chriſtus inſtruit S. Gertrudem *circa cultum* Crucifixi.

De B. Angela Fulginate ſcribit vitæ auctor cap. 1. cum aliquando ex Deo quæreret, quid agere poſſet, quo ei maximè placeret, ipſum pro ſua in eam pietate apparuiſſe in forma ac ſpecie Crucifixi, ac iuſſiſſe vt reſpiceret in plagas ſuas, quo facto, legit in eis omnia, quæ ſuſtinuerat

B. Angelæ Fulginati *apparet Crucifixus.*

pro

Digitized by Google

pro illa:nec mirum, *parui namque apices*, vt inquit S.Hieron.in cap.6.ad Gal. *& magnæ litteræ, quia in litteris magnus ſenſus.*

Et bene, neque enim dubitandum eſt quin piis oculis liuor ille, illa vulnera, ille ſanguis pro triumphalibus litteris ſint. Intendat modo in eas oculorum aciem pietas, leget profecto in eis titulum victoriæ, pugnæ pretium, belli magnitudinem, virtutem Ducis, lauream triumphi: quod eidem Angelæ ipſemet Crucifixus explicuit, dicens, *quicumque vult inuenire gratiam non leuet oculos à Cruce.* cap.10. Id ante non obſcurè docuerat ſuauiſſimus Bernardus, loquens in hunc modum: *Habete illum ſemper non retro in humeris, ſed ante præ oculis: ſi enim ante oculos habueritis, quem portatis, pro certo videntes anguſtias Domini, leuius* B *veſtras feretis.* Ser.43.in Cant. & quibuſdam interiectis: *Hæc meditari dixi ſapientiam, in his Iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, hæc mea ſublimior Philoſophia, ſcire Ieſum & hunc Crucifixum: non requiro ſicut ſponſa vbi cubet in meridie, quem lætus amplector mea inter vbera commorantem. Non requiro vbi paſcat in meridie, quem intueor ſaluatorem in Cruce. Illud ſublimius, iſtud ſuauius, vel par atius, habete illum ſemper, non retro in humeris, ſed ante præ oculis; ne portantes, & non adorantes, & onus premat, & odor non erigat.*

B Agnes Politiana ad oſculandum Crucifixum ſuſtollitur.

Cognouiſſe id debuerat B. Agnes de monte C Politiano, cuius omnis voluptas ac gaudium in contemplando Crucifixo ſitum erat, aliquando enim à domeſticis viſa eſt ante Chriſti imaginem Cruci affixi, in altum precabunda ſuſtolli & pedes imaginis, quæ ſublimis pendebat, oſculari, eleuante Domino ſponſam ad dilectiſſimi ſponſi ſui amplexus. Ita *Seraphinus Razzius*: quid vero ibi audierit, quam attentis auribus diuinæ vocis ſuſurros exceperit, nouit illa, quæ tãta exinde religione ſponſo ſeruiuit: forte non abſimilia his fuerint, quæ nonnemo in hunc modũ ſcripta reliquit:

O homo, vide quid pro te patior,
Ad te clamo, qui pro te morior:
Vide pœnas, quibus afficior,
Vide clauos quibus confodior.
Non eſt dolor, ſicut quo crucior,
Et cum ſit tantus dolor exterior,
Intus tamen dolor eſt grauior,
Tam ingratum cum te experior.

Addam & methodum, quam hîc nouus homo exerceat:

Methodus Imaginem Crucifixi venerandi.

In diuinum Verbum oculos coniice, non ſolum propter te incarnatum ac corporatum, ſed & Crucifixum, atque auſculta quid tibi dicat, dolorem ſuum, eiuſque cauſam explanans: exinde corpus conſidera cum Auguſtino, quomodo habeat caput inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad te diligendum, brachia extenſa ad te amplexandum, & totum corpus expoſitum ad te redimendum.

Cum hac conſideratione Intellectus, tres A affectus voluntatis coniunge, primum gratiarum actionis. Secundum contritionis ſuper peccatis, quæ Chriſtum crucifixerunt. Tertium, petitionis efficaciæ Paſſionis & ſanguinis eius, quibus non mediocris Dei ac Domini noſtri fauor, gratiaque obtinetur: quod & innuiſſe non rarò diuina bonitas viſa fuit, quando ſignis variis atque prodigiis id ipſum promouit, dataque commoditate prouexit.

Conſtantinopoli in templo S. Sophiæ vetuſta pietas in pariete depinxerat hiſtoriam Chriſti patientis, cuius aſpectu Chriſtiani oculi non magis ſe paſcere, quam mentem poſſent inflammare; ſed Turcæ occupata vrbe, & templo, induxerant cruſtam ex illita calce. Superuenit autem B terræ motus; ille, inquam, quo, lapſu domorum, turriumque tredecim hominum millia interempta ſunt, cuius nec templum exſors fuit, ſed non in parietum ſtrage, ſed tectorij caſu quo Crux Chriſti, reliquique eiuſdem cruciatus qui antè iſtic depicti viſi fuerant, nunc vero obducti latuerant, denuò apparere cœperunt.

Quare his, aliiſque ſimilibus noui homines incenſi non pauci, totos ſe in Crucifixi contemplationem dedidere, ſat gnari, non poſſe id eſſe non ſanctum Deoque longè gratiſſimum, ſibique proficuum quod tantis impendiis ac ſignis commendaretur.

C Præiuit Magdalena Maſſilienſis olim aduena, dum in ſolitudinem ſe recepit.

B. Maria Magdalena Crucifixi Cultrix.

Mons eſt in Prouincia, ab Oriente Niciam, ab Occidente Maſſiliam, à Meridie mare, & à Septentrione habens Auenionem, hic ad altitudinem trium millium paſſuum aſſurgens, iubam gerit lapideam, ſub qua ſpelunca clibani formam præ ſe ferens, idoneum præbet hoſpitibus ſeceſſum, quem vbi Maria Angelico auſpicio detexiſſet, rata ſibi fore contemplandis dilecti amoribus opportunum, ingredi non dubitauit; ſed eccum lucem inter & tenebras Draconem ingentem, multo viperarum agmine ſtipatum, qui ſolitariam tantum non inuadere ac deglutire properabat. Expalluit Magdalena, ſed D illico in auxilium Deo ſuppliciter inuocato, adfuit Michael, qui malignis ſpiritibus congreſſus, omnes in fugam compulit, Crucemque in ore ſpeluncæ erexit, caue, inquiens, ne extimeſcas in poſterum, quia cuſtos tui eſt altiſſimus: Crucem itaque complexa ea die, ac nocte ſequenti, viſum denique ad ipſam leuauit, coloris, vt videbatur cryſtallini & tadiis fulgentibus coruſcam, vnde cum vehementiſſimi in ſe amoris flammam perſenſiſſet, ecce tam læta & iubilans Angelorum turba adfuit, vt cæli gaudia prælibare videretur: atque ita triginta ipſos annos ante Crucem hanc, vitæ Chriſti, mortiſque meditationibus ſuauem tranſegit, ſat gnara omnis iſtic vitæ melioris exempla in illuſtri poſita documento, inueniri, cuius ipſa eius verba teſtimonium ferunt, quæ certo quondam oraculo Fratri

tri Eliæ ſanctiſſimo viro apud Baronium, edidit in hunc modum : *in ipſa Cruce myſteria cuncta Chriſti videbantur, ibi Annæ & Ioachim hiſtorias, ibi Mariam Ieſum meum mihi parientem, ibi Crucifixi tetrum linorem, ibi pium ſanguinem, ibi Crucem ac mortem eius dabatur intueri.* Siluester prieras feria 5. poſt Paſcha. Tanti erat in vaſta hac ſolitudine pios oculos à Crucifixo nunquam amouere.

B. Roſalia Crucifixi effigiem venerabatur.

Imitata Magdalenam dupliciter B. Virgo Roſalia fuit, illa, inquam Sinibaldi Quiſquinæ & Roſarum Domini innocentiſſima olim filia, quæ mundi pompas & regales nuptias aſpernata, paternam ac regiam deſerens domum, in maximè deſertam ditionis ſuæ partem iter ſola ſuſcepit, ſed vitæ comites Angelos habuit. In monte ſpecum ſibi virgo delegit, & quaſi ſpeculam, è qua continenter ad tutelam virginitatis excubaret; hic herbarum radicibus, & rore cæleſti victitans totam ſe orationi ac meditationi dedit, Crucem & Crucifixū ſemper in oculis; ſemper in mente habebat: Crux erat & in ea pendens lilium inter ſpinas, hoc eſt rex dolorum in regno ſuo, cuius in aſpectu Roſaliæ Cor transfigebatur, vt amoris iaculo ſauciata, ſanguinem cordis, lachrymas per oculos, amoris vulnera profunderet. Hoc erat ei ſolatium ſolitudinis celebrare frequenter ſacras nuptias, ſed ſponſi ſanguinis nuptias, in quibus paranymphus erat dolor, & pietas pronuba, cumque ei non liceret ſanguinem pro dote, perſoluere, lachrymas offerebat, quamquam ſanguinem quandoque pro ſanguine reddebat, quo virgineo candori corporis interfuſo, concolor fiebat ſponſo candido & rubicundo.

Hic fructus eſt, quem religioſus oculorum iactus, ex ara Crucis, quam cæleſtis agnus imbuit, colligere ſolet.

S. Eliſabet. intuitu Crucifixi conuerſa ad modeſtiam.

Neſcio quam eiuſdem luminis radius in palatina muliere Regis Hungariæ filia ac Thuringiæ Principis vxore B. ſcilicet Eliſabetha clarius eluxit, ſolemni hæc die, pretioſis induta veſtibus, aureamque capite geſtans coronam templum ingrediebatur, vbi mox vt crucem vidit, Chriſtique in ea pendentis effigiem, penitiſſimè compungi cœpit, ſecutæ ſunt lachrymæ, gemitus, ſuſpiria, quæ vehemens crucifixi conſideratio exprimebat: quod cum Deus & ſaluator ſuus moreretur cruci affixus, ipſa gemmis, auro purpuraque fulgeret, ipſius caput corona ſpinea redimiret, ſuum aurea ambiret, ille ab amicis deſertus, à deriſoribus vero circumſeptus eſſet, ipſi autem famulæ & ephæbi plures adeſſent. Me miſeram! dicebat tacita, me infelicem! ſic veſtigia eius ſequor, qui me cum non eſſem creauit, cum periſſem, ſuo ſanguine reſarcinit?

Tantum autem in Eliſabetha hic valuit oculorum obtutus, hæc Chriſti patientis deſtinata cogitatio, vt deſtituto viribus corpuſculo, ac facie tota in pallorem verſa, repente regia mulier A & generoſi ſpiritus heroina, velut exanimis ſit prolapſa in terram.

Quæ cum elata foras, multo ſuorum labore, tandem ſui compos reddita eſſet: I purpura, inquit, rectius me ſanguis ſponſi crucifixi pinget: ite gemmæ, nobiliores in crucifixi plagis inuenio; abi gratis ex auro Corona, in poſterum roſas mihi è ſpinis Capitis crucifixi nectam. Tollite mollia lecti toralia, placet magis nodoſæ crucis, qui crucifixi ſponſi eſt, lectulus floridus.

Deſine Eliſabetham aulicorum cohors: accedite dolorum crucifixi Sponſi ante ambulones, laterones, pediſſequi.

Hæc ſiue dixit, ſiue cogitauit Eliſabetha, efficax fuit, B tam cordis quam oris elocutio. Nam illico terram ſpreuit, cælum adamauit, vanitati nuntium remiſit, pompis aulicis valedixit, & quæ fuit, eſſe deſiit, crucifixo, quem deinde vnice adamauit, quam ſui facta ſimilior.

Noſſe profecto hæc poterat ſupereminentem, quæ in Chriſto Ieſu crucifixo eſt, ſcientiæ charitatem, quique in eo reconditi ſunt, ſapientiæ theſauros.

V. Catharina Genuenſis.

De B. Catharina Genuenſi octo circiter annorum puellula, tradit vitæ auctor, piam Chriſti patientis effigiem ſeruare ſolitam, ad quam ipſa quoties cubiculum ingrederetur, memores oculos conuertebat; vnde factum, vt dum cruciatus Domini ſui oculis delibans expenderet, ſta- C tim eorundem conſortium adiret. Beati oculi, qui cor ſuum tanta didicerint felicitate beare! quin & accidebat non raro, vt oculis ex hoc aſpectu inflammatis, exclamaret: *non amplius peccatum, non amplius.*

B. Catharina Bononienſ.

Verumquid de altera Catharina, quam Bononienſem nuncupant dixerimus? hæc inter varios, quos à cæleſti ſponſo fauores non rarò accipere ſolita fuit, hunc non poſtremum numerabat: Orabat Catharina, & ecce Sponſus adeſt, tibi, inquiens, filia, vt maiorem, quam ante hac, à me gratiam ineas, non dies elabatur, qua non, vti cœpiſti, animum ad paſſionem meam conuertas, & alios vt id præſtent, exhorteris. *In Vita.*

B. Birgitta.

D Idem perſpicuè colligitur ex Regula Saluatoris, quam Dominus B. Birgittæ dictaſſe legitur, vbi inter cetera ſic loquitur : *Si qua ad Religionem ſuſcipi rogauerit, introducat eam Epiſcopus in Eccleſiam, feraturque ante illam vexillum rubeum, in quo Imago corporis mei paſſi depicta ſit, vt aſpiciens noua ſponſa ſignum noui ſponſi in cruce paſſi, diſcat patientiam & paupertatem.*

B. Rita.

Nec minus hac ſe in parte præſtabilem reddidit B. Rita de Caſſia vidua quæ vniuerſos cubiculi ſui angulos memoriâ locorum Paſſionis & mortis Chriſti deſignauit, & ad ſingulos ſucceſſiuis horis oculos conuertens, à contēplatione myſteriorū crucis nunquā vacabat. *In Vita.*

Felici-

Mulier VVeſtphala.

Feliciter planè, atque ex voto cœleſtium geniorum iucundè ceſſiſſe id VVeſtphalæ cuidam mulieri annales noſtri teſtantur. Catholica hæc erat, & vanitati, mundoque muliebri augendo mirum in modum addicta, duos autem filios diſciplinæ noſtræ tradiderat, bonis artibus imbuendos, qui videntes matrem ad ſpeculum ſeſe curioſius comentem quotidie, Crucifixi ſui iconem ex arula acceptam, materno ſpeculo appenderunt: quo ſpectaculo illa permota, atque in Saluatore vulnerato, quaſi in cryſtallo fœditatem ſuam conſpicata, vitæ prioris pertæſa hæreſin eiurauit, moreſque cōpoſuit, à filiis nouæ vitæ ſelicius reddita, quam eos ipſa in hanc lucem fuerat enixa. *Litteræ Ann. 1599. Coll. Monaſterienſ.*

Vxor Tigranis maritiobſeruantiſſima.

Neque id cuiquam nouum aut paradoxum videri debeat, cum reperta fuerit inter gentiles non vna, quæ minori longe deuincta beneficio, oculos à marito numquam auertiſſe inuenitur: Auctor eſt Xenophon Cyrum regem Perſarum atque Medorum, à Tigrane filio regis Armeniæ, quem bello ceperat cum vxore petiuiſſe aliquando, ecquid tandem pro cariſſimę Coniugis litro expendere decreuiſſet? cui ille reſpondit: libenter vitam dabo: quod adeo Cyro placuit, vt omni ſimultate depoſita, ambos ſua donauerit libertate, quare Victori ac benefico Regi gratijs ſolemnibus actis, dum redirent, interrogare coniugem Tigranes, quid ſibi de regis forma ac pulchritudine qua is prędictus eſſet, videretur. Ad quæ vxor: quis, qualiſue is fuerit, prorſus ignoro: non enim ad Cyrum oculos meos conuerti, ſed ad illum ſolum, qui vitâ ſuâ me redimere velle dixit. Ad tantam debitæ gratitudinis præſtantiam deuenit mulier gentilis, qua decima, quæque inter Chriſtianos ſerò pertingit; vtinam tandem vel illæ omnes, quæ vitam nouam ſibi deſpondiſſe lætantur, interrogatæ quid ſibi de mundi huius ſpecie, figuraque videatur; reſpondeant, quis ac qualis mundus ſit penitus neſcio, neque enim rerum creatarum formæ, aut ſpecies, affectionem meam vnquam rapuere, ſed amor eius vnicus, qui non ſolum mihi vitam ſuam redimendo obtulit, ſed in Cruce poſuit, poſitâq; redemit. Hoc certè omnes illas ſapuiſſe, ac probaſſe exploratum eſt, quotque paulo ante ex varia gente ac natione produxi, dignas plane, quas ceteræ omnes magno ſtudio ſequātur.

Antiquitas Cultus imaginum Crucifixi.

Et verecundari quidem meritò hic viri poſſent, niſi quam infirmior ſexus viam inſtitit, & ipſi eandem generoſè decurrere viderētur, quod ſanè ex eis plurimi, & antequam mulierum pietas eo ſe inferre præſumeret, dignè ac laudabiliter præſtiterunt, hominem ex Phariſæis à Chriſto conuerſum Nicodemum nomine Principem Iudæorum teſtem adduco, virum integerrimum ac Domini ſui Doctoriſque amore incenſum, vtpote quem vnà cum Ioſeph ab

Nicodemus *iconem Crucifixi ſculpſit.*

A Arimathæa de cruce depoſitum allata mixtura myrrhæ & aloes, quaſi librarum centum magnificè ſepeliuit, hic itaque ne vnquam Saluatoris ſui, quem in Caluario Cruci ſuffixum

Crux Berytenſis.

emori conſpexerat, memoriam obliuioni traderet ac ſemper præ oculis haberet vt erat ſculpendi arte peritiſſimus, varias eiuſdem de Cruce pendentis icones integram Chriſti habitudinem referentes ſuo celo expreſſit, quibus tàm ſuam, quàm amicorum, dum vixit, pietatem in Crucifixum Dominum aluit ac fouit, quarum vnam, maiorem crediderim, quam hactenus ſibi ſeruauerat, cum ſupremum ſibi diem inſtare cerneret Gamalieli, Doctoris olim gentium Apoſtoli magiſtro legauit, qui Iacobo eam re-

B liquit, hic vero Zachæo ac Simeoni, à quibus culta atque in honore habita fuit, donec anno 43 poſt Chriſti in cœlos abitum, biennio verò antequam Romanis armis Hieroſolyma excideretur; Chriſtianis vrbe excedere à Sp. Sancto iuſſis, Berythum in Syriam auecta fuit, vbi Chriſtianus quidam ex aduerſo lectuli ſui eam collocauit, verum ex domo illa digreſſus, imagine ad tempus iſtic relicta, nouus illius hoſpes Iudæus Iconem conſpicatus, variis eam iniuriis afficere, atque iiſdem quibus maiores ſui Chriſti perſonam afflixerant, effigiem lacerare occepit, vnde ſanguine multo ſtillare illa & fluere viſa, quo ægri, cæci, claudi plurimi ſanati, ac Iudæi omnes qui aderant ad fidem conuerſi

C ſunt. Ita S. Athanaſius Alexandrinus Epiſc. lib. de Paſſione Imag. qui in 7. Synodo Oecumenica Actione 4 citatur.

Alia vero eiuſdem Nicodemi Imago Chriſtum in Cruce patientem repræſentans Lucam Hetruriæ vrbem allata fuit, quæ auream & Imperatoriam coronam habet in capite, & tota à Nicodemo, occulto Chriſti diſcipulo, efficta traditur, excepto vultu, quem diuina manu effigiatum dicunt, vnde à multis *vultus ſanctus* appellatur. *Boſius l. 6. c. 11.*

Atque hoc tam illuſtri, ac probo auctore primis illis temporibus inchoato myſterio, nil mirum per vniuerſam paulatim Eccleſiā diuulgatum fuiſſe, adeo vt non temerè S. Athanaſius,

D teſte Franciſco Turriano collegerit Galatas Chriſtianos ex doctrina Pauli, Crucifixi imagines apud ſe habuiſſe, idque ex illis verbis Apoſtoli: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus.* Depictus legit S. Athanaſius, cui multum fauet vocabulum Grecum προεγράφη, quo vtitur Paulus, quod, vt Turriannus ait, potius ſignificat prædelineare, & ante oculos depingere quam præſcribere. Perinde igitur eſt, ac ſi diceret Apoſtolus, quorſum circumcidimini, ſi Chriſtum crucifixum prædicatis, & imagines Crucifixi ante oculos poſitas habetis, quæ vos delirij coarguunt.

Galat. 3. 1.

Idem ex Tertulliani Apologetico, ac S. Iuſtini

Digitized by Google

ſtini dialogo, primis illis Chriſtianis in more fuiſſe liquido comprobatur, cui Deus ipſe ſtimulum maximum roburque adijcere viſus eſt, cum varijs temporibus ac locis in eadem ſpecie, atque figura hominibus apparere dignatus eſt. Ita enim in actis legitur S. Procopij Martyris, alias Neaniæ nuncupari, qui vt alter penè Paulus Apoſtolus à Chriſto Domino ad veram fidem vocatus eſt: dum enim magna militum manu ſtipatus, à Diocletiano Imperatore miſſus Chriſtianos perſequeretur, apparuit illi in itinere prope Apameam Syriæ vrbem, Cruci cuidam, cryſtalli inſtar, lucidiſſime ſuffixus, & ex perſecutione S. Eccleſiæ, ſtrenuum defenſorem, glorioſumque martyrem effecit. Qui ſtatim vt ad vrbem Scythopolin appulit, crucem auream & argenteam cum crucifixo, ad illius ſimilitudinem qui in itinere illi apparuerat, ſibi conſtrui curauit, eandemque pro pietate ſua collo appenſam geſtare cœpit.

Procopij Conuerſio.

Idem Placido exercitus Traiani Imperatori ſummo ductori accidit, qui in baptiſmo poſtea Euſtachius eſt appellatus. Huic die quadam ad venationem incumbenti, Chriſtus Dominus inter cerui cuiuſdam cornua, in ſplendidiſſima Cruce ſuffixus apparuit, ad ſanctam ſuam fidem illum inuitans, atque conuertens, pro qua martyr quoque occubuit. *Simeon Metaphraſtes. S. Ioan. Damaſcenus*, &c.

S. Placido apparet Crucifixus.

Idem B. Huberto Ducis Aquitaniæ filio, necdum Chriſtiano euenit. More hic veterum Nobilium in Arduenna ſilua, venatione ſe exercebat, cum ecce præclaræ magnitudinis Ceruum è latebris erumpentem, ſeſeque ob oculos Huberti liberrimè collocantem, hærebat in mediu cornuum, inter explicatos belluæ ramos Chriſtus crucifixus, hos ab ore ſermones effundens: quamdiu Huberte, quamdiu, inquam, in captandis feris occupabere? ſemperne obliuiſceris te ideo eſſe conditum, vt Deum tuum cognoſcas, illum ames, eoque in æternum potiaris? Ecquid ergo ſaluti tuæ conceſſum tempus, ita nullo tuo commodo profundis? Cecidit ad hæc, quaſi à ſereno cœlo ad vitam fulminatus Hubertus, & cum illud Sauli identidem repeteret: *Domine quid me vis facere?* ad Lambertum miſſus eſt catechiſmo inſtruendus. *Ioan. Roberti in Hiſt.*

S. Hubert.

Nec abſimile eſt, quod de S. Menulpho refert vitæ eius ſcriptor, dum radiantem ab illo viſum inter Cerui cornua Crucifixum denarrat.

S. Menulphus.

Ex quibus liquere ſat arbitror quomodo priſcis illis temporibus Cœleſtium ſenſus, cum terreſtrium pietate conſpirarit.

Illud tamen animaduertendum, licet à variis ſic Cruces cum Chriſti effigie illis affixa ſculperentur, aut pingerentur, in multis tamen locis Chriſti fideles magna fuiſſe circumſpectione vſos, in perſona Domini Cruci appingenda, ethnicorum infirmitati nonnihil indulgentes, qui oratoria ipſorum quandoque ingredientes, vt doctrinam Euangelicam audirent, cum ibi crucifixi hominis imaginem adorari conſpicerent, cuius ſimilitudinem fortaſſis eo ipſo die in ſceleſtiſſimorum hominum ſupplicio viderant, grauiter offenſi, & ingenti horrore perculſi, inde ſe proripiebant. Quapropter vt eos ad ſalutis noſtræ myſteria paulatim aſſuefacerent, quæ in Chriſti Domini Cruce ac morte conſiſtunt, nudam Crucem ſine Crucifixo pingere, ac ſculpere ſatagebant, Crucis baſi appoſito Agno, figura ſcilicet innocentiſſimi illius Agni, Chriſti Ieſu, qui pro noſtra omnium ſalute in ara Crucis voluit offerri.

Verum libertate ac pace à magno Conſtantino Eccleſiæ reddita, ipſaque ab eo crucifixione ſublata, paulatim cœpit prior illa conſuetudo nudas Cruces ſine Crucifixo pingendi, & ſculpendi diminui. Vt de temporibus ſuis teſtatum reliquit *S. Auguſtinus* lib. 2. de viſitat. Infirm. cap. 3. in hunc modum: *adiicitur ſuper Crucem quædam hominis inibi patientis imago, per quod ſalutifera Ieſu Chriſti nobis renouatur paſſio. Hanc complectere humiliter, venerare ſuppliciter.* Manſit tamen alicubi, vt fieri ſolet, prior inolita conſuetudo, donec tandem Sexta Synodo Conſtantinopoli congregata, Agathonis Papæ, & Conſtantini Imperatoris cognomento Pogonati temporibus, circa ſalutis noſtræ annum 880, Patres qui eidem interfuere concilio, conſiderantes gratiæ datorem Chriſtum Dominum aduenisse, in quo omnes teſtamenti veteris figuræ, & vmbræ terminauere, ideoque non amplius opus eſſe figuris, expreſſo ad id condito Canone, ſanciuerunt, vt pro Agno, qui antè Cruci appingi conſueuerat, Saluator noſter pro nobis Cruci affixus in forma humana appingeretur & ſculperetur. Vt S. Ioan. Damaſcenus in fine tertiæ orationis de Imaginib. auctor eſt, quem Canonem Hadrianus Papa primus in ea epiſtola, qua Taraſio Patriarchæ reſpondet, admittit, & magnis laudibus extollit.

Quando Cruce in forma humana affixus Chriſtus cœperit appingi.

Et vero plurimis in locis portentoſi Imaginum Chriſti, in cruce patientis, exortus, id ipſum adſtruere comprobateque viſi ſunt. Ac talis in Hiſpania Crucifixus ille eſt, vulgo, *el Crucifixo de la Cepa*, quem vrbs Valliſoletana cuſtodit, ex vitis cuiuſdam ſtipite prognatum, nulla prorſus humana arte aut induſtria politū ſed ab ipſa natura ſimpliciter productum. Habet hic in capite promiſſam Cæſariem, vt veteres paſſim deferre conſueuerunt, ſub axillis pilos, ac mento prominentem barbam, capillis ex eodem ligno tanta ſubtilitate conſtructis, vt plane naturales eſſe videantur. Aſſeruntque qui propius eum viderunt neſcio quid diuini in vultu, & Maieſtatem quandam adeo venerabilem, ac tremendam præ ſe ferre, vt timore ac deuotione corda illico repleat eorum, qui aciem

Crucifixi imago prognata ex vite, nuco, &c.

oculorum in eum intendere conati ſunt.

Eiuſcemodi quoque vnus Coloniæ Agrippinæ viſitur in ſacello B. Mariæ Magdalenæ, apud albas Dominas, qui ex arida maceria iſtic anno 1230 enatus eſt, quem qui curioſis oculis explorat, deprehendit non eſſe lignũ, ſed radicem repræſentantem accuratè per omnia Crucem, Crucifixum Dominum, clauos, ſanguinem, barbam, & capillos. Ita Ægid. Gelenius in ſtaurologia Colonienſi, lib. 3. ſyntagmate 60.

Talis præterea Traiecti ad Moſam ſeruatur, qui ex nuce in pago Reymſt, Traiectum inter & Tungros enatus fuit: cuius hæc fertur origo.

Detulerat pius peregrinus Ieroſolymis redux nucem, quam in Caluariæ monte ex arbore collegerat, eamque filiæ donârat, quæ illam in prædio ſuo plantauit. Hanc, poſteaquam proceram creuiſſet in arborem, dum colonus exſcindere nititur, in medio eius Crucifixi imaginem deprehendit.

Capoccius Senenſis patientis Chriſti myſteria in vnguibus pinxit.

Quin & præeuntem Deum natura ſequatur. Capoccius Senenſis pingendi arte præſtantiſſimus, ad earundem, vt arbitror, rerum aſſiduam memoriam, in vtriuſque manus ſuæ vnguiculis, quidquid de Chriſti paſſione tradidiſſe leguntur Euangeliſtæ, tum res, tùm actus, tùm perſonas ſcitiſſimè delineauit, Crucemque cum omnibus, quæ eam circumſtant myſteriis ob oculos ſibi propoſitam ſtuduit circumferre. *Landinus ad Can. 29.*

Quæ naturæ, ſeu potius Dei in illa operantis exemplo, viri prudentia magni, ac vitæ ſanctimonia illuſtres, Chriſti patientis in Cruce ſimulachrum ſibi ac ſuis erigere, Deumque in eo ſuppliciter venerari mirificè ſtuduerunt, arbitrati quod res erat, fauſta hinc omnia ac ſalutaria debere promanare.

Carolus V. Cæſar.

Agmen ducat Imperatorum Chriſtianorum poſt Conſtantinũ Chriſtianiſſimus Carolus V Auſtriacus, qui cum è Belgio, ſoluens felici nauigatione Laredium, qui Cantabriæ portus eſt, appuliſſet, in genua procidit, tum ſinu educens auream Chriſti in cruce ſuffixi imaginem, eamque exoſculans dixit: *te duce toties, Chriſte cum hoſte feliciter congreſſus ſum, triumphos, atque honores reportaui, quidquid inde decoris ac laudis eſt, tibi, qui tribuiſti, ſubmiſſè refero, vtque animæ meæ breui ex hoc corpore migraturæ felicem exitum dones, ſubmiſſè rogo.* Franciſc. Hareus in Annal. ad an. 1556. Et huius quidem opem expertus ante vt piiſſimè fatebatur, non ſemel fuerat glorioſus Imperator, cuius vel vnicum nobis teſtimonium in præſentiarum ſufficiens erit: Videbat in Africana expeditione, quam præ manibus habebat, Hiſpanicæ nobilitatis, quæ plurima eam ſequebatur, Principes, de ſumma Exercitus præfectura ambitioſè anxios, & animo ſuſpenſos, cũ ab eorum aliquo interrogatus, quem tandem Capitaneum Generalem, vt vocant, renuntiaturus eſſet: ſublata coram omnibus Crucifixi

A Chriſti ſtatua: huic, inquit, cuius ego ſignifer ſum, quæ reſponſio cunctorum ſedauit animos. Et quis illud ſceptrum recuſet adorare? & Regi Chriſto æternam ſeruitutem profiteri? quando illi ſeruire regnare eſt.

Rudolphus Cæſar.

Et à quo id Carolum didiciſſe credendum eſt? à nullo ſanè extranei ſanguinis principe, ſed propinquitatis gradu coniunctiſſimo, Rodolpho ſcilicet Habsburgenſi; qui ampliſſimam Cæſarum gloriam primus in familiam ſuam, è qua natus Carolus, inuexit: huic itaque cum iam in Imperatorem electo Germaniæ Principes ſacramentum dicere recuſarent, eo quod ſceptrum regale abeſſet longius, ille Crucis lignum accipiens: en, inquit, ſceptrum meum, in eo nos omnes redempti ſumus; quis huic ſigno
B viuifico aliud quidquam præferat? Valuit ea pietas ad continendos in officio nutantes, qui mox cruci oſcula figentes, in verba Rodolphi iurauerunt, atque ita, regnauit à ligno Deus, & Rudolphus per Deum.

B. Thomas à Villanoua.

A Corona & Sceptro ad Mitram, ac Pedum digredior, hîc B. Thomas Villanouanus Archiepiſcopus Valentinus occurrit, quem ſuum ad crucifixum perpetuò refugium, ſiue propter remedium, ſiue conſolationem in arduis habuiſſe plures Hiſtorici tradunt. Annus agebatur M. D. L V cum die purificatæ in templo Virginis coram Chriſto in cruce pendente, ita precatus fuiſſe inuenitur: *Ieſu Domine, ac mei ſapientiſſime Gubernator, ni eſſes Deus meus, dicerem equi-*
C *dem, malè te mecum agere, permittendo vexari adeo à ſubditis meis, quibuſcum hactenus diem nullum quietum habui. Sed volo, mi Domine, quod tu, fiat voluntas tua.* Cui Crucifixus: *Eia fili mi, recipies conſolationem in die natalis Matris meæ ſecutumque miraculum fuit, manſit enim Crucifixi os apertum, adeo vt dentes nudati permanſerint, adeo viuè, vt peritiſſimi quique artifices eos nequiuerint imitari.*

S. Petrus Cœleſtinus.

Quantus vero fuerit crucifixi cultor S. Petrus Cœleſtinus, vel hinc in conſequentem vitam licuit augurari, quod dum adoleſcens coram Chriſti è cruce pendentis effigie pſalterium recitaret, ipſe Chriſtus de cruce exſcenderet, atque vnà cum eo ſuauiſſimè concinere non dubitaret. *Petrus de Aliaco Card. in Vita.*

Franciſcus Saleſius.

D De Franciſco Saleſio Gebennenſium Præſule ſcribit Carolus Saleſius tantis Crucifixi amoribus incenſum fuiſſe, atque ab eo viciſſim, tam præclaris atque illuſtribus diuinæ beneuolentiæ ſignis fuiſſe affectum, vt die quadam coram eo verba faciens, cœleſtibus inde radiis ad ſe directis in conſpectu omnium mirificè fuerit illuſtratus.

S. Dunſtanus.

In quo genere ſingulare, atque eximium eſt, quod de S. Dunſtano Cantuarienſium Archiepiſcopo Oſbertus ſcribit, ſacrilegos hic quoſdã inceſtoſque Clericos fidelium cætu remouerat, qui cum amicis plurimis, iiſque potentibus florerent patronis, Rex intercedere viſus eſt.

Quid

Quid agat Dunſtanus? animi dubius ad ſolitum ambiguæ mentis oraculum, Chriſti videlicet in cruce ſuffixi imaginem, quam ante oculos habere conſueuerat, aduolat, mutandane ſententia? de cælo inquirit: & ô! rem penitus admirandam, ex cruce, omnibus audientibus, Dunſtano Chriſtus reſpondet: *Ne feceris, ne feceris, rectè indicaſti, non rectè mutares.*

Marcellus Triflumi-genſis.

Non abſimile Marcello Trifluminenſi viro inter Capuccinos nominatiſſimo accidiſſe teſtis Zacharias Bouerius in Annalibus eſt, hic enim dum ante ligneam Chriſti crucifixi imaginem orationi incumbit, oculoſque in effigiem defigit, flamma ex ea erumpere adoleſcenti viſa eſt, quæ cordis ipſius intima penetrans, eum ad dictum ordinem pellexit.

S. Thomas Aquinas.

Vſque adeò fœcunda luminum Crux eſt, & qui in ea pendet Solem refert, ſub cuius aſpectum quiſquis venit; non niſi luce multa colluſtratus abcedat, quod S. Thomas Aquinas veritatis ille Philoſophus & Phœnix ingeniorum ac Princeps, abunde teſtatus eſt, cum ſiquid difficultatis aut tenebrarum in Theologicis ſtudiis, quibus operam dabat, occurreret, magna fiducia ad crucifixum ſoleret accurrere; notatum id forte Pariſiis fuit, vbi cum ventilaretur quæſtio ſuper accidentibus panis ac vini poſt conſecrationem remanentibus, eique præ ceteris eiuſdẽ deciſio commiſſa eſſet, ipſe in chartam coniectis, quæ ſibi viſa fuerant, ea ſtatim aræ impoſuit, & fixis in effigiem crucifixi oculis rogare inſtitit, vt ſiquidem vera ſcripſiſſet, probaret, ſin, aliquo itidem indicio, reprobaret. Sic precanti allata de Crucifixo vox eſt: *bene de me ſcripſiſti Thoma.*

Aliàs eidem dum concinnaret officium Corporis Chriſti, & Ouieti coram Crucifixo ſupplex oraret, eadem iſta verba repoſita ſunt, vnde in hanc vſque diem crucifixus ille S. Thomæ vocitatur.

Idem Neapoli contigit, cum tertiam Summæ ſuæ Theologicæ partem elucubraret: vti S. Antoninus, Ferdinandus de Caſtello, aliique teſtantur.

Francifcus Suarez. Soc. Ieſu.

Magnum profecto amantis Dei beneficium, & perenne caritatis eiuſdem monimentum, quod tanti Doctoris cultor P. Franciſcus Suarez è Societate Ieſu eximius Theologus non ignorauit, quem, ſi ſtudiis inhærenti quæſtio aliqua difficilior, noduſque implicitus occurriſſet, mox ante piam, Chriſti è cruce pendentis effigiem, diuinæ lucis radios à Patre luminum mutuari ſolitum legimus. Vnde factum, cum in altiſſima rerum ſublimium contemplatione defixus, diuinaque ſuauitate liqueſcens, nullo excitantium ſtrepitu ad ſe rediret. Accidit, vt Ianitor Suarij cubiculum, neſcio quid nunciaturus intraret, ac pedum comploſione ſtrepenti reſponſum nullum daretur, progreſſus vlterius, ſupplicem videt, ſupinis manibus ante Chri-

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A ſtum in crucem ſuffixum: vocat, alloquitur, veſte prehendit, ter denique manu impellit, nihil eiuſmodi ſentientem, adeo abalienato à ſenſibus animo diuinis rebus inhærebat. Vnde apparet non male ſcripſiſſe quendam, Chriſtum Dominum è cathedra crucis, Suareſij magiſtrum, ac Doctorem egiſſe. Ex vita eiuſdem Patris operibus præfixa.

Didacus Martinez. Soc. Ieſu.

Non prætereundus hic nobis P. Didacus Martinez, magnus ille ex Societate Ieſu Peruani Regni Apoſtolus: orabat hic coram Chriſti è cruce pendentis effigie, vt ſciret quo in opere maximè vellet Deus eum occupare: quare iuſſus eſt à crucifixo oculos retro flectere. Flexit: & ecce Indus in medio conclaui flectens
B Deo ſupplicabat, vt ſui curam Didaco mandaret, iuſſitque formata voce crucifixus, miſſa vt ſtudia faceret, ſeque daret Indorum procurandæ ſaluti. *Annales Soc. Ieſu.*

Quanta benignitas! quin & eo maior, atque illuſtrior, quod ſubinde femineum quoque ſexum non rarò aſpiciat.

Stephana Soncinas.

Stephana fuit *Soncinas* ex ordine Prædicatorum, quam ad eam, quâ nunc gaudet, gloriæ palmam, per varias cruces, calamitateſque circumduxit Deus, ſiquidem totam ſibi vitam, continuam fore, acremque cum ſalutis hoſte pugnam, cæleſtibus viſis, portentiſque admonita non ſemel fuit, quin & flammis diuinis inardeſcenti Chriſtus Virginum amor, prodigioſè
C ſoluto, detractoque ex ſua icone, clauis defixo brachio ſuauiſſimum, ſtrictiſſimumque die quodam amplexum dedit. Quis vel hoc ſolatio crucem non adamet? Certe Stephana eo ſic delibuta fuit, vt 40 diebus ſine vllo potu ac cibo, ſola Euchariſtia exindè vitam tolerârit. Ioan. Lopez 4. p. c. 72. Fuit & *B. Mentia* ex ordine S. Franciſci Virgo non minùs tenero in crucifixum amore, quam prudentia & pietate inſignis. huic Chriſti de cruce pendentis imago (quæ etiamnum in oppido Calabazana quater millibus paſſuum diſtante à Palencia viſitur) locuta atque eiuſmodi protuliſſe ſermones ſcribitur: *pium me vocas, ſum etenim: tibique pius ero. Gon-*
D *zaga 3. p. hiſt. Seraphi.*

V. Mentia.

S. Gertrudis.

Cum *S. Gertrudis* à ſacra Communione ante Chriſti crucifixi imaginem, pro accepto beneficio gratias ageret, è Saluatoris latere procedere vidit lucis quendam nitidiſſimæ radium, quo veluti telo percuſſa in nouum erga illum amorem exarſit. lib. 2. Inſin. ſp. c. 3.

V. Michaelina.

Degebat Piſauri honeſtiſſima Matrona *Michaelina* nomine, quam B. Syra ad vitæ perfectionis normam adducere ſtudebat. Excuſabat ſe Michaelina propter filiolum, quem ſibi coniux moriens infantem reliquerat, cuius educandi ſolicitudo interioris vitæ ſtudia non patiebatur, quem ſi Deus à ſe tolleret, nullam in ſe fore moram liberè addicebat: die itaque ſequenti, dum coram Chriſti è cruce pendentis effigie ſi-

mul precibus incumbunt, hanc vocem ab ipſo crucifixo delapſam auribus acceperunt: *Michaëlina, ego te hac cura, & amore liberabo: filium ad me vocabo, & matrem mihi deſponſabo.* Mox domum reuerſæ puerulum languere, ac deinde morientis animam à duobus Angelis in cælum efferri conſpexerunt. Waddingus ad an. 1356.

B. Hedvvigis.

Scribit Engelbertus probæ fidei Hiſtoricus in vita B. Hedvvigis, cum ea ante Chriſti in crucem ſuffixi imaginem humi proſtrata feruentius oraret; Iconem Domini retracta à cruce manu, & brachio dextero illi benedixiſſe, dicendo, clara voce: exaudita eſt oratio tua, impetrabis ea quæ petiuiſti.

Margarita Auſtriaca.

Antiquis noua permiſceo: recentius eſt quod P. Ioannes Gaus in hiſtoria Archiducum Auſtriæ de *Margarita* Maximiliani ſecundi Imperatoris filia ſcribit: omnium hæc mundi vanitatum pertæſa, ad vnius Chriſti Ieſu nuptias aſpirabat, quare dum in montem Serratum cum matre peregrinatum abiuiſſet, admiranda loci ſanctitate commota, adeo in Dei amorem exarſit, vt ſtylo ferreo ſibi pectus perfoderet, virgineumque ex eo ſtillantem, cruorem excipiens, eo ſyngrapham conſcriberet, qua Chriſto Ieſu ſe in ſponſam perpetuam conſecrauit.

A multis interim, atque in primis ab ipſo Rege Philippo in ſponſam petebatur Margarita, quoque vrgebatur moleſtius, eo cæleſtem ſponſum precabatur ardentius, ne vnquam ſe ab eius auelli connubio pateretur, quod cum ante crucifixi effigiem ſæpius iteraret, aſſentiri ex crucis thalamo Sponſus viſus eſt capite annuens iteratis vicibus, tanto ſolatio, ac gaudij cæleſtis affluentia, vt ipſa iam ciuium ſupernorum delicijs immixtam ſe degere exiſtimaret.

Virgo Anonyma Neapolitana.

Auſtriacæ Heroidi adiungo Neapolitanam, quæ generis claritate & diuitijs pollens, viduæ matri proles vnica erat. hæc anno 1599. nubilis, ſpem matri, cognatiſque dederat, domus ampliſſimo matrimonio illuſtrandæ. Nec optatus rei exitus longius aberat, amici quippe & conſanguinei felix fortunatumque, vt opinabantur, coniugium cum opulentiſſimo adoleſcente adornabant: cuius non inſcia amatrix crucifixi, facinus concepit ſe dignum, & gratiſſimum crucifixo. Siquidem rata cæleſtes cum Chriſti nuptias, etiam clandeſtino matrimonio iniri poſſe, in ſecreto conclaui remotis arbitris, ad Chriſti de cruce pendentis effigiem ſupplex prouoluta, præciſam ſibi manu ſua comam, ceu carnis ſpolium, ad crucifixi clauos appendit. Tum illi virginitatem ſuam, concepto voto deſpondet. Denique veſtem religioſam, quam in id tempus ſibi occultauerat, induit, & talem ſe in matris, nihil ſimile ſuſpicantis conſpectum, manu crucifixum prætendens, confeſtim dedit. Hæſit illa primum dubia, an oculis habenda fides: at, vbi, ſi minus ex veſte, at certe ex facie omnino habendam eſſe duxit, poſtquam filiam propius intuita, ſecuta ſunt illico ingens ſtupor, dolor, lachrymæ, crebri anhelitus, & quidquid concipere, eloqui, & agere poteſt, ſeu amore, ſeu dolore prope furens mater. Cui virgo ſapiens nihil his commota: age mater, & mecum ama cæleſtes nuptias, & in iis diuinam voluntatem agnoſce. Mihi certum eſt, ſponſo meo Chriſto iunctam viuere & mori, æternum manſura, quæ nunc eſſe cœpi, vera amatrix crucifixi. *Iacobus Lobbetius, Maximil. Sandæus tract. de Paſſ.*

Sed nec ad virgines ſolas reſpicere voluit magna hæc crucifixi beneuolentia, ad coniuges quoque extendere ſe conſueuit. Communis è Sicilia Romæ ferebatur rumor, Anno 1641. Drepani feminam vltima paupertate preſſam paruulo filio in templo panem importunè petenti reſpondiſſe, iret, & ab eo, quem digito monſtrabat Domino, panem peteret, & crucifixum oſtendebat: iuit ſimplici ſynceritate paruulus, dixitque Domino; da mihi panem, mater mea mittit me, vt panem à te petam. Et ecce crucifixus reuulſo à cruce brachio, panem recentem ac pulchellum dedit paruulo. ille lætus ad Matrem: ac tandem in vulgus res propalatur, vſque ad aures Prælati, ſtupent omnes panem candoris mirabilis, & à dantis crucifixi liberalitate præclarum: Curriculo itur ad templum, reperiunt crucifixi brachium à cruce etiamnum liberum. Epiſcopus & matri & paruulo liberaliter annonam, & reditus in omnem vitam ſuffecturos aſſignat.

Magna profectò fuerunt hæc, neque vulgaria diuinæ comitatis argumenta, quæ ex crucis ſolio nouis hominibus demonſtrauit; ſed & fuere maiora, cum eoſdem iam apertis oculis blande aſpicere, iam auulſis è ligno brachiis amplecti, iam patuli lateris diuiniſſimo nectare potare non dubitauit.

P. Marcell. Maſtrillus.

Vtque à priore exordiar, auctor eſt, teſtiſque locupletiſſimus in ſuis, quas ad Catholicam Hiſpaniarum Reginam Goa dedit 28. decembr. an. 1635. P. Marcellus Franciſcus Maſtrillus, ille, inquam, Societatis Ieſu ſacerdos, quem Neapoli ex letali vulnere, ad quod febris acceſſerat, decumbentem, mortis faucibus S. P. Xauerius eripuerat; atque in Iaponiam ad gentis illius conuerſionem miſerat, cuius ex ſupradicta epiſtola hæc verba ſunt: tandem octauo Decembris die poſt octo menſium nauigationem ad Goani fluminis oſtia appulimus, vrbemque poſtridie ingreſſi, Deo grates perſoluimus. Vix diebus aliquot quieueramus, cum admirandum planè prodigium hic in duobus diuerſis templis accidit. Erant in his binæ crucifixi Imagines, ab omni populo religioſè coli ſolitæ & adorari, contigit autem eaſdem diuerſis temporibus, diſtinctiſque diebus non ſemel, obſeruante id magna hominum multitudine, & vehementer admirante, oculos aperire, atque in circumpoſitos vibrare quo viſi ſunt voluiſſe nouos ſpectare

Euan-

Digitized by Google

Euangelij præcones,& oculis beneuolentiæ pleniſſimis animos addere ad emergendum ex imperfectionis barathro, & viam S.Crucis amplectendam.

Ego cum curioſius dicta ſimulachra ſpectarem,deprehendi vtraque, obuerſa in Iaponiam facie, gentem illam intueri. Quod ſi Deus ad Eccleſiam ſub tanta perſecutione gementem tam prodigioſe oculos aperit, quid ni indicat ſe pariter adapertum portam,quam,à tot annis, mea peccata obſerarunt? Sic ille.

S. Bernard.

Ad S.Bernardum venio, vt nouis vetera interponam, compoſuerat ſanctus ille Claraualleníium Abbas hymnum ſequentem:

Salue mundi ſalutare,
Salue,ſalue Ieſu care,
Cruci tuæ me aptare
Vellem vere:tu ſcis,quare
Da mihi tui copiam.

Quem dum coram Imagine Chriſti, ligno crucis affixi recitaret, atque animo magno in eum raperetur, illico patientis imago, ſeparatis brachiis à cornibus Crucis Bernardum ſuauiſſimè amplexa eſt. Antonius Hepius Centuria 7. Bernardus Villalpandus &c.

V. Petrus Confluentinus.

Piiſſimo Patri non degenerem filium ſubiungo Petrum ſcilicet Confluentinum. Huic ſtudium erat ſemel minimum in die reuoluere, ac recitare ſanctiſſima iuxta ac dulciſſima Paſſionis Chriſti improperia,in quo ſtudio tantum paulatim promouit, vt magna quadam animi ſui voluptate,iiſdem intentus, quotidie iucundaretur, vnde factum , cum die quadam ante Chriſti è cruce pendentis effigiem in altari poſitam , profundiſſime ſe inclinaret;vt Dominus Ieſus quaſi pendens in cruce illi appareret, qui piiſſima ſua brachia abſtrahens à cruce , ſeruulum ſuum amplexatus eſt, & tamquam amicū, in mutuæ familiaritatis affectum , ad pectus ſuum applicando,conſtrinxit,omni penitus carnis moleſtia, qua dudum laborarat, abſoluens. *Cæſarius lib.8.c.*13.

Adoleſcens Phryx.

Fuit & Adoleſcens olim Iudæis parentibus oriundus in Phrygia. qui nube quadam ducente ad animarum curandarum officinam , ſeu Cænobium quod Phubutium appellatur,adhuc Catechumenus deuenit: hic cum præfecto ſtatum vitæ exponeret, iuſſit ille proferri crucem, & ab eo ſalutari : cuius cum beatus ille Iuuenis pedem oſculo libaſſet , tota fronte & brachiis veneranda crux ſeſe in ſancti adoleſcentis verticem ſubmittens, characterem crucis capiti indelebilem impreſſit , quem per omnem poſtea vitam ſeruauit. Dignus ergo baptiſmatis gratia habitus,Chriſtianis factis admotus eſt,& dictus Conſtantinus. *Ex Menæis Græcorum* 26.*Decemb.*

B.Ioan. Gualbert.

Non abſimilis beneuolentiæ,fauoriſque conſors B.Ioannes Gualbertus fuit , quia non degeneris in crucifixum amoris ac ſtudij particeps erat.

R.P.Lyræus de imit. IESV *patient.*

A Petebat Ioannes armigero ſtipatus florentiam: cum anguſto in calle obuium habet hoſtē à cognato ſanguine calentem. Scilicet in iras animus,in gladium Gualbertus aſſurgere,& parricidium certe homicidio velle penſare. Quid ageret ſaxum inter & aram hoſtis:Ecce bonum in arena conſilium!ad genua irati accidit, vtque ignoſcat per orantem in cruce pro hoſtibus ſuis patronum Chriſtum orat.quid exſpectas?vincit breuis,ſed fortis eloquentia. Iris animum, ferro manum exarmat:verbo , amici diſcedunt. Sub hæc in ædem ſacram S.Miniati Ioannes pergit, & ecce Icon ſuffixi in cruce Chriſti , capite annuens,vt ligni ſtridor eminus audiretur , gratias habet ex ſuo nomine inimico veniam non ne-

B ganti,hodieque poſt annos 500. ſic adhuc colitur,& videtur. *Blaſius Melaneſius in Vita.*

S. Conſtantinus Neophyt.

Pulchrum ſanè & memorandum quod in hanc rem nobis Menæa Græcorum expreſſere: S.fuit Conſtantinus,qui ex hebræo Chriſtianus crucis amantiſſimus toto vultu radiabat pulcherrime:ſed animo longe pulchrius , quando puellam obſcæno inferni igne calidam , cum ſe ab illa inuitari videret ad ſcelus, arrepto crucifixo adeo concuſſit,vt,ſi non occidit , certe de vita dubiam reliquerit,& eodem illam crucifixo perſanârit , qui dum crucifixo daret oſculū, is illum amplexus,illius frontem diuinâ dexterâ

C cruce ſignauit.

B.Nicol. Factor.

Meretur profecto & his accenſeri B. Nicolaus Factor ex ordine S. Franciſci, magna vitæ ſanctimoniæ laude conſpicuus , ac ſingulari quadam in crucifixum Dominum pietate excellens,vnde factum vt à plurimis viſa ſit Chriſti in crucem ſublati effigies, ante oculos eius in aëre,quocunque ſe is conuerteret,moueri:magna indubie teſtificatione tum eius in patientem Dominum affectus , tum illius in ſeruum bonum ac fidelem amoris. *Chriſtophorus Morenus in hiſt.Vita.* Vnde tanta eius in crucifixum ſuborta pietas atque religio fuit,vt effigiem perpetuò ſecum ſub veſtibus deferret , cumque pungendi artem non infeliciter calleret , eiuſdem

D iconas,plurimas coloribus exprimere laboraret. Ibid.

B. Ludgardis.

Nec gratiæ huius exſors ſexus femineus fuit: patet in *B. Lutgarde* Benedictini ordinis pro eo tempore ſanctiſſima moniali, quæ pridem crucifixi Sponſi amoribus dedita,cùm die quadam iuxta fores templi Chriſtum crucifixum apparentem ſibi vidiſſet , ac pro more ſumma quadam animi ſubmiſſione veneraretur, ille laxato à cruce brachio,totus, vt erat,ſanguine perfuſus,eam complexus eſt , ac plagæ lateris ſui appreſſit,quam illa caſtiſſimè ſuauiata,tantam cæleſtis ſuauitatis dulcedinem hauſit, vt deinceps ſaliua eius quouis melle dulcior omnibus videretur. Quin & pro quauis de cætero ærumna, moleſtiaque abſtergenda,hoc illi ſolenne remedium fuit, Chriſti in crucem ſuffixi effigiem in-

tueri, quo ſolo ſpectaculo recreata oculos claudebat, atque in ecſtaſin rapta, Chriſtum patulumque eius latus aſpiciebat, omnique confeſtim dolori medebatur. *Thomas Cantipratanus in Vita.*

Crucifixus ad cultricem conuerſus.

De altera Ciſtercienſi ſcribit S. Bernardus in hunc modum: Sanctimonialis apud nos in tanta veneratione habuit ſignum Crucis, vt cum efferenda eſſet ad tumulum, facies Crucifixi verteretur poſt eam, in parte illa, per quam elata eſt, & ſic caput Imaginis in partem illam intendens, perpetuò contra ſolitum permanſit. *Tractatu* qui dicitur *Doctrina S.Bernardi.* Ita ſolet facere Crucifixus vt vicem rependat Amatoribus ſuis. Quod & poſtmodum accidit Ioanni Burgenſi, viro ex Ord Minorum de obſeruantia laudatiſſimo, qui cum moreretur Crux lignea, quam ad Cœnobium ſtatui in præalta rupe curârat, cum ad Boream ſpectaret, mutato ſitu vi diuina ad Occaſum obuerſa eſt, Lugdunum verſus, nam ibi optimus Pater animam ponebat. Vnde Cruci illi à F.Ioanne Burgenſi indita eſt appellatio, quæ nunc quoque perſeuerat. *Theophil. Raynaudus in mantiſſa Indiculi* SS. Lugd.

Alius ad Cultorem verſus.

S.Franciſc.

Simile, ſi non illuſtrius, eſt quod de S Franciſco narrat Lucas VVadingus in Annalib. ad Annum 1224 his verbis: Ex ciuitate Caſtelli ad ædem S.Mariæ Angelorum S. Franciſcus proficiſcebatur ſocium habens F.Leonem, qui Crucem videbat auream, mira colorum varietate pulcherrimam, quæ virum Dej præcedebat in itinere, & coram ſtante ſtabat, coram ambulante incedebat, donec eſſet dictam ædem ingreſſus.

Quid? num etiam teneras virgines cœleſtis hic fauor complexus eſt? vtique. Ita teſtabitur *Birgitta*, quæ decimo ætatis anno de patientis Chriſti cruciatibus audita concione, nocte inſequenti Chriſtum vidit quaſi eadem horâ Crucifixum, vnde cum ætate creſcente iam facta robuſtior, anno ſcilicet duodecimo, nocte conſurgens ad Crucifixi imaginem precabunda properaret, inuenta à matertera fuit, nuda ante lectum ſuum eum lachrymis adorare crucifixum. Suſpicata autem hæc leuitate quadam puellari id fieri, virga eam percuſſit, ſed in minutiſſimas partes illa ſtatim diſſiliit. Admirans itaque dixit ad eam, quid egiſti Birgitta? cui illa reſpondit: ſurrexi è lecto vt laudarem eum, qui me ſemper ſolet adiuuare. Sciſcitante altera, quiſnam ille eſſet, reſpondit: Crucifixus eſt, quem pridem conſpexi. Ab illa ergo die matertera eius cœpit illam & amare impenſius, & amplius venerari. S.Antoninus 3. p. Chron. tit.24. c.11.

Eliſabetha VVanſia.

Mirum profecto eſt, ac neſcio an ſæculis omnibus aliquando auditum, quod noſter Bartholomæus Fizen inter Eccleſiæ Leodicenſis flores recenſet: Eliſabetha, inquit, hic Wanſia

Crucifixum perpetuo ſecum incedentem aſpicit.

A cognomēto fuit, domo nobilis, pietate in Chriſtum patientem nobilior, quę tanto Crucifixum affectu complectebatur, vt nunquam de memoria dimitteret, nunquam viciſſim dimitteretur ab eo. Totos tres annos, quocunque ſe illa conſerret, euntem is, ſed Crucifixus ita comitabatur, vt nunquam abiret è conſpectu, & ſi quæ forte impuræ aut illicitæ cogitationes animum pulſarent, arma illico expediebat, & reuulſam à cruce dexteram pectori Eliſabethæ admouebat hoſtemque abigebat. Tanti refert Crucifixum Dominum in corde atque oculis circumferre.

Verum non ita pius pater eſt vt blandiri ſoleat ſemper infanti, interdum & corripit de-
B linquentem, aut ſtimulo concitat oſcitantem; quod & hic vſuuenire conſueuit, dum modò crucifixus nouum hominem varijs fauoribus præuenit, modo veteraſcentem æſtro grauiore exſtimulat, ne quod pridem vitæ ſenium exuiſſe debuerat, ſibi exitium fuiſſe ſero deploret.

Crucifixus delinquentē arguens, & inſtruens.

Tyronem agebat in S. Franciſci familia Iuuenis delicatè à teneris nutritus, qui animo quo cœperat, paulatim factus remiſſior, menſam pauperem faſtidire, ad pinguiorem anhelare contendebat. Accidit autem eum in templo ante Chriſti in cruce pendentis effigiem precaretur, ab eodem interrogari, cur fugam ita ſibi noxiam & infamem tentaret? Reſpondit autem aſpero ſe vitæ generi imparem receptui canere.
C Cui Chriſtus; reſpice ad manus meas & pedes meos, latus conſpice pro te transfixum, collige ſanguinem pro te effuſum, inunge collyrio hoc oculos tuos, & videbis quam exigua ſint, quæ pateris, ſi cum cruciatibus meis conferantur.

Fecit, quod iubebatur tyro, & viſum recepit, ac depulſa omni tentatione cognouit beatius nihil eſſe quam patientis veſtigia ſequi Saluatoris. *Lucas VVadingus tomo ſecundo Annalium ad annum* 1253.*n.*44.

Ridentes in templo Crucifixus caſtigat.

Idem auctor eſt in domo Oxonienſi anno 1220, accidiſſe, vt fratres quidam inter Completorij preces, re quapiam ad riſum eos prouocante, loci ſanctitudine neglecta, diſſolutè
D riderent, vnde repentino & magno fragore Chriſti crucifixi effigies, quæ ſuper oſtium chori pendebat, verſo ad fratres vultu, indignationem erga ridentes indicauit. Quam & illi ſenſerunt; nam ex tremendo fragore, & commutato Chriſti vultu ſtatim tabeſcentes, qui præcipui fuerant in culpa, paucis poſt diebus vitam cum morte commutarunt. *Tomo* 1. *Annal. ad dictum an.n.*64.

Indigne celebranti miſſam Crucifixus collachrymatur.

Eodem ſpectat, quod *Cæſarius Heiſterbachcenſis lib.*9.*c.*61. refert: Diaconus, inquiens, quidam Steinueldenſis, Gerardus nomine, ſe ordinem ſacerdotalem ſuſcepiſſe fingens, Coloniæ in Baſilica S.Michaelis primitias celebrabat, multaſque recepit oblationes, qui poſtea ſacerdoti

qui

qui ei adſtitit faſſus eſt, quoties ſe verteret ad A populum, Crucifixum contra ſe ſtantem vidiſſe lachrymantem: eſt enim imago illa antiqua & ſculpta, magna ſatis. Vnde is ad pœnitentiam motus, ad ſedem Apoſtolicã profectus fuit.

Grauiore flagello alium aggreſſus eſt crucifixus, de quo *Ioannes* noſter *Euſebius Nierenbergius* in ea, quam de vita ac miraculis B. Franciſci de Borgia ex actis pro Canoniſatione eius nuper vulgauit.

Crucifixus B. Borgiæ admirandus.

Vir erat in quadam Hiſpaniæ ciuitate nobilis ſanguine, ſed vitijs flagitijſque nobilior, qui graui correptus ægritudine, tanta animi obſtinatione ſalutis monita omnia reiiciebat, vt nullum de expianda per confeſſionem anima verbum audire vellet. Appulerat forte in eam vrbem P. Franciſcus, intellectoque à domeſticis periculo, pro zelo ſuo veterem amicum iuuare cupidus, ante Chriſti crucifixi effigiem in genua concidit, cum obteſtans & obſecrans, vt qui orbi vniuerſo ſanguine ſuo ſalutem tulerat, infelici huic animæ non deeſſet. Cum illicò è cruce ad Franciſcum Saluator, adi, inquit, ægrum, eumque hortare, vt ſe expiet, ego mox illi vt medicus adero. Abit Franciſcus ad ægri domum, quo Saluator iam anteceſſerat, ſpecie medici ſolatia homini impenſurus. Excipitur ab infirmo non inurbanè Borgias, verùm vbi de confeſſione agi cœptum, fruſtra omnia adhiberi viſa ſunt. Recedit interim Dominus, relicto ad vlteriorem conatum Franciſco, qui & ipſe operam perdere ſe conſpicatus, etiam receſſit, ac denuò in cubili coram Crucifixo in genua prouolutus per ſacra Chriſti vulnera obteſtatur, vt miſero adſit. Cui Dominus, conueni iterũ pertinacem illum, Franciſce, meamque imaginem tecum defer, ſi forte ea conſpecta conuertatur & viuat. Redit Borgias, & ſubmotis arbitris, vt liberior eſſet æger, verbis ad omnem motum compoſitis, ſubmiſſiſque in terram genibus Chriſtum cruci affixum illi repræſentat, ſceleribus omnibus miſericordiam eius ſuperiorem eſſe inculcans: ſed ad omnia miſer obſurdeſcebat: quare vocem ſuam Dominus Ieſus, & vocem ſanguinis, quem ex vulneribus omnibus copioſè effundebat, adiungit: per hunc iterum, iterumque obteſtatur Franciſcus, ſed nihil proficit. Tum vero Saluator reuulſa è Cruce manu, ſacroſanctum ſuum cruorem in faciem proiicit obſtinati peccatoris, qui quot guttas numerabat, tot veluti linguis in magno Iudicij die, coram orbe vniuerſo neglectam & contemptam benigniſſimi Dei ac Saluatoris ſui miſericordiam illi erat exprobraturus. Niſi hoc ſit diuitias bonitatis eius qui pro nobis, fixus eſt in cruce & patientiæ, & longanimitatis contemnere, theſaurizare verò ſecundum duritiam ſuam, & impœnitens cor, iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, quid dicam ignoro.

Crucifixus Bocherianus peccatoribus minatur pœnã.

Quin & eodem referam quæ *Zacharias Bouerius* accuratus Annalium Ordinis ſui conditor ad annum 1575 recenſet. Bocherij, inquit, quod oppidum eſt Syracuſanæ prouinciæ in Sicilia, concionabatur Capuccinus quidam, cui nomen Franciſcus Saccenſis, dataque opportunitate, valde in eos, qui ſub ſpe veniæ peccantes, Dei miſericordiam ſibi pollicentur, inuehebatur: Stabat autem ex aduerſo ſuggeſtus, crucifixi imago magna, toti populo conſpicua, ad quam cum vir Dei oculos erexiſſet: caue, ait, ô peccator, à cœleſti Dei viuentis ira, nam Chriſti manus, quas iſtic cruci affixas cernis, niſi pœnitentiam feceris, è cruce ſolutæ, clauos deſerent, B ac pro clauis gladium apprehendent: dictu horrendum, vix hæc pronuntiarat, cum Chriſti lignea ſtatua, dexteram manum magno ſtrepitu è cruce diuulſam, quaſi tunc vindictã, de peccatoribus ſumptura eſſet, in altũ extulit.

Quo tempore cum populus rei aſpectu perterritus miſericordiam à Deo magnis gemitibus poſtularet, in ſignum clementiæ ad clauum redijt. Diuino autem hoc ſpectaculo ita plerique commoti ſunt, vt multi & vtroque ſexu ad religionis ſepta conuolarint.

Crucifixus Polonicus apparens cum gladio.

Ita quoque, vt ex Polonorum Hiſtorijs liquet, regnante Caſimiro Vladiſlai Iagellonis filio ſpectarunt illi die quadam ſole occidente, C plus quam duabus horis imaginem crucifixi cũ gladio, ab occidente ad meridiem in ſublimi äëre vergentem.

Cum B. Aloyſius Bertrandus occidentis ſolis Indiam Apoſtolicis laboribus excoleret, venerat forte in manus Principis cuiuſdam ethnici, qui non longè aberat à finibus regni Peruani, effigies Chriſti crucifixi. Ille vt fieri ab eiuſmodi ſolet, acceptam conſpuere ac multis modis in plurimorum conſpectu irridere cœpit. Cum ſtatim imago, tamquam verè ſpiraret, ex oculis cœpit lumen emittere, caput motare, & aſpectu minaci principem, cunctoſque terrere.

Crucifixi contempti pœna.

Quocirca terrore perculſi omnes, & pauore correpti, partim ad terram cecidere, partim cum ſe obrigeſcere aduerterent, neque loco poſſe moueri, facti pœnitentes, Dei miſericor- D diam implorarunt; quo demum ad ſe reuerſi magnum Chriſtianorum Deum palam confeſſi ſunt. Princeps verò cùm multis alijs Cuzcum abcedens ibique factum diuulgans Chriſto ſe deuouit. *Auguſtin. Mannus* c. 185.

Alia recens & admiranda.

Verum nihil, hac in parte, quam agimus, vel notabilius, vel cõſideratu dignius iſto, quod nobis Hiſtoria Indica ad annum Chriſti CIↃ. DC XVIII teſtatum fecit. Vrbs eſt Indiæ ad Solem Orientem ſitæ, cui nomen Thama; frequentiſſimo vti emporio nobilis, ita & omni vitiorum genere, luxuriæ in primis, ac vindictæ cupiditate, licentiaque infamis, quibus cum finem nullum, ſummo cum Chriſtiani nominis dedecore, poneret, aut inueniret; ecce tibi

pleno die ; coram oculis maximæ hominum multitudinis, ad locum publicum congregatæ, in medio aëre crucifixi ſpeciem apparentem, ſed trucibus oculis, totoque habitu, ac forma corporis acerbiſſimas ciuibus minas intentantem. Horrere cuncti, ac grauiſſima quæque ſubuereri. Interea ſpectrum paulatim euaneſcere, atque in ſuperiora conſcendendo, ex intuentium ſe conſpectu proripere, trepidantibus omnibus ad rei tam inſolitæ, dubiæq; portentum: cum ſubitò in locum eius ſuccedere Auis quædam mirabilis, è cuius roſtro clara hęc atque ſonantia verba audiebantur: ſtatim videbitis Dei vindicis iram in vos deſcendere. Nec mora longa, cælum caligine inhorreſcere, micare fulmina, mugire tonitrua, venti exſurgere turbulentiſſimi, quibus homines in ſublime abrepti, ac mox in valles ac præcipitia deiecti, exſpirare, terręmotus ſuccedere inſoliti, quibus terra findi ac vaſtis hiatibus aperiri, quibus plurimi abſorpti in exitium trahebantur. Mare quod vrbem alluebat, intumeſcere, atque ingenti fluctuum fragore exſurgere, latè omnia ad quatuor milliaria inundare: ſtabant in portu ſeptuaginta naues orientalibus mercibus onuſtæ, & hæ inter ſe colliſę, abſorptæ omnes. Neque his, etiamnum finis; mox lapidioſa grandine ſuperueniente magna pars hominum & animalium ſub dio, propter terręmotum excubantium, interempta, calamitatem auxit. Viſebantur variis in locis erectæ Crucifixi, ac Crucis imagines, veteris olim pietatis, ac religionis non obſcura monumenta, ſed neglecta pridem ac tantorum criminum fuligine obſita, nequidquam profutura, ſubitò nãque euanuerunt omnes, atque ex oculis hominum ereptæ, videri defierunt, totidem patibulis in locum earum ſuccedentibus, quibus mortis quædam imago triſtiſſima ſuperſtitibus intentabatur, atque his omnibus illi grauiſſimè exterriti, in cauernas & ſpeluncas terræ ſe abdiderunt ab irato Deo ad miſericordem ducti pœnitudine profugientes, quem ante pro ſe Crucifixum pio obtutu intueri neglexerant, nunc lachrymantibus ac proprias culpas deflentibus oculis requirere cœperunt: vt quod in eum peccauerant, ab eodem, è Crucis ſolio ſi-

A bi miſericorditer poſſet remitti. Ioſephus Geloſus in Dom Paſſion. Et merito id ſanè quamuis enim tota Domini noſtri vitæ ratio in ſummis periculis, ærumniſq; traductę, id à nobis requirat, neſcio tamen quo pacto magis hoc exigat mors, quam obiens in Cruce, toti mundo tam pio ſanguine conſperſo, nos Patri reconciliauit, vt quiſquis ſibi ab eius iuſtitia timeat, ad aram hanc miſericordiæ feſtinet, ibique ſe Deo immolet, vbi tam caro ei redemptio ſtetit: per iſtam, inquiens, te Domine incomparabilem charitatem, per caput, & vitam tuam, quibus nos emiſti, parce culpis, parce peccato meo: vtere B iure tuo, Mancipium tanti emptum vrge, cõſtringe, coge: ne ſinito alij ſeruire quam tibi. Pereat, ſi poſt te nõ adhæſerit anima mea, ſi nõ adhæſero tibi ex omni mente, ſpiritus oris noſtri, qui exaltatus à terra, vt attraheres ad te omnia, nos omnes ſaluaſti.

Et hæc quidem de multis pauca, in Chriſtũ è Crucis cathedra ſpectabilem profecta officia, quibus homines Crucifixi gratiam promereri ſtuduerunt: facemque poſteris præluxêre; pia obſequia clementiſſimo Domino, vt vidimus, magnis atque illuſtribus ſignis non rarò cohoneſtante: ſi tamen vnum aliquem, in quo hæc, C aliaque compluria ſimul iuncta pellegi, cognoſcique poſſint, noſſe quis velit, en virum ſanè eximium, atque omni laude & imitatione digniſſimum, quem de academia montis Caluarij egreſſum, eiuſque ſenſis ac placitis feliciter imbutum, nouus homo noſter tutò imitetur, in quo vnum illud, & ſolum ægrè mihi facit, quod nomen ſuum poſteris inuiderit, tanto aliàs gratior futurus, quanto pluribus, & de nomine cognitus fuiſſet; neſcio enim quid vitæ ac ſpiritus, nomen ſoleat communicare virtuti; D ſciremus præterea quæ pius aſcetes laboris ſui præmia, quam mercedem à Domino reportarit; ſi namque priores tanto fauore ac beneuolentia fuerit proſecutus, quanta credendum eſt hunc gratia ab eodem fuiſſe cumulatum, qui eiuſcemodi officijs impendiò ſolet oblectari, pergam tamen, & qua methodo, ſtudioque is Chriſtum Cruci ſuæ affixum ſolitus fuerit venerari, paucis exponam.

PIA

PIA STAVROPHILI EXERCITATIO

QVA

CHRISTVM IN CRVCE SVFFIXVM

EXIMIÆ PIETATIS OFFICIO

QVOT MENSIBVS

STVDVIT PROMERERI.

SVæ cupidiſſimus ſalutis, vitæque integerimæ Aſcetes, poſteaquã dies multos in aureo crucifixi Domini ſui latere commoratus eſſet, omni ſpe ſua, atque fiducia in vulneribus locata Saluatoris; ferculum ſibi fecerat id eſt vehiculum veri Salomonis, crucis nempe, atque in ea pendentis Chriſti ſaluatoris effigiem, in qua per orbem vniuerſum ille geſtatur, colitur, & adoratur: cuius columnæ argenteæ humilitas, & obedientia: reclinatorium aureum. perfecta patientia: aſcenſus purpureus, quem ſanguinis ſui effuſione purpurauit: medium autem charitate inſtratum, amore ſcilicet igneo, quem vel hinc omnibus quotidie non deſinit inſpirare; quo noſter hic Aſcetes non ſegniter incenſus iconem hanc in ſacræ precationis ſuæ exedra collocârat, officioſa quadam moris aulici veneratione eandem ſæpiuſculè proſecuturus: ſpe bona obtinendi aliquando illius ſimilem mercedem, quam eiuſcemodi exercitatores ſolent promereri.

Et hunc quidem in finem, quot menſibus certum hebdomadæ diem, ſextum crede, ſeligebat, ſibi maximè idoneum, quo nudipes, omni, qua poterat animi corporiſque ſubmiſſione, ante ſuum in cruce ſuffixum Dominum ſe humi proſternebat, ſubiiciens ei omnia, iuranſque velut alter fiduciarius cliens obedientiam perpetuam, & fidem, ſuper quo, petita humillimè licentia, pedes crucifixi tenerrimè exoſculabatur.

Eodem illo die expandebat tapetium, ſuperimpoſitamque puluinari crucifixi imaginem eo ritu ac cæremoniis, quibus in Paraſceue id fieri ab Eccleſia conſueuit, duos inter cereos adorabat.

Induxerat quinimo familiam ſuam, vt eandem ſecum pietatem obirent omnes.

Quoties ſe improba quapiam tentatione ſolicitari perſentiſceret, erat ei crucifixus in locum refugij. Si enim domi erat, armabat ſe crucifixo, in expanſa eius brachia ruebat, ſicut infans ſolet in matris vlnas confugere. Sub vmbra crucifixi abſcondebat ſeſe, quaſi ſub impenetra-**A** bili ſcuto. Apprehendebat amplexu crucifixi genua tamquam cornu altaris, & clamabat, *quis me ſeparabit?* an iſta ſiue ſpes, ſiue voluptas? an pauor iſte an cupido? Coniiciebat in faciem crucifixi, confidentem oculum, dicebatque certus ſum enim quia neq; mors, neq; vita, neque angeli &c. neq; creatura alia poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Ro. 8. 38. *Si conſiſtãt aduerſum me prælia, nõ timebo, quoniam tu mecum es.* Interdum manu ſua ſuſtollebat crucem in altum, confidenter hoſtibus inſultans, dicendo: *Ecce Crucem Domini fugite* **B** *partes aduerſæ:* hic ille Leo eſt de tribu Iuda, qui de vobis triumphat. *Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos Domine.* Interdum animam ſuam compellans, *in hoc ſigno*, inquiebat, *vinces*, hoſtemque diſpelles.

Si domo abſentem tentatio apprehenderet, ad primum Auernalis auræ ſibilum, inſtar columbæ fugientis accipitrem, illico cauernam reuiſebat maceriæ, iam vulnera ingrediens manuum, iam pedum, iam cordis, aut lateris, vt circum volitantem hinc hoſtem eluderet intrepi-**C** dus: & quamuis piiſſimo huic exercitio occaſionem præbuiſſet tentatio, ſacratiſſima tamen animi voluptas, qua perfundebatur, id aſſiduè agebat, vt ea caruiſſe nollet: vnde fiebat, vt quoties domo egrediens ad negotia ſe conferret, mentem ſuam alicui vulnerum immergeret, & tanto quidem id fructu, vt quamuis vana multa atque inutilia audire, videreque contingeret: Hoc tamen in nidulo totus abſorptus, quieſceret ac dormiret ſecurus.

Domum autem reuerſus, ſi animaduerteret ſe aliquo ſenſuum exerraſſe, ſeipſum durè mul-**D** ctabat, præcipiebatque iam oculis, ne in faciem Chriſti ſuſpicerent: iam linguæ, ne hora vna, alterave pro delicti grauitate auderet Chriſtum affari: iam labiis, ne ſacra eius vulnera piis oſculis diſſuauiarent. Et ſane iſta illi ſeueritas acerba videbatur, ob ſui teneritudinem amoris.

Quod ſi peccati reum ſe agnoſceret, accurrebat ad Crucifixũ, ſe multũ accuſans ac Iuſtitiã magna voce expoſtulans, taciteſque exſpectans ab ore Crucifixi ſuæ condemnationis ſententiã.

Subii-

Digitized by Google

Subiiciebat crucifixi pedibus caput, & conculca, inquiebat, domine ſuperbum hunc verticem & contere hunc draconem, ſcriptum eſt enim, *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis Leonem ac draconem.* Pſ. 90.13. Inſerebat aliquando collum laqueo, & in ſolo induſio nudus deprecabatur culpam, læſo Domino honorem reſtituebat, fatebatur ſe periurum, & infidelem ſeruum, deplorabat à ſe rem nihili, ſeruitio Domini ſui antelatam.

Subinde Catalogum delictorum ſuorum, maximè eorum, quæ præcipuè deleta cupiebat, ad Crucifixi pedes collocabat eum alloquens magna quadam confidentia, in hunc modum: *Domine Ieſu, niſi hoc obligationis meæ Chirographum deleas, niſi ſanguine tuo hæc mea debita inducas, actum* B *erit de me, reus ſum carceris, vbi purgantibus flammis immerſus nouiſſimum quadrantem exſoluam. Spopondiſti pro me, ego ſoluendo non ſum: ſolue, quod debeo. Deponant alij ſuorum criminum libellos ſupra memorias martyrum, & lipſana Sanctorum, qui ea ſuo ſanguine obliterent: quid ni potius eum fauorem ſperem à te, tuoque corpore ſacroſancto.*

Neque tantum peccatorum veniam hîc ſpectabat, & auxilium contritionis, ſed & efficientiam ac prototypon virtutum nobiliſſimarum: *inſpice,* aiebat ſibi, *& fac ſecundum exemplar.* Siccine Magiſtri tui præcepta obſeruas? videſne illum exceſſum contemptuum, ignominiæ, dolorum, ſolitudinis, mortis denique peracerbæ? Rimare ſingula, & diſce confligere cum ambitio- C ne, concupiſcentia, triſtitia, inanibus deſideriis eius, omnique vitiorum colluuie, turbaque aduerſitatum.

Nonnunquam ſe ſub manuum, pedumque cruento ſtillicidio collocabat, vt guttis illis ſacratiſſimis velut inſpergeretur. Vulnera Crucifixi ſuis plagis ſuperimponebat, componens manibuſque manus, atque oribus ora; vt à viuis Saluatoris membris in vulnera oculorum ſuorum, & manuum, & cordis vigor & vita tranſiret.

Quinimmò omnis operis, quod agebat, ſucceſſum ab illo petebat principio, eique referebat acceptum.

Cum SS. Thoma Aquinate, ac Seraphico Bo- D nauentura, ab hoc doctore quærebat ſapientiã, lumenque in omni difficili, perplexaque quæſtione: *loquere,* inquiebat, *Domine, quia audit ſeruus* 1. Reg. 3.9. *tuus.* Tu magiſter es orbis, Cathedrã tuam Doctoralem in hac cruce conſcendiſti, officio tuo fungere, diſcipulus tuus ego ſum.

Erat ergo ei Crucifixus oraculum, adeoque confidenter illum conſulebat, nullius vt conſilium, aut ſententiam huic anteponendam arbitraretur, & fidentiam non fruſtrabat euentus, felix ille & vbique ſalutaris.

Proinde re peracta, rurſus ad Crucifixum reuertens: Domine, inquiebat, tuum hoc opus eſt, tu hoc dictaſti, tua doctrina eſt. Omnis quæ A inde prouenire poteſt gloria, tuo vnius nomini adſcribatur.

Et quamuis ab hoc ſole multum luminis hauriret intellectus, plus tamen caloris percipiebat affectus. Hunc enim ſi languere perſentiſceret, ſi animus in diuerſa diſtractus difficilè ſe colligeret, numerabat Crucifixi ſui vulnera, ſpinarum infixos aculeos, flagellorum vibices, verberum liuores, dicebatque:

Iſtud & iſtud ego, ſtigma hoc, illudque cruentum,

Et rurſum hoc feci vulnus, & iſtud ego.

Ecce mi Deus! vt ego te tractaui? ecce anima mea quot feneſtras, quot euaporatoria, & reſpiracula habet hæc fornax amoris! fierine B poteſt vt non incaleſcas?

Si animi frigus pertinacius obſiſteret, amplexabatur pendentis dilecti corpus, & in hæc verba lamentabatur: *mi Deus, ſolus ſi eſſem abſque te, nihil mirarer me frigore conglaciari: ſed cum tu mecum ſis, teque ideo in mundum miſerit cæleſtis pater, vt eſſes nobis in fratrem, amplector te, ac pectori meo crucifixum adſtringo, fore confidens, vt quamuis me frigidus mortis tremor cœperit occupare, diuini corporis tui amplexus, potentiore flamma ſuccendat. Imprime,* inquiebat, *cordi meo Characterem amoris, ſed Crucifixi. Pone te vt ſignaculum ſuper cor meum, vt ſignaculũ ſuper brachia mea, vt quidquid ago, quidquid amo, quidquid cogito, quidquid denique ſum, obſignata ſint annulo dilectionis tuæ vniuerſa.*

C Spiritu aridus & ſiccus ſedebat ſub cruce & ingemiſcebat cum Dauide: *Domine, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Ad te Domine oculos ſuſtollo tamquam ad nubem rore cæleſti grauidam, de qua tot gratiarum ſtillicidia, quot ſanguinis guttæ deſcendunt, his me perplues, hoc me inebriabis fauorum diluuio, hoc ſiccas, aridaſque animæ meę plantationes irrigabis. Interim neutiquam hinc abire certum eſt, donec emorientem præ inopia humoris lucernulam, nouo benignitatis tuæ oleo inſpergas.

Quoties vel ad familiare cum aliis colloquiũ vel recreationem vocaretur, Crucifixum ſuum antè, oculis, auribus, atque ori ſuo imponens, dicebat: *pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium cir-* Pſ. 140.3. D *cumſtantiæ labiis meis, ſepi aures meas ſpinis,* reliquoſque ſenſus meos tuere, ne tortuoſus irrepens Eccl. 28, 28. coluber eos veneno nequitiæ ſuæ corrumpat.

Si corpus infirmitate quapiam premeretur, ſedebat in gradu oratorij ſui ſub vmbra Crucifixi, ruminans ſecum hæc verba Cananeæ mulieris: *etiam Domine, catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Et hæ, pie Do- Matt. 7.28. mine, dicebat micæ ſunt, quæ cadunt de menſa Crucis tuæ, in qua epulari dignatus es, & ex hac pauculæ ceciderunt in me.

Viciſſim compaſſionis teneritudine incitatus, petebat concedi ſibi, quod canibus aliquando licuerat in Lazarum: permitte, inquiebat, à caniculo hoc lepram tuam, & vulnera lingi, con-

Digitized by Google

cretum ſanguinem,ſaniemque exſugi & abſtergi. Qua licentia impetrata, accedebat pauidus & tremens,ac reuerenter ore ſuo ſingulis adhærens vulneribus, videbatur ſibi *ſugere mel de petra,oleumque de ſaxo duriſſimo*: duro,inquam,doloribus,ſed amoribus tenero & molli. Deut. 32. 13.

Scribebat & cum Magdalena amatorias litteras,affectuum & confidentiæ plenas, & hac aut illa,ſeu corporis ſeu mentis infirmitate preſſus,vulneribus crucifixi ſcedulam inſigebat, his ſimilibuſue notis inſcriptam: *ecce, quem amas infirmatur*. Ioan. 11. 3.

Non rarò cum Crucifixo ſuo verſabatur familiariter,eique tamquam amico eximio ac ſingulari interiorem animæ ſuæ ſtatum exponebat, conſilium petebat, ac dirigi in omnibus enixè flagitabat.

Occurrente quapiam moleſtia,aut impletiore negotio, cum eo velut amico, aut ſpirituali patre diſſerebat, gaudebatque notas audire, & reddere voces.

Subinde offerebat amico ſuo munuſcula, flores,& fructus,præſertim eos,quos è ſinu cordis ſui dilecto collegerat. Quapiam enim re bene acta, aut laude honoreque exceptus, non participabatur donum, ſed totum atque integrum Deo offerebat, ſponſæ verba vſurpans è Canticis: *omnia poma,noua,& vetera ſeruaui tibi*, accipe & comede. Cant. 7. 13.

Atque hoc præſertim agebat veſperi, conſcientiæ ſuæ rationes ad calculos reuocans, antequam ſe quieti daret.

Tribus per diem temporibus,amoris actibus & honoris, Crucifixum adorare ſolitus erat, Mane lectulo conſurgens, in meridie quando ille in Cruce extenſus eſt,& veſperi priuſquam ſe ſomno traderet, renouando memoriam rerum omnium ac cruciatuum,quos ipſe in cruce tolerauit, ac gratias medullitus exſoluens pro tanta ac ſingulari beneuolentia & exemplo. Loco ſpineæ Coronæ texebat illi indies corollam ex roſis,ſpinas ſibi reſeruans,vnde fiebat,vt omni occaſioni per diem intentus affligendi ſe, amore Crucifixi ſui & intellectum,& voluntatem,& memoriam, reliquoſque exterioris hominis ſenſus frenare aſſiduè,ac rationi ſubiicere conaretur; quas ſui victorias roſarum inſtar habebat,ſpinis,ſi quæ occurrerent, contemptis, atque ex illis ſub veſperum diſcuſſis conſcientiæ latebris, contextam corollam Ieſu ſuo Crucifixo gratiſſimam offerebat, enixè petens,vt eam venerando capiti ſuo impoſitam vellet.

Quod ſi nihil eiuſmodi quod offerret inueniſſet, ſterilitatem animæ ſuæ mæſtus deplorabat, multamque negligentiæ ſuæ à Crucifixo petebat,exiſtimans ea ſe die neutiquam vixiſſe, qua gloriari cum Apoſtolo nequibat, dicens: *Chriſto confixus ſum Cruci, propter te mortificamur tota die.*

Animaduertens autem Chriſtum Crucifixum, eſſe myſterium fidei,fundamentum ſpei, & holocauſtum charitatis, eidem vouit fidem, ſpem & charitatem quibus velut totidem clauis memoriam, intellectum & voluntatem Cruci Chriſti affigebat,neutiquam permittens,vel vno ſe paſſu ad aliud vel cogitandum, vel amandum auelli.

A

Renouabat autem hæc vota, ea ſpiritus dulcedine, vt prope colliqueſceret: quare & inter præcipua diuina beneficia illud peculiariter numen numerabat, quo, ad hæc vota nuncupanda,fuerat permotus.

Magni exinde faciebat cogitationem quandam,qua ſub initium conuerſionis ſeriè ad Deũ, viſus fuerat ſibi ex vaſta mundi ſilua, tamquam rude & indolatum lignum fuiſſe ſelectus, eo fine vt tunſione plurima, ſcalpri ſalubris ictibus intus & exterius transformatus in imaginem Crucifixi, eſſe, dicique verè poſſet mundo Crucifixus. Proinde ſæpenumerò offerebat ſe magiſtro ſuo tamquam nondum ſatis aſciatum: percute,inquiebat,dedola,iocide, reſcinde, aufer veterem hominem & rebellem Adamum.

B

Recordatus nonnullos ſanctorum eo cæleſti fauore donatos fuiſſe, vt Crucifixum Deum ſuum, quaſi præſentem vbique intuerentur, quemadmodum olim monuerat Moyſes his verbis: *vita tua erit quaſi pendens ante te die ac nocte*; hinc ſatagebat, vt in omnibus maioris momenti actionibus, cum præ oculis haberet ſemper: Deut. 28. 66.

C

Prandens itaque aſſidebat Chriſto Crucifixo,& panem ſuum cum lachrymis eius miſcebat, potum felle temperabat, omnemque voluptatis ſenſum faceſſere iubebat.

Cubitum concedens reclinabat ſe velut in Cruce,& erubeſcebat mollius ſe cubare eo, cui non erat,vbi caput reclinaret.

Indueri ſe veſtimentis ſuis mane vincula occurrebant,funes & manicæ ferreæ,quibus & ipſe inſignibus veſtiri optabat.

Exuens ſe veſperi indumentis ſuis meminerat auulſæ à carne Chriſti togæ, cui iam ante concreuerat.

Si loquendum erat,loquebatur ſicut Ieſus in Cruce,pauca verba,pia,charitate & affectu pleniſſima.

D

Si meditandum, omnis eius conſideratio erat Chriſtus patiens, quæque ipſe inter patiendum fuiſſe legitur proſecutus.

Si patiendum quid, aut ab alio illatum, aut ſponte ſuſceptum, aſſimilari gaudebat ſe Crucifixo.

Quoties autem carnem ſuam flagellis, aut ciliciis domaret,omnis eius cogitatio in eo verſabatur, quomodo corpus ſuum Chriſti corpori aſſimilaret.

In ſumma, moriendi quamdam methodum, iuxta prototypon in Cruce exhibitum, ſibi delinearat, quam ſuo tempore reapſe exprimens ſequeretur.

Quoties

Quoties ei tranſcundum erat ante Crucifixi imaginem, poſt profundam non ex conſuetudine, ſed intimo ſenſu reuerentiam, adiurabat Saluatorem ſuum per amorem illum, quo auulſam ſibi animam reddiderat in manus patris, vt hanc ſuam animulam exciperet expanſis vlnis, tunc, quando ex hoc corpore migraret.

Neque hanc orationem omittebat vnquam: ſiquidem ſciebat ex cuiuſdam defuncti apparitione, qui, poſtquam diſſolutam aliquamdiu vitam traduxiſſet, hunc tamen ſingularem fauorem à Crucifixo Domino in mortis articulo obtinuerat, quod pio huic exercitio, dum viueret, diligentem operam dediſſet.

Prima eius ac præcipua meditatio erat, extractum ſe ex deſerto huius ſæculi, vt Siluestre quoddam lignum, de quo imago Crucifixi Domini formaretur, hoc eſt, omnes eius cogitatus, ſenſus & propenſiones huius prototypi teſtimonium darent, ita vt ipſe mundo, & mundus illi perpetuò crucifigeretur: in quem finem ſæpenumero ſeſe Deo ſiſtebat, vt rudem quendam truncum exclamans, præcide, ſeca, deſtrue veterem Adam, vt noui in me reſplendeat figura: nolo tibi aſſimilari in gloria, niſi ante ſimilis fuero in Cruce.

Die ſabbati imaginem Chriſti de Cruce deponebat, vt ea ceremonia cor ſuum præpararet; ad illum dignè iſto velut ſepulchro recondendum. Imitatus S. Bernardum, faſciculum collegerat inſtrumentorum omnium patientis Ieſu, quorum ſingula ſolitus erat pio oſculo vnum poſt aliud venerari. Dilectus meus, inquiebat factus eſt mihi faſciculus myrrhæ, inter vbera mea commorabitur, tenui eum nec dimittam donec introducat me in domum patris ſui, in requiem felicitatis æternæ.

Omni autem contentione Spiritus cauebat ſedulo ne Cruce ſe ſignaret per conſuetudinē, aut ſigni huius ſenſu, fructu atque dulcedine fraudaretur: ea propter quoties ſe ſignabat, quinque hos actus elicere ſolitus erat.

1 Erigebat intentionem ſuam dicens in Nomine, id eſt, ad puram, maioremque Dei gloriam.

2 Offerebat actionem ſuam in Nomine & vnione meritorum Chriſti Crucifixi, exprimens tres diuinas perſonas.

3 Radicabat ſe in fide SS. Trinitatis, Incarnationis & Mortis Ieſu Chriſti Crucifixi, vt hæc fides ei eſſet cauſſa & ratio agendi.

4 Firmabat ſe ſpe meritorum Crucifixi, à quo robur omne bene agendi deſcenderet, quo fiebat vt omnem in ſuis viribus confidentiam, vanamque gloriam eliminaret.

5 Accendebat in ſe charitatem, propoſito ſibi omni eo, quod in Sanctiſſima Trinitate aut amabile eſt ad proliciendum affectum, aut admirabile ad maieſtatis excitandam venerationem, adeo vt in omnibus propemodum actionibus ſuis peculiarem actum ſeu fidei, ſeu ſpei, ſeu charitatis eliceret; ac memor voti ſui, de quo ante dictum eſt, gereret ſe in omnibus pro eo, qui totus amori & honori Ieſu Chriſti crucifixi foret conſecratus. Hactenus ille, cuius operi, ſtudioque, quam olim impenderit magnus ille Agonotheta mercedem, ſumma aperiet, cum noſtra ſilentio ſe clauſerit, dies: *neque enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis noſtri, & dilectionis, quam oſtendimus in nomine ipſius.* Heb. 6. 10. [Heb. 6. 10.]

Quod autem hic præcipua conſideratione dignum eſt, id reor quam maximè, vt defæcato corde, puraque mente Crucifixus à nobis tractetur, fruſtra alioquin futurus omnibus, atque inutilis, qui alioquin magnis poſſent fructibus abundare. [*Crucifixus puro corde tractandus.*]

Auctor eſt *Gregorius Turonenſis* lib. 1. de gloria Mart. pretioſam, admirabili Margarita inſerta, Crucem inueniri, quam, qui aſpicit, ſi abſque vlla lethalis noxæ labe, iuſtus ſit, ſplendido & puro quodam fulgore coruſcare; ſi ſceleri cuipiam, etiam vni ſit obnoxius, nubilam, obſcuram, nigram apparere. Bene igitur S. Ioann. Chryſoſt. hom. 20. in Matth, immundi cordis hominem perſtringens: *contra te ſua*, inquit, *vulnera allegabit: claui de te conquerentur: cicatrices contra te loquentur, Crux Chriſti contra te perorabit.* [S. Chryſoſt. hom. 20. in Matth.]

A fide digniſſimo ac periluſtri quodam Barone ſuamet edocto experientia [quam tamen nemo ſanæ mentis laudare velit] habemus, eſſe in quadam, quæ Oceano Indico cingitur Inſula celeberrimam Crucem. Illam autem ſe facili amplexu ſtringere potuiſſe, cum tamen procerus quidam, qui cum illo erat vir, facere id non poſſet. Audiuit exinde ab incolis nullius mortali peccato fœdati amplexum admittere Crucem illam: id quod dum temeraria curioſitate experiri vult dictus Baro librum furatur: accedit, & Crucem amplecti, vti aliàs non poteſt. Hæc ipſe de ſe. Vide quam non amet immundi à peccato grauiore cordis homines mundiſſimus Crucifixus: Idem diſce à Crucifixo illo, de quo Franciſcus Gonzaga Conuentu 24 Prouinciæ Poloniæ ſcribit, qui nullum penes ſe impium patiebatur: eo loco quo Cœnobium eſt oppidi Schapenij, magnus quidam lapis fuit, inquit ibid. Gonzaga, intus, foris, atque per vniuerſas venulas Crucibus inſignitus, ita vt in quolibet eius fragmento Crux impreſſa appareret, eumque aliquis iuxta illum pertranſiens aliquid turpe vel proferret, vel ageret, vel ebrietate teneretur, ſtatim ex temporaneo morbo correptus, vel ſiniſtro caſui ſubiacens ſuæ temeritatis pœnas dabat: vſque adeo pro Cruce ſolicitus Crucifixus eſt, ex cuius mente Conſtantinus eam ſuſtulit ex vſu pœnarum, quod & poſtea lege Longobardica ſancitum fuit. Alijque Cæſares neque depingi, ne-

que

que ſculpi humi, paſſi ſunt, ne pedibus proculcari ſalutis inſtrumentum videretur. Claudo caput piiſſimo iuxta atque eruditiſſimo P. Ignatij Bomplani elogio, quo nouus homo id, quod in Cruce, ac Crucifixo conſpicit magnipendere non prætermittat.

Hoc portentum
Suſtinere, Natura, non debes.
Non ſedet in terra Deus, ſed pendet:
Non adoratur, ſed damnatur:
Clauo vtitur pro ſceptro,
Trabe pro throno,
Felle pro nectare,
Nuditate pro maieſtate,
Sanguine pro purpura.
Vulnera oſtentat vt inſignia:
Stipatur doloribus, vt comitatu:
Patibulo gloriatur vt regia:
Mortem adit, vt regnum.
Errani.
Suſtinere debes hoc portentum;
Caritatis portentum eſt.
Magno
In omnibus: ab omnibus
Pietatis ſenſu
Venerandum.

Magna Crucifixi Veneratio in Abaſſia.

Fuit quidem cum olim tam ſacroſancta eſſet Chriſti in cruce affixi, & religioſè culta effigies, C vt vix vſquam in vetuſtioribus monumentis appareat. Certe in tota Roma ſubterranea vix cernitur ſed eius loco paſſim Iſaaci immolatio, bonus paſtor, Iobus, Ionas, & aliæ eiuſdem Chriſti ſiue patientis, ſiue reſurgentis figuræ depictæ in cryptis viſuntur, ſed ne quod ab ethnicis intelligi non poterat, honore debito fraudaretur; nunc vero pace Eccleſiæ reddita, & ſuus Cruci ac Crucifixo cultus & veneratio data eſt: & ſi alicubi fortaſſe reſtrictiot etiamnum viſa ſit, augendo cultui, honorique datum fuit. Ita de Abaſſynis ſcribit Nicolaus Godignus cap. 19. Crucifixi Chriſti ſimulachrum domi habere, nemini conceſſum, quod neſas ducant rem tantam, tamque auguſtam ſub peccatorum hominum tectis eſſe. In templo tantum depingitur, ſecreto in loco, ſemperque velo D tegitur, ſextis tantum anni feriis, illa ipſa hora, qua Chriſtus creditur Patri ſpiritum reddidiſſe, accedere dicuntur ſacerdotes, accenſis cereis, & velum remouere, tum populus vniuerſus ingenti concurſu in templum adueniens flexis genibus, magniſque clamoribus implorat veniam, & oſtenſum ſibi ſignum religioſiſſimè veneratut. Hæc ille.

Qui ritus non vſque adeo improbandus, quando Chriſtus ipſe miraculo quodam, vt refert S. Gregorius Turonenſis l. 2. c. 23. de gloria, mart. eum viſus eſt confirmaſſe in Eccleſia S. Geneſij Narbone, vbi Crucifixi effigiem velo lineo obtegi iuſſit, maioris venerationis ergo; quod hodieque vniuerſalis Eccleſia à Do- A minica Paſſionis, vſque ad feriam ſextam maioris hebdomadis obſeruat, tanto impenſius, maioreque cultu portentum hoc caritatis in paraſceue veneratura, quo diutius ſacroſancto eius caruerit aſpectu.

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Nihil itaque nouatoribus noſtris tam impijs, quam deliris hic paratum ſubſidij, quo eam, quam à patre diabolo traxêre veſaniam in cruce, ac Crucifixo ab hominum oculis amoliendo, tueantur, vt accidit anno 1565 Pariſiis, vbi cum primum facultatem obtinuiſſent condendi in vrbe orationis, ſeu potius impietatis domum, operis artificem vocarunt in Iudicium, quod tectum Crucis ſigno rubris & viridibus B tegulis diſtincto communiuiſſet, hoc in deriſum & contumeliam reformatæ religionis aſſerentes factum.

Reſpondit vero artifex, ſe honoris cauſa id feciſſe, quia videret ædem B. Virginis præcipuam vrbis baſilicam, atque inſuper Regis Chriſtianiſſimi palatium Crucis ſigno notatum eſſe: ſi autem præſciuiſſet gentem illam Cruci inimicam, nec lapidem quidem pro ea poſiturum fuiſſe. Bzouius ad dictum an. n. 37.

Sed parum eſt Crucifixi cultorem in ius euocare, vltra impietas hæc progredi viſa fuit, cum Nemauſi ſub annum 1561 Crucifixi piiſſimam imaginem quatuor lictoribus tradidit flagellan- C dam: quin & alias plures eiuſdem Saluatoris in Crucem acti effigies varie diffiſſas ad comburenda Sanctorum corpora non metuit adhibere: vti factum ab illis Cæſaroduni, vbi corpus S. Franciſci de Paula ordinis Minimorum fundatoris, etiamnum poſt 55 annos integrum atque incorruptum, ſepulchro extraxerunt, & maioris Crucifixi lignis, quem ex odæo deturbarant atque in multas partes diſſecuerant, impiè combuſſerunt. Neque hic ſacrilegium ſtetit, eodem turbine Ioannem foreſtum inuoluerunt virum, qui generis claritatem, atque interiorum litterarum ſcientiam religioſa ac ſublimiori augens ſapientia, Reginæ Catharinæ diu ſecretæ arbiter fuerat confeſſionis, iuſti ac recti, vltra quam Henrici Angliæ Regis libido ferret, tenaciſſimus propugnator. Hoc crimen, D hæc cauſſa fuit, vt mori iuberent, ſuſpenſum catenis de furca, & quidem altiore, diu fumo cruciatum, ſemiuſtulatumque interfecerunt: addita morienti ludibria, vt quidem hoſtes putarunt, vt ignis, Chriſti è cruce pendentis ligneâ ſtatuâ, nutriretur, quaſi non ſatis impij eſſent in ſeruum, niſi etiam in Domini ſigna ſæuirent. Sed bene cecidit, vt non plus flammarum lignum illud vrendo corpori, quam amoris Chriſti Domini, cuius imaginem referebat, eiuſque acerbiſſimæ necis recordatio ſuppeditaret; itaque factum vt gemina flamma integrũ amburererur holocauſtũ. Sanderus l. 1. ho.

Ioan. Foreſtus.

Nec mitius in Carnotenſi Francia ſæuitum fuit dum ſacerdotem cum Chriſti Crucifixi ef-

Sacerdos cū Crucifixo ab hæreticis transfixus. figie arctè colligantes, & Crucifixum & Sacerdotem plurimis ſclopetorū glandibus transfixos omnino deſtruxerunt. Roſſæus de auct.

Hæc nequiſſimæ hæreſis veſania, & contra omnem venerandæ antiquitatis ſenſum patrata miracula, Crucifixum vnà cum cultoribus ſuis peſſumdare, ex hominum oculis abolere, quem omnis retro SS.Patrū auctoritas vniuerſo hominum generi aſſiduè propoſitum eſſe deſiderauit. Operæ pretium fuerit de ſenioribus vel paucos ex vtraque Eccleſia audiuiſſe. Primus itaque ſit S.Ephrem diuini ſpiritus lyra, ſic dictus à Theodoreto, qui floruit anno 365, cuius hæc verba ſunt l.de pœnit.

S.Ephrem l.de pœnit. Pingamus in ianuis, atque in frontibus noſtris, in ore & pectore atque in membris omnibus viuificum ſignum, armemur inſuperabili hac Chriſtianorum armatura: ea eſt enim victrix mortis, fidelium ſpes, lux orbis, terræ paradiſi reſeratrix, hæreſeon profligatrix, dæmonum expultrix, magna, ſalutariſque cuſtodia & gloria orthodoxorum in æternum. Hanc Chriſtianam armaturam diebus ſingulis & noctibus, horis atque momentis in omni loco circumferre non deſinas, hoc enim ſigno conſpecto aduerſariæ poteſtates conterritæ, trementeſque recedunt.

Syro addo Africanum, vt in duorum teſtium omni exceptione maiorum ſtet omne verbum. Adiicitur, inquit S.Auguſtinus, ſuper Crucem quædam hominis inibi patientis imago: per quod ſalutifera Ieſu Chriſti nobis renouatur Paſſio: hanc complectere humiliter, venerare ſuppliciter lib.2.de viſitand. Infirm.c.3.

Margarita Maximiliani Cæſaris filia Madriti feſtum iniuriarum Domini celebrari curat. Ex quibus ſole clarius liquere arbitror, quid homini nouo hac in parte agendum ſit, ne quid honori tanti myſterij noſtrâ incuriâ decedat, aut eius inter nos gloria minuatur, vbi præclarum ſanè, ac plenum dignitatis exemplum omnibus reliquit Maximiliani II Cæſaris filia Margarita; inaudierat hæc Iudæos gentem perfidam ac Crucis ſimul & Crucifixi inimicam, pendentis è Cruce Domini effigiem impiè violaſſe, multiſque contumelijs affectam peſſumdediſſe, atque aliquoties in ignem conieciſſe, voce hac ad aures eorum allabente: cur me tam impiè tractatis, an neſciris me Deum veſtrum eſſe? Quid agat imbellis virgo? Sponſi contumeliam primo multis profuſis lachrymis ſolari inſtituit, deinde, vt quâ poſſet viâ illatam Domino iniuriam compenſet, *Feſtum* nouum *Iniuriarum Domini Ieſu* dictum celebrare cœpit, totoque octiduo ſumma cum pietate ac religione, vniuersâ aulâ Madritanâ adnitente, tranſegit: quo id apud Dominum promerita fuit, vt ſingularem coram eo gratiam iniret: quod vel inde patuit, cum non ita multo poſt viro pio ac docto Deus cœleſti nuncio indicauit Margaritam ex iis vnam eſſe quæ diuinæ Iuſtitiæ gladium contineret, atque ab Hiſpanis auerteret, ne iis temporibus in gentem illam deſæuiret. Ioan. Gans in Hiſt. Virg. Auſtriacarum l.12. c.5. faxit diuina clementia, vt, quæ nos per ſignum Crucis redimere voluit, eodem quo tendimus, per fidelem Crucifixi imitationem feliciter pertingamus.

CAPVT NONVM.

Meminerit aſſiduè homo nouus diei illius, & horæ, cuius recordatus eſt ipſe ab initio, qui illâ nos redemit, & lauit in ſanguine ſuo, ne dum longe ab eo ſit, eat in obliuionem.

Obliuioni tradi meretur, qui Deum pro ſe paſſum obliuiſcitur.

Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. Eccl.29. Eccli.29. 20.

Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo. Thren. 3.21. Thren.3. 21.

Ea eſt præſtantium animæ facultatum natura, atque conditio, qua tardos noſtri corporis ſenſus excedere ac ſuperare ſolent, vt ab ipſa quoque materia ſemotæ, actiones ſuas nihilominus exſequantur; quare cum noui hominis viſum, Crucifixi Domini ſui obiecta imagine, qua nunquam is deſtitui debet, aſſidue occupandum docuerimus, reliquum eſt, vt eiuſdem memoriam, ſacratiſſimi temporis, quod è Cruce pendens memorabili ſupplicio ſuo, morteque conſecrauit, recordatione obligemus. Et ad diem quidem primò quod attinet, non parum hic Græcos hallucinatos inuenio, docentes præueniſſe Chriſtum immolationem Agni Paſchalis, decimatertia ſcilicet die menſis primi phaſe immolando, quod ſibi neceſſarium aſſerere non ignorant, vt ſuam in fermentato pane conſecrationem tueantur. Sed longe à veritatis ſcopo aberrant: grauiſſimorum namque Doctorum, patrumque indubitata ſententia eſt, vt Auguſtini, Chryſoſtomi, Anſelmi, Thomæ Aquinatis, aliorumque, Chriſtum quartadecima die menſis Niſan, prima die azymorum Agnum paſchalem cum diſcipulis comediſſe, & decimaquinta die in Cruce expiraſſe, ita vt dies redemptionis reſponderit diei captiuitatis, feria namque ſexta conditus Adam, qui diebus octo in paradiſo vixit, inſequenti feria ſexta peccando, diaboli iugum induit, à quo eadem feria captiuum hominem Chriſtus redemit. *Quando Chriſtus celebrauerit Paſcha.*

Quare à primis illis Eccleſiæ naſcentis incunabilis, dies hæc in veneratione haberi cœpta fuit, & merito id quidem: *Mementote*, dicebat olim Iſraëlitico populo Deus, *diei huius, in qua egreſſi eſtis de Aegypto & de domo ſeruitutis.* Exodi 13.3. *Dies emortualis Chriſti religio.* Exodi 13.3.

25.3. Quæ Ægyptus, quæ ſeruitus comparanda cum iſta, à qua nos die hac Chriſtus liberauit? nos, quos in manu valida, & brachio extento, quos in prodigiis ac ſignis, quos in auro, atque argento, per integerrimi reparatoris ruinam & cladem, per vndantem latè ſanguinem, & innexa vulneribus vulnera, per extrema vnigeniti ſui cruciamenta introduxit pater in terram lacte & melle manantem. Certe vel ideo Iſraelitica libertate potior noſtra nobis libertas eſſe debet, quod illa excidio ſtetit Ægypti, hæc Dei.

Veteres, ſi quos forte dies fauſtos notare aut meminiſſe volebant, eus calculis candidis ſignare ſoliti erant, vnde is apud *Perſium*.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo:

Profecto hic vel candidiſſimo, quia nobis B auſpicatiſſimus eſt, debeat conſignari; verè faſtus, quo tria hæc verba fari *do, dico, addico* *nu Deo* præcipuè cuilibet non licitum modo, ſed & conueniens quam maximè & opportunum, iis virtutum diſciplinis atque exercitationibus aſſumptis, quibus & religio creſcere, & pietas ſoleat capere incrementum: quod primum die ipſa Paraſceues ſeu Dominicæ Paſſionis perfectiſſimo quodam ieiunij genere fieri cœptum, ita vt dum in Hiſpania circa annum Chriſti 633. deſerti quæpiam officij culpa notata eſſet, *Concilium quartum Toletanum* in hunc modum eidem voluerit contraire: *quidam in die Paraſceues, ſeu Dominicæ paſſionis ad horam 9 ieiunium ſoluunt, conuiuiis abutentes, dum Sol ipſe eodem die tenebris palliatus lumen ſubduxerit, ipſaque elementa turbata mæſtitiam totius mundi oſtenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epuliſque inſeruiunt. Et quia totum eundem diem vniuerſalis Eccleſia propter paſſionem Domini in mærore, & abſtinentia peragit, quicunque in eo ieiunium præter paruulos, ſenes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces reſoluerit, à Paſchali gaudio repellatur, nec in eo Sacramentum corporis & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis ipſius per abſtinentiã non honorârit.* Hactenus Concilium.

Nec eius diei cultu annuo contenta Eccleſia, hebdomadarium eſſe voluit, adeo vt ſingulis quibuſque feriis totius Anni indictiuam ineD diam ſtatuerit obſeruari, vti ex tribus locis Cõſtitutionum Apoſtolicarum apud S. Clementem Romanum liquido conſtat. Item Epiphanio hæreſi 80. Origene homilia 10. in Leuiticum.

S. Clemens Rom. S. Epiphan. Origenes. Tertulliar. S August. Apollon.

Tertulliano lib. aduerſus pſychicos c. 14. Auguſtino epiſt. 86. Hieronymo in epiſt. ad Galaras. Vnde apud Palladium Apollonij antiqui Patris hoc erat monitum, quod refertur in c. Ieiunia. de conſec. diſt. 1. *Ieiunium ſane legitimum in ſexta feria non eſt ſoluendum, niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit, quia ſextâ feriâ Crucifixus eſt Saluator. Videbitur ergo, qui hoc die ſine neceſſitate ſoluerit ſtatutum ieiunium, cum crucifigentibus crucifigere ſaluatorem.*

Hæc fuit conſuetudo veterum ad Chriſti

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A paſſionem honorandam, eiuſque memoriam fideli mente retinendam in Oriente, quam hoc etiam tempore Græci retinent, & ij qui ritu & more Græcorum viuunt. In occidentali quoque Eccleſia aliquando eadem Chriſtiani populi viguit conſuetudo, nam, vt refertur c. de eſu Carnium: de Conſecrat: diſt. 3. *Leo IV.* ſic definit. *De eſu Carnium apud vos vetuſtiſſima, & non improbanda traditio ſemper eſt tenenda, vt à cænæ termino, quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, quæ luceſcit in quarta feria vſque in diluculum quintæ feriæ, & ſimiliter à cæna noctis ſextæ feriæ, quæ luceſcit in ſexta feria, non imperite ieiunatio vſque ad ſabbati lucem quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit, vel debuerit, protendatur.* Vbi Gloſſa monet ieiunium hoc præcepti vim habere.

Leo IV. PP.

Quamuis autem olim Chriſtiani in hac feria ieiunium plenum ſeruauerint, abſtinentes à prãdio, & ſemel tantum interdiu in memoriam dominicæ paſſionis edentes, tamen hoc tempore, mitigato antiquæ Eccleſiæ rigore, ieiunium tantum manet imperfectum, quoad abſtinentiam à carnibus, non vero lacticiniis vel ouis, inuigilante etiamnum Eccleſia, vt in tanta temporum licentia, aliquis nihilominus fouendæ Crucifixi memoriæ, honos illi tribuatur.

Ad quod diuinitus haud dubie inſtigari debuerint infantes illi, qui à lacte materno ſexta C ſaltem feria abſtinuiſſe leguntur. aut ſecundum ieiunij legem, ſemel tantum ſuxiſſe, cuiuſmodi fuerunt S. Nicolaus Myræ poſtmodum Epiſcopus, qui à primis incunabulis cum reliquis diebus lac nutricis frequens ſugeret, quarta & ſexta feria ſemel duntaxat, idque veſperi ſugebat, quam ipſe ieiunij conſuetudinem, per omnem deinde vitam retinuit, ſolo pane & aqua contentus. *Leonard. Iuſtinianus in Vita.*

Infantes feria 6 à lacte abſtin. S. Nicol.

S. Stephanus, Dienſis poſtea Epiſcopus, genere nobilis, tenerrimus infans, ſextis feriis papillas obfirmato animo recuſabat, planeque diem illum ieiunus exigebat. *Dorlandus l. 4. c. 10.*

S. Stephan. Epiſc.

S. Siſinius, poſtmodum Thannenſis Epiſcopus, dum matris ſuæ papilla etiamnum lactareD tur, ſexta feria ſemel tantummodo tenelli oris labia vberibus admouebat. *Marulus l. 4. c. 1.*

S. Siſinius Epiſc.

Ioannes de Firmo, vocatus de Aluerna, cum nutriretur infantulus in cunis, diebus Veneris ſemel tantum mammam ſugebat. *Gretſerus de diſcip. l. 1. c. 14.*

Ioan de Firmo.

Ioſephus à Leoniſſa ex ordine Capuccinorum vix ſeptimum ætatis annum attigerat, cum ſextam cuiuſlibet hebdomadis feriam ad Dominicæ paſſionis memoriam panis & aquæ ieiunio tranſigebat. *Flores Seraphici to. 2.*

Quibus ducibus nil mirum, prouectioris ætatis homines tam viros quam mulieres Chriſti patientis inediam pari ſupplicio de ſe ſumpto, & ſexta hac, & alia cuiuſque hebdomadis feria celebraſſe.

Atque hîc primum ſe offert S. *Iacobus* Apo-

ſtolus, filius Alphæi, qui ſexta hac feria, ac ſabbato ſequenti in antro delitefcens, omni cibo, ac potu abſtinuit, donec à mortuis rediuiuum magiſtrum conſpexiſſet, iuxta quod S. Paulus 1. Cor. 15. ſcripſit: *Deinde viſus eſt Iacobo.* Vbi Iò deinde, numerum ſignificat, non ordinem, vt bene Cornelius animaduertit.

Imitatus hunc fuit *Gerardus Venetus* ex ordine Minorum Capuccinorum vir magna ſanctimonia inſignis qui pro conſuetudine quam habebat à cæna Domini ad Dominicam vſque reſurrectionis, nihil omnino cibi guſtabat. *Bonerius in Annal.*

S. Ludou. Rex. S. Ludouicus Galliæ Rex præter cilicium, quo ſæpe vtebatur, ſingulis ſextis feriis ieiunabat, præcipuè per aduentum & quadrageſimã, quando nec piſces nec fructus guſtabat, nec ſuſtinebat filios Ludouicum & Philippum ſertis floridis aut ſimilibus ornamentis amiciri, quo die Saluator ſpinis fuerat coronatus. *Bellarmin. de offic. princ. c. 3.*

S. Cuthb. Epiſc. S. Cuthbertus Lindisfarnenſis Epiſcopus in longo, per deſerta, itinere, matutinis horis ad honeſtam viduam diuerterat, à qua ad reficiendum ſe oppido inuitatus, quod ante ſolis occaſum nihil reperturus eſſet, recuſauit, idque ob Dominicæ paſſionis reuerentiam, ex qua, die veneris ieiunare ſolitus erat: noctis autem ingruentibus tenebris etiamnum ieiunus ad deſertam caſam diuertens ſubmiſſo pane refectus eſt. *V. Beda.*

S. Anton. Epiſc. *S. Antoninus* cum tota familia die veneris ieiunabat. *Surius.*

S. Pet. Cæleſtinus. *S. Petrus* Cæleſtinus eo die præter aquam & panem ſumebat nihil. *In Vita.*

S. Albertus Carmel. *S. Albertus* Carmelita abſynthium pani iungebat. *In Vita.*

S. Maglor. *S. Maglorius* tota illa die guſtabat nihil. *In Vita.*

B. Felix de Cantalice. Idem *B. Felix de Cantalice* Capuccinus obſeruare ſolitus erat. Quod & *B. Andreas Cattani* ex ord. Prædicat. ſolenne habebat.

Ferdinand. Luſitaniæ Princeps. *Ferdinandus* Luſitaniæ Princeps Ioannis primi filius hoc triduum paſſionis in templo ieiunus tranſigebat, ac nihil præter cruſtam panis & hauſtũ frigidæ admittebat. *Vaſconcellus Anaceph.* 16.

Ioannes Auila. *Ioannes Auila* noctes feriæ quintæ & feriæ ſextæ ducebat inſomnes, ſolebatque dicere qui cubitum concederet ac ſolidam noctem dormiret cuiuſcunque hebdomadis, qua Chriſtus vinctus, quæque ſextam feriam, qua mortuus eſt, ſubſequitur, hunc non ſatisfacere magnitudini tanti beneficij, quod eo tempore à Domino acceperit. *Ludouic. Granatenſis in hiſtoria vitæ eius libr. 2. cap. 2.*

Alexander Luſagus. *Alexander Luſagus* arcto ieiunio diſciplinam, cum officio S. Crucis iungere ſolitus erat. *In Vita.*

Cardinalis Hoſius. *Cardinalis Hoſius* cum feria quadam ſexta peius ſolito haberet, monuit eum medicus vt ouis re-

A centioribus vteretur, quod ei futura eſſent ſalubria & delicata: ille memor quod Palæmon olim reſpondit Pachomio, quo meliora ſunt, ait, & delicatiora, hoc minus hodiernæ diei conueniunt, hac enim Chriſtus paſſus, qua deliciæ nullæ ſunt ſectandæ. *Reſcius in Vita. libr. 3. cap. 16.*

Boucicault ius Militũ præfectus. Floruit in Francia regnante Carolo 6. Mareſcallus, ſiue primarius *Caſtrorum præfectus nomine Boucicaut*, qui ſextam cuiuſque ſeptimanæ feriam tanta ciborum abſtinentia in memoriam crucifixi Domini tranſigere ſolebat, vt præter fructus terræ & legumina ederet nihil, abſtinens ab omni eo quod anima ſenſitiua informaretur, imo habitum die illo ſimpliciorem ac modeſtiorem geſtabat, vt in exteriore homine ſignum B reuerentiæ memoris exhiberet, quam omnes Sanguini dominico, tum pro nobis effuſo habere debemus. *Nicolaus Cauſſinus. tom. 2. aulæ S.*

Nec mulierum bonarum pietas hic requiſita fuit, accurrit namque immo Euro citius aduolauit

Ioanna Crucia. *Ioanna Crucia* ex ordin. S. Claræ, clariſſimæ virtutis monialis, quæ etiamnum infantula diebus veneris ſemel tantum vbera ſugebat. *In Vita.*

Iuliana Falconeria. B. Iuliana Falconeria ex ordine Seruitarum ob Chriſti patientis memoriam feria ſexta nihil omnino cibi admittere ſolita erat. *Ferrarius.*

C S. Hedwigis. *S. Hedvvigis* Poloniæ Duciſſa ſingulis anni feriis ſextis pane & aqua vitã toletabat. *In vita hiſt.*

Margarita Hungaric. *B. Margarita Hungarica* à veſpero Cœnæ Dominicæ, annis ſingulis, vſque ad ſabbatum ſanctum iam finiens, non quieſcebat, nec comedebat, ſed continuò ſtabat erecta, oculis in cælum eleuatis, variis flagellationibus, & orationibus intenta. *Garinus.*

Stephana Seraphino. *B. Stephana Seraphino*, eiſdem diebus ieiunabat, præter fel guſtans nihil. *Hiſt. Minimorum.*

Ioanna Princeps Luſ. *Ioanna Luſitania Princeps* eodem illo Paſſionis triduo ieiuna vigilabat orationibus inſiſtens. *Vaſconcellus.*

Euphraſia Rodericia. *Euphraſia Rodericia*, tertiaria S. Franciſci à Cæna diei Iouis vſque ad Paſchale feſtum, nullam penitus corporis alimoniam ſumebat. *Blaſius* D *Iaguna in Vita.*

Sed Neque in ſola abſtinentia cibi, ac ſomni, voluerunt ſummam ſui conſiſtere obſequij, non enim fructuoſe corpori eſca ſubtrahitur niſi mens à terrenis ac ſuperuacuis occupationibus ferietur, hinc magnus ille Chriſtiani gregis Zorobabel, *Conſtantinus Imperator*, ſimulatque ſacra noſtra complexus, ornandis illis animum adiecíſſet, legem tulit. vt die Veneris omnes à iudiciis dandis, & aliis obeundis negotiis vacarẽt, precibuſq; & obteſtationibus Deũ colerent: vtpote in quo Dominus Cruci ſuffixus fuerat. Et quãquam recentiores poſtea eam Conſtantini legem non obſeruarint, ita vt ab operibus ſeruili-

A ſeruilibus abſtinerent, ſancta tamen Eccleſia ſingulis quibuſque per annum ferijs ſextis, celebritate alia non impeditis, S. Crucis commemorationem facere, in honorem eius ſacrificium Deo offerre conſueuit, idque peruetuſto vſu recepta conſuetudine, vt *S. Gregorius magnus* docet libr. de Sacram. *Euſebius in Vita* Conſtantini libr. 4. capit. 18. *Sozomenus* libr. 7. cap. 46. *Nicephorus* lib. 1. cap. 8.

Robertus Card. Bellarm. — Parum ad hæc à ſuperuacuis ſtudiis tam ſancta luce feriari, niſi quod ea potiſſimum à Saluatore actum eſt, & nos agamus, otando, diſcendoque pati Chriſto conformiter: nam vt bene ac prudenter *Robertus Cardinalis Bellarminus* epiſtola 107. ad Beniaminum Antonium Canerium olim ſcripſit: *quemadmodum nihil erit in* B *futuro ſeculo beatius, quam eſſe Chriſto ſimilem in gloria; ſic in præſenti tempore nihil eſt vtilius, quam eſſe ſimilem in paſſione.* Hinc enim oritur gaudium illud ſolidum & perpetuum, quod nemo tollere poteſt à nobis, de quo Apoſtolus loquitur, cum ait: *repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* 2. Cor. 7. 4.

B. Martin. de Valent. — Patuit id clare in B. Martino de Valentia ex ord. Minorum primo Mexicanorum Apoſtolo, qui à Dominica paſſionis, vſque ad diem Dominicæ Reſurrectionis, continuâ Chriſti cruciatuum memoriâ, adeo deficiebat, quaſi diebus multis æger decubuiſſet, ſtatimque paſchali die illuceſcente, conualeſcebat. *Ximenius in Vita.*

V. Philippa Geldrica. — Talis & inter feminas Staurophilas sereniſſima eluxit Philippa Geldrica, iam Clariſſa, quæ ſeptem poſtremis annis vitæ ſuæ, à die Iouis veſperi, vſque ad ſabbatum manè tantos dolores, quot hebdomadibus, & tam acutos perſentiſcebat, vt pedibus cōſiſtere non poſſet, iacebat itaq; Chriſto conformis, in crucifixum oculis coniectis, Deo corpus, animumq; tranſcribens. *In Vita.*

Qua hora Chriſtus Crucifixus. — A die venio ad horam, Domino quidem maximopere luctuoſam, nobis vero omnibus lætificam & præclaram, quam ab omni æternitate diuina clementia redimendo generi humano ſtatuit ſalutarem; ad hanc quod attinet, maioribus hic tibicinibus res agenda videtur, nō quod D dubitandum ſit, an horâ ſextâ, quæ iuxta vſum horologij noſtri duodecima eſt, Chriſtus Dominus verè in Crucem ſuffixus ſit, ſed quod

Marci 15. 25. — ſcrupulum non leuem iniiciat S. Marcus cap. 15. ſcribens in hunc modum: *Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum:* quæ verba vt propriè ac genuinè intelligantur, ſtatuendum eſt cum S. Hieronymo, ſicut olim nox diuidebatur in quatuor vigilias, quarum quælibet continebat tres horas, ſic etiam diem diuidi ſolitam in quatuor ſtationes, quarum ſingulæ tres etiam communes horas comprehendebant. Prima ſtatio incipiebat à diluculo, durans vſque ad horam diei tertiam: ſecunda inchoabatur ab hora tertia, vſque ad ſextam circa meridiem. Tertia à ſexta, vſque

R. P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

A ad nonam. Quarta à nona, vſque ad occidentem ſolem. Et ſecundum hanc computandi methodum crucifixus eſt Dominus intra horam tertiam & ſextam prope meridiem, vt verè dixerit S. Marcus fuiſſe *horam tertiam, quando crucifixerunt eum*, cum illa iam effluxiſſet, ſexta autem nondum planè aduenerat; verè etiam dixit S. Ioannes, *erat quaſi hora ſexta*, quia inſtabat propemodum hora ſexta. Ioan 19. 14. Similitudine rem explano: pranſurus aliquis apud amicum accubuerit inter vndecimam & duodecimam horam, domum reuerſus interrogetur, quando pranderit, dicere poterit hora vndecima pranſum ſe fuiſſe, aut ſi velit, hora ſe duodecima comediſſe, vtrumque enim verum fuerit, comedit enim horâ vnde- B cimâ expletâ, & duodecimâ inchoatâ. Atque ita SS. Patres Euangeliſtas interpretati ſunt.

S. Ignat. S. Clem. — S. Ignatius Antiochenus epiſtol. ad Trallianos. S. Clemens Romanus libr. 5. Conſt. Apoſt. cap. 16. & lib. 8. cap. 40. *Hora tertia*, inquiens, *ſententia Crucis eſt promulgata, ſexta denique executioni data: ideoque horis illis preces veſtras perſoluite:* quod autem Clemens poſtremis his verbis innuit, ſurdis nequaquam auribus noui homines acceperunt, ita enim à primis illis naſcentis Eccleſiæ incunabulis ſacroſancti temporis huius meminiſſe, horaſque illas piè ac religioſè expendere cœperunt, vt nec tanti ſe beneficij immemores, nec diuinæ beneuolentiæ oſtenderent C eſſe ingratos.

S. Athanaſ. — Hinc S. Athanaſius libr. de Virg. alloquens virginem. *Poſt tertiam*, inquit, *ſynaxes conficies; quoniam ea hora defixum eſt lignum Crucis. Sexta hora abſolues deprecationes cum pſalmis, ploratu, & ſupplicationibus, quoniam hac hora pependit filius Dei in Cruce. Nonâ horâ rurſum in hymnis & glorificationibus eris cum lachrymis & confeſſione peccatorum tuorum Deo ſupplicabis quoniam hac hora Dominus in Cruce pendens reddidit ſpiritum.*

Pulſus meridianus ad orandum. — Vnde inſequentibus annis optimo ſanè conſilio per orbem Chriſtianum inductus eſt pulſus æris campani, hora ſexta, id eſt, duodecima noſtrate, qua Crucem Chriſtus aſcendit, vt medio diurni temporis curſu animam laſ- D ſam, à nimia occupationum contentione, ac tumultu homines reuocarent, & mentem non minus, quam corpus, pabuli ſui, id eſt cæleſtis, auidam tanti beneficij recordatione reficerent.

Nouus itaque homo, meridie audito campanæ ſono fideles ad orandum excitante, mentē, oculoſue ad Crucifixum ſuum attollet, illi reuerentiam faciet, & humiliter ac religioſè adorans poplitibus in terra poſitis inuocabit. Et pati id quidem poſſe locum quemlibet in publico, & multo magis priuatum docuit exemplo ſuo Chriſtianiſſimus Ludouicus XI. Galliarū Rex, qui an. 1462. duobus pulſibus, matutino ſcilicet & veſpertino, per vniuerſā Europā vſu receptos

Digitized by Google

meridianum addidit, & publicis edictis per vniuerſum regnum ſuum iuſſit in meridie campanam pulſari. Quo tempore Chriſtianus populus humi flexo poplite, orationem funderet, & angelica ſalutatione matrem doloroſam religioſe veneraretur. Ipſe autem meridiano pulſu audito, ex equo deſcendere, & flexo vtroque genu, ac capite nudato patientem Deum venerari non erubeſcebat. Quare exiſtimant aliqui ab hoc Rege Ludouico inſtitutum id, de meridiano pulſu ſumpſiſſe initium, atque ex Gallia in omnes orbis Chriſtiani partes fuiſſe deriuatum. *Caniſius* l.3. de B.V. c.3. *Polydorus Virgilius* lib.6. de Inuent. rerum cap.12. *Robertus Gagninus* l.10. Compend. rerum Gall. *Genebrardus. Iacobus Meyerus* in annal. Fland. ad an. 1472.

Caniſius. Polyd. Virg. Rob. Gaguin. Iacob. Meyerus.

Ita dudum ante, ipſemet Dominus, recolendos Cruciatus ſuos, adiunctiſque precibus ad Matrem doloroſam, honorandos eſſe, B. Gertrudem docuiſſe viſus eſt, cuius hæc in ſchola inſinuationum diuinæ pietatis lectio fuit diſcipulæ dictata:

S. Gertrudis.

Ad tertiam lauda me in deſiderio illo feruentiſſimo, quo mater mea me de ſinu patris traxit in vterum ſuum, atque imitata eſt perfectiſſimè in deſiderio illo, quo ego hominum ſalutem exoptaui cum duris flagellis cæſus, ſpinis coronatus, ignominioſiſſimam Crucem feſſis humeris excipiens in montem baiulaui.

Ad ſextam lauda me in ſpe illa ſecuriſſima, qua eadem Virgo, & mater mea, ſemper ad laudem meam aſpirabat: & imitata eſt me qui in alta Crucis arbore ſuſpenſus ad humani generis redemptionem aſpirabam.

Ad nonam lauda me in ardentiſſimo amore illo Cordis mei, atque illius, quæ tanto charitatis glutino Deus coniunxerat, vt ſeparari poſſent nunquam, & gratias age pro amoris magnitudine, qua morti amariſſimæ pro ſalute hominum ſuccumbens, mundo patrem reconciliaui. Lib.3. c.46.

Proba lectio, ſanctumque conſilium, quo id, quod olim omnibus in communi profuit, nunc ſingulis priuatim vtile fiat ac fructuoſum quod non ignorans beatæ memoriæ *Petrus Faber*, vnus ille ex prima Societatis Ieſu decuria, ac S.P. Ignatio dilectus diſcipulus, dum horas canonicas inchoaret in acerbiſſimos Chriſti cruciatus, indignamque necem ſuæ mentis figebat aſpectum, & vt pſallendo progrediebatur, ita in reputandis acrioribus eius pœnis atque doloribus procedebat, vt cum perueniſſet ad Nonam, ſentire quodammodò & ipſe poſſet dira illa tormenta, & ſupremos angores, quibus eâ Chriſtus horâ paternos in amplexus extremum ſpiritum edidit. *Nicolaus Orlandinus libr. 2. vitæ capit. 7.*

Petrus Faber.

Sancta profecto religio! digna omnino, quæ identidem à bonis omnibus, ac ſapientibus exerceatur: quod cum diutino pietatis vſu intellexiſſet *Alexander Luſagius* nobilis Brixianus, cum ſacerdote quodam Societatis Ieſu pactum iniit

Alexander Luſagius.

A ſpirituale, quo pro inuicem hanc eleemoſynā, & gratiam quotidie à patre miſericordiarum obtinere contenderent, primò, continuam Paſſionis Chriſti memoriam. Secundò, deſiderium vehemens patiendi pro Ieſu. Tertiò, magnam voluntatis propriæ abnegationem: quibus vt ipſe, quod à ſe contribuendum erat nequaquam denegaret, auream hanc in ore ſententiam voluebat aſſiduè: *impoſſibile eſt Crucifixum habere ſine Cruce*: in quem finem fronti, ori, ac pectori mane & veſperi ſignum Crucis infigere ſolitus erat, dicendo: Ieſus Chriſtus Crucifixus ſit in ſpiritu meo: Ieſus Chriſtus Crucifixus ſit in ore meo: Ieſus Chriſtus Crucifixus ſit in corde & opere meo. *Ita Hermannus Octauius in hiſtoria vitæ capit. 10.*

B

Magno id bono, ac commodo ſuo expertus fuit S. Neanias, alias Procopius, qui dū à Diocletiano Alexandriam miſſus, quò Chriſtianos illic exſcinderet, & ipſe Chriſtum obuium habuit, cuius hæc inter tonitrua, fulmina, ac terræmotum vox è nubibus erat: quo ruis Neania? & aduerſus quem tanto impetu concitaris? Attonitus ille, reponit tamen, in Chriſtianos ſe mouere: ergo, vox infert, me petis: & Neanias, quis es tu? audit vero, ego ſum Ieſus crucifixus: leuanſque oculos crucem videt, quam intuens, multum ſe aberraſſe intelligit, aliam deinceps viam ingreſſurus. Mox fabrefieri ſibi ex auro crucem iubet, quam oſculo excipiens, de collo ſuo, ne vnquam C eius obliuiſceretur ſuſpendit, cum cruce ſperans crucifixi quoque gratiam obtinere, quod paucis poſt diebus patuit dum nobilem de Agarenis victoriam hac cruce reportauit. *Metaphraſtes.*

S. Procopius.

Sed tantis hîc nequeunt viri laudibus prædicari, quin feminæ, vel ex natura ad pietatem factæ, vel patibus, vel maioribus excellere videantur. Horam nouerat *B. Coleta* meridianam duodecimam, qua Chriſtus amor ſuus cruci affixus, cruciatus inexplicabiles tolerârat, hâc itaque expendere eos ſolita Coleta, compati dilecto, & partem non minimam deguſtare conſuêrat. Vnde factum fuit vt quotidie eadem illa hora angores cordis ſui ſentiret vehementiſſimos, quos vt ſecretius ac maiore cum pietate ferret, D eo tempore ab aliis ſe ſubducebat hominibus, atque ita ſola manens, omnes animi vires intendebat ad cogitandas iniurias, conuicia, opprobria, tormenta ac mortem dilecti ſui, in quibus meditationibus ſæpenumero in ecſtaſin rapiebatur. Sæpe autem dum Chriſti patientis hiſtoria ſub diuino Miſſæ ſacrificio legeretur, dolores, quos paſſus eſt Dominus in corpore ſuo, adeo in corde ac carne illius renouabantur, vt nunquam viſa fuerit mulier tantum laborare in partu, quantum ipſa condolendo dilecto, patiebatur.

B. Coleta.

Eandem, ſeu potius vicinam traduxiſſe horam in ſpinis, ſed eiuſmodi, quæ roſas ferant, inuenio S. Franciſcam Romanam, quæ ſingulis

S. Franciſca Romana.

feriis

feriis ſextis per annum hora nona inexplicabiles dolores in corpore ſuo experiebatur: in Paraſceue vero tantos, vt morti proxima videretur, quibus viro dolorum, iam ſponſo ſuo, quadam ſimilitudine ſupparem ſe fieri lætabatur. *In Vita.*

Margarita Cortonenſis. Nec procul hinc abfuiſſe crediderim *B. Margaritam Cortonenſem* quæ poſteaquam ſæpius Chriſtum rogaſſet, vt liceret ſibi Paſſionis eius dolores ſentire, audiuit aliquando ſibi ab eo dici: *vade ad Crucem & ſcrutare ibi plagas meas & perquire dolores, illic experiri licebit, quam fuerint vehementes.* Intellexit illico prudenter, meditanda ſibi proponi Crucis ac Paſſionis Dominicæ myſteria, in quibus contemplandis tanto ferebatur conatu, vt omnia ipſa pati iudicaretur, & præ B doloris magnitudine oculorum nerui videtentur euelli, & totum vndique corpus intolerabili afficeretur cruciatu.

Petiit deinde ſibi communicari B. V. Mariæ dolores omnes, quos in cunctis opprobrijs, flagellis, vulneribus, morte dilecti filij ſui & vniuerſis paſſionis circumſtantiis fuerat perpeſſa.

Hoc etiam ei dignanter cõceſſum eſt, iubente itaque Domino, ſummo mane venit ad templum, finita miſſa circa tertiam, anima illa Deo deuota, in eundem totaliter abſorpta videre cœpit prima illa & ſecreta Iudæorum conſilia de capiendo Chriſto, Iudam cum illis paciſcentem, mox Chriſtum oſculo tradentem, & ſingula quæ iſtic contigerant, quæ tam in- C tenſo ſpeculabatur dolore, vt in extremum mortis articulum iudicarent circumſtantes eam eſſe prolapſam: horâ præſertim nonâ, qua Chriſtum vidit caput inclinantem, & ſanctiſſimum ſpiritum emittentem, ita enim caput eius ſubitò & mortali quodam motu ad pectus decidebat, omnibuſque exterioribus ſenſibus deſtituebatur, vt verè defunctam iudicarent. Quo modo, & corporis ſitu permanebat, vſque ad veſperam, concurrentibus cum gemitu & lachrymis omnibus Cortonenſibus, quos turmatim aduenientes capere non poterat Eccleſia. *Ita Wadding. tom. 2. an. 1297. n. 22.* An non hoc eſt memoriâ memorem ſponſi ſanguinum dici poſſe, vt tabeſcat in memore anima eius: Ita D reor. Sed & aliam priori non diſſimilem adiungere animus eſt: hæc autem erat illa ſponſo gratiſſima *Carniola Vrbeuetana*, ex ordine S. Dominici monialis, quam certè ſi quæ alia fuit vnquam, ſacratiſſimi temporis huius magnique beneficij quo Sponſus ſanguinum cruentum redemptionis noſtræ opus abſoluit, cultricem fuiſſe inuenimus, vnum dabo, è quo cætera liceat colligere, cum nonnunquam magno Paraſceue die Chriſtum Cruci affixum, atque extrema patientem ſibi ob mentis oculos altiſſimam editatione vti præſentem obieciſſet, ecſtaſin pati cœpit, toto corpore in terram corruente, & diſtento, protenſis brachiis, pede

Carniola Vrbeuetana.

A vno alteri ſuppoſito, lurida facie, rigidis planè membris, vt rumpi potius, quam dimoueri vel inflecti poſſent, clariſſimè etiam à circumſtantibus audito oſſium fragore, diem integrum non abſque grandi prodigio permanſit, ſenſuum penitus expers. Idemque illi accidit recurrente Paraſceues die per continuos decem inſecutos annos, quibus illa ſuperſtes fuit, niſi quod ſemel deplorato morbo fatiſcenti, acerbi illi dolores inducias conceſſerint. Obiit Ioanna 1306. *Raymundus Capuanus. Caſtillius. Seraphin. Razius.*

Quid autem de Sereniſſima noſtra piiſſimaque Principe *Iſabella Clara Eugenia* dixerimus? quæ nocte poſtrema cuiuſque anni, lampadem iubebat accendi coram eburnea Chriſti in Cruce ſuffixi effigie iuxta lectum collocata; vt cum calendis Ianuarij euigilaret, primum obtutum, cogitationemque iaceret in Chriſtum è Cruce pendentem, eamque mentem deinceps, quoad liceret, toto anno conſeruaret. *Cornoiſerius in Mauſolæo Iſabell.*

Iſabella Belgij princeps.

Legiſſe poterat piiſſima hæc Princeps quod olim cœleſtis ſponſus dilectiſſimæ ſponſæ ſuæ Catharinæ Bononienſi in hæc verba legitur eſſe prolocutus: tibi ergo, inquiebat, Catharina, vt maiorem quam ante hac à me incas gratiam, non dies elabatur, quo non, vti cœpiſti, animũ ad paſſionem meam conuertas, & alios, vt id præſtent, cohortare, ſi mihi rem gratam, ſibique vtilem, iucundamque facere velint. *In Vita.*

Catharina Bononienſ.

Accedat & his Sereniſſima *Cunegundis* Frederici IV Imperatoris filia Alberti Bauari piiſſima Coniux, quæ mortuo viro eique exequiis ab ea rite perſolutis, domum redire noluit, ſed ante templum, ſuis valedicens in monaſterium ſeceſſit, vbi diebus veneris totum tempus matutinum meditandis Chriſti cruciatibus impendens, nulli ad ſe aditum patere voluit, antequam hora duodecima audita eſſet. *Ioan. Gans in Hiſt. Auſtriac.*

Cunigundis Auſtriaca.

Si mercibus ex orbe alio petitis loci diſtantia pretium addat, quale non adiiciet Chriſtianæ pietati eorum, qui in orientali India commorantur in Inſula S. Thomæ! quos per maiorem Hebdomadem ſcribunt, ne fruſtum quidem panis ori ſuo iniicere, cui ſegmentum aloës non adiungant, ne patientis Chriſti obliuiſcantur. Præclara ſane religio! quam & ad infantes ſuos extendunt, quorum matres, papillas ſuas, quibus eos lactare conſueuerunt per illos dies amaris quibuſdam ſuccis illinunt, vt vel inde eorum palatum rebus iſtiuſmodi aſſueſiat. *Hiſt. Ind. Orient.*

Inſulani S. Thomæ.

Et hæc quidem pauca de multis ſelegiſſe volui, quibus, vt initio dicebam gratiam fideiuſſoris, qui pro nobis animam dedit, nouus homo neutiquam obliuiſcatur, quod ſanè vt fide optima exequatur, nec vnquam incurius prætermittat, tanto ſuos olim affectu, ſtudioque

Digitized by Google

S.Auguſtinus hortatus eſt, vt ſanctiſſimi Doctoris verba operæ pretium duxerim eadem lectori meo exhibere, fore confiſus, vt quæ olim fidem adſtruxerint, & nunc haudquaquam minorem in nobis ſint inuentura.

Anno huius ſæculi poſt milleſimum ſexcenteſimum trigeſimo primo, operâ P. Iacobi Sirmondi ex Societate Iesv viri Græcè ac Latinè doctiſſimi, in lucem prodiere, hactenus non editi Sermones quadraginta, quos ſtylus, phraſis, ac diſſerendi modus liquidò teſtantur eſſe S.Auguſtini, horum autem quinto, quod in rem noſtram facit, ſic loquitur: *Si tibi* inquit *ſeruus tuus, quem manumittis, fidem non exhiberet, nec ſe manumiſſione tua dignum, fidem ſeruando, faceret, & eum in aliquibus in domo tua fraudibus inuenires, quid clamares? male ſerue fidem mihi non ſeruas? neſcis quia emi te? neſcis quia ſanguinem meum pro te numeraui? Clamas quantum potes & cælum inuidioſis pulſas vocibus: ſanguinem meum pro te dedi, male ſerue, & omnes qui audiunt, aiunt, verum dicit. Si tibi auderet reſpondere ſic inuehenti, & clamanti ipſe ſeruus tuus, non erubeſceres, ſi tibi diceret: quem, rogo te, ſanguinem pro me dediſti? quomodo me emiſti? nec ſaltem te phlebotomaſti. Sed ſanguinem tuum pecuniam tuam vocas. Tantum amas pecuniam tuam, vt eam appelles ſanguinem tuum. De voce tua conuincit te Dominus tuus. Vocas pecuniam tuam ſanguinem tuum, & ideo exigis à ſeruo tuo empto fidem, quia pro eo dediſti, non vtique ſanguinem, ſed nummum, vel aurum: Ego quid dederim, recolis? tabulas tuas lege, ſi non recolis. Lege pro te mortem Saluatoris, Lanceam percuſſoris, pretium redemptoris. Poteſt & homo viuens, venâ, vt dixi percuſſâ, dare ſanguinem ſuum, & tamen viuere. Plus eſt, quod dicit Dominus tuus: non de me viuente ſanguis expreſſus eſt, ſanguine meo te emi. Addo, morte mea te emi. Quid habes quod dicas? Redde fidem Domino tuo, quã eixgis à ſeruo tuo.* Quibus S.Auguſtini verbis longe grauiſſimis, eiſdemque lectiſſimis tantum promouiſſe poterit nouus homo, quanto ſibi opus fuerit, vt quod Sapientis voce commendatum accepit ne gratiam fideiuſſoris vnquam obliuiſcatur, magno ſuo commodo ac fructu ad præſtabilem, inſignemque effectum laudabiliter adducat, cuiuſmodi ille non abs re fuiſſe cenſendus eſt, qui memoria memor tabeſcentem in ſe animam his atque ſimilibus aſpirationibus inſtaurabat, à ſummo pendentis vertice exorſus, quotidie matutinis horis, ſingula patientis membra memorioſè percurrens: Salue, inquiebat, ſacratiſſimum *Caput* liberatoris mei, Oraculum ſapientiæ, toties arundine, palmis, colaphis pro me ſuccuſſum, coronâ ſpineâ vndique præcinctum, riuis ſanguinis irrigatum, in Crucis thalamo omni fulcimento deſtitutum, atque hinc magnopetè afflictum & fatigatum: Te ſupplex veneror, & adoro. Per has ignominias, atque tormenta, Domine, omnem meam ſuperbiam ac vanitatem, quæ caſtigata

S. Auguſt. ſer. 5.

Exercitium aureum amantis Crucifixi.

Caput Saluatoris afflictum.

A hic video mihi pius condona, ſynceram autem animi demiſſionem, cum vera nihili mei notitia miſericorditer indulge.

Et vos *Capilli* Domini mei multum venerabiles, floridi Nazaræi, ferro neutiquam præciſi, ſed manu barbara violenter euulſi, partim ſanguine concreti, partim ſerto ſpineo conſtricti, vos veneror, Deumque obteſtor, vt cogitationes meas deformes, inanes, chimericas atque ſuperbas capillorum nomine ſignificatas expurget, vnamque mihi tribuat puram, feruidamque mentem ſaluandi animam meam. *Capilli.*

Frons, throne modeſtiæ, cœli ſimulachrum ſemper ſerenum, diuino ſanguine purpuraſcens, crebra percuſſione liueſcens, ſpinarum B aculeis ſuffoſſa, inter orandum ad terram proclinata, ſemper tamen tranquilla & conſtans, atque omnibus benefica. *Frons.*

Per omnes huius iniurias, condona mihi, Domine, inuerecundiam meam quam in offendendo te, omni loco & tempore toties vſurpaui, & da pudorem conſequi verum atque honeſtum.

Quid *Oculi*? ô ſuaues illecebras ſanctarum animarum, arrhas felicitatis æternæ, fontes ex acerbo dulcium lachrymarum, repletos ſanguine, à peccatoribus velatos, in conſpectu amicorum illuſos, clariſſimo denique lumine ſuo mortis iniuria priuatos! Per hæc tormenta, atque ſupplicia, ignoſce Domine culpis meis, quas C oculorum miniſterio contraxi, vanos atque laſciuos oculorum coniectus remitte, fletum vberem indulge, quibus peccata mea diluam, quia & diuinis tuis obtutibus, meos expurga, ac tuis effice vniformes. *Oculi.*

Sacratæ *Aures*, portæ aureę tenerrimi cordis Domini, ac ſeruatoris mei ſemper apertæ ad preces noſtras, omni genere contumeliarum pulſatæ, lamentis populi, & amicorum afflictę! *Aures.*

Per tormenta hæc, atque cruciatus, condona mihi Domine culpas omnes per aures admiſſas, præbendo eas vanis ac noxiis ſermonibus, da illas deinceps occludere obtrectationibus praD uis, apertas verò circumferre verbo Dei.

O puriſſimum *Os*, fons viue veritatis, dulciſſimorum faue verborum, fodina cœleſtium ſecretorum, ac nide gratiarum, pugnis percuſſum, felle vitiatum, ſiti afflictum, oſculo Iudæ proditoris exhonoratum. Per has ærumnas, ac pœnas labiorum meorum immunditiam purifica, peccata verborum condona. *Os.*

Dentes, gemmæ Orientales, eburnei vniones ex crebra percuſſione tremuli & vacillantes, in ſanguine ſuo natantes, ac tantum non omnes ſubmerſi. *Dentes.*

Per has Domine contumelias ac dolores, meas omnes murmurationes, verborum aculeos, atque diſcordias remitte: hic pati tribue, vt iudici priuſquam adueniat, fiat ſatis.

Et tu *Lingua* diuini verbi interpres certiſſima *Lingua.*

aurea

Digitized by Google

aurea Sacramentorum promulgatrix, tot inter conuicia ſilentio deuota, felle, acetoque inſperſa! cuius Domine, benigno obtutu, linguę meæ delicta plurima, quibus & tuum, & proximi honorem ſæpenumero detriui, pacem violaui, remitte; laudare te deinceps, alioſque ſolari concede.

Vultus. *Vultus* reuerende maieſtate reſplendens regia, plene gratiarum ac decoris, in quem deſiderant Angeli proſpicere, quem dæmones exhorrent, peccatores requirunt, manica ferrea impudenter percuſſe, ſputis immundis viliſſimorum hominum opplete, vt te ſuſpicio! te deprecor! & adoro! Da Domine per has diuini vultus tui iniurias, quas mihi debitas, aut non debitas ingruere permittes conſtanter excipere, æquo animo ſuſtinere.

Collum. *Collum* tuba pacis, organum charitatis, fune circumdatum, vt malefactoris ſeruique fugitiui raptatum, tractumque per viam velut ad triſte quoddam bidental. Dedecus ingens, notaque turpiſſima, & per hanc pridem, te Ieſu patientiſſime, obteſtor, ne pro eo quod eleuatus fuerim non ſemel, & ambulauerim extento collo, me iuſtus punias, ſed miſericors delictum condones,

Brachia. Diuina *brachia*, quæ mundum vniuerſum amplexa, tribus horis in cruce extenſa Patris indulgentiam traxiſtis in terram. Vtinam & ab eodem vberem mihi gratiam mittatis è cælo, qua & nunquam bono reſiſtam, & me perpetuò diuinæ tradam voluntati.

Humeri. O *humeri*! ô ſcapulæ! ſupra omne alabaſtrum candidæ, inclementer nimis ad flagella denudatæ, flagris proſciſſæ, ſcuticis contuſæ, Crucis immenſæ pondere depreſſæ.

Agne manſuetiſſime, qui tollis peccata mundi, in cuius humeris pater poſuit iniquitates omnium noſtrum, per hunc laborem tuum atque dolorem, quo humeris tuis onus iſtud excepiſti, da mihi ſubiicere humeros meos ſapientiæ, portare illã, nec acediari vinculis eius. *Eccl.* 6 26.

Manus. *Manus* theſauri gratiarum, miraculorum grandium operatrices, occupatæ ſemper operibus bonis, manicis ferreis, vinculiſque innexę, grandibus clauis cruci affixæ, vos pronus exoſculor, Deum Dominum obteſtans, vt otioſitatem meam, atque ingratitudinem, auaritiam & impudentiam veſtri intuitu mihi condonet, liberalitatem, miſericordiam, diligentiamque concedat.

Pectus. *Pectus* diuini Cordis ſacrarium, ſcutum mundi inexpugnabile, ſæpius aduerſis ictibus percuſſum, clamoribus exhauſtum, Lancearij vulnere crudeliter apertum!

Per haſce ærumnas tuas da, optime Saluator, vincere me imbecillitatem meam, & nullo ſimulatæ probitatis fuco inquinari.

Cor. Ad te venio *Cor* Domini mei Rex omnium cordium, Regia caritatis, miſerorum refugium, A conſolatio moribundorum, totius mundi ſceleribus prægrauatum, ſuorum anticipatione tormentorum afflictum, martyrum futurorum commiſeratione diſcruciatum, tot, tantorumque hominum perditione mæſtum.

Vtinam per haſce cordis tui anguſtias & inconſtantiæ meæ, acediæ, ac prauitati, Domine, benignus ignoſcas!

Quid *Genua & Tibiæ*? mundi labentis columnæ, Dominum portantes fabricatorem mundi, exeſa ieiunio, itineribus longis atque moleſtis defatigata, afflicta tormentis, nequidquam tamen deiecta. *Genua & Tibiæ.*

Ignoſce, Ieſu optime, quod meis toties malè vſus, ea curuauerim ſæpius ante Baal: tu debilia B robora, vt demum quod olim per Prophetam tuum prædixiſti impleatur, *mihi curuabitur omne genu.* Iſaiæ 45.24.

Tandem ad pedes tuos, cum amantiſſima Magdalena ſupplex accido: ô pedes! qui roſas ſeuiſtis & ſpinas calcaſtis, proprio ſanguine ſubmerſi, Cruci efferum in modum affixi, vos lachrymis irrigatos, capillis exterſos ore lambere non deſinam, donec tria illa verba, *remittuntur tibi peccata* huic fueris peccatori prolocutus.

Interim his pedibus tuis, vt alter quidam Echinus, qui tempeſtate imminente, ne fluctibus iactetur, rupem amplectitur, ego perdius, ac pernox affixus, iram quam merui declinabo, C identidem hoc Dauidicum occinens acroama: *Petra refugium Herinaciis.* pſ. 103.18. Tenui eam, nec dimittam: Et quo præmio! magno illo ſanè & amplo, quod illis ſibi cariſſimis olim indulſit, qui morienti in Golgotha fideles adſtiterunt, quos omnes carnificum gladijs ſubductos legimus, Deo Domino compaſſionis martyrium, pro ſuppliciorum tolerantia, ac perpeſſione liberaliter acceptante: quos inter præter Deiparam S. fuit Ioannes Euangeliſta, Maria Magdalena, cæteræ Mariæ, Veronica, eiuſque, vt ſcribit Bouchetus in Annalibus Aquitaniæ, maritus, Amator. Vt N. à capite fontium lib. de Virginis martyrio & Ioſeph, alijque tra-D diderunt. Sed & aliud præmium non deficit, quo Crucifixus memores ſui cultores non parcè, neque tenuiter ſolet compenſare. *Qui Chriſto in Cruce morienti adſtiterunt, à violenta morte exempti.*

In Gallia Abbatẽ inter & quẽdã ſæculi prępotentẽ Toparchã orta non leuis erat contentio: cumque à partis vtriuſque fautoribus, diu minis certaretur & iurgiis, tandem vt armis ageretur, vtrimque condictum fuit. Et ſæcularis quidem paratis militum copijs campum præliaturus ingreditur, acies ſtruit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum omnium mentes acerrimus cohortator inflammat. Sileſcunt omnia gladiis, rubent clypei, vociferantium clamor attollitur, minaces armatorum fremitus inhorreſcunt, tela ſtringuntur, & ſolus aduerſæ partis impetus ad congrediendum accenſis mani- *Victoria per imaginem Crucifixi in campo prælatam.*

bus

buſexſpectatur. Abbas autem non in armis terrenis ſpem ſuam, ſed in humanæ ſalutis auctore conſtituens, omnibus, qui pro ſe dimicare conuenerant, ſuum prohibuit comitatum, ſolos autem monachos ſuos equis impoſuit, capita cucullis operire præcepit, ſicque cum illis, velut galeatis & loricatis fidei munimento, Cruciſque vexillo ad locum certaminis venit. Cumque vir ille, non ferrea, vt ſperabat, arma conſpiceret, ſed Crucis ſanctiſſimum ſignum, tantus eum cum ſuis omnibus diuini timoris horror inuaſit, vt deſilientes ex equis, protinus arma proijcerent, in terram ſe proſternerẽt & in-

A dulgentiam flagitarent.

Tanti eſt Crucis Chriſti cum fiducia meminiſſe. B. Petrus Card. Damiani l.4 ep.9. quod dum commemoro, præterire tacitus nequeo inſignem religioſamque R.P. Claudij Aquauiua quinti Societatis Iesv Præpoſiti Generalis pietatem ac ſtudium, quo viuam ſibi Chriſti patientis memoriam identidem refricabat. In Altaris eius meditullio, quod in priuato oratorio excitarat pientiſſimam Crucifixi imaginem erexerat, ad cuius latera hæc vtrimque verba legebantur:

Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Iſaiæ 53.8.

Vt mederer contritis corde. Iſaiæ 61 1.

Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Iſaiæ 63.5.



Inueni in quo propitier homini. Iob 32. 24.

Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Luc. 22.29.

Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam. Heb. 10.19.

Ad pedes vero hæc poſita erant

Adoro Maieſtatem.
Stupeſco profunditatem.
Amplector bonitatem.
Libo ſuauitatem.
Suſcipio vtilitatem.

hac ipſe Philoſophia munitus, his armis inſtructus grauiſſima tum in ſe, tum vero in ordinem voiuerſum concitata certamina non ſemel victor ſuperauit.

S. Bern. ſerm. 43. in Cant. Cant. 1. 12. Didicerat hoc bonus Pater à mellifluo ſuo Doctore Bernardo, quem die, nocteque indefeſſus voluebat, qui ſerm. 43. in Cant. verba illa Cant. 1. explanans: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, quæ Origenes l.4. homil. in Cant. hom. 2. Nyſſenus hom. 3. Theodoretus & Philo Carpathius de memoria Paſſionis Chriſti exponunt, ſic loquitur: *Tu quoque ſi ſapis imitaberis Sponſæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum faſciculum de principatu tui pectoris, nec ad horam patieris auelli: amara illa omnia, quæ pro te pertulit, ſemper in memoria retinens, & aſſidua meditatione reuoluens, quo poſſis dicere & tu, faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*, &c. Et infra. *Hæc meditari dixi ſapientiam: in his iuſtitiæ mihi profeſſionem conſtitui; in his plenitudinem ſcientiæ: in his diuitias ſalutis: in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus ſalutaris amaritudinis: hæc me erigunt in aduerſis, in proſperis reprimunt: & inter læta, triſtiaque vitæ præſentis, viâ regiâ incedenti, tutũ præbent iter; hinc inde mala imminentia propulſãdo.* Nihil aptius dici poterat ad probandum in memoria Paſſionis Chriſti cõſtitui ſpeciale genus felicitatis, *quam in ea conſtitui diuitias ſalutis: eam tutum præbere iter per eam mundi iudicem conciliari.* Ideo poſtquam dixit Sponſa *faſciculus myrrhæ,*

B &c. ſubdit: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Nempe ex Hebræo, vt notat Cornelius, *Botrus pulchritudinis in fonte felicitatis.* Illi 1. Cant. 13. enim animæ cui Chriſtus per memoriam affectuoſam Paſſionis, *faſciculus eſt myrrhæ inter vbera*, erit *Botrus pulchritudinis in fonte felicitatis*: idque ſecundum nobile illud Zachariæ vatici- Zacchar. nium cap. 12. *Effundam ſuper domum Dauid & ſu-* 12. 10. *per habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ & precum: & aſpicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum.* Vbi certum eſt ſermonem eſſe de Chriſto patiente, cum de eo locum hunc citet S. Ioannes cap. 19. Pollice- Ioan. 19. tur autem Dominus effuſurum ſe ſuper Eccleſiam *ſpiritum gratiæ & precum* ad aſpiciendum

C Chriſtum Crucifixum, & plangendum. Impletum autem id primò in ijs Iudæis, qui Chriſtũ viderunt Cruci affixum, & tandem compuncti planxerunt, teſte S. Luca cap. 23: *omnis turba* Luc. 23. 48. *eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant percutientes pectora ſua reuertebantur.* Adeo proficua eſt Chriſti patientis contemplatio, vt ea etiam profecerint, qui eum contemplabantur vt hoſtes: quare ſi efficax fuit ad ſalutem eorum, qui ſpectauere crucifigentes, quanto magis eorum, qui amantes & compatientes? vt bene aduertit Alphonſus noſter Salmeron tomo 10. tract. 48.

Verum enim verò nullum tanti Beneficij mnemoſynon certius, nullum commendabilius

eo,

ro, quod ipſe nobis reliquit, dum ſacroſanctū miſſæ Sacrificium inſtituit, vt ſuæ pro ſalute noſtra ſuſceptæ Paſſionis memoriale haberemus perpetuum, ipſomet dicente Matth. 26. (Math. 26. Lucæ 22.) Lucæ 22. *hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.* Sicut enim olim præclara illa vidua in deuicti Holofernis memoriam, & tanti à Deo accepti beneficij, conopæum illius, in donarijs domus Domini ſuſpendit, (Iudith c. 16.) (Iudith. 16.) ita Chriſtus vt ſuæ Paſſionis in nos collati beneficij, perpetuo in Eccleſia vigeret memoria, ac perennis actio gratiarum, viuam, ſpirantemque ſuæ Paſſionis imaginem, diuinæ Euchariſtiæ myſterium, nobis frequentandum inſtituit, tantis ſuis beneficiis velut penſionem quandam apponens memoriæ ac gratiarum actionis præceptum: (S. Gaudentius ſer. 3.) de quo profuerit S. Gaudentium ſer. 3. audiuiſſe. *Voluit beneficia ſua*, inquit ille, *permanere apud nos, voluit animas pretioſo ſanguine ſuo ſemper ſanctificari per imaginem propriæ Paſſionis, & ideo diſcipulis fidelibus mandat, quos primos, & Eccleſiæ ſuæ conſtituit Sacerdotes, vt indeſinenter iſta myſteria exercerent, quo & ipſi, & omnes pariter fidelium populi, exemplar Paſſionis ſuæ ante oculos habentes quotidie, & gerentes in manibus, ore etiam ſumentes, & pectore, redemptionis noſtræ capita indelebili memoria teneamus: quo Græci Δει τουργῦντες* reſpicientes, caſula ſemper rubea vtebantur, ad denotandū teſte S. Ioanne Chryſoſt. carnem Chriſti in Paſſione, cuius Miſſa repræſentatio eſt, tinctam ſanguine fuiſſe. Imò inter ſacrificandum lancea S. hoſtiam pungebant, ad denotanda Chriſti vulnera. Quin poſt conſecrationem aquam calidam in calicem fundebant, ad melius repræſentandum ſanguinē calidum à Chriſto fuſum.

Et quidem non indiget Chriſtus memoria noſtra, quamuis velit nos ſui amoris, acceptorumque beneficiorum meminiſſe; optat enim illorum recordatione, nos in ſui amore ad imitationem quam maximè incaleſcere. Sed cur, inquies? An quod ita deceat, iuſtiſſimumque ſit, cum Deus ſit ſummum bonum, primum principium, vltimuſque finis noſter, atque omnium rerum ceterarum, vt eum propius reſpiciamus?

An quod ſimilitudo voluntatum coniunctionem, & amicitiam foueat? (Ariſtot. l. 9 Ethic.) vnde & Ariſtoteles l. 9. Ethicor. docuit, propter diſſimilitudinem amicitiam diſſolui, & vt *S. Hieron.* in cap. 7. Micheæ: (S. Hieron. in cap. 7. Micheę.) *Amor*, inquit, *aut pares accipit, aut facit.* An quia cum amor transformet amantem in rem amatam, vt Plato, Dionyſius, aliique ſapientes ſtatuerunt, amans ſibi quodammodo moriatur; cumque ex altera parte nihil omnino perire cupiat, amans ne prorſus intereat, in amato viuere velit, quod non niſi per redamationē, ſuique conſtantem memoriam fieri poſſe credit, quod dum hic fieri amet, nequaquam mirandum eſt, tanta cum pietate ac religione diuinum hoc Sacrificium Miſſæ ab ijs coho-

A neſtari, qui gratiam fideiuſſoris, dantis pro illis animā ſuā, noluerint obliuiſci. Vnius hic ſtudiū ac pietatē nefas præterire, eſt is Rex noſter Catholicus Philippus IV Hiſpaniæ, Indiarumque Monarcha, (Philippi IV Hiſp. Regis pietas in ſacrif. Miſſ.) quem *Claudius Clemens* in diſſertatione Chriſtianopolitica ſcribit ſuppeditare ſingulis Religioſorum templis, quæ in ſexdecim Indiarum ſuarum Prouinciis ſunt, vinum, & ſupellectilem ad ſacroſancta Miſſarum officia obeunda, oleum inſuper ad lampades, quæ coram V. Sacramento ardere ſolent.

Ad hęc vnius anni ſpatium ex ſolo quæſturę Mexicanę ærario in ſimiles vſus erogata ducatorum millia ſexaginta.

Sed fructum hinc emanantem, ac Domini

B præſertim factum tuentis approbationem noſſe quis ambiat; pio faciet S. Elzearius ſatis, (S. Elzear.) qui dū Seruatori ſuo gratus ſeruus, animum intendit, in amænam quandam planitiem ſe abripi aduertit, in qua templum quoddam elegans ac plenum hominibus conſpicatus, Sacerdotem vidit ſacris veſtibus indutum accedere ad Altare, Introitus, qui à cantoribus præcinebatur, de S. Cruce fore Miſſam innuebat, cuius hoc erat initium: *Nos autem gloriari oportet in Cruce*, &c. Durante Sacrificio videre ſibi viſus Elzearius ſacratiſſimam Chriſti Paſſionem in totius populi mentibus renouari, ſuum quoque Cor, animumque miris erga eandem affectibus inflammari. Finito ſacrificio, ac viſo diſparente,

C totum ſe Crucifixo Domino Elzearius confixum perſentiſcere, vt iam aliud nihil mente circumferret, quam mortem pro dilecto oppetere, & cum patiente Chriſto Crucem feliciter perpeti, & amorem velle amore compenſare. *Surius*: O! Beatum Virum, qui ſuam hinc memoriam Chriſti patientis recordatione ſuſcitauit, vnde eam voluit Dominus perpetuo fulciri.

Quare ſi tam apta ad animum noſtrū permouendū ex diuini Sacrificij vel in ſomnis ſpectati ſuborta fuerit viro huic recordatio; qualem exſpectare non liceat, dū vigili, apertaque mente, ei adſtiterimus, cæremoniis eius intenti, quas ſancta mater Eccleſia ad noſtrum ſolatium cēnſuit adhibendas. Certè non minus in animis

D noſtris viuam patientis Domini memoriam atque imitationem hâc viâ ſuſcitare, quam & eiuſdem poterimus gratiam, ac pro meritorum vberem participationem obtinere; quod alta quadam mente conſiderans Vrbanus IV Pontifex Max. in Bulla ſuper inſtit. feſti Corporis Domini, (Vrban. IV in Bulla.) ſic legitur eſſe locutus: *O digna & nunquam intermittenda Memoria, in qua mortem noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interiiſſe, ac lignum viuificum ligno crucis affixum, fructum nobis attuliſſe ſalutis! hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari. Attende itaque, ô homo*, exclamat *Auguſtinus*, (S. Auguſt. in med.) *& quantum vales, recogita, quid pro te datum eſt, pro te enim gloria Patris illuditur, ſpeculum ſine macula*

con-

conſpuitur, Agnus innocens ligno ſuſpenditur, Magiſter pro te cæditur, ſalus vulneratur, medicus infirmatur, fons ſitim patitur, vita pro te moritur. In med. A

S. Bernard. lib. de Vita honeſta.

Claudo caput, & in capite librum, dulciſſimo melliflui *Bernardi* monito dixerim, an conſilio, dum lib. de vita honeſta ſic ſcribit: *Sit igitur tibi Ieſus ſemper in corde, & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat: hic tibi ſit cibus & potus, dulcedo & conſolatio tua, mel tuum & deſiderium tuum, meditatio tua, vita, mors & reſurrectio tua.* Quam verò id Chriſto Seruatori noſtro gratum accidere ſoleat, teſtabitur millenos inter Didacus Quiſaij, è Societate IESV, Martyrij pro Chriſti nomine inter Iapones obiti gloria clarus; hic præter frequentem de patientis Domini cruciatibus ſermonem, quo ſe, ſuoſque reficere ſolebat, ſcriptam in libello ſecum continuo geſtabat Paſſionem Chriſti, eamque diebus ſingulis ſtudioſe legebat. Tam grata autem fuit Deo hæc memoria Crucis Saluatoris, vt ei, poſteaquam Societatem IESV ingreſſus eſſet, concederet penitus Chriſto ſuo conformari, ac denique Paſſione ſua mortem Domini repræſentare. Quod quanta diuini nominis gloria præſtiterit, loquitur feralis ille collis, in quo vnà cum ſocijs Crucem aſcendit, ſuper quem ſingulis ſextis ferijs diſtincta è cœlis luminaria deſcendere viſa ſunt. *Ioan. Euſeb. Niremberg. in Hiſt.* B C

Faxit diuina bonitas, vt quibus hæc noſſe datum eſt, non pigeat quoque fideliter imitari, quod ne aliquando cuiquam excidat, Hymnum Seraphici Bonauenturæ annecto:

In Paſſione Domini,
Qua datur ſalus homini,
Sit noſtrum refrigerium,
Et cordis deſiderium.
Portemus in memoria
Dolores, & opprobria,
Chriſti coronam ſpineam,
Crucem, Clauos, & Lanceam.
Et Plagas ſacratiſſimas
Omni laude digniſſimas,
Acetum, fel, Arundinem,
Et Mortis amaritudinem.
Hæc omnia nos ſatient,
Et dulciter inebrient:
Nos repleant virtutibus,
Et glorioſis fructibus.
Te Crucifixum colimus,
Et toto corde poſcimus,
Vt nos Sanctorum cœtibus
Coniungas in cæleſtibus.
Laus, honor Chriſto vendito,
Et noſtri causâ prodito,
Paſſo mortem pro populo
In aſpero patibulo.

Caput

Digitized by Google

Caput, & Librum obſigno præclara magni Aurelij Auguſtini precatione, qua dum ipſe Patienti Domino gratum ſe, memoremque exhibebat, poſteris documenti gratia plenum virtutis, ac dignitatis exemplum comparabat: erat autem eiuſmodi:

ORATIO S. AVGVSTINI

ſumpta ex magna tabula Lateranenſis Eccleſiæ, quam quoties quis contritus deuotè dixerit, octoginta millia annorum Indulgentias conſequetur, & qui quadraginta diebus eam dixerit, Plenariam peccatorum remiſſionem obtinebit, quam BONIFACIVS VIII. conceſſit, & BENEDICTVS XI. confirmauit.

DEVS, qui pro redemptione Mundi voluiſti naſci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda proditore oſculo tradi, vinculis alligari, ſicut agnus innocens ad victimam duci, atque conſpectibus Annæ, Cayphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falſis teſtibus accuſari, flagellis, & opprobriis vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veſtibus exui, cruci clauis affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine per has ſanctiſſimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per Sanctam Crucem, & mortem tuam libera me à pœnis Inferni, & perducere digneris, quo perduxiſti latronem tecum crucifixum. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. AMEN.

A SALVE tremendum cunctis poteſtatibus Caput Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri pro nobis ſpinis coronatum, & arundine percuſſum.

Salue ſpecioſiſſima Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Facies, pro nobis ſputis, & alapis cæſa.

Saluete benigniſſimi Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri Oculi, pro nobis lachrymis perfuſi.

Salue mellifluum Os, Gutturque ſuauiſſimum Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro nobis felle, & aceto potatum.

Saluete Aures nobiliſſimæ Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, pro nobis contumelijs & opprobrijs affectæ.

Salue collum humile Ieſu Chriſti pro nobis colaphizatum, Dorſumque ſanctiſſimum, pro nobis flagellatum.

Saluete venerabiles Domini noſtri Ieſu Chriſti Manus, & Brachia, pro nobis in cruce extenſa.

Salue Pectus mitiſſimum Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, pro nobis in paſſione conturbatum.

Salue Latus glorioſum Domini noſtri Ieſu Chriſti; pro nobis lancea militis perforatum.

Saluete Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri ſacra miſericordiæ Genua pro nobis in orationibus flexa.

Saluete Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri Pedes adorandi, pro nobis clauis affixi.

Salue totum Corpus Ieſu Chriſti, pro nobis in cruce ſuſpenſum, vulneratum, mortuum, & ſepultum.

Salue ſanguis pretioſiſſime de corpore Domini Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, pro nobis effuſe.

Salue Sanctiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti Anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata.

B In eadem commendatione tibi commendo hodie, & quotidie animam meam, vitam meam, cor, & corpus meum, omnes ſenſus & actus meos, omnes amicos, benefactores, filios, & conſanguineos meos, animas parentum, fratrum, ſororum, & omnium amicorũ, ac inimicorum meorum, vt nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus inſidiis inimicorum noſtrorum, viſibilium, & inuiſibilium, nunc & in perpetuum. AMEN.

Pater noſter. Aue Maria. ter.

Digitized by Google

R. P. HADRIANI
LYRÆI
E SOCIETATE IESV
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

Singulares Amoris induſtriæ, quibus Nouum hominem ad Imitationem Ieſu Crucifixi pelliciat, atque in amatum ſuum conuertat.

Machina Mentis vis Amoris, quæ dum eam à mundo abſtrahit, in alta ſuſtollit. *B. Laurent. Iuſtinianus.*

Chriſto confixus ſum Cruci: viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Galat. 2. 19.

Ἔρως ἐμὸς ἐσταύρωται. S. Ignat. Antioch.

INgenioſa res *Amor* eſt: adde, & facilis, atque iucunda: hinc prodeſſe non tantum ei, quem diligit, ſed & iuuiſſe ſollerter, ac ſuauiter oblectaſſe contendit, quem amat: adſcitis non ſolùm in ſubſidium iis, quæ proximè amatum reſpiciunt, ſed etiam quæ remotè; gnarus in primis de omni ligno tela conficere, quibus amantium corda feriat, nec minimam in ſua retia prædam conuertat; quod dum fit, amantem amato ſimilem efficit, & in altero potius, quam in ſe viuere poſſe demonſtrat: quare hic præcipuè varij generis ſymbola, ſchemata, inſignia, emblemata, agalmata, Impreſias meditatur, quibus amatum amanti ſecuriùs imprimat, quam ſi perſpicuè, ac reductis velis vnū alteri opponat: quod Stromateus Clemens ſapienter aduertit, cum omnia quæ per velamen-

Amor Emblematum inuentor.

A tum monſtrantur, clarius oſtendere veritatem aſſerit; non ſecus ac res quæ in aqua pellucent, ac formæ quæ per tegumenta aliquam ſui euidentiam arguunt, magis elucent. Norat id planeque perſpectum habebat ſumma Patris æterni Sapientia Chriſtus Ieſus, dum putas aquas ad animarum ablutionem, fruges ac merum ad lautitias cordium, oliuum & opobalſamum ad fomenta nitida ſalutis, ac roboris in Sacramentis, crucem verò in Eccleſiæ ſuæ religioſis inſignibus vſurpauit, idque eo accuratius, quod non elingues picturas expoſuit, ſed viuis actionibus, argutiſque dictionibus ſpirantia velut emblemata, & Impreſias (vt Italis noto vtar vocabulo) B commentus eſt planè diuinas, quibus nos & in ſui amorem pelliceret, atque in Imaginem ſuam feliciſſimè transformaret.

Etenim ſi illæ duplici nota, rerum ſcilicet atque verborum, ſiue corpore, vt aiunt, & animo conflatæ, reconditos animi ſenſus, non apertè, atque explicatè, ſed inuoluta quadam ſemipatentis arcani gratia mirè patefaciunt, ſacroſancta hæc etiam ſigna, quæ rebus ac verbis; ſiue corpore dicas, & animo conſtant, accedente verbo ad elementum, ita ſupremi Numinis altiſſima conſilia eloquuntur, vt per obſcuras fidei notas, velut inter æternæ lucis crepuſcula conſpicuam proferant veritatem.

Emblematū natura.

Verùm enim verò quod lectorem hic fortaſ-C ſe remoretur haud parum, non difficile fuerit conijcere, quomodo nempè eo potiſſimum tempore, quo humanæ ſalutis reſtitutor Chriſtus, mortalitati, pro noſtra morte, fecit ſitis in cruce, eo, inquam tempore, confoſſo de latere, tanquam ex archiuio teſtamentario, immen-

Chriſtus Dominus ſub occaſū ſignū magnum nobis patrimoniū legauit.

ſum

Digitized by Google

ſum gratiæ ſuæ patrimonium occultis hiſce ſignorum notis legarit; cum antiquiſſimo teſtamentorum iure cautum fuerit ſemper, ne ſupremæ morientium voluntates obſcuris, & ignotis teſſeris traderentur; ſed vt manifeſtis, & quam maximè peruulgatis explicarentur formis?

Quare, ſi ex iure dubitatio iſta naſcitur, in ipſo etiam iure denaſcatur oportet. Norunt enim legum peritiſſimi quique, ex peculiari quodam iure militiæ, iis tantummodo, qui pro ſalute reipub. mortem illuſtrem obirent, licuiſſe per occulta ſymbola, furtiuaſque notas adhibitis arbitris teſtamenta conficere: Cum igitur mundi ſalus ac vita Chriſtus, pro ſalute publica moreretur, teſtamentum quodammodo fecit in procinctu, id eſt, præter communem ritum, non tamen ſine libra Iuſtitiæ, imò verò cum tabulis, in quibus ipſe per clauos atrociter figebatur, voluitque meritò hæreditatem ad nos ſub hiſce ſacrorum ſignorum notis venire, locupletiſſimis ad crucem teſtibus Ioanne diſcipulo & Matre virgine conuocatis.

Quod vt in iſtis factum, ita & in aliis, quibus nos ad ſui imitationem pellexit ſapientiſſimè perfecit: & clarum id quidem atque perſpicuum omnibus fiet, ſi attentius conſiderauerimus quatuor hominum genera inueniri, quibus huiuſmodi ſigna, ſiue Impreſiæ præ reliquis cordi fuiſſe noſcuntur, ſunt autem hi: *Amantes*, *Bellatores*, *Sapientes*, ac *Principes*, quos omnes vbi in vno Chriſto Aſſertore noſtro inueniri poſſe oſtendero, facile omnibus hunc ab eo modum noſtri amore ac ſtudio, rectè vſurpatum fuiſſe demonſtrâro.

Quinam Impreſiis vtantur.

Amatores.

Ad *Amatores* itaque primùm quod attinet; quanto id ſtudio huiuſmodi ſignificandi affectus hi conſectentur, vnus pro cunctis amandi Magiſter Salomon in Sunamitide ſponſa, hoc eſt in *Amoris* ſui *gymnaſio*, ſatis edocuit. Hic enim non modo illius formam in vniuerſum, ſed ſingulas etiam corporis partes ſub obſcuro aliquo ingenij ſui ſchemate, in canticis nobilitauit: quod tamen vberius præſtitit nobiſcum Amator Eccleſiæ Chriſtus, dum ſingulas humanæ vitæ partes & ſtatus, beneficis ſuæ crucis ac mortis inſignibus complexus eſt, vt eos in ſui amorem pelliceret, ac ſequelam.

Bellatores

Ad *Bellatores*, forteſque illos venio Heroas, quos eiuſmodi inſignibus vti frequenter dicebam: etenim non ſolum profanorum exercituũ legiones, ſed & Iſraelitici populi agmina ſingula, duodecim ſigna, totidem & inſignia præferebant, inter quos ſupremi tempore & fortitudine *Machabæi*, pro vexillis triumphum Hebræorum de Pharaone marinis aquis obruto depictum geſtabant, additis quoque ex Moſis cantico verbis: מִי כָמוֹךָ בָּאֵלִים יְהוָֹה mi camocha baelim Adonai, *quis ſimilis tibi in fortibus Domine?* ex quo etiam dicto appellatos fuiſſe *Machabæos* tradunt: quod primores litteræ ſingularum harum dictionũ apud Hebræos מַכַּבִּי *Machabi* nomen efforment, vt Rabbi Iſaac ben-hole ſcriptum reliquit. Præ ceteris verò omnibus *Bellator* iſte fortis noui ſæculi dux, & Princeps Chriſtus Ieſus athletis ſuis ſigna ſtatuit ad pugnam, quod vetus ille Chriſtiani gregis Zorobabel Conſtantinus non ſemel in cruce expertus eſt, quam in aëre, cum hac vidit Epigraphe, *in hoc ſigno vince*.

Vnde dicti Machabæi?

Sapientes.

Tranſeo ad *Sapientes*, à quibus animorum præclara ſenſa velari obſcuris paradigmatis, non ſolum Hieroglyphica Ægyptiorum indicant, ſed Hebræorum etiam parabolæ docuere, dum virum ſapientem celebrant, quod *occulta prouerbiorum exquirat & in verſutias introeat parabolarum*. Quis autem id in Seruatore noſtro deſuiſſe exiſtimet? cuius vti *Sapientiæ non erat numerus*, ita nec modus, niſi admodum ſagax, atque perfectus, quem etſi toto vitæ ſuæ præſtantiſſimæ decurſu adhibuerit ſemper, maximè verò dum crucem inſcendit, & clariùs præ ſe tulit, & copioſiùs oſtendit.

Eccl. 39.2.

Principes.

Reges denique ac *Principes* ſupra mortales ceteros, conſilia mentis inuoluiſſe myſteriis patet; ex quo illud Sapientum pronuntiatum effluxit: *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt.* Solemne tamen id magis fuiſſe videtur regnantibus ad orientem ſolem, inter quos vni Salomoni Regina Saba, quantam materiam ſymbolorum obtulit egerendam! quantam munerum copiam digeſſit explicandam! Et ecce *pluſquam Salomon hic eſt*, qui dum in cathedra crucis ſederet, non niſi clandeſtinis indiciis ſalutaria beneficia palam fecit, cuius non vna ratio fuit; quemadmodum enim ad diuinæ ſponſæ commendationem, diuulgans membra ſingula, obiecta oculis, Salomon in paſtoritia cantilena verſiculum illum identidem repetebat: *abſque eo, quod intrinſecus latet*, innuere volens præſtare occulta manifeſtis: ita hęc aperta ſenſibus ſimulachra in Caluario exhibita neque ſingillatim, neque in vniuerſum laudari pro dignitate poſſent, niſi alta ſimul admiratione, ac ſilentio commendaretur res illa ſacra, quæ ſub ſignis latebat, diuina, inquam, gratia, Cælitum ſuprema illa formoſitas, æterno Numini penè collactea, viuens effigies diuinitatis.

Tob. 12. 7.

Matth. 12. 42.

Cant. 4. 3.

Cuius ſanè pulcherrima lux, ne mortalium oculos perſtringeret, ſemiperſpicuo velamine ſimulachrorum ſenſilium operiri debuit, vt corporato noſtrarum ſimilitudinum tegmine, veluti circumiectâ lumini laternâ, in huius vitæ nocte intempeſta, procellis obuia ventorum, & imbrium, tuto ac recto in cælum itinere illuminatum aditum haberemus.

Atque ita Chriſtum Dominum, vt Amatorem, ac Ducem, vt Magiſtrum, ac Regem diuina ſua beneficia ſub genere ſigni collocantem habemus, dum nuptialem ſibi thalamum *Sponſus ſanguinum* elegit Caluarium, vt crucem duceret vxorem, à qua, non aliud exſpectaturus erat

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

Ff 2 dotis

Digitized by Google

dotis patrimonium, quam mortem; quâ fortiter obitâ, Pater diſpertiit *ei plurimos, & fortium ſpolia diuiſit, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam,*
Iſaiæ 53.12. *& cum ſceleratis reputatus eſt.* Iſaiæ 53.12.

Supereſt, vt quando nos *Amantes* pariter & *Athletas, Sapientes,* ac *Reges* exacto praui dæmonis imperio, per hæc inſignia conſtituere voluerit Deus, alacriter iam & expeditè, quam monſtrant, viam ingrediamur. Sicut enim ſuperſtitioſè vaticinabantur Augures antiquitus, dum facilè moueri, atque expeditè tractari ſigna poterant, certum victoriæ augurium haberi, atque etiamnum ſapienter rei bellicæ peritiſſimi quique affirmant, nihil magis ad victoriam conferre, quam ocyus monitis obtemperare ſignorum; ita quoque nihil ad perfectam *Patientiæ Ieſu* imi- B tationem, fructuumque eiuſdem participationem conducibiliùs reperiri poſſe manifeſtum eſt, quam vnicè crucifixum diligere, ac tum maximè, cum ſe præcipuè imitandum propoſuit, eiuſdem exemplum non ſegniter æmulari.

Atque hinc non temerè, nec inconſideratè quidam *deficientem ſolem* pingentes, eidem hoc lemma ſubſcripsére: *niſi cum defecerit, ſpectantem non habet*: eo nos admonentes, Dei filium turpi morte damnatum, ac velut obtento diuinitati velo, ab hominibus, in eius contemplationem conuerſis, ſpectandum vel maximè, cum patitur, cuius vel ſola crux, vti olim Ægyptiis, ita & modo nobis omnibus ſignum eſt ſalutare, neque id ſolum, ſed & eiuſmodi, ex cuius imitatione viuendum ſit: quod expreſſo innuebant
Emblema. *Sigillo*, atque adiuncta epigraphe: *Inprimit, ſi comprimit;* vti magnum Apoſtolum gentium Paulum non latuit, cum ad Romanos ſic ſcripſit: *ſi*
Rom. 8.17. *compatimur, vt & conglorificemur.* c. 8.17.

Nec eſt quod fortaſſe hic quiſpiam laborem, moleſtiamque vereatur, trahit, qui allicit, quod *Pantherâ* expictâ, hoc ſubſcripto lemmate
Emblema. deſignabant, *omnia traham*: atque ita re vera ſe res habet,

Sicut enim omnigeno fragrans Panthera vapore
Pellicit errantes poſt ſua terga feras;

Ioan. 12. 32. Ita Chriſtus iam *exaltatus à terra, omnia trahit ad ſeipſum.*

Et quod mireris, ac gaudeas, trahendo inci- D tat, atque inflammat, quod *Elephas*, cui ſanguis
Emblema. vuæ, vel mori obiicitur, cum adſcripto lemmate in hæc verba: *Acuor in prælia*, oſtendit.

Chriſto ſiquidem *in carne paſſo, dum eadem cogi-*
1. Petri 4.1. *tatione armamur* (1. Petri. 4.1) nihil arduum aut
Cant. 1.14. difficile reputamus. *Botrus* namque *Cypri dilectus meus in vineis Engaddi*, dum in torculari Crucis ſanguine fluere cœpit, quem non acuit in prælia? quem in bella Domini prælianda non incendit? Nondum ad torcular hic Botrus peruenerat, vix eo venturus noſcebatur, cum quidam ſuper hoc interrogati, vel eius ſola vmbra inceſi
Matth. 20. 22. ſunt: *poteſtis* inquiebat ad Zebedæi filios Dominus, *bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? poſſumus,*

A reſpondebant illico, *poſſumus*: quod denique eſt *currere ad propoſitum certamen, aſpiciendo in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum.* Heb. 12. Heb. 12. 2.

Pompilus piſcis præuius ante naues natare dicitur, oſtendens viam ad portum, quam ingrediantur. Hunc pinge, ſubiecto lemmate: *Du-* Emblema.
cit in tutum. Et Chriſtum cum cruce præcedentem, non ſine fructu in memoriam reduces, & maiore ſubſequêris, de quo idem, quod de ſole in ſpeculum concauum radios mittente liberè dixeris: *Vnius ſplendor, alteri ardor.* Emblema.

Bene itaque ac ſapienter monuit Apoſtolus, Heb. 12.3. *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à pec-* Hebr. 12. 3.
catoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes: vbi ſiquidem, teſte B S. Gregorio Magno, *Chriſti Paſſio ad memoriam reuocatur, nihil adeo durum eſt, quod non æquanimiter toleretur, nec graue aut moleſtum, cui ſubſidium non polliceatur*: patebit liquido, ſi *crucifixum* pingas, adſcripto lemmate *Hic ſanat, illa tuetur.* Nec ſolam Emblema.
hinc de morte victoriam, ſed & vitam referre licet, quod *Malus granata* cum Epigraphe: *ſub* Emblema.
arbore malo ſuſcitaui te, ſcite deſignat. Per arborem enim hanc, quam tacet textus ſpeciatim non exprimit, SS. Patres crucem intelligunt, ita Hebræam vocem interpretari, quam malum granatam referre Nicolaus Lyranus teſtatur, cuius fructus amoris ſymbola ſunt, cuiuſmodi à cruce nos omnes decerpſiſſe lætamur, dum is, qui in ea pependit *primogenitus mortuorum, & Princeps* C *regum terræ dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo, & patri ſuo.* Apoc. 1.3. Apoc. 1. 5.

Crux itaque, vt ait Lyranus, malus granata eſt, pomum eius Saluator noſter Ieſus, ſicut ergo illud aperitur, vt grana, quæ cortice ſuo claudit, proferat in lucem: ita & huic *vnus militum* Ioan. 19. 34.
lanceâ latus aperuit, vnde Eccleſia naſceretur: adeo vt hic eueniſſe viſum ſit, quod mulieri in partu morienti, quam, ſimulac ſpiritum emiſerit, incidere ſolent, vt ſoboles, quam vtero gerit, viua in lucem emittatur, hoc eſt, multitudo maxima viuentium filiorum, qui granis mali punici repræſentantur, viuat, & integra perſeueret.

Eodem quoque, & ipſemet Chriſtus Domi- D nus reſpexiſſe viſus eſt, dum B. Ioanni à Deo, hoſpitalitatis fundatori apparens, malogranatum porrexit, cuius viſceribus ſignum crucis abſcondebatur, dicens: Granada ſara la tua Croce.

At vita protrahenda eſt. Rectè. Pinge itaque *Arborem Vitæ* ſpecioſam, illam ac fœcundam, cui adſcribatur: *Mortem pello.* Emblema.

Hæc ſiquidem crux eſt; *lignum vitæ*, inquit *Damaſcenus* l. 4. c. 12. *quod in paradiſo conſitum erat, præclarè crucis figuram geſſit.* Nam poſteaquam per lignum mors aduenit, oportebat per lignum donari vitam. Nec donanda ſolum, ſed & ſubleuanda vita eſt, quare *baculo Iacob* adſcribe epigraphen: *Fulcimento pollet.* Emblema.

Exper-

Digitized by Google

Gen. 32. 10. Expertus id Patriarcha fuit, inquiens: *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & ecce duabus turmis regredior. Iacob*, inquit *Auguſtinus, ad accipiendam vxorem exhibuit baculum, & Chriſtus ad redimendam Eccleſiam detulit Crucis lignum, quod ipſe in fulcimentum, nobis, ſubſidiumque reliquit, vnde Damaſcenus: Crux infirmorum baculus, ſe conuertentium manuductio, omnium malorum auerſio.* Et *Caſſiodorus: Crux cæcorum baculus & dux cæcorum eſt.*

Verum ne caro aliquando ſitum contrahat Myrrhâ opus eſt, & hanc dat crucifixus: pinge *arbuſculam myrrhæ*, cuius cortex gladiis omni ex parte inciſus, ſtacte vberrimè profluente pingueſcit. adde lemma. *vt magis effluat.* (Emblema.) *Copioſa* ſiquidem *apud eum redemptio eſt*, & habebit nouus homo, quo integer perſeueret.

Sed quid: nihilne è Cruce dulcedinis, nulla exſtillat iucunditas?

Imò verò, quam maxima: exemplo ſit expreſſa in ſchemate *Aqua Marath*, cui lignum *Adelpha* cernitur innatare, cum hoc lemmate *Dulce ex amaro.* (Emblema.)

Exodi 15. 23. Venerat Exod. 15. Iſrael in *Marath*, nec bibere poterat aquas de *Marath*, eo quod eſſent amaræ, & oſtendit ei Dominus lignum, quod cum miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt.

Erat lignum *Adelpha*, teſte Abulenſe amariſſimum, Dei virtute indulcans aquas, figura longè pulcherrima Dominicæ Crucis, quæ ſumma licet amaritie diffluceret, facta nihilominus eſt ſuper mel omne, dulciſſima, verè lignum indulcans aquas, non vnius deſerti Sur, ſed mundi, qua patet latiſſimè, vniuerſi. Ita *Ioan. Chryſoſt. Moſes demiſſo ligno, in aquas Marath dulces reddidit, in figuram crucis Chriſti, quæ mundum ex diaboli amarore dulcem fecit.* (S. Ioan. Chryſoſt.)

S. Iſidorus. Et *S. Iſidorus Hiſpalenſis: quod aquæ amaræ ligno in ſe ſuſcepto dulceſcunt, indicio erat amaritudinem gentium per lignum crucis Chriſti in rorem dulcedinis quandoque eſſe vertendam.*

S. Hieron. Et breuiter, ſed neruosè, vt aſſolet, *S. Hieronymus: Aqua Marath, hoc eſt amaritudo, in quam lignum crucis mittitur, & amara vertuntur in dulcia.*

S. Proſper. Clariſſimè verò *S. Proſper* de prædict. p. 1. cap. 28. *Quamuis Marath aqua amara fatigauerit ſitientem populum, quæ ligno in eam immiſſo dulcis effecta eſt, oſtendit Chriſtianum, ſtatim, vt amarum Paſſionis poculum biberit, ligni & crucis dulcedine, omni amaritudine liberandum.*

Idem ſignabit piſcis *Faſtin*, qui teſte Aldrouando, maris aquam ſalſam & amaram ore excipiens, dulciſſimam reddit, eamque aliis piſcibus propinat: pinget hunc itaque in fluctibus maris, adde epigraphen *Amaritudinis expers.* (Emblema.)

Et Chriſtum habebis crucis ærumnas indulcantem.

Expertum id fuiſſe crediderim Carolum Regem Neapolitanum, dum pro inſignibus ſuis aſſumpſit rupem ſerra ſciſſam, in cuius cacumine Crux erat, & in ſumma Cruce Roſa cum ſymbolo: *In patientia ſuauitas.*

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Denique ſaluti ſtudēdum eſt quam hîc certiſſimè inuenias; quare pro ſchemate pinge *ſerpentem ſuper lignum*, qualem Moſes erexit in deſerto, & epigraphen adde, *Vna ſalus.* (Emblema.)

Et quis dubitare auſit? *Sicut exaltauit Moſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportuit filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. 14.

Serpens hic Chriſtum repræſentabat in cruce, qui formam peccatoris habebat, non tamen venenum peccati; iſtuc erectus, vt omnis fide viua in illum aſpiciens, ab omni peccato, per ſerpentem inuecto, cæteriſque ærumnis, quæ ex eo fluxerunt, ſanetur, *necdum enim*, vt bene *Theophanes* antiquus auctor, *morſus deſiere ſerpentis, inſita enim carni aduerſus ſpiritum concupiſcentia nondum perfectè quieuit: nam & in illis, qui virtutis perquam ſtudioſi ſunt, ſæpe cupiditatis morſus exiſtunt. At qui oculos leuat ad illum, qui in crucem ſublatus eſt, is affectionem iſtam & motum immoderatum depellit, & timore Dei, velut pharmaco quodam venenum perfundit. Hactenus ille.* (Theoph.)

Quod itaque mellifluus olim effudit *Bernardus*, nouo homini meo occinere non deſinam, audiet verò, cum ſanari deſideret: *non te pigeat videre ſerpentem in patibulo pendentem, ſi vis videre Regem in ſolio reſidentem: Intuitus namque Saluatoris, ſalus eſt peccatoris. S. Auguſtin.* (S. Bernard.) Quod vel altero lemmate explanatur, cum depicto *æneo ſerpenti* ſuperadditur: *Mors tua vita mea eſt:* (S. Auguſt.) (Emblema.) ſerpentem enim qui nobis interitum intulerat, vitam reparando deuicit, idque per lignum, vt in quo antè nos vicerat, ipſe prudentiſſimè vinceretur. Cuius ne aliquando ſubrepat obliuio, pinge *Elephantem* qui ſub arbore quieſcens ſerpentem deſuper illabētem eidem allidit, & opprimit, adde lemma: *ex ipſa, & per ipſum.* (Emblema.) Aſcenderat Serpens arborem ſcientiæ boni & mali, & Adamum interemerat, aſcendit Chriſtus arborem crucis, ex eaque hoſtem oppreſſit: atque ita de morte vita triumphauit.

Sed vereberis fortaſſe, vt in incepto perſiſtas: depelle metum, *Hederam* cogita *columnæ implexam*, lege epigraphen: *te ſtante virebo.* (Emblema.)

Ita fiet: Crucem ne deſeras, nec ipſa te deſtituet: *Hoc ſignum crucis erit in cælo*, & tu cum illa, ſi non receſſeris ab ea.

Norat id, qui dicebat: *mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* Pſ. 72. 28. (Pſ. 72. 28.) Et ille. *Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini Ieſu Chriſti.* Gal. 6. 14. (Gal 6. 14.) Poterat, inquit *S. Auguſtinus, Apoſtolus gloriari in ſapientia Chriſti, & verum diceret, poterat in maieſtate, poterat in poteſtate, & verum diceret, ſed dixit in cruce. Vbi mundi philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit, vt qui gloriatur in Domino glorietur.* (S. Auguſt. ſer. 20. de verb. Apoſt.) Quo Domino? Chriſto crucifixo: *vbi humilitas, ibi maieſtas: vbi infirmitas, ibi poteſtas; vbi mors, ibi vita: ſi vis ad illam ve-* (S. Auguſt.)

nire,noli iſta contemnere. Sermon. 20. de verbis A Apoſt.

Imitãdus itaque crucifixus:& quid ni prompti ſequamur? *flexibiles quamcunque in partem*, inquit *Plinius* in paneg. *ducimur à Principe, ſequaces ſumus, huic cari, huic probati eſſe cupimus, quod fruſtrà, diſsimiles ſperemus, eoq́; obſequij continuatione peruenimus, vt propè omnes homines vnius moribus viuamus:* & hîc ſolum nobis, officioque deſimus? nos, inquam, qui non Principis alicuius mortalis amicitiam quærimus, ſed Dei immortalis gratiam ambimus: procul id ab eis faceſſat, quorum vna ac ſola in eius imitatione ſalus conſiſtit, cuius exemplar nobis exhibitum fuit in monte.

Emblema. Quod ſi verò nulla nos hominum ad hoc exempla B permoueant, trahat ſaltem quod in animalibus ſagax natura proponit: pingo oues arietem gregis ſui ducem vel in abrupta, & ardua præeuntem ſequentes omnes, illo in aquas deſiliente, ſaltantes omnes: addo epigraphen: *Mens omnibus vna ſequendi.* Et nobis eadem ſit oportet, quibus omnibus iam pridem occinit Saluator: *qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt*

Matth. 10. 38. *me dignus.* Matth. 10. 38. *Gedeonem* dicentem audiunt, *quod me facere videritis hoc facite* & trecenti

Indic. 7. 17. ſequuntur. Iudic. 7. 17. *Abimelech* viri ſui clamantem

Iterũ 9. 49. auſcultant: *quod me videritis facere, cito facite, atque ita factum eſt.* Iud. 9. 49. Et Chriſtum ſequi metuet Chriſtianus? vnde certa adueniat ſalus. C Scitè id atque eleganter Gabriel Simeon hoc ſymbolo expreſſit, quo *calicem immiſſa in eum cruce* pingens, hoc ei lemma addidit: *Antidoti ſalubris amaror.* Summa ſiquidem ſalutis noſtræ potiſſimum in imitatione myſterij Paſſionis & crucis redemptoris noſtri Ieſu Chriſti conſiſtit, nimirum vt afflictiones mortalis ſæculi

Emblema. perferentes, inuocato Chriſti nomine aſſueſaciamus nos amaritudinem Crucis, in calicem ſa-

Emblema. lutis commutare; vnde fiat, vt & eadem Crux nobis fiat *Clauis domus David*, qua ſicuti res eius omnes claudebantur & aperiebantur, ita per eandem, Crucis forma ſerratam, regnum nobis cælorum reſeretur: pinge itaque eiuſcemodi

Emblema. *clauem* & epigraphen adde, *Hæc ratio tentandi aditus.* D

Et rectè id quidem ac præclare: ita namque

Iſaiæ 22. 22. apud Iſaiam cap. 22. diuinus inſonuit ſermo: *& dabo clauem domus David ſuper humerum eius: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.*

Vbi ſacri Interpretes pro claue S. Crucem intelligi volunt, quam Redemptor, non tam propriis humeris detulit, cum pro nobis crucifigendus duceretur, ſed eâdem nobis cælum reſerauit, & antiquæ legis cęremonias clauſit, quas

S. Auguſt. nemo deinceps poterit aperire, quod *S. Auguſtin.* ſermon. 210. de tempore, his verbis eſt proſecutus: *Cælum clauſum erat, quia nondum Clauis crucis anteceſſerat, iam tempus erat, vt in myſterio Crucis, omnia quæ in veteri teſtamento velabantur, reuelantur:* Et *S. Hieronym.* in Iſaiæ cap. 22. *Et hæc ipſa* S. Hieron.

A *Clauis erit ſuper humerum eius, hoc eſt in Paſsione, iuxta illud, quod alio loco ſcribitur: cuius Principatus ſuper humerum eius: quod enim ille in ſua Paſsione reſerauit, claudi non poterit, & quod clauſerit in cæremoniis Iudæorum, à nullo alio aperietur.*

Crux itaque Chriſti, teſte *S. Ioan. Chryſoſt. clauis Paradiſi, crux Chriſti aperuit Cælum.* Pergit nominatus Doctor: *Nonne nobis dixit, quod regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud? qui in cruce eſt, vim non facit: nihil medium eſt, & crux & ſtatim paradiſus. Ita ille.* S. Ioan. Chryſ.

Vbi mirum profectò; quod facta de regno cælorum, vim patiente, non leui mentione, B ab hac vi Crucem excludat, nec dicat vim etiam regno cælorum afferri per Crucem.

Ratio autem eſt, vel quia iam facta vis eſt, & exaltatus in Cruce, regno cælorum vicinior factus eſt: vel quod, qui iam in Cruce eſt, non egeat vi ad regnum cælorum intrandũm, habet enim Clauem qua Paradiſi fores panduntur, ac reſerantur: nullam enim vim facit, qui ianuam claue aperit, & ingreditur domum.

Addo ex Bartolo leg. 7. de acquirend. rerum Domino: *per traditionem clauium transit poſſeſsio:* & rectè: nec minus, tradita cruce patet aditus regni cæleſtis. Ore ſanctiſſimi Patris *Auguſtini* proclamabat Deus: *venale habeo regnum cælorum. Sed* C *cui tantæ fuerint copiæ ac facultates, quibus id queat licitari? Rex David tantis opibus pollens ac vigens potentia, diuitias ſuas, quantumuis maximas emptioni huic impares cenſuerat, dicens: pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea:* nemo tamen animum deſpondeat, dum oculos ad Crucem ſuſtollere non prætermittat, equum hic atque legitimum inuenire pretium erit, quo id, quod deſiderat belliſſimè conſequatur. Ita Crucem ex more ſuo magnificans lætabunda canit Eccleſia: Bartol. l. 7. S. Auguſt.

Beata cuius brachiis
Sæcli pependit pretium!

Quæ cauſſa eſt, cur Græcus ille, ſanctuſque Eccleſiaſtes aureo ingenij flumine exuberans Crucem *Conſolationem pauperum vocitârit.* Dolor ſanè fuiſſet grauiſſimus, & vix conſolabilis, videre D acquirendæ cæleſti gloriæ inopiam obſiſtere, & omnino obſtitiſſet, niſi Crux noſtræ ſalutis amantiſſima liberale pretium ſuffeciſſet, digna, cui ab homine nouo elogium ſtatuatur: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Pſ. 22. 5. Pſal. 22. 5.
idque non in vno aliquo defectu, atque penuria, ſed omnibus, quotquot afflicta hominis conditio, aliquando potuerit indigere, vt ex ſequẽtibus patebit.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Aureum ex Cruce Horologium fabrefacit Amor, quo Crucifixum Dominum ſuum nouus homo imitari, & per ſingulas horas ſubſequi, vt cliens beneficiarius, queat.

Venit, hora, vt clarificetur, filius hominis. Ioan. 12.23.
Sanatur puer in illa Hora. Matth. 8.13.
Sic non potuiſti vnâ Horâ vigilare mecum. Marci 14.37.

TAnta Noui hominis, etiam poſt veterem, auſu magnanimo, exutum perpetuò imbecillitas eſt, vt ope plurima, ſubſidioque indigeat tum ad eam, quâ viâ eundum eſt, non ſegniter ingrediendam, tum verò ad id, quod ſemel auſpicatus eſt, vitæ inſtitutum fortiter proſequendum. Aduertêre id ſapientes: hinc, vt quæ mentis abditiora ſunt, prudens omittam, monitores Ephæbi à Præſulibus, viriſque principibus ſibi conſtituti, qui certis temporibus, mortis horam incertam occinerent, tempus breue, æternitatem longam eſſe monerent: pij libri ad manum expoſiti, quorum lectione ad virtutem incenderentur: Chriſti Saluatoris imagines, quarum aſpectu ad imitandum animus exſurgeret, depictæ; varia, quæ certo, dimenſoque horarum interuallo hominem ſui, Deique meminiſſe faciant, & obrepentem torporem ſuo ſono excutiant, horologia inuenta. Quale id fuiſſe ſcribitur, quod ab Aarone Perſarum Rege, ad Carolum Imperatorem, anno Domini 807. miſſum eſt: ex aurichalco arte mirificâ compoſitum erat, in quo duodecim horarum curſus ad clepſydram vertebatur, cum totidem æris pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & caſu ſuo ſubiectum ſibi cymbalum tinnire faciebant, additis eiuſdem numeri equitibus: qui completis horis per duodecim feneſtras, quæ prius erant clauſæ, exibant, vt eius temporis ſcriptor *Rhegino* & *Crantzius* ſax. lib. 1. cap. 19. teſtantur.

Inuentio Horologiorum.

Sed operoſa hæc & factu ardua quis dixerit. Ita eſt: quare his certè diebus eſt quod diuinæ bonitati gratias immenſas agamus, quibus eiuſcemodi inuenta Horologia plurima, quæ libramentis ſuis tam peritè compoſita, vt non facilé ſolum ab iis horæ, obeliſco notentur, verum etiam æris ſonitu horarum numerus in tenebris nocturnis numerabilis reddatur, quod veteribus Romanis noſtriſque ante incognitum fuit. Quę res adeò in immenſum mox artificum ingenio creuit, vt cum rotæ ſint plurimæ currentes, & recurrentes, repertus ſit artifex, qui horologium cum omnibus ſuis libramentis, currentibus, &
A recurrentibus rotulis, campanula & indice adiunctis in Caroli V. Imperatoris annulo incluſerit, tantam ac tam variam ſubtiliſſimarum partium compagem vnâ gemmâ complectens.

Sed neque hic artificum induſtria ſtare viſa fuit: vſque eò progreſſa eſt vt, ſi ſtatuerit quis tertiâ, aut quartâ vigiliâ excitari, tanta arte componantur Horologia, vt quâ voluerit horâ neque antea, neque poſtea, æris inſoliti ſonitu excitetur, perinde ac ſi ſeruo inclamante euigilaret.

Acceſſit & aliud vt quâ velis horâ, ictu mallei è ſilice ignis excutiatur, ſpongia, eſcaue ſponte aduratur, lychnus illi proximus accen-
B datur, atque ita lumen abſque humano opere ſplendeſcat.

Supererat vnum illud faciendum, vt hominis quoque ſtudia Horologium proueheret, & omne genus ignauiæ propulſaret. Et eiuſmodi quidem Horologium inueniſſe hactenus natura non potuit, oſtendit tamen in ſcioterico quodam, quid conditor ſuus cum nouo homine agere queat, ſi ſtudioſè ab eo colatur; auctor eſt *Raphaël Miramus* in Iſagoge, ſciothericum quoddam Horologium dari, quod beneficio ſpeculi in aprico loco poſiti, atque inde ſolis radios eò reflectentis, quo ij recto itinere perue-
C nire nequeant, horas omnes indicare queat, neque id tantum, ſed & eodem ſpeculo menſurari poſſe altitudines, longitudines, & rerum omnium profunditates, quod Chriſtophorus Clauius noſter lib. 3. Geometriæ practicæ, probl. 39. & 40. fusè exponit.

Horologium Raphaelis Mirami *ſciothericū mirabile.*

Speculum planè admirandum, & multis vtile, atque opportunum.

Verum non hoc agimus, illud autem quam maximè, vt quiſquis hæc legens, vel audiens ſiue fouendo pietatis igni non leue pabulum colligat, at ſecum diligenter expendat, ſi ſpeculi huius ope, & de horis moneri, & alta quæque, longa, & profunda metiri cupiat, ope & ſubſidio illius ſubnixus, qui Sapientiæ 7. dicitur. Sap. 7. 18.
D *Candor lucis æternæ, & imago bonitatis illius,* cuius radios in ſe ipſe recipiens, quid agendum ſit videat, atque ad id, quod exequendum viderit, incaleſcat.

Sed ſpiſſæ fortaſſis priorum ſcelerum vmbræ directos æterni ſolis radios in pectus non admittent; eſto. Eos itaque nouus homo in nitidiſſimum humanitatis Chriſti ſpeculum dirigat, indeque flectat in ſinuoſum cordis ſui ſpecum, vbi fixus timoris Dei ſtylus, diuinæ gratiæ ſplendore colluſtratus, omnes diei Chriſtianæ horas fideliter ſignabit, clareque aperiet voluntatem Dei, quid in horas ſingulas præſtare conueniat, vt ei fiat ſatis, qui *ſecundum diuitias gloriæ ſuæ Chriſtum habitare vult in cordibus noſtris, vt in charitate radicati & fundati poſſimus comprehendere, id eſt, animo concipere, cum omnibus* Chri- Eph. 3. 17.

ſtianis tam militantibus hîc, quam triumphantibus in cœlo, *quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas & profundum Crucis Chriſti*. O magnam, ſanctamque Philoſophiam! pulcherrimum iuxta atque optatiſſimum ſpeculum,& Horologium præclarum! quod & magnifico illi Caroli V Horologio non cedit, cum non minus noſtras *manus doceat ad prælium*, quam corda ad pium inflammet affectum, totque facies oſtendat, quot ſunt horæ diei: vnde meritò vel ſpeculum horarium, vel Horologium catoptricum queat appellari.

Horologiorũ diuiſio multiplex. Et quoniam de Horologijs quæ vmbræ iactu indicant horas, agere cœpimus, notandum breuiter eſt Sciothericorum partitionem attentâ multitudine cœleſtium circulorum, variam eſſe; aliud enim eſt *Horizontale*, quod Horizonti æquidiſtat, aliud *verticale*, quod circulo propriè dicto parallelum eſt, ac meridiem reſpicit, aliud *verticale* ad boream vergens, aliud *meridianum* orientale, quod circulo meridiano æquidiſtet, & ad ortum ſolis vergit, aliud *meridianum occidentale*, & ſic de alijs: Spectata autẽ varietate horarum, partitionem eorumdem quintuplicem eſſe liquet: aliud enim eſt *Horologium* antiquum, aliud *Babylonicum*, aliud *Italicum*, aliud *Aſtronomicum*, aliud denique *Chriſtianum*.

Ad diuerſas verò materiæ figuras, quibus inſcribuntur, quod attinet, varij varias excogitauerunt, Beroſius Hemicyclium excauatum ex quadrato: Ariſtarchus Samius, ſcaphen: Eudoxus, Arachnen: Scopas, plinthum, inſtar trabis cuiuſdam quadratæ: Theophilus cylindricum: Chriſtophorus Clauius noſter lib. 4. gnomonicæ cap. 2. in formam Crucis, & de hoc quidem ſolo, prætermiſſis cæteris omnis mihi ſermo futurus eſt. *Horologium in formam Crucis.*

Diſputare hîc nolo quanam forma ſpeculum iſtud horarium, ſeu Horologium catoptricum præditum eſſe debeat, an, vt Cardano placuit, quadrilaterum, rectangulum, tertia parte longius quam latum,& diuiſum in 12 quadrata æqualia, &c. mihi abundè ſufficiet iuxta leges myſticæ gnomonices & catoptrices formam Crucis ab Clauianis Horologijs mutuari, cui inſcribam cœleſte Horarium ſpeculum, quod tot facies reddat, quot horæ ſunt diei à quo diu noctuque intuendo Nouus homo nunquam deſiſtat eoque ſe excitet, vt, conformis euadat imaginis filij Dei: ſi namque, vt M. Aurelius Imperator dicere ſolebat, vita Imperatoris virtute præſtantis, nihil ſit aliud, quam Horologium, quod cum ſubditis debeat conſentire; quis virtutibus Chriſto auguſtior? quis celſior Maieſtate? cui proinde quot geſta, tot ſunt incitamenta virtutum, quot verba, tot eſſe ſolent morum inſtitutiones, vt ſuccedanea proles magno parenti reſpondeat, & bono ſimilis fiat diſcipulus magiſtro. Inuenit autem ingenioſiſſimus *M. Aurelij Imp. dictum notabile.*

A amor Crucifixi Horologium hoc, quod ego ſanè Horologijs omnibus Campanarijs, Solarijs, Aquarijs, Arenarijs, liberrimè anteponam, dicitur vero *Horologium Dominicæ Paſſionis*, ſed non vnius generis eſt quare triplex: vberioris commoditatis cauſſa diſtinguemus. *Horologium Paſſionis.*

Primum itaque ſit Horologium Euangelicum trium horarum: vt prima hora, ſit matutina, quæ extenditur in meridiem. *Primum genus Horologij Paſſionis.*

Secunda meridiana, quæ producitur in veſperam.

Tertia veſpertina, quæ incipit à tenebris, & cum tenebris finitur.

Tribus his horis ſignãtur tria myſteria Dominicæ Paſſionis, quorum qui memoriam habet, recordatur omnium, quæ Chriſtus paſſus eſt, illis enim exactiſſimè repræſentantur vniuerſa. *Auctor Horologij Paſſ. Chriſtus.* B

Et huius quidem Horologij Auctorem ſi quærimus, non alium reperiemus quam ipſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui accuratè in Euangelio diſtinxit Paſſionem ſuam in tres partes primarias, tribus illis capitibus reſpondentes. Siquidem paſſus eſt tria,

Illuſiones ignominioſiſſimas, *Illudetur*. II. Flagella atrociſſima, *Flagellabitur* III. Crucem acerbiſſimam, *Crucifigetur*: Ad quæ tria, tamquam ſumma rei capita, referuntur omnia, quæ Dominus paſſus eſt. Quare is qui ſecundum hoc Horologium, quotidie hora matutina memoriam renouabit *Illuſionum*, ſeu verborum ad ludibria ſpectantium; horâ autem alterâ, quæ meridiana eſt, de *Flagellis* & verberibus meditabitur; horâ denique tertiâ, quæ veſpertina eſt, *Crucem ac Mortem* expendet, nunquam patientis Domini memoriam deponet. C

Ad hanc Horologij formam, referre volui eam, qua Seraphica Virgo Lyduina, vſa fuiſſe inuenitur, ac graues diutini morbi moleſtias mitigaſſe; de quo ita Ioannes Brugmannus parte 1 vitæ eius, cap. 4. commentatur: Creſcente morbo confirmabatur ſpiritu, amarum omne ei dulceſcebat, nec quidquam ei ſapiebat, niſi ſolus *Ieſus*, & hic *crucifixus*. Itaque Paſſionem Chriſti in varias diſtinxerat partes, nec vllum temporis punctum ſine eius commemoratione abſcedere patiebatur, adeoque in hac ſeſe exercebat, vt crebrò nocte, ac die vigilãs, Horologium exactum animo circumferre videretur. Ex ardenti autem hac Paſſionis Chriſti meditatione adeo inflammabatur, vt non ſe, ſed Chriſtum Dominum in ſe pati arbitraretur. *S. Lyduvvinæ Horologium Paſſ.* D

Verùm cum indigeſta ſatis hæc ratio, ac confuſa videatur, alterum Horologij genus, quod artificiale vocamus, ac per duodecim horas excurrit, inuentum eſt; cum enim dies artificialis ſit ſpatium quo Sol ab Oriente tendens in occidentem, ſupra horizontem noſtrum eleuatus manet, quod duodecim horis fieri conſueuit *Secundum genus Horologij Paſſ.*

ſueuit, quibus dies artificialis conſtat, ab his voçari cœptum eſt hoc Horologium artificiale, quo ſingulis horis diei vti ſolet Staurophilus, vt quod aſſiduè reſpiciat & imitetur, ad manum habere poſſit.

Tertium genus Horologij Paſſ.

Sed neque hoc amantis deſiderium explere ſat viſum eſt, nam cum artificialis dies pars tantum naturalis ſit, qui viginti quatuor horarum eſt, quibus Sol integram motu raptus circumuolutionem abſoluit repertum denique Horologium quoddam eſt perfectiſſimum, rotarum certa circumuolutione deſignans per horas vigintiquatuor, quibus Chriſti Domini paſſio peracta eſt, quid in qualibet earum geſtum fuerit, totum id amoris pondere adminiſtrante, inchoando à veſpero feriæ quintæ, vſque ad veſperum feriæ ſextæ: & ſecundùm hoc Horologium Dominicæ Paſſionis, dies incipit ab occaſu ſolis, & finitur in altero, intra quos tota patientis Domini œconomia tranſacta fuit, quando maximè patere ſolent fontes illi, de quibus cecinit *Iſaias* cap. 12. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: quamuis enim Chriſti Domini noſtri ſupplicia, atque tormenta, quæque ex eis conſecuta Mors fuit, omni tempore, & horâ, nobis proficiant in ſalutem, vtpote viui quidam fontes ac perennes gratiarũ omnium ſcaturigines, quibus aſſiduè reficimur ac potamur; neſcio tamen quâ excellentiâ, præſtantiâque iis horis attentè expenſa proſint, nobiſque fructum afferant immortalem. Ita videre eſt Solem, *vas* illud *admirabile opus excelſi* horis quibuſdam, præ ceteris maiore lumine, ac calore ſubiectas terras afficere, ac fouere: verum quidem eſt eum in exortu ſuo hunc noſtrum aërem illuminare, imò & in occaſu radiis ſuis eundem colluſtrare, in meridie tamen, vt ait *Sapiens* Eccli. 43. 2. *exurit terram, & in conſpectu ardoris eius, quis poterit ſuſtinere?*

Iſaiæ 12. 3.

Eccli. 43. 2.

Eccli. 43. 2.

Ita Sol Iuſtitiæ Chriſtus Saluator noſter, paternarum manuum opus abſolutiſſimum, ſuo quidem nos lumine in ortu, atque exſpectatiſſimo natali accendere viſus eſt, ſed in occaſu ac morte, dum ſub meridiem cruci affixus vitam poſuit, vniuerſas amoris ſui flammas excuſſit, quibus adoptiuum populum profluenter incendit, *nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Quod vt olim dum reapſe gerebatur, experiri datum eſt, ita & nunc piâ, ac ſedulâ meditatione; viuaque fide expenſum, non diſpares producit effectus, magnos quidem illos ſemper, ſed iis horis, quibus geri vnumquodque placuit, maximos, quod *B. Mariam Ogniacenſem* propriâ non ſemel experientiâ didiciſſe auctor eſt *Iacobus Cardinalis à Vitriaco* l. 2. cap. 8.

Pſal. 18. 7.

V. Maria Ogniacenſ.

Quapropter ad patientis Domini myſterium quod attinet huic ſeruiet præſens *Horologium*, ad cuius ſonum dum mentis auriculam quis arriget, indubitanter audiet non tres aliquos pulſus ſonare, ſed ſexcentos, Amore illo incom-

A parabili, quo in has terras è cœlo adductus eſt, id potiſſimum agente, vt quidquid pati voluit, ſonum concitet, non cymbali cuiuſpiam, aut æris campani, ſed vitæ, atque feruoris, quo ad imitandum euocemur, quod colimus, & ne ingrati, aliquando moriamur, vt viximus, nunquam eius deinceps obliuiſcamur. Quod autem hic ſedulò animaduerti deſidero, ſciendum eſt, vnamquamque horam res quatuor in ſe complecti debere, quarum

Vnumquaque horum huius Horologij res 4 includit.

Prima *Myſterium* eſt, quod illo tempore in memoriam reuocatur, idque non velut iam obſoletum, atque ab annis 1620 quaſi emortuum, & exactum, ſed velut recens ac muſteum, quale tunc erat, cum Hieroſolymis Seruator pateretur: nec oculo arguto, aut curioſo, ſed

B ſimplice ac recto intuendum.

Secunda res, eſt *Spiritus* myſterij, qui in ea virtute ſitus eſt, quam nobis ex propoſito myſterio duximus imitandam: nec oberit eandem ſæpius ex diuerſis myſteriis ſeligere, cum id nunquam ſatis ſtatuitur; quod nunquam ſatis fieri conſueuit.

Tertia, *Oratio* eſt, qua ſpiritum illum, cum virtute ſua conſequi flagitamus.

Quarta, eſt *aſpirantis animæ varia formula*, qua iſtuc euolare ſatagit, quò lux myſterij, quod iam memoriæ ſubiectum fuit, ſequendum oſtendit.

Atque his quatuor, ſedulam horis ſingulis operam dabit, quiſquis Chriſtum ſequi non

C ſegniter deſiderat: quia verò quotidie horas aliquot ei ſubripere ſomnus non deſinet, certe vel antequam indormiat, horam ſolutionis repræſentabit, vel ſomno euigilans, quod defuit, conabitur adimplere: quamuis optimum illum formandis moribus magiſtrum Ioannem Auilam dicere ſolitum ferant, qui noctem illam quæ inter cœnam Domini & paraſceuen intercedit, ſolidam dormiendo tranſigit, Chriſto ingratum eſſe; neque amplitudini tanti in ſe collati beneficij, facturum ſatis, vnde contigit, reperiri conſueuiſſe non paucos, qui cum purpurato Pſalte non verbis ſolum, ſed reapſe dixerint, atque etiamnum dicere poſſint: *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtifi-*

Pſal. 118. 62.

D *cationis tuæ*. pſal. 118. 62. Sed non omnibus contingit adire Corinthum.

Ad vſum itaque ſiue peritiam ſacri huius Horologij propius accedamus. Ingreſſum munient paucula hæc threnodi Vatis ſuſpiria:

Vſus, ſiue Peritia S. Horologij Paſſionis.

Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, afflictionis, Hebraicè, *abſynthij & fellis*. Thren. 3. 19.

Thren. 3. 19.

Reſpondebis: *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.*

Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo. Ib. 20.

Ib.

Hora 6 Chriſtus Dominus pedes diſcipulorum lauat.

Hiſtoria. Eius *Spiritus.* Humilitas, atque benignitas.

Digitized by Google

gnitas.*Precatio. Aſpiratio : Si non lauero te , non ha-* A
Ioan.13.8. *bebis partem mecum.Ioan.13.8.Domine non tantum
pedes meos, ſed & manus, & caput.*

Hora 7 Seipſum nobis in cibum tradit , & Euchariſtiam inſtituit.

*Hiſtoria.*Eius *Spiritus:* Amor & caritas. *Preca-
tio. Aſpiratio : Qui manducat meam carnem, & bibit*
Ioan. 6.57. *meum ſanguinẽ in me manet, & ego in eo. Ioan.*6.57.
Iob.31.31. *Quis det vt de carnibus eius ſaturemur?*Iob 31.31.

Hora 8 In horto orat,& ſanguinem ſudat.

*Hiſtoria.*Eius *Spiritus :* Orandi ſtudium.*Preca-
tio. Aſpiratio : Vigilate & orate ne intretis in tenta-*
Matth. 26. 41. *tionem.* Matth.26.41. *Sine intermiſſione orate.* 1.
Theſſ.5.17.
1.Theſſ.5. 17.

Hora 9 A Iuda, oſculo proditur.

Hiſtoria. Eius *Spiritus :* Prudens labendi me- B
tus. *Precatio. Aſpiratio : Iuda, oſculo filium hominis*
Lucæ 22. 48. *tradis?* Lucæ 22.48. *Qui ſe exiſtimat ſtare , vi-*
1.Cor.10. 12. *deat ne cadat.*1.Cor.10.12.

Hora 10 A Iudæis capitur,& vincitur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Reſignatio.*Precatio.Ad-
ſpiratio:Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt*
Thr.4.20. *in peccatis noſtris.*Thren.4.20.

Hora 11 Ad Annam trahitur , & alapa cæditur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Patientia.*Precatio.Aſpira-*
Thr.3.30. *tio:Dabit percutienti ſe maxillam.*

Hora 12 Ad Caipham ducitur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Silentium ad calumnias.
Precatio.Aſpiratio : Cum conſiſteret peccator aduerſum
Pſ. 38.2. *me obmutui.* Pſalm. 382. Ieſus autem tacebat. C
Matth. 26. 63. Matth.26.63.

Hora 1 Poſt noctem mediam. Reus mortis proclamatur.

Hiſtoria. Eius Spiritus : Innocentia condemna-
ta. *Precatio. Aſpiratio : Non eſt ſeruus maior Domino*
Ioa.15.20. *ſuo.*Ioan.15.20.

Hora 2 Conſpuitur & colaphis cæditur.

Hiſtoria. Eius Spiritus : Modeſtia, ac manſue-
tudo.*Precatio. Adſpiratio: Faciem meam non auerti à*
Iſaiæ 50. 6. *conſpuentibus in me.*Iſaiæ 50.6.

Hora 3 Velatur & ludibrio habetur.

Hiſtoria. Eius Spiritus. Irriſionum tolerantia.
Precatio. Aſpiratio: Deus patientiæ & ſolatij det nobis D
idipſum ſapere in alterutrum , ſecundum Ieſum Chri-
Rom. 15 5. *ſtum.*Rom.15.5.

Hora 4 A Petro negatur.

Hiſtoria. Eius Spiritus : ſui Diffidentia.*Precatio.*
Prou.18. 14. *Adſpiratio.Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.* Prou.
28.14.

Hora 5 Vinctus adducitur ad Pilatum.

Hiſtoria. Eius Spiritus : animi Robur & forti-
tudo in calumniis. *Precatio. Aſpiratio:in ſilentio &*
Iſaiæ 30.15. *ſpe erit fortitudo veſtra.*Iſai.30.

Hora 6 Ad Herodem mittitur , & illuditur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Amare ſui contemptum.
*Precatio. Adſpiratio:Non erubeſco Euangelium.*Quem
Rom.1.16. ſperni pudet,Chriſti pudet.

Hora 7 Barabbæ poſtponitur.

A *Hiſtoria. Eius Spiritus :* Loci amor nouiſſimi.
Precatio.Aſpiratio:Gloriam præcedit humilitas. Pro- Prou.15.33.
uerb.15.

Hora 8 Flagellis cæditur.

Hiſtoria. Eius Spiritus: Carnis mortificatio.*Pre-
catio. Aſpiratio: Quoniam ego in flagella paratus ſum.*
Pſal.37. Pſ.37.18.

Hora 9 Spinis coronatur.

Hiſtoria. Eius Spiritus. Domanda ſuperbia.*Pre-
catio. Aſpiratio. Væ coronæ ſuperbiæ , ebriis Ephraim.*
Iſaiæ 28. Iſaiæ 28.1.

Hora 10 Ad populum productus à Pilato,audit,*Ecce homo.*

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Facere ſecundum exem-
plar.*Precatio. Aſpiratio : Reſpice in faciem Chriſti tui.*
B Pſal.83.10. Pſ.83.10.

Hora 11 A Pilato condemnatur ad mortem.

Hiſtoria. Eius Spiritus ; Humanus reſpectus, Chriſti deſpectus. *Precatio. Aſpiratio : Quis vt Deus.*

Hora 12 Crucem baiulans exit in eum qui Matth. 27. 38.
dicitur Caluariæ locum.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*accipere crucem & tollere poſt eum. *Precatio. Aſpiratio. Qui non accipit crucem & ſequitur me non eſt me dignus.*

Hora 1 Cruci affigitur.

Hiſtoria. Eius Spiritus: Crucifigi mundo. *Preca-
tio. Aſpiratio. Chriſto confixus ſum Cruci.* Galat. Gal.2.19.
2. 19.

C *Hora* 2 In Cruce ſeptem verba proloquitur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Linguæ refrænatio.*Pre-
catio.Aſpiratio. Pone Domine cuſtodiam ori meo.*Pſal. Pſ. 140.3.
140.3.

Hora 3 Inclinato capite tradit ſpiritum.

Hiſtoria. Eius Spiritus: Mori cum Chriſto.
Precatio. Aſpiratio: Quis mihi det,vt moriar pro te? 2.Reg.18. 33.

Hora 4 Latus eius lancea perforatur.

*Hiſtoria. Eius Spiritus:*Intrare in Cor Ieſu. *Precatio. Aſpiratio Hæc ciuitas refugij.Hic requies mea.*

Hora 5 De Cruce deponitur, vngitur,ac ſepelitur.

D *Hiſtoria. Eius Spiritus :* Conſepeliri cum illo.
Precatio. Aſpiratio. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.
Iſaiæ 11.10. Iſaiæ 11.10.

Eu noui hominis Horologium catoptricum, ſiue horarum ſpeculum , multo dignius quod erigatur in templo cordis noſtri , quam æneum illud Regis Achaz , locatum in atrio Gentium templi Salomonis , vt teſtatur Adrichomius Delphius in theatro terræ ſanctæ, vnde diſcat Staurophilus quid patiatur pro ſe dilectus ſub Gallicinium, quid agat ad ortum ſurgentis auroræ , vbi cubet in meridie , vbi iaceat occidente ſole. Hoc namque Horologio de vniuerſis Domini virtutibus edocetur homo, & quælibet eius afflictio,ac plaga os eſt,quod nos erudit,& de ſegnitie , qua in eo imitando laboramus , caſtigat. Eloquens hic facunduſque eloquio,

S. Bonauenturæ de horologio paſſionis iudicium.

quio, ſi vſquam aliàs Seraphicus eſt Bonauentura, dum fructus huius exercitij in hunc modum explanat: *mentem,* inquit, *ab huius ſæculi mũdanis & carnalibus concupiſcentiis ſequeſtrat, cor ad ſpiritualia & cæleſtia ſubleuat, quid cogitandum ſit, quid loquendum, quid reſpondendum, quid tacendum, quid, vel qualiter agendum ſit, veraciter indicat: ad ardua demum atque difficilia inflammat: ſi rigidus vel crudelis es, ad compaſſionem & miſericordiam dulciter inuitat: ſi debilis, inſuperabili fortitudine roborat: ſi pauidus, vigore admirabili aſſecurat: ſi aridus, gratiâ ſuâ vberius irrigat: ſi durus & aſper, compunctionis lachrymis emollit.* Hactenus ille cap. 1. ſtimuli. *Recordabor*

S. Bernard.

igitur clamat, iam nouus homo *Bernardus, dolorum eius, conuiciorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clauorum, horumque ſimilium, quæ per eum abundantius tranſierunt. Alioquin etiam exquiretur à me ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, nec immunis ero ab illo tam ſingulari ſcelere Iudæorum, quod videlicet tantæ charitati fuerim ingratus, quod ſpiritui gratiæ contumeliam fecerim, quod ſanguinem teſtamenti pollutum duxerim, quod conculcauerim filium Dei.* Clariſſime vero ſermon. 43. in Cant. *Depinge,* inquiens, *tibi quaſi ante oculos Dominum in Cruce pendentem, & nunc pro clauis, nunc pro lancea ſuſpirabis, & gratias ages. Hunc myrrhæ tam carum faſciculum de principali tui pectoris nec ad horam patieris auelli: amara illa omnia, quæ pro te pertulit ſemper in memoria retinens, & aſſidua meditatione reuoluens.* Nouerat hic ſanè, quod omnes probè intelligere piiſſimus Pater optabat, quanti referat, huius nos Horologij ſono frequenter excitari, atque iis, quæ retro ſunt, obliuioni traditis, ad ea, quæ priora ſunt, diligenter extendi.

P. Arnold. Cathius è Soc. Ieſu.

Intellexerat id, altéque imbiberat P. Arnoldus Cathius Societatis Ieſu ſacerdos, qui nuper Ruræmundæ Sicambrorum ad cælos abiit, cultor patientis Chriſti præclarus: ad horas ſingulas hic propoſito ſibi certo Paſſionis Dominicæ myſterio, conceptis precibus patientem Dominum ſolabatur, ac diuinam illam pro ſe laborantem charitatem laudabat.

V. Cæſar de Buz.

Talis & magno ſui bono, aliorumque exemplo fuit V. Cæſar de Buz nobiliſſimæ Congregationis doctrinæ Chriſtianæ fundator, cuius corpus Aucnione etiamnum integrum perſeuerat, quanto autem hic ſtudio ſacratiſſimos Domini cruciatus proſequeretur, patuit euidenter, cum minimè contentus triginta tres dies annis ſingulis meditandis Chriſti cruciatibus peculiariter impendiſſe, totam quoque patientis Ieſu œconomiam in 24. membra, ſeu partes diuiſit, quot ſcilicet dies naturalis horas numeraſſe ſolet, quibus aſſiduè illa animo voluens ſecum attentius expendebat.

Ludou. XI. Regis Galliæ pietas.

Iungendus his merito *Ludouicus XI. Galliæ Rex,* qui anno 1562. duobus pulſibus matutino & veſpertino per totam Europam vſu receptis, meridianum addidit, & publicis edictis iuſſit per A totum regnum ſuum meridie campanam pulſari, in honorem Chriſti patientis.

De Sodale quodam parthenio memorant Annales Collegij Auguſtani fuiſſe, qui quarta hebdomadæ maioris feria, Chriſti cruciatus & necem in argumenta viginti quatuor tribuerit, eorumque in horas ſingulas memoriam repeteret, dieque, ac nocte, excluſo prorſus ſomno, eas exercitationes continuaret.

Sodalis Auguſtani religio. Iaponiorum in paſſ. Chriſti recolenda feruor.

Quin & Iaponiam hæc pia exercitatio penetrauit, vbi de *Bungenſibus Neophytis* Hiſtoriæ memorant, admirabili quodam religionis ſenſu, eos hoc ſibi Dominicæ paſſionis Horologium præſtituiſſe, cuius ſono quotidie Chriſti Domini cruciatuum meminiſſe, & ſuas diſcant moleſtias, B tædiaque ſolari.

Catharinæ Ricciæ admiranda in Chriſti paſſ. memoranda pietas.

Sed longe maximam apud omnes admirationem habet *Catharina Riccia*, inſignis admodum pietatis ac ſanctimoniæ virgo, ex D. Dominici familia ſanctimonialis, quæ diuino afflata ſpiritu, cæleſtique defixa raptu, in ſingulas hebdomadas, per horas, duo de triginta ab octauadecima feriæ quintæ, ad vigeſimam ſecundam ſequentis diei attonita, ceteroquin & immota humili iuxta atque ardenti imitatione, exprimebat totidem patiẽtis & morientis Chriſti myſteria, ordine & tempore ſingulorum cruciatuum ſeruato, vt in eius vita obſeruat *R. P. Philippus Guidus* capite nono.

Magdalenæ de Pazzi. Feruor patiendi.

Nec minus hac in parte feciſſe viſa eſt B. Ma- C riæ Magdalena de Pazzi Carmelitana, iuxta veterem obſeruantiam monialis, quæ cruciatuum Domini amantiſſima, nunquam patiendi ſatura, ſuiúe affligendi tædio preſſa, ſponſi ſui veſtigiis non ſegniter inhærebat.

In ecſtaſi Chriſtum viderat matri in Bethania valedicentem; ſequebatur itaque ad locum cœnæ, exinde ad hortum Gethſemani, inde ad Annam, Caypham, Pilatum, & Herodem, inde ad Caluariæ montem: pro ſingulis locis diuerſum cubiculum ingrediebatur, interius patiens quod exterius videbat, ita vt ex verbis, quæ loquebatur, dixiſſes eam contemplatiuæ ſimilem, ex operibus verò, patientem ſponſum referre.

D Ex meditatione namque eorum, quæ in horto contigiſſe memorabat, tædere, pauere, ac mœſta eſſe incipiebat, vt ſubinde facie in terram laberetur.

In meditanda captiuitate, manus poſt tergum tam arctè coniungebat, veluti ligatæ fuiſſent, atque ita per viam Crucis nocte incedebat.

In meditanda flagellatione ſe columnæ applicabat, ligatis manibus, capite deorſum pendente, ex contorſione totius corporis apparebat eam grauiter affligi.

In meditanda geſtatione Crucis, ibat velut pondere magno preſſa, ſicque incedebat per horam, vſque ad locum, vbi mons Caluariæ repræſentabatur, hic ſe humi ſternebat inſtar

Cruci-

Digitized by Google

Crucifigendæ, pedem vnum alteri imponebat, A notabaturque acriter torqueri.

Deinde in ſiniſtra, mox in dextera manu, quarum nerui videbantur tendi inſtar cordæ, velut Cruci affigeretur: atque ita in terra manens per mediam horæ partem, videbatur ex humo leuari, vti expanſis manibus iacuerat in terra, & pedibus vno alteri impoſitis, ſine motu aliquo, velut actu crucifixa fuiſſet, itaque contra murum ponebatur, pronuntians interpolatis vicibus ſeptem verba Chriſti quæ in Cruce locutus fuit.

In hac conſtitutione, ſumma quadam anxietate & pœnis, perſeuerabat, vt facies mortuæ ſimilis, labia pallida & membra rigida viderentur: pronuntiato vltimo verbo, veluti verè mo- B reretur caput inclinabat, collumque dimittens in terram labebatur; denique ad ſe redibat, poſtquam 26. horis in ea eeſtaſi fuiſſet. *Ita Vincentius Puccinius in vitæ hiſtoria libr. 2. tractat. 1. capit. 12.*

B Coletæ in memorandaChriſti paſſione ſtudium.

Iniuriam fecero *B. Coletæ*, niſi prioribus adiunxero, quæ patientis Chriſti Horologium à teneris annis auſcultare, ſequique didicerat, iuxta piiſſimæ matris ſuæ exemplum, quæ diebus ſingulis cum gemitibus ac lachrymis, patientem Dominum comitari ſolita erat, certa precum deſignatione adhibita, quas ad ſingula myſteria decurrebat: has *Coleta* puella diligenter attendens, adeo memoriæ mandauit, vt deinceps earum non potuerit obliuiſci. Itaque quotidie ho- C râ meridianâ, qua Chriſtus crucifixus eſt, acerbiſſimos eius cruciatus, mortemque longè ignominioſiſſimam ſibi in memoriam reuocabat.

Porro in eiuſmodi exercitiis ſæpiſſimè extra ſe rapiebatur, ac velut in Deum tota transformata, ardentiſſimo deſiderio, atque amore imitandi illius incendebatur, à quo tantopere ſe diligi non ignorabat: præcipuè tamen ſextâ quâque feriâ, ab hora ſexta matutina, vſque ad ſextam veſpertinam huic negotio inſiſtebat, quãdo manè audita Miſſa, omni deinceps curâ edendi atque bibendi ſepoſitâ, curſum hunc Dominicæ Paſſionis commemorandæ auſpicabatur, idque tanto cum feruore & efficacia, vt ſæpenumerò D præ doloris vehementia in manibus, pedibus, ac latere ſuo ſibi reuera videretur clauis & lancea configi: vt nemini mirum videri debeat, quod ſubiungitur: Chriſtum Dominum ei ſub hæc exercitia apparuiſſe, atque indicaſſe familiariter modum, quo paſſus eſt, vt in ſingulis membris ſuis ſingulares pertulerit cruciatus. Ita *Stephanus Iuliacus in Vita.*

Præclarum Matronæ Franciæ in recolenda Chriſti paſſione exemplum.

Præclarum ſanè, ac neſcio an ab omni hominum memoria ſimile viſum, auditumque fuerit exercitium aliquando, quale nobilis cuiuſdam in aula Gallica mulieris fuit, quam probè nouerat P. Ioannes Suffrenus è Societate Ieſu ſacerdos, à quo hæc eadem accepi: habebat hæc cordi quam maximè acerbos Chriſti Domini cruciatus, quare eos quot hebdomadibus, feriâ ſextâ recolere, ſed ea religione ac pietate, quæ patientis Ieſu filiam minimè degenerem cumprimis deceret, ſolita erat. Summo itaque manè, illuceſcente die, inter orandum ſe humi proſternebat, Chriſtum imitata, dum poſitis genibus in villa Gethſemani, vultu ac toto corpore abiectus in terram, ſe oraturus proſtrauit: doloris hic ſenſum, profuſique ſanguinis, quem in ſpiritu adorabat applicationem vnicè ſibi depoſcebat, ſuam in omnibus diuino arbitrio voluntatem conſignans.

Abſoluta oratione pedibus conſiſtens, manum vnam alteri imponebat, velut ambæ colligatæ eſſent: voluebatque animo Domini vincula, quibus à Iuda proditus, ex horto protractus in vrbem fuit. Petebat per hæc, ſuorum peccatorum vincula ſolui, rogabatque obnixè nunquam vt pro ſua bonitate permitteret, vt ipſa Deo manus ligaret, ſuis id peccatis impediens, quod alioquin in ſe Deus operari ſtatuiſſet.

Horis aliquot elapſis, quatuor diuerſa loca in cubiculo ſuo deſignabat, quibus totidem illas domos Annæ ſcilicet, Cayphæ, Pilati, atque Herodis repræſentabat, vbi Chriſtum malè habitum recolebat. In domo Annæ impudentis miniſtri alapam, in domo Cayphæ velatam Domini faciem, pugniſque contuſam; in Prætorio Pilati falſas accuſationes ac teſtimonia, in aula Herodis ludibria eius, contemptumque expendebat, conformes vbique concitando affectus.

Poſt horam ſtabat manibus velut ad columnam ligatis, flagella eius meditans ac flagra. Petebat autem ſpiritum veræ mortificationis, ac mox acerrimis in ſe flagellis deſæuiens ſanguine ſanguinem compenſabat.

Poſt paullulum in humili ſedens ſcabello, quali Chriſtus in coronatione fuiſſe vſus perhibetur, contextam ex funibus coronam, cui plurimæ ſpinæ implexæ erant, capiti ſuo imprimebat. Petebat autem hoc exercitio mundanæ gloriæ contemptum, ſanguinemque ex faucij capitis vulneribus profluentem, Deo patri in ſatisfactionem, pro peccatis ſuperbiæ ſuæ offerebat.

Mox corpore incuruato, per cubiculum incedens, Chriſtum regem crucis ſuæ lignum baiulantem imitabatur. Expendebat hic grauiſſimum peccatorum noſtrorum pondus, quo anima vſque ad inferni profundiſſimam ſpecum deprimitur: Petebat verò pro diabolici, mundanique iugi longè moleſtiſſimi, ſuaue onus Chriſti continenter portare. Circa horam duodecimam, ſe in formam Crucis, velut in eam eſſet illico ſuffigenda, in terra extendebat: Petebatque obnixè cum Deo ſuo poſſe & carne & concupiſcentiis omnibus crucifigi. Chriſti merita æterno Patri fidenter offerebat, ſanguinem

de

de pedibus profluentem in ſatisfactionem acediæ ſuæ, qui vero de manibus effluxit, in purgationem auaritiæ ſuæ ac prodigalitatis repræſentabat.

Paulo poſt expanſis brachiis conſiſtens, ruminabat quod tribus illis horis, quibus in Cruce viuus pependerat, Chriſtus exegit.

Petebat hic vehementer, vt quemadmodũ magnes ferrum, ſuccinus paleam, ſic Crucifixus cor ſuum ad ſe raperet, ac poſſideret.

Inimicis omnibus ſuis ignoſcebat, Deum rogans, vt iis faceret bene, & quod deliquerant, condonaret.

Deinde ad tertiam, ſe in genua prouoluebat, velut à moriente patre filia ſibi vt is bene precaretur, obteſtans.

Feruentem hic actum contritionis exercebat, quorundam peccatorum in ſpecie memoria excitata, mox in ſatisfactionem omnium vniuerſa Chriſti tormenta, Patri offerebat, per eiuſdem mortem, felicem ſibi exitum comprecata.

Circa quintã in genua prouoluta ante Crucem, ictum lanceæ expendebat, petebatque in aperto latere à Chriſto locum, vbi velut timidiſſima quædam columba nidificans in ſummo ore foraminis circumuolitantem tuta queat circumſpectare accipitrem.

Interim diuino ſe leuans ſanguine, amplius ab iniquitate ſua mundari flagitabat.

Circa horam ſeptimã Virgini-Matri, Ioanni, ac Magdalenæ ſociam ſe adiungebat, Chriſti corpus in ſinu Mariæ depoſitum ſpeculabatur, dulci baſio ſingula eius vulnera exoſculãs, inter quę perſeuerantem in diuino ſeruitio poſcebat famulatum.

Denique cubitum recedens ſepulturã Chriſti meditabatur, ſeque velut defunctam in lecto collocabat, maximopere obſecrans cor ſuum fieri ſepulchrum Chriſti, quod aliquando per eum reddi glorioſum poſſit.

Hactenus illa nouis omnibus hominibus copioſum ſuppeditans argumentum Crucifixi memoriam ſexta quoque anni feria religioſe, pieque recolendi.]

Alia Lemouicenſis Virginis pietas in Chriſti patient. recolendo Horologio.

Ad hæc vixiſſe nuper Lemouicibus Matronam quandã nobilem, Viduam Domini Georgij de Neufchapelle, cum nomen erat Catharina de Riolle ſcribit D. de Neuue lib. de modeſtia habitus femin. cui binæ erant filiæ, ambæ lectiſſimæ, ambæ iis omnibus à natura dotibus inſtructiſſimæ, quibus eiuſcemodi ſolent quam maximè commendari, hoc vno diſpares, quod primogenita virtutem, natu verò poſterior enixius diligeret vanitatem. Vnde factum, vt quoties ad ſpeculum prior illa comeretur in Crucifixi effigiem proximè adſtantem oculorũ aciem intenderet, illam ſuſpiceret, & adoraret, prauis inde cupiditatibus ſuis, ſi quando fortaſſe ijs pulſaretur, factura medicinam. Exinde

A Crucifixum velut altera Solis ſponſa aſtrum ſuum, per vias omnes & horas attenta cogitatione ſequebatur. In quatuor ac viginti portiones velut totidem horas, Dominicos cruciatus partito diuiſos acceperat, quare, vt res erat, arbitrata ſe rem non gratam minus Domino, quã vtilem ſibi facturam, ſi quam poſſet frequentiſſimè eiſdem rite expendendis occuparetur, cœpit iuxta horas varias diuerſa quoque ex ordine tormenta ruminare, ne quid verò ſomni neceſſitas huic exercitio per noctem ſurriperet, conſultò eas horas anteuertere ſolita erat, quibus ſe illigandam ſopori præuidebat; quo factum, vt nihil eorum intermitteret, quæ Dominici cur-

B ſum certaminis adimplerent. Interea ſoror altera longè alijs ducta inſtitutis, ventoque leuior, amare fluxa, ſequi futilia, populares plauſus omni ſtudio conſectari. Inter quæ morbo tentari cœpta fuit, qui paulatim excreſcens iuuenculam ad mortis ianuam adduxit. Hîc proinde affligi mater, nec quidquam tum apud ſuperos, tum apud homines intentatum relinquere, quo filiam hanc, quam præ alterâ, vtpote ſibi morum vanitate non abſimilem, diligebat impenſius, priſtinæ redderet ſanitati.

Vicinum montem incolebat homo pius & cœleſtium allocutionibus non raro dignatus; huc aduolat mater, preces viri ſancti ſedulò

C exquirit, anathema ſacræ cellulæ, nouumque ornatum, ſi voti compos fiat, addicit.

Noctem illam pius Aſcetes inſomnem ducit, filiæ ſanitatem ſi ita ſaluti expediat, à Domino contendit: cùm ecce ſub auroram Virgo Deipara ſupplicanti viſendam ſe præbet, ac morbum iſtum in pœnam à Deo immiſſum aperit, iubetque matri ſignificari quantocius, niſi & ipſa, & filia modum vanitatibus ſuis ponant, ambas propediem morituras, diſplicere Domino grauiſſimè tot eas horas corpori impendere quotidie, nec animo quidquam elargiri: tantis impendijs fœdam ab illis carnem ornari, & nuda pauperum membra frigere, ac fame, inediaque interire. Nec ſoli hæc Eremitæ Deus aperuit, eâdem nocte & matri obiectum ſomnium eſt; aſſidentem Chriſtum menſæ, cuius

D hinc inde latera claudebãnt prædictæ filiæ ſuæ conſpicit. Natu maior diademate aureo inſignis, veſte induta erat, quam viginti quatuor textilis auri teniæ, propter Horologium Dominicæ Paſſionis, quo vti conſueuerat, circumibant, facies ſolis inſtar effulgebat, &c.

Minor vero natu pro cuius valetudine tantopere laborabatur, caput ſimiæ non abſimile præ ſe ferebat, oculi propter lubricos, impuroſque aſpectus pure ſordidiſſimo ſtillabant, crinium loco angues, colubrique in faciem propendebant, quibus genas ſugentibus, intumeſcere illæ, inflarique videbantur, veſtis, qua induebatur lutulenta apparebat ac fœda. Cum Chriſtus, ad eam ſic loqui viſus eſt. En hic

ſtatus atque conditio ambarum filiarum tuarum: illam, quam cœleſti hoc prædıtam ornatu conſpicis, mihi elegi, alteram, niſi ſe ocius corrigat, & vanis illis, quibus aſſueuit illecebris modum ponat, procul à me faceſſere iubeo, peribitque æternum.

Perculſa hoc fulmine mater, euigilat, tota anxia, ac præ triſtitia quo ſe vertat ignara: cum ecce ad domus ianuam primo diluculo Eremita aduolat, durus nonorum, quæ de cœlo acceperat, futurus interpres: vix dixerat, quæ iubente Virgine Matre explicanda portabat, cum Domina mox, quæ & ipſa in ſomnis didicerat, non diſſentanea prioribus, aperit, vnde gemino conuicta teſtimonio, tantiſque erudita monitionibus & ſuæ, & filiæ vanitatibus finem poſuit, & vindicem Dei manum euaſit.

S.Ioan.1. 5.9.

An non bonâ S.Ioannis Euangeliſtæ veniâ, hic verba eius in rem meam vſurpem, dicens. *ſi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt*.1.5.9. Hominum iudicio: atque approbatione Patientis Chriſti Horologium magnifacimus, quanto magis diuinæ Sapientiæ calculo comprobatum noſtris id vſibus applicemus? Deo Domino placere, gratumque accidere. ex inſolito illo, cœleſtique ornatu, quo prænobilis Dominæ Catharinæ filia primogenita effulgere viſa eſt, ſat ipſi didicimus, ac tantum non in præcedente Hiſtoria ſpectauimus, vtinam & omnes, quotquot noui homines eſſe cupimus, hoc teſtimonio perſuaſi ſubſequamur.

Commemorabile pietatis exercitium ad Chriſti patientis memoriam fouendam horis ſingulis.

Cuius vt tanto facilior vſus, tractatioque reddatur, fecit quorundam religioſa induſtria, & commemorabilis pietas, qua incenſi, modum inuenere, quo ſacro hoc Horologio vti poſſent quotidie, nec Pontificia noxarum indulgentia deſtituerentur. Audierant Leonem X & Paulum V Pontifices Maximos mille dierum veniam indulſiſſe iis, qui audita hora Salutationē Angelicam pronuntiarent: quid egiſſe arbitrabimur? Ad ſingulas horas in medio Salutationis Angelicæ ſingula, diuerſaque Patientis Ieſu myſteria inſeruerunt, apte ad tempus illud, quo contigerunt, accommodata, oblatione operum ſuorum ſequentis horæ, per Matrem doloroſam, in vnionem dolorum, quos Chriſtus pro nobis in illa hora ſuſtinuit, adiuncta, v. g. dum hora ſexta veſpertina auditur, ſic orabant. *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui pedes diſcipulorum lauans, in cuius honorem omne quod ſequenti hora facturus ſum dirigo, ac ſacratiſſimo huic paſſionis myſterio vnitum eſſe deſidero. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.* Et ſic deinceps iuxta normam ac diuiſionem ſupra expreſſam, qualibet hora ſuum cuilibet myſterium attribuendo. Felicem Animam! quæ tantæ rei guſtu afficitur, quemadmodum enim Horologium recte, regulateque moueri dicitur, cum

A ad inceſſum primi mobilis, viginti quatuor horis curſum ſuum conficientis ſeſe conformat: ſic quicunque diuino huic Horologio, primoque mobili vitam, mores, actioneſque ſuas conformauerit, miram in rebus omnibus concinnitatem, proſperitatemque ſortietur.

Sed vti pro eo, quo homines ſumus, diuerſo ſubſidio tum oculorum, tum aurium indigemus, his corpori, illis animo ſeruituri; ita quoque differentibus Horologijs opus eſſe inuenimus. Et ad ea quidem quod attinet, quibus animus, ac ſpiritus pro ſua conditione dirigitur, hactenus dictum eſt, nunc de iis, quæ propius corpora, ſenſuſque eorum reſpiciunt, agendum eſt: & in hoc quidem genere, varia præcipuis B quibuſque religionis noſtræ myſterijs repræſentandis, ſuperior ætas inuenit, quale iſtud in primis eſt, quod ſereniſſima Venetorum reſpublica ad S.Marci Baſilicam collocauit, quod non modo horarum ſpatia, ſed & cœli & planetarum motus diſtinguit. Inſuper quoneſcunque horam pulſu ſuo campana edicit, tres Magorum ſtatuæ, qui ab Oriente Chriſtum adoraturi profecti ſunt, ab vno latere ad aliud progrediuntur, ac Deiparæ Virgini puerum Ieſum gremio foventi profundam exemplo ſuo præſtandam reuerentiam monent.

Horologium memorabile Venetorum.

Maius autem atque nobilius illud, ſicut ab omnibus haberi ſolet, quod Siluæ Ducis [nobilis ea noſtræ brabantiæ ciuitas eſt] in Cathed. C Eccleſia S.Ioannis Apoſtoli, magna hominum commendatione ſpectatur, cuius anno 1513 auctor, inuentorque fuit Matthias quidam Serennis, in quo non tantum Aſtrorum & Planetarum curſus, quot menſibus, ſtatutiſque temporibus remeat, ſoliſque & lunæ coniunctiones, oppoſitiones, nouilunia, incrementa, & detrimenta exhibentur; ſed tres etiam reges ab Oriente in Bethlehem profecti, nouum regem adoraturi procedunt, atque in genua prouoluti munera offerunt, vno poſt alterum foribus vltrò recluſis, digrediente.

Horologium nobile Siluaducenſe.

Superiori parte, antequam valuæ vltro recludantur, duo Angeli vtrinque conſpicui, tubis vocalibus inſonant, quaſi ab hominibus in-D flarentur, horribili ac tremendo clangore: *ſurgite mortui, venite ad Iudicium*: ſtatimque vltro reuolutis valuis, apparet artificialis ſcena totius iudicij, Chriſto in nubibus cœli, cum innumerabili Sanctorum multitudine apparente, exſurgentibus infernè mortuis, ad dexteram electis, ad ſiniſtram reprobis collocatis, his trepidantibus, illis præ gaudio manus eleuantibus.

Interim ſupremo Iudice è tribunali, oſtenſis ſtigmatibus clauorum, & lanceæ, quæ redimendo hominem pertulit, ſententiam primum electis, dein reprobis pronuntiante.

Quo facto, Iudex cum electis ſurſum aſcendit, panditque Infernus os ſuum, ad modum

ardentis

ardentis clibani, dæmonum manipulo adſtante, A qui ter iterato & retrogrado impetu, reprobos ad ſe trahunt vnco tam ſubtili, ac tenui, vt oculorum aciem fugiat, quo illi implicati furſum, deorſum reuolutis pedibus infernali barathro demerguntur, valuis vltrò concidentibus, & ſcenam claudentibus non minimo animorum motu apud omnes ſpectatores relicto. Verum hæc non ita directè in præſentem hanc rem cadere fortaſſe dixeris: & aſſentior quidē, neque enim idcirco à me allata ſunt, ſed vt ad ea, quæ ſubſequuntur, tutam aperiant viam; in quibus non ſolum vmbratiles illæ horæ, motu ſolis, ad humana negotia, ſuis quæque peragenda temporibus monſtrantur, ſed inſuper coruſcantibus in Cruce Solis Iuſtitiæ radijs, ſpirituales quoque horæ diu, noctuque ad expen- B dendos accuratius Chriſti patientis cruciatus exhibentur: Nec temere id quidem; vt enim horis, diebus, menſibus, & annis ad motum primi mobilis tempus humanæ vitæ volutatur; ſic vitæ ſpiritualis curſus, ad motum vitæ ac Paſſionis Chriſti peragi ſolet; qui tamquam primum mobile, inferiores cœlos, animas, inquam, nihil terrenum ſapientes, ab ortu in occaſum vitæ, ad æternitatem gloriæ ſecum rapit; vnde meritò credere, tantum temporis, nec plus, ſe quilibet vixiſſe debeat, quantum in hac Chriſti expenderit imitatione.

Et huic quidem conſilio meo ſubſeruiendū duxi, ob oculos noui hominis mei propoſita ichnōgraphia Horologij cuiuſdam vniuerſalis, in formam Crucis figurandi, quo dum horas diei metietur, Solis iuſtitiæ curſum ſubſequi poterit, non modico imitationis compendio, ac propriæ ſalutis incremento.

Componetur autem Horologium iſtud ex triplici genere Horologiorum, nempe ex Meridiano Orientali, Meridiano Occidentali, ac Polari. Meridianum erit in vtroque latere longioris ligni Crucis; Polare autem in ligno tranſuerſo: & tria Crucis brachia ſingula ſucceſſiue fungentur officio ſtyli, dum Sol mouebitur ab ortu ad occaſum.


Modus autem inſcribendi horas erit facillimus, hac arte: Ducantur duæ lineæ A B, C D, quæ ad angulos rectos ſe interſecent in A.

2. Ex A, ſumatur A C, æqualis longitudini ſtyli futuri, hoc eſt æqualis longitudini vnius ex tribus brachiis ſuperioribus Crucis.

3. Ex puncto C vt centro, fiat quadrans circuli ad liberum interuallum, v. g. C D E, eiuſque arcus D E in ſex partes æquales diuidatur.

4. Ex C ducantur lineæ rectæ per puncta huiuſmodi diuiſionum, & notentur earundem linearum interſectiones cum linea A B, ſic enim habebuntur in eadem A B interualla horarum, quæ per lineas parallelas in brachiis Crucis erunt deſignanda.

5. Habenda eſt etiam ratio latitudinis brachiorum Crucis, ne vmbra horum oſtenſura extra planum eorum cadat; producto igitur arcu E D, notentur vltra D, viginti tres gradus cum dimidio vſque ad F, ducaturque C F, deinde ſumatur interuallum quod eſt inter C & punctum horæ tertiæ, transferaturque ex C in lineam C D, & fit v.g. C G. Denique ducta ex G perpendiculari ad C D, dabit linea G H, inter C F, C D intercepta latitudinē ſufficientē.




Digitized by Google


6. Vt Horologium debitè collocetur ad horas vbiuis locorum indicandas, longius lignum Crucis inclinabitur ad partes Auſtri, iuxta altitudinem Æquatoris, quæ hîc Bruxellis eſt 39 graduum, ita vt brachium tranſuerſum reſpondeat altitudini poli in data regione, quod facile fiet per quadrantem in ſuppedaneo Crucis poſitum, ſi linea horæ ſextæ parallela, promoueatur ad datum gradum eleuationis poli v.g. hic Bruxellis ad 51 gradum. Denique idem longius lignum Crucis, ita, vt dixi, reclinatum conſtitui debet ſuper linea meridiana, vel in plano ſtabili deſignata, vel inuenta per acum magneticam in ſuſtentaculo Crucis incluſam. Hoc enim poſito tria ſuperiora Crucis brachia, ſucceſſiuè horas demonſtrabont tota die; quarum ordinem & numerum figura oſtendit. Non erit autem neceſſarium, in ſingulis quatuor brachijs, plures quam tres horas deſignare; niſi quis velit hoc Horologio vti in locis, in quibus dies maxima totius anni, eſt pluſquam octodecim horarum; Sed ſi plures horæ inſcribantur, maior debet eſſe latitudo brachiorum crucis iuxta praxin ſuperius aſſignatam.

A

B



Poterit vero eadem Crux pluribus aliis modis efformari, & maior, aut minor fieri pro varia Staurophili voluntate, in omnibus tamen eadem eſt horarum deſcriptio, eademque debet eſſe Crucis inclinatio, iuxta altitudinem poli & Æquatoris, dum horas demonſtrat; ſed modus collocandi poteſt eſſe diuerſus.



Primũ enim poteſt aptari Roſario, aut Coronæ B.V. *Mariæ*, quemadmodum præcedens Oratono, vt pietati ſimul ſeruiat & vſui aſtronomico, modo ipſa ſit mobilis, intra pedem, qui Caluariæ montem repræſentat, & in dorſo debet eſſe plana, & habere paruulam acum mag-


C neticam, vt dum iacet reclinata in horizonte, ipſa debito ſitu collocetur. Nec quidquam impedit, quo minus in ſuprema facie, quæ non eſt exarata lineamentis horarum, Crucifixi imago affigatur.

Secun-

A



Secundùm pulcherrimè effōrmabitur in modum Lipſanothecæ, ſiue ſacrarum reliquiarum capſulæ, ſi fiat ex auro, argento, ære, ſtanno, aut ſimili materia Crux caua ex vna parte, aut etiam ex vtraque, ſic tamen, vt ea pars, quæ horis eſt inſignita, attolli poſſit, alterâ manente in plano, cum acu magnetica, & ſcala graduum, per quam beneficio laminæ, aut ſtyli, ad propriam cuilibet loco eleuationem poli, horologium cōuenienter ſtatuatur.



Tertiò dicam ampliùs, poteſt ſine acu magnetica, & ſine ſuppedaneo fieri Crux quatuor habens brachia æqualia, & horis, vt ſupra dictum eſt, inſignita, atque ad horas vbilibet demonſtrandas idonea; modo adhibeatur in vno latere, quadrans 90. graduum, cum perpendiculo, vt linea horæ ſextæ eleuari poſſit iuxta altitudinem poli; & ſimul notati ſint arcus ſignorum in ſingulis brachiis, ita vt arcus ſignorum hibernorum decuſſent æſtiuos, ſic enim eleuata Cruce, vt debet, & circumductâ, donec vmbræ extremitas cadat in arcum diei currentis, oſtendetur hora quæſita: quod quidem indicaſſe ſufficiet Mathematicis, aliis autem nimis operoſum eſſet ad praxin.

Nihil dico de Cruce ſtabili & vni tantum loco propria ad horas demonſtrandas; differt e- B nim ab vniuerſali in hoc ſolum, quod ad datam altitudinem eleuata, & meridianæ lineæ applicata, non dimouetur amplius à ſuo loco, & eundem ſemper habere debeat ſitum; altera verò ſit mobilis & diuerſum accipiat ſitum, pro varietate regionum.

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Ceterum, quod ad partem alteram ſpectat, quæ, vt ante dicebam, interiorem hominem concernit.

Notandum primò hanc Crucem quatuor ſui extremis ad quatuor mundi plagas tendere, quæ à Chriſto pro omnibus hominibus mortuo redemptæ ſunt.

Secundò Crucem hanc ex parte Auſtri eleuari iuxta altitudinem Æquatoris, à quo ſumitur iuſtiſſima motuum cæleſtium mēſura: Chriſtus autem Sol Iuſtitiæ & omnium actionum

Digitized by Google

noſtrarum menſura exaltatus creditur in Cruce, circa Æquinoctium vernum, 25. Martij, quo die & mundum condidit, & humanam naturã aſſumpſit.

A

Tertiò in hac Cruce omnes horæ parallelis inter ſe lineis deſignantur, & vitæ noſtræ curſus, per ſingulas horas ita debet inſtitui, vt actiones noſtræ ſint Chriſti actiones, & Cruci parallelæ.

Quartò in hac Cruce, eadem linea horam ſextam, & duodecimam commonſtrat in commiſſura brachiorum Crucis; hora autem ſexta ſecundum Iudæos, quæ ſecundum nos eſt duodecima Aſtronomica, Chriſtus Cruci pro nobis affixus eſt.

B

Quintò & poſtremò hora illà ſexta Iudaicâ & ſecundum nos duodecima Crux horologa ſic illuminatur à Sole, vt nulla appareat vmbra, in ſuperiori parte Crucis, & eodem ipſo tempore, quo Chriſtus Cruci affixus eſt, Crux in qua ipſe pendebat, facta eſt Sole ſplendidior, & omnes teſtamenti veteres vmbræ ceſſarunt; quamuis autem tenebræ ſparſæ fuerint per vniuerſam terram, ab hora ſexta Iudaica, vſque ad nonam; hoc eſt à duodecima noſtra, vſque ad tertiam noſtratem; Crux Chriſti tamen radios tunc ſupernaturalis lucis emiſit, quibus & gloriam eius plurima ſigna demonſtrarunt, & Latro credidit & plures alij percutientes pectora Diuinitatem eius agnouerunt: quod in luctuoſa hac ſcelerum nocte, quam terris noſtris incumbere, immane! quantum ſentimus, vſuuenire quoque non rarò quis neget? dum à Cruce eiuſcemodi lucis radios abſiſtere legimus, quibus & imprudentium hominum colluſtrari ignorantia, & imbecilli cordis cæcitas ſolet illuminari.

C

Teſtis vnus è millibus Flauius Conſtantinus, cognomẽto Magnus, qui anni Chriſti CCCXII, Imperij ſui VII, contra Maxentium prælio certaturus Crucem in aere conſpicatus magna luce præfulgentem, tantum ex oſtenſione illa luminis, tantum pietatis hauſit, vt militum ſuorum arma & veſtes Cruce ſignari, ſuumque Labarum eã iuſſerit inſigniri. *Euſebius in Vita.*

D

Senſerunt id quoque, narrante Procopio, Perſæ, dum illis Apamæam obſidentibus Crucis lignum vel eminus oſtenderetur, de quo latiſſimè maximo quoque igne in omnes partes effulgente hoſtes territi obſidionem ſoluerunt. *lib. 2. de Bello Perſico.*

De quo quid alij ſingulatim ſenſerint, quæ quantaue beneficia retulerint, dum per horarias patientis Domini periodos cum ſequentes, mundo palam fecerunt, ſe eo deſerto ſpirare noluiſſe, abſque quo viuere nunquam potuiſſent, alibi fuit dicendi locus.

CAPVT TERTIVM.

Pulcherrimum noui hominis amiculum, Dominus Ieſus Chriſtus crucifixus. quo indutus ſicut in die, honeſtè is ambulet, & ſuos inter conuerſetur.

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento Iuſtitiæ circumdedit me. Iſaiæ 61. 10.

Siue vt ſeptuaginta Interp. legunt: *Induit me veſtimento ſalutis & tunica lætitiæ.*

Vel vt alij verterunt: *Induit mihi veſtimentum Ieſum.* Iſai. 61. 10.

Probè veſtitur, qui virtute induitur.

Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Roman. 13. 14. Rom. 13. 14.

IN quatuor illis humanæ vitæ præſidiis, quæ vitam noſtram hoc in exilio alete, ac ſuſtentare ſolent, non abſque iuſtiſſima cauſa Veſtem Sirachides numerauit: *Initium*, inquiens, *vitæ hominis aqua, & panis, Veſtimentum, & domus*: quaſi Eccli. 29. 28. diceret: Summa, & caput eorum, quæ vita humana exigit, ſunt hæc, duo ad victum, aqua, & panis: duo ad operimentum, veſtis, & domus.

Nec à Sapiente Doctor gentium Paulus diſceſſit, cùm 1. ad Timoth. 6. 8. *Habentes*, inquit, *alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Soli 1. Timoth. 6. 8. Braſili, cum ſinitima gente brutis pecudibus, quam hominibus ſimiliores, veſtes omnes cum humanitate exuerunt. Porro ad cauſſas illas quod attinet, propter quas, veſtimentorum inducta neceſſitas ſit, tres potiſſimum inuenio, & primam quidem dixero, quam innuit Scriptura Eccli. 29. 28. *Veſtimentum & domus protegens turpitudinem*; quam tamen iſtud præ hac magis ſolet Eccli. 29. 28. cooperire; tum vero aeris inclementiam, pluuias, æſtus ac frigora veſtimentorum beneficio arcemus: denique certum hominum genus, aut dignitas, vitæque conditio per veſtes denotatur.

Contra verò nuditas, atque indumentorum defectus homini noxius, probroſus, ac turpis, plurimaque alia ſolet incommoda procreare. Quæ licet potiſſimum ad corpus ſpectent, atque extimam noſtri partem concernere videantur, citimam tamen non minus reſpicere certo modo dicenda ſunt, cum ſuus & animæ veſtitus non minus quam corpori, iure optimo debeatur, quod rerum omnium conditor ac procreator Deus, iam inde à principio non obſcurè ſignificauit, cùm è *terra creauit hominem, & ſecundum*

dum imaginem ſuam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute: Eccli.17.2. vnde rectè non nemo; *probè veſtitus eſt, qui habet pro veſte probitatem: exuit mentem, qui corpus duntaxat induere ſtudet.* Interioris hominis veſtitus multiplex. Suus itaque interiori homini veſtitus eſt, nec vnus ille, aut ſimplex, ſed varius ac multiplex, quemadmodum nobis Scriptura ſacra, Patrumque auctoritas orthodoxa demõſtrat.

Ac primò quidem denotatur ille per eum, quo prodigum in ſe primùm, tum autem ad Patrem reuerſum Christus ait indutum fuiſſe, *proferte ſtolam primam.* Lucæ 15.22. Luc.15.22.

Et hæc quidem gratiam habitualem & Iuſtificantem deſignat, qua homo in baptiſmo veſtitur, per peccatum lethale ſpoliatur, per S. Pœnitentiæ ſacramentum rurſus induitur.

Secundus dicitur Nuptialis, de quo legimus Apoc.19.8. Apocal. 19.8. *Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe: & datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim ſunt Iuſtificationes Sanctorum.* Vnde B. Agnes dicebat de ſponſo: *induit me cyclade auro texta:* auro ſcilicet caritatis.

Sed quænam hæ nuptiæ? vnde veſtes? à quo datum eſt Sponſæ vt illis ſe cooperiat? S. Hieronymus per nuptias has intelligi voluit eas, quas Seruator noſter, animarum ſponſus integerrimus nobiſcum quotidie contrahit, quod in diuina ſynaxi fieri ſolet, quæ diuinæ Incarnationis extenſio vel ideo nũcupatur, quod in illo Chriſtus cum genere ſingulorum, hic cum ſingulis indiuiduis nuptias contrahit. *Nuptias* autem *Agni* ſignatè dixit: quia Agnus Paſchalis pro nobis immolatus comedi debuit, vt ſe nobis arctiſſimè copularet. Vxor eius ſiue ſponſa præparârat ſe, quando nuditatem exoſa, ſtolam primam induit, ſiue ſit illa primæua innocentia in baptiſmo comparata, ſiue gratia Dei per pœnitentiæ Sacramentum recuperata, abſque qua nemo iſtic dignè comparuit, aut gratus aduenit, teſte illo homine Rege, qui ingreſſus, vt videret diſcumbentes, viſo autem quodam non habente Matth. 22.12. veſtem nuptialem, ait illi: *Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? quales namque ſunt epulæ,* vt bene notauit Chryſoſtomus, *talia eſſe debent veſtimenta.*

S. Ioan. Chryſoſt. Tertium genus eiuſmodi veſtium eſt Ieiunium *pretioſum,* vt ait ille, *Abſtinentia pallium,* quæ vt nomen hoc verè ſuſtineat, omnem corporis partem contegere, omnem debet operire nudi- Pſ.68.10. tatem: vnde regius propheta Pſalm. 68.10. *operui in ieiunio animam meam,* quaſi veſtis ac pallium ieiunium foret, quo animam velut regio quodam S. Paulinus ep.10. paludamento cooperiret: de quo ſic *S. Paulinus* epiſt. 10. ad Seuerum: *Dauid operiebat in ieiunio animam ſuam, vt eam ſpirituali ſatietate contegeret, vnde diſcimus veſtimentum animæ illud eſſe, quo ab omnibus, lege diuina prohibitis, abſtinemus.*

Quartum denique ac poſtremum veſtium genus, ipſe Dominus Ieſus Chriſtus nouo homini ſufficere dicitur Rom.13. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum:* Rom.13.14. hoc eſt perfectè imitamini, vt S. Thomas ait, vel vt diſtinctius ore aureo Ioan. Antioch. exponit, *πᾶσαν ἔχετε καθόλου ἀρετὴν, omnem ſimul vniuerſim habete virtutem:* qua induti, & ad morum præſtantiã ornari pulchrius lucebitis, quã pauo in cataclista ſua, aut pædagogianus in auro, aut ſpõſa in gẽmis, aut Imperator in purpura, aut victor in tunica Iouis palmata. Sub hoc regio Chriſti paludamẽto Nouus homo placet Deo, non minus ſanè quam vir ille nobilis quondam ab Alexandro vocatus ad cœnam, cui dum veſtis cœnatoria deeſſet, ad interius conclaue abceſſit, & ipſius Alexandri veſtem oblatam induit, qua veſtitus, gratiſſimus Regi accubuit hoſpes: vt auctor eſt Capitolinus. Inſuper in more veteribus fuiſſe, memoriæ traditum eſt, vt peculiarem ad Conuiuia veſtem aſſumerent, qua induti inuitantibus forent accepti: quod & aliàs vſuuenire ſolitum inuenimus: adhæc auctor eſt Ælianus lib. 12. c. 1. Mortuo Teridate Eunucho, quem liberalis admodum forma regi Perſarum Artaxerxi commẽdârat, tanto Regem mœrore atque triſtitia eius mortem defleuiſſe, vt nulli par ſolatio eſſe videretur: tandem verò ne totus contabeſceret, rogaſſe vxorem ſuam Aſpaſiam, vt quoties ad Regem viſeret, pallio Teridatis amicta intraret, quo fieret, vt dolori medicinam faceret, & ſolatium languenti, propter amici abſentiam adferret, quiduis abs rege obtentura. Certè, ſi quis noſtrum diuinis oculis gratus in conſpectũ eius dare ſe velit, Crucifixi amiculo induatur, neceſſe eſt, ſcilicet, imitatione virtutum eius inſtructus, aut ſanè Crucis experimento inſignis.

Hoc námque gentium Apoſtolus Paulus Romanos ſuos veſtitos cupiebat, cum diceret: *induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Obſeruârat enim ab illis indui Neronem Cæſarem, vti ait S. Ambroſius, togis ſuis atque paludamentis intertextum. Volebat itaque illos in animis patiente Chriſto veſtiri, qui in corporibus Nerone triumphante veſtiebantur: quamquam & illi tunica filij Dei induti ſunt, qui non in animo duntaxat, ſed & in corpore, aut per voluntarias afflictiones, aut per immiſſas à Deo infirmitates grauiter cruciantur: huiuſmodi enim inſignibus decoratos cæleſtis ille Pater ſuos agnoſcit & complectitur dicens: *quia tunica filij mei eſt.* Gen.37.33.

Eadem mens fuit Doctoris Angelici Thomæ, S. Thomas Aquin. in ep. Pauli. qui præfata Pauli verba explanans, *induere,* inquit, *Ieſum Chriſtum, eundem eſt imitari, quia ſicut, homo continetur veſtimento, & ſub eius colore agnoſcitur, & videtur; ita in eo, qui Chriſtum imitatur; opera Chriſti apparent, ipſe autem peculiaribus ab illo fauoribus, beneficiiſque plurimis locupletatur.*

Aiunt Pontium Pilatum ob Chriſti Seruato- Didacus Vega in Pſ. ſapientiæ. ris necem à Tiberio Imperatore Romam euocatum,

Digitized by Google

Pelbertus in feſto S. Andreæ Apoſt.

catum, Pilatum verò, ne à furibundo Cæſare duci iuberetur, inconſutam Chriſti tunicam ſubinduiſſe, & ita ſe Cæſari ſtitiſſe.

Quomodo Pilatus iram Tiberij Imp. euaſerit

Ingredienti conclaue Pilato aſſurrexit Tiberius, & omni furore poſito humaniter eum excepit, remiſitque non ſine honore. Mox vbi abierat, ita ſceleris atrocitate Cæſaris animum occupante vulnus ante inflictum recruduit, vt Pontium denuo reuocaret, ſed rurſus ad conſpectum eius, omnis ira animo excidit, nec minus beneuolè, quam antè virum tractauit, cumque id per plures vices, non ſine adſtantium ſtupore accidiſſet, ex furibundo ad Pilati præſentiam, Cæſare in mitem & placatum derepente conuerſo, innotuit illum ſub veſte tunicam Chriſti inconſutilem, quæ eam vim habebat, iram Cæſaris exarmandi geſtare, quam vbi Pilatus exuiſſet, indignantis animi motu concitatior Imperator, exilij ſententiam in eum pronuntiauit. Si materia conſtans tunica, eam vim habuerit, vt furibundum Imperatorem placaret, quid virtutis ad Deum vindicem placandũ ineſſe illi exiſtimabimus, qui moribus & vita ipſum Chriſtum totus induerit?

Sed & alio emblemate id Gentium Doctor in hunc modum exponit, *vita veſtra*, inquiens

Coloſſ. 3. 3. *abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Nam imitatione frequenti vitæ, morumque Seruatoris, vita hæc noſtra, veteris Adami poſitis exuuiis, nouo decore veſtitur, ſic vt non tam vita humanæ imbecillitatis videatur, quam diuina: & ſepulta vitioſitate, penituſque abſcondita, eminens quædam effigies Dei in actionibus noſtris videatur.

Quamquam & alio quodam modo, vita noſtra in Chriſto abſcondi queat: Ait enim magnus ille hierarcha, *Spectaculum*, ſeu, vt Græca habent, theatrum,

1. Cor. 4. 9. *facti ſumus mundo.* 1. Cor. 4. Verè dicam, in oculis mundi atque in luce imperitæ multitudinis, perſonati omnes, Deo cari, piique obambulant, & in ſacra velut comædia peragẽda verſantur Pannoſi, viles, & abiecti putantur, tritagoniſtæ quidam, ridiculique Therſitæ, è culina Mithæci, è mendicitate Iri, inopes quidem vrbanitatis & elegantiæ, contumeliis appetiti, illuſi, vexati: ſtulti propter Chriſtum, infirmi, ignobiles, tamquam purgamenta huius mũdi, omnium peripſema vſque adhuc: Et tamen illi verè ſunt amici Sponſi, Dei familiares, atque ſocij, gratiæ torque inſignes, virtutum omnium coronamento auguſti, cœlo admirandi, Principes ſuper orbem conſtituti, Aſſeſſores iã ad decretorium diem ſelecti, regij quidam, heroeſque diuini: qui cùm è vitæ Chriſti meditatione didiciſſent Dei filium, gloriæ Dominum, & auguſtiſſimæ dignitatis, mundo quoque ſpectaculum eſſe factum, corporis humani ſacco veſtitum, melote coopertum, habitum inter homines Dauum, deſpicientiâ mundi nobilem, in contumelia pretioſum; & ipſi quoque mortificationem Ieſu in corpore ſuo circumferre vo-

A luerunt, quibus inſignibus beatiſſima illorum vita abſconderetur. Hinc animus illis magnus & generoſus ad extrema omnia Dei cauſa toleranda, ad labores pro Euangelio ſubeundos, ad deuorandas omnium acerbitates contumeliarum, ad Crucem incredibili lætitia ferendam: cum enim vitam Chriſti illis veluti bullis ornatam, auro illo, & purpura illuſtrem, & vndique viderent fulgurantem, cuius imitandæ ſtudio honeſtiſſimo ducebantur nulli parcendum labori exiſtimabant; vt eodem pertingerent ipſi, & alios promouerent. Quam rationem D. Paullus reddidit, cur in duris, moleſtiſſimiſque rebus exultarit iucundiùs, & ſtigmatis honoratis gloriaretur, vt ſcilicet, *vita Ieſu manifeſtaretur in cor-*

B *pore ſuo.* 2. Cor. 4. 10. Vnde ſpes magna percipiendæ ſalutis, & felicitatis æternæ pullulat, quæ Imitatoribus Chriſti promiſſa eſt. Nam verè illud, & rotundè grauiſſimus dixit *Irenæus: Sequi Seruatorem, participare eſt ſalutem:* quod ipſe indubiè à Pſalte regio didiciſſe debuerat, qui poderem Sacerdotum, & togam veluti palmatam eſſe voluit Chriſtum, cum Dei numine prolocutus ita cecinit: *Sacerdotes eius induam Salutari, & ſancti eius exultatione exultabunt.* Pſ. 131. 16. vbi Salutare, *τὸ σωτήριον*, nihil aliud eſt quam Meſſias, Saluator, Ieſus populum ſuum moriendo ſaluans Vnde Euangelicus Prophe-

C ta Iſaias: *gaudens*, inquit, *gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis*, quæ verba alij vertunt, *induit mihi veſtimentum Ieſum*: cui rei non modicam lucem fœnerauit *S. Cyrillus Alexand.* ſcribens in cap. 3. Malachiæ: *filius*, inquiens, *Aaronis geſtamen erat ſtola præſcripta legibus, ſelectis autem in Chriſto & ſanctuario deſtinatis indumentum ſplendidum, ac ſanctum, Chriſtus ipſe.* Et paulo poſt *Saluatorem piorum Myſtarum admirabile* nuncupat *indumentum.* Vnde factum, Epiſcopos Crucem ad collum appendere, & quidem tunc potiſſimũ, cum ad ſacroſancta Miſſæ myſteria celebranda accedunt, ſucceſſit enim Crux in locum aureæ laminæ, qua ſummus Sacerdos in veteri le-

D ge veſtiebat frontem ſuam vt Innocentius l. 1. c. 53. teſtatum reliquit.

2. Cor. 4. 10.

S. Irenæus.

Pſal. 131. 16.

Iſaiæ 61. 10.

S. Cyrill. Alex.

Præſules & Sacerdotes crucis ſignum in veſtibus præferunt.

Loco Encolpij huius, ſeu Crucis pectoralis, vtuntur alij ſacerdotes Orario, ſeu ſtola in modum Crucis conformata, quod iam olim in Concilio Braccarenſi decretum his verbis: *Cum ſacerdos ad miſſarum ſolennia accedit, aut Sacrificia oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter quam orario vtroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus, ita vt de vno, eodemque orario ceruicem pariter & vtrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore præparet Crucis.*

Concil. Braccar. Can. 3.

Porro quod ad Pallium, attinet, erat id, & adhuc eſt ſummi honoris & ſupremæ, plenæque poteſtatis index, & potiſſimum Romani Pontificis

tificis inſigne, conceſſum tamen ab eodem alijs Metropolitanis. Idem Phrygium dictum eſt, quod à Phrygionibus artificioſè contextum eſſet, nõ ſine Crucibus inſperſis, quatuor enim purpureas Cruces habet, vt docet Onuphrius, ante, retro, à dextris, & à ſiniſtris.

Non modo autem pallium Archiepiſcoporum, ſed & ipſæ veſtes quotidianæ Epiſcoporum videntur fuiſſe Crucibus inſignitæ. Extſtat imago D. Epiphanij ad viuum expreſſa, cuius veſtis plena Crucibus conſpicitur, & S. Gregorius Nazianzen. ſignificat veſtes ſuas Cruce fuiſſe ſignatas. *Crucem*, inquiens, *in membris meis fero, Crucem in inceſſu, Crucem in pectore, in Cruce demum omnis mea gloria ſita eſt.* Quod autem non de ſpirituali, ſed corporali Cruce loquatur, ex toto contextu patet.

S. Gregor. Nazianz.

Certè in nummis Fuluij Vrſini, Apoſtoli Ioannes & Philippus expreſſi ſunt, qui palliola Crucibus intexta, ad pectus & humeros habebant, hac fini, crediderim, vt ſe Chriſtum, cumque Crucifixum induiſſe non obliuiſcerentur.

Sacerdos Miſſæ ſacrificium oblaturus Chriſti patientis repræſentat.

Nuſquam autem id clarius aut luculentius aduertere eſt, quam in Eccleſiaſtico-Romano Sacerdote dum ſacris operaturus ad altare accedit, vbi, cum non tam ſuam quam Chriſti Domini perſonam repræſentet, eiuſque vicem atque auctoritatem referat, æquum eſt, vt eiuſdem quoque veſtibus induatur, cumque Miſſæ ſacrificium ſit viua & perfectiſſima repræſentatio ſacratiſſimæ Paſſionis, ac mortis Ieſu Chriſti Domini noſtri, quid mirum ſi Chriſtum patientẽ moribus, ſi veſtibus, quibus ille in ea indutus fuit, quicũque iſtud facere aggreditur imitetur? vnde fiat, vt *ſacerdotes eius induantur iuſtitiam* quaſi poderem, qui illos tegat, & à pedibus ad caput protegat, exornans omnes eorum potentias & facultates tam internas, quam externas; ita vt nulla abſque proprio ornamento remaneat, ſed omnes contineat virtutes, quas Iuſtitiæ nomen complecti ſolet.

Pſal. 131. 9.

Hoc autem teſte S. Gregorio in Paſtoral. c. 2. & 3. voluit Deus in veſtibus illis adumbratum, quas ſacerdotibus antiquæ legis præſcripſit, vt, auctore S. Hieronymo, Sacerdotes omnes intelligerent, debere ſe munda conſcientia, & virtutum veſtibus exornatos Domini Sacramenta tractare, & quamuis communes eorum veſtes decentes eſſe debeant ac mundæ, at ſacræ multo magis, in quibus res peragatur diuina; vtpote quæ vna in ſe contineat & comprehendat imaginem Paſſionis ac mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti; ſunt autem hæ numero ſex, quibus ſacerdos velut alter hic Chriſtus induatur, Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Planeta, vnde fiat, quod, teſte S. Hieronymo, ſuadet Apoſtolus Coloſſ. 3. 12. *Induamur viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, exſpoliantes nos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum,* qui

S. Gregor. in paſt. c. 2. 3.

Coloſſ. 3. 12.

A eſt Chriſtus Ieſus Dominus noſter, *neque enim,* vt diuinè S. Auguſtinus hom. 31. ex 50, *pictorem quærit Deus ſignorum ſuorum, ſed factorem.*

S. Auguſt. hom. 31.

Prima itaque veſtis ſacra *Amictus* eſt, quo Sacerdos primum operit caput ſuum & humeros, poſtea ex capite illum demittit, vt veſtis ſuæ collare tegat: ſignificat autem velum illud, quo Iudæi velarunt Chriſti faciem in domo Cayphæ, colaphis eum cædentes, ac vociferantes: *prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit?* denotatque virtutem ſpei atque fiduciæ in Deum, ad reſiſtendum incurſibus, ac dæmonum tentamentis.

Luc. 22. 64.

B Sequitur *Alba*, quæ veſtis linea eſt, tegitque totum Sacerdotis corpus vſque ad talos: repræſentat autem vitæ innocentiam ac puritatem cordis, quæ in ſanctimonia vitæ, morumque ſita eſt integritate.

Quam vt facilius homo conſequatur, refert oculos leuare, ad myſteria illa quæ *Alba* ipſa portendit, *veſtem*, ſcilicet, *albam*, qua Herodes Chriſto induto illuſit ac remiſit ad Pilatum, ſubſannans regnum eius. Hæc laxior eſſe ſolet, ad ſignificandum *non accepiſſe nos iterum ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed adoptionis in libertatem Filiorum Dei.*

Rom. 8. 15.

Ad *Albam* conſtringendam *Cingulum* adhibetur, quod ſignificet tam *funes*, quibus Chriſtus
C Dominus in horto ligatus fuit, quam flagella, quibus fuit ad columnam cæſus: quarum rerum memoria, noſtrum erga eum amorem incendit, qui tanta pro nobis perpeſſus, & ſuauem nobis reddidit caſtigationem carnis, & neceſſariam ad eandem integram conſeruandam, opem procurauit.

Manipulus, qui exinde aſſumitur, poniturque in brachio ſiniſtro, funes illos, quibus in horto manus eius colligatæ, repræſentat, ac virtutem zeli, hoc eſt, triſtitiam & dolorem de peccatis proprijs, atque alienis inculcat, Chriſtique patientiam, & humilitatem deſignat.

Per *Stolam* verò intelligitur immortalitas, quam Adam inobedientia ſua perdidit, ſecutus
D voluntatem ſuam, & Chriſtus recuperauit factus obediens Patri, vſque ad mortem; vnde ſacerdos dextram partem ſtolæ collo circumpoſitæ in ſiniſtrum latus, & partem ſiniſtram in dexterum latus inflectit.

Signatur autem funis ille, ſeu laqueus collo eius iniectus, quo in vrbem ex horto patientiſſimus Ieſus protractus fuit.

Per *Caſulam* denique, quæ reſpondet tunicæ hyacinthinæ veteris Sacerdotis, veſtis purpurea ſignificatur in qua Dominus noſter Ieſus, regis inſtar iocularis ac ludicri, è loco ſuperiore furentis populi aſpectibus contemplandus, expoſitus fuit: & huic quidem Crucis forma intexta Domini Crucem, eiuſque baiulationem deſignat; tonſura vero Sacerdotis Coronam ſpineam repreſentat.

Quibus

Digitized by Google

Quibus itaque dum induuntur nouæ legis Sacerdotes, numquid Chriſtum Ieſum induti eſſe dicendi ſunt? maximè id intus ſpiritu agente, quod veſtimenta foris oſtentant.

Iiſdem quoque nec inconuenienter adiunxeto S.R.E. Principes, eminentiſſimos Cardinales, quibus Innocentius Papa IV in Concilio Lugdunenſi primo, & Oecumenico XIII, ſub annum Domini M. C C. X L V. purpuratum galerum dedit, cum antè mitris vterentur. Quo ſapientiſſimus Pontifex ſignificare voluit, eos, qui in illuſtriſſimum ordinem iſtum legerentur, paratos eſſe debere, pro Eccleſiaſtica libertate, ſi opus foret, propriam vitam exponere. Purpureo autem galero veſtes purpureas eadem de cauſa adiecit Bonifacius PP. VIII, anno Chriſti M. C C X C. V I I.

Quod autem ad purpuram attinet, certum eſt Regum fuiſſe inſigne, vnde Mardochæus Eſteris 8 pallio purpurato, & aureo diademate induebatur. Certè Auctor Chronici Alexandrini teſtatur Phœnicem Tyriorum Monarcham, purpuræ liquore vellus imbuiſſe, & hunc primum purpuratam chlamidem geſtaſſe, quam merito ob dignitatis eminentiam, & myſterij latentis indicium Cardinalibus Papæ conceſſerunt. De qua inſtitutione, & cauſa ſic Petrus Cardinalis de Alliaco, dictus Cameracenſis lib. de Eccleſ. poteſt. p. 1. cap. 3. Status, inquit, Cardinalium S.R.E præſtantia in eo conſiſtit, quemadmodum ipſi, dum eliguntur, ex charitate ſe obligant, vt cum capite ſuo Romano Pontifice, certo Chriſti vicario, cuius pars corporis myſtici ſunt, eumque eo vnum corpus efficiunt, collegium, ſeu Senatum ſacroſanctum, ad amplificationem, atque cuſtodiam vniuerſæ Chriſtianæ Religionis, vt Chriſti fidem, ac Chriſtianos omnes, communiter priuateque, totis, vt aiunt, viribus, defendant: quare ſanguinem mehercule, ſi opus ſit pro illis effundant, neceſſe eſt, atque in hac ſententia conſtantiſſimè perſeuerent. Cuius rei ſignum eſt omnibus manifeſtiſſimum, quod ſoli Cardinales, cum Pontifice ſummo purpureis veſtibus ac galeris vtantur, propter Cardinalatus præſtantiam & efficaciam propriæ virtutis. De quo fuſius Platina, Guaguinus, Æmilius, Genebrardus.

Intellexiſſe id cum primis viſus eſt nuper Eminentiſſimus Petrus Cardinalis Berullus, Cõgregationis Oratorij Gallicani primus Præpoſitus Generalis, qui dum ſacram hanc dignitatem adiiſſet, purpuream veſtem ſibi ob tria tantum placere dixit. primùm, quia ſymbolum eſſet amoris Seraphici. Secundò, Paſſionis Dominicę. Tertio, fundendi ſanguinis pro Chriſto: quæ tria quam altè ad animum eius penetrãrint, vitam magni viri legentibus patet.

Sed nec ij ſoli ſunt, quamuis ſummates, quibus Chriſtum induere conueniat, alios quoque
A diſpari licet cultu, veſtis hæc reſpicit, & eos quidem omnes, teſte S. Ioanne *Chryſoſtomo*, *qui ſanguinis eius participes, Reſurrectionem quoque participare contendunt*, vt loquitur homil. 45. in Ioan. Chryſoſt. hom. 45. in Ioan.

Adeo vt ſicut materia formam, corpus animam, quaſi veſtem ſubſtantialem induit, qua deformitatem ſuam & nuditatem tegat, & ornet; ita ille, quiſquis fuerit, Chriſtum induat, vt Chriſti ſpiritus ſit quaſi forma & anima eius, & ex conſequenti ad vnam cum eo compoſitionem reducatur, dicatque cum Apoſtolo: *mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Gal. 6. 14. Triumphent alij ſuperbo veſtium apparatu, oſtro fulgentes & murice magnifice B ſe circumſpiciant, ego in fide, ac Crucis recordatione, eiuſque fideli imitatione lubens gloriabor, vnde Chriſto factus ſimilior ſicut ipſe ambulauit; ita & ego deinceps ſatagam ambulare.

Perſpexerat id alta quadam mente, ſummoque illo ingenio, quo præditus erat *Iacobus à Beuania*, ex illuſtriſſima Blancollum familia in Vmbria oriundus, ſacri Ordinis Prædicatorum magnum exinde ornamentum. Iacobus à Beuania Ord. Huic etiamnum adoleſcenti in amoribus Crucifixus eſſe cœperat, vſque adeo, vt quod eius ſimiles, atque coætanei ſuperfluo corporis cultui, ac magnificis ad pompam epulis inſumere gauderent, ipſe in Chriſti patientis effigiem exquiſitius ornandam, C colendamque referret. Vnde factum, vt cum die quadam à matre crumenam auro plenam accepiſſet, quo veſtem ſibi purpuream, ſuoque genere dignam fieri curaret, acceptam pecuniam ad ſtatuarium detulerit, Crucifixi imaginem viſendo opere, atteque ſingulari curaturus. Aueбat interea mater, vt fieri ſolet, filium nouis illis veſtibus indutum conſpicere, nec voti compos fiebat. Moræ itaque impatiens filium aggreditur, ecquando tandem nouas ſuas veſtes induturus ſit, quærit? Quid hic Iacobus? matrem omni comitate ac reuerentia ad cubile ſuum adducit, præſtantem hic Chriſti de cruce pendentis iconem demonſtrat, in cuius cæ- D ſuram, quod à Domina matre aurum acceperat, iam effudiſſet. Exclamare hic Mater, & grauibus filium verbis increpare, non tam vti aiebat, ob coëmptam Chriſti Soſpitatoris effigiem, quam ob deſignatum mendacium, quo parenti veſtem curaturus illuſerat. Ad quæ bonus adoleſcens: à pernicioſiore mendacio ita me Deus conſeruet! ad rem verò præſentem quod attinet, nullo me hic falſitatis crimine contaminaui, neque enim filius matrem decepi, aut mendacio me obſtrinxi, docente Apoſtolo eruditus, nullam præ Chriſto Ieſu veſtem Chriſtiano aut meliorem dari, aut ornatiorem poſſe reperiri: *Induimini* ſiquidem, ſcribebat is Romanis ſuis, *Dominum Ieſum Chriſtum & carnis curam ne feceritis in deſiderijs.* Rom. 13. 14.

O

A O vere ſagacem iuuenem! non iuuenem, ſed virum prudentiſſimum! qui noſſe iam cœperat, quod ſenum quiſque centeſimus vix norit, qua veſte vitiorum frigus arcendum ſit, qua virtutum nuditas, ne appareat Chriſtiano tegenda ſit. *Leander de viris ill.*

S. P. N. Ignatius in ſumm. Conſt. §. 11.

Atque huc quoque reſpexiſſe mihi ſemper viſus fuit magnus ille Ieſu amator *S.P.N. Ignatius*, cum in ſummario Conſtitutionum ſuarum, §. 11, ſic monuit: *diligenter animadnertant oportet (magni faciendo, ſummique momenti id eſſe ducendo in conſpectu Creatoris ac Domini noſtri) quantopere iuuet, ac conferat, ad vitæ ſpiritualis profectum, omnino, & non ex parte abhorrere ab omnibus, quæ mundus amat & amplectitur; & admittere & concupiſcere totis viribus, quidquid Chriſtus Dominus* B *noſter amauit & amplexus eſt. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea quæ mundi ſunt ſequuntur, diligunt & quærunt, magna cum diligentia, honores ſt. & famam, magni nominis æſtimationem in terra, ſicut mundus, eos edocet; ſic qui procedunt in ſpiritu, & ſerio Chriſtum Dominum noſtrum ſequuntur, amant, & ardenter exoptant, quæ iis omnino contraria ſunt,* indui *nimirum* eadem veſte, *atque inſignibus Domini ſui pro ipſius amore ac reuerentia: adeo vt ſi ſine offenſa vlla diuinæ Maieſtatis, & abſque proximi peccato foret, vellent contumelias, falſa teſtimonia, & iniurias pati, ac ſtulti haberi & exiſtimari (nulla tamen ad id per eos data occaſione) eo quod exoptant aſſimilari, atque imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eiuſque* C Veſtibus *& inſignibus* indui: *quandoquidem illa ipſe propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſque exemplum dedit, vt in omnibus, quoad eius fieri poterit, diuina gratia aſpirante, eum imitari, & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam velimus.* Ita ille, mentem ſuam, imo Dei Domini noſtri voluntatem filijs, quos ad vitæ nouitatem progenuerat, atque in poſterum progeniturus erat, explanans. Ita nobis dexter atque propitius adſit Deus, vt quæ fideli ſeruo eius Ignatio docente facienda didicimus, præclaris operibus omnes exſequamur: facilitatem autem conantibus afferet non paruam, ſi, quod per *Induendi* verbum Apoſtolus, ceterique D poſt eum melioris aſceſios Magiſtri intellexerint, & nos penitus inſpiciamus. Significat autem hominem Chriſto, eiuſque virtutibus impensè deditum, id velle, id conari, vt quod in illo animaduerterit, in ſe exprimat, eoque ſe, velut decora quadam veſte exornet: vnde fiat

Analogia Chriſti patientiæ & veſtis.

Primo, vt ſicut homo veſtimento ſuo continetur, ac ſub eius colore formaque agnoſcitur; ita in eo qui Chriſtum imitatur, ſolus Chriſtus, eiuſque indumenti color, id eſt, ſanctitas cognoſcatur: vnde S. *Chryſoſtomus, induere,* inquit, *Chriſtum, eſt vndique in nobis per ſanctimoniam & manſuetudinem Chriſtum conſpicuum eſſe, homo enim indutus, id eſſe videtur, quod indutus eſt.*

A Secundo vt ſicut veſtes totum corpus contegunt; ita Chriſti virtutes ad omnes noſtras actiones pertingant, eaſque conſtanter informent, ex quo Chriſtus, præcipuè vero crucifixus, in omni opere & ſermone noſtro triumphet.

Tertio, vt quemadmodum quis de noua veſte induenda cogitās, ſimul de vetere exuenda deliberare dicendus eſt, ita & hic, cum homo Chriſtum induere conſtituit, eo ipſo vetuſtos mores poſuiſſe iudicandus ſit: quare ſapienter admodum cæcus ille apud Marcum Barthimæus, mihi feciſſe viſus eſt, dum centonē ſuum procul à ſe abiecit, vt expeditius ad Ieſum perueniret, à quo præter lumen, inſignes B quoque gratiæ, ac virtutum veſtes ſe recepturum ſperabat.

Quartò Vti veſtis decora ac magnifica corpus hominis non tantum tegit, ſed etiam ornat; ita Chriſti virtutes animo expreſſæ, eundem illuſtrant, quibus ſine comparatione, longè tutior atque ornatior futurus eſt, quam qui olim magni Alexandri imaginem, vt diuinum quoddam amuletum ferebant.

Quintò denique vt qui veſtes induit, earum pondus non ſentit, ſicut ſolet qui eas inuolutas in ſarcina geſtat; ita qui Chriſtum, v.g. patientem non habet inuolutum in ſpeculatione ſua, & mente, ſed explicatum in actione & opere expreſſum, ſentire non ſolet moleſtiam, aut C difficultatem, quam ij percipiunt, qui manus ab imitatione reſtringunt. Atque hoc denique eſt, *ſemper mortificationem Ieſu,* tamquam veſtem *in corpore ſuo circumferre, vt vita & mors Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali, quoniam qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, & nos cum Ieſu ſuſcitabit.* 2. Cor. 4, 14.

Atque iſtiuſmodi quidem omnes illi fuiſſe dicendi ſunt, quotquot nunc, quia veſte illa nuptiali induti fuere, ad cœleſtes nuptias admiſſos eſſe accepimus, quorum vt erant animi virtutum habitu nequaquam Chriſto abſimiles, ita nec corpora veſtiario eiuſdem ſymbolo deſtituta fuiſſe inuenimus.

Hinc veſtem veterum illotum Aſcetarum Cruce ſignari ſolitam fuiſſe teſtatur Nicepho- D rus Gregoras, qui ſic de Imperatore *Andronico* monacho iuniore: *supernè rubrum prætulit diuinæ Crucis ſignum, infernè nigrum.* Niceph. Gregoras de Andronico.

Pachomius quoque ſuis fecit cucullos, quibus iuſſit imponi Crucis purpureę figuram.

S. quoque *Dorotheus* doct. 1. *habitus,* inquit *noſter, is eſt tunica abſque manicis, & zona pellicea, analabus, & cucullus: hæc autem ſigna ſunt omnia. A nobis igitur perdiſcendum eſt, quid hæc habitus noſtri ſigna præ ſe ferant. Analabus in Crucis modum ponitur, ſuper humeros autem noſtros Crucis ſignum deferimus. Habemus & Zonam ad lumbos noſtros, ſignum ſanè mortificandi irrationabilis appetitus noſtri: & Analabus, id eſt, ſcapulare ab humeris pendet, quæ Crux eſt.* S. Doroth.

Veteres

Veteres hoſce Aſcetas neoterici quoque non ſegniter ſecuti ſunt, quos inter eminuiſſe viſus Minorum beatiſſimus Parens *Franciſcus*, cuius veſtis, formam crucis perfectè repræſentans, id efficiebat, vt in illa crucifixum referret, & animo corporeque cruciget diceretur. Adiungebat chordam quæ nodis aſpera Chriſti vincula referebat: de quo ſic Annalium Ordinis conditor accuratiſſimus Lucas Wadingus ad annum 1208. Paupercula viri tunica diues myſteriis, typo commendabilis, formam crucis repræſentabat, & Fratrem Minorem mundo crucifixũ, ac mortuum oſtendebat, magnum profeſſorum humilitatis indicium, & portandi improperij crucis Chriſti euidens argumentum. Et ita profectò eſt, plures namque fuiſſe, non dubito, tùm qui ſacram illam veſtem circumferendo admoniti, Chriſtum feliciter induerunt, tum verò alios eâ indutos conſpiciendo, veterem hominem generosè exuerunt. Fuerunt & alij qui crucem veſtibus aſſutam præ ſe ferre voluerũt, vt Chriſtum, eumque crucifixum vnà cum veſte induiſſe ſe non obliuiſcerentur, cuiuſmodi ſunt Trinitarij, qui ſtrenuam redimendis apud Turcam captiuis operam nauant, Monachi Birgittini, aliique.

S. Franc. Minorum parens.

Trinitarii. Birgittini.

Neque ſe feminæ ab hac laude ſequeſtres eſſe voluere.

Ordinem B. V. Mariæ ab Angelo ſalutatæ inſtituerat Ioanna Francica Caroli VIII. ſoror, Ludouici XII. Coniux, veſtis quærebatur: hanc pia Princeps leucophæam voluit, cum chlamyde candida, velo nigro, ac ſcapulari rubro in formam crucisante pectus aptato, vt omnes ſe Sponſi exemplo crucifixas Chriſtumque indutas aſſiduo meminiſſent.

V. Ioanna Francica.

Eiuſdem mentis, ſed, quam magno Cæli priuilegio à Chriſto acceperat S. fuit Birgitta; Regulâ enim tertiâ, vbi ornamentum capitis ſuarum deſcribit, præcipit vittam, qua frons & genæ circumdentur, & ex parte facies operiatur. Super hanc ponatur, inquit, velum de tela denigrata.

S. Birgitta.

Deinde ſuper velum ponatur corona de tela alba, cui aſſuantur quinque particulæ de panno rubro, quaſi quinque guttæ: prima particula ſit in fronte, altera in occipite, tertia & quarta circa aures, quinta in medio capitis, in modum crucis. Qua iuſſione quid aliud voluiſſe credenda eſt, quam ſuas illas eſſe, quas Dominus veſtiariâ illâ teſſerâ vindicâtat, ipſas autem illi ſe ſimiles reddere non ſegniter debere dicentes cum Apoſtolo: *viuo ego iam non ego, viuit vero in me Chriſtus*, cuius inſignibus induta ſum.

Gal. 2. 20.

De Cœnobio ad ſingillatim Deo, ſibique viuentes, tranſitum faciamus, ſi qui forte, vel hos inter, Chriſto patiente induti reperiendi ſint: & primum quidem ſe hic offert *Bartholomæus Tacatæ Arimenſis Cegandoni ſecundo genitus*, quem Vomurenſis Regina in filium adoptârat. Hic Vmbriæ Princeps iam electus, Regina è viuis excedente ſuſceperat Vomurenſis Regni gubernacula, dignus enimuero totius Orbis Imperio. Cũ adhuc catechumenus eſſet, impetrata à magiſtro venia, ſuſpenſam è collo auream crucem geſtabat, eaque obarmatus intertitus omnia belli pericula obibat. Tandem ſacratiſſimo baptiſmi lauacro tinctus, ac nouus homo iam factus, humeros veſte amicire cœpit, cui intexti erant orbes plurimi crucibus variati, vt nemini dubium iam eſſe poſſet, Bartholomæum cæli, & Chriſtianæ fidei cultorem idolis nuntium miſiſſe. Crucibus autem ea in veſte Claui etiam adiiciebantur ita vt quos Conſtantinus in equi ſui fronte, Bartholomæus in humeris proprius geſtaret, quaſi cuperet, cruce, Clauiſque, quibus in ea Chriſtus confixus fuit, ipſe veſtiri configique exterius, quibus iam pridem interiorem hominem confixerat: vnde tantus quoque eum calor, feruorem dixiſſe debueram, inuaſit, vt animus eius quieſcere non poſſet, donec primo familiam propriam, deinde regnum vniuerſum eiuratis idolorum fraudibus ad Chriſti pedes ſubmitteret, pulſis præconis voce omnibus iis, qui abnuerent eſſe Chriſtiani. *Franciſcus Cardin. in faſc.*

Barthol. Iapon. Rex Vomur.

Age & Ioanna, virgo longè puriſſima, tuoque exemplo hominum inertiſſimorum torporem incende, Luſus huic erat conſuetas per artes ſe ſponſo patienti aſſimilare, ingenti adhærebat cruci apprehenſiſque prominentibus è ſtipite clauis, diductis latè brachiis diu ſuſpenſa pendebat. Volutabatur inter ſpinas, ac vicinam inſiliebat in paludem, vliginemque ſanguine, quem flagello excuſſerat, macerabat, ita patrem filia referebat, ſed eodem induenda erat, quare deſcriptis ferrea in lamina Chriſti patientis inſignibus, eâque pertuſa quâ parte lacerando corpori aſperabatur, pro intima tunica ſiue interula vtens, viuam Domini ſui dolorum imaginem induta exprimebat.

V. Ioanna Crucia ex ord. S. Franciſci.

Quæ has per artes diu exercita virtutem coluit, illuſtre crucis cognomentum non temerè inuaſiſſe, ſed iure quam optimo meritam eſſe nemo non iudicabit. *Auctor Vitæ V. Ioannæ de la Cruz.*

Et hactenus quidem de iis egimus, qui cruciariam hanc veſtem ſibi ipſi induxerunt, an nemo fortaſſis eandem acceperit à crucifixo? Sic vtique reor: teſtis mihi ſit *B. Magdalena de Pazzi*. Annus agebatur prioris ſæculi ſupra milleſimum, quingenteſimum octogeſimus octauus, cum *Magdalena* dæmonis ſollicitatione ad monachicam excutiendam exomidem grauius vrgeretur. Dolebat pia virgo & multo fletu ac precibus tentationem abigere ſtudebat. Forte ante Chriſti è cruce pendentis religioſam effigiem conſtiterat, quam alibi non reperiebat, hic ſperans opem inuenire. Nec eam ſua ſpes fallere viſa eſt. Cum ecce videt ex latere in crucem ſublati

B. Maria Magdalena de Pazzi.

Digitized by Google

lati Domini ſui togam ſplendidam egredi: ex manu dextera ſcapularem veſtem: de ſiniſtra zonam, à capite velum; à lacera vero ceruice, quam crux olim geſtata attriuerat, pallium candidum prodire. Nulla Regum armaria, nullæ veſtiariæ officinæ talem hominibus præbuerant amictum. Certè Magdalena huius conſpectu incenſa, neque ſat capiens, qua via potiſſimum ad eas veſtes poſſet accedere, conuolat ad altare eoque conſcenſo, oblata ſibi à cruce veſtimenta acceptat & illico membris ſuis eadem inducit. Nunquid hic cum Agnete Romana dicere Florentina potuit Magdalena? *Induit me Dominus cyclade auro texta & immenſis monilibus ornauit me, ſanguis eius ornauit genas meas?* Experta id ſanè Magdalena vel tum præcipue fuit, cum his veſtibus à Domino induta, arrepto in manus crucifixo, atque ore ſuo eum ceteris piiſſimè cum diſſuauiata, in ampliſſimam ſe gratiarum actionem effudit: quo factum, vt omne prauarum tentationum frigus his fota veſtibus non iam vt mulieris fortis domeſtica, duplicibus: ſed vti adoptiua Patris cæleſtis filia, quintuplicibus induta, propulſarit. *Vincentius Puccinus libr. 1. capit. 31.*

Et hæc gloria eſt omnibus induētibus Chriſtum, quam ſibi ſuauiſſimus ille Venetorum Patriarcha B. Laurentius Iuſtinianus plurimum gratulatus, in hæc verba ſcripſit: *Scio quid faciam, Dei mei intrabo vulnera, & in eius dolores, & opprobria transformabor, quantum potero: eius Paſſione probroſiſſima induar, tamquam veſtimento regali, & nihil requiram, niſi quæ ſunt conformia huic Paſſioni, cætera vero abiiciam, vt ſtercora. Quis autem poſt me amplius audeat clamare, ſi fuero hac veſte indutus? tum ſanè Chriſti Paſſio pro me, ſi neceſſe fuerit, contra omnia militabit. Lib. de Incendio diuini Amoris c. 2.*

B Laur. Iuſtin. l. de incend. am.

CAPVT QVARTVM.

Chriſti patientis inſignia, Noui hominis ſcutaria teſſera, & ſymbolica habenda monimenta.

Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua Creatura; De cetero nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Ad Philipp. 6. 14. & 17.

Phil. ipp. 6. 14.

ΕΝ ΤΟΥΤΩ, ΝΙΚΑ. IN HOC VINCE.

SI gentilitij ſcuti ſymbola, teſte Budæo, eiuſmodi ſigna ſunt, quæ Maiores re bene ac fortiter geſta extulerunt, atque ad poſteros feliciter tranſmiſerunt, quibus hi non tam vanè extolli, quam in ſpem ſimilem debeant excitari; quis eſt, qui non videat, planèque ſentiat, quænam illa eſſe debeant, quæ *nouus homo* ſcutario

A typo inſcripta circumferat, tùm, vt ab aliis diſtinguatur, tùm verò, vt magis, magiſque quotidie ad virtutem incitetur.

Magna vis exempli eſt, maior ſanguinis, ac cognationis, quare cum Patrem habeamus in cœlis, qui fortiter re geſta ac bene nomen ſibi acquiſiuit æternum, dum propoſito hîc gaudio, ſuſtinuit crucem, quam ſibi deinceps in teſſerā, ac gloriam voluit eſſe perennem: quod tutiùs ſymbolum, typumúe ſcutarium eligat homo, quam eum, quo optimus parens ſuus, non minùs prudenter, quam glorioſè voluit inſigniri? iuxta magni Apoſtoli conſilium 2. Cor. 4. 10. *ſemper mortificationem Ieſu in corpore veſtro circumferen-*

B *tes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.*

Liberi & heredes ad Inſignia ſuccedunt.

2. Cor. 4. 10.

Neque enim iis duntaxat, qui bene meritis ſuis eiuſmodi inſignia acquiſiuerunt, illa deferendi vnicum, ac ſingulare ius eſt; ſed & iis, ad quos illorum pertinet hæreditas, eadem geſtandi data communiter poteſtas eſt, vnde liberi legitimi vtriuſque ſexus maſculi & feminæ, Patris, maiorumque inſignia deferre poſſunt, quo factum, vt in omni bene inſtituta repub. non ſolum illius, cuius virtute parta ſunt, ſed & hæredum ac liberorum decus ſint, tam eorum quos natura, quam adoptio ac connubium adſciuit, aut teſtamentum cooptauit, vt Chaſſanæus in catalogo, & Carolus Paſchalius l. 9. c. 11. tradidere. Qui nouum itaque hominem filium ſuum,

C & hæredem fecit, gentilitij ſcuti ſui decus, ac gloriam non ceſſit modo, ſed imperauit, dicente Apoſtolo ad Roman. 8. 16. *Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei, ſi autem filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur;* quid autem hic compati aliud ſibi velle diximus, quam *aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum*, imitari eum, *qui talem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum contradictionem, nec fatigari animis deficientes?* quod ex aſſiduo huiuſmodi teſſerarij ſcuti conſpectu, facile eſt impetrare: excitant namque generoſam in magnis animis nō ſolum eorum, à quibus partam habent nobilitatem, æquandi virtutem, ſed & ſuperandi quan-

D doque æmulationem, vt *Polybius* ait lib. 6. cap. 52. quod Saluſtius lib. de bello Iugurth. confirmat his verbis: *ſæpe*, inquiens, *audiui ego Q. Maximum P. Scipionem præterea, ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum Maiorum imagines*, (inſignia cogita) *intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutem accendi:* ſcilicet, non ceram illam, neque figuram tantam in ſe vim habere, ſed memoriā rerum geſtarum, eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quam virtus eorum famam, atque gloriam adæquârit.

Rom. 8. 16.

Heb. 12. 3. *Inſignium vis & natura.*

Polyb. l. 6. c. 52.

Saluſt de bel. Iugurt.

Sic namque ſolent homines, ait elegantiſſimè Carolus Paſchalius cap. 11. quæ maiores pepererunt, ea ſibi vindicare, non prędia tantum, non

Carol. Paſch. c. 11.

ceteras opes, ſed & ipſa inſignia dignitatum æternandæ potentiæ, ac propagandæ: id quod fauori poſterorum non magis dari puto, quam honori illius, qui meruit, vt poſteros haberet, & in eiſdem coli poſſet: quod diuina ſcilicet equitas ita ſtatuit, ne eminente virtute homines, quos dum viuunt liuor plerumque exoſos habet, debito honore fraudentur. Vbinam enim ille eſt optimè de genere hominum meritus, cui hoc non noceat, quod viuit? vbi liuorem latere putas, niſi ſub vmbra virtutis? Ergo, inquies, ſic abit indonata imo contempta virtus? hanc dico, quæ necdum eſt ſubducta oculis, & in media luce verſatur: neque enim hodie, vt quidam ait, licet ſperare meliora: philoſophanti omnes Dij ſunt irati. Hæc eſt illa ætas, qua D[illegible]inus Plato ferrum argento, æs auro commixtum eſſe dixit. Ad te ergo, ô cœli æquitas! omnium præmiorum diſpenſatrix, tuumque ſub patrocinium confugit quantum eſt hominum, qui militant in caſtris virtutis, quibus æra ſubducuntur à malignis quæſtoribus, ſtipendiorum interceptoribus, quorum nequitiâ fit, vt quantum eſt laborioſa, tantundem ſtrenuis ſit ſterilis, & infructuoſa militia. Tuũ eſt proinde milites tuos, atque exercitos contubernales ſeruare indiciis, & honori poſteritatis, cuius certa ſpes fouet hîc tam malè intellectos, peius æſtimatos, peſſime acceptos. Poſteritatem cum dixi, non tantum vniuerſos dixi, ſed potiſſimum liberos, nepotes, minores, quos diuina bonitas in hoc videtur ſeruare, vt in his ea cumulatè rependantur, quæ prioribus iniquè ſunt erepta: Nam poſteri, ſi maiorum veſtigiis inſiſtunt, certiſſima loca ſunt huius memoriæ, tam nobilis, tam amabilis, tam venerandæ. Magnæ virtutis proprium eſt, non cohiberi intra tramitem, ſed procedere, & extendi.

Summa itaque æquitas poſteros præ ſe ferre inſignia eius virtutis, quæ illos, quibus prognati ſunt, nobilitauit, ne in ipſis eadem virtus, expunctis ſuæ præſtantiæ notis, deſeratur, quibus retentis eadem ipſa cenſetur renouari, reſtaurari, æternari, & quidem per cariſſimos traduces, poſteros, ſcilicet ac nepotes: *abſurdum eſt enim*, inquit *Ariſtoteles* lib. 1. Eth. c. 10. *res poſterorum nihil ad ſuos maiores pertinere.* Ita legimus Barcinonenſium & Arragonenſium Inſignia quatuor lineis rubris ad perpendiculum ductis in Scuto aureo circumferri, quorum hæc fertur origo: Godefridus cognomento Villoſus Comes Barcinonenſis, pro Ludouico Pio aduerſus Saracenos pugnans, inſignia ſibi à Rege dari petiuerat, aureum eo fine ſcutum in medium apportans. Quid Cæſar? magnanima viri expenſa virtute, plagiſque non modicis, quas aduerſo pectore è bello extulerat inſpectis, digitis ſuis quatuor in Comitis ſanguine è vulneribus profluente intinctis, totidem lineas in aureo ſcuto depinxit, æternum virtutis eius monumentum ad poſteros ablegans. Et hæc ſanè non poſtrema cauſſa eſt,

Ariſtot. l. 1. Eth. c. 10.

Inſignia Barcinon. Comitis.

quapropter multis retro ſæculis, haud improbata deferendi à maioribus accepta inſignia, clypeoſque conſuetudo, cum ſint nobiliſſima ſigna eminentiſſimarum virtutum, quæ ſcilicet aſſerant poſteros in honorem illorum, & gratiarum actionem, qui ipſis iſta reliquerunt.

Quæ omnia ſi vſquam locum habuerint, certè hic optimum, legitimumque ſortita ſunt, vbi Chriſti Domini nobiliſſimi parentis noſtri gloria, olim obtrita, & inuidia aduerſariorum peſſundata, vindicanda modò & erigenda eſt: Vbi clariſſimæ virtutes propoſitæ in exemplum imitandæ ſunt: Vbi præclara multa diuinaque facinora immortali poſteritatis memoriæ conſecranda ab eo, qui adoptione filius, teſtamento heres, connubio ſocius eſt, quod eiuſcemodi inſignium delatione fieri optimè poſſe in aperto eſt.

Sunt autem hæc potiſſimùm Inſignia ſex, ſingulis teſſeranj ſcuti laterculis, ſingula ſymbola nata ſollertet demonſtrare; videlicet: *Crux, Corona Spinea, Columna, Claui, Lancea, & quina vulnerum Stigmata*, quibus Rex Regum noſter ac Princeps clariſſimam de hoſtibus victotiam reportauit.

Sex Chriſti Saluatoris Inſignia.

Ad *Crucem* quod attinet bene de illa S. Hieronymus: *gloria Saluatoris patibulum triumphantis, vnde meritò à locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad teſſeras & clypeos Pontificum & Imperatorum*, itaque hanc ſtatim à primis Eccleſiæ temporibus ad iſtos, præcipua quadam pietate commigraſſe accepimus, vt qui præ ceteris vitæ nouitatem induti, eiuſdem continuò fouendæ ſubſidium ad manus haberent ſingulare. Notaſſe id Alphonſus Ciacconius in Apoſtolorum Corypheo ac Principe Petro viſus eſt, dum ſcutarium eius typum delineans duas inter claues Crucem expreſſit, quem deinceps ſecutus, Felix II. eandem duos inter Leones auream aſſumpſit, quod & S. Gregorius magnus feciſſe reperitur.

Idem Bonifacius IV. Honorius I. Adeodatus I. Innocentius II. Innocentius VIII. Pius II. Leo IV. aliique præſtitere non pauci, varium in modum deſcriptas cruces verſicoloribus alueolis præſeferentes.

Crux in teſſeris & inſignibus Pontificum.

Imitati Pontificem ſunt eminentiſſimi Cardinales, vti ficêre Bonifacius, Petrus, Ioannes, Riſus, Paullus ſub Vrbano PP. II. Item Diuiſſo, Vincentius, Leo, Creſcentius, Romanus, Amico, Gregorius, Arnaldus, Vitalis, Cuno, ſub Paſchali PP. II. Item Petrus, Mauritius, Matthæus, Stephanus, Ioſelmus, Lictiſredus, Anſelmus ſub Honorio PP. II. Vaſſallus, Chryſogonus, Albericus, Gregorius, Iuo, Gilibertus, Guido ſub Innocentio PP. II. Item Rainerius, Manfredus, Hugo, Iulius, Rodulphus ſub Cæleſtino PP. II. & plurimi alij, inter quos Iſidorus Theſſalonicenſis, Archiepiſc. Ruthenorum, Cardin. SS. Marcelli ni & Petri; & Beſſarion Trapezuntinus Archiepiſcopus, Cardin. Nicenus, qui omnes

Pontifices & Cardinales *Crucem in teſſeraris ſcuto gerentes.*

nes

nes Crucem in teſſerario ſcuto prætulerunt.

Item Petrus magnus Equitum Rhodiorum magiſter Cardin. d'Aubuſſon ſub Innocentio VIII. quadtipartitum ſcutum, in primo & quarto coccineo laterculo crucem argenteam anchoratam, in ſecundo & tertio argenteo miniatam crucem pariter anchoratam circumferebat.

Oletus inſuper Cardin. Carcaſſonenſis ſcutum cæruleum cruce liliata inſignitum geſtabat.

Ioannes item le Veneur ſub Clemente VII. in teſſera argentea teniam cęruleam tribus crucibus aureis depictam gerebat.

Robertus quoque Card. de Lenoncourt ſub Paulo III. in argenteo ſcuti ſolio crucem dentatam coccineam ferebat.

Atque huc omnes illi piiſſimum mentis oculum intendentes, vt debitum Christo crucifixo honorem accurarent, ſe ad imitationem eius non ſegniter incitarunt.

Eccleſiæ Principes cæteri diligenter ſecuti ſunt, quos inter Carmelitæ prominuere, qui in teſſeratio Ordinis ſcuto crucem nigram, duas inter ſtellas in albo æquore geſtare inueniuntur.

S. Bonauentura ad Cardinalitiam dignitatem promotus, inſignia ſibi condere iuſſus, non gentis ſuæ nobilē clypeum vſurpauit, ſed Chriſti Domini crucem, cui eiuſdem brachium, diui Franciſci brachio decuſſatim implexum ſubiecit: ſignificare volens profeſſionis ſuæ ſponſionem nulla ratione ſoluendam, ſed perpetuò ratam, fixamque ſequendam: quod memorabilis ſcuti ſymbolum adeo vniuerſo Ordini Minorum placuiſſe viſum eſt, vt idem in totius familiæ teſſeram aſſumpſerit, pluresque ex ea familia Cardinales idem pro teſſera adoptarint, vt Odo Rigautius ſub Innocentio II. Petrus Aureolus ſub Ioanne XXII. aliique nō pauci. Cuius religioſiſſimi Stemmatis, ſeu teſſeræ cum mentio nobis inciderit, amore ſacri Ordinis trahi me ſenſi, ad vberiorem quandam eiuſdem explanationem cum forte & hæc olim legiſſe nonnullos iuuabit.

Stemma Ord. Minorum. Eſt itaque, vt dixi Seraphicæ Minorum familiæ Stemma huiuſmodi: crux Saluatoris cum titulo ſuo, ex cuius cornibus, dextro nimirum & ſiniſtro, duo pendent affixa clauis brachia, ſed hæc ita diſpoſita, vt alteram efficiant crucem, duæque hinc videantur cruces. Brachium dextero lateri affixum, & tranſuerberatum, nudum omnino eſt, huic aliud ſuppoſitum eſt brachium manicâ habitus vilis ac cinericij opertū, ſiniſtro eiuſdem crucis lateri affixum, & ex ambarum manuum foraminibus defluens ſanguis conſpicitur: inferius, loco vbi affiguntur in cruce pedes, Clauus eſt alter, vel etiam ſubinde viſuntur duo. Et hoc quidem in campo pellucido & ſplendenti.

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

A Quorum omnium hæc explicatio eſt, teſte Franciſco Quareſmio tomo V. de Vul. Chriſti. Crux Domini commune matris Eccleſię vexillum, indicat Minores ſtrenuos eſſe milites, veroſque Eccleſiæ filios ſub ſancto hoc labaro ſtipendia facientes.

Secundo, in eadem cruce cernitur affixum Chriſti ac Franciſci brachium quaſi in eadem cruce Chriſtus ac Franciſcus crucifixi ſint: ſicut enim ſecundum *Origenem, in eodem ligno, quo Chriſtus confixus, Satanas quoque confixus fuit*, quo refertur illud de ligno gemino, quo Scriptura prodit ſuſpenſum eſſe Regem Hai, typum diaboli, vt Origenes præmiſerat: ita, diuerſam licet ob cauſam, Chriſtus & Franciſcus in eadem cruce Origenes.

B cernuntur confixi.

Ad hæc dexterum nudatum eſt brachium cum ſua manu, quod Chriſtum Dei filium, & virtutem denotat, magna ſolitum operari.

Et manus quidem hæc cum brachio non pura & nitida, ſed ſanguine aſperſa cernitur, quo grauia eius ſupplicia, tormentaque, quæ ſuſtulit denotantur: Siniſtrum vero brachium veſtitum eſt, vt Chriſti in Franciſcum veſtitum amor, gratiaq; monſtretur, qui egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia nos diuites eſſemus: ſanguine quoque ex vulnere palmæ affluente rubricatum eſt, iuxta vulnus quod diuinitus in

C ea accepit, vt illud ex Iſaiæ cap. 14. 10. ei non in- Iſai. 14. 10.
congruè aptari queat: *& tu vulneratus es, ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es.*

Brachia inſuper hæc cancellata ſunt, & in formam crucis diſpoſita, ac coniuncta, & ita duę in illis cernuntur cruces, quibus duæ aliæ repręſentantur: prima iſta ex duobus lignis, illam refert, in qua Saluator ipſe pependit: ſecunda vero, ex duplici brachio compoſita noſtram ſignificat, pœnitentiæ videlicet mortificationem, & propriæ voluntatis abnegationem, quam quiſque in ſe habere debet, & cum Chriſto & poſt Chriſtum portare, vt dicere poſſit: *mihi mundus* Gal. 6. 14.
crucifixus eſt & ego mundo.

Sed conſiderandum hic ſedulò vtriuſque

D crucis diſcrimen; illa Saluatoris quæ ex duobus lignis ſimplicibus conſtructa eſt, nullum ex ſe præfert ſolatium & auxilium; ſed dolorem, pœnam, & ignominiam: alterâ vero quæ ex duobus brachiis conſtat, ex quibus alterum noſtrum debile quidem eſt, alterum vero validum & forte Saluatoris, notatur auxilium, virtutem, & decorem homini à Saluatore prouenire, vnde S. Au- S. Auguſt.
guſtinus tract. 53. in Ioan. *Homo alterum hominem per quem ſolet agere, quidquid agit, brachium ſuum appellat: & ſi ei auferatur, dolens dicit: brachium meū perdidi. Contra vero, in brachio forti operatus ſum, quia alter ſubleuauit infirmitatem meam*, quod hic vſuuenit, dicente Propheta Pſalm. 90. 15. *cum* Pſal. 90. 15.
ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Non abſimili pietate inceſſi Clerici regulares,

Regulares crucem pro ſcutaria teſ- ſera geſtantes.

& Congregatio miniſtrantium infirmis crucem ſibi pro typo ſcutario elegerunt.

Denique & S.P.N. Ignatius dum Societatem Ieſu conderet, ſat gnarus, quantæ in cruce diuitiæ, ſaluſque reſideret, poſteaquam ſanctiſſimum Ieſu Nomen eidem in ſymbolum tradere ſtatuiſſet, crucem adiecit pro apice, hoc opinor conſilio, vt intelligeremus, non eſſe à nobis in ſacro hoc Nomine quærendam tantummodo mellifluam ſuauitatem deuotionis; ſed etiam ſub illo vexillo ferendam eſſe crucem mortificationis.

Ordines Militares cruce armati.

Ad Ordines militares venio, qui ſingulari quadam religione crucis ſymbolum parmæ gẽtilitiæ inſeruerunt, cuiuſmodi

Equites hoſpitalarij S. Ioannis crucem albam deferunt in atro campo.

Equites S. Iacobi purpuream, quæ ante pectus militaris ſpathæ capulum exprimit.

Ordo equitum SS. Trinitatis cæruleam partim & rubentem in æquore albo.

Ordo militum de Auis Albam in fundo nigro.

Ordo equitum S. Spiritus in Ducatu Wittenbergenſi crucem duplicem.

Ordo Calatrauæ rubram in nigro campo.

Ordo Alcantharæ crucem viridem figurâ floridâ in campo candido.

Milites S. Lazari praſinam.

Milites S. Stephani rubram in fundo nigro.

Milites Teutonici nigram argenteo limbo inſignem.

Ordo militiæ Melitenſis ex pura tela candidam octogonam ad 8. beatitudines denotandas.

Sacri Milites Monteſiæ rubram in laterculo aureo.

Ordo militiæ Chriſti in campo nigro vtitur partim rubra, partim candida; videlicet quatuor eius brachia ſunt per medium diſciſſa, & lineâ candidâ interſecante diſtincta, ita vt in ſingulis brachiis binæ cruces appareant, candida, & rubra.

Ordo equitum S. Mauritij crucem viridem candido limbo concluſam.

Equites de monte Carmelo violaceam.

Ordo equitum B. Mariæ glorioſæ, crucem purpuream in campo albo, duabus ſuperpoſitis ſtellis.

Ordo equitum in Suecia crucem cum collari ex Seraphinis & crucibus duplicibus patriarchalibus contexto.

Equites S. Antonij in Vrbe Roma crucem cæruleam commiſſam.

Equites S. Stephani in Hetruria crucem rubram prætextâ aureâ ornatam.

Ordo equitum S. Georgij in Carinthia crucem rubram in albo æquore.

Verum non in ſacris tantum Ordinibus ſcutarias fuiſſe imagines cruce ſignatas quis arbitretur: & Regum, principumque ſymbolicas parmas occuparunt, mox enim vt Chriſti religionem amplexi ſunt; Clypeos, ac Caſſides cruce inſigniuerunt, vnde Prudentius Periſteph. Hymno 10.

Imperatores & Reges crucem parmæ inſeruerunt.

Crux iſta Chriſti, quam nouellam dicitis.
Naſcente mundo, factus vt primum eſt homo,
Expreſſa ſignis, expedita eſt litteris;
Aduentus eius mille per miracula
Prænunciatus ore vatum conſona.
Reges, Prophetæ, Iudices, & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtylo
Non deſtiterunt pingere. Hanc formam Crucis.
Crucem vetuſta combiberunt ſæcula.

Et iterum lib. 1. contra Symmachum:

——*Clypeorum inſignia Chriſtus*
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Conſtantinus ſigno crucis in labaro geris.

In quo magni Conſtantini Imperatoris luce clarius pietas effulſit qui cum in agro Colonienſi ſub Materno Epiſcopo, iſtinc aduerſus Maxentium tyrannum moueret, primo itineris die, ſole ad meridiem declinante, vidit ad confluentem Arnæ & Rheni ſignum Crucis ſole ſplendidius, vbi oppidum Syntich, ſiue Sancti Signi, cum Eccleſia in formam crucis, & clauorum, exſtructum eſt, quod ſignum ad ſacram victoriam ſpectare intelligens ex cæleſti epigraphe: *in hoc ſigno vince*, Romanæ militiæ ſigna gentilitia in Chriſtiana labara, Cruceſque mutauit. Anxius namque propter magicas artes, quibus aduerſarium valere intellexerat, viſo hoc ſigno, nec intellecto, obdormiſcens, Dominum ſibi apparentem habuit cum eodem ſigno, quod viderat, qui iuſſit, vt aliud ad eius exemplar cõſtrueret, eoque velut præſidio, vteretur, quod & factum fuit, ſucceſſu optimo, totique Romano Imperio, boniſque omnibus fortunato.

Otho I. Imp. Crucem honorat dum inſignibus Eccleſiarum inſerit.

Secutus eſt Otho Imperator primus hoc Nomine, qui pæne omnibus Cathedralibus Eccleſiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia conſtitutis, ciuitates multas, caſtra, oppida, villas, multaque alia dominia temporalia, ac iuriſdictione affecta donauit, omnibuſque illis Eccleſiis pro ſua pietate Inſignia propria, crucis ſcilicet imaginem perpetuò deputauit, vt Chronicon Spirenſe, aliique docent auctores, vnde Treuirenſis, Colonienſis, Paderbornenſis, Lubecenſis, Merſeburgenſis, Sleſuicenſis, Spirenſis, Conſtantienſis, Virdunenſis & ſuam quæque Eccleſia crucem in Clypeo defert, vt mox dicetur.

Boemund. milites cruce ſignat.

Exemplum mox alij, atque alij imitati Principes fuere, quando ſacræ expeditiones ad terram ſanctam, aut contra crucis hoſtes Saracenos, Turcas, hæreticos ſuſceptæ: in quibus celeberrimum nomen obtinuit Tarenti Princeps Boëmundus, Guiſcardi Apuliæ Ducis filius, qui

ſacram

Digitized by Google

ſacram expeditionem mente agitans, coccineis duobus paludamentis in teniolas ſciſſis, & diremptis cruces compoſuit, eaſque aſſuit ſagulis duodecim millium bellatorum. Nec minorem retuliſſe laudem viſi ſunt Indicus I. Arragonum Rex contra barbaros & Mauros: Alphonſus IV. Rex Caſtellæ, & Sancius Rex Nauarræ, dum ab Agarenis, crucem militaribus ſignis præferentes victoriam retulerunt, iuxta Eſaiæ vaticinium cap. 5. vbi enim legimus: *eleuabit ſignum in nationibus*, legit Hebræus: *eleuabit crucem*. Et ſimilia quidem leguntur multa in hiſtoriis principum familiarum; cruces inter gentilitia ſigna oſtentantium, iiſque magis, quam vel ſolis, lunæ, ſiderum, vel aquilarum, leonum, pardorum, aliorumque animalium, vel quarumque rerum inanimatarum formis, aut figuris gloriantium.

Item Indicus Arragonum Alphonſus IV. Caſtel. Sancius Nauarræ Rex.

Poſtquam autem primi familiarum illuſtriſſimarum heroes, cruces ſibi aſſumpſerant, eaſdem poſteris in hereditarias teſſeras conſecrarunt, vt nepotes quoque ſuos, & ſeram omnem poſteritatem, crucis domeſticæ intuitu, ad crucifixum amandum, crucem honorandam, & pro crucis honore pugnandum fortiter inflammarent. Nulla autem vt reor, antiquiora in hoc genere ſunt, quam in Hiſpania vbi celebratur *Ioannes de Palafox Marchio de bariza*, quem fuiſſe ſcribunt ex linea vnius è quinquaginta illis, qui Magno Conſtantino crucis labarum prætulerunt. Ob quam cauſam ſtirpis illius heroes, in Inſignibus Angelum oſtendunt, & cruci adhærentem inſcriptionem: in hoc ſigno vince. *Leonardus Ibernus in præf. de ſcientia media.*

Ioannes de Palafox.

Atque hoc intendiſſe reor fortiſſimos illos nobiliſſimoſque viros, in quorum gentilitiis teſſeris erectæ cruces cernuntur.

Regem ſcilicet Cypri, dum crucem auream cum paruis crucibus in campo aureo excepit.

Reges Cyp.

Hoc Regem Hieruſalem, dum crucem patibulatam auream, cum cruculis quaternis ei adiunctis, ſupra metalli alterius areolam depinxit, conſideraſſe clarum eſt.

Hieruſalē.

Hoc Reges Luſitaniæ mouiſſe crediderim, dum crucem albam pro teſſeraria Icone aſſumpſerunt.

Reges Luſitaniæ.

Hoc Regem Daniæ non ignoraſſe credibile eſt, dum crucis typum de cœlo lapſum in media maioris ſui clypei area collocauit, quem Waldamarum II. fuiſſe memorant, ſub quo Dani, cùm manu armata Liuoniam in ſuam poteſtatem redegiſſent, & ad fidem Chriſtianam conuertiſſent, crucem de cœlo acceperunt teſſerario ſcuto inſerendam.

Reges Daniæ.

Hoc Regem Hūgariæ probè intellexiſſe certum eſt, Sanctum, Stephanum, dum à Silueſtro II. Romano Pontifice Corona aurea, & duplice cruce dignitatis, & religionis indice cohoneſtatus, hanc albam ſcilicet in rubro ſolo, prioribus inſignibus Attilæ, quæ hactenus vſurpauerat, abolitis, aſſumpſit.

Reges Hungariæ.

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

A Hoc impuliſſe Garziam Ximenium Regem primum Nauarræ clarum eſt, vt teſſerario ſcuto crucem inſereret, in labaris ac vexillis depingeret, vaſis ac ſupellectilibus ſuis eandem indoret, nummis imprimeret, in ſecuritatis prognoſticum ac triumphum.

Hoc Principem Allobrogum in regione Ciſalpina ſenſiſſe perſpicuum eſt, dum crucem argenteam in parmula oſtro illuſa aſſumpſit.

Princeps Allobrogum.

Hoc denique non neſciuiſſe certum eſt vetuſtiſſimam gentem de Houen quæ Coloniæ reſidens, ex auitis habet traditionibus, origine ſe Romanam ethnicam fuiſſe, gentilitiam autem ſibi teſſeram in Clypeo, galeaque Coruum, quē deinde Chriſti legem ſubiens, retento in caſſide

B Coruo, in ſcuto cum mutauit in coruini coloris aſperatam denticulis crucem, poſteris futuram perpetuò mnemoſynon tuendæ religionis, ideoque frequentatam à maioribus compellationem inter prænomina ſtirpis ab Houen. *Gelenius l. 2. c. 38.*

Familia nobilis de Houen.

Vbi notandum ſæpe in ipſis familiis, quot diuerſi rami, tot crucium diſcrimina repetiri, v. g. in Familia Gelrica de Capellen quæ ſæcularis muneris ac dignitatis prærogatiua, in Regum ac Principum aulis ſplendidè verſata eſt, in qua ſtirpium diuiſio ante ſexcentos annos inchoata, omnibus eiuſdem *de Capellen* nominis poſteris, hæreditario in ſcuto reliquit crucem anchoratam, id eſt, habentem vtrimque repandos & re-

C curuos quatuor extremos ſcapos, cum Geldri argenteam in campo coloris veneti gerant, cui ramus *Capelliorum de VVoningen* in Tranſiſulania, in dextro ſuperiore angulo aureum templum interſerit, ſicut *de Hochkirchen*, qui tamen in cruce & colore differunt. Qui in Normannia & gallica Bononia degunt *la Capelle*, eandem anchoratam crucem ſanguineam habent in argenteo ſolo, cum clabula coloris veneti obliquata à dextero in ſiniſtrum. Sunt etiam in Artheſia dicti *de LaCapelle*, anchoratam ſanguineam crucem in perpendiculariter diuiſo habentes clypeo, cuius anterior pars aurea, poſterior argentea eſt.

Res ſane multæ antiquitatis in tanta diſtan-

D tia & diuerſitate Prouinciarum; in quatamen non vnam aliquam familiam, ſed plurimas regnorum omnium atque terrarum conueniſſe inuenio, vna cruce ſed diuerſimodè variegata, ſcutarium typum inſtruente.

Quod & in variis Archiepiſcopis, Epiſcopiſque obſeruare iucundum eſt.

Colonienſis Archiepiſcopus crucem nigram in albo ſolo gerit.

Treuirenſis Archiepiſc. Crucem rubram in latereculo aureo.

Epiſcopus Rigenſis Crucem auream in campo rubro.

Epiſcopi crucem in parma circumferētes.

Epiſcopus Bremenſis crucem flauam in ſolo rubro.

Digitized by Google

Regulares crucem pro ſcutaria teſſera geſtantes.

& Congregatio miniſtrantium infirmis crucem ſibi pro typo ſcutario elegerunt.

Deníque & S.P.N. Ignatius dum Societatem Ieſu conderet, ſat gnarus, quantæ in cruce diuitiæ, ſaluſque reſideret, poſteaquam ſanctiſſimum Ieſu Nomen eidem in ſymbolum tradere ſtatuiſſet, crucem adiecit pro apice, hoc opinor conſilio, vt intelligeremus, non eſſe à nobis in ſacro hoe Nomine quærendam tantummodo mellifluam ſuauitatem deuotionis; ſed etiam ſub illo vexillo ferendam eſſe crucem mortificationis.

Ordines Militares cruce armati.

Ad Ordines militares venio, qui ſingulari quadam religione crucis ſymbolum parmæ gê- B tilitiæ inſeruerunt, cuiuſmodi

Equites hoſpitalarij S. Ioannis crucem albam deferunt in atro campo.

Equites S. Iacobi purpuream, quæ ante pectus militaris ſpathæ capulum exprimit.

Ordo equitum SS. Trinitatis cæruleam partim & rubentem in æquore albo.

Ordo militum de Auis Albam in fundo nigro.

Ordo equitum S. Spiritus in Ducatu Wittenbergenſi crucem duplicem.

Ordo Calatrauæ rubram in nigro campo.

Ordo Alcantharæ crucem viridem figurâ floridâ in campo candido.

Milites S. Lazari praſinam.

Milites S. Stephani rubram in fundo nigro.

Milites Teutonici nigram argenteo limbo inſignem.

Ordo militiæ Melitenſis ex pura tela candidam octogonam ad 8. beatitudines denotandas.

Sacri Milites Monteſiæ rubram in laterculo aureo.

Ordo militiæ Chriſti in campo nigro vtitur partim rubra, partim candida; videlicet quatuer eius brachia ſunt per medium diſciſſa, & lineâ candidâ interſecante diſtincta, ita vt in ſingulis brachiis binæ cruces appareant, candida, & rubra.

Ordo equitum S. Mauritij crucem viridem candido limbo concluſam.

Equites de monte Carmelo violaceam.

Ordo equitum B. Mariæ glorioſæ, crucem purpuream in campo albo, duabus ſuperpoſitis ſtellis.

Ordo equitum in Suecia crucem cum collari ex Seraphinis & crucibus duplicibus patriarchalibus contexto.

Equites S. Antonij in Vrbe Roma crucem cæruleam commiſſam.

Equites S. Stephani in Hetruria crucem rubram prætextâ aureâ ornatam.

Ordo equitum S. Georgij in Carinthia crucem rubram in albo æquore.

Verum non in ſacris tantum Ordinibus ſcu- A tarias fuiſſe imagines cruce ſignatas quis arbitretur: & Regum, principumque ſymbolicas parmas occuparunt, mox enim vt Chriſti religionem amplexi ſunt; Clypeos, ac Caſſides cruce inſigniuerunt, vnde Prudentius Periſteph. Hymno 10.

Imperatores & Reges crucem parmæ inſeruunt.

Crux iſta Chriſti, quam nouellam dicitis.
Naſcente mundo, factus vt primum eſt homo,
Expreſſa ſignis, expedita eſt litteris;
Aduentus eius mille per miracula
Prænunciatus ore vatum conſona.
Reges, Prophetæ, Iudices, & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtylo
Non deſtiterunt pingere. Hanc formam Crucis.
Crucem vetuſta combiberunt ſæcula.

Et iterum lib. 1. contra Symmachum:

——*Clypeorum inſignia Chriſtus*
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Conſtantinus ſignū crucis in labaro gerit.

In quo magni Conſtantini Imperatoris luce clarius pietas effulſit qui cum in agro Colonienſi ſub Materno Epiſcopo, iſtinc aduerſus Maxentium tyrannum moueret, primo itineris die, ſole ad meridiem declinante, vidit ad confluentem Arnæ & Rheni ſignum Crucis ſole ſplendidius, vbi oppidum Synſich, ſiue Sancti Signi, cum Eccleſia in formam crucis, & clauo- C rum, exſtructum eſt, quod ſignum ad ſactam victoriam ſpectare intelligens ex cæleſti epigraphe: *in hoc ſigno vince*, Romanæ militiæ ſigna gentilitia in Chriſtiana labara, Cruceſque mutauit. Anxius namque propter magicas artes, quibus aduerſarium valere intellexerat, viſo hoc ſigno, nec intellecto, obdormiſcens, Dominum ſibi apparentem habuit, cum eodem ſigno, quod viderat, qui iuſſit, vt aliud ad eius exemplar cōſtrueret, eoque velut præſidio, vteretur, quod & factum fuit, ſucceſſu optimo, totique Romano Imperio, boniſque omnibus fortunato.

Otho I. Imp. Crucem honorat dum inſignibus Eccleſiarum inferit.

Secutus eſt Otho Imperator primus hoc Nomine, qui pæne omnibus Cathedralibus Eccleſiis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lo- D tharingia conſtitutis, ciuitates multas, caſtra, oppida, villas, multaque alia dominia temporalia, ac iuriſdictione affecta donauit, omnibuſque illis Eccleſiis pro ſua pietate Inſignia propria, crucis ſcilicet imaginem perpetuò deputauit, vt Chronicon Spirenſe, aliique docent auctores, vnde Treuirenſis, Colonienſis, Paderbornenſis, Lubecenſis, Merſeburgenſis, Sleſuicenſis, Spirenſis, Conſtantienſis, Virdunenſis & ſuam quęque Eccleſia crucem in Clypeo defert, vt mox dicetur.

Boemund. milites cruce ſignat.

Exemplum mox alij, atque alij imitati Principes fuere, quando ſacræ expeditiones ad terram ſanctam, aut contra crucis hoſtes Saracenos, Turcas, hæreticos ſuſceptæ: in quibus celeberrimum nomen obtinuit Tarenti Princeps Boëmundus, Guiſcardi Apuliæ Ducis filius, qui ſacram

ſacram expeditionem mente agitans, coccineis duobus paludamentis in teniolas ſciſſis, & diremptis cruces compoſuit, eaſque aſſuit ſagulis duodecim millium bellatorum. Nec minorem retuliſſe laudem viſi ſunt Indicus I. Arragonum Rex contra barbaros & Mauros: Alphonſus IV. Rex Caſtellæ, & Sancius Rex Nauarræ, dum ab Agarenis, crucem militaribus ſignis præferentes victoriam retulerunt, iuxta Eſaiæ vaticinium cap. 5. vbi enim legimus: *eleuabit ſignum in nationibus*, legit Hebræus: *eleuabit crucem*. Et ſimilia quidem leguntur multa in hiſtoriis principum familiarum, cruces inter gentilitia ſigna oſtentantium, uſque magis, quam vel ſolis, lunę, ſiderum, vel aquilarum, leonum, pardorum, aliorumque animalium, vel quarumque rerum inanimatarum formis, aut figuris gloriantium.

Item Indicus Arragonum Alphonſus IV. Caſtel. Sancius Nauarræ Rex.

Poſtquam autem primi familiarum illuſtriſſimarum heroes, cruces ſibi aſſumpſerant, eaſdem poſteris in hereditarias teſſeras conſecrârunt, vt nepotes quoque ſuos, & ſeram omnem poſteritatem, crucis domeſticæ intuitu, ad crucifixum amandum, crucem honorandam, & pro crucis honore pugnandum fortiter inflammarent. Nulla autem vt reor, antiquiora in hoc genere ſunt, quam in Hiſpania vbi celebratur *Ioannes de Palaſox Marchio de hariza*, quem fuiſſe ſcribunt ex linea vnius è quinquaginta illis, qui Magno Conſtantino crucis labarum prætulerunt. Ob quam cauſam ſtirpis illius heroes, in Inſignibus Angelum oſtendunt, & cruci adhærentem inſcriptionem: in hoc ſigno vince. *Leonardus Ibernus in præf. de ſcientia media.*

Ioannes de Palafox.

Atque hoc intendiſſe reor fortiſſimos illos nobiliſſimoſque viros, in quorum gentilitiis teſſeris erectæ cruces cernuntur.

Reges Cyp.

Regem ſcilicet Cypri, dum crucem auream cum paruis crucibus in campo aureo excepit.

Hieruſalē.

Hoc Regem Hieruſalem, dum crucem patibulatam auream, cum cruculis quaternis ei adiunctis, ſupra metalli alterius areolam depinxit, conſideraſſe clarum eſt.

Reges Luſitaniæ.

Hoc Reges Luſitaniæ mouiſſe crediderim, dum crucem albam pro teſſeraria Icone aſſumpſerunt.

Reges Daniæ.

Hoc Regem Daniæ non ignoraſſe credibile eſt, dum crucis typum de cœlo lapſum in media maioris ſui clypei area collocauit, quem Waldamarum II. fuiſſe memorant, ſub quo Dani, cùm manu armata Liuoniam in ſuam poteſtatem redegiſſent, & ad fidem Chriſtianam conuertiſſent, crucem de cœlo acceperunt teſſerario ſcuto inſerendam.

Reges Hungariæ.

Hoc Regem Hūgarię probè intellexiſſe certum eſt, S. inquam, Stephanum, dum à Sylueſtro II. Romano Pontifice Corona aurea, & duplice cruce dignitatis, & religionis indice cohoneſtatus, hanc albam ſcilicet in rubro ſolo, prioribus inſignibus Attilæ, quæ hactenus vſurpauerat, abolitis, aſſumpſit.

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Hoc impuliſſe Garziam Ximenium Regem primum Nauarræ clarum eſt, vt teſſerario ſcuto crucem inſereret, in labaris ac vexillis depingeret, vaſis ac ſupellectilibus ſuis eandem indoret, nummis imprimeret, in ſecuritatis prognoſticum ac triumphum,

Principes Allobrogum.

Hoc Principem Allobrogum in regione Ciſalpina ſenſiſſe perſpicuum eſt, dum crucem argenteam in parmula oſtro illuſa aſſumpſit.

Familia nobilis de Houen.

Hoc denique non neſciuiſſe certum eſt vetuſtiſſimam gentem de Houen quæ Coloniæ reſidens, ex auitis habet traditionibus, origine ſe Romanam ethnicam fuiſſe, gentilitiam autem ſibi teſſeram in Clypeo, galeaque Coruum, quē deinde Chriſti legem ſubiens, retento in caſſide Coruo, in ſcuto cum mutauit in coruini coloris aſperatam denticulis crucem, poſteris futuram perpetuò mnemoſynon tuendæ religionis, ideoque frequentatam à maioribus compellationem inter prænomina ſtirpis ab Houen. *Gelenius l. 2. c. 38.*

Vbi notandum ſæpe in ipſis familiis, quot diuerſi rami, tot crucium diſcrimina reperiri, v.g. in Familia Gelrica de Capellen quæ ſæcularis muneris ac dignitatis prærogatiua, in Regum ac Principum aulis ſplendidè verſata eſt, in qua ſtirpium diuiſio ante ſexcentos annos inchoata, omnibus eiuſdem *de Capellen* nominis poſteris, hæreditario in ſcuto reliquit crucem anchoratam, id eſt, habentem vtrimque repandos & recuruos quatuor extremos ſcapos, cum Geldri argenteam in campo coloris veneti gerant, cui ramus *Capelliorum de VVoningen* in Tranſiſulania, in dextro ſuperiore angulo aureum templum interſerit, ſicut *de Hochkirchen*, qui tamen in cruce & colore differunt. Qui in Nurmannia & gallica Bononia degunt *la Capelle*, eandem anchoratam crucem ſanguineam habent in argenteo ſolo, cum clabula coloris veneti obliquata à dextero in ſiniſtrum. Sunt etiam in Artheſia dicti *de la Capelle*, anchoratam ſanguineam crucem in perpendiculariter diuiſo habentes clypeo, cuius anterior pars aurea, poſterior argentea eſt.

Res ſanè multæ antiquitatis in tanta diſtantia & diuerſitate Prouinciarum; in qua tamen non vnam aliquam familiam, ſed plurimas regnorum omnium atque terrarum conueniſſe inuenio, vna cruce ſed diuerſimodè variegata, ſcutarium typum inſtruente.

Quod & in variis Archiepiſcopis, Epiſcopiſque obſeruare iucundum eſt.

Colonienſis Archiepiſcopus crucem nigram in albo ſolo gerit.

Epiſcopi crucem in parma circumferentes.

Treuirenſis Archiepiſc. Crucem rubram in laterculo aureo.

Epiſcopus Rigenſis Crucem auream in campo rubro.

Epiſcopus Bremenſis crucem flauam in ſolo rubro.

Digitized by Google

Epiſcopus Spirenſis crucem candidam in æquore cæruleo.

Epiſcopus Conſtantienſis crucem albam in rubro campo.

Epiſcopus Paderbornenſis crucem flauam in æquore rubro.

Epiſcopus Vltraiectenſis crucem media parte rubram in campo flauo, media vero parte flauam in æquore rubro.

Epiſcopus Lubecenſis crucem flauam in cãpo rubeo.

Epiſcopus Viennenſis crucem candidam in rubro fundo.

Epiſcopus Virdunenſis crucem albam in ſolo nigro.

Abbas Fuldenſis crucem nigram in candido laterculo.

Quos ceteram nobilium gentem per diuerſas prouincias inſecutam eſſe, nemo mirabitur, eam tum Christiani nominis gloria, tum præſtantiſſimo maiorum exemplo ad paris decoris prærogatiuam exſtimulante.

Hinc crux aurea in parmula conchyliata *Sangeorgiorum* eſt in Burgundia, Varenniorum in Gallia.

Crux punicea in aureo ſcuti alueolo, *Antlauiorum* in Alſatia, Manbruniorum in Gallia.

Crux Cyanea in argenteo ſcuti laterculo *Recourtiorum*, & *Vilerſiorum* in Belgio.

Crux praſina in aureo ſcuti alueolo *Barreſiorum* in Gallia.

Crux nigra in parmula metalli aurei *Grouthuſiorum* in Belgio, Bilandtiorum ad Rhenum.

Crux criſpa & ſtriata ex auro, in parmula conchyliata, *Gadaigneorum* in Gallia.

Crux ſtriatim aſperata ex argento, in ſaphyrini coloris areola *Dailloniorum* in Gallia.

Crux cærulea in eundem modum criſpata in campo argenteo *VVithemiorum* in Belgio.

Crux bipartita ex argento & oſtro, cum hoc eodem colore ad dextram & ad læuam, fuit *Allegrini Atrebatis* Galliæ Cancellarij.

Crux ſentulata ex oſtro argentoque duplici ſerie teſſerulatum in parmula atra, *Ingelheimiorum* ad Rhenum.

Crux ex albentibus oſſibus humanis in clypeo pullato *Baineſiorum* in regno magnæ Britanniæ.

Crux auro cancellata in argentei luminis alueolo *Queſneorum* in Gallia.

Crux anchorata aurea ſcapos extremos vtrimque habens reflexos & recuruos, in blattei coloris parmula. *Bueiliorum & Caſtelfromontiorum* in Gallia, *Scirichiorum* in Belgio.

Crux arbori ſimillima, quæ deciſis ramalibus vndique aſperatur, in aurea parmula eſt familiæ *Berke* in Imperio.

Crux pinnulata in aureo ſolo eſt familiæ *Sacceta* in vrbe Genuenſi.

Crux liliata aurea in rubenti parmula eſt fa-
A milię *Alarconiæ* in Hiſpania.

Cruculæ quatuor circa ſimplicem crucem auream, *Blainuilleorum* in Gallia.

Crux candida in campo aureo *Montmorenciorum*: quam tamen ætate Ottonis Imperatoris mutarunt in rubram ob victoriam de Mauris relatam.

Crux rubra in candido clypeo, *Gonzagarum* in Italia.

Crux duplex ſeu Patriarchalis aurea *Principum Lotharingiæ*.

Crux flaua in cæruleo æquore *Comitum Oldenburgicorum*.

His accenſendi Comites *de Hardeck* qui Crucem rubram pro teſſeraria icone geſtant in æquore candido.

B Liberi Barones de *Dietrichſtein* crucem albam in campo rubro.

Nobilis familia de *Modtſchidler* in Franconia crucem auream in cæruleo æquore.

Ad Rhenum familia de *Schouenburgh* tres albas cruces in nigro campo.

Familia de *Romerſtat* crucem albam in æquore nigro.

Familia de *Molbergh* crucem flauam in rubro ſolo.

Familia *Bilandica* crucem nigram in æquore flauo.

In Haſſia, familia *Fleckenbijhl*, geminas cruces nigras in aureo campo.

In Bruſuicenſi ditione Familia *Freſenia* cru-
C cem albam in rubro laterculo.

In Weſtphalia familia de *Streithorſt* crucem ex pennis pauonis ſuper Galeam.

Familia de *Hagken* crucem auream quinque gemmis in longum & latum diſtinctam.

In Heluetiis familia de *Bodekher zu Elgoto* crucem flauam in æquore cæruleo.

In Alſatia familia *de Andlawo* crucem rubram in campo flano.

Familia de *Bodzheim* crucem flauam in æquore nigro.

In Sueuia nobilis familia dicta de *Lemblein*, agnum candidum gerentem humero vexillum S. Crucis in fundo cæruleo.

Familia libera *Schmabelburgica* crucẽ auream
D in rubra areola & ſuper galeam.

Libera familia *Giminich* crucem rubram in aureo campo.

Libera familia *Appermontia* crucem candidã in rubro fundo.

Inter Patricios Auguſtanos familia *Birglin* crucem flauam in rubro campo, ab altera vero parte Leonem qui columnam geſtat. Accedunt & Vrbes: hinc Vrbs *Memmingenſis* crucem rubram in alba areola præfert.

Lichnauia crucem flauam in albo campo.

Aldendorpia crucem flauam in monte albo.

Conſtantia crucem rubram in area candida.

Dantiſcum crucem nigram in aureo æquore.

Hirſchfel

Hirſchfeldia crucem rubram duplicem inter duos leones coronatos.

Aſchaffenburgum rubram crucem in alba area duplicem.

Elbinga duas cruces, albam in rubro, rubram in albo æquore.

Sed quid minora proſequor, cum Regni, atque Vrbis S. Hieruſalem teſſerarium ſcutum præ manibus ſit, in quo Crucem maiorem ita cum quatuor minoribus conformatam cernimus, vt compendioſè ſignificentur nomina Ieſus & Ieruſalem, quod prudenter atque ingenioſè animaduertit *Hemelarius* in commentario Hiſtorico Numiſmatum, vbi ſic ſcribit: non inconcinnè ea crucis forma & charactere [additis tantum per quatuor angulos alijs quatuor cruciculis, forte quatuor Euangeliſtarum conſonam de Chriſti cruce & Paſſione Hiſtoriam, eamque per quatuor orbis partes feliciter propagatam deſignantibus] Hieroſolyma pro inſignibus vſa reperitur: cum brachia huius figuræ tranſuerſa littera H, ſtipes autem erectus, & medius I formet: quibus principium nominis Hieruſalem, & ipſius Domini Ieſu exprimitur. Inuenit itaque ipſa Vrbs argutum emblema, quo, vt nomen ſuum compendioſè ſignet litteris, in campo, vt vocant, rubro, aureis id referentibus, & præter Saluatoris nomen, crucis pariter ipſius formam cum titulo ſuo supernè affixo ob oculos ponat: lucentem quidem eam ac rutilantem quod auro ſignificatur, & in area ruſa, id eſt, loco ac ſolo ſanguine Domini reſperſo defixam. Cuius adorandæ crucis pignore & redemptionis noſtræ in ea conſummatæ gloria, vrbs Hieroſolyma ſe peculiariter ſanctam & venerabilem Chriſtianis ſemper omnibus præbuit.

Ioan. Hemelarius in Hiſt. Numiſm.

Cetera, ne iuſto prolixior ſim, prætermitto: quia vero ſymbola inſignibus affinia & pro illis ſubinde vſurpantur; operæ pretium duxi, in his quoque crucem, eiuſque præclariſſimum vſum demonſtrare.

Atque ita Nicolaus VI P. M. quadratam crucem ac traiectam viciſſim palmis, ſpineo vero ſerto coronatam deferebat.

Alexander V PP. Crucem in calice aureo, cui ſacer liber ſuppoſitus erat.

Calliſtus III Crucem, cui Pontificia tiara imponebatur.

Paulus IV Crucem expanſo libro ſacro incumbentem.

Xyſtus V Crucem in cuſpide gladij.

Paſchalis II Crucē inter Apoſtolos Petrum & Paulum.

Ottho Truches Cardinalis Auguſtanus, S. Romani Imp. Princeps, Chriſtum de Cruce pendentem inter geminas Aquilas.

Scipio Gonzaga Cardinalis, manum quæ Crucem tenebat.

Alphonſus I. Dux Ferrariæ, Mutinæ, & A Regij crucem cum lancea & arundine cui ſpōgia affixa, addito lemmate: *in hoc ſigno vinces.*

Item, Crucem, cui Corona ſpinea, hinc flagello, inde virga pendentibus, impoſita erat, adiuncta Epigraphe: *in te qui ſperat, non confundetur.*

Talis & fuit Venerandus ille Præſul Rodeſindus Epiſcopus Compoſtellanus, ſub annum Chriſti 990 ex illuſtri domo de Ribera, qui pro teſſerario ſymbolo geſtabat Chriſtum in crucem ſublatum, ad cuius dexteram ſpeculum, ad leuam circinus depictus erat, vt hoc dolores Chriſti metiri, in illo fœditatem ſuam, & quam redemptori ſuo diſſimilis eſſet, continuo contemplari poſſet: etenim, vt bene ait B B. *Laurentius Iuſtinianus* in ligno vitæ c. 5. *Chriſtus nobis & meritum patientibus, & patiendi ſpeculum factus eſt.* Quod ante non infeliciter expertus fuit, ac porro omnibus manifeſtum dedit magnus ille *Conſtantinus*, dum ſibi marmoream poni ſtatuam iuſſit, quæ manu crucem præ ſe ferret, cum hac inſcriptione: *Hoc ſalutari ſigno, veræ fortitudinis indicio ciuitatem noſtram à tyrannidis iugo liberaui, & S.P.Q.R. in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini, & ſplendori reſtitui.*

Rodeſindi Epiſcopi ſymbolum.

Conſtantini Statua.

A Cruce venio ad *Spineam Coronam*, quam cruci parem plurimi fecere: & hæc ad inſignia pertinet, non eo fine duntaxat, quia arcendæ iniuriæ typi ſunt, ſed & lætitiæ, pietatis, legis & Iuſtitiæ, propterea quod certis vinculis com- C plicentur, quibus vita noſtra veluti religata coërcetur, atque inſuper bonorum morum, ingenij, doctrinæ, virtutis, ac ſtrenuitatis, libertatis, victoriæ, ſalutiſque conſeruatæ luculentū præbeant inſigne. Nam ſi *Corona* inde notetur, quod *Cor ornet*, non alia quam modo enarrata, deſignabit cordis & animi ornamenta, digna profectò quæ Gentilitium clypeum ſua luce exornet, qua etiam de cauſſa *Carolus IV* Imp. cętera inter priuilegia, Ducum Megapolitanorum, inſignia eorum aureâ coronâ, in memoriam regiæ proſapiæ, condecorauit: & diu antè, *Carolus Magnus*, tamquam peculiare nobilitatis ac victoriæ decus, *Alueſlebiorum* & *Hallermundorum* Comitum inſignia Coronâ illuſtriora D reddidit, vti & *Friſiorum* in ſignum libertatis: quare ſi ſertum rutaceum Saxoniæ Principes tanti hactenus fecerint, vt eo in ſuis inſignibus non erubuerint gloriari; quomodo Nouus homo recuperatæ per Chriſtum libertatis ſuæ, ac ſalutis nobiliſſimam teſſeram, Spineam inquam Coronam auſit auerſari? quam Dominus ſuus, ac Seruator tam magno legitur fuiſſe honore complexus, vt eius ſymbolon explere à *Paradino* fuerit iudicata, dum ſic de ea ſcripſit: *Corona ſpinea arundini inſerta, typum refert Paſſionis Chriſti, deſignans cœleſte atque æternum eius regnum vt deuictu mundo, ac ſatana huius principe nobiliſſimā victoriam loquatur.* Quod religioſiſſimus Princeps, ac Primus Hieroſolymitanorum Regum

Corona ſpinea in teſſeris & inſignibus.

Paradinus in ſymbolis.

Godefrid. Bullonius.

Chriſtianus, Godefridus Bullonius probè intelligens, nullas hic regalis ſtemmatis Coronas, ſed horrida potius è vepribus & ſpinis ſerta dilexit, vt auctor eſt Guilielmus Tyrius lib.9. de bello cap.9. Godefridum hunc, qui è Lotharingica domo oriundus erat imitata fuit

Philippa Geldriæ Princeps.

Philippa Caroli Geldriæ ac Renati Lotharingiæ Ducum, huius vxor, illius filia; dum marito vita functo, è ſcutis gentilitiis ſubmouit tam Geldriæ, quam Lotharingiæ ducales Coronas, ſpineas autem earum loco repoſuit. *In Vita.*

Congregatio Oratorij in Gallia.

Hinc quoque Venerabilis illa Sacerdotum Congregatio nuper auctore Petro Berullio Cardinale in Galliis exorta, ſub titulo Oratorij Domini Ieſu, dum ſibi teſſerariam parmam conderet, Coronam ſpineam, atque in eo SS. Iesv B Nomen, expreſſit: quod & paullo ante fecerant in Germania religioſæ Moniales S. Franciſci de pœnitentia, vulgo Cappuccinillæ nuncupatæ, dum à ſede Apoſtolica approbatæ, Sertum ſpineum, atque in eo Crucem pro clypeo ſui ordinis aſſumpſerunt.

Capuccinissa in Germania.

Corona ſpinea in Scutis Nobiliũ.

Nec ſæculares familiæ deſunt, quæ eiuſcemodi Coronis gentilitij ſcuti ſui gloriam, dignitatemque auxerunt, cuiuſmodi *Meaulxiorum* eſt in Gallia, qui ſpineas Coronas quinque atri coloris in argentei metalli alueolo geſtant.

Columna in teſſeris & inſignibus.

Huiuſmodi & altera eſt in Sueuia nobilis familia *Horbeniorum*, quæ Coronam ſpineam in cæruleo æquore, ac crucem auream ſupra Caſſidem coronatam defert.

Columna Iſraelitica.

Veniamus ad Tertium vnde nouus homo ſcutariam Imaginem conficiat, nimirum *Columnam*, non vnam aliquam ex eis quæ per Arabiæ deſerta Iſraëliticum populum annis 40 deduxit, de die vt nubes obumbrans, de nocte verò, vt ignis lucens. *Exodi* 13. quas proinde non nemo vno ſymbolo expreſſas hac epigraphe donauit: *Eſte duces*. Alia eſt, quæ non in Chanaanitidem aliquam bellis lacerandam, ſed ad cœleſtem patriam paradiſi nos ducet.

Exod. 13. 21.

Nec etiam ex illis quas veteres Herculeas nominarunt, ſed illam quam Chriſtianam noſtrates appellant. Illas poſuerit Alcides, vnam in Mauritaniæ, alteram in Hiſpaniæ littoribus, dum monte intermedio ſublato, in ſinum Hiſpalenſem. Oceanum immiſit, vltra quas nemo D vſque ad Caroli V tempora, nauigârat, ipſe vero dimiſſis in Indiam claſſibus, feliciter exceſſit, aſſumptis ſibi illis in ſymbolum, addito lemmate: *plus vltra*: noſtram autem non fabuloſus aliquis Hercules, ſed Dei Opt. Max. filius, Princeps regum terræ, diuini corporis ſui attactu, ſanguiniſque aſperſione nobilitauit, ac nobis in Cõnſtantiæ, ac patientiæ ſymbolum reliquit. Vexit illam Ieroſolymis Romam, anno Chriſtiano CIↃ. CC. XVI Ioannes *Cardinalis Columna*, vel hoc facto gentilitiâ ſuâ parmulâ, in qua Columnam argenteam deferebat, dignior, quam propter maiorum in Rempub. merita quibus il-

Columna Herculea Caroli V.

Columna in inſignibus variorũ Principum.

A lam obtinuiſſe narratur: quod certè in Corona aurea, præcipuè valere arbitror, quam non ita multo poſt, eidem Columnæ gens illa nobiliſſima impoſuit, vt deinceps *Columnenſes* non ſimplicem Columnam, ſed impoſito diademate aurei metalli, in muricato laterculo illuſtrem geſtare viſi ſint: cuius rei licet aliam nonnulli rationem aſſignent certè nullam hac vel pietate illuſtriorem, aut vberiorem meritis gloriaque inuenient, quia tantum ac tam nobile redempti orbis cymelium barbaris ereptum in Italiam aduexêre, digni Columnam aureâ Coronâ inſignem teſſerario ſcuto circumferre, melius quam olim in eadem Vrbe Conſul Duillius, pro inſigni victoria, qua Carthaginenſes B vicerat, aut Marcus Æmylius qui hoſtem depreſſerat roſtratas à S.P.Q.R. Columnas reportarunt.

Familia Columnenſis

Inſignia Chaulecyorum.

His nobiliſſimam gentem *Chaulecyorum* in Gallia adiungo qui Columnam Cyaneam aſperſam guttulis lachrymarum argenteis, in luteo ſcuti alueo gerunt.

Konige.

Accedit ex Thuringia nobilis familia de *Konige*, quæ in ſcuto cæruleo flauam Columnam, cui appoſitus equus candidus, defert.

Hennebergh.

Comites item *Hennebergenſes* qui Columnam albam, cui impoſita eſt aurea Corona deferunt in areola rubra.

Leodiũ.

Sed quid de teſſerario ſcuto Vrbis Leodicenſis dicemus? cuius S. Hubertus rectam Co- C lumnam auream, vulgus Peronem appellat, eſſe voluit, quinis gradibus pentagonis inſiſtentẽ, quam ſuſtinerent quini leones, epyſtilijque vice conum pineum geſtaret, infixa cruce. Quæ cuncta miniato ſcuto fertur appinxiſſe, quo purpuræ huius aſpectu, memoriſſet ſacri ſanguinis ad eum à Chriſto profuſi, ac leoninis animis, eiuſdem fidem, ac religionem conſtanter tueretur.

Quartum, vnde idem homo nouus ſymbolicam Scuti teſſeram inſtruat *Claui* ſunt: ab eo ſiquidem tempore, quo illos *Conſtantinus* Imperator tanto honore dignatus eſt, vt alium diademati, alios Cæſareo fræno inſereret, nulli plus minio digni reperti quam clypei ſunt, qui D eos ſolo ſuo exciperent. Sanè ſi S. *Ioanni Chryſoſtomo*, quem *Arcadius* Imperator *nouum Dei Apoſtolum, Athletam generoſiſſimum vocitauit*, dicere allubuerit tùm de Petri Clauis, quibus Cruci affixus fuit, tum de Pauli gladio, cui ceruicem præbuit: *ſit mihi gladius ille pro corona, & claui pro gemmis infixi in diademate*; quid honoris denegabimus Clauis, quibus Chriſtus Dei filius, hominumque Seruator affixus eſt ligno? Olim in Dania, quæ veteribus Cymbrica Cherſoneſus inſtitutus à Regibus fuit Ordo militaris, quos ab Elephanto prudente bellua, placuit denominare, iiſque pro teſſera torques aureus datus, appenſo inferius orbicello aureo, tribus Clauis inſigni: ad hoc crediderim, vt Chriſti crucia-

Claui in Scutis teſſerarijs.

Ordo Elephante in Dania.

tuum

tuum memores, Deo fideles, & Regi nobiliſſimi Equites deſeruirent.

Ordo Nominis IESV in Suecia.

Ordo præterea Equitum Nominis Ieſu in Suecia, ſiue Seraphinorum à Rege Magno, eius nominis quarto, anno 1334 inſtitutus, Nomen hoc venerabile ad torquem geſtat cum quatuor clauis, quos multorum opinio, vt ſupra docui, adſtruere inuenitur.

Societas IESV.

A quo non procul diſceſſit S.P. noſter Ignatius de Loyola Societatis IESV, quæ Clericorũ regularium religioſus Ordo eſt, inſtitutor, dum ſanctiſſimo Nomini Ieſu, radiis ſolaribus circumdato, in religioſæ militiæ teſſeram aſſumpto, tres Clauos Dominicæ cruci ſubiecit, ea, vt opinor mente, vt intelligeremus omnes, in hoc ſacratiſſimo Nomine, eiuſque Societate perpetiendos eſſe Clauos laborũ ac dolorũ, pro Chriſto, vſque ad vulnera, ſanguinis effuſionem, & mortem. Qui Cor addunt, vt ait Iulius Nigronus, in quo claui figantur, ij contra conſuetudinem noſtram faciunt.

Chauneſis in Gallia.

Ad hæc tres Clauos aureos circa teſſerarium capreolum perinde aureum, in ſapphynini coloris parmula defert familia nobilis *Chauſneſiorum* in Gallia.

Macchiauella familia.

Tres Clauos cyaneos circa crucem cyaneam in valuulo argentei metalli familia *Machiauella* Florentiæ.

Familia Monachi.

Eſt præterea gens nobilis cognomento *Monachi*, tam in Sicilia quam Neapoli, in Gallia quoque celebris, ex qua iſtic Ioannes Card. SS. Marcellini & Petri ortum duxit ſub Cœleſtino V, hæc in gentilitia parmula bipartita, ſub tribus palis, tres Clauos defert.

Familia Spitznaſen.

Adhæc in Thuringia, nobilis familia reperitur, cui nomen Spitſnaſen, quæ in alba ſcuti area, quinque nigros Clauos circumfert.

Vide dicta de numero Clauorum. Inſuper in Styria, familia nobilis *Zwickeſiorum* tres nigros Clauos defert in area rubra.

Vrbs in Germania dicta *Nagolt* nigrum Clauum in albo fundo pro teſſerario ſymbolo gerit.

Princeps item Sereniſſ. Fridericus Slęſwicenſis, & Holſatiæ Dux tres albos Clauos in formam Crucis diſpoſitos gerit, de quibus ſic Poëta:

Fallimur an triplici gaudent inſignia clauo?
Miles in hoc ſigno, ſis age, victor eris.
Spes & amor, Chriſtique fides, victoria certa eſt:
Pugnanti hic clauus, claua fidelis erit.

Lancea in inſignibus.

Eſt & quintum, vnde typum ſcutarium fabricet, qui vitæ nouitatem conſecutus eſt, ſic vt in die honeſtè velit ambulare, progrediendo de virtute in virtutem, donec Chriſtus perfectè formetur in eo: atque hæc *Lancea* illa erit, quæ Dominico lateri Centurionis manu impacta, pretioſi vulneris hiatu paradiſum miſeris mortalibus reſerauit. Et quid ni Chriſtianus pro religione id faciat, cũ *Lanceam* Regum Bohemiæ inſigne fuiſſe legamus, propterea quod Vratiſlaus Dux Bohe. Rudolphi Sueuorũ & Burgũdionũ Ducis regalẽ lanceam in prælio nactus, quemadmodum Albertus Abbas Stadenſis in Chron. ad an. 1079 teſtatur, Auentinus, & alij, eandem in ſuæ fortunæ auſpicium retuliſſet; maiorẽ profectò gloria ac proſperitate nos hæc lancea cumulauit, dum patefacto Chriſti latere æternitatis nobis aditum reſerauit.

Vratiſlai Regis Bohemiæ inſigne.

Symbolum Catharinæ Reginæ Franciæ.

Chriſtianiſſima Francorũ Regina *Catharina Medicæa* poſteaquam maritus Henricus ſecundus in ludicro certamine haſtâ læſus occubuiſſet, pro ſymbolica teſſera lanceam aſſumpſit, cui ſubſcriptam hanc eſſe voluit epigraphen: *hinc lachrymæ, hinc dolor*: viduata namque marito, haſtæ obliuiſci non poterat, quæ Coniugis necem repræſentabat. Quid nouus homo? poſtquam Dominum lancea confoſſum intellexerit, pro ſcuti ſymbolo Lanceam Domini ſumet, cui nobiliſſimum hoc lemma ſubiiciet, *hinc ſanguis, hinc aqua*, aqua baptiſmatis, ſanguis redemptionis humanæ.

Capuccinarum Scutũ.

Ita videre eſt in ſymbolico ſcuto Ordinis ſororum tertiariarum S. Franciſci, quas vulgo Capuccinissas vocant, iuxta reformationem anni 1593, quæ præter crucem, Lanceam quoque pro teſſera aſſumpſerunt.

Quinque vulnera in inſignibus.

Quintum denique ac poſtremum condendis ſacris inſignibus armarium nouo homini aperient quinque illa ſtigmata, cicatrices, ac plagæ, quas eius cauſſa in cruento illo prælio contra Principem huius mundi Chriſtus Dei filius excepit, atque etiamnum in candido illo glorioſi corporis ſui laterculo defert: tum vt hoſtes ſuos in ſupremo iudicij die, iis velut triumphalibus ſignis conuincat: tum vero vt amicos impenſiùs in ſui amorem inflammet.

L. Siſinnij gloria.

Si magna olim L. Siſinnij Dentati fuerit gloria, centies & vicies in aciem eo animi & corporis robore deſcendiſſe, vt maiorem ſemper victoriæ partem traheret: quinque & quadraginta vulnera pectore aduerſo excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo, in quo ſocios habuiſſe M. Cæſium Scæuam & Manlium Capitolinum aiunt, quorum ille humero ac femore ſaucius, atque oculo eruto cæcus, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum retulit; hic vero tribus & triginta cicatricibus aduerſo pectore inſignis apparuit, vt poſteri tantorum patrum inſignibus merito gloriari, eorumque intuitu ad paria facinora debuerint incendi; quid nobis hic vel officere, aut moram iniicere queat, ne tanti Patris, ac Domini victorijs exciti, qui priores illos infinitis paraſangis exceſſit, & virtutem ob oculos poſitam æmulemur, & gratiam perpetuâ memoriâ recolamus, quod indubiè vt genuini, germanique filij præſtiterimus, ſi præclara paternorum facinorum ſigna, teſſeraria icone circumferentes, ea continuò fuerimus contemplati.

Et

Digitized by Google

S. Birgittæ ſymbolum. Et docuiſſe id quidem Dominus dilectam ſuam ſponſam Birgittam viſus eſt, dum filias eius noui Ordinis moniales, Corona alba, cui aſſutæ eſſent particulæ panni rubri, inſigniri voluit, iuxta quod inſtitutum Fratres Conuerſi in mantello crucem albam deferunt, cui inſertæ 5 partes rubri panni ad quinque Chriſti vulnerum memoriam continuo fouendam. *Milites S. Sepulchri.*

Eadem religio tenuit ſacros milites SS. Sepulchri, qui teſſerario ſuo ſcuto quinque rubei coloris cruces gerunt, in recordationem quinque plagarum Chriſti.

Scutaria teſſera Virginum ab Annuntiatione. Simili pictate gloriatur ſacer Ordo Virginum, quibus ab Annuntiatione nomen fecit, quæ eum condidit *B. Ioanna Francica*, cuius ſcutoria teſſera diuiſim ſecta, hinc calicem cum Sacroſancta hoſtia, inde Cor ſaucium inter quatuor cruenta vulnera repræſentat.

Teſſera Ioannæ Origuelis. Idē probè intellexit *Ioanna Origuelis* ex ordine S. Auguſtini monialis quæ an. 1607 viuere deſiit. Aſſueuerat hæc ſecum aſſiduè deferre in tabella, velut teſſerario ſcuto depicta Domini vulnera, oculiſque atque animo ea crebro ſubiicere. Quatuor tabellæ angulos occupabant manuum ac pedum vulnera, medium, lateris ſeu cordis: ſub hoc columbula quieſcebat varij coloris, quæ diceret: *pone me iuxta te*: ipſi vero Cordis vulneri columbula alba, priore minor inſidebat, hac epigraphe, *in nidulo meo moriar*, in quo vti vixerat, ita in eodem vitam ponere exoptabat *Gaſpar Mancebo in Vita.*

Alphonſi Regis Luſitaniæ ſcutum. Verum quid de *Alphonſo Rege Luſitaniæ Primo* dicemus? magna hic omnia & admiranda, quæ rem noſtram in primis confirment.

Annus à parta ſalute agebatur ſupra milleſimum centeſimus trigeſimus nonus, cum Rex ſelecta militum manu in Tranſtaganam excurrerat regionem, quod cum Iſmarus Saracenus certis nuntijs comperiſſet, quidquid vbique hominum erat, Mahumetano nomine interpoſito adiurauit, vt quam primum ad peſtem è ſuis terris propulſandam conuolarent. Iuſſum, ac factum. Ecce tibi è Prouinciis cis & trās mare poſitis, tanta Maurorum nubes cogitur, vt indubitata fides fuerit, ſingulis Chriſtianis centenos Mauros congreſſuros. Tantum Maurorum exercitum ducebant quatuor Reges, excepto Iſmaro, qui his copiis ſtipatus, Alphonſum in agro Orichienſi ad prælium requiſiuit. Collocatæ vtrinque acies. Mauritana viſu horribilis præ multitudine militum, quibus agros occupabat: Luſitana ad millenos tantum Equites & pedites ad decies millenos contracta, magna in Deum fiducia, cuius cauſſam agebat, implebatur.

Sub noctem huius diei Alphonſum adiit è proximo ſacello Eremita, ſpectatæ vir probitatis, qui præſago ſpiritu eum bene ſperare iubens, prædixit in craſtinam lucem victoriam de Iſmaro reportandam, præmonuitque, vt

A cœlo primum albeſcente, cum ad vnius pulſum cymbali excitetur, de tentorio exiret, quidquid cælum in theatrum daret, ſpectaturus. Alphonſus Deo rite gratulatus, antelucano cymbali ſonitu, vt præmonitus fuerat excitus, foras è tentorio erumpit. Ecce tibi, ô prodigium! adſpicit è cœlo Chriſtum ea ſpecie, qua olim fuerat in crucem actus, qui eum beneuolè affatus, ac ſingulari munere proſecutus, Scuto ſc. quinis vulneribus interpuncto, quale poſtea Luſitaniæ Reges in Regni ſtemma cooptarūt, monuit vt deinceps Regis titulo, ita petentibus ac bene fauentibus ciuibus, vteretur.

Quo ſpectaculo lætus ille, optimeque animatus in hoſtem mouit, ac longe celeberrimā B victoriam reportauit, cæſis fugatiſque pluſquam 400000 Agarenorum.

Ita Antonius Vaſconcellus Anacephalæoſi 1.

Quod autem à poſterioribus Regibus, hac de re ſcutario ſymbolo appoſitum fuit, tale ex Hieronymo Oſorio lib. 8. de reb. Emanuelis fuiſſe inuenimus: ſcutula nempe cęrulea quinque, formam crucis exhibentia, maiori in argenteo campo concluſa, ſingulis quinque notas, velut totidem plagas referentibus, de quibus videndus Mart. Delrius l. 2. diſq. mag. q. 26. ſect. 5 Regi Alphonſo, Catholicos è regno Angliæ Heroas ſubiungo qui ſub exordium defectionis Henrici VIII ab orthodoxa fide, pro Eccleſiæ defenſione militum quinquaginta C millium exercitum conflarunt, cuius vexilla omnia quinque Saluatoris noſtri vulneribus inſignita viſebantur, vti *Florimundus Remondus* de ortu & occaſu hæreſ. l. 6. cap. 4. teſtatur, probè ſanctèque intelligentibus Catholicis, ac Principibus viris, in quo ſibi gloriandum, à quo foret ſubſidium expectandum. *Catholici Angli ſub defectum Henrici VIII.*

Nouerat id, neque ſoli ſibi reſeruandum ratus, magnus ille Bœticæ fulgor Eccleſiæ *Ioannes Auila*, viro nobili perſcripſit his verbis: huic mundo in amoribus ſunt varia ſymbola, Iconeſque ſcutariæ: *Deum autem amantibus teſſera ac typus Crux eſt, & pati; ita, vt qui nec fortis, nec in* D *multa patientia conſtans eſt, dicere nequeat, amare ſe Deum, quia nullus hic amor ſine dolore eſt. Epiſt. 39.* *Ioan. Auila epiſt. 19.*

Finio hoc caput pia ac ſapida magni *Anſelmi* ſententia: *Et nunc Domine Ieſu redemptor meus, te vt verum Deum adoro, in te credo, in te ſpero, & quibus poſſum deſideriis ad te ſuſpiro. Adiuua imperfectionem meam: ad tuæ Paſſionis glorioſa inſignia, in quibus ſalutem meam operatus es, totum me inclino.* In ſpeculo Euang. c. 17. *S. Anſelm.*

CAPVT QVINTVM.

Ductitio de Chriſti cruciatibus uti vocabulo, ſeque ab eiſdem denominare, Nouum hominem cumprimis decet.

Iſaiæ 62. 2.

Vocabitur tibi Nomen nouum, quod os Domini nominabit. Iſaiæ 62.2.

Apoc. 3. 12.

Qui vicerit, ſcribam ſuper eum Nomen Dei mei, & Nomen meum nouum. Apocalypſ. 3.

Ibi prodeſt Nomen, vbi res inuenitur.

VSque adeo nuncupari Nomine nouo, ad abſolutæ Nouitatis perfectionem neceſſarium eſt, vt ipſe Dei filius, in terram nouus homo adueniens, quo noua præcepta daret mundo, nouo Nomine voluerit compellari. Vitæ etenim noſtræ in vitijs enutritæ, contrarietatem oppoſiturus nouitatis ſuæ à Nomine voluit exordiri: nec malè, neſcio enim quid latentis inergiæ reperiatur in Nomine, quo vel homo vetus interimi, vel nouus queat excitari: quod Seruator noſter non ſibi, ſed nobis omnibus quorum vnicè ſaluti ſtudebat, commendatum eſſe deſiderans, tanto ante ſibi Nomen nouum imponendum eſſe per Prophetam ſignificauit, vt eius imitatione ad virtutem, boni nominis vſurpatione contendere graſſarique C niteremur: quod & Samium illum Pythagoram minimè latuiſſe credibile eſt, dum bona nomina hominibus imponenda docuit, quorum frequentiſſima auditione ad recta vitæ officia vocarentur: quod adeò firmiter multis exinde perſuaſum fuit, vt de viro quodam celeberrimo referat Iacobus Pontanus, cum tres omnino filios ſua ei coniux genuiſſet, quos ipſe præſtantes omnes Iurecōſultos fieri percuperet, vni Bartoli, alteri Baldi, tertio autē Codicis, quē ſæpe in foro nominari audiuerat, velut maximi alicuius Iuriſconſulti vocabulum eſſet, Nomen impoſuit, vt vel hac ratione ad interioris Iuris ſcientiam felicius penetrarent, eorū induſtriam æmularent, quorum Nomina referrent. Quod D ante eum Dionyſius Rex Siciliæ in filiabus ſuis obſeruaſſe legitur, dum primæ Nomen Virtutis, ſecundæ Nomen Temperantiæ, tertiæ vero Iuſtitiæ impertiuit, vt tanto ſiquidem impenſius iſtuc ferrentur. Et Adimantus, dum tres ſuas, primam Nauſinicam, id eſt victoriam naualem, ſecundam Acrothinion, id eſt ſpolium hoſtium, tertiam autem Alexibiam, id eſt robur contra hoſtes nuncupauit, vt ſuo quæque connubio eam regno patriæ ſatageret parere felicitatem, quam ſuum cuique Nomen prælucebat.

Quanta vis in Nomine.

Et huius quidem duplex mihi ratio apparere viſa eſt: prima, cum intellectio noſtra à phan- A taſmate pendeat, voceſque quæ ex impoſitione ſignificant, & res ipſas repræſentant, pro rerum diuerſitate quas exhibent, diuerſimodè nos afficiant, diuerſa quoque phantaſmata progignunt, quorum vnum magis, quam aliud, nos mouere conſueuit: quod vel ipſa natura, vel illa potius animi noſtri vis, quam imaginum effectricem appellamus, non ſemel propalam oſtendit, dum fœtui etiamnum maternis viſceribus clauſo parentis Nomen inſcripſit. Auctor eſt Georgius Stengelius noſter lib. de monſtris cap. 5. §. 11. puerum fuiſſe nuper nobili ſanè proſapia oriundum, nominis autem ac familiæ ſibi notiſſimæ; qui Bruntruti litteris operam nauauit, omnibuſque fere, quotidie ſpectandū B dedit ex vtero ſecum natum paternum monumentum. Erat autem id retro aurem, expreſſum natiuis litteris parentis ſui Nomen, quod acceperat hoc modo. Mater illius ante coniugium, cum bona parentum voluntate, efflictim amabat ſponſa ſponſum. Eapropter illum ſemper mente voluens, quidquid oblatū manu corriperet, in eo cōſuerat ſtatim ſcribere Sponſi Nomen: Prægnans poſtea, aliquando territa aurem fricuit, quo contactu id Nomen, quod animo intuebatur, fœtui impreſſit. Scribit autem præfatus auctor, hoc ſe habere manu illius conſignatum, qui coram fuit oculatus teſtis.

Brūtrutenſis mulier fœtui impreſſit mariti nomen.

Altera vero ratio cur Nomina quædam vim C aliquam atque efficaciam prodere noſcentur, non quidem cauſa natiuæ ſignificationis, ſed quia ſunt ſonus quidam, qui fit cum aëris motu afficiens auditum, vel cum delectatione, vel triſtitia, vel alio ſimili modo, pro ſoni, aëriſque motu varietate, quo fit, vt magnis atque excellentibus virtutum operibus deſignandis certa Nomina vel pronunciata, vel audita non modicum patrocinentur, obliuionem beneficiorum arceant, gratitudinem accendant, rata conſilia tueantur; vnde qui Eccleſiam ſponſam ſuam, ſinguloſque eius fideles in cicatricibus vulnerum ſuorum, quas in manibus pro eis ſuſcepit, geſtabitque ſemper, teſte propheta deſcripſit, non atramento, ſed ſanguine, non calamo, ſed clauis & ſtig- D matibus, non in cute, ſed in carne, vt ea nulla vnquam ætas deletura ſit; quid mirum? ſi à morte Nomen crucifixi non recuſarit, quo eum primò Angeli, vtpote arcanorum conſcij, Marci 16. deinde Apoſtolus 1. Cor. 1. ſanctiſſimè appellarunt, gaudente ſcilicet Domino ſe eo Nomine dici, quo præcipuè à nobis coli, obſeruarique deſiderabat.

Iſaiæ 49. 16.

Quod aduertentes qui legibus, inſtitutiſque Chriſtianis initiati, Chriſto nouis moribus, vt fide, auctorari cupiebant, ductitio à cruce, ceteriſque eius cruciatibus, illorumue inſtrumentis denominari voluerunt, cauentes ſedulò, ab eo quod præferebant nomine degenerare. Atque hic ſe mihi primanum offerre, ſuoque, quod do-

cui,

Ioan. de Yepes, dictus à cruce

cui, exemplo firmare viſus eſt Ioannes de Yepes S. Virginis Thereſiæ à Ieſu, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum fundatricis filius primogenitus, qui, dum vitæ religioſæ fundamenta iaceret, clarè admodum perſpexiſſet, nullam neque ſecuriorem, neque certiorem cuiquam ad cælum ſupereſſe viam eâ, quam Chriſtus viuus, morienſque ſuis ipſe veſtigiis ſignaſſet, clara, diffuſaque voce omnibus proteſtatus, vt quicunque eius velit eſſe diſcipulus, crucem ſuam tollere, à ſe deſciſcere, ſuiſque bellum cupiditatibus inferre debeat, generosè admodum cœpit corpus ſuum aſperè habere, inediâ ſubigere, erumpentes animi motus ſupprimere, ſenſus omnes, vt noxios rerum exterarum nuncios acriter cohibere; vnde factum, vt actiones omnes, vitamque vniuerſam ad Chriſtianæ vitæ normam, regulamque componeret, quod vt ſibi perpetuum foret, nullaque id obliuio interturbaret, prætermiſſo paterni cognominis vocabulo, deinceps *Ioannes à cruce* voluit nuncupari, cuius imitationem ex eo momento animosè cœpit ac fortiter complecti, crucis vocabulo auribus eius aſſiduè ſui amorem inculcante, cuius teſtes hæc verba ſunt, quæ olim Segouiæ cum Domino familiariter habuit, illo dicente: *Ioannes, quid vis pro laboribus?* ipſo vero: *Domine pati & contemni pro te. Ioſephus de Ieſu Maria in hiſtoria vitæ.*

Et hunc quidem ex ſacro illo Carmelitarum ordine plurimi ſunt imitati, quorum virtutibus ac Chriſtianæ vitæ, mortiſque imitatione Eccleſia mirandum in modum illuſtratur.

Secutos hos crediderim veterem illum morem, de quo Septimius Tertullianus, aiens Chriſtianos olim *Religioſos crucis* appellari conſueuiſſe: quod & in Hungaris obſeruatur, qui Chriſtianos, ducto exinde vocabulo, à Cruce nuncupant.

Ioanna à Cruce.

Nec minus hîc à ſexu altero præſtitum inuenio, vbi chorum ducet V. Ioanna Vaſquezia Toleto oriunda, magnarum virtutum laude cõſpicua Virgo, quæ poſteaquam diuinis monitis obſecundans, ad Parthenonem S. Mariæ multis ſuperatis moleſtiis, ipſa S. Crucis inuentæ memorabili luce perueniſſet, expletoque tirocinio, eadem die, ſacris ſe votis illigaſſet, vnà cum veteri homine gentilitium cognomen depoſuit, aſſumptoque alio, *Ioanna à cruce* ſeu *crucia* voluit appellari, quo maiori deinceps conatu ac feruore, Domini ſui ac ſponſi cruciatibus imitandis ſtuderet: Nec fecit minus: tota namque vitâ eius crux magna potuit dici, habitaque ſemper fuit, ſiue eas, quas de ſe Sponſi patientis exemplo pœnas ſumere conſueuerat, ſiue, quas ei furore rabiens dæmon infligebat. *Antonius d'Aça in hiſt. Vitæ cap. 5.*

Eodem reſpexiſſe credita Iſabella, olim Ducis d'Arcos in Hiſpania neptis, quæ poſteaquam ſæculi vanitatibus expedita, ad ſacrum parthenonem confugiſſet, amore Chriſti patientis incenſa *Iſabella de Columna* voluit appellari. *Ioan. à S. Maria in hiſt.*

Iſabella de Columna.

Maria de Chriſti Vulneribus.

Sociam hæc in eodem S. Dominici ordine, habuit Mariam à Chriſti Vulneribus cognominatam. Virginem Domini cruciatuum amantiſſimam, quos dum ſedulò imitari ſatagit, flagellis aſſiduis lacera, quaſi vnum vulnus è multis facta ſponſo deſeruiebat. Idem ex Lopeſio c. 47.

Maria à Corona Spinea.

Huic alteram virtute nequaquam inferiorem adiungo, & hæc Monialis fuit ex Ordine Redemptionis Captiuorum in Hiſpania degens, quæ Coronæ ſpineæ, quam Ieſus Seruator noſter ſacratiſſimo capite excepit, meditandæ valde addicta fuit, cuius ne vnquam ipſa obliuiſceretur, *Mariam* ſe, (hoc enim ei Nomen erat) omiſſo, alio cognomine, *à Spinea corona* voluit appellari. Et ſtetit operi merces: meditanti ſiquidem ſuper ea, quam illi Cognomen aſſiduè obiiciebat, apparuit Chriſtus ſerto ſpineo redimitus, ſeque ei Coronam æternæ gloriæ daturum promiſit. *Annales Ordinis.*

Clara fuit adhæc à Monte Falchio olim dicta, Virgo Auguſtiniana quæ felicius exinde *Clara de cruce* fuit nuncupata, ob ſingularem erga crucem affectum. *In Vita.*

Eleonora à Latere Chriſti.

Sed Parthenonem egrediamur, ſi forte & alibi gemmas eiuſmodi detur inuenire: & ecce primo appulſu ſe offert Eleonora Ineſtroſa, matrona nobiliſſima, quæ poſteaquam hoſpitio Ioannem Auilam excepiſſet, eiuſque ſermonibus excitata ad ſumma Chriſtianæ ſanctimoniæ decora graſſari cœpiſſet, maximè vero in Chriſti Domini cruciatibus, ac nece acerbiſſima meditanda occuparetur, vt ſe omnia illi debere intellexit, ipſam obligationem cognomine inde aſcito, cœpit profiteri. Quare cùm erga ſanctiſſimi Lateris vulnus, ex quo viuæ in ipſa morte charitatis argumenta profluxerunt teneriore quodam ſenſu afficeretur, litteris omnibus ſubſcribens, *Eleonoram à Latere* ſe inſtituit appellare, ac ne quis, vnius voculæ mutationem leuiorem fuiſſe putet, reliquæ totius vitæ actiones, eandem exegit ad normam. *In Vita.*

Maunomba Iaponic.

Accedit alterius Matronæ inter ipſas ſæuientium hoſtium minas, ac cædes conſtantiſſima pietas. Cum enim ſpurciſſima illa à Quabacondono in Chriſti Eccleſiam excitata tempeſtas, Gotum quoque inſulam peruaſiſſet, deiectiſque templis, Chriſtianos omnes ad priuatam, occultamque pietatem redegiſſet; Magdalena nobilis id loci matrona, domum ſuam Chriſtianorum bono publicauit. In ea ad religioſos conuentus aulam inſtruxit, in qua Chriſti è cruce pendentis coloribus elegantiſſimis, ad viuum, ſummoque ingenio ductam Imaginem collocauit, tãta ſua, tãta accedentium pietate cultam, vt eidem matronæ nobile cognomen adhæſerit. Eá enim patria lingua Maunomba exinde appellatam ferunt, quaſi dicerent, Matronam Imaginis.

Vouere hîc lubet, vt nobis omnibus ab hac

crucifixi

crucifixi Imagine appellari, in eaque appella- A
tione perſeuerare ſimiliter contingat, ſtabili ſanè ad æternitatem memoria, & profectu, cuiuſmodi tres illæ ſanctimoniales ex ordine FF. Prædicatorum, omnes Mariæ nomine, & vitæ ſanctitate celebres in cænobio Hiſpalenſi, toti Hiſpaniæ præluxere 1. Maria à cruce, 2. Maria à crucifixo, 3. Maria de paſſione: quarum vitas *Lopes tomo 4.l.1.c.45.* Virtutibus plenas nobis deſcriptas reliquit.

Aliæ.

Ordines religioſi à cruce &c. Denominati.

Neque ſigillatim tantum hæc à nouis hominibus vſurpata inuenio, ſed & frequenter generatim, vnde ſacros Ordines in honorem crucis inſtitutos, & à cruce Nomen & inſignia ſortitos, neminem fugit hinc *Milites crucis, & crucigeri*, & alij huius claſſis; in quos crucis amore adeo B
liberales & munifici veteres exſtiterunt, vt ad immenſas diuitias peruenerint, imo integros quoque Principatus Iuri ſuo ſubiecerint ac ditioni.

Quos Ordines vt olim Amor, cultus, atque Imitatio Dominicæ crucis illuſtrauit, ita nonnullos poſtea, horror, ac neglectus crucis, quo plerique mortalium, hæreticis ſignum contra crucem tollentibus, flagrare cœperunt, expilauit: adeo vt hæretici, hoſtes crucis, ſe rem Deo gratam facere exiſtimarint, ſi quoquo modo poſſent, Ordinibus iſtis facerent male.

Oppida, pagi, Inſulæ à cruce denominata.

Sed neque in hominibus ſolis hæc pietas ſtetit, rebus aliis plurimis à cruce, aliiſque patientis Ieſu cruciatibus indita Nomina reperimus, quibus dum illi vterentur, in amorem eius atque imitationem allici ſe prouocarique ſentirent. Ita paſſim à S. Cruce Nomen adeptas Inſulas, ciuitates, oppida, pagos, arces, munitiones, plateas, portus maris, portaſque vrbium, herbas, radices, monetam, ſidera, montes, Alpes, familias, non ſine inſigni teſtimonio pij illius affectus, quo non ſolo Nomine, ſed & opere ipſo noui homines erga Christi ſupplicia afficiebantur. Quemadmodum enim Conſtantinus magnus non immeritò ſibi perſuadebat, ciuitatem illam ſaluam fore, in qua partem aliquam ſeu viuificæ crucis, ſeu clauorum collocaſſet, ita non iniuria nouus homo credere auſit, multum ſe vtilitatis percepturum, ſi loca, in quibus degat, ſanctiſſimæ crucis, aliorumque vocabulo appellarit. Nec eo hactenus impudentiæ proceſſere Coſmographi, qui tabulas topographicas, aut chotographicas confecere, vt quantumuis hæretici, vllum locum tali cognomine inſignitum, alia, præterquam antiqua ſua appellatione, deſignarent.

Tam inſignis, ac memorabilis vis crucis eſt, vt & ab his, qui minus eam diligunt, propalam obſeruetur.

R.P. Lyræus de imit. Iesv patient.

CAPVT SEXTVM.

Membra Christi Ieſu crucifixi ſecura noui hominis manſio, ac plena dignitatis habitatio.

Relinquite ciuitates & habitate in petra, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Ieremiæ 48.28. Ieremiæ 48.28.

Hæc requies mea, hîc habitabo, quoniam elegi eam. Pſal. 131.14. Pſ.131.14.

Vilis Anima, quæ alia in arbore, quam S. Crucis, nidulatur. *Franciſc. de Sales.*

Varia animalium induſtria in habitatione ſibi deligenda.

RES vna omnibus nota eſt longeque certiſſima, pleraque ſibi animalia de commoda, atque opportuna habitatione prouidere, id eſt, de loco certo ac tuto, in quo ſecurè degant, ac commorentur proſpicere, vnde paſſim videre eſt quædam habitare in aere, vt aues: quædam in aquis, vt piſces: quædam in terra, vt oues, & boues: quædam ſub terra, vt talpas: quædam etiam, ſi verum eſt quod veteres ſcribunt, in igne, vt Salamandram & Pyrauſtas: imò & iiſdem ſæpe in locis apta quædam, neque incommoda ſibi domicilia, duce natura conſtruere, in quibus
C pro ſua conditione perennent, vt de halcyonibus ac bombycibus, aliiſque non paucis hiſtorici tradiderunt.

Ædificia Salomon.

Sed nec homines huius ſiue ſolertiæ, ſiue prudentiæ exſortes ſunt, inter quos, vt quiſque maior, atque illuſtrior hoc ſibi de nobilioribus ædibus, ac ſecuriore domicilio conſulere ſolet.

Ita Salomonem ad regnum iam prouectum, domum ſuam, ſiue palatium ædificaſſe tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxiſſe, lib. 3. regum: cap. 7. inuenimus. Lib. 3. Reg. c. 7. Ædificaſſe quoque domum ſaltus Libani, ſeu vt Chaldæus vertit, domum refrigerij Regum, quæ ſuburbana erat, & ſilueſtris, cincta arboribus & viridariis, amæ-
D nitate ſua referens montem Libanum, longitudinis centum cubitorum, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: Cameram tabulatis cedrinis veſtiſſe totam, quæ quadraginta quinque columnis ſuſtentabatur. Porticum quoque ſolij, in qua tribunal erat, feciſſe, ac texiſſe lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummitatem, domunculam quoque in qua ſedebatur ad iudicandum, ſtruxiſſe in media porticu, ſimili opere, quæ omnia dicto loco fuſè Scriptura commemorat.

Domus Regia Achab.

Achab Rex Iſrael non minore cura, ſtudioque domum ſuam ædificauit, quam eburneam feciſſe liber tertius Regum capit. 22. teſtatur.

[Palatium Nabuch.] Quin & Nabuchodonoſorem Chaldæorum **A** Regem, poſteaquam palatium abſoluiſſet, ita locutum refert Daniel. *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Danielis 4.27. *[Dan. 4.27.]*

[Domus aurea Neron.] Neronem quoque Imperatorem refert Suetonius, Domum ſibi auream exædificaſſe, cuius cœnationes erant tabulis eburneis laqueatæ.

[Regia Amaſis.] Taceo Amaſin Regem Ægypti, qui toto triennio domum ſibi pulcherrimam duobus hominum millibus impenſis exſtruxit.

[Archelai domus.] Prætereo Archelaum Macedoniæ Regem, qui quadraginta minas ædificandæ domui ſuæ inſumpſit.

[Regia Abulunam.] Abulunam Regem Feſſæ ſilentio tranſire nequeo, quem domum ſibi regiam fabricaſſe aiunt fortiſſimam, ac plenam abſolutiſſimæ dignitatis, cuius cum rationes audire cœpiſſet, iamque ad quadraginta aureorum millia deueniſſet impenſa, cetera diſcerpſit, nec audire vel legere voluit, dicens: *quidquid charum, quamuis carum, ſi pulchrum, non eſt carum.*

Nec ſolos Reges id, aut Principes actitaſſe credendum eſt, idem & à priuatæ vitæ hominibus ſed gratioſis & ſplendidis vſurpatum inuenimus.

Marcus Tullius Cicero nouus homo, domum ſibi longè pulcherrimam quæ Craſſi fuerat, coemit.

P. Clodij domus, quæ CXLVII ſeſtertiûm millibus ſtetit, ſatis indicat, quam ille magno habitârit.

Et hactenus quidem, ad exteriorem hominem quod attinet, locuti ſumus; ſed eſt & alius interior, cui ſua quoque domus negari non debet; cuiuſmodi reipſa ſunt, atque inueniuntur non pauci, qui ſecundum hunc hominem velut in aere, hoc eſt, altitudine Contemplationis diuinæ commorantur, ſimiles aquilis, quæ ſemper in arduis ponunt nidum ſuum, ac rarò niſi ad prædam deſcendere ſolent, ad animarum ſcilicet lucra comparanda.

Alij velut in aquis habitant, & horum quidã in aqua dulci ſuauiſſimarum lachrymarum, quas Dei amor, eiuſque cognitio prolicere conſueuit: quidam vero in amara, ac ſalſa contritionis, quam vitæ anteactæ pænitudo, dolorque progignunt, quod propriè eſt *habitare in Marath,* vt Micheas loquitur cap. 1. *[Micheas c 1.12.]* Siue vt Dauid Pſal. 138. *Habitare in extremis maris,* id eſt, in profunditate amatæ contritionis. *[Pſ. 138.9.]*

Alij velut in terra, dum inter ſuos pacificè verſantes, mala generosè ſufferunt, & bona coram Deo & hominibus procurant.

[Iſai. 10,17.] Alij denique velut in igne: *& erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma,* quam Seraphicus Dei amor ſuccendere ſolet, vel à manu tribulantis accenſam, magno animo excelſoque perpeti docet.

Habitatio bona, atque laudabilis, quouis pretio conducenda; eſt tamen vna aliqua præ ceteris nouo homini commendanda. Magni effatum Philoſophi eſt: *[Ariſtotel.]* *per quod ponitur quid in eſſe, eodem & conſeruatur.* Nouus homo noſter Chriſti patientis imitationi nouitatem vitæ ſuæ acceptam refert, nullibi ergo vel tutius, vel præclarius quam in Chriſti Ieſu iam paſſi ſacratiſſimis membris, apertiſque vulneribus commorari *[Optima Habitatio hominis noui.]* poſſe, compertum eſt, ita vt, qui ante habitabat domum luteam, quæ terrenum habebat fundamentum, nunc autem ne aliquando conſumatur à tinea, denuo veteraſcens, in amplius & perfectius tabernaculum commigret, iam ſeſe in ſacrorum pedum vulnera recipiens, vt humilis pediſſequus, ſeu miniſter à pedibus, vbi cum **B** Magdalena delictorum veniam reportet.

Iam in manuum plagas irrepens, vt imperio eiuſdem, regiminique ſubiectus, ab omni diſcrimine liber conſeruetur: *iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt* Sap. 3 *nec rapiet eas quiſquam de manu mea.* Ioan. 10. *[Sap. 3.1. Ioa. 10.28.]*

Iam vero, in apertum ſe latus inſinuans, vt ſponſa chariſſima, quæ vno, eodẽque cordis ſenſu, ſe ab eo duci, gubernarique deſiderat.

Nec magnis hîc itineribus, aut impendiis opus nobis eſt, *ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in nobis crucifixus.* Gal. 3. *[Gal. 3. 1.]* id eſt, velut depictus in cruce pendens, nobis exhibitus, capite toto, cum manibus non poſſit, in pectus prominente, vt eo vel geſtu, vel ſigno apertum **C** nobis oſtium benedicti lateris ſui eſſe deſignet, per quod nouus homo vſque ad interiora velaminis tutus, ac ſine periculo incedat: quod expendens S. Bernard. ſerm. 7. in Pſ. 90. ſic ſcribit: *poſt cetera ineſtimabilis ſuæ erga me beneficia pietatis, etiam dexterum ſibi propter me paſſus eſt latus fodi, quod videlicet non niſi de dextera mihi propinare vellet, non niſi in dextera locum refugij præparare.* Et huius quidem ſpeciem rei, Spiritus ſanctus figuraſſe legitur in amoris cantico his verbis: *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ* *[Cant. 2.14.]* &c. quæ verba ſic explanat *S. Gregorius,* *[S. Gregor.]* *per foramina petræ,* inquiens, *vulnera manuum & pedum Chriſti in cruce pendentis, libenter intellexerim: cauer-* **D** *nam verò maceriæ vulnus lateris, quod lancea factum eſt, eodem ſenſu dixerim.* Et bene columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ eſſe dicitur, quia dum in crucis recordatione patientiam Chriſti nouus homo imitatur, dum ipſa vulnera propter exemplum ad memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus, id eſt, in Saluatoris vulneribus nutrimentum quo conualeſcet, adoptat.

[S. Bernard. ſer. 62. in Cant.] S. vero *Bernardus* philoſophatur in hunc modum: *Foramina petræ, vulnera Chriſti. In his paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.* Pſal. 83. *In his ſe columba tutatur, & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem: & ideo ait: Columba mea in foraminibus petræ. Vox Columbæ: in Petra exaltauit me.* Pſ. 26. & iterum: *ſtatuit ſupra petram*

Digitized by Google

tram pedes meos. Vir ſapiens ædificat domum ſuam ſupra petram, quod ibi nec ventorum formidet iniurias, nec inundationem. Quid non boni in petra? In petra exaltatus, in petra ſecurus, in petra firmiter ſto. Securus ab hoſte, fortis à caſu, & hoc quoniam exaltatus à terra. Petra refugium Herinaciis. Et reuera vbi tuta firmaque infirmis ſecuritas & requies, niſi in vulneribus Saluatoris? Tanto illic ſecurior quanto ille potentior eſt ad ſaluandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus inſidiatur, non cado, fundatus enim ſum ſupra firmam petram. Peccaui peccatum grande, turbatur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Foderunt manus eius & pedes, latuſque lancea forauerunt, & per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, id eſt, guſtare & videre quoniam ſuauis eſt Dominus. Serm. 62. in Cant.

B

Guerricus Abbas. Et ſuauiſſimè *Guerricus* Abbas in hæc verba: *Ecce hodie in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ, vox columbæ reſonat clamantis & dicentis: O ſanna filio Dauid! benedictus qui venit in nomine Domini! Benedictus, qui, vt nidificare poſſem in foraminibus petræ, manus & pedes, & latus perforari ſibi tulit, & ſe mihi totum aperuit, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, & protegar in abſcondito tabernaculi ſui.*

Opportunum quidem petra refugium Herinaciis, ſed & habitatio grata columbis, cuius foramina tot vulneribus, toto ferè corpore patentia, & veniam offerunt reis, & gratiam conferunt iuſtis.

Imo verò tuta habitatio, fratres mei, turriſque fortitudinis à facie inimici, pia ac ſedula meditatione Chriſti Domini vulneribus immorari, fideque & amore crucifixi, animam ab æſtu carnis, à turbine ſæculi, ab impetu diaboli contutari. Super omnem gloriam mundi protectio huius tabernaculi, v. d. in vmbraculum diei ab æſtu in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine & à pluuia, vt per diem ſol non vrat te proſperitate, nec turbo moueat in tempeſtate.

Atque hoc omnino eſſe credẽdum eſt, quod habitatoribus Moab, non iam illis quos è Babylonica captiuitate Cyrus in patriam reuerti permiſit, ſed quos Dei filius veteris peccati iugo excuſſo, liberos ad ſe prouolare concupiſcit, Ieremias propheta occinnit, cum dixit: *relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.*

Ieremiæ 48. 28. cap. 48. 28. Mundum fuge, mi homo noue, & Babylonico illo tuo deſerto contubernio, aliud tibi domicilium inquire, illi non abſimile, quod pennis Columba deargentatis, cuius poſteriora dorſi in pallore auri rutilant, dum ſponſo conformare ſe ſtudet, incolere conſueuit.

Picum memini Mirandulanum Comitem quæſiuiſſe olim, ecquæ à Deo fuerit homini aſſignata habitatio? cumque veritatis indagandæ cauſſa, loca varia percurriſſet, facilius reperire potuiſſe quæ data ei non eſſet, quam verò aſſignata in habitationem domus fuiſſet:

Non Ignis, inquiebat, quia nullum in eo animal viuit [vt ipſius ferebat opinio.]

A

Non Aer, quia volucrum in eo ſtatio regnat.

Non Terra, proprius brutorum animantium locus.

Non Aqua, hîc namque genus omne piſcium dominatur.

Forte an cœlum? ſed hoc Angeli pro ſe factũ dicent: & ita eſt, quamuis & nos eodem ſperemus accedere.

Interim vero quænam homini ſpecialis erit deſtinata habitatio? cur non ſicut aliis peculiaris quædam attributa eſt domus? vnde præſit piſcibus maris, volatilibus cœli, & beſtiis terræ?

Dubium Picus non reſoluit. Audio quidem Dauidico plectro inſonantem propheticam lyram: *terram dedit filiis hominum* Pſal. 113. 16. ſed cum à Salomone rege Prouerb. 12. 7. de Iuſtorum domo ſcriptum ſit: *domus autem Iuſtorum permanebit*: & Chriſtus Dominus ſuprema veritas dixerit: *Cælum & terra tranſibunt*, ſaltem quod ad operationem & effectum ſpectat, aliud homini domicilium quærendum eſt; & quod illud? nullum ſanè conuenientius eo, quod ſacratiſſima Domini humanitas nouo homini præparauit, cuius dexterum latus Romani militis lanceâ apertum, aditum dat omnibus, vt fide, compaſſione ac diuturna mentis ſpeculatione ingredientes, ſalutem, ac vitam conſequantur æternam.

Pſ. 113. 16.
Prou. 12. 7.
Marci 13. 31.

C

Ingredere igitur in petram, & abſcondere homo noue, in foſſa humo, pone tibi latibulum in crucifixo. Ipſe petra, ipſe humus, quia Deus & homo: ipſe petra forata, humus foſſa, *quia foderunt manus meas*, inquit, *& pedes meos.*

Pſ. 21. 17.

Iſaiæ, 2. 10. *Abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini*: hoc eſt ab ipſo fugias ad ipſum, à iudice ad redemptorem, à tribunali ad crucem, à iuſto ad miſericordem: ab eo qui percutit terram virga oris ſui, ad eum, qui inebriat terram ſtillicidio cruoris ſui: ab eo qui ſpiritu labiorum ſuorum interficit impium, ad eum qui ſanguine vulnerum ſuorum viuificat extinctum.

D

Quinimmo non ad ipſum tantum, ſed in ipſum fuge, in foramina petræ ingredere, in foſſa humo abſcondere; in ipſis manibus foratis, in foſſo latere teipſum reconde, vulnus enim in latere Chriſti, quid niſi oſtium in latere arcæ, ſaluandis à facie diluuij apertum. Illud tamen figura, iſtud autem veritas, vbi non modo ſeruatur vita mortalis, ſed recuperatur immortalis. Ideo quippe latus ſuum pius & miſericors aperuit, vt cruor te vulneris viuificet, caro corporis reſocillet, ſpiritus cordis quaſi patenti & libero meatu aſpiret. Ibi tutò latebis donec tranſeat iniquitas, ibi nequaquam algebis, eo quod in viſceribus Chriſti non frigeſcat charitas: ibi deliciis afflues, ibi gaudiis ſuperefflues, vel tunc demũ, cùm à vita capitis, tua & omniũ membrorum corporis eius mortalitas fuerit abſorpta.

Ioan. Lanſbergius ſer. 54. de paſſ.

A Prætermittere hic nequeo aurea *Lanſpergij* monita, quibus nouum hominem in hæc vulnera, ſeu tutiſſima azyla inuitat: *diſce habitare*, inquit, *in his vulneribus, ſi enim amica, aut ſponſa eſt anima tua, vbi ſuauior ei quies erit? ſi columba eſt, vbi locus ad nidificandum aptior, & fœtus tuos producendos, fouendos atque alendos? ſi paſſer eſſe decreuiſti, nuſquam tibi magis conueniens erit locus, vbi abſtractam & ſolitariam vitam agas. Si turtur es & caſtis, variiſque gemitibus ad Deum ſuſpiras, hic locus requietionis & conſolationis erit. Hic eſuriens manna inuenies, quod edas. Sitiens, hic fontem ſalutis habebis, vbi bibas, hic eſt enim fons è paradiſi medio egrediens, & in fidelium ſe corda diffundens. Eſt hic oſtium arcæ, per quod intrant non perituri diluuio.* ſermon. 54. de paſſion. *Hæc ille*: quid autem dici poſſit vel ad dignita- B tem præſtantius, vel ad rem accommodatius, vel denique ad perſuadendum efficacius non video. Certe, ſi piſcis ille, teſte Rondeletio, cui nomen Galeus glaucus, tanto fœtus ſuos amore complectitur, vt grauiore quopiam imminente periculo, eos in ſe per os, ad tempus recipiat, inhabitandum, incolendumque ſic proprium corpus eis præbeat, locum, cibum, refugium ſuppeditando; quis id in Conditore miretur, qui indubiè maiore charitate circumfluit, quam vlla res poſſit creata cumulari.

Bene eſt, inquiet homo nouus, adulta iam vitæ nouitate robuſtior, eo ſanè penetrandum eſt, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti: ſed quid infirmus agat, & iners? qui iuxta quod in Euan- C gelio quidam de ſemetipſe confitetur, *fodere non valeo, & mendicare erubeſco*, & ipſe ſimiliter ad domum hanc fumigantem accedere veretur.

S. Bernard. ſupra.

Audiat hic *Bernardum* vbi ſupra. *Toto corde hic & oculis Chriſtum, & hunc crucifixum intueatur neceſſe eſt, noteţque ſe abſque labore ſuo habitare poſſe in foraminibus petræ, Iudæi enim in ipſis laborauerunt, & ipſe in labores eorum introibit, vt ſit fidelis: nec verendum quod patietur repulſam, qui & vocatur, vt intret: Ingredere*, inquit, *in petram, abſcondere in foſſa humo:*

Iſaiæ 2. 10.

foſſa oſtenditur humus vbi lateat, donec conualeſcat & proficiat, vt poſſit & ipſe per ſe cauare ſibi foramina in petra, per quæ penetret ad interiora Verbi, animi vtique vigore magno, & puritate.

Bonauent.

Bene itaque, atque ad rem præſentem appo- D ſitè Seraphicus *Bonauentura*: *ingredere has vulnerum Domini Ieſu apothecas, & accipe in illis medicinam ſanatiuam, reſtauratiuam, præſeruatiuam, & confortatiuam. Ibi quæcunque appetu electuaria reperies, quæ animæ tuæ ſtomachum faſtidientem ad diuinum guſtum reſtituant.*

Pſ. 31. 7.

Quantum hinc robur & ſecuritas homini accedat! vt meritò, quiſquis ſalutem ſuam deamat, cum Propheta exclamet: *tu es refugium meũ à tribulatione, quæ circumdedit me*, ſiue, vt Hebræus legit: *tu es latibulum meum erue me à volitantibus ſuper me. In cauerna maceriæ*, ſiue, vt alia habet lectio, *in latibulo graduum*, ſiue *in latebris ſcalarum*, quibus ad loca tutiſſima & munitiſſima alluditur, ad quæ non niſi operoſis ſcalis peruenitur.

Exod. 33. 22.

Olim ad Moyſem Dominus, *eſt locus apud me, ſtabis ſupra petram & ponam te in foramine petræ, & proteget te dextera mea. Petra, Chriſtus: foramina, illius plagæ ac vulnera ait Bernardus. Vbi tutius degas, aut ſecurius? Expertus Martyr, dum toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, ſed alacriter ſacrum è carne ſua circumſpicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc erat anima Martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in ſuis fuiſſet viſceribus, ſcrutans ea ferrum profectò ſentiret, dolorem non ferret, ſuccumberet, & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in modum petræ durnerit. Ergo ex petra Martyrũ fortitudo, inde planè potens ad bibendum calicem Domini factus eſt.* Ser. 61.

S. Bernard. ſer. 61. in Cant.

Ioſephus Leoneſſan.

Id orbi teſtatiſſimum dedit præclarus ille ex ordine Capuccinico catholicæ veritatis hyperaſpiſtes Ioſephus Leoneſſanus, cui poſtquam Turcico ferro emori nobile, ſed irritum votum fuit, diriſſimo ſeruato vulnere, in quo & medicorum ferrum, & medicamentorum cruciamenta experiri coactus, omnibus exemplo fuit: ligare namque volentibus, quod motus quilibet in eâ curatione ac lanienâ periculoſiſſimus eſſet: vos vero, inquit, vinculis abſtinete, præbebo ſecantibus corpus immotum; dixit, arreptoque crucifixi ſigillo, quod ſemper habebat in ſinu, addidit: hæc mea validiſſima ſunt vincula. Nec fortius dixit quam fecit: ſemel, iterumque ferrum ita paſſus eſt, quaſi alieno in corpore depugnaret. Miraris? in alieno, membris ſcilicet crucifixi Domini ſui, habitabat. *Boûtrius in Annal.*

De Charitate quid dicam? quantus hinc feruor, quantum exſurget vel in tepido pectore Amoris incendium! fornaces ſunt, ſed charitatis ignitæ, quæ corda inflamment. Vtinam noui hominis anima his fornacibus abdita, ceu noua quædam Salamandra eiſdem ignibus ardeat & viuat, ſiquidem cibus eius ignis eſt.

Conuertere igitur, anima noua, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit*. Vigilanti verbo, ait *Auguſtinus*, vtitur Euangeliſta; dicere noluit latus eius percuſſit, aut vulnerauit, ſed aperuit, vt tibi quodammodo vitæ oſtium pandi non neſcires. Dic ergò fidenter, dic amanter: hæc *requies mea in ſæculum ſeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſ. 31. *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* Iob. 29. 18.

S August. SS. Vulnerum incola.

Suauiſſimo hoc capi, ducique illicio præ ceteris viſus eſt nouus iam homo *Aurelius Auguſtinus*, cuius ipſe luculentum admodum nobis teſtimonium reliquit Manualis ſui cap. 23. *Tuta, inquiens, & firma requies eſt infirmis, & peccatoribus in vulneribus Saluatoris. Securus illic habito, patentque mihi viſcera per vulnera: quidquid ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei.*

In omnibus aduerſitatibus non inueni tam efficax reme-

reme-

ſemel ſum, quam vulnera Chriſti, in illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus.

Peccaui peccatum grande, & multorum ſum mihi conſcius delictorum: nec ſic deſpero, quoniam vbi abundauerunt delicta, ſuperabundauit & gratia. Claui & lancea clamant mihi, quod verè reconciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero.

Longinus aperuit mihi latus Chriſti lanceâ, & ego intraui, & ibi requieſco ſecurus.

S. Ioann. Columbinus Ieſuatorum fundator. Nouerat id, ac clarè perſpexerat primo conuerſionis ſuæ initio *S. Ioannes Columbinus* illuſtris Ieſuatorum fundator, qui ad libertatem à ſeruitute nuptiarum aſpirans, quam intima, & pura cum Deo & Angelis conuerſatio parit, dum morte acerbius à crucifixi complexibus & oſculis auelli, & ad obſequia ſeruæ carnis compelli exhorret, flecti facile poſſe coniugem, deuotam videlicet fœminam ac pietati deditam ratus, ſic eam conuenit: Poteſtatem corporis mei, quã olim libẽs tibi donaui, obſecro te, vxor dilectiſſima, mihi redona, & vice verſa, quam tu in me tranſtuleras, non grauatè à reſtituente accipito: fies ex coniuge ſoror, & ego ex marito frater; & erimus duo, non vltra in carne vna; ſed vnus ſpiritus in carne nulla; niſi forte in *Latere Saluatoris*. Hoc in poſterum, ſi annuis, erit lectulus noſter floridus, hæc ſtatio gratiſſima, & vmbraculum ab ardore ſanguinum. Hæc quies amœniſſima à ſtrepitu ſæcularium curarum. Neque magnopere nobis timendum ab hoſte domeſtico inquieti fomitis, quippe aſperſi hîc à ſanguine Agni pro nobis immolati, veluti calidiſſimo rore hyſſopi, omnem pituitãm noxiæ voluptatis excoquemus, & exhibebimus membra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Pugna, ſi quæ forte ineunda, breuis erit, victoria certa promittitur, præmium in cœlis paratum eſt æternum. Quæ dum loqueretur Ioannes, commouebantur Blaſiæ (ſic enim dicebatur) vxoris viſcera, & in rorem ſuauium lachrymarũ præcordia ſoluebantur, ſed aperiente Domino cor ipſius, vt intenderet, quæ ſpiritus per os mariti fundebat eloquia decoris ac pulchritudinis, promptiſſimis votis aſſenſit poſtulatis eius, ac diuortij facta facultate ceſſit vterque iuri, quod mutuo in Sacramento dederant corporum ſuorum, & ab argenteo matrimonij ſtatu, in aureum celibatus migrauere, deinceps in ſacro vulnere lateris Chriſti tanquam ſecuriſſima quadam manſione noui homines commoraturi. *P. Ioan. Bapt. Roſſi in triumpho diuinæ gratiæ par 1. c. 6.*

S. Elzear. Per huius veſtigia gradiens ſanctiſſimus *Comes Elzearius*, quo ille præceſſerat probè ſecutus eſt, & porro feliciter peruenit, vt propria manu Dalphinæ coniugi teſtari voluit aliquando: hærebat vir pius in monte Peſſulano, Dalphina, vt fieri amat, pro dilecto ſolicita, miſit ex caſtro Podij Michaelis ad eum litteras, per famulum cupiens noſſe, cur moram illic faceret, nec rediret: cui ille reſpondit in hunc modum: ſanus corpore ſum, & ſoſpes, quod ſi verò videre me cupis, *quære me in vulnere lateris Chriſti, illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, fruſtra alibi quæſitura. Engelbertus in Vita.*

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

V. Nicolaus Factor. Accurate id ipſum intellexerat, penituſque hauſerat beatæ memoriæ *Nicolaus Factor*, ex Ord. Minorum dignus Franciſco diſcipulus; hic omnibus quibuſcum agebat, auctor erat, vt ſauciati lateris Chriſti aſſiduis meditationibus exercerentur, affirmans ibi Oceanum mirabilium eſſe deliciarum, quodque ipſe per longum triennium in eo theſauro commoratus, fundũ non ſolũ non attigiſſet, ſed nec extremis labiis hactenus de medulla quidquam percepiſſet: quod à S. ſuo Patre *Bonauentura* hauſiſſe crediderim, qui cap. 1. ſtimul. ſic ſcribit: *in latere*, inquiens, *Chriſti volo quieſcere, & vigilare, bibere, comedere, legere, adorare, & omnia mea negotia pertractare. ibi loquar ad cor eius: & ab ipſo, quod voluero impetrabo.* S. Bonau. l. 1. ſtimuli.

Venio ad dilectas Sponſo columbas, ſponſas, inquam, chariſſimas, quas non ſemel is in foramina petræ, in cauernam maceriæ inuitaſſe auditus eſt, hoc eſt in viſcera ſua, cordiſque penetralia pellexiſſe.

O gaudium! o voluptas! vel enim columbæ ſunt vel ſponſæ? ſi ſponſæ, vbi ſuauior quies, quam in his ſponſi vulneribus! Si Columbæ, vbi locus ad nidificandum & fœtus producendos, fouendos, atque alendos aptior?

Sed forte turtures ſunt, & caſtis, variiſque gemitibus ad Deum ſuſpirant, & hic locus quieris ac conſolationis eſt, vbi eſuriens, manna, quod edat, ſitiens vero fontem ſalutis, quem bibat, inueniat: eſt enim hic fons paradiſi & è paradiſi medio egrediens, & in fidelium ſe corda diffundens.

S. Catharina Senenſ. Ignoraſſe hæc nequit *B. Catharina Senenſis*, quam cum Diabolus ad deſperationem adducere niteretur: ego, inquiebat, apertè Creatori meo confiteor, hactenus me malè vixiſſe, veruntamen fiducialiter latitabo in plagis Domini mei Ieſu Chriſti & iniquitatum mearum maculas pretioſo eius ſanguine abluam. *In Vita.*

B Mechtildis. Graui capitis dolore affligebatur *B. Mechtildis* cum inuitatur à Saluatore, vt pro remedio vulnus ſacri ſui corporis ſubeat. Remedium illa amplectitur, ſed vulneris delectum Domino relinquit; qui eam ad lateris vulnus inuitauit, quod ipſa pia meditatione ingreſſa, omni ſe liberam dolore protinus ſenſit. *l. 2. grat. ſp. cap. 22.*

Vnde nil mirum ſi tantis in hoc vulnere deliciis affluens, aliquando exclamarit; *quid tibi, ô Dulcor vnice, debet gratiarum actionis offerri, pro illo amoris vulnere, quod in cruce accepiſti, pro homine, cum prius, quam lancea, amor tuus inuincibili ſagitta cor tuum melliſſuum vulnerarit?*

Maria Claudia Pontaleria Annũciata. Præterire hic nequeo claram ex Cœleſtium Annunciat. Virginum choro aſcetriam *Mariam Claudiam Pontaleriam*, quæ nuper Coloniam in

 Belgium

Belgium ex Burgundia duxit: rogata enim an ex Burgundia ab amicis & familiaribus diſcedens, mæroris nihil paſſa eſſet, generosè reſpondit; *ex quo ſacrum Domini Ieſu latus elegiſſet in domicilium, in illo ſe Burgundiam, amicos & notos reperiſſe, quocunque demum terrarum aueheretur.* Euge virgo felix ac prudens, tu rectè ac plenè tantæ manſionis felicitatem perſpexiſti, in quo domeſticam ſodalem ac ſociam nacta es *Mariam Claudinam*, quæ peracto quotidie examine veſpertino, ſacratiſſimo vulneri lateris Domini ſe committere ſolita erat, in eoque diei iſtius defectus eluebat, orans atque obteſtans vt ea nocte, iſto in refugio, ab inimici inſidiis ſalua ac cuſtodita perſiſtere poſſet. Nec temerè; hac ſiquidem de cauſſa ille Cor ſuum, tamquam ſecretiſſimum cubiculum reſerauit, vt electas ſponſas ſuas in illud admittat. Felices illas quæ puro ac ſimplice tinctu illud ingrediuntur! Sponſa ſiquidem, vt apud Plutarchum Xenophon dicebat, in mariti domum venire debet, vt quam minimum viderit, quam minimum audierit, vnde fiat vt nihil profanum ſapiens, tota cœleſtibus placitis incaleſcat.

Maria Claudina Annunciata.

Refert Petrus Card. Damiani l. 3. c. 18. plantam reperiri mirabilem, dictam Græcis περιστερεών, nobis verbena, & verbenaca, quæ gratiſſimum præbet receptum columbis, cuius nimirum & fructus reficit & vmbra eas defendit, ac nutrit.

Et quænam illa eſt nobis arbor? niſi Crucis, de qua dicebat ſponſa, *ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

O! arbor benedicta quæ refugium es Columbæ, id eſt, animæ prædeſtinatæ, contra ſerpentum inſidias, contra criminum morſus, cuius & fructus nos paſcit, & tutum aperit ramale ſeceſſum. Lubet hic exclamare cum illo:

Ecquis binas Columbinas
Alas dabit animæ?
Vt in almam Crucis palmam
Euolet citiſſime?
In qua Ieſus totus Ieſus
Nobis dat refugium?
Benedictus ſit inuictus
Amor vincens omnia!
Amor fortis tela mortis
Reputans vt ſomnia!
O! *inſignis amor ignis,*
Cor accende frigidum,
Fac me tecum permanere,
Fac me te diligere.
Da coniungi, da defungi
Tecum Ieſu, & viuere.
Per felices cicatrices
Precor & per ſanguinem;
Necem trucem, perque Crucem
Fac me tuum obſidem.

Autem hic mihi vellicant ſacri Manes Vincentij Caraffæ, nuper Societatis Iesv Præpo-

Methodus aurea R.P. Vincentij Caraffæ inhabitandi ſacra vulnera Redemptoris.

A ſiti Generalis ſeptimi, viri, dum inter nos vixit, ſapientiſſimi, atque innocentiſſimi, cuius vel nomen titulus ſanctimoniæ eſt, vita vero vna, atque perpetua in Chriſti vulneribus commoratio fuit, quod ſatis ſuperque demonſtrat libellus iſte aureus Faſciculus Myrrhæ ab eo inſcriptus: ex cuius lectione didicimus Sanctiſſimas Chriſti Crucifixi plagas, non tam eſſe peregrinantium patriam, Viatorum Hoſpitium, circumuolitantium ad defatigationem Aquilarum nidum, nauigantium portum, laborantium ad quietem capiendam lectulum, quam malorum omnium auerruncamentum & bonorũ prom-
B ptuarium ſingulare: hic itaque talis, tantuſque Doctor, quod ante in ſe feliciſſimo ſucceſſu expertus fuerat, ſcilicet quo pretio ſacratiſſima hæc domicilia conducantur, quâ viâ ac methodo inhabitentur, nobis peculiari ſcripto voluit eſſe teſtatum, quod breui hic compendio expreſſum nouo homini volui eſſe commendatum.

Solent viri nobiles ac Principes, quos inter, nouum hominem cum primis cenſeo, horis potiſſimum æſtiuis de vno palatio, prætoriove in aliud commigrare, hic auram liberam campoſtrem; iſtic frigidiuſculam ſiluoſam; illic puriorem montanam; alibi humidiorem aquaricam, vt cuiuſque fert conditio, ſedulò capturis
C idem & homini meo nouo indulgendum arbitror, nec abnuit ille, qui ſex illi palatia in hunc finem conſtruxit, non deſinens eum identidem ad illa inuitare.

Quod itaque ad horum ingreſſum attinet, neceſſe eſt primò, vt in ſacra hæc vulnera nouus homo commigraturus, noxarum pœnitentiâ rite affecta mente, ad Cuſtodem ſui Angelum conuertatur, rogans atque obſecrans vt ſe ad ſanctiſſimam Dei matrem deducat, quam ſalutatione Angelica venerabitur, addita vſitatiſſima illa precatiuncula *Sub tuum præſidium*, &c. orabit autem illam, vti ſacrorum vulnerum dilecti filij ſui præſidem, vt in illud, vel iſtud, de quo agitur, admittat, dicendo:

D
Sancta Mater iſtud agas:
Crucifixi pande plagas
Cordi meo placida:
Hic profundè me recondas
Intra Gnati viſceras
Vbi petræ, inſtar cetræ,
Subeam foramina:
Quin ſuperna, in cauerna
Colloca maceriæ,
Hic mi fidum ſtruens nidum
Finem da miſeriæ.

Introductus iam à Deipara in ſacrum Vulnus, omni reuerentia illud ſalutabit & adorabit, dicetque cum Propheta, pſal. 131. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſal. 131. 14.

Offeret deinde ſacro iſti vulneri cogitatio-

nes

nes ſuas, verba atque opera iſtius diei, proteſtabitur ex illo ſe velle cum hoſte infernali, velut ex arce tutiſſima confligere: in eodem ſe viuere velle, ac mori, atque inde ad æternam beatitudinem tranſire. Rogabit denique per illud, per cruciatus in illo toleratos, per ſanguinem ex illo profuſum, vt omnia hæc conſequi mereatur.

A pedibus initium ducamus, & primò quidē à ſiniſtri pedis vulnere auſpicemur. In illud itaque Nouus homo à Deipara, vt in præludio hulus aſceſios dictum eſt, intromiſſus, id omni cum reuerentia ſalutans, adorabit: *ſalue*, inquiens, *Domini noſtri Ieſu Chriſti pes adorande, pro nobis clauo confixe: hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Porro continebit ſe anima in ſacro iſto vulnere, expendendo cruciatum quem in eo Saluator paſſus eſt, qui ſanè ingens fuerit neceſſe eſt, ex neruorum qui in pedibus cōcurrunt diuulſione, ac fixura.

Secundo infinitum eius amorem conſiderabit, quo vulnus hoc excepit, cui non minus figebatur in corde, quam is pro homine affigebatur in cruce.

Tertio rationem exquiret ob quam vulnus hoc Dominus perpeſſus ſit, ſcilicet vt pro peccatis noſtris ſatisfaceret patri, vnde vera animi dolentis exorta pœnitudo, omnia ac ſingula, ad quę nos pedes noſtri tulerint, delicta expiabit.

Sequitur pes dexter, in cuius itidem vulnus homo introductus, via, modoque in ſiniſtro pede explicatis, petet ſingulariter opem ac robur *dirigendi pedes ſuos in viam pacis*, ad decurrendam viam legis Domini ac mandatorum eius, ne vnquam eos offendat ad lapidem aut petram ſcandali impellat.

A pedibus ad manus aſcendens, à ſiniſtra incipiet, exinde ad dexteram flectet: quas humillimo oſculo ſuo ordine deuenerans, *ſaluete*, inquiet, *adorandæ Domini mei Ieſu Chriſti manus, ſceptro diuinitatis inclytæ, aſtrorum artifices, rerum omnium molitione illuſtres, iam in Cruce pro nobis extenſæ, & clauis confixæ. Hæc requies mea, in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.*

Seruatis reliquis, quæ ſupra recenſentur, peculiari ſtudio rogabit Dominum, tam per huius, quam illius vulneris merita, opera manuum ſuarum dirigi, ac de manibus peccatorum liberari.

Venio ad latus. Hic noſter homo præclaris gratiis actis lanceæ, quod breuis mortis noctem dormiente Domino, Cor eius vigilare demonſtrarit, quo, patefacto latere diuinum nobis cor, aqua & ſanguine rorans, id eſt, beatam regionem lacte & melle manantem reſerarit; ſingulariter autem Domino, quod dum oris labra clauſiſſet, labra cordis aperuerit, vt nobis quoque loqueretur ad cor, omnes ad cauernā maceriæ, pectoris ſui thalamum ſuauiſſimum inuitans. Hoc ſabiens nouus homo, *ſalue*, inquiet, *pectus aureum Domini mei Ieſu, nobis lanceâ militis apertum. Hæc requies mea*, &c. *in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.*

Offeret deinde ſe ſuaque omnia cogitationes, verba & opera in holocauſtum Saluatori ſuo, ſuper hac ſacra latens eius ara, proteſtans ſe in illo viuere velle & mori. Expendet denique amorem illum quo tantam ſibi iniuriam, nobis autem gratiam fieri permiſit, cuius ſe memorem vt exhibeat, pluribus die illo amoris actibus Cor impendet.

Vnum ſupeteſt, diuinū ſcilicet caput, gymnaſium ſapientiæ, regia honoris, quod ad ludibrium dicam, an ad cruciatum, an ad vtrumque? ſpinea corona præcingitur, atque transfoditur, duabus ac ſeptuaginta iam plagis, vt fontibus irriguum: dignum nouo homini præbens habitaculum, vbi velut altera acanthis nidificet, ac contra omnes auernalium ſerpentum inſidias tutus conſiſtat. Sacrum hunc itaque ſpinoſi capitis hortum ingrediens, *ſalue*, inquiet, *tremendum cunctis poteſtatibus caput Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, pro me arundine percuſſum, ac ſpinis coronatum. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.*

Mox oblatione ſui, dignaque, vt ſupra, proteſtatione facta, ex ſpinis illis has roſas colliget, primo expendendo dolores, quos ex iſtarum aculeis Dominus perpeſſus eſt, deinde eaſdem præ huius vitæ deliciis procabitur, probè cognita differentiâ, quæ ſpiritualia inter Roſaria & corporalia inuenitur, nempè quod in his ſpinæ durent & roſæ euaneſcant: in illis verò, ſpinæ tranſeant, & roſæ perſeuerent. Denique faſtum omnem, atque ſuperbiam harum virtute oblidet, infelicem reputans animam, quæ alia in arbore nidificet: Porro huius commorationis in ſex hiſce tabernaculis occupatio triplici modo inſtituetur:

Primo, inſpiciendo attenta mentis indagine quidquid Chriſtus in hiſce noſtri cauſſa perpeſſus eſt.

Secundo, abſtinendo ab omni rerum humanarum iucunda vanitate.

Tertio libenti animo & hilari quæcūque aduerſa, quæcunque moleſta excipiendo & cum gratiarum actione exoſculando.

Vtinam! quem nobis ad cognoſcendam hanc viam ducem, doctoremque dedit in terris, eiuſdem firmiter, conſtanterq; tenendæ ſuffragatorem diuina bonitas indulgeat in cœlo! quo fiat, vt cum purpurato vate, non iam in hac valle lachrymarum, *ſed in monte ſancto Dei, monte pingui, monte coagulato, Monte, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo*, vtpote, *quem acquiſiuit dextera eius aliquando dicamus: hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* [Pſal. 67.18.]

Capvt septimvm.

Crux Chriſti Iesv, *ac cetera Cruciatuum eius ſanctiſſima Oeconomia, noui hominis gaudium, & voluptas.*

Eccli. 49. 1. *Quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* Eccleſiaſtici 49. 1.

S. Bernard. *Sublimis in regno, ſed ſuauis in Cruce.* S. Bernard.

Crux iam non Crux eſt, omnem Crucem à Cruce abſtulit Crucifixus.

HOmini Nouo magnis paſſibus ad omnem virtutem, præſertim verò Dei-Hominis imitationem feliciter contendenti recreandum ſubinde animum, vt voluptate aliqua refocilletur, æqui bonique ratio perſuadet: ſicut enim corpus aſſiduo labore tum propter ſpirituum conſumptionem, tum vero membrorum exſiccationem defatigari ſolet; ita & animus ſerijs intentus diuturno ſtudio affligi, grauatique conſueuit. Cogitando namque meditandoque attentius animales ſpiritus exhauriri ſentit., à quibus omnis functio intellectus dependet: vnde mox cerebrum incaleſcere & exſiccari ſolet, quare ſicut corpus ceſſatione indiget ad ſpirituum refectionem, viriumque ſuarum inſtaurationem, ita & animus ſua quiete opus habet; quies autem animi propria eſt oblectatio, quæ voluptate quadam internos ſenſus ſuauiter afficiat, & vires iucundè refocillet: quod dum fit, natura nouos ſpiritus ſuggerit, & organa ad temperiem priorem reducit. Vnde conſequens eſt, eos, qui grauibus ſtudijs & rebus ſpiritualibus ex officio incumbunt, hoc plurimum ſolatio indigere, quod ante Ioannes Caſſianus non obſcure docuiſſe viſus eſt, dum id Collat. 24. cap. 20. & ſeq. firmauit exemplo & reſponſo *B. Ioannis Euangeliſtæ* qui ſimilitudine arcus aſſiduè intenti, & nunquam laxari, rem hanc voluit illuſtrare; quem ſecutus deinde *Auguſtinus* lib. 2. de Muſica ſic ait: *volo tandem tibi parcas: ſapientem enim interdum remittere aciem rebus agendis intentam, decet.*

B. Ioan. *Euangeliſta animum ſubinde relaxabat.* Caſſian. Coll. 24. c. 20.

S. Auguſt. l. 2. de Muſica.

Atque ita res iſta omnis extra controuerſiam poſita fuit: Ad formam vero illius quod ſpectat, illam Eutrapelia dedit, cuius vtique officium eſt ſatagere, vt omnis hæc Noui hominis oblectatio Perſonæ, tum in ſe ſpectatę, tum in ordine ad alios, locum, ac tempus aptè decenterque conueniat; monentique *Ambroſio* fiat ſatis, lib. 1. off. c. 20. *Cauendum nobis ne dum relaxare animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam, & quaſi bonorum operum concentum:* quod rite præſtiterit, quiſquis Chriſtum Dominum imitatus, Gethſemani colles, montemque Caluariæ vera ſtillantes dulcedine, & læto flueutes lacte

S. Ambroſ. l. 1. off. c. 1.

A ac melle, ſuis elegerit aream oblectamentis.

Id amplè, copioſeque deprædicaſſe viſus eſt nobilis ille Gentium Doctor Paullus, cum iſtuc nos omnes pellicere, ac porro Chriſti exemplo velut ſacrâ quadam illecebrâ adducere laborauit, *aſpicientes*, inquiens, *in auctorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit Crucem.* Hebr. 12. 3. Quod illi gaudium Pater æternus tum per ſe, in primo ſuæ Incarnationis momento, tum per Angelum propoſuit, nempe reſurrectionem & gloriam corporis æquè ac nominis ſui, cum vniuerſa hominum ſalute, qui Crucifixum agnoſcerent, colerent & adorarent, templa erigerent, ſacerdotes conſtituerent, eiuſque gloriam toto B orbe circumferrent ac celebrarent. Sic miles propoſita ſibi victoria, vt præmio, acerrimè dimicat: ſic agricola propoſito ſibi denario diurno alacriter operi incumbit: ſic viator propoſita mercede iter ſuum conſtanter abſoluit, quorum memoria quoties animo ſuccurrit, toties incredibili eos voluptate perfundit, vt mirum non ſit vltro, frequenterque quod iſtuc attinet ab eis commemorari.

Heb. 12. 3.

2\. Teſtem hîc ſumo grauiſſimum, maximeque idoneum, Chriſtum Ieſum, ducem ac principem noſtrum, cuius imitatione & ſalus noſtra incolumis & gloria ſolet eſſe ſecura, qui, dum coram electis teſtibus aperiret gloriam ſuam, vt & facies eius ſolis fulgori ſimilis, & veſtitus cā- C dori niuium eſſet æqualis, volens tantæ lætitiæ par reſpondere colloquium, de Cruce ac morte cœpit inferre ſermonem: *loquebantur*, ait Lucas, c. 9. *exceſſum Domini, quem completurus erat in Ieruſalem.* Quid enim? hæccine illa iucunda & læta colloquia quæ tantæ huic hilaritati cōueniebant? hæc ſermonis materia, tot inter gaudia miſcenda erat? hæc plane. Nec vlla ratione mirandum: tanto namque Chriſtus pro nobis moriendi deſiderio flagrabat, vt mortem ipſam Cruciſque ignominiam, & gaudium æſtimaret, & gloriam ſuam.

Chriſtus in transfiguratione agebat de Paſſione.

Luc. 9. 31.

Atque huc in primis facere arbitror B. Mariæ Magdalenæ Pazziæ Virginis ecſtaticæ, ſeu potius Chriſti ſponſi eius amantiſſimi, à Vin- D centio Puccinio relatum teſtimonium: Annus agebatur ſalutis noſtræ ſupra ſeſquimilleſimum octogeſimus octauus, cùm feriâ ſextâ maioris hebdomadæ, Ieſu patientis cultui præcipuè dedicatâ, tunc vero & feſto Marianæ Annuntiationis celebri, deuota hæc Deo famula in profundam horum myſteriorum contemplationem digreſſa, mira omnino de eiſdem, diuino acta ſpiritu loqueretur. O! Maria, inquiebat, ſanctiſſimæ Trinitatis voluptas, & Prophetarum ſcopus! O verbum æternum incomprehenſibile, eodem tempore te paruulum in Mariæ vtero, & in Cruce intueor. Dic mihi, ô Verbum, libentiuſne in Cruce, an in Virgineo vtero manebas? Crux in horrido monte, & in

B. Maria Magd. de Pazzi.

Quæſtio, an Chriſtus libentius fuerit in vtero Matris, an in Cruce?

ſolo

ſolo arido, & ſterili defixa erat at Mariæ vterus erat illa tam iucunda, amœna, benedicta, atque fructifera terra, quæ te fructum vitæ producere debebat. Nudus eras in vtero Mariæ, & nudus quoque, ô mi Ieſu, in cruce: in vtero Mariæ ſuper Solem pulcra erat facies tua: in cruce vero ſine pulchritudine, & decore apparebas. In vtero Mariæ omnia membra tua creſcebant & nutriebantur: at in cruce, vt ita dicam minuebantur, ex omnibus enim copioſum ſanguinē profundebas. In vtero Mariæ ſuauem illum guſtabas liquorem, qui continuè ab eius puriſſimo ac virgineo corde in os animæ tuæ ſtillabat: at in cruce felle & aceto potaris. In vtero Mariæ nobiles audiebas laudes, quas illa indeſinenter tibi promebat; at in cruce horrendas Iudæorum blaſphemias excipiebas. Quapropter dic mihi, ô Verbum? vbi libentius manebas, in vtero Mariæ, an in cruce?

In cruce, in cruce, in cruce! O diuinum reſponſum! ſuauiſſime applaudente *Bernardo*: cum dixit: *cariora illi fuere brachia crucis, quam vbera matris*. Ad quid enim in vtero Mariæ manebat, niſi vt ſuo tempore maneret in cruce? In ſinu patris recumbens, ad vterum Mariæ aſpirabat, manens in ſinu Matris aſpirabat ad crucem. Hæc vototum eius ſumma, cuius vel ſola meditatio ingenti ſolebat animum eius perfundere voluptate, quod vel tunc clariſſime patuit, dum mortem ſuam apud Ioannem non alio quam claritatis nomine voluit indigetare: *Pater*, inquiens, *clarifica Filium tuum*. Ioan. 17. 1.

Sed dicet aliquis, nunquid & crucis acerbitatem nouerat, & flagrorum, ſpinarumque tormēta expenderat? Vtique. At non ille dolores ſuos, quos pridem contempſerat, non corporis cruciatus, quos ſponte elegerat, exhorreſcebat, ſed Dei gloriam, regnique cæleſtis inſtaurationem ſpectabat, quæ ex vna illa, quam tantopere ardebat, humani generis ſalute nouerat prouentura; vnde fiebat, vt tanto gaudio perfunderetur, quoties de illis vel commemoraret, vel animo quidpiam eo ſpectans peruolueret, quantum humana mens cogitatione aſſequi poſſet. Ex quo, ſupra præclariſſimum, quod nobis reliquit exemplum, incredibilis eius bonitas, charitas, atque miſericordia manifeſtè reſplendent, vtpote qui etiam in his, quæ noſtri cauſſa paſſurus erat, tantopere ſibi voluit gratulari.

Ad ſocios autem, quos ex Limbo huc ſibi ipſe adſciuerat, quod attinet, vera eſt illa Philoſophi ſententia: *maximè iucundum eſſe iis, qui vehementer aliquid deamant, aut concupiſcunt, de eo frequenter tractare & colloqui*; quid iucundius captiuo, quam de redemptione ſua? quid gratius exſuli, quam de reditu in patriam quidpiam audire? Quare cum Moyſes, & Elias cæleſtis patriæ extorres, ad eandem pridem anhelarent, quæ illis loquendi materia acceptior, gratiorque accidere poterat, quam de morte ſummi illius Sacerdotis A diſſerere, per quam exſulibus in patriam reditus, & captiuis redemptionis pretium parabatur?

Plus dicam, cum nec à cæleſti regno ſacrum hoc oblectamenti genus, quod de fontibus paſſi Saluatoris hauriri ſolet, abeſſe pronuntiāro; pro cuius teſtimonio ad Aquilam confugiamus oportet, omnium volantium maximè ſublimem, illam, inquam, quæ ſolis arcanos radios aſſecuta, non ſub Iouis pedibus, ſed ſupra pectus Domini in cœna recubuit, Ioannem, ſcilicet, Euangeliſtam, qui poſteaquam Apocalypſeos ſuæ ca. 5. Deum nobis in throno gloriæ ſuæ conſidentem deſcripſiſſet; Agnum iuxtim adſtantem velut occiſum, ac multo ſanguine conſperſum adiunxit B, cuius ſupplicia ac mortem ſumma lætitia omnes proſequebantur, habentes ſinguli cithatas & phialas aureas plenas odoramentorum, canebantque canticum nouum dicentes: *dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem*. Dulce profectò oblectamentum, & cæleſtibus dignum: quo non aures ſolum, ſed odoratus quoque ſua perfunditur voluptate. Quibus abunde liquere arbitror non ſolum Seruatorem noſtrum Ieſum, dum mortalem hīc inter nos vitam duceret, dulci illa cruciatuum ſuorum, mortiſque commemoratione ſolitum fuiſſe ſe oblectare, ſed & cæleſtis aulæ genios, cupientes ſe in illo perpetuæ felicitatis regno, ſingulari quadam lætitia exhilarare, eorundem recordatione, iucundiſſimaque memoria reficere mentes conſueuiſſe. Apoc. 5. 12. C

Felices ter & amplius, ſi quod illi tanto Doctore faciunt in Cœlis, nos hīc, quoties recreari tutò cupimus, imitemur in terris? certi nuſquam alibi iucundius, ſecuriuſque hominis animum poſſe oblectari, quam in ea, quæ ex acerbo dulciſſima eſt patientis Domini œconomia, ibi enim cibat electos ex adipe frumenti delicatius, & de petra melle ſaturat abundantius, diuinæque dulcedinis fontes aperit copioſius, vſque adeò vt Apoſtolorum Princeps beatiſſimus Petrus, D nouella illa ſanctitatis germina, primæuos, inquam, alloquens Chriſtianos, hanc illis gaudij lætitiæque ſegetem ſufficere non dubitant, cum dixit: *Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete*, hoc eſt, explanante magno Tertulliano, *ſecundum quod communicatis*; quaſi diceret Apoſtolus, in tātum gaudendum, in quantum communicatis, menſura vnius exiſtente alterius menſura. 1. Petri. 4. 1.

Verumenim verò quantæ hīc difficultatum vmbræ, quæ formæ diſſenſionum prima facie ingerunt! neque enim rationi conſonum eſſe arbitrantur non pauci quod dicitur, in tribulationibus gaudendum eſſe. Tribulatio namque, vt aiunt, mala eſt, malum autem, quà malum, eſſe nequit gaudij, ſed odij ac doloris obiectum, vt in horto Chriſtus oſtendiſſe ſat viſus eſt. *Quomodo in tribulationibus gaudendū.*

Sed reſpondeo cum Doctore Angelico Opuſc. 18.

Digitized by Google

Duo gaudiorum genera. Affectiuum & Intellectiuum.

puſc.18. c.22. Item 1.p.q.28.a.2. Duo eſſe diſtinguenda genera gaudiorum:vnum quod Affectiuum vocitant,ſic dictum, quia effectus amoris eſt:alterum vero intellectiuum, quia intelligentiam, quæ vtilitatem, quam in obiecto inuenit,expendere ſolet,matrem agnoſcit. Iuxta quam diſtinctionem, de priore ſentio non ita promptè,ac facilè ab omnibus haberi poſſe: ſecus autem de ſecundo, quod paſſim obuium & expeditum inuenitur,non aliter ac de Euchariſtico pane,qui omnem ſapórem ſuauitatis in ſe continere dicitur, ſanctus Doctor affirmat:in quo ſcilicet, non omnes guſtant dulcedinem diuinam,per affectum deuotionis, bene autem per intellectum multæ vtilitatis, vti de medicorum pharmacis dici ſolet, non omni palato ſapere B quà dulcia,maximè vero quà ſalutaria placere:qui denique modus ille eſt,quo communicantes Chriſti paſſionibus gaudent, quotquot noui homines eſſe deſiderant,non quidem omnes gaudio affectiuo,ſed vt dixi intellectiuo,de quo potiſſimum Apoſtolus intelligendus eſt;neque ita difficulter obtinetur; & quamuis ſubinde gaudium iſtud non ita clarè atque explicitè percipiatur, perinde tamen valere certum eſt, dum homo in mediis ærumnarum fluctibus, nulla vexatus ſolicitudine, vitam omnium expertem perturbationum traducit,quod fit, dum non in cortice aut ſuperficie apparentis mali ſiſtitur,ſed ad id,quod inde natum eſt procreari, tranſitur.Et quantum hoc eſſe arbitrabimur! C ſanè tantum tamque excellens,vt nullum ei,quia ſummum, queat comparari, teſte S.Iacobo Apoſtolo cũ dixit: *omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes varias incideritis.* Eſtque enallage quantitatis, ponitur enim totum vniuerſale pro toto integro, quod ſuis partibus completur & integratur.q.d.in cruce ac tribulatione nolite triſtari,ſed gaudete, non quali quali, ſed pleno gaudio,ac ſummo;& ratio eſt,quia ſicut bonum, quod ferendo crucem comparamus,ſummum eſt,ita amor & gaudium, quo eam complectimur,debet eſſe ſimiliter ſummum; idem enim eſt,teſte S.Thoma 1.2.q.12.a.4.motus medij,& D finis. Quod in medicamentis patet, in quibus amari ſolet eâdem intenſione amoris,ſanitas, & medicina.

Iacobi 1.2.

Virum perfectius?

Et hactenus quidem de gaudio Intellectiuo. Si vero quis penitius rem hanc introſpicere deſiderans quærat, vter de duobus illis gaudiorum modis perfectior ſit, illene qui ab intellectu procedit,an verò qui ab affectu, ſeu voluntate?

Reſpondeo, eum qui priore gaudio delibutus patitur,longè alterum vitæ perfectioris gloria excedere,vtpote qui Deo ſuo ſeruiat,in veritate,id eſt puritate,ad gloriam eius, ſine vllo commodo ſuo aut lucro: deinde quia Chriſto ſimilior, qui à Patre ſe derelictum teſtatus eſt.

A Poſtremò,quia ſic maximè exercetur humilitas,cum vacando bonis operibus,ſine vllo gaudij redundantis in voluntatem ſenſu, aut alio quopiam ſolatio reſultante in ſentientem appetitum,homo ſe ipſum immolat, mentemque in ſtudio virtutum, quam profundiſſimè demittit.

Verum cum robuſtior fortaſſis hæc virtus ſit, quam vt imbecilliores quorondam humeri ferre queant,ad prima tendentibus, conſiſtere in ſecundis vino non dabitur; quare ſi quando immiſſis aduerſis, ſubire te Deus faciat crucem ſuam, & gaudio nequeas affectiuo, vt dicitur, eam amplecti,intellectiuum ſaltem concitare ne pigeat,vtilitatem, & merita inde exſurgentia B meditando aſſiduè, quibus & à ſordibus peccatorum homo expurgatur,pœnis promeritis eximitur,& quod caput eſt, omni creata affectione,iuxta triplicem hierarchicorum actuum perfectionem liberatur: crux enim patienti animo lata à peccatis emundat,à pœnis liberat, motuſque animi effrenes compeſcit,dumque id facit,ad Chriſti ſimilitudinem, non tam in præſenti vita patientis, quam in futura regnantis nouum hominem promouere non ceſſat, vnde quanta gaudiorum ſeges ſuccreſcere nata ſit,nemo eſt,qui non videt, vt Eccleſiaſticæ dictionis Tullius *Leo* Papa dicere veritus non fuerit: inter omnia Chriſti opera, nihil eſſe delectabilius, ac iucundius quam Paſſionis eius cruciſque C conſiderationem. *Quid enim*, inquiebat ille, *inter omnia opera Dei, in quibus humanæ admirationis fatigatur intentio, ita contemplationem mentis noſtræ & oblectat & ſuperat,ſicut paſſio Saluatoris.* Expertus id olim S.Bernardus,inter alia, ſic de ſeipſo ſcribebat: *Foderunt manus eius & pedes,latuſque lancea perforauerunt,& per has rimas licet mihi ſugere mel de petra,oleumque de ſaxo duriſſimo, id eſt, guſtare & videre, quam ſuaue eſt Dominus.* Serm.6. in Cant.

S. Leo.

S. Bernard. ſerm. 6. in Cant.

Et alibi: *adhæreat*, inquit, *anima mea poſt te, quia tota virtus eius pendet ex te, ad paſſionis tuæ glorioſa inſignia,in quibus ſalutem meam operatus es,totum me* D *inclino,odor enim vitæ ſpirat mihi in omnibus his.* Ser. de paſſ.

Nec mirum,cum *Beda* ſcribat cap.20.libr. de locis Sanctis: quamdiu ſacrum lignum crucis ſuper altare collocatum apertâ capsà relinqueretur, totam Eccleſiam miro odore perfundere conſueuiſſe.

Beda c. 20. de loc. Sanct.

Crux odore ſuo reficiebat præſentes.

Inuitauerat olim Heliſæus prophetarum filios ad frugale prandium,cum famulus egreſſus in agrum,vt herbas colligeret agreſtes, inuenit quaſi vitem ſilueſtrem & collegit ex ea colocynthidas agri, & reuerſus concidit in ollam pulmenti, neſciebat enim quid eſſet. Infuderunt ergo ſociis vt comederent, cumque guſtaſſent de coctione,clamauerunt, dicentes: *Mors in olla vir Dei, & non potuerunt comedere.* At ille: *afferte*, inquit, *farinam: cumque tuliſſent, miſit in ollam,&*

4. Reg 4. 39.

ait,

Digitized by Google

ait, infunde turbæ, vt comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla. 4. Reg. 4. 39.

Figura eſt. Myſterium aperiamus. Agreſti quadam & peracerba amaritudine plena eſt olla vitæ noſtræ, plena felle, & morte: *Mors in olla.* Quid amaritudinem abſterget? quid amarum abſynthium demitigabit, ac guſtui delectabile ac ſapidum reddet? Nil ſanè aliud præterquam farina corporis Chriſti pendentis in cruce.

Et cur, ſodes, Chriſti corpus farina dicitur? ſicut enim granum frumenti, vt in farinam redigi, & panis inde confici queat, mortificari, tundi, ſaxiſque molaribus conteri oportet; ita granum corporis Chriſti, ipſo met atteſtante, non contuſum modo, aut commolitum; ſed velut in ſubtiliſſimam farinam redactum fuit, vt panis inde ſapidiſſimus nobis pinſeretur, qui cum in ſe B omne delectamenti genus includat, & amaritiem vitæ præſentis temperat, & mira omnes dulcedine, quoties à nobis fideli mentis palato ſumitur, oblectat.

Et hæc Chriſti patientis ſunt gaudia; nullis, quas mundus falsò proiicit, voluptatibus ceſſura, digna quæ ſolidam, plenamque mortalibus tribuant oblectationem: Ex quibus eius, quod in lemmate poſui, Veritas patet: *Crux iam non crux eſt, omnem crucem à cruce abſtulit crucifixus.* Et ratio clara eſt: ſi namque Socrates, teſte Seneca, carcerem intrans ignominiam ipſi loco detraxit; non enim poterat carcer videri in quo Socrates erat: potiore iure id Chriſtus Dominus cum cruce, aliiſque vitæ noſtræ moleſtiis egiſſe di- C cendus eſt.

Quod vt legenti clarius fiat,

Notandum, Doctores duo potiſſimum allegare, quæ gaudium maximum homini parere poſſint: primum, ſi nouerit ſe à Deo diligi: ſecundum ſi ſpem bonam concipiat æternæ beatitudinis conſequendæ: vtrumque autem non dubiè hic inueniri.

Ad primum quod attinet, ſi oppido lætari ſoleat Regis, aut Principis alicuius miniſter, ſi intellexerit à Domino ſe diligi, cur non gaudeat magnaque ſe perfundat lætitia, quiſquis à Deo ſe videat amari? Neque enim Dei amor ſterilis eſt, aut viribus caſſus. Si Rex beneficiis cumu- D let, quem amat, quæ non effundet in eum Deus, quem diligit? Sed vbinam hæc Dei charitas in hominem ſe prodidit? vtique in cruce, & morte eius acerbiſſima, atque indigna: *commendat*, ſiquidem, *charitatem ſuam Deus in nobis, quia cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Rom. 5. Hic ſe bonum, imo optimũ, ac ſummè hominis amantem oſtendit: hic diuinus amor, qui latuerat, patuit, hîc bonitas diuina eluxit, gaudij materia ſingularis.

Rom. 5. 8.

Quis enim tam duri cordis, aut ſaxei pectoris homo ſit, qui cùm tanto ſe amoris affectu diligi videat, vt nihil tam arduum, aut triſte reperiri poſſit, quod ſui cauſſa ſusceptum non fuerit, A quo & miſerrima erutus captiuitate, & grauiſſimis debitis exſolutus, ac denique in veterem imo præſtantiorem dignitatem ſit reſtitutus; non gaudeat & incredibiliter recreetur? iuxta ſanctiſſ. æque ac prudentiſſimum dictum S. Auguſtini: *omnis conſolatio & illuminatio mentis in cruce, & per crucem.*

S. Auguſt. Manual. capit. 1.

Venio ad alterum gaudij fontem, *Spem* ſcilicet minimè dubiam & exploratam ſalutis. Nota hæc erat Apoſtolo, cum ait: *ſpe gaudentes.*

Alter gaudij fons. Rom. 12. 12.

Duo potiſſimum ſunt, quæ optare omnes ac porrò ſperare bona poſſumus, tum corpori, tum animæ mirificè profutura, quorum pars præſentem hanc vitam reſpicit, pars futuram; vniuerſa autem in cruce, eiuſque beneficio obtinenda. Ad prima quod attinet, quomodo ea non ſpe- B ret homo ab illo, qui vitam dedit & ſanguinem, plus daturus, ſi pluribus opus fuiſſet? quomodo gratiam, peccati condonationem, auxiliumque non ſperet ab eo, qui ideo mortem in cruce ſubiit, vt ea omnia nobis impetraret? quod non ignorans ſui amantiſſima ſponſi Sunamitis. *Sub vmbra*, inquiebat, *illius quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*: & bene, *qui enim proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non cum illo omnia nobis donauit?* Non ait, *donabit*, futurum tempus reſpiciens: ſed *donauit*, præterito inſiſtens: quia ita certa ſpes eſt, vt, quod futurum ſperamus, iam præſtitum reputare poſſimus.

Cant. 2. 3.

Ad altera vero bona, gloriæ ſcilicet æternæ C quod ſpectat, non poſſunt bona illa immenſa non eſſe in cruce, pro quibus filij ſanguinem Pater cæleſtis poſtulauit: nec enim iuſtus inſtitor ille ſit, qui plus exigat pretij, quam par eſt: ſanguinem filij petiit iuſtum gloriæ pretium, & accepit, gloriam itaque non negabit: *ſi cum inimici eſſemus*, inquit Paulus Rom. 5. *reconciliati ſumus per mortem filij eius, multo magis nunc ſalui erimus ab ira per ipſum.* Omnis ergo gaudij materia in cruce eſt, digna in primis, maximèque idonea, cuius Nouus homo meminerit ſemper, proponatque in principio lætitiæ ſuæ: nec deerit operi merces. Tanta autem hæc, ideoque dilucida veritas eſt, vt & Ludouici XII. Galliæ Regis oculos clariſſime illuſtrârit, atque ab eo, velut D terſiſſimo quodam ſpeculo repercuſſo lumine alios multos noua luce complerit: à morte Caroli VIII. ad regnum Franciæ euectus erat Ludouicus, cùm prioribus illis regni curis nonnihil exhauſtis, ac nonnulla ſibi quiete indulta catalogum nobilium aulicorum præſentari ſibi iuſſit, eorum præſertim, qui aliquo nomine conſpicui forent: inſpexit, & nominibus duorum ſignum crucis, hoc ſchemate † appinxit.

Rom. 5. 10.

Ludouici XII. Regis Gall. in *præfigenda cruce nominibus Nobilium quorundam inventio.*

Regio thalamo præfectus his viſis, neſcius quid portenderent, monuit illos, qui ſtatim ſiniſtrum quid ſuſpicati, fuga ſibi conſuluerunt; quod audiens Rex, ſubridens ait: neſciunt illi Alphabetum Chriſti, qui à cruce gratiam auſpicatur:

catur: ego cruce diſpeſcui nomina eorum quia volui præmiis, dignitatum titulis aliiſque eos honoribus inſignire. Ita *D. du pleix*. Nunquid vel magna hic gaudiorum ſcaturigo, ſecus atque plurimi opinabantur habita fuit? Sed figuris rem illuſtremus.

Cithara Dauidis à Saule *dæmonium pellit.*

Arreptum olim, inſeſſumque à malo ſpiritu Saulem, citharæ à Dauide percuſſæ ſonus ita recreauit, vt torquentem exeſſe Satanam, & ab homine compulerit abire.

Magna virtus! in cithara myſtica maior, quã nobis exprimit Chriſtus, neruis ac toto corpore in cruce, velut cithara extenſus, quem ſi pectine deuotæ mentis, aut linguæ ſuauitet modulantis vel myſteria in cruce latentia explicantis B leniter percuſſeris, animum ſolabitur atra bile velut nubilo obuolutum, & cacodæmonem nobis ſpem omnem incidentem expellet.

SS. Ionæ & Barachiſij *in patiendo voluptas & gaudium.*

In teſtimonium adduco nobiliſſimum par fratrum Martyrum Ionam ſcilicet & Barachiſium, quos huius citharæ dulciſſimus ſonus in ſummis etiam doloribus, moleſtiiſque, immenſum, quantum recrearit. Et quidem Ionas cum à tribus Magorum principibus interrogatus eſſet, malletne Regis Saborij iuſſis obſequi, quam vitam in atrociſſimis ſuppliciis finire, reſpondit: nunquam ego negabo Dominum meum Ieſum Chriſtum. Quapropter ira concitati magi iuſſerunt, vt lege Perſica vincirentur. Traiecto igi- C tur manus inter & crura ſpiculo, ſpinoſis è malopunica virgis diſcerpti in pruinam & glaciem fune pedibus alligato proreptantur. Rogati quomodo noctem illam tranſegiſſent, reſpondit Ionas, qui totus erat in ſanctiſſimis Chriſti vulneribus contemplandis abſorptus: principes, inquiebat, mihi credite, ego à prima natiuitatis meæ die, nullam vnquam noctem tranquilliorem, ſuauioremque mihi exſtitiſſe memini. Præſto enim mihi fuit, conſolatio vna omnium dulciſſima ex ſacroſancto illo ligno, cui affixus Dominus meus Ieſus Chriſtus ſuis liuoribus noſtros languores egregie ſanauit. *Baronius to. 3. an. 344.*

Notat hic, vti & frater, diuinæ huius citharæ potentiam, vireſque maximas, quibus vterque D vel in ſumma anxietudine ſummè fuit iucundatus: vnde veriſſime ſcripſit *S. Leo: Crux tua*, inquiens, *Domine, omnium fons benedictionũ, omniũ eſt cauſſa gratiarum: per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.* Et S. Ioan. Chryſoſtom. *O crux Chriſtianorum ſpes: reſurrectio mortuorum, deſperantium via, ſpes deſolatorum, periclitantium portus, ſenum finis, adoleſcentum pædagogus, ſcala cæli, porta paradiſi, cathedra diuinæ ſapientiæ, paradiſus deliciarum Dei: tribunal iudicantis, propitiatorium mundi, lignum vitæ, arbor vitæ æternæ.*

Gaudium in cruce. S. Leo.

S. Ioan. Chryſoſt.

S. Franciſci in cruce voluptas & gaudium.

Experimentum huius nobiliſſimum habuit *S. Franciſcus*, viua crucifixi Imago, qui cum aliquando [quod nonnunquam menſe integro du- A rabat] videndi facultate priuatus eſſet, ſederetque dies totos in tenebris; quidam è fratribus commiſeratione ductus, exiſtimans fortaſſe Franciſcum mærore oppreſſum, Patrem hortatus eſt, vt recreationis ac conſolationis ergo, iuberet pium aliquem ſibi librum prælegi, dumque exſpectaret reſponſum ſimile illi, quod Tobias ſenior olim amico repoſuit: *quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* dixit S. Pater: ex Chriſti patientis memoria tantum ſe haurire voluptatis, vt ſi ad finem vſque mundi, vitam ſibi protrahẽdam ſciret, haud aliam lectionem ad iucundiſſimam animi relaxationem eſſet deſideraturus, *libr. 1. Chron. capit.* 103.

Tob. 5. 12.

Et ita certe eſt, conſolationem parit maximam vna crucifixi memoria, cum quo nobis omnia quæcunque in cælo, quæcunque in terra appetere poſſumus, donata ſunt, *qui enim proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.* Rom. 8. 32.

Rom. 8. 32. S. Bonau. Stim. c. 4.

His affectibus rapiebatur Seraphicus Bonauentura, vtque plurimos eorundem haberet æmulatores, ita cap. 4. ſtimuli Amoris legitur eſſe locutus: *Amator crucis exultare debet, dum eius myſteria animo voluit, ac de redemptione humana, reſtauratione Angelica, & diuina clementia meditatur. De Redemptione humana per Chriſti paſſionem & mortem obtenta. Et quis quæſo non exultet & gaudeat, cum cernit ſeipſum per hanc beatiſſimam paſſionem à damnatione æterna liberatum, à culpæ ignominia, à poteſtate diabolica abſolutum?*

Quis gaudio non exultet immenſo, cum cernit Deum ipſum, tanto hominem amore complecti, vt nullis laboribus, aut ærumnis ſanctiſſimam ſubtraxerit humanitatem? non quod gaudeat de vilitate eius & paſſione; ſed de effectu illius, & amoris manifeſtatione ſingulari: adeo vt iure debeat horum contemplator immenſa exultatione efferri, cogitans ſe à Crucifixo, ſine comparatione plus diligi, quam ipſe diligat ſeipſum.

Accedit reſtauratio Angelicæ ruinæ, vnde magna nobis eſſe debet iucunditas, cum videamus per Chriſti mortem, tam nobile reparari collegium de nobis, vt fiat vnum ouile & vnus Paſtor, & ſimus omnes vnum in eo.

Ioan. 10. 16. Ioan. 17. 21.

Præcipue autem gaudere & exultare debet verus Crucifixi amator, cùm in ſupra dictis ſummã Domini, Deique noſtri Ieſu clementiam animaduertat & legat bonitatem, quæ procul dubio eſſe debet cuiuſlibet exultatio medullaris. Hactenus Bonauentura, quem feciſſe non minus quam ſcripſit, ſeraphica eius vita oſtendit. Anima enim per meditationem habitans in vulneribus patientis Chriſti, in eo habitat paradiſo, vnde immenſus voluptatis feruor exiſtit. Ideo, cùm Chriſtus in monte Thabor diſcipulis exhiberet ſpecimen quoddam lætitiæ, gloriæque æternæ, & vt Sanctus ait Chryſoſtomus homilia 57. in Matth. oſtenderet quidnam eſſet illa glo-

ria,

ria, cum qua venturus eſt, quantum capere poſſumus in hac vita, dicuntur apparuiſſe cum eo Moyſes & Elias, qui loquebantur de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem, quia nõ datur ſpecimen, aut pignus gloriæ ſine memo- Luc. 9. 31. ria paſſionis. Neque immerito Petrus dixit, *bonum eſt hic nos eſſe, faciamus hic tria tabernacula.* Quia viri ſancti in memoria Paſſionis non ſolum pignus paradiſi, ſed ipſum etiam ſibi conſtituunt paradiſum: vnde S. Bonauentura in S. Bonau. in Stim. ſtim. diuini Amoris cap. 1. *Bonum eſt*, inquit, *nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula vnum in pedibus, vnum in manibus, aliud in latere, & hic erit requies mea in ſempiternum, & hæc erit dulciſſima portio in vitam æternam.*

Aſcetes iuſſus Dei monitu reuoluere Chriſti paſſionem, omni triſtitia liberatur. Intellexerat id religioſus ille Aſcetes, de quo Ludolphus à Saxonia 2. part. de vita Chriſti, cap. 51. commemorat his verbis: cum circa conuerſionis ſuæ initia, tantis triſtitiæ fluctibus obrueretur, vt nec legendi, nec orandi, nec aliud faciendi reperiret modum: die quadam in cella ſua reſidens, incredibili penè dolore confectus, audiuit vocem deſuper intonantem: *quid hic deſides otioſus, atque in teipſo tabeſcis? ſurge illico, & meam reuolue animo paſſionem, & in amaritudine tuum euinces dolorem.* Surrexit ſtatim, & mandato morem geſſit, quo factum eſt, vt ita confeſtim ſanaretur, vt nulla deinceps animi perturbatione fuerit concuſſus. Nec mirum: nulla enim ad Chriſtiani hominis mentem piè, decenterque exhilarandam conuenientior medicina eſt, quam religioſa patientis Domini meditatio, patiliſque in eandem veritatem, ſtudiumque aſſenſio, quod eximium illum ſpi- Vincentii Caraffæ Epiſt. Conſolatoria ad ægrum. ritus magiſtrum *Vincentium Carrafam* nuper nõ latuit: ægrotabat quidam ex amicis eius, morbumque multa animi reſignatione & patientia ferebat, quem vt ſolaretur Vincentius, atque in propoſito confirmaret, in hunc ſenſum illi epiſtolam ſcripſit: *O bona Crux! ſi capis, ſapis.* Nouerat ſiquidem vir ſanctus, magnaque interioris vitæ experientia prȩditus, quanta ſoleat Deus immiſſas à ſe Cruces voluptate penſare: quod vel ab inſigni illo Chriſtianarum virtutum athleta *Henrico Suſone* potuerat hauſiſſe, cui, vt in actis eius legimus, quoties grauiores aliquæ Cruces impendebant [paſſus eſt enim omnis *Cruces Suſoni pariunt roſas.* generis] viſus eſt Dominus Ieſus in eius caput rubentes roſas depluere. Nempe Crux à Deo flores & roſas parturit ſuaueolentes.

Et has quidem delicias in Cruce inuenit, qui ceteras omnes his vnis habitis eximiis, conſtanter abiecerat, & proculcârat, *Bartholomæus Cæ-* Bartholomæus Cæſenas. *ſenas* ex Ordine S. Franciſci Capuccinorum, cui meditationis de Crucifixo ſtudium tam erat aſſiduum, vt præter diei horas, quas poſt exſoluta ſui officij munera quotidie impendebat, vniuerſas noctis horas, tribus exceptis, in earundem rerum contemplationem inſumeret. In quo tanta interdum ſpiritus voluptate perfun-

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

A debatur, vt domeſticus adiutor qui clam orantem obſeruabat, tantis diuini ſpiritus ardoribus abreptum animaduerteret, vt vultu cœleſtibus flammis ardente, Crucem obuiam, quæ in horto eminebat, amplexaretur iteratis his vocibus: *ſat eſt Domine, ſat eſt. Boterius in Annal.* vt optimo iure Bernardus cruciatibus Chriſti contemplãdis deditiſſimus, atque hinc delitiis ſpiritualibus affluens, dicere potuerit: *hæc meditari dixi ſapientiam, ex his mihi potus ſalutaris amaritudinis, ex his ſuauis vnctio conſolationis. Hæc me erigunt in aduerſis, reprimunt in ſecundis. Et inter læta, triſtiaque vitæ præſentis, via regia incedenti, tutum præbent vtrobique ducatum*: quod ſanctiſſimus ille Minorum Patriarcha *Franciſcus* in ſe pridem ex- S. Franciſc. B pertus, angelicam quoque chelyn præ hac Crucis cithara vili pendere auditus eſt, vt ille ex eius perſona cecinit:

Deſine dulciloquas ales impellere chordas,
Nam tantum nequeunt corda tenere melos.
Hac cruce ſit requies, crux hæc mihi cantet in aure,
Præſtat enim voces huius amaſſe lyræ.

Neque id vir ſanctus in ſe vno ſenſiſſe con- *In quo ſit vera lætitia ſecundum* S. Franciſcum. tentus; alijsquoque ac præcipuè F. Leoni communicauit, verba ipſa ex *Luca Wadingi Annalibus tomo 1. ad an. Chriſti* 1221 bona fide admetiar: Quamuis, inquiebat Sanctus Pater, fratres minores in omni terra dent bonum exemplum magnæ ſanctitatis, & ædificationis, ibi tamen non eſt perfecta *lætitia.*

C Et quamuis Frater Minor illuminet cæcos, contractos extendat, dæmones pellat, ſurdis auditum, claudis greſſum, mutis verbum reſtituat, & quod maius eſt, quatriduanum reſuſcitat mortuum, ibi non eſt perfecta *lætitia.*

Et ſi Frater Minor ſciret omnium gentium linguas, & omnes ſcientias & ſcripturas, ita vt ſciret prophetare & reuelare non ſolum futura, ſed etiam conſcientias aliorum, ibi non eſt perfecta *lætitia.*

Si Frater Minor loquatur lingua Angelica, & ſciat ſtellarum curſus, & virtutes herbarum, & ſint ei reuelati omnes theſauri terrarum, & ſi cognoſceret virtutes & proprietates auium, piſcium, animalium, hominum, radicum, lapidũ, D arborum, & aquarum, ibi non eſt perfecta *lætitia.*

Et ſi Frater Minor ſciret, tam ſolenniter prædicare, quod conuerteret omnes infideles ad fidem, ibi non eſt perfecta *lætitia.*

Sed quando venimus ad locum S. Mariæ de Angelis balneati pluuiâ, & frigore congelati, luto etiam deturpati & fame afflicti, & ad portam loci pulſabimus, & veniet portarius iratus dicens: qui eſtis vos? & nos dicemus ſumus duo de Fratribus veſtris, & ille è contrario diceret: imo eſtis duo ribaldi, qui itis circumquaque per mundum, pauperum eleemoſynas rapiendo, & non aperiret nobis, ſed faceret nos ſtare ad niuem & aquam, in frigore & fa-

Digitized by Google

me vſque ad noctem, tunc ſi nos tot repulſas & iniurias ſine turbatione & murmuratione tolerauerimus patienter, & cogitauerimus humiliter quod ille portarius veraciter nos cognoſcit, & quod Deus excitat linguam eius contra nos, ſcribe: quia *ibi eſt perfecta lætitia*. Et ſi nos in pulſando perſeuerauerimus, & ille portarius tamquam contra importunos, exeat contra nos & dutiſſime nos afficiat alapis, dicens: recedite hinc pultrones viliſſimi, & ite ad hoſpitale, qui enim eſtis vos? hic penitus non manducabitis: & ſi nos patienter hæc portabimus, & iniuriati cum amore pepercerimus toto corde, ſcribe; quia *ibi eſt perfecta lætitia*. Et ſi nos vndique afflicti, fame vrgente, frigore vrente, nocte inſuper appropinquante pulſabimus, clamabimus & fletu inſtabimus, vt aperiat nobis, & ille inde ſtimulatus dixerit: iſti ſunt homines procaciſſimi & proterui, & ego pacabo eos & exiens cum vno fuſte nodoſo, & capiens nos per caputium, ad terram ſuper niuem & lutum proiiciet, & taliter nos verberabit cum fuſte prædicto, quod vndique nos plagis implebit; ſi tot mala, ſi tot iniurias, & verbera cum gaudio tolleramus, conſiderantes quod pœnas Chriſti benedicti tolerare & portare debemus, ſcribe, & nota diligenter, quod *ibi eſt perfecta lætitia*. Et audi concluſionem inter omnia chariſmata S. Spiritus, quæ Chriſtus ſeruis ſuis conceſſit, & concedet, præcipuum eſt vincere ſeipſum, & libenter propter Deum & Charitatem Dei opprobria ſuſtinere. Nam in omnibus mirabilibus ſupradictis nos gloriari non poſſumus, quia non ſunt noſtra, ſed Dei: quid *enim habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis*. 1.Cor.4. Sed in Cruce tribulationis & afflictionis poſſumus gloriari, quia illud noſtrum eſt: & ideo dixit Apoſtolus: *mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini*. Gal.6.14.

1.Cor.4.

Gal.6.14.

Quæ omnia Seraphicus Pater, docente hominem propria experientia locutus eſſe non dubitatur, quem milleni de poſteris imitati reapſe, quod ille ſenſerat, experti ſunt.

S. Ignatius Loyola.

Quos inter, Minorum Patrem minimæ Societatis Iesv Conditor S.Ignatius non infeliciter ſecutus, & reapſe, quod præ ſe tulit, expertus eſt, de quo ſic Petrus Ribadeneyra lib.5. cap.10.

Tanti æſtimabat Ignatius Cruces & perſecutiones, quibus pro Chriſto fuerat vexatus atque conſtrictus, eoque numero ponebat, vt apertè diceret, ſi quæ à Deo creata ſunt, omnia, altera in parte ſtateræ collocarentur; in altera Cruces, catenæ, probra, vix illa omnia præ iſtis momentum vllum habitura apud ſe: neque verò creatam vllam naturam poſſe lætitiam talem in animo procreare, quæ æquare poſſet gaudium illud Spiritus ſancti, & puriſſimam alacritatem, quam eorum mentibus infundit

Locus paſſionis Martyrum Menſa appellatur.

A Dominus, qui multa, magnaque pro illius amore patiuntur. Atque hæc vna Sanctorum mens, ſenſuſque habitus ſemper fuit, vnde factum eſt, vt locum Paſſionis ſuorum, menſam vocarent, quod in S.Auguſtino patet, qui de morte S.Cypriani Martyris agens, locum illum, in quo paſſus fuerat, menſam Cypriani appellat.

Eadem mente ac ſpiritu repletum fuiſſe B. *Ioannem Columbinum* Ieſuatorum fundatorem quis neget? cum Paulo hic dicere poterat, *placeo in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto*: quia, vt ille, cum videret, quaſi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes, non aliter quam ſi in B medijs paradiſi gaudijs vixiſſet, gaudebat, exultabatque; ita & hic, in fornace tribulationis à flamma & fumo illæſus, inſuper lætitia tamquã rore perfuſus, in dulcia laudum cantica ſuauiter erumpebat, identidem carmen illud ingeminans: *Laudetur Ieſus Chriſtus crucifixus. Ioan. Bapt. Roſſi in triumpho diuinæ gratiæ p.4.c.10.*

S Ioannes Columbin. 2.Cor.12.

Non ventis tot, ac tempeſtatibus mare Caſpium incitari dixerim, quot animi perturbationibus ac motibus vna hominis mens ſolet agitari; quibus tamen ſedandis Crucifixi Domini effigies, vt fidus aliquod benignum ac ſalutare ſeruire omnibus conſueuit, quod vt ſuprà in variis oſtendimus, ita & ſuprema hac pagina iuuerit demonſtraſſe.

B. Iacobus de Beuania ex Ord.PP.

C Sed neque feminæ tantæ lætitiæ exſortes fuere, quam de Cruce eiuſque appendicibus ſtillantem, puro corde excipere ſtuduerunt: cuius locupletiſſimum nobis teſtimonium feret beata Virgo *Liduuina*, de qua Ioan. Brugmãnus in Vitæ illius Hiſtoria ſcribit in hunc modum: Amor Chriſti Ieſu Crucifixi & meditatio acerbiſſimæ paſſionis eius, ita creuerat in B.Lyduuina, Virgine ſane admiranda, vt nihil ei maiori eſſet ſolatio, quam in illis foraminibus, atque plagis, inſtar columbæ nidificantis, iugiter cõmorari. Eius enim vulnera & dolores acutiſſimi animam Virginis penetrarant, vt quamuis ipſa in membris ſuis ſingulis, omnis generis cruciatus vehementiſſimos pateretur, ita vt omnes, D qui eos cernerent, non poſſent non multa commiſeratione affici, eos tamen dolores pro nihilo putaret. Tota vita eius, in ijs, quæ Chriſtus in ſacra carne ſua paſſus erat, tamquam in viridario amæniſſimo, ac velut in paradiſo quodam verſabatur: his meditandis trahebat ardentiſſima ab imo pectore ſuſpiria, & ab oculis lachrymarum fundebat imbres, iiſque deficientibus guttas ſanguineas. Illas autem lachrymas Chriſti Crucifixi amore fuſas, apud familiares, ſuas roſas appellebat. part.2. vitæ c.7.

B. Liduina

Virgini Belgicæ Picardam, nomine Nicolaam, & virtute quidem hac non inferiorem adiungo, de qua Voglerus & alij 28. Maij.

Hæc, morte ſola excepta, omnes Crucifixi pœ-

B. Coleta.

pœnas atque dolores ſentire deſiderabat, & partem non infimam viſa eſt impetraſſe. Quinquaginta annis iacuit inter dolores, quaſi iubilæum doloris & mortis. Intumeſcebat, detumeſcebatque quotidie, flammas videbatur ſpirare tenerum corpus. Cancer illi pectus omne ac linguam depaſtus eſt. acceſsêre pertinaces ſtomachi, lapidiſque dolores. Et quidem feſtis maioribus, vt in Eccleſia duplex officium, ita ipſi duplex dolor. Videbatur in ſolennitatibus feſtorum totis 24 horis, quaſi in hora mortis, poſita fuiſſe in agone: & tamen quaſi cœleſti quodam dolorum hydrope plena, petebat auidiſſima inſatiabilitate, febrium genera & dolores omnes, puncturas, tumores augeri: adeo vt etiam ſummo cuipiam, & plurima inter omnes paſſo Martyri fere par in doloribus pro Chriſti amore libentiſſime ferendis dici poſſet. At vires adhæc ab altari hauriebat, nam & ſacris intererat, & ſacramento ſynaxeos reficiebatur quotidie, deuotione admirabili. Ita poſt 50 dolorum annos, pulla corporis laceri ac mortalitatis veſte exuenda, 40 totis horis, clauſis oculis iacuit; & Paſſionem Chriſti legi ſibi poſtulauit, flens acerbiſſimè, quod quaſi durum haberet Deum, qui illi non plures, non maiores dediſſet dolores pati, nihil ſe hactenus paſſam. Nunqnid hoc eſt è Cruce lætitiam oleumque ſugere de ſaxo duriſſimo?

V. Anna Bellouaca Vrſulina.

Excelluit & hic certè *Anna Bellouaca* Vrſulina, quam tantis è cruce gaudijs, ac voluptatibus perfundi ſolitam legimus, vt vel imminens eius aduentus maxima quadam iucunditate illam repleret: nunquam enim notabilis quæpiam ei Crux antè immittebatur, quam de eâdem è cœlo certior facta non eſſet, quare tunc inſolitis eam vidiſſes incedere lætitijs; de cauſa vero interrogata, reſpondebat: ſe propediem ad nuptias ituram; Crucem intelligebat, quam non multo poſt ſubitura erat, nec minore gaudio, lætitiaque poſtquam adueniſſet excipere eam portareque ſolebat. *Petrus Villebois c.8. Vitæ.*

Catharina à Ieſu Carmelitana.

Quid vero de *V. Catharina à Ieſu* Burdegalenſi Virgine Carmelitana dixerimus? tanto ſiquidem hæc amore patiendi pro Chriſto incendebatur, vt dum ab alijs moneretur, ne forte excederet, reſponderit: *quomodo? ergo pœna eſt pati pro dilecto? non, non eſt pœna ſed voluptas.* Locus namque vbi Chriſtus inuenitur Crucifixus, eſt vita mea. *In Vita.*

Margarita Hiſpaniarũ Regina Philippi 3. Coniux.

Moniali adiungo Reginam, eritque hæc illa *Margarita* quam coram Deo & angelis ſua virtus altius extulit, quam ſceptrum Hiſpaniæ & purpura hominibus celebrem reddere potuerunt: grani hæc morbo decumbere cœperat, & dolor erat grauiſſimus & longus, quod cum vna ex gynæceo prudentior notaſſet Chriſti è Cruce pendentis iconem ad ægrotantis lectum apportat, rogans, vt ab eo petere mali remiſſionem vnà ſecum non omittat. Quid Margarita? *dedecens eſt*, inquit, *Chriſtum in Cruce pendere cruciatibus plenum, me autem ab eis velle liberari*: mox vero ad Chriſtum oculos conuertens: *auge Domine dolorem exclamat & da patientiam. In orat. funeb.*

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Nunquid hoc ſapere eſt? quo plus ab eo obtineas, quam ſi mille te querelis fatiges.

S. Landrad.

Innuere id, clareque ſpõſam ſuam *Landradã*, ſanctiſſimam Virginem docuiſſe viſus eſt Dominus, cum inter orandum nocturnis horis ſubito aperiri cœlos vidit, ac recto itinere ad ſe delabi mirifici cuiuſdam operis Crucem, ac ſuper lapidem pro munere deponi, cui velut molli ceræ, eiuſdem forma ſtatim impreſſa fuit, quæ in hanc vſque diem perſeuerat: ſubſecuta vox eſt in hæc verba expreſſa: *Accipe Landrada ab immortali ſponſo hoc charitatis pignus, ipſe tibi Crucis miſit ſponſalia, qui in Cruce mortuus, reſtaurat omnia.* Ita *Theodoricus Abbas in vita.*

V. Maria Raggi.

De V. *Maria Raggi* ex Ord. S. Dominici ſcribit Ioan. Saragoſſa, tanta ſolitam ex Crucifixi Domini imagine conſpecta voluptate recreari, vt non minima ex eius occupationibus fuerit, eam oculis, quandocumque poſſet, fixis intueri. Imo, ſi vel à ſanctis, quorum apparitionibus ſubinde dignabatur, viſeretur, Crucifixi effigiem ab eis ſibi poſtulabat exhiberi, quam oculis, quam ore diſſuauiari poſſet, maiorem iſtic, quam in eorum viſione lætitiam repertura.

B. Gertrud.

Eandem artem Iſlebienſis olim edocta Gertrudis, neminem vnquam Chriſti crucifixi effigiem oculis compaſſionis aſpicere teſtabatur, quin ab ipſo pietatis oculis viciſſim reſpiceretur. Aliàs cum die quadam exaltationis S. Crucis Chriſtus ſponſæ ſuæ Gertrudi apparuiſſet, ita fere illam compellauit: attende filia, ſi, cum paucis horis in Cruce pependerim, eam nihilominus ita nobilitaui, vt iam per orbem vniuerſum ſummo in honore habeatur; quo apud me loco futurum putas, quoue in honoris gradu collocandum, in cuius animo plures annos ſedula recordatione pependero. lib.4. Inſinuat. cap.54. Atque hæc princeps illa cauſa fuit, quæ Gertrudem perpetuis Crucifixi delicijs imbutam continua voluptate perfudit.

Luſitana puella à Crucifixo iuuatur.

In oppido Santarenio, quod inter Luſitaniæ vrbes connumeratur, cum teſtem alium promiſſi à Iuuene ſibi matrimonij non haberet puella ſponſa, ſponſum ad Crucifixum nuptiarum fideiuſſorem duxit. Promiſit illic puellæ nuptias adoleſcens, at fidem poſtea feſellit. Puella rem coram magiſtratu dum agit, omnes ad Crucifixum teſtem omni acceptione maiorem in templum ducit, Crucifixum vt ſibi in anguſtijs his poſitæ ſuo teſtimonio ſuccurrat, rogat. Annuit Crucifixus, & petenti verumne eſſet iuuenem illum ſibi eſſe obſtrictum? vtramque manum è clauis crucis reuellit, atque eodẽ illo habitu, ibi hactenus perſeuerat, magnaque ab omnibus colitur religione. Nirenbergius de

V. locum Exodi 15: 25. de ligno posito in aquis amaris quas dulces reddiderunt ... Tres. de Tribul. lect. 42.

mirac. Europæ l.1.c.14. vſque adeo Crucifixus non animo ſolum mœrorem abſtergit, ſed & cauſam triſtitiæ amoliens, cordi lætitiam infundit.

CAPVT OCTAVVM.

Nouus homo Cruce, Clauis, aut quinque Vulnerum plaguncula, tamquam annulario ſigillo epiſtolas, cæteramque rem familiarem obſignat.

Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Cant.8.6.

Aſſumam te &c. ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi. Aggæi 2.24.

Cant. 8.6. — Aggæi 2. 24.

Siue vt Chaldæus vertit: *ponam te ſicut ſculpturam annuli ſuper manum.*

Beatus qui Deo ſuo tantus quantus obſignatur!

ET hoc vitæ nouitatem addecet, nouum Annulum, typumue ſignatorium cum vita noua ac Chriſtiana aſſumere, quo priuatas, publicaſque tabulas, vt fides earum conſtet, de mote, homo nouus obſignet.

Gen. 41. 42. *Pharao Ioſepho annulum ſignatorium dedit.*

Præluſit Amenophis Pharao, ille, inquam, qui fidelem ſomnij ſui interpretem Ioſephū, dum ad Proregis dignitatem, hominem prouehit, ſigillari quoque annulò è manu ſua detracto, donatum voluit, eiuſque digito inſeruit, quo omne quod obſignaret ſanctum, ratumque foret per vniuerſam terram Ægypti, vertitque Nomen & vocauit eum lingua Ægyptiaca, *Saluatorem mundi*: probè vnus intelligens, quantopere & Nominis, & Sigilli nouitas pertíneat, ad illam, quam ei contulerat, vitæ, ſtatuiſque nouitatem.

Annulorum vſus.

A quo, alijſque ſimilibus Romani acceptum hunc annulis ſignandi ritum tam auidè amplexi ſunt, vt eo non in epiſtolis ſolum vltro, citroque mittendis, aut rebus pretioſis recondendis vterentur, quin etiam cibum & potum hoc modo à rapina vindicarent, atque ipſas quoque claues communirent.

Erant itaque olim, ſicut & hodie ſigillaricij Annuli & fidei, & voluntatis humanæ ſymbola, & ſecretæ mentis indices fideliſſimi, vnde Alexander Magnus annulo ſuo Hephæſtionis ori indito, ſilentium illi hac ratione legitur imperaſſe, ne ſcilicet quas illi monſtrauerat, litteras cuipiam vulgaret.

Cum igitur, vt auctor eſt Macrobius, veteres potius ſignandi gratia, quam ſemet ornandi Annulos circumferrent, ne ſemper inertem in manu gemmam haberent, varias rerum effigies, prout cuique libitum erat, eiſdem inſculpere cœperunt: modo Deorum, Dearumque, modo hominum, animaliumque brutorum imagines effingendo, modo rei geſtæ Hiſtorias exprimendo.

An conueniat Diuorū, aliorumque effigies annulis inſculptas circumferre.

Ad diuorum autem, Diuarumque effigies quod attinet, an geſtari eas in Annulis conueniat, diffusè apud eundem Macrobium diſputat Atteius Capito, & Plutarchus in Numa, geſtauit tamen armatam Venerem Cæſar, Proſerpinæ raptum Nero, alij alias.

Frequentius vero expreſſere philoſophos, quorum inſtituta ſectabantur, ſic Stoici Zenonem, Platonem Academici, Peripatetici Ariſtotelem: atque ita Marcus Tullius Cicero lib. de finib, non in tabulis ſolum ſed in poculis & annellis, ſpectari ſolitam Romæ imaginem Epicuri teſtatur. Interdum quoque res geſtæ in iis viſebantur, ſic habuere Lucullus Ptolemæum Regem, Sylla proditionem Iugurthæ, Alexander Magnus imaginem Darij, ſed pro epiſtolis in Aſiam ab ſe deuictam; nam ſuimet icone epiſtolas in Europam, vbi non adeo vicerat, obſignauit.

Fuerunt & non raro vultus illuſtrium virorum ac feminarum adhibiti: Ita ſignauit codicillos ſuos Auguſtus imagine Alexandri, Commodus Imperator icone Amazonis, Imperatorum plerique & primores vrbis, vultu Auguſti: Iſmenias Amymonem Dauni regis filiam ſmaragdo inſculptam geſtabat. Aliquando etiam animalia, aliarumque rerum ſigna ad Sygillaricios hos typos retulerunt. Talis erat in *Pompeij* annulo *enſifer Leo*, *Sphinx* in annulo *Auguſti*, *Rana* in annulo *Mæcenatis*, non vna aliqua ex eis, quæ perpetuò coaxant, ſed ex ijs, quas inſula Seriphus educat, & aſſiduè ſilent, vt videlicet, cum eſſet à ſecretis Auguſti, omnem ſilentij fidem profiteretur. *Ancora* in *Seleuci* regis annulo, *Aquila* draconem complexa in annulo *Arij* Lacedæmonum Regis, quo ille annulo obſignauit epiſtolam ſcriptam *Oniæ* Pontifici Hebræorum. Sic denique & Hebræi, præſertim exilij tempore, vrbis Ieroſolymæ effigiem annulo ſignatorio circumferebant: quo fortaſſe ſpectat illud pſalmi 136. *Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea*, ferens nimirum in annulo tui delineationem, & formam. Pſal. 136. 5.

Fuere adhæc Romanos inter non pauci, qui in annuli pala Cor expreſſum circumferebant, vt eius ſymboli admonitu corde præſtarent: alij eodem in loco Amorem figurabant Leoni inſidentem, habeniſque iram eius moderantem, propterea quod fortia quæque Amori cedant.

Quas aliaſque formas nobilem, vt plurimum habuiſſe ſignificationem, auctor eſt Fabius Quintilianus, dum Oratorem, quem virtus nulla exornat, Sigillum raſum ac terſum nominauit, inſinuans tacite ſemper aliquam virtutis notam ſigillis imprimi conſueuiſſe.

Nec vllum fuit lapidis pretioſi genus, modo, aut ſcalpro, aut cælo incidi poſſet, quod

ab

antiquis illis intactum fuerit relictum. Soli adamanti ob indomitam, vt credebatur, duritiem parcitum; ſed hunc quo modo vitiaret, ætas etiam noſtra reperit, primuſque huius inuenti auctor celebratur Mediolanenſis quidam Iacobus Treccia, qui Philippi Hiſpaniarum Regis gentilitia inſignia Adamanti ſumma arte inſculpſit. Etſi vero omnes gemmæ ad vſum ſigillorum incidereotur aut celarentur, tres tùm maximè omnium ad hos vſus aptabantur, Achates, Onyx, & Sarda, en quod ceram non traherent, & pulcherrimè, ac ſine labe effigiem exhiberent.

Annulus Ioſephi Patriarch.

Poſtremo, vt eo, vnde cœpi, reuertar, auctor eſt ex antiquis codicibus Iacobus noſter Gretſerus l.4.c.9. in Annulo, quem Pharao rex Ægypti Ioſepho Proregi dedit, Crucem inſculptam fuiſſe, argumentum ſupremæ poteſtatis: cum interim pulchre illius regno præluderetur, qui per Crucem aſſerus erat humanum genus, atque in perpetuam nos omnes reſtiturus libertatem, cuius vnius imitationi totus hic noſter ſuſceptus eſt labor; quare ad Chriſtianos venio, è quorum cœtu nouus ſe homo eſſe non fruſtra gloriatur.

Quem autem huic Annulum dabimus vel ſignatorium typum largiemur? nullum ſanè conuenientius eo, qui ſculptum in ſe præferat crucifixum, aut Crucem.

Annulus Chriſtiani hominis. Crux ſiue Crucifixus.

Crucifixum inquam, patrem futuri ſæculi, philoſophiæ cœleſtis auctorem, Doctoremque longè abſolutiſſimum: *Crucem*, omnis felicitatis atque inuictæ poteſtatis ſignum, titulum regium, veri ferculum Salomonis.

Et ad Chriſtum Crucifixum quod attinet, quo Annulus hic noui hominis inſigniatur, multa id ſuadere videntur.

Primò, quia Chriſtus cum filius Dei ſit, ſigillum & imago eſt Patris.

Secundo, quia Verbum ſui ſimilitudinem impreſſit humanitati, puta ſuam ſcientiam, virtutem, ſanctitatem, cogitationes ſuas, locutiones, actiones, & mores.

Tertio, quia Chriſtus homo fuit ſignaculum, id eſt euidentiſſimum ſignum & teſtimonium attributorum Dei, puta, Iuſtitiæ, potentiæ, ſapientiæ, ac præſertim philanthropiæ, & amoris erga homines immenſi, quem vt oſtenderet, voluit pro eis mori.

Chriſtus ergo Crucifixus, quaſi expreſſum ſignum eſt, in quo depictum ſiue exſculptum Dei amorem conſpicimus, Iuſtitiam, Sapientiam, ac reliqua attributa.

Quarto, quia Chriſtus inſtar ſignaculi teſtatus eſt, & certos nos fecit, quænam eſſet Dei voluntas, quæ doctrina, lex, &c.

Myſticè vero, quia Chriſtus crucifixus quaſi ſigillum obſignat, & cuſtodit fideles ſuos.

Porro Sigilli huius typus Crux eſt, iuxta illud Ezech.9.4. *ſigna Tau ſuper frontes virorum gementium.* Et Apocal.7.2. *vidi alterum Angelum habentem ſignum Dei viui.* Crux enim nos communit contra omnes carnis illecebras, mundi ac dæmonum fraudes, facitque nos milites & aſſeclas Chriſti Ieſu Crucifixi; digniſſima proinde quam omnes annulo expreſſam circumferamus, quo tabularias ceras obſignemus, multo potius quam Perſæ celebri illo ſuo, cantatiſſimoque ſigillo, quod feminam capillo ſoluto præferebat, ex eo quod cum Rhodogune Darij filia capillum pectens, defectionem ciuium audiſſet, ſoluto, vt erat, crine excurrens eam ſedaſſet: Et Ieſus Rex noſter dum eſſet in accubitu ſuo, fortitudinem indutus præcinxit ſe virtute, poſitaque pro genere noſtro anima ſua, per Crucem vniuerſum orbem redemit.

Ezech. 9. 4.

R.P. Lyraus de imit. IESV patient.

Apoc. 7. 2.

Rhodogunes *vultus in Annulis quare.*

Monebat olim Chriſtianos Alexandrinus Clemens lectiſſimæ eruditionis auctor, magnique magiſter Origenis, vt ſignatorij eorum annuli idolis, nudiſque amicarum ſimulachris expurgarentur: carerent gladio, & arcu, nec impii apparerent, aut inhoneſti, carereot cyathis, & poculis, quia ſigna hæc, ijs qui temperantiæ dediti erant, minus conſentanea videbantur. Suadebat autem, vt ſigilla ipſorum referrent vel columbam, vel piſcem, vel nauem, vel lyram, vel anchoram, vel piſcatorem, quæ omnia cum virtutem ſuam vniuerſam habeant à Cruce & Crucifixo, quis mirabitur eiſdem hac in re Crucem præpoſitam, & Crucifixum? Maximè cum & hic luculentum nobis præbuiſſe exemplum viſus ſit Chriſtus, cuius imitationi omnis noſtra induſtria debet inſudare.

Cogitatum nobile ac minimè vulgare, Aquilæ volantis oraculum eſt Apocal.1.16. *Et conuerſus vidi ſimilem filio hominis, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.* Has ſeptem ſtellas in manu ſeu digitis Chriſti concipere licet, ſeptē gemmas inſtar ſtellarum, annulis totidem infixas, ſiquidem gemmę ſplendorem ſtellarum repræſentant: ſingulæ autem gemmæ ſtellatæ habebant ſtemma aliquod, ſeu ſigillum pro more inſculptum, quod aliud eſſe à Cruce non potuit, & auctor quidem hic meus eſt Ludouicus ab Alcaſar, nobilis ille Apocalypſeos interpres, addens non leue ſententiæ huic momentum ex eò, quod Crux hæc Dei viui ſignum ſit: vti & iſtud non abſimile huic, cum ibi Chriſtus Epiſcopos vocet dexteræ ſuæ annulos, aut annulorum gemmas, conuenientiſſimè adſignari poſſe Crucem pro ſigillo, quippe ſignum ſalutis humanæ, cuius inſtrumenta Epiſcopi ſunt, ſocij, & adiutores Crucifixi.

Apoc. 1. 16.

Quis nobiliſſimo hoc prouocatus exemplo tale ſibi non eligat ſigillum? eodemque ſe, ſuaque omnia fide plenus obſignet? pulcherrimo, inquam, ſigillo, & præ antiquis omnibus maximè illuſtri, & elegante. Annulus ſiquidem ſigillaricius incomparabilis, Ieſus Chriſtus Crucifixus eſt, atque huius quidem vſum tam præ-

Digitized by Google

elarum, tamque vtilem omnibus, non tam cõmendaſſe, quam vrſiſſe viſus eſt, dum ſponſi ſchemate indutus, hæc verba cæleſti melle ſtillantia ſponſæ auribus inſuſurrauit, *pone*, inquiens, *me vt ſignaculum ſuper Cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cant. 8.6. *Cant. 8.6.*

Signaculum, inquit Chryſoſtomus, Crux eſt, quia ſignat, vt ex eo liqueat nos ſeruos eſſe Ieſu Chriſti crucifixi.

Hugo Carenſis. Pulchre id, atque enucleatè complexus eſt Hugo Cardinalis Carenſis, dum præfata hæc verba *Pone me vt ſignaculum* &c. explanat, hoc modo: Volo vt mei pro te crucifixi memoriam habeas; vt per te nihil nociuum intret, aut exeat [nam quæ abſcondita eſſe cupimus, etiam ſigillo munimus] vt mihi ſoli arcanum cordis aperias; vt ſpeciei meæ in te ſimilitudo reſultet: vt mei character amoris, te ab omni alieno diſcernat; vt in caſtro meo tuum ſemper vexillum appareat.

Et optimè, mea quidem ſententia Guilielmus Beccenſis Abbas, qui anno 1170. floruit, dum ait: Imprimere mihi quaſi ſignaculo, per amorem fortiter adhærendo, vt à me quaſi ſignaculo formam accipias, vt mea ſubtili expreſſione ſimilitudinem trahas: quanta fuerit impreſſio amoris, tanta & erit expreſſio ſimilitudinis: quanto mihi fortius per amorem inhæſeris, tanto mihi ſimilior eris. Quanto te mihi impreſſeris fortius, tanto ego Chriſtus in te formabor expreſſius, & tanto tu in me reformaberis, transformaberiſque inſignius. *Ita ille:* Primum itaque hoc ſpirituale ſignaculum ex diuini ſponſi præſcripto ſuper cor locandum eſt, partem ſcilicet animi ſupremam, rationis participem, fontem, radicem, principium, ac motorem omnium, quę ſunt ac fiunt in homine: tum ipſi cordi manu valida adactum imprimendum, quod eſt dicere, memoriæ, intellectui & voluntati. Memoriæ quidem hoc ſalutare ſignum, quaſi ſigillum ſignatorium imprimit imaginem crucifixi: nam memoriæ loculos imaginum eſſe pleniſſimos, à rebus ſenſu perceptis, tamquam à ſignatoriis annulis impreſſarum, diſertiſſimè poſt Platonem docuit S. Auguſtinus, vnde ſic debemus imaginem illius ab obliuione defendere, vt nunquam à memoria excedat, aut aliquando deleatur.

Signaculū cui applicandum?

1. Memoriæ.

2. Intellectui. Deinde eſt in Intellectu imprimendum hoc ſignum, per frequentem myſteriorum meditationem, quæ includit; dulcedinis, qua perfuſum eſt; vnde fides augebitur, & magnum cognitionis lumen accedet, dicente *S. Ambroſio: pone vt ſignaculum in corde tuo, quo fides tua pleno fulgeat ſacramento.*

3. Volūtati. Tertio Voluntati admouendum eſt, vt in ea crucifixum imprimat per dilectionem. *In corde*, inquit *S. Ambroſius, vt ſemper diligamus.* *S. Ambroſ.*

At molle, tenerum, & quaſi cereum cor noſtrum eſſe debet per actuoſum deſiderium perfectionis, vt nouam crucis imaginem ab hoc ſigno, tamquam ſignatoria gemma recipiat, diuini ſcilicet amoris incrementum: niſi forte dixerimus eſſe carbunculum illum pretioſiſſimū, quo, vt S. Hieronymus opinatur, l. a prophetæ à Seraph purgatæ ſunt, quæ gemma, cum ex ea ſignatur cera, ſimul teneram efficit ob innatum calorem & ſimul obſignat ad fidem: certè de Carbunculis Carchedoniis Plinius ex Archelao tradit, ceras, ſignantibus his, liqueſcere, quamuis in opaco; tale viuidum ſignum crucis eſt, cuius impreſſione cor molleſcit & pulcherrimam gratiæ effigiem acceptat.

Vtinam nouus homo hoc ſigno Dei ac Domini ſui cordis arculam ſic obſignet, vt dona illius, ſi qua ſunt in eo recondita neque effluere, neque eripi aliquando permittat.

Corde itaque in hunc modum, totaque parte rationali ſacra crucifixi imagine per recordationem, meditationem ac dilectionem conſignata, ex facili omnia, quæ inde profluunt ac gignuntur, cogitationes, deſideria, verba, factaque imaginem crucifixi referent per imitationem: qua forte de cauſa cæleſtis ſponſus cordi & brachio tantummodò ſignaculum admoueri iuſſit, non ori, quamuis ex *Gregorio Nyſſeno* tria ſint, quæ Chriſtiani vitam declarant atque diſtinguunt, *Actio, ſermo, & cogitatio*, nam corde ſigillato imagine crucis, ſeu crucifixi, verba quoque eandem notam ferent. Et hoc quidem nomine commendariſſimum refert Thomas Cantipratenſis fuiſſe, Voluandum Priorem ordinis Fratrum Prædicatorum in vrbe Argentinenſi, qui ſemper ferè, ſiue gradiens, ſiue ſtans, ſiue ſedens pollice ſignum S. Crucis in pectore depingebat: contigit autem hunc Moguntiæ infirmari, morboque ingraueſcente mori, quare poſt annos multos dum corpore exhumato, oſſa, vt transferrentur Argentinam, diligentius abluerēt, repertum eſt os pectoris, cui ex vtraque parte cohærent coſtæ, ſuperius cruce operoſiſſima inſignitum: erat autem crux [vt ipſe ad hanc videndam quadraginta milliaribus laboraui, & lætus vidi oculis meis] in oſſis medio, ex ſubſtantia oſſea ad ſpiſsitudinem euidentiſsimam eleuata, tribus ſuperioribus brachiis æqualis longitudinis, & inferiori brachio decentiſsimè longiori: extremitates vero trium brachiorum ſuperiorum inſtar repandi lilij recuruatas, & brachium infenus, quaſi trunco deberet infigi, exacuatum habebat. Quid ſigno corporeæ Crucis in oſſe pectoris, niſi mortis Chriſti in mente prius impreſſa ſtigmata paſſionis? & quid in foliis repandi lilij in crucis extremitatibus deſignatur, niſi mundiſsimæ caſtitatis inſigne, quod cum memoria mortis Chriſti, fixum gerebat in carne? Os vero illud, cui in Voluandi pectore inſculpta crux viſebatur, medici os furculæ, ſcutum cordis, os ſternum appellant, nominibus ab hoc noſtro inſtituto non alienis. Porro rem hanc plures alij quoque deſcribunt, vt ſunt An-

tonius

tonius Senenſis, Gerardus Lemouicenſis, Plodius, Maluenda &c.

Poſtremo, cum ſignaculum ſuper brachium poni deſiderat, potentias omnes actiuas, cum omnibus actibus earum ſignandas innuit: ad quod faciendum nos veterum Chriſtianorum pietas inuitat, qui vel in ipſis manibus ac brachiis Crucem religionis cauſa inurebant, de quo

Iſaiæ 44.5. Procopius explicans verba illa Iſaiæ cap. 44. 5. *& hic ſcribet manu ſua Domino*, ſic loquitur: quod autem manu dixit, id forſan adiecit, quod ſignū crucis permulti in palmis & brachiis ſibi inuſturi eſſent: vel certè arcano quodam ac ſpirituali modo expreſſuri, quod à morte nonnunquam Deo ſic diſponente, manifeſtè apparuit, vt de nobiliſſimo Iuuene Contrado Henrici Imperatoris filio Annales tradunt, in cuius iam exanimis brachio, ſignaculum crucis ſubitò apparere viſum fuit.

S.Ambr. Idem nobis, ſed ſpiritualiter exequendum multis commendat Ambroſius, quibus nouo homini proponit, vt in operibus, ac factis crucifixi imaginem, characterem, inquam, regium exprimere non omittat: vnde factum eſt, vt electis ex palā ſignatoria gentilitiis emblematis, non nulli homines crucis aut crucifixi typos annularibus gemmis inſculpere non dubitarint, quibus epiſtolas, vltimæ voluntatis actus, teſtamentarios codicillos, ſimiliaque inſtrumenta communirent, de quo *Ioan. Chryſoſtomus* homilia de Ve-

S Ioan. Chryſoſt. nerat. S. Crucis ſcripſiſſe legitur his verbis: *Signaculum crux appellata eſt, quod teſtamenta & ſtatuta diuina omnia, quæ accepimus, hoc quaſi ſigno quodam regio, & annulo obſignamus.* Quare Nouo homini inprimis ſuadendum eſt, vt cum tabulas vltimæ voluntatis conficit, crucem præfigat, cruce claudat, cruce obſignet, ſi eas in tuto eſſe velit, & à rapacibus hæredipetarum vnguibus ſecuras: vt iam paſſim videre eſt bene inſtitutos Catholicos teſtamenta ſua ita formare, ipſoſque notarios vltimarum voluntatum tabulas e cruce, calamo expreſſa inſignire, veluti res ipſas Deus ita diſpoſuiſſe videatur, vt nihil pœne ſerium, vel quod multum referre videatur ſine crucis figurà, ſiue imaginis eiuſdem interuentu homo facere queat, de quo *S. Iuſtinus* Martyr, ſacerque

S. Iuſtinus. Philoſophus inprimis audiendus eſt qui ad gentiles pro Chriſtianis ſcribens, ſic loquitur: *Conſiderate vobiſcum res in ordine cunctas, an abſque forma iſta crucis adminiſtrarie quidquam, aut commercium aliquod habere homines queant? Mare certè non ſcinditur, niſi trophæum hoc, quod antenna ſiue velum vocatur in naui integrum maneat. Terra abſque hoc non aratur. Foſſores autem opus non faciunt, neque itidem manuarij artifices, niſi figuram hanc habentibus inſtrumentis.*

Origenes hom 8. Nec minus accuratè, aut diligenter id etiam conſiderarunt, atque his verbis expendit Origenes homilia 8. è diuerſis: *Antennæ nauium, velorum cornua ſub figura noſtra crucis volitant. Aues quoque ipſæ quando in ſuperiora obuoluuntur, & pendent per aëra, extenſis alis imitantur crucem.*

Vnde credibile eſt Sanctos Apoſtolos piam hanc atque laudabilem cruces in titulos erigendi conſuetudinem in locis, vbi in Dei honorem extruendæ erant Eccleſiæ, introduxiſſe, velut terram hoc impreſſo ſignaculo, diuino cultui dedicarent: à qua crucis erectione in Titulum, mos ille poſtea introductus eſt, qui antiquitus longo tempore perdurauit, Titulos nimirum appellandi Eccleſias, quæ à Chriſti fidelibus erant exſtructæ, ſigni nomen & vocabulum tribuentibus Signato. Quod ad prophanas quoque res hoc impreſſo ſignaculo communiendas tranſiuiſſe inuenitur, cum non in ipſo actu tantum comedendi atque bibendi, priſci illi Chriſtiani crucis ſigno epulas ſignabant; ſed etiam cum panem ipſum pinſerent, ſingulis panibus S. Crucis ſignum, & imaginem ſigillo quodam, typoque imprimebant: cuius præ conſuetudinis lucu- lentiſſimum teſtimonium ad hanc vſque diem perhibent antiquiſſimæ illæ picturæ, quæ in SS. Martyrum cæmeteriis extra Romanæ vrbis mœnia defoſſis, inueniuntur. Quapropter nulli mirum eſſe debeat ſummos Pontifices Chriſti Ieſu vicarios à primis illis Eccleſiæ incunabulis, Apoſtolica diplomata, bullaſque Pontificias ectypo crucis ſigillo obſignare cœpiſſe, quemadmodum de Hilaro, Hadriano primo, Paſchale, Seuerino, Ioanne quarto, Siſinnio, nuper Franciſcus Franchinus Tauianus prolatis ex muſæo ſuo illorum tabulariis ſignis, teſtatum reliquit, quos alij deinceps ſecuti Pontifices, in hanc vſque diem ſigillari cruce ſolennes litteras conſignarunt: quorum exemplo variæ religioſorum Ordinum familiæ incitatæ tum cruce, tum alio parientis Domini ectypo palas ſuas ſignatorias inſigniuerunt. De Minoribus auctor eſt Zacharias Bouerius, antiquum Ordinis ſigillum exhibere S. Franciſcum, manu Crucem præferentem. Franciſcus Franchin.

De Societate Ieſu aperta nobis res eſt crucē ab ea ſanctiſſimo Nomini Ieſu inſiſtentem pro familiari ſigillo vſurpari, quo res omnes ſuas de more obſignet: vnde factum arbitror ex Societate cumplures virtute, doctrinaque eximios nunquam familiaribus litteris proprium Nomen ſubſcribere, quin prius S. Crucis ſignum calamo exararint, in quo præ ceteris excelluit R. P. Mutij Vitelleſci Præpoſiti generalis ſexti memoranda pietas, cui ſolenne erat epiſtolis omnibus, quas Hebdomadis ſingulis plures, quam alius orbe toto negotioſiſſimus mercator, in diuerſas orbis partes miſſitabat, antè crucis ſignum calamo inſcribere, quam nomen proprium ſubnotaret. An vt omnibus ad quos ſcribebat crucis memoriam renouaret? An, ſi læta eſſent reſponſa, moneret tacitè lætitiam inde orituram crucis recordatione temperandam? An ſi triſtia forent, crucis obiectu ſuſtinenda? &

Româ quoque exſpectandam crucem, quam ibi primus Ordinis conditor Ignatius prævidit, ſed, Chriſto *propitio*, leuiorem inuenit.

Mutius Vitelleſcus *Crucem ſyngrapha præponit. Item* Vincentius Caraffa. *Item* B. Aloyſius.

Secutus Mutium non tam officij dignitate, quam crucis amore Vincentius Carrafa fuit, vir vnus patientis Ieſu ſtudioſiſſimus qui litteras ſuas eodem ſigno potius, quam proprio nomine conſignauit, zelo non minore, aut affectu, quam feciſſe potuit anteceſſor.

Norat id ac clare perſpexerat B. Aloyſius Gonzaga, qui poſtremis ſuis, quas paucis ante diebus, quam ex hac vita decederet, ad matrem literas dabat, non proprium nomen, ſed crucis ſignum ſubſcripſit: vt Ceparius auctor eſt.

Conſtant. Magn.

Sed quid de Conſtantino Magno, illo, Chriſtianæ libertatis auſpice dixerimus? qui poſtquam vnde genitalis auxilio, ſuperioris æui labe deterſa, cælitus iam ſpiritu hauſto in nouum ſe hominem conuerſum aduertit, quid hac in parte non fecit? quibus triumphale hoc ſignũ, vt ectypon Cæſarei ſtemmatis ſigillum non impreſſit? iam labaro id ſigniſque militaribus adhibendo, iam laureis, & coronis præfigendo, iam numiſmatis exprimendo. Norat ſapientiſſimus Imperator, & reapſe expertus erat, nullo ſigno tutius, nullo ſecurius Romanum poſſe conſiſtere Imperium, quam quod Orbis Seruator ſua morte ſacrauerat, ac paulo ante collapſis iam rebus ſpoponderat in tutelam.

Patrem ſecutus eſt filius, Conſtantius Conſtantinum ceterique ad hanc noſtram ætatem non pauci Reges, Principes, Dynaſtæ: Reſpublicæ, vrbeſque plurimæ ſigillo ſuo publico nobiliſſimum hoc ſignum inſerendo, quo ſolennes litteras, pactaque conuenta cælo applaudente conſignent, quales in Hiſpania Carauacenſis, Baëzana, aliæque clariſſimæ ſimul ac florentiſſimæ ciuitates.

Nec vitæ priuatæ homines defuerunt, quibus & ſingularis in crucem Domini pietas, & præclara maiorum exempla, imitandi anſam præbuerunt.

Macrinæ *pietas in crucem.*

Laudat Sororem Macrinam *S. Gregorius Nyſſenus*, dum iam à Veſtiaria nobili matrona corpus eius ad ſepulturam pararetur, repertum apud eam annulum, non illum aureum, ſed ferreum, non gemmam pala includentem, ſed crucis ſignum, quo vel ſua obſignare, vel ſe tutam contra malignos dæmonũ aſſultus pia virgo ſolita fuerat cuſtodire. Vnum hunc *Gregorius*, in priſtini amoris quo ſororẽ complexus fuerat, tulit mnemoſynon, & paris, quod credi poteſt, vſum pietatis.

Abrahamus Gorlæus Dactylothecæ ſuæ ca. 42. eius quoque generis anuulum ſigillaricium æreum recenſet, cum gemma onychina, in qua inciſæ ſunt ſpicæ duæ, atque in medio, earum crux, in miniſterium ſacræ, vt arbitratur, œconomiæ præparatum.

Ioanna Luſitanica.

Quid autem de ſacro illo *Ioannæ Principis Luſitanicæ* Sigillo dicemus? quæ poſteaquam vanis huius mundi illecebris, pompiſque nuntium miſiſſet, auitis ſtemmatis, atque inſignibus abdicatis Coronam ſpineam elegit, qua & litteras ſuas, rem domeſticam, aliaque donaria quæ templis, aliiſque cænobiis faciebat, ſignare ſolita erat: vtque perpetuò ſigillum hoc ad manum haberet, collo appenſum geſtabat. *Ioan. à S. Maria c. 2.*

Annulus S. Birgittæ.

Annulum B Birgittæ præterire nefas, in cuius palatum quinque Chriſti Seruatoris vulnera, tum Corona ſpinea, tum verò crux ipſa à leone ſuſtentata graphicè inciſa videbantur: pio ſanè inuento, quo ſancta illa vidua quid animo volueret, quid eis, quibuſcum verſabatur obiectum vellet ſatis ſuperque explicabat.

S Franciſc. *rubra cruce inſignis naſcitur.*

Sed parum eſt codicillos, remque omnem œconomicam eiuſcemodi typo obſignare, ipſemet homo nouus, tamquam proprium atque præcipuum crucifixi peculium, emblematico hoc venit ſymbolo inſcribendus. Et præiuiſſe hic quidem ille, qui hominem condidit, viſus Dominus fuit: vbi primum ſibi vindicare meritò locum S. Franciſcus Aſſiſias poteſt, quem ſibi Crucique ſuæ arctioris obſequij & ſanctioris ſacramenti clientem, etiam antequam naſceretur, deſponderat Deus; hic itaque mundo naſcens, non vti pullus onagri liber in hanc lucem prodiuit, ſed rubea cruce inſignis, cui foret militaturus oſtendit.

S. Rochus *ſimiliter.*

Alter fuit S. Rochus loco perilluſtri in Galliis natus, qui portentoſa cruce variis coloribus diſtincta à matre rubens, hanc vitæ vſuram accepit, ac plurimos deinde magna omnium admiratione, ſanitati eodem ſigno reſtituit.

S. Humb. *ab Angelo cruce inſignitur.*

Floruit adhæc Chilperici Regis Francorum temporibus S. Humbertus, claro genere oriundus, clarior ipſe S. Crucis ſtudio, cultuque futurus: Romam namque pietatis cauſſa profectus, dum in æde S. Petri Apoſtolorum Principis orationibus inſiſteret, de cælo adfuit Angelus, qui ſuper verticem precantis ſignum crucis Dominicæ, multis id è populo ſpectantibus, impreſſit. Cum autem inde digreſſus B. Amandum viſendi ſtudio Gallias repeteret, monitus ab Angelo Amandus fuit, diligenter vti aduerteret, cuius ſignum Humbertus geſtaret in capite, cui non multo poſt victima is eſſet futurus. *Surius, Harzus & c. ad 6. Sept.*

De laudatiſſimo Antiſtite Auſberto auctor eſt Surius, crucis ſigillum, quod ſemper cordi impreſſum, dum viueret, geſtarat, roſæ inſtar purpureæ in brachio poſt mortem apparuiſſe, quod & de Iuliana Falconeria tradunt Annales Seruitarum, ſcilicet, in pectore illius, imaginem Chriſti crucifixi perſpicue prominuiſſe.

Comites Habsburg. *cruce inſignes naſcuntur.*

De Comitibus verò Habsburgicis auctor eſt Felix Fabri in hiſt. eos ab vtero matris crucem auream in dorſo referre, hoc eſt pilos fulgidos in eiuſmodi formam diſpoſitos repræſentare.

Atque ita Deus, quo præeunte, nihil mirum ſi nouus

Digitized by Google

ſi nouus homo, quod feciſſe Dominum neſciſſe non poterat, & ipſe in ſe voluerit imitari, iuxta
Iſaiæ 44.5. Euangelici Vatis nobiliſſ. prophetiam cap. 44. 5. *Iſte dicet, Domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcribet in manu ſua: Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur.* Recte: omnis nãque Chri-
Plato li. 7. de leg. ſti actio, eſt noſtra inſtructio, nam, vt bene *Plato* lib. 7. de legib. *homo eſt Dei pægnion*, id eſt, ludus, & oblectatio: quia in eo ſita eſt hominis fœlicitas, vt Deum oblectet, illique quoad fieri poteſt mores ſuos aſſimilet, ad quod cùm prodeſſe ſoleat non parum ſimilitudine aliqua, effigie, aut charactere eidem conſignari, nil mirum id ab ho-
Veteres Chriſtiani in Africa, ſiue Alarues. mine tantopere ambiri. Ita in Africa, qui à veteribus Chriſtianis deſcendunt, & à Mauris ſeparati in montibus habitant, crucem in brachio impreſſam, quaſi ſignum Chriſtianiſmi gerunt, cetera rudes. Illud autem Luſitanis oſtendunt cum Arzillam, Azamorem, aliaſque eorum in Africa vrbes accedunt, vt ab eis Chriſtiano ritu, legibuſque inſtituantur. Luſitani vocant eos Alarues, quaſi Afros genuinos, ceteros autem vocant Mauros.

Equites S. Sepulchri. Ita quoque Equites Hieroſolymitani ſepulchri, crucem vnam maiorem cum quatuor minoribus brachio inuſtam, ſiue impreſſam indelebiliter geſtant, quo moneantur mouere brachia & manus exercere, quoties de crucis, aut crucifixi honore agendum eſt. *Quareſmius.*

De Chriſtiano quodam Neophyto, viro inter ſuos apprimè nobili, tradit ex hiſtoriis Indicis Florimundus Remondus in Antichriſto: dum crucem è collo pendulam, vti conſueuerat, aut alitercumque geſtare deinceps prohiberetur, eius ſignum nouaculâ brachio incidiſſe, & neſcio quo herbarum ſucco depictam ad mortem vſque ferre perſeueraſſe.

Fuit anno CIↃ. IↃ. LXXXI. Moguntiæ è Parthenia Sodalitate non nemo qui ad perpetuam crucis Chriſti memoriam, ſimul & præſentem doloris ſenſum, accepto ferro, notam ſibi crucis inuſſit, eamque inſculptam geſſit in pectore, quã multo ante iam inſculpſerat menti.

Olim Abaſſini, vt Paulus Venetus refert lib. 3. c. 43. Chriſtum patientem in fronte ſibi adeò impreſſum gerebant, vt primo occurrentium aſpectu Chriſtiani agnoſcerentur. Cum enim Chriſti baptiſmate luſtrabantur, aurea illis in fronte crux imprimebatur, vt oſtenderent ſemper ſe victuros memores, quo auro, quo ſanguine, qua cruce redempti forent.

Afri nigram crucem depingunt in Maxilla.

Iaponi ſacris aquis luſtrati calente ferro crucem faciei inurunt.

Sed forte principum feminarum, quaſi in alieno ſolo prouenientis piæ fortitudinis ac tolerantiæ maior erit admiratio, quippe, quarum ſupra ſexus imbecillitatem, fortunæ etiam indulgentia molliſſimè altis animo, frangat. Sed quas minimè robuſto huic amoris

A pares opinamur, adeo confirmat pietas ac patientia, vt victorias triumphoſque deportent. Huc adſit proinde nitidiſſimum coronæ Gallicæ lilium, adſit Radegundis, Regis filia, Regi nupta, cuius animo verè regio, dum inter delicias eſurit, inter falerna ſitit, purpuram cilicio ſuffulcit, tergemino torque, ſed ferreo, ſuperbit, nunquam potuit fieri ſatis, donec amori ſed magno, atque mirifico ipſa maior ac mirabilior litaſſet; manum itaque armat, æneam candentemque plus à ſuis quam alienis ignibus Chriſti patientis ſeu crucifixi effigiem corpori ſuo dum cordi cupit inurit. Falleris Radegundis, ſi animo inſculptum necdum credis, inde prototypon manus ſunt mutuatæ. Nimirum ſic Deo B tanta quanta es, obſignaris. Ex Surio. **Radegund. Reginæ.**

Virgini Viduam ex eodem regno ſubiungo Ioannam Franciſcam Fremiot, olim Dynaſtæ Chantalio nuptam, quam dum nobilis ac diues Procus ad ſecundas nuptias ſolicitaret, diuinus Amor modum inuenit, quo fugare eum & potiri victoria poſſet: non vt ille antiquus qui verba ſua, ſermoneſque optabat plumbi lamina vel celte inſculpi in ſilice, vt vel hac denique ratione memoriam eorum conſeruaret; ſed à cæleſti ſponſo inſtructa, velut altera quædam Sunamitis, ita ſe magni Franciſci de Sales ſpiritualem filiam primogenitam profeſſa, vt tanto profundius cordi ſuo æternum verbum pro nobis paſſum imprimeret, candenti ferro ſacratiſſimum C Ieſu nomen ſuo pectori tam profundè inuſſit, vt vitæ periculum adiiſſet, niſi morte fortior amor obſtitiſſet. Hoc itaque præclariſſimo ſigillo Vidua noſtra obſignata, ſtillantem è vulnere ſanguinem excipiens, eodem vidualis ſuæ caſtitatis votum, quod dudum ante conceperat, expreſſit. *Henricus de Maupas Epiſc. Anicienſis in Vita.* **Ioanna Fremiot.**

Et hæc beati huius Sigilli miracula, quibus nouus homo in rem & peculium tranſit Redemptoris, beatus & omni laude, præconioque digniſſimus, ſi quod optimè ſuſcepit, abiecerit nunquam.

CAPVT NONVM.

D *Perpetua noui hominis Medicina Mortis Domini in Euchariſtica menſa commemoratio.*

Hoc facite in meam commemorationem. 1. Corint. 11. 25. **1. Cor. 11. 25.**

Inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Ib.

Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ioan. 6. 50. **Ioan. 6. 50.**

Schola Crucis Officina eſt Medici.

EST ea mortalis hominis infelix conditio, quam fatalis quædam calamitas identidem ſolet

Romã quoque exſpectandam crucem, quam ibi primus Ordinis conditor Ignatius præuidit, ſed, Chriſto *propitio*, leuiorem inuenit.

Mutius Vitelleſcus *Crucem ſyngrapha præponit.* *Item* Vincentius Caraffa. *Item* B. Aloyſius.

Secutus Mutium non tam officij dignitate, quam crucis amore Vincentius Carrafa fuit, vir vnus patientis Ieſu ſtudioſiſſimus qui litteras ſuas eodem ſigno potius, quam proprio nomine conſignauit, zelo non minore, aut affectu, quam feciſſe potuit anteceſſor.

Norat id ac clare perſpexerat B. Aloyſius Gonzaga, qui poſtremis ſuis, quas paucis ante diebus, quam ex hac vita decederet, ad matrem literas dabat, non proprium nomen, ſed crucis ſignum ſubſcripſit: vt Ceparius auctor eſt.

Conſtant. Magn.

Sed quid de Conſtantino Magno, illo, Chriſtianæ libertatis auſpice dixerimus? qui poſtquam vnde genitalis auxilio, ſuperioris æui labe deterſa, cælitus iam ſpiritu hauſto in nouum ſe hominem conuerſum aduertit, quid hac in parte non fecit? quibus triumphale hoc ſignũ, vt ectypon Cæſarei ſtemmatis ſigillum non impreſſit? iam labaro id ſigniſque militaribus adhibendo, iam laureis, & coronis præfigendo, iam numiſmatis exprimendo. Norat ſapientiſſimus Imperator, & reapſe expertus erat, nullo ſigno tutius, nullo ſecurius Romanum poſſe conſiſtere Imperium, quam quod Orbis Seruator ſua morte ſacrauerat, ac paulo ante collapſis iam rebus ſpoponderat in tutelam.

Patrem ſecutus eſt filius, Conſtantius Conſtantinum ceterique ad hanc noſtram ætatem non pauci Reges, Principes, Dynaſtæ: Reſpublicæ, vrbeſque plurimæ ſigillo ſuo publico nobiliſſimum hoc ſignum inſerendo, quo ſolennes litteras, pactaque conuenta cælo applaudente conſignent, quales in Hiſpania Carauacenſis, Baëzana, aliæque clariſſimæ ſimul ac florentiſſimæ ciuitates.

Nec vitæ priuatæ homines defuerunt, quibus & ſingularis in crucem Domini pietas, & præclara maiorum exempla, imitandi anſam præbuerunt.

Macrinæ *pietas in crucem.*

Laudat Sororem Macrinam *S. Gregorius Nyſſenus*, dum iam à Veſtiana nobili matrona corpus eius ad ſepulturam pararetur, repertum apud eam annulum, non illum aureum, ſed ferreum, non gemmam pala includentem, ſed crucis ſignum, quo vel ſua obſignare, vel ſe tutam contra malignos dæmonũ aſſultus pia virgo ſolita fuerat cuſtodire. Vnum hunc *Gregorius*, in priſtini amoris quo ſororẽ complexus fuerat, tulit mnemoſynon, & paris, quod credi poteſt, vſum pietatis.

Abrahamus Gorlæus Dactylothecæ ſuæ ca. 42. eius quoque generis annulum ſigillaricium æreum recenſet, cum gemma onychina, in qua inciſæ ſunt ſpicæ duæ, atque in medio earum crux, in miniſterium ſacræ, vt arbitratur, æconomiæ præparatum.

Ioanna Luſitanica.

Quid autem de ſacro illo *Ioannæ Principis Lu-* A *ſitanicæ* Sigillo dicemus? quæ poſteaquam vanis huius mundi illecebris, pompiſque nuntium miſiſſet, auitis ſtemmatis, atque inſignibus abdicatis Coronam ſpineam elegit, qua & litteras ſuas, rem domeſticam, aliaque donaria quæ templis, aliiſque cænobiis faciebat, ſignare ſolita erat: vtque perpetuò ſigillum hoc ad manum haberet, collo appenſum geſtabat. *Ioan. à S. Maria c. 2.*

Annulus S. Birgittæ.

Annulum B. Birgittæ præterire nefas, in cuius palâtum quinque Chriſti Seruatoris vulnera, tum Corona ſpinea, tum verò crux ipſa à leone ſuſtentata graphicè inciſa videbantur: pio ſanè inuento, quo ſancta illa vidua quid animo volueret, quid eis, quibuſcum verſabatur obie- B ctum vellet ſatis ſuperque explicabat.

S. Franciſc. *rubra cruce inſignis naſcitur.*

Sed parum eſt codicillos, remque omnem æconomicam einſcemodi typo obſignare, ipſemet homo nouus, tamquam proprium atque præcipuum crucifixi peculium, emblematico hoc venit ſymbolo inſcribendus. Et præiuiſſe hîc quidem ille, qui hominem condidit, viſus Dominus fuit: vbi primum ſibi vindicare meritò locum S. Franciſcus Aſſiſias poteſt, quem ſibi Crucique ſuæ arctioris obſequij & ſanctioris ſacramenti clientem, etiam antequam naſceretur, deſponderat Deus; hic itaque mundo naſcens, non vti pullus onagri liber in hanc lucem prodiuit, ſed rubea cruce inſignis, cui foret mi- C litaturus oſtendit.

S. Rochus *ſimiliter.*

Alter fuit S. Rochus loco perilluſtri in Galliis natus, qui portentoſa cruce variis coloribus diſtincta à matre rubens, hanc vitæ vſuram accepit, ac plurimos deinde magna omnium admiratione, ſanitati eodem ſigno reſtituit.

S. Humb. ab Angelo *cruce inſignitur.*

Floruit adhæc Chilperici Regis Francorum temporibus S. Humbertus, claro genere oriundus, clarior ipſe S. Crucis ſtudio, cultuque futurus: Romam namque pietatis cauſſa profectus, dum in æde S. Petri Apoſtolorum Principis orationibus inſiſteret, de cælo adfuit Angelus, qui ſuper verticem precantis ſignum crucis Dominicæ, multis id è populo ſpectantibus, impreſſit. Cum autem inde digreſſus B. Amandum viſendi ſtudio Gallias repeteret, monitus ab Angelo Amandus fuit, diligenter vti aduer- D teret, cuius ſignum Humbertus geſtaret in capite, cui non multo poſt victima is eſſet futurus. *Surius, Hareus &c. ad 6. Sept.*

De laudatiſſimo Antiſtite Ausberto auctor eſt Surius, crucis ſigillum, quod ſemper cordi impreſſum, dum viueret, geſtarat, roſæ inſtar purpureæ in brachio poſt mortem apparuiſſe. quod & de Iuliana Falconeria tradunt Annales Seruitarum, ſcilicet, in pectore illius, imaginem Chriſti crucifixi perſpicue prominuiſſe.

Comites Habsburg. *cruce inſignes naſcuntur.*

De Comitibus verò Habsburgicis auctor eſt Felix Fabri in hiſt. eos ab vtero matris crucem auream in dorſo referre, hoc eſt pilos fulgidos in eiuſmodi formam diſpoſitos repræſentare.

Atque ita Deus, quo præeunte, nihil mirum

ſi nouus

ſi nouus homo, quod feciſſe Dominum neſciſſe non poterat, & ipſe in ſe voluerit imitari, iuxta Euangelici Vatis nobiliſſ. prophetiam cap. 44. 5. *Iſte dicet, Domini ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcribet in manu ſua: Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur.* Recte: omnis nãque Chriſti actio, eſt noſtra inſtructio, nam, vt bene *Plato* lib. 7. de legib. *homo eſt Dei pægnion*, id eſt, ludus, & oblectatio: quia in eo ſita eſt hominis felicitas, vt Deum oblectet, illique quoad fieri poteſt mores ſuos aſſimilet, ad quod cùm prodeſſe ſoleat non parum ſimilitudine aliqua, effigie, aut charactere eidem conſignari, nil mirum id ab homine tantopere ambiri. Ita in Africa, qui à veteribus Chriſtianis deſcendunt, & à Mauris ſeparati in montibus habitant, crucem in brachio impreſſam, quaſi ſignum Chriſtianiſmi gerunt, cetera rudes. Illud autem Luſitanis oſtendunt cum Arzillam, Azamorem, aliaſque eorum in Africa vrbes accedunt, vt ab eis Chriſtiano ritu, legibuſque inſtituantur. Luſitani vocant eos Alarues, quaſi Afros genuinos, ceteros autem vocant Mauros.

Iſaiæ 44. 5.

Plato li. 7. de leg.

Veteres Chriſtiani in Africa, ſiue Alarues.

Ita quoque Equites Hieroſolymitani ſepulchri, crucem vnam maiorem cum quatuor minoribus brachio inuſtam, ſiue impreſſam indelebiliter geſtant, quo moneantur mouere brachia & manus exercere, quoties de crucis, aut crucifixi honore agendum eſt. *Quareſmius.*

Equites S. Sepulchri.

De Chriſtiano quodam Neophyto, viro inter ſuos apprimè nobili, tradit ex hiſtoriis Indicis Florimundus Remondus in Antichriſto: dum crucem è collo pendulam, vti conſueuerat, aut alitercumque geſtare deinceps prohiberetur, eius ſignum nouaculâ brachio incidiſſe, & neſcio quo herbarum ſucco depictam ad mortem vſque ferre perſeueraſſe.

Fuit anno CIↃ. D. LXXXI. Moguntiæ è Parthenia Sodalitate non nemo qui ad perpetuam crucis Chriſti memoriam, ſimul & præſentem doloris ſenſum, accepto ferro, notam ſibi crucis inuſſit, eamque inſculptam geſſit in pectore, quã multo ante iam inſculpſerat menti.

Olim Abaſſini, vt Paulus Venetus refert lib. 3. c. 43. Chriſtum patientem in fronte ſibi adeò impreſſum gerebant, vt primo occurrentium aſpectu Chriſtiani agnoſcerentur. Cum enim Chriſti baptiſmate luſtrabantur, aurea illis in fronte crux imprimebatur, vt oſtenderent ſemper ſe victuros memores, quo auro, quo ſanguine, qua cruce redempti forent.

Afri nigram crucem depingunt in Maxilla. Iaponi ſacris aquis luſtrati calente ferro crucem faciei inurunt.

Sed forte principum feminarum, quaſi in alieno ſolo prouenientis piæ fortitudinis ac tolerantiæ maior erit admiratio, quippe, quarum ſupra ſexus imbecillitatem, fortunæ etiam indulgentia molliſſimè altis animo, frangat. Sed quas minimè robuſto huic amoris pares opinamur, adeo confirmat pietas ac patientia, vt victorias triumphoſque deportent. Huc adſit proinde nitidiſſimum coronæ Gallicæ lilium, adſit Radegundis, Regis filia, Regi nupta, cuius animo verè regio, dum inter delicias eſurit, inter falerna ſitit, purpuram cilicio ſuffulcit, tergemino torque, ſed ferreo, ſuperbit, nunquam potuit fieri ſatis, donec amori ſed magno, atque mirifico ipſa maior ac mirabilior litaſſet; manum itaque armat, æneam candentemque plus à ſuis quam alienis ignibus Chriſti patientis ſeu crucifixi effigiem corpori ſuo dum cordi cupit inurit. Falleris Radegundis, ſi animo inſculptum necdum credis, inde prototypon manus ſunt mutuatæ. Nimirum ſic Deo tanta quanta es, obſignaris. Ex Surio.

Radegund. Reginæ

Virgini Viduam ex eodem regno ſubiungo Ioannam Franciſcam Fremiot, olim Dynaſtæ Chantalio nuptam, quam dum nobilis ac diues Procus ad ſecundas nuptias ſolicitaret, diuinus Amor modum inuenit, quo fugare eum & potiri victoria poſſet: non vt ille antiquus qui verba ſua, ſermoneſque optabat plumbi lamina vel celte inſculpi in ſilice, vt vel hac denique ratione memoriam eorum conſeruaret; ſed à cæleſti ſponſo inſtructa, velut altera quædam Sunamitis, ita ſe magni Franciſci de Sales ſpiritualem filiam primogenitam profeſſa, vt tanto profundius cordi ſuo æternum verbum pro nobis paſſum imprimeret, candenti ferro ſacratiſſimum Ieſu nomen ſuo pectori tam profundè inuſſit, vt vitæ periculum adiiſſet, niſi morte fortior amor obſtitiſſet. Hoc itaque præclariſſimo ſigillo Vidua noſtra obſignata, ſtillantem è vulnere ſanguinem excipiens, eodem vidualis ſuæ caſtitatis votum, quod dudum ante conceperat, expreſſit. *Henricus de Maupas Epiſc. Aniciensis in Vita.*

Ioanna Fremiot.

Et hæc beati huius Sigilli miracula, quibus nouus homo in rem & peculium tranſit Redemptoris, beatus & omni laude, præconioque digniſſimus, ſi quod optimè ſuſcepit, abiecerit nunquam.

CAPVT NONVM.

Perpetua noui hominis Medicina Mortis Domini in Euchariſtica menſa commemoratio.

Hoc facite in meam commemorationem. 1. Corint. 11. 25. — 1. Cor. 11. 25.

Inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Ib.

Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ioan. 6. 50. — Ioan. 6. 50.

Schola Crucis Officina eſt Medici.

EST ea mortalis hominis infelix conditio, quam fatalis quædam calamitas identidem ſolet

Humani corporis miſeria.

ſolet comitari, vt aduerſa ſibi valetudine vires corporis imminui, vitamque in diſcrimen adduci non rarò experiatur; quod vbi Arnoldus de media villa medicinæ peritia cum paucis conferendis attentius conſideraſſet, ſcribere veritus non fuit, inueniſſe ſe in humano corpore infirmitates diſtinctas bis mille, centum & viginti quatuor. Poſt quem à curioſis obſeruatum eſt,

Quot morbis ſubijciatur?

paucorum annorum ſpatio nouem & triginta ſpecies eatenus incognitas acceſſiſſe, ſeu potius in notitiam noſtram veniſſe. Fæcunda prô dolor! malorum Lerna, quam nullus profectò Hercules in hanc vſque horam omninò potuit exhauſiſſe, Podalyrius nullus, aut Machaon ſuccurriſſe. Non ita cum interiore homine rem

B

agi certum eſt, cui, licet malarum non minor febrium, morborumque animi grauis inſideat cohors; quam tum hoſtium ſuorum inuidia, tum vero propria cuiuſque imbecillitas parturire conſueuit, de certiore tamen ope, remedioque proſpectum eſt, quo & ſanitatem ſeruare incolumem, & lapſam ſubinde valetudinem ſecutius queat redintegrare. Quamuis enim animæ noſtræ vires, ſi phyſicè ſpectentur, immortales ſint, & conſequenter nequeant alterari; moraliter tamen conſideratæ, nihil eſt illis fluidius, at-

Pſ.21.16.
Pſal.38.12.

que fugacius, vnde ſic Rex Propheta Pſ.21.16. Aruit, inquit, *tamquam teſta virtus mea.* Et Pſalm. 38.12. *tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.*

C

Ratio eſt, quia calor vitalis, qui caritas eſt; & humor radicalis, quem cum gratia conferre poſſumus, poſt protoplaſti peccatum, natiuus in nobis non eſt, ſed aduentitius & ſupernaturalis, adeoque ab innato nobis peccati fomite, quaſi adulterini ignis contagio, oppugnatur perpetuò & ſæpe expugnatur: *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem* Sap.9.15.

Sap.9.15.

Per ſenſus namque quà interiores, quà exteriores, quaſi per poros inſenſibiliter, in momenta ſingula tranſpiratur charitatis ardor: quantum enim de cordis affectu in exteriora euaneſcit, tantum gratiæ deperditur. In quo licet cum corpore, anima pariter ambulet, ſui tamen incommodi leuamentum præſentius eſt conſecu-

D

ta, & hæc Chriſti Ieſu Caro eſt, in crucis veru ad ignem feruentiſsimæ charitatis toſta, atque ſub azyma albicantis orbiculi placentula prudenter abſconſa, vnde, vt bene ait Sanctus Do-

S. Ambroſ.

ctor Ambroſius *Euchariſtia Medicina ſpiritualis eſt, quæ cum reuerentia deguſtata, purificat ſibi deuotum.* Illa panacea eſt, panchreſtum medicamentum eſt, quo veneni vis omnis eiicitur paratum vulgo, inuentu facile, ſine impendio, ex quo viuimus, vt S. inquit *Bonauentura.* Fuſus ille Agni immaculati cruor, qui vim medicam omnibus impertit, dextrè & ſapienter vulneribus appoſitus, & languenti animæ contemperatus, nihil eſt, quod efficere non poſſit, ad ſanitatem, valentiã & ſalutem: atque hinc Martyr *Ignatius* Apoſto-

S. Ignatius Martyr.

A

lico ſpiritu plenus Euchariſtiam vocat *φάρμακον ἀθανασίας, καθαρθήριον Ἀλεξίκακον.* Pharmacum immortalitatis, purgationem, amuletum. Et Stromatæus *Clemens* in pædagogo: *libere Ieſu ſanguinem, eſt κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας, participem incorruptionis Domini fieri*: quod Cæcilius *Cyprianus* de cœna Domini his verbis expreſſit: *Panis*, inquiens, *iſte ſubſtantialis & calix benedictione ſolenni ſacratus nõ ſolum ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit, verum ad ſanandas infirmitates noſtras medicamentum eſt.* Et hanc quidem in ſententiam præclara *D. Thomæ* proſtat oratio, in qua enarratis aliis duabus, *tertia*, inquit, *inſtitutionis cauſſa eſt cibus hominis, cibus, inquam, medicinalis contra pomi mortiferi corruptionem, quæ tam praua infuſa eſt per primos parentes humano generi, vt eſſet incurabilis, niſi ſubueniret medicina optima, quam poſſet facere prudentia Dei. Altiſsimus de terra,* id eſt, carne Virginis *creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam.*

Clemens Alexand.

Eccli.38.4.

Dimiſit enimuero hîc totas habenas amori ſuo Deus, cum veluti auriga nouus amandi, cõſecratis illis albæ frugis orbibus Euchariſticis, quaſi candidis noſtræ fortunæ rotis inuectus, per ægra mortalium pectora excurrere cœpit, tangens metam beneuolentiæ ſupremam.

Fixerat quidem olim in antiquo innocentiæ primigeniæ pomario, vnius arboris fructum, veluti metam, quam non tangere, ſed euitare omni ſtudio Adamus contenderet, indicta horrendi carminis lege: *Morte morieris.* At nunc in latiſſimo reparatæ Iuſtitiæ campo, frugem hanc ſacram ſtatuit, pro limite benignitatis, & antithetum addidit *Non morieris in æternum*: Et hoc eſt quod Tuitienſis olim Abbas Rupertus lib.2.de off.c.10. his monuit verbis: *Magna igitur charitatis arte pigmenta ſua, Dei ſapientia compoſuit, quibus lethargicam magni ægroti mentem, renouata quotidie ſalutis ſuæ commemoratione percelleret, & infantilium edentulam plebem animarum, quæ Verbi antiqui & æterni principij ſolidum non poterat terere & ruminare cibum, dulciſſimo hoc liquamine confecto verbi eiuſdem diuinitatem in panis & vini ſacramento conſueſceret ſorbillare.* Vbi dulce profecto meminiſſe eſt Euchariſtiam ita eſſe monumentum paſſionis, vt etiam ſit lethargi noſtri atque obliuionis medicamentum, *mirabili* vt ait, *arte compoſitum charitatis.*

Gen.2.17.

Rupertus l.2. de off. c.10.

Nec id cuipiam admirandum videri debeat, aut nouum, cum in naturalibus, etiam cibi aliqui ſint morborum medicina, vt teſtis eſt Plinius lib.8.cap.32.de carnibus ceruorum: febrium enim morbos hoc animal non ſentit, & huic timori medetur, vnde factum eſt vt principes feminæ, quæ omnibus diebus matutinis carnem eam guſtare ſolitæ erant, longo æuo caruiſſe febribus viſæ ſint: Et valuerit Ceruina caro febribus humano corpore deducendis, Chriſti autem caro id in animis noſtris efficere nequibit, quos ſubinde omni febri grauior, ad-

Plin.l.8. c.32.

miſſa

miſſa noxa contriſtat ? indignè profectò de Chriſto ſentiat, quiſquis ſic cogitare, aut ſentire præſumat.

Melius profectò , ac ſapientius diuinæ fidi-
Pſal.22.5. cem lyræ , dum Pſalm. 22. ita cecinit *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus omnes , qui tribulant*
Pſ.102.3. *me* : & iterum Pſalm. 102. *qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis , qui ſanat omnes infirmitates tuas*, ad ea ſcilicet tempora mentis oculos intendens, quibus nos omnes Eccleſiæ filij opportunè gaudemus.

Et decuiſſe ſanè id cumprimis viſum eſt , vt,
Gen.2.9. ſicut olim Geneſ. 2. Deus in paradiſi medio arborem vitæ poſuit , quæ humido radicali deperdito mederetur, vitaque humana incolumis produceretur, ita & ſumma illa bonitas , in medio
B Eccleſiæ ſuæ, hoc vitæ æternæ pharmacum ſtatueret , quod omnibus languoribus ac morbis animorum noſtrorum certam faceret medicinam.

An non etiam manna Iſraelitico populo da-
Exod.16. 11. tum Exod. 16. Num. 11. panis medicinalis fuit, & corporalium infirmitatum antidotum ſingulare? adeo vt toto illo tempore, *non fuerit in tri-*
Pſ.104.37. *bubus eorum infirmus?* Pſalm. 104. Et hæc diuinæ Euchariſtiæ figura fuit: quam proinde oportuit morbis quoque ſpiritualibus mederi , quod & ante in inſtitutione promiſerat Dominus , *qui*
Matth.26. 28. *pro multis*, inquiens, *effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Dignum æterni Regis ſapientia medicamentum : gloriantur Medici Regibus compluribus, quos medicinæ artem volunt exercuiſſe, vt Heraclio, Ariſtæo, Theſeo, Teucro, Ezechia, Alexandro Magno, Dionyſio Siracuſano, Attalo, Agrippa, Iuba , plurimiſque alijs de quibus Theophraſtus, Dioſcorides , Plinius atque Plutarchus fusè ſcripſerunt, at nullus Chriſto Ieſu, Domino noſtro aut nobilius medicamentum inuenit, aut certius exhibuit , aut ſalutarius vnquam expertus eſt , qui neutiquam ſuccurriſſe
Chriſti medicina. vni, alteriue ætati , aut morbo ſolenne ſibi habuit, ſed vniuerſis, ſiquidem pueris baptiſmum, generationis initium ; iuuenibus Chriſma roboris ac vigoris, viris autem vel ſacratum fœdus ad ſobolem, vel gloriam cælibatus ad ſacerdotium impertiuit , naufragis ſecundam tabulam pænitentiæ, quam vocant, eſt elargitus , & ne deeſſet in ſicco morientibus , vncturam ſupremam in fomentum ſalutis ſuppeditauit , ſed & ægris atque infirmis Euchariſticam panaceam ſub ſpecie panis ac vini conceſſit.

Coliphium Athletarũ. Olim ſi quis inter Athletas debilis , aut infirmus, virium imbecillitate langueſceret , ad panem Athleticum , quem Coliphium dicebant à κῶλον & ἶφι id eſt robore membrorũ ſic appellatum confugiebat , quo ſumpto nouas vires & robur induebat.

Nullum Athletarum Coliphium fuit , quod tanto polluit vigore , tanta animum virtute in-

A cendit, quantis nos ſolet Euchariſtia viribus inſtaurare, vnde feliciſſima illa exoritur ſagena, de qua optime *Tertullianus : Caro corpore & ſanguine*
Tertull. *Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur* : quam alibi *dominici Corporis opimitatem* appellat. Opima inquit Ariſtoteles magnus naturæ myſtes , non putreſcere quod humida ſint atque aërea; vita autem in humido & calido conſiſtat: ita neceſſe eſt animas hoc pharmaco immortalitatis opimas, & diuina pinguedine redundantes, in optimo hærere ſtatu , nec vllius aduerſæ rei vi , aut potentia debilitari.

Habeant itaque cantatiſſima brutæ animan- *Varia animantium Medicina*,
tes remedia ſua, ad quæ ſponte naturæ ſuæ, ductuque accurrant dicente S. Ambroſio l.6.c.4. hex. *cuique animanti cognitum eſt , quemadmodum*
B *ſuam tueatur ſalutem*. Canis gramine, Ceruus viperâ, Sus cancris fluuialibus , Leo ſimiarum eſu, ſibi medeantur , vt ſcribit Tarianus. Ouis citiſum: Vrſus formicas: Turdi myrtum, & Caprea vulnerata dictamnum, Aper hederam, Palumbus, Merula, Perdix, Graculus, lauri folia; Accipiter hieracium: Vpupa adiantũ: Miluus rhamnum: Ciris, ſiue Alauda amaracum: Turtur gladiolum: Cotui amerinam , ſalicum genus. Ardeæ Cancros. Cygni viticem. Aquilæ callitrichum. Pauones radicem lini. Galli gallinacei helxinen. Anates & anſeres herbam ſideritem. Grues iuncum paluſtrem. Hircus cichorium. Elephas ſaucius oleæ flores. Hirundines chelidoniam , Teſtudo Origanum , Leopardus ſan-
C guineum capreæ ſtudioſe inquirant, quibus valetudinem reſarciant aut conſeruent , Terræ filij quoties affici grauius , aut morbo languere cœperint ad medicamenta ſua cathartica , diuretica, anodyna, ecphractica, anaſtomotica conuolent, vnum hoc Chriſti morientis mnemoſynon, verum pyroticum ac diſcuſſorium ceteris omnibus antecellit, cuius hauſtu nullum malum eſt tam animo inſitum, tam pernicioſum, quod non curari vincique poſſit. Nulla tam deteſtabilis ac neſaria peſtis , quam non profliget Euchariſtia, cuius proinde cedro dignum & auro pia, doctaque manus inuenit hoc

D

Anagramma:

Euchariſtia Vis Theriaca.

In vulture tot ſint curationes quot membra, vt ex S. Hieronymo Vlyſſes Aldrouandus teſtatur , certè diuiniſſima hac Therica , Venerabili, inquam, Euchariſtiâ nihil eſt validius , nihil potentius ad præſtantiam inuictæ mentis humana omnia contemnentis , & trophæa vbique ſtatuentis efficiendam.

Panacea eſt compoſita ex omnibus ingredientibus neceſſariis ad curandos animi morbos.

Mithridaticum contra venena:

Nicotiana

Nicotiana contra vulnera,& ambuſtiones.
Dictamnus contra tela inimici ignea.
Moly flore albo, radice nigricans ob myſteria, contra præſtigias, & illuſiones diaboli.
Flos frumenti contra morſus dipſadum.
Vinum palmæ contra ebrietatem,quam ſuccus Ophiuſę (vanitatis ſæculi) inducere ſolet.

Qui ad hanc Menſam veniunt ægri ac tabidi, qui accedunt pueri parui, qui meticuloſi, qui delicata mollitie effeminati, ſi modò, prout par eſt, adeunt, redeunt viri, & quidem viri virtutis.

Dauid iterum in arcanis prædictionibus id commonuiſſe viſus eſt, cum dixit: *Panem Angelorum manducauit homo.* Quæ verba S.Hieronymus ita vertit ex Hebræo *Panem fortium comedit Vir.* Quapropter non verè minus quam eleganter in hanc rem olim ſcripſit S.Auguſtinus tractatu vndecimo in Ioannem: *Reficieris ſi acceſſeris: deficies,ſi receſſeris.*

Pſal.77.25.

S.Auguſt. in Ioan.

Quod itaque magno ac ſingulari Eccleſiæ bono fieri quotidie videmus, olim præcellens vaticinijs Dauid fieri vix poſſe putabat. *Nunquid*, inquiens, *mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt?* Vtique.dum eorum hominum greges aſſiduè in oculos noſtros incurrent, qui cũ multum in malitia tempus inueterauiſſent, veteri pelle exuti ad cœleſtem vitæ rationem vertuntur.

Pſal.87.11.

Audio medicos veteris æui doctiſſimos,cibos quoſdam nominantes πολυχρήσους, non modò quod multis in vſu ſint, verùm etiam multò magis ob præſtantem eorum vim, & ſaluti hominum conuenientem: à quibus dum oculos & cogitationem meam reflecto ad hunc medicum cibum, in domo Dei propoſitum, exclamare lubet,ô! panchreſtum libum,ô! polychreſtum pharmacum in omnem partem ſalutare,in quo nihil deſideratur, quod ad ſanæ & beatiſſimæ vitæ genus ſpectare poſſet.

Neque obſiſtit, medicamentum hoc ad peccati originalis, vel mortalis tollendam labem, ſeu conferendam primam gratiam datum non eſſe: Medicina enim ſupponit vitam, neque mortuis Zulapia dantur.

S.Thom.3. p.q.79 a.3.

Amat tamen fieri ſubinde, vt, teſte S.Thoma 3.p.q.79.art.3. ſuſcipientis intuitu primam gratiam largiatur, cum quis diuino hoc pane reficitur peccato mortali obnoxius, cuius neque conſcientiam habet, neque affectum, ac probabiliter putat habuiſſe ſe contritionem? cum non habuerit, vel ſe fuiſſe legitimè abſolutum, cum non fuerit.Ita S.Thomas ſupra.Subtilis Scotus 4.diſt.9.q.1.Cardinal.Bellarm.4. de Euch.cap.18. Franciſc.Suares diſp.63. ſect.3. Quod ante voluere SS. PP. cum huic Sacramento,tamquam cuidam inſtrumento Patientis Chriſti, tribuunt vim remittendi peccata, vt indicatur illis verbis conſecrationis: *qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Scotus in 4.diſt.9. Bellarmin. l.4. de Euchar. Suar. diſp. 63.ſect.3.

A Atque ita intelligunt ea S.Ignatius Antiochenus epiſt.ad Eph.Cyprian.Ambroſius,Cyrillus, Nyſſenus,Damaſcenus,&c.

Ignatius epiſt ad Epheſ. Cyprian. Ambroſ. Cyrill. Damaſcen.

Accedit, quod ſicut corporalem ſanitatem comitari ſolet vultus hilarus, & formoſus, ita & hanc, quam diuinum hoc pharmacum ſolet procreare. Cecinit id purpureæ lyræ Dominus in hæc verba: *præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis tuæ.* Vbi Arnobius benedictio dulcedinis eſt corpus eius, *guſtate*, inquit, *& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, pſal.33.* qua etiam de cauſſa vocatur ab eodem *calix inebrians*, ob liquidæ, & immenſæ lætitiæ abundantiam, vnde *Ambroſius: hac ebrietate corpus non titubat, ſed reſurgit, animus non confunditur,ſed conſecratur.* Et B. Laurent. Iuſtinianus: *ſemel pro te datum eſt pretium, ſed poculum quotidie conſecratur, tibique apponitur,vt bibas,bibas, inquam, vt inebrieris, non vino, in quo eſt luxuria, ſed amore, ſed exultatione, ſed iubilo.*

Pſal.20.4. Pſal.33.9. S. Ambroſ.

B

At maioris ponderis ac momenti alter ille ſanitatis fructus eſt, quo totus pulcher, Deoque ſuo ſimillimus homo redditur. *Per incruentum Sacrificium*,ait *S.Gregorius Nazianz.communicamus Chriſti perpeſſionibus, & Diuinitati;* quod antè S. *Dionyſius Areopagita*, ille, inquam, in humano corpore Seraph & diuinæ mentis interpres clariſſimus dixerat, cum *Euchariſtiam* docuit *diuinam morum ſimilitudinem procreare.* Iam dicat hîc mihi aliquis, ſi forte quiſpiam ex Æſculapij pullis qui inualetudini cuicunque aptiſſima ſe medicamenta præſcribere poſſe profitentur, morbidum & de ſanitate ſua diffidentem, aut penè, vel verè depoſitum gratuito inuitaret ad cœnam, vel in ædibus malè ſic affecti eandē appararet, in qua facillimum eſſet, certiſſimumque morborum incurabilium remedium inuenire, quo diutinos capitis & inueteratos dolores actutum tolleret, cephalæam perimeret, vertiginem ſedaret, odontalgiam auerteret, remedium afferret tuſſi, ſiccaret hydropē, complanaret tubera,auferret ſcabiem, verbo vno totam reſtauraret vitam: ad talem, dico cœnam ſi inuitaretur, eſſetne qui ſe excuſaret? qui dilationem peteret, qui faſtidium aut nauſeam tam optati ac medici ſubijceret cibi? Non credo. Et nos quidem omnes infirmi ſumus, nullumque eſſe mortalium ſit ſcio, qui valetudinem ita integram habeat, vt ei remedio non ſit opus: & quotus quiſque diuino hoc pharmaco vtitur,vt oportet? Aiebat olim experientiſſimus *Galenus medicamenta non agere, niſi calore vincente:* & bene dixiſſe ratio, experientiaque teſtantur,adhibenda ſiquidem Archiatri noſtri, Principiſque Ieſu humanitas, & ardor beneuolentiſſimæ caritatis, ipſo potiſſimum monente: *Hæc quotieſcunque feceritis in mei memoriam facietis.* Et Paulo 1.Cor.11.26. *quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Sicut enim olim præclara illa *Iudith* in deuicti Holofernis memoriam tanti

S.Greg. Nazianz. S.Dionyſ. Areopag.

C

D

Galenus.

1.Cor.11. 26.

tanti à Deo ſuſcepti beneficij; in donariis ſuſpendit illius conopæum; Ita Chriſtus, vt ſuæ Paſſionis in nos collati beneficij, perpetuò vigeret memoria, viuam, ſpirantemque eiuſdem imaginem, diuinæ Euchariſtiæ pharmacum reliquit, quod ex D.Gaudentio iuuerit audiſſe:

S.Gaudent.

voluit is, inquit, *beneficia ſua permanere apud nos, voluit animas pretioſo ſanguine ſuo ſemper ſanctificari, per imaginem propriæ paſſionis, quo omnes pariter fidelium populi exemplar paſſionis Chriſti ante oculos habentes quotidie, & gerentes in manibus, ore etiam ſumentes ac pectore, redemptionis noſtræ opus indelebili memoria teneamus, & contra venena diaboli dulcem Medicinam ſempiterni tutaminis conſequamur.*

Et quidem non indiget Chriſtus memoria noſtra, etſi velit nos ſui amoris, acceptorumque beneficiorum perpetuò meminiſſe; optat tamen illorum recordatione, nos in ſui amore, quam maximè, incaleſcere: nam, cum Amor transformet amantem in rem amatam, vt ſapientes olim ſtatuerunt, amans ſibi quodammodo moritur; cumque ex altera parte nihil omnino ſui perire cupiat, amans ne prorſus intereat, in amato viuere deſiderat, quod non niſi per redamationem, ſuique memoriam fieri poteſt, vti Marſilius Ficinus in conuiuio Platonis philoſophatur, quæ cauſa eſt, cur mortis ſuæ memoriam ac Crucis, cum diuini pharmaci huius ſumptione, tanquam amaras cum Agno Paſchali lactucas, voluerit eſſe coniunctam, vt medicam eius vim, effectumque ſentiamus.

Aiunt Iudæorum Rabbini protoplaſtos peccatum ſuum non defleuiſſe, quoad ipſi Abelem mortuum viderunt; tunc enimuero in tam deformis filij, olim ſpecioſiſſimi, cadauere, ſceleris ſui, quo mortem induxerant, grauitatem penſaſſe. Mors Chriſti vel eo nomine deflenda quibuſlibet Chriſtianis venit, quod per peccatum noſtrum inducta ſit, & eam nos annuntiamus & commemoramus, dum ſacroſanctum Chriſti corpus, in pectus noſtrum, velut in ſepulchrum immittimus.

Hæſychius alludens ad oblationem ſimilæ de ſartagine, quæ in Leuitico deſcribitur, ait ſartaginem eſſe Crucis figuram, vbi caro, quæ ante paſſionem eſui videbatur non apta, pòſt apta facta eſt. Et infra, docet minutatim diuidere eiuſmodi oblationem, eſſe ſingulos Chriſti patientis cruciatus recogitando ante communionem diſtinguere, iuxta ſanctiſſimum Chriſti mandatum: *hoc facite in meam Commemorationem.*

Mors Abelis ad pœnitentiam induxet Adamum.

Eccleſia itaque ſuprèmæ huius voluntatis Chriſti memor, vt auguſtiſſimum hoc ſacrificium Deo, in filij ſui memoriam offeratur, *quam ſolam commemorationem*, dixit *Origenes* homil. 13. in Leuiticum, *Deum reddere hominibus propitium*, ante expreſſam ſacrificij oblationem præcipua Patientis myſteria commemorat, quod etiam in Liturgia *S.Baſilij* inuenitur his verbis: *Memorantes ergo Domine & nos ſalutarium eius paſſionum, viuificæ Crucis*, &c.

Matrem æquum eſt, vt probi omnes filij ſequantur, dum quoties ſalutari illo, ac viuifico ſe pane reficiunt, mortem Domini tam ſibi quā alijs annuntient. Quod vt Nouus homo rite exſequatur, varios ex SS.PP. modos ſubiungo

Modi varij pìè communicandi.

Epiſcopus Theophilactus eo nos vult affectu huic menſæ accumbere, quaſi in illa ipſa iam eſſemus cœna, eidemque thoro accumberemus, quo Sacramentū iſtud Chriſtus inſtituit.

S.Chryſoſt. Theophyl.

Quoties diuinæ Corporis Chriſti menſæ accumbebat Chryſoſtomus, toties applicato ad ſacrum Chriſti latus ore, diuinum ſibi ſanguinem haurire, & meritorum Paſſionis eius fidei particeps ſibi videbatur.

S.vero *Gregorius* hom. 22. in Euang. *Quid ſit*, inquit, *Sanguis Agni, non audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper vtrumque poſtem ponitur, quādo non ſolum ore corporis, ſed ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis Agni eſt poſitus, quando Sacramentum paſſionis illius, dum ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.*

S.Gregor.

Baſilius Magnus, *Mortem*, inquit, *Domini annuntiamus, cum morimur peccato; viuimus autem Chriſto: ſeu cum mundus nobis crucifigitur, & nos mundo*; quod propriè varijs virtutum exercitijs fieri, omnes illi abunde nouerunt, qui eiuſcemodi tum pridie, quam diuina hæc myſteria obituri ſunt, quam eadem ipſa hora, quâ ſuſcipiunt, frequentare conſueuerunt.

S.Baſilius.

Et talis quidem *V.Anna ab Almeida* fuit, quæ Mantuæ Carpetanorum S.Claræ legibus vixit. Noctem enim eius diei, quæ ſacris epulis deſtinata erat, ducebat inſomnem, & flagello prætetea in ſuum corpuſculum ſæuiebat, vt Amoris Deo, amorem proprium immolaret.

V.Anna ab Almeida.

Talem quoque fuiſſe ſcribit Ioannes à S. Maria *B.Agatham à Cruce*, quæ nocte præuia, tertio in ſe flagellis aduertere ſolita erat, deinde ad terram proſtrata, expanſis in formam Crucis brachiis, diutius orans, ſeſe ad diuinum hoc pharmacum præparabat. Vnde bene ac ſapienter S.Hieronymus, explicans verba illa Prouerb. 31. *Panem*, inquit, *otioſa non comedit. Panem*, inquit, *otioſa non comedit anima, cum Sacramentum* Dominici corporis *percipiens ſtudet imitari actu, quod myſterio frequentat.* Hugo Cardinalis verba hæc Ruth 2. exponens: *quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & ti tinge buccellam tuam in aceto*, id eſt, inquit, in commemoratione paſſionis Chriſti, quod fieri debet cum cordis compaſſione, vnde Geneſ. 3. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Quotieſcunque* enim, ait *S.Remigius, nos accedimus ad conſecrandum vel percipiendum Sacramentum muneris æterni, quod uobis Dominus pijſſimus in memoriam ſui dimiſit tenendum, cum timore & compunctione cordis, omni-*

V Agatha à Cruce.

S. Hieron. Prou 31.27

Hugo Cardinal. Ruth. 2.14.

Gen. 3.19.

S.Remig.

que reuerentia debemus accedere, recolentes quanto nos amore dilexit, qui pro nobis ſeipſum obtulit, vt nos redimendo ſeruaret.

Quo reſpexiſſe viſus *Florus Magiſter* in exegeſi Miſſæ: *Panis & Calicis*, inquit, *oblatio*, *mortis Chriſti eſt commemoratio*, *& annuntiatio: mortis autem Chriſti commemoratio eſt charitatis eius commendatio, qui tantum dilexit nos, vt moreretur propter nos.*

Lud. Pontanus. Cant. 1. 12.

Ludouicus Pontanus lib. 2. in Cant. ex ort. 5. §. 2 Hos Sponſæ amores piiſſimo oculo indagans, quos ipſa his verbis expreſſit: *faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, id eſt, inquit, erit mihi Euchariſtia inſtar faſciculi omnium amaritudinum paſſionũ eius, quem ante oculos meos, & intra cor meum B ſempet geſtabo, vt memoriale mihi perpetuum ſit Mortis ipſius, mox verò illâ ſubiungente,

Cant. 1. 14.

Botrus Cypri dilectus meus mihi Cant. 1. 14. prius, inquit, dicitur *faſciculus myrrha* & poſtea *Botrus Cypri*, vt intelligas meditationem paſſionis, & mortis Chriſti amaritudinem præparationem eſſe ad dignè recipiendum hoc Sacramentum & dulcedinem eius deguſtandam.

S Ioan. Damaſcen. *Varia praxes piè communicandi.*

S. Ioannes Damaſcenus li. 4. de fide orthod. c. 14. loquitur in hunc modum. *Ardenti*, igitur, *cupiditate ad eum adeamus, manibuſque in Crucis formam compoſitis, Crucifixi corpus ſuſcipiamus, & apponentes oculos, & labia, & frontem, diuini carbonis participes efficiamur, vt in nobis ignis deſiderij, aſſumpta ea, quæ ex carbone oritur, inflammatione, peccata* C *noſtra exurat, ac pectora noſtra colluſtret: demuſque operam, vt per diuini ignis perceptionem inardeſcamus, Dijque efficiamur. Ita ille.*

Sunt qui beata hac ſacræ Synaxios hora imminente Dominum ſibi exhibent in ſpecie Pelicani, roſtro transfodientis pectus ſuum, vnde velut genuini quidam pulli, vitam hauriant &

B. Gertrud.

ſalutem. Didiciſſe id eos crediderim à B. Gertrude, cui aliquando tali forma apparens Chriſtus, *vide*, inquiebat, *quam excellenter anima tua hoc pharmaco viuificatur in vitam æternam, quemadmodum pullus pelicani viuificatur in ſanguine cordis paterni.*

Alij ſiue diuinis operaturi, ſiue ſacris epulis reficiendi, ea loca præ ceteris ambiunt, vbi ma- D

Thomæ Tiphernatis in Euch. pietas.

ior Dominicæ paſſionis repræſentatio inuenitur: ita de V. Thoma Tiphernate Sexto Capuccinorum Generali Miniſtro legimus, eum Hieroſolymitanam vrbem primitiis Deo offerendis elegiſſe, quia, vt inquiebat, primum iſtic ſacrificium, ac ſynaxis celebrata eſt.

S Caroli affectus in V Euchar.

Libens ad hæc, & magna animi ſui voluptate rem diuinam faciebat S. Carolus in monte Varallo, vbi ſculptis imaginibus Dominicæ paſſionis myſteria ad viuum repræſentantur.

Threu. 3. 20.

Alij cum threnologo Vate, ſequentia hæc verba ruminantes: *memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* Thren. 3. Sacerdotem, vt Chriſti perſonam repræſentantem conſiderant, A è cuius manibus diuinam hanc panaceam ſuſcipiunt.

Primò, in tonſurâ illius ſpineam coronam.

2. In Amictu, velamen oculorum Chriſti.

3. In Albâ, illuſoriam Herodis veſtem.

4. In Cingulo, vincula eius.

5. In Manipulo, ferreas manicas.

6. In Stola, funes, quibus tractus fuit.

7. In Caſulâ, veſtem purpuream.

8. In Cruce ſuper humeros, Chriſti Crucem.

9. In Calice, dolores paſſionis.

10. In Corporali, ſindonem, qua inuolutus fuit in ſepulchro expendunt.

11. Alij denique ſatis gnari medicum hunc B cibum ſine amaro embammate parumper profuturum, ad ſacras Miſſæ ceremonias conuerſi, eis patientis Domini memoriam attenta ſtudent conſideratione renouare.

Sacra Miſſæ Ceremonia pietatem augent.

Primò cum Sacerdote priuſquam ab altari deſcendat; fidem, ac puram intentionem exercent.

Deinde illo ad pedem altaris adſtante, Chriſtum ſibi in valle Gethſemani orantem repræſentant, ſanguinemque ſudanti peccatis noſtris abluendis, condolent, ac de admiſſis noxis triſtari grauiter, acerbeque laborant.

Ad oſculum Altaris: Iudæ oſculum memorant.

Ad Introitum verò; quod in domo Annæ C paſſus eſt Ieſus, expendunt.

Dum itur ad medium Altaris; deductionem ad Caypham.

Ad Kyrie eleiſon; negationis Petri.

Ad Hymnum Angelicum; Apoſtolorum fugam.

Ad Collectam; hoſtium accuſationes.

Ad Epiſtolam; Concilium in domo Cayphę, & Chriſti condemnationem.

Ad Euangelium, quod in ſeptentrione legitur, deductionem ad Pilatum gentilem, eiuſque interrogationes.

Ad Symbolum; populi clamores.

Ad Dominus vobiſcum; Pilatum ad populum loquentem conſiderant.

D Dum aqua & vinum petitur, & offertur: ſe ſuaque Domino offerunt, miſſionemque ad Herodem, & reditum ab eo perpendunt.

Ad lotionem manuum: coram Pilato accuſationem.

Ad Orate Fratres, & Orationes ſecretas: Barabbæ poſtulationem diſpiciunt.

Ad Præfationem, & Canonem; recordantur Iudaicarũ vocũ tolle, tolle, crucifige, crucifige, Flagellationis & Coronationis Domini ſui.

Ad Eleuationẽ: quomodo Pilatus oſtenderit eum populo expendunt.

Ad Cruces aliquot, cum ſilentio orat Sacerdos: baiulationem Crucis & Crucifixionem intuentur.

Ad

Digitized by Google

Ad alteram hoſtiæ eleuationem, Crucis eleuationem ſibi repræſentant;

Ad Orat. Dominicam eiuſque ſeptem petitiones, ſeptem verba Chriſti commemorant.

Ad Pax Domini, Mortem Ieſu cogitant.

Ad Agnus Dei, militum confeſſionem.

Ad Domine non ſum dignus, apertionem lateris & depoſitionem à cruce.

Ad Communionem, ſepulturam Domini intuentur.

Ad geminum Dominus vobiſcum, Reſurrectionem & apparitiones.

Ad ite Miſſa eſt, Chriſti Aſcenſionem.

Ad benedictionem, Aduentum Spiritus ſancti.

Ad Euangelium S. Ioannis, Apoſtolorum prædicationem perpendunt.

Quibus finitis dum ſanctiſſimum Chriſti corpus de manibus Sacerdotis accipiunt, ſe in montem Caluarium Apoſtolorum vocibus accitos imaginantur, vbi vitalis arboris fructu refecti, hæc ſecum verba ingeminent:

Varia Chriſti patientis apparitiones in V. Sacramento.

O ſacrum conuiuium! in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ nobis gloriæ pignus datur.

Quod autem ad Paſſionis memoriam attinet, patet ex eo, quod fidiſſimis acceptum teſtibus. Ioannes noſter Nierembergius lib. 1. c. 15. de miraculis Europæ ſcriptum reliquit his verbis: ſeruatur Scalabiſci ſacra Hoſtia miraculis clara, quæ formâ variâ Chriſti nunc naſcentis, nunc patientis, nunc reſurgentis myſteria repræſentat, & quidem eodem tempore, alijs alia videntibus myſteria, vt nuper altero candidiſſimam carnem, altero vidente eum, vt à Pilato Iudæis exhibitus fuit, cum elogio: *ecce Homo.*

Ioan. Nieremberg. l. 1. c. 5.

B. Eliſabethæ Schonaug.

Patet item ex eo, quod *B. Eliſabethæ Schonaugienſi* ſpectare conceſſum eſt, ita namque illa de ſe: In cœna Domini ad Miſſam vidi, ſicut ſoleo, omnia quæ circa altare gerebantur, & dum Sacerdos Calicem exaltaret, vidi ſupra calicē, Dominum Ieſum, quaſi in Cruce pendentem, & de latere eius, ac pedibus ſanguis in calicem defluere videbatur. Et bene: certum namque eſt eo tempore, Chriſto maximè in votis eſſe horum memoriam innouari, quod præterea ex ſubiecto portento clarum erit iudicare. Auctor & Nicolaus Serarius rerum Moguntinarum lib. quinto, Waldurnæ, in diœceſi Wirtzburgenſi, dum Sacerdos ad Aram facit, calice iam conſecrato, fortè in ſacrum corporale euerſo, ſanguinem Dominicū effuſum eiuſmodi imagines poſt ſe reliquiſſe, in medio apparebat ſignum Chriſti è Cruce pendentis, ad latera verò plures effigies, ei ſimiles, quam Veronica, à Domini facie ſudario ſuo reportauit. Territus Sacerdos, vt rem tegeret, ſacrum Corporale in altari, lapide vno amoto recondidit, vt temporis tractu putredine diſſolueretur. Sed enim cum ad vitæ terminum longo poſt tempore

Sacramentū miraculoſum VValburnæ.

R. P. Lyræus de imit. Iesv patient.

A peruenisset, neque exſpirare abiturientem animam poſſet, factum confeſſus, locum, in quo Corporale abſconderat, detexit, & mortuus eſt. Inuenta ſunt porro integra, vt poſuerat omnia; ſtatimque re diuulgata ad aures Eugenij PP. IV factum peruenit, qui anno 1445 locum decentius exornari præcepit: de cetero imagines illæ in Euchariſtico torali expreſſæ, inuiolatæ perſtiterunt, hoc in primis per eiuſmodi prodigia Domino curante, vt illius in mente, qui ſacris epulis reficitur, paſſionis ſuæ memoriam renouet, eamque pretioſi ſanguinis ſui murice rubentem, gratiæ ſuæ donis potioribus locupletet.

Felicem animam! beatamque vt nulla magis, B quæ purpura iſta tempore, locoque imbuitur! mox enim alio, ſed caritatis oſtro præfulgebit; nam ſicut pannus qui coccineum ſuccum imbibit, calorem corporis fouet & auget; ita corporis, ſanguiniſque Chriſti purpura animis illita, eorum calorem, id eſt, amorem incendit, vireſque inſtaurat.

Etenim ſi *Ophiogenes* in Ponto, *Pſylli* in Africa, *Marſi* in Italia, ſerpentum venena ſolo attactu compeſcere, & eorum ictus curare dicti ſunt; Si *Pyrrhus* Epirotarum Rex pedis ſui pollice lienoſos ſanarit; *Veſpaſianus* ſolo attactu morbos nonnullos depuliſſe, Tacito Suetonioque creditus eſt; quis ſacratiſſimo Chriſti corpori ac ſanguini medicam hanc denegare vim audeat:

Quinam Serpentum ictus curarint.

C *Reges Hiſpaniarum* hæreditaria quadam virtute Dæmones ex humanis corporibus fugare, auctor eſt *Carolus Tapia in rubric. de conſtitut. Principum cap. 1. num. 3.*

Regum variorum priuilegia diuerſis morbis medendi.

Francorum Reges, vti ex Annalibus Regni, & longa temporum experientia conſtat, ſtrumarum morbos arte medica incurabiles, ſolo manuum ſuarum attactu poſtquam diuinis epulis refecti fuerint, ſanant. Idem & *Domui Habſburgicæ* à Deo conceſſum, tradit *Felix Fabri lib. 1.* Hiſtoriæ Sueuorum cap. 15. adeò vt quicunque ſcrophulis laborans de manu alicuius Comitis de Habsburgh potum acceperit, mox ſanus D fiat.

Inſuper idem teſtatur probatum atque notorium, ſi quis balbutiens, vel impeditioris linguæ ab vno Principe de præmiſſis, ſine alio quocunque ſuffragio, oſculum acceperit, officium loquendi diſertiſſimè, ætati ſuæ conueniens actutum conſequatur.

Regibus Hungariæ Icteri ſanandi virtutem cōceſſam eſſe docet *Andreas Laurentius de ſtrumis ex Chaſſanæo & Carolo de Tapia. S. Eduardi Regis Angliæ* precibus ac meritis, à Deo Regibus ſucceſſoribus tributum eſt, vt tactu atque Hymnis quibuſdam recitatis ſtrumoſos ſanent, vtque annuli ad diem Paraſceues quotannis ab eiſdem Regibus ſolenni ritu conſecrati eadem vi polleant, qua homines à Comitiali morbo liberentur. *Ita Stephanus VVeſtmonaſterienſis.*

Maſculi ſeptimi & filia ſeptima non interrupta ſerie priuilegia.

Maſculus item omnis *ſeptimus*, abſque femella intermedia natus, vim habet ſolo tactu, vel verbo curandi ſtrumas, ſiue ſcrophulas.

Filia quoque *ſeptima*, nullo intercedente maſculo in lucem edita miro modo partum in alijs adiuuare perhibetur.

Et in his omnibus tanta, ac tam prolixa vſus fuerit beneficentiâ Deus, ſibi verò vni lentulus ac reſtrictus dicendus? nemo certè eſt minus; plus ſiquidem reſeruaſſe ſibi indubitatum eſt, quam vlli mortalium fuerit impertitus.

Luc. 6. 19.

Dum hic vnà nobiſcum ſpectabilis verſaretur, *virtus*, vt inquit Euangeliſta, *de illo exibat, & ſanabat omnes*; dum autem eoſdem non deſerens, quamuis occultus & inuiſus, non iam familiaris aſſeſſor, ſed intimus factus inſeſſor eſt, nulla nos virtute communiat, nullam, ſi opus eſt, impertiatur menti ſanitatem? quis credat? Moribūdo corpori per ſe ſanitatem adfert Extrema Vnctio, quando ſaluti conducit. *Matrimonium* quoque, vt multorum fert ſententia, nō parum efficit in coniugum corporibus, vt ad pacem, coniunctionemque mutuam componantur, & ſoli hæc agendi ratio Euchariſtiæ negabitur, cui tamen præ reliquis omnibus deſtinata eſt? Neutiquam ſanè, quod vel Apoſtolico hoc indicio velim comprobatum. Cum enim indigna ſynaxi morbos, mortemque corporibus inferri aſſerat, conficitur dignam & piam, ac Chriſti dolorum meditationibus ſuauem, non impari virtute pollere ad eadem corpora aptanda ſanitati.

Euchariſtiæ vis.

Parens S. Gregorii Nazianz. ope Euchariſtiæ ſanatur.

Atque hic mihi occurrit luminoſo hanc in rem exemplo collucens S. *Gregorij Nazianzeni* Pater, ita & ipſe in Epiſcopatus munere verſatus, atque eiuſmodi gloriam adeptus, vt ſignis quoque, quibus Deus pietatem confirmat, dignus haberetur. Morbo laborabat, is autem talis erat, vt nec medicorum artes, nec amicorum quamlibet aſſiduæ preces, nec cura vlla, aut medela, malo depellendo par eſſe poſſet, quare paruos ac deploratos quoſdam ſpiritus ducens, viribus pridem exhauſtis, totus in peregrinationem incumbebat ac mortem; cum ab ancilla aliquando ſynaxios tempore manu deductus in conuentum, rite Euchariſtiam participauit, vnde ad lectum reuerſus melius ſtatim habere cœpit, ac priſtinæ tandem ſanitati ex integro reſtitutus fuit. *Gregor. Naz. in Orat. de fun.*

Camillus de Lellis.

Spectata religione vir *Camillus de Lellis*, ſacri Ordinis Miniſtrantium Infirmis conditor, affirmauit ſe, cum febri, ſimulque dyſenteria laboraret, Sacræ confeſſionis & Euchariſtiæ vſurpatione aliquoties ſanatum fuiſſe. *In Vita.*

V. Catharina Genuenſis Euchariſtiâ conualeſcit.

Ægrotabat oppido *B. Catharina Genuenſis*, adeo vt guſtare poſſet nihil, & prope iam à mortis periculo abeſſe videretur, cum fidenter aſſeruit illi, quem à Confeſſionibus habebat, ſi per tres dies diuino pane impertiretur, omnino ſe fore ſanandam, quod vbi factum eſt, ſtatim illa conualuit. *In Vita.*

Nec prætermittendam hîc reor cœleſtem feminam *Mariam de Victoria*, Cœleſtinarum Inſtitutricem, quam eo quo de ſacris participauerat, die, melius habere conſueuiſſe, teſtatur *Ferdinandus Meltio in Vita.*

V. Euſtochium.

Mirum eſt quanto erga ſacratiſſimum Angelorum panem affectu *B. Euſtochium* ex Ord. S. Claræ, afficeretur! creberrimè illo reficiebatur, & magno quidem cum fenore gratiarum: quoties ægrotabat, cœleſti hoc pharmaco atque eo ſolo morbum abigebat. Epidemia vrbem inuaſerat, & ipſa quoque iam correpta erat, glandula in gutture nata, certiſſimo lethalis morbi ſigno. Rogat itaque ſanctiſſimum ad ſe deferri Sacramentum, quo ſumpto, euanuit glandula, ſubitoque conualuit ab infirmitate. *VVadingus in Annal. ad an.* 1491. *n.* 34.

Verum non ſolo corpore, ſed & anima compoſitus homo eſt, cuius vt illa, ita & hæc pars ſuis imperi morbis, ſuis febribus laborare conſueuit, nullo tutius medicamine ſananda, quam vno illo ac ſingulari panchreſto, quod nobis ſub candidiſſima frugis triticeæ ſpecie, in vnius buccellæ orbicularis formam redacta, diuinus amor indulſit.

S. Ambroſius l. 4. in Luc.

Et quænam, amabo, hæ febres ſunt, qui morbi animorum noſtrorum ſymmetriam perturbantes? dic elegantis vir ingenij ſuauiſſimæque doctrinæ Antiſtes *Ambroſi*, dic nobis quid ſentias: *diuerſarum*, inquit, *cupiditatum immodicæ ſunt illecebræ, nec minorem febrem amoris eſſe dixerim quam caloris, hæc corpus, illa animum inflammat. Febris enim noſtra auaritia eſt: febris noſtra libido eſt: febris noſtra luxuria eſt: febris noſtra ambitio eſt: febris noſtra iracundia eſt l. 4. c. 4. in Lucam* & contra has omnes vna Chriſti cruciatuum memoria, celebrata Euchariſtia, præſentiſſimum amuletum eſt.

S. Bernard. ſer. 1. de Cœna.

Sed magno id ſuis proponentem ſolatio *Bernardum* audiamus, dum ſic eos alloquitur: *Si quis veſtrûm non tam ſæpe modo, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut ceterorum huiuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod paſſionum vlcus ad ſanitatem accedat: duo namque diuinum illud Sacramentum operatur in nobis, vt & ſenſum minuat in minimis & in grauioribus peccatis tollat omnino conſenſum. ſer. 1. de Cœna Domini.*

Præclarum id tanti, tamque experientis magiſtri teſtimonium, cui probè cognita cum eſſet ſuorum virtus, tutò poterat æqua lance eandem penſitare. Fuit certè non ita pridem quidam S. Theologiæ Doctor atque Eccleſiæ Taurinenſis Canonicus, qui ciuem ſe quendam Ferrarienſem ſcribit narrare ſolitum audiuiſſe; Adoleſcentem ſe tam vehementes ſenſiſſe carnis incitationes, vt nec vnquam à tentationibus interquieſceret; & aliquoties etiam rueret in peccatum,

A peccatum. Auidum tamen ſalutis acceſſiſſe virum religioſum, petiiſſe conſilium: illum dixiſſe hoc tantum, vxorem duceret. Se feciſſe: poſt aliquot annos vxore mortua, ſe pertimuiſſe, ne in priſtinas miſerias recideret. Abhorrentem tamen à ſeruitute (ſic appellabat coniugium) quam aliquot annos vel in gratiis ſeruiuerat, dediſſe ſe in preces, confeſſione purgaſſe, ac diuinis epulis confirmaſſe animum. Hiſce autem rebus ita ſibi vires aduerſus furias appetituum creuiſſe, vt ſeipſum admirans & dolens ſuperioris ætatis infelicitatem, diceret: Heu me miſerum! & cur non olim adoleſcens incidi in hominem, qui non diceret: vxorem duc, ſed vtere frequenter Sacramentis. B Viſa ſunt, & videntur indies huius generis miracula, virtutem diuinæ gratiæ in Euchariſtico epulo teſtantia, reperiuntur enim hodieque non pauci, qui contracto vitiorum habitu, ſui ipſorum emendationem planè deſperantes, vbi in diuini huius Sacramenti vſu frequentes eſſe cœperunt, ita ſe mutatos ſentiunt, vt iam ſibi non eſſe, qui fuerant, videantur.

Innoc. III. l. 4. c. 44.

Pulchrè id Innocentius III. de myſt. Miſſæ lib. 4. cap. 44. expreſsit, dicens: *Myſterium Crucis eripit nos à poteſtate peccati: myſterium Euchariſtiæ eripit nos à voluntate peccandi.*

O menſa admiranda! exclamat *Tertullianus*, quæ aduerſus ſuperbiam, humilitatem: aduerſus inuidiam, charitatem: aduerſus auaritiam, eleemoſynam: aduerſus libidinem, caſtitatem: aduerſus hoſtes, arma præbet, & aduerſus vitia omnia, virtutes omnes adminiſtrat. De reſurr. carn. c. 8.

S. Thom.

Angelicus certè Doctor res omnes pro more ſuo, ad veræ ſapientiæ libellam expendens, tertiam diuini huius Sacramenti inſtituendi rationem ait eſſe perpetuam, contra mortiferi pomi corruptionem, Medicinam, cum enim illa per primos parentes humano generi infuſa tam praua eſſet & noxia, vt incurabilis redderetur niſi ſubueniret Medicina optima, quam facere poſſet prudentia Dei: *altiſsimus de terra*, id eſt, carne virginis *creauit medicinam*, quam in ara crucis percoxit, *& vir prudens non abhorrebit eam.* Quod & *S. Ambroſius* ante docuerat his verbis: *Corporis Chriſti medicina ſpiritualis eſt, quæ cum reuerentia degustata ſibi deuotos purificat.*

Paull. à Palatio in Matt. c. 26.

Nec minus pulchrè ac ſcitè in rem hanc *Paulus à Palatio ſup. cap. 26. Matth.* In prima, inquiens, mundi conſtitutione datur homini herba in eſcam. Mundo poſt diluuium deſtructo, nouoque ſuccedente, dat Dominus carnes in cibum; mundo verò terreno per Chriſtum velut abolito, & nouo ſpirituali renaſcenti iam non herba, nec pecudes dantur in cibum, ſed ipſemet Deus. Videlicet quanto magis mundus procedit infirmior eſt, & ideo maiora requirit alimenta, fortiora exigit fulcra: periculoſior infirmitas, pretioſiora requirit Medicamenta: vnde iam non homines ſolum, ſed & Chriſtiani, ſiue Chriſti dicendi ſumus. *Cibus*, inquit, *Auerroës est illud, quod patitur in corpore, medicina vero, eſt illud, à quo patitur corpus*, dum itaque Euchariſtiam ſumimus, non agimus cum Chriſto, vt corpus noſtrum cum cibo agit, ille autem nobiſcum vt medicina in corpore noſtro operatur, hinc quādo cibus conuertitur in ſubſtantiam viuentis, non amplius vocatur panis, caro, piſcis, legumen, ſed homo illis nutritus: cum autem nos Chriſtum ſumimus in eum vertimur, non iam homines vocādi, ſed Chriſti, ipſe namque Chriſtus non mutatur, vt *Raymondus Lullus* part. 3. de Sacram. ſcribit, ſed mutat, & transformat nos in ſeipſum, quod à *S. Auguſtino* didicerat lib. 7. Confeſſ. c. 10. cui dictum legimus: *Nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me: nihil* autem, vt ait *S. Bernardinus tomo 4. ſerm. 43. tam eſt conforme in præſenti vita ad transformandum ſe in Chriſtum, quam hoc Sacramentum, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.*

R. P. Lyraus de imit. IESV patient.

Auerroes.

S. Auguſt.

S. Bernardinus.

Sed duo non leuia, vitæ melioris obſtacula vulgo feruntur, timor, & Amor: hic ſuus cuiuſque: ille ſeruilis dictus, quod ſeruorum conditionem æmuletur, quibus rerum potientibus, ſurſum, deorſum ferri omnia, nec quidquam penſi habitura timendum eſt. Verum, quæ magna Dei clementia eſt, de antidoto prouidit, C quo & hic rite corrigi, ille vero aliorſum inclinari queat, dum nil niſi peccatum, quod Deo diſplicere poſſit, hic timeat, nullum præ Deo diligere velit; quod autem vt fortiter conſtanterque hîc fiat, efficere ſolet Euchariſtia, medicina longè nobiliſſima, cui ſimilem nulli Chimici quantumuis experientiſſimi hactenus reperere, quamuis titulos inuentis ſuis impertiuerint honoratiſſimos, ea modò *Elixir*, modò *cælum philoſophicum*, modo *aurum potabile*, modo *balſamum vitale* indigitantes. Vana Nomina; ſolus hic Euchariſticus panis affatim præſtare omnia poteſt, dum in tanta humanæ mentis inconſtantia, & imbecillitate, in tam ardua virtutis via, tam difficili vitæ conditione, tanta hoſtium incurſione, tot vndique circumfuſis moleſtiis nos D ſuo præſidio munit; vt tamquam leones ignem ſpirantes, quemadmodum loquitur *Chryſoſtomus*, & dæmonibus ipſis terribiles ab hac menſa prodimus, aduerſus diabolum ac tyrannorum phalangas trilice pectus lorica induti, ad nobiliſſimam victoriam conſequendam. Quæ virtus maioribus noſtris cum perſpecta eſſet, iam inde ab Eccleſiæ incunabilis S. Anacletus quartus à S. Petro Apoſtolorum Principe Pontifex, idēque ſanctiſſimus Martyr, anno Chriſti 112. incrudeſcente Traiani in Chriſtianos tyrannide, ſanxit, vt Omnes ſacrificio Miſſæ quotidie intereſſent, eoque peracto, Euchariſtiæ ſumptione ad Martyrium ſeſe compararent, quod vti præſti-

S. Ioan. Chryſoſt.

Anacleti PP. Sanctio de quotid. Commun.

præſtitum, ita & ampliſſimis triumphis Eccleſiam nobilitauit, cùm non viri tantum ac mulieres, graueſque matronæ, ſed & tenerrimæ virgines, puellæque ſui ſexus oblitę tormentis omnibus ſuperiores Chriſti fidem ſanguine cōſignarunt.

B. Liduina.

Sed non ſemper litui ſonant, nec per vicinos agros claſſica audiuntur, habet & pax heroides ſuas. O quam te hic memorem Belgij noſtri gēmula *Liduina*, magnum atque præclarum fortitudinis portentum! quæ eam ipſam, de qua nobis hic ſermo eſt virtutem ex eodem Euchariſtico fonte tam largè, copioſèque ſuxiſti. Paupercula, ſola, deſpicabilis, & deſpecta, morbis inſuper pluribus & intolerandis oppreſſa iacebas: hortabatur pius ſacerdos ad animum Chriſti patientis memoria corroborandum, ſed conantem animus deficiebat, quare lamentis & eiulatibus cubile reſonare, tuque ipſa à deſperatione parum abeſſe. Redit itaque animæ medicus, eandem medicinam pectori applicat, vtiqueaſſerens nihil ea recordatione quam Chriſti cruciatus inſtituunt præſennus eſſe ad dolorum patientiam comparandum: addidit ſupplicia martyrum, gaudia beatorum, denique recordationem ingeſſit omnium, quæ leuare animum poſſent, & parum promouit. Poſtremò, & ipſam tibi Euchariſtiam immortalitatis pharmacum porrigit, quo animus creſcere, nec iam ſapere aliud tibi niſi ſolus Ieſus & hic quidem crucifixus cœpit. In ſumma, ita ab eo animabaris, vt deinceps non tam ipſa tibi pati, licet paterere duriſſima, quam ipſe Chriſtus in te pati videretur: *Vitæ auctor*. Alius ſubinde morbus eſt qui mentem noſtram inuadere ſolet, dum offuſcari intellectum, & neſcio quibus obuolui tenebris experimur, & hunc quoque potenter diſpellere Euchariſtia conſueuit, cum intelligentiam eius, qui gratum ſe, memoremque patienti Domino, eius ſuſceptione demonſtrat, cæleſti quodam ſplendore illuſtrat.

Maria de Victoria.

Teſtatum id dabo in celebri illa, nominataque matrona *Maria de Victoria*, quæ de hoc Sole tantum participare ſolita, quantum paucis aliquando indultum, quia in paucis quoque ad eundem pectore ſuo excipiendum, ſolita præparari. Rogata hæc die quodam à ſodale, qua methodo vteretur ad retinendam continenter Dei præſentis memoriam, ac ferme ad reſpondendum coacta, his vſa fuiſſe verbis inuenitur: quandoquidem vrgeor fateri, quod res eſt, ſic habeto: non ego induſtria vlla vel labore Dei præſentis imaginem mihi formo: ſed quod menti meæ inter ſacras epulas impreſſum eſt, id cuſtodio. Tunc enim pro ſua bonitate clarum luminis ſui radium animo meo infundit Chriſtus, qui vel diuerſas figuras maieſtatis diuinæ egregiè repræſentat, vel aliquod myſterium ſacræ humanitatis ſuæ in imaginatrice mea facultate tam viuis coloribus depingit, vt ad conſequen-

A tem ſynaxin ſpecies ea perduret. Sanè mihi cōtigit aliquando, vt Deum incarnatum adeò mihi vicinum animaduerterem, vt iunctum lateri, comitemque habere viderer.

Hæc illa. Vnde colligerę licet, quemadmodum mentes conuiuarum in hoc acridulci epulo Euchariſticus ſponſus illuſtret, quamque appoſitè ad amorem prouocandum, vbi aptas inuenerit ſanet, atque reſtauret.

S. Thereſia.

De B. vero *Thereſia* teſtis eſt vitæ auctor, ſæpe ſæpius mentis ſuæ tenebras Euchariſtica luce diſcutere conſueuiſſe, cum enim iis inuoluta eſſet & interea grauiter à Dæmone ſollicitaretur, ſimulac S. Synaxin acceperat, vno prope momento B diſſipabantur tenebræ, grataque ſerenitas eius animo illuceſcebat.

Hanc etiam beatam vicem non raro ſenſit *Maria de Ieſu* Ordinis Dominicani laudata ſanctimonialis, præcipuè verò cum tantis in anguſtiis verſabatur, tantiſque in tenebris, vt ne de illis quidem loqui poſſet: tum enim confeſſarij conſilio excitata, quaſi per vim fiducia, ad ſacram menſam vbi accubuit, continuò inſueta luce, lætitiaque perfuſa fuit: *Ioann. de S. Maria in elog.*

Optimus ſane diuini huius Medicamenti effectus, quem, vtinam! nulla vnquam noſtra deſidia, noxaque interuertat, nobiſque aliquando C eueniat, quod in Corinthiis ſuis deplorabat Apoſtolus, dicens: *ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*. 1. Cor. 11. 30. Quod etiamnum his noſtris temporibus accidere videmus non paucis, cum, teſte *S. Anſelmo*, poſt Paſcha variis morbis corripiuntur, quia indignè corpus Domini acceperunt, quin & præmatura morte ſubinde moriuntur, vtinam! non æterna: *Mors, ſiquidem, teſte S. Thoma, eſt malis, vita bonis,*

1. Cor. 11. 30.

S. Thomas Aquinas.

Vide paris ſumptionis
Quam ſit diſpar exitus.

Triſtiſſimus profectò caſus, & hora inauſpicata, qua mortem illic inuenit homo, vbi vitam, & abundantius quidem debuerat repetiſſe?

Fortunatum vero illum, & omni felicitatis genere cumulatiſſimum, qui panchreſto illo D pharmaco rectè vſus in vitam proficit ſempiternam: ita vt, de hoc diuino Sacramento dicere nobis liceat, quod Dominus Iſraelitico populo de Lege ſua loquens, edixit: *Teſtes inuoco hodie Cælum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem:* elige ergo vitam, vt viuas. Atque hoc erat, quod in rem noſtram præſentem tantopere ſuis inculcabat Græcorum Patrum Coryphæus S. Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus, dum ſic ad plebem ſuā locutus fuiſſe inuenitur, quo & ego hoc caput concludam: *Quare pias quæſo cogitationes homo noue ſuſcipias, ſtudioſe, ſanctèque viuas, & benedictionem participes: quæ, mihi crede, non mortem ſolum, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim cum in nobis*

Deuter. 30. 19.

manet

manet Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem: pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, colliſos redintegrat: & ſicut paſtor bonus, qui animam ſuam pro ouibus poſuit, ab omni nos erigit caſu. lib. 4. in Ioan. c. 17. Vt maiore pondere veritatis de Chriſti cruce hic dixerim, quã de haſta Achillis olim cecinerit homerus. *Vulnus, opemque gerit:* Vulnerabat illa ad mortem, eadem ſanabat vulneratum.

Crux Chriſti carnem ferit, ipſi & læſam animam reſtaurat: *Ego occidam: ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo.* Deuteron. 32. 39. *Quà vulnus: Sanitas.*

Deuter. 32. 39.

Chriſtus B. Gertrudi in forma Pelicani apparet.

Atque hoc eſt quod dilectæ ſuæ Gertrudi cæleſtis ſponſus in ſymbolo Pelicani exhibere dignatus eſt: Receperat ſe pia virgo ſumpto in Euchariſtia Domino ad intima animi ſui penetralia, vt totam ſe amori daret: cum ecce diuinus Proteus Pelicani formam indutus, illi ſe ſpectabilem ſiſtit, viſuſque eſt roſtro ſanguinem è pectore prolicere. Attonita illa tantæ prodigio pietatis, *quid tibi vis,* inquit, *ô! diuine amator, eo oſtento amoris?* tum ipſe, *vt contempleris,* ſubiicit, *vim illam, atque impetum infinitæ caritatis meæ, qua impulſus ſum ad largiendum munus hoc corporis & ſanguinis mei, omnium munerum præſtantiſſimum: impetum certè tantum, vt ſi dicere fas ſit* (verba illius ſubiicio) *poſt hoc donum magis eligerem mortuus remanere, quam hoc donum ab amante anima continere.*

Lib. Inſin. diuin. piet. l. 3. c. 18.

Hæc ipſe: quæ quidem ab interprete, parùm latinè, reddita, quibuſdam videri poſſint obſcura, quare ſic cum viro docto interpretor, vt diuinus Sponſus indicet, malle ſe, ſi fieri poſſet, ſub ſpeciebus emori, quam ſub eiſdem viuere, nec ſui amantibus communicari.

Tum addidit, quemadmodum Pelicani pullus paterni pectoris cruore ſanatur, ac paſcitur; ita pias animas Chriſti ſanguine refici, atque in vitam æternam conſanari, ideoque Chriſtum Dominum ſpirare ſub hoſtia, vt ſuo eas ſanguine foueat, *vitamque* illæ *habeant, & abundantius habeant.* Ceterùm ſicut Pelicanus ſanandis pullis ſanguinem exhaurit; ita ſi neceſſe foret, & ipſe cultris impiorum, aut frameis pateret; neque tũ ſanguini parſurum ſuo, aut vitæ, modo vel ſic amantes iuuare poſſet.

Ioan. 10. 10.

Magna hæc, fateor, Medici cura, magna Medicina; ſed opus erat non parua: quare magnus de cælo venit Medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, vt S. Auguſtinus ſcriptum reliquit.

CAPVT DECIMVM.

Fœcunda Chriſti patientis ſupplicia, mirifica noui hominis Bibliotheca: crux diſciplinarum omnium, Artiumque Liber, varius & ſingularis.

Nihil arbitratus ſum me ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. 1. Cor. 2. 2.

1 Cor. 2. 2.

Qui librum hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic perfecta Virtus & ſapientia eſt. *S. Ambroſ. in cap. 2. ad Col.*

S. Ambroſ.

Primi Bibliothecarũ inſtructores. Reges Ægypti.

OPrimam ſanè atque incredibilem vniuerſo hominum generi operam præſtitit Oſymanduas Rex Ægypti, dum inter alia operum præclara, ſacram *Bibliothecam* primus ſtruxit, & in eius fronte præſcripſit ψυχῆς ἰατρεῖον, *animi medica officina:* quem Ptolemei Reges, atque in primis ille, qui *Philadelphus* dici voluit, ſtrenuè imitatus eſt, dum eandem vndique & omne genus libris, etiam ſacris, atque è media petitis Iudæa luculentius inſtruxit: nam cum aures eius tetigiſſet hebrææ Sapientiæ fama, miſit, qui libros depoſcerent, & idoneos ſimul homines, qui in græcam linguam eoſdem, communi omnium vſui traducerent conduxit. Ea interpretatio eſt, quam LXXII. à numero ſcilicet, quos operam huic rei dediſſe legimus, appellarunt. Eueniſſe id anno eius Regni 17. Epiphanius tradit, Olympiade CXXVII. Creuit autem hîc librorum eius numerus ad ſeptingenta millia.

O theſaurum! ſed in re æterna, non æternum; nam totum hoc, quidquid fuit librorum, bello ciuili Pompeiano periit. Reuixit tamen Bibliotheca non eadem quidem, ſed conſimilis, cuius auctor Cleopatra fuit, quam & in Serapeo collocauit, quo ſub Theodoſij maioris imperio cadente, & illa collapſa fuit: quare ad Græcos ea gloria tranſitum fecit Rege Attalo, Pergami, vrbe Troadis, cum Eumene, quem habuit ſucceſſorem conquiſitis vndique exemplaribus celeberrimam *Bibliothecam* auſpicante; hunc in eadem Græcia plures ſecuti ſunt, donec Romana gloria, vti in ceteris, ita & in hoc ſibi palmam, eorum ſpoliis lemniſcatam, ſuperbè vindicaret.

Græci.

Primus hîc Æmylius Paullus Perſe Macedonum Rege deuicto librorum copiam aduexit, ſatis enim tardè hæc cura aut ſtudium apud Martis, non Muſarum populum inualuit: auxit Lucullus è Pontica præda: Cornelius verò Sulla, poſtea Dictator, cum è Græcia, Atheniſque magnam librorum vim traduxiſſet, Romæ depoſuit, ac diſpoſuit. Tamen his omnibus verè

Romani.

publica Bibliotheca nondum ſtructa eſt, in quam cogitationem primus venit Iulius Cæſar, ſed deſtinauit, non perfecit, Aſinius vero Pollio, inuitante Auguſto dum Atrium Libertatis exſtruxiſſet, in eo *Bibliothecam* publicauit. Succeſſere priuati, qui in Thermis & agris Bibliothecas adornarunt, credo, quia corpori curando otioſè iſtic vacantibus, occaſio erat legendi aliquid, vel audiendi, hominibus præſertim aliàs occupatis, quorum exemplo ducti Chriſtiani, qui abſque ſacris Codicibus nunquam ante priuatim vixerant, reddita iam Eccleſiæ pace publicè, ac palam in arce religionis certiſſimas, vt Seuerinus Boëtius ſcribit, ſacræ Philoſophiæ ſedes aperuere, in quibus ipſa cum pio, eruditoque lectore de humanarum, diuinarumque rerum ſcientia diſſerere poſſet. Et primus hic quidem nominandus mihi Conſtantinus eſt, magnus ille Chriſtiani populi Zorobabel, qui Conſtantinopoli Bibliothecam centum & viginti librorum millibus inſtruxit: quem Romæ Pontifices, aliique Præſules imitati ſunt, donec *Nicolaus PP. V.* Bibliothecam Vaticanam, promptuarium illud ac ditiſſimum ſapientiæ penu, vt Cardinalis loquitur Baronius, excitaret.

Chriſtiani.

Conſtantinus iam Chriſtianus *Bibliothecam SS.* Codicum *inſtituit. Pontifices ſecuti Romæ in Vaticano.*

Patris exemplum ſecuti ſunt filij Reges, Philippus II. Hiſp. Rex in ſuo Eſcuriaco, Franciſcus I. Galliæ ad S. Victorem,

Matthias Coruinus Rex Hungariæ, Budæ. Aliique non pauci, dum præſtantiſſimas in regnis ſuis Bibliothecas exornarunt, quibus ſubiungo *Marcianam Venetiis, Florentinam in Hetruria, Bauaricam in Boicis, Memmianam, Seguerianam, S. Germani, S. Genofeuæ Pariſiis, Sfortianam Romæ, Ambroſianam Mediolani*, quas viri magni ac Principes inſtruxerunt, vera omnia Sapientiæ armaria, perennes diſciplinarum omnium fauillas, de quibus quod menti depromitur, fructum affert & voluptatem in omni vita, ea tamen cautione ac lege, vt ex magna librorum farragine optimum quemque, & qui maximè ad rem faciat, quiſquis ille ſit legat: non enim refert quam multi, ſed quam boni, & bene legantur, *non* enim *legenda ſunt multa, ſed multum*, ad quod opportuniſſimè illud accinit *Seneca: non refert quam multos, ſed quã bonos habeas libros. Lectio certa prodeſt, varia delectat. Qui, quò deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viã, non per multas vagetur, non enim ire illud, ſed errare eſt.* Seneca ep. 45.

Reges Chriſtiani in regnis ſuis imitati.

Quid, quomodo, quantum legendum.

Seneca epiſt. 45.

Quare certis ingeniis immorari, & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſederit, nuſquam enim eſt, qui vbique eſt. In peregrinatione vitam agentibus, hoc euenit, vt multa hoſpitia habeant nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iis, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim, & properanter tranſmittunt. Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihil æque ſanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamenta tentantur.

Non conualeſcit planta, quæ ſæpe transfertur. Nihil tam vtile eſt, quod in tranſitu proſit. Faſtidientis ſtomachi eſt, multa deguſtare: quæ vbi varia ſunt, & diuerſa, inquinant, non alunt: ita & lectoris vitium eſt voluptatem potius in libris quærere, quam vtilitatem. Hos tales Polybius catillonibus & guloſis conuiuis æquiparat, qui appoſitos cibos variè & carptim delibantes, neque in præſentia voluptatem ſolidam, neque fructum, aut alimoniam in poſterum ferunt.

Modus legendi cum fructu libros.

Quare cum librum lectitare cœperis, ille à capite ad calcem peruoluendus eſt, idque non properanter, nec tumultuariò: edendo ſiquidem, bolos feſtinanter ac raptim ingerere, plurimum nocet: eadem quippe legentis, quæ comedentis eſt ratio, ægrè namque digeritur quod adeo celeriter & præpropere ingeritur: non ſatis percipitur, quod ita feſtinè ac curſim legitur, quare eadem nonnunquam ſecundùm ac tertiùm legere ne pigeat, vt quod obſeruatu dignius id memoriæ, id moribus affricetur, tantoque firmius inhæreſcat.

Et hæc quidem, ſi humanis in litteris profectum ſuum amantibus præceptiones eſſe debeant non ingratæ, quanto magis ad virtutem contendentibus, vitæque nouæ ſanctimoniam ambientibus gratæ videri debeant, & acceptæ? quibus indubiè ſua opus eſt *Bibliotheca*, atque ex ea ſuadendus liber, quem voluant aſſiduè, ex quo lectionis fructus laboris impenſas, largè, copioſeque adæquet, quem virtutes omnes habeant ducem, cuius lectio non tumultuaria ſit aut perfunctoria, ſed lentior, atque eadem nonnunquam ſecundùm ac tertiùm vt iam dixi, repetita & expenſa, donec iam non in ſuccum & ſanguinem ſed in vitam, moreſque legentiũ vertatur.

Sed quemnam ex vaſta adeò Scriptorum ſilua Nouo homini librum ſeligas, quem perdius ac pernox ſtudioſè euoluat, lectumque attentius expendat? Et doctum quidem hoc ſæculum eſt, ac ſcriptis piorum hominũm abundans, ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: multi turbari erga plurima, cum vnum porro homini neceſſarium ſit, *vt ambulans dignè Deo per omnia placeat, in omni opere bono fructificet & creſcat in ſcientia Dei, in omni virtute confortatus, ſecundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, cum gaudio gratias agendo Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum.* Coloſſ. 1. 10.

Col. 1. 10.

Quis autem librorum id ſecurè doceat, varij conati ſunt arbitrari: Quidam aureolum illum religioſiſſimi viri *Thomæ à Kempis* libellum, vnguento illo redundantem, quo mentes morta-

Liber Thomæ à Kempis.

lium

Digitized by Google

lium ad immortales delitias vnguntur, præferendum ceteris cenſuerunt, cuius dignitas, qua ſe omnibus longè lateque probauit, vel ex hoc liquidò patet, quod poſt ſacros Codices, quos hic nolim in comparationem adducere, nullus tam crebrò typis fuerit excuſus: nullus tam cupidè ab omnibus expetitus, ac lectitatus, à ſummis, mediis, infimis: nullus qui in tam varias ſit linguas transfuſus, atque omnium calculo approbatus. Quo refero, quod niſi grauiſſimis teſtimoniis niteretur, incredibile videri poſſit. Cum quidam è Societate noſtra Ieſu ante annos plus minus ſexaginta, Argirium Mauritaniæ profectus fuiſſet, pretium redemptionis captiuorum laturus, Rex, qui aliquando Chriſtianus fuerat, eum in ſuam duxit *Bibliothecam*, varia librorum ſupellectili inſtructam. Varios hic illi codices viſendos porrigit, atque in his libellum Thomæ à Kempis, de imitando Chriſto, vulgari Turcarum lingua conuerſum. Adiecit autem, pluris ſe vnicum illum facere quam reliquos omnes Mahumetanorum. Taceo mirabiles ex huius libelli lectione animorum metamorphoſes, innumeraſque eorum conuerſiones, quos ad arctam ſalutis ſemitam, à via lata, & ſpacioſa traduxit, cum pleriſque notæ ſint, vnde coniicere pronum eſt, quid de hoc libro cenſendum. Hunc certè tanti fecit S.P.N. Ignatius, vt perdicem librorum ſpiritualium appellaret. Vnde dicere ſolebat P. Ludouicus Gonzales ſummi iudicij vir, conuerſari cum Ignatio, non eſſe aliud, quam videre librum Thomæ à Kempis factis & moribus expreſſum. Alij à chartis, & typis ſe recipientes, cum *S. Dominico* Prædicatorum familiæ Inſtitutore *Librum charitatis*, cæteris omnibus anteponunt, interrogatus namque S. Pater à Clerico, quo libro ſapientiam tantam crueret, qua orbi toti conſpicuus, tantas vbique animorum faceret mutationes? Reſpondit *Librum eſſe charitatis:* vnius omnium optimi Libri huius ac præ cæteris æſtimandi miraculum eſſe, ſi quod eſſet. Et hunc quidem Librum ignoraſſe minimè dicendus eſt Venerabilis ille *Franciſcus Titelmannus* diuinorum oraculorum Louanij doctiſſimus quondam interpres, exinde perfectioris vitæ ſtudio Capuccinus, in quo vitæ genere cum abdicatis ſacrarum litterarum exercitiis, inſanabilium ægrotorum curam ſuſcepiſſet, oblitus rerum non modò ceterarum, ſed quod homini erudito grauius eſt, etiam librorum; acceſſit ad eum non nemo, quem antè Louanij nouerat, miratuſque quod cerneret, hominis prudentiam requirebat; cui ille, in ægros intento digito, reſpōdit: hi nunc mei ſunt Chryſoſtomi, Baſilij, Auguſtini, his operam, & ſtudium nauo. Quia enim ſupereminet ſcientiæ charitas, vt *S. Paulus* teſtatur, ſatis ſe, ſi bene hoc ageret, ſcire arbitrabatur, eoſque ceteris libris anteponebat.

Liber Charitatis à S. Dominico lectus.

Franciſc. Titelman. ***Librum Charitatis legebat.***

Eph. 3. 19.

Liber Dei.

Sed eſt & alius, qui *Liber Dei* dicitur, nempe homo ipſe, non quod in eius Cranio, vt exiſti-

A mauit S. Zeno Veronenſis, neſcio quas hebraicas litteras naturæ manu inſcripſit: ſed quoniam in eo, ſi naturam attendas, multo autem magis, ſi gratiam, ſapientiæ, potentiæ, ac bonitatis ſuæ characteres impreſſit, quos omnes natura rationalis legere, & intelligere facili negotio poteſt. Nec incongruè hominis ipſius compoſitio, atque ſtructura cum ſcripturæ contextu comparari poteſt. Litteræ, quatuor humores referunt: ex quorum mixtione multa conflantur: ideoque principia, vel elementa dicuntur; ſyllabæ, partes ſimilares, puta cartilaginem, oſſa, membranas, arterias, neruos, venas, muſculos repræſentant,
B dictiones, membra; periodus tota, corpus ipſum; ſenſus vero in ea expreſſus animam vel ſpiritum viuificantem deſignat. Et veluti characteres typici, poſt eductos è prælo libros in loculamētis variis reponuntur, donec ad typographi libitum denuo educti, & coniuncti, ſicut prius eundem ſenſum reddant, ita & de corporum noſtrorum diſſolutione, futuraque eorundem anaſtaſi, ſiue reſurrectione philoſophandum.

Et quanta hinc ſcientia colligi queat? non futilis aliqua vanaque, cuiuſmodi omnes illæ ſunt, quas varia hominum ingenia commenta ſunt, ſed admirabilis illa ac planè diuina, qua mentes hominum paſci ſolent, atque in Dei amorem vehementer accendi. Nouerat id ac proinde
C ſilere noluit diuinæ fidicen lyræ, ac purpuratum Domini delicium Dauid, cum cecinit Pſ. 138. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me:* ſiue vt S. Ambroſius legit, *cognitio tua.* Quis eum nouerit, & non amet?

Pſ. 138. 6.

Certè, vel de vno illo medicorum Principe Galeno litteris traditum accepimus, dicere ſolitum, etſi aliunde ſibi compertum non fuiſſet, Deum eſſe, ex ſolius tamen *libri* huius lectione, id eſt, inſpecta humani corporis fabrica, ſatis ſuperque certitudinis inuenire ſe poſſe.

Præter hunc, ſunt & qui *Librum Diuinitatis*, in quo nimirum Deus ſeipſum quaſi Apelles clarè expreſſit, ac legendum omnibus exhibet magnis laudibus extollunt. Nec malè: eſt namque
D vniuerſus iſte mundus veluti quidam *Liber* digito Dei ſcriptus: cuius cælum, terra, mare tria patentiſſima folia ſunt omnibus aperta, in quibus ſingulæ creaturæ, tamquam ſinguli litterarum apices & figuræ leguntur. Vel vt bene Ioan. Euſeb. Nierenbergius de orig. Script. l. 1. cap. 2. *Liber eſt ſcriptus intus & foris, ſignatus ſigillis ſeptem*, quia intus ſpectantur creaturæ ſpirituales, foris corporales, ſigilla ſunt, ſeptem ſphæræ, nimirum cælum empyreum, firmamentum, planetares globi, tum ignis, aër, aqua, & terra. Liber eſt, in quo elementa litteræ: mixta imperfecta, ſyllabæ: perfecta, dictiones; homo demum oratio abſoluta. Imò verò rerum omnium ſpecies verba ſunt, Dei maieſtatem explicantia, in quibus conſcribendis manus fuit verbum æternum, calamus ſapientia, tabella mundus, atramentū materia

Liber Diuinitatis.

Pſ. 91. 5.

teria prima, charactetes formæ, & qualitates ſpecificæ, nexus ordo rerum; virgulæ & interpunctiones, rerum diſtinctio: & de hoc quidem libro ſic *B.Proſper* de vocat gent. c.1. *Librum hunc nobis propoſuit Deus, vt in paginis elementorum, & in voluminibus temporũ, communis & publica diuinæ inſtitutionis doctrina legeretur.* Verum autem eſt, quod *vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.* Pſal. 91. quemadmodum enim is qui litteras non nouit, ſi librum apertum inſpiciat, videt ſanè ipſarum litterarum characteres, vim tamen & ſignificationem earum non comprehendit: ita is qui *non percipit ea quæ Dei ſunt*, conſpicit quidem externarum creaturarum ſpeciem, ſed internam illarum rationem non capit: homo vero nouus ac ſpiritualis, qui oculos animi habet apertos, dum exterius Dei opificium contemplatur, quam mirabilis ſit ipſe opifex intus concipit, & ex pulchritudine rerum, vt bene aduertit *Ludouicus Bloſius*, quas conſiderat, tranſit ad pulchrum illud, pulchrorum omnium pulcherrimum, vnde omnis pulchritudo promanat, vt cum eodem Pſalte exclamare cogatut: *delectaſti me in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* Pſal. 91. 5. (margin: Pſal. 91. 5.)

(margin: Liber S. Antonij.) Et hic ille Liber eſt, quem aſſiduè legiſſe magnũ Antonium atque ex eo tantopere profeciſſe auctor eſt S. Athanaſius. Cuidam enim ex eorum numero, qui id temporis ſapientes ſunt habiti, ad Antonium illum Iuſtum accedenti, quærentique quo pacto vitam poſſet ſuſtentare, ſolatio illo, quod ex libris capi ſolet, orbatus? reſpondit: meus *liber*, ô Philoſophe, eſt *natura rerum à Deo conditarum*, quæ quotieſcumque animo libitum ſit meo, libros ipſius Dei legendos ſuppeditat. *Ita Socrates l.4. c.18. & ex eo Hiſtoria tripartita lib.8. cap.1.* Bonus certe liber, & obuius, Creatura omnis, eiuſque vſus ſanctis viris ſemper familiaris, quippe *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Pſal. 18. (margin: Pſal. 18. 2.)

(margin: Liber triphyllus S. eremitæ.) Quid vero de triphyllo iſto alio magni Aſcetæ libello dixerimus, quem ille ſe dies noctesque legere ſolitum identidem commemorabat, cui, & quidquid hactenus in virtute promouerat, volens lubenſque acceptum ferebat.

Primum huius folium erat candidum. Secundum nigrum. Tertium rubicundum.

Primum ei cœleſtis quandam beatitudinis ſpeciem repræſentabat,

Secundum mortis terricula, metumque ingerebat.

Tertium denique ſupremi iudicij grauiſſimam ſeueritatem explicabat. Et huic quidem vni, ſed omnium, vti aiebat, librorum principi omnes vitæ ſuæ dies conſecrârat, quamuis hactenus parum admodum ſe profeciſſe non neſciret.

Nec male profectò, quod vel à pſalte regio, viro illo ſecundum cor Dei atque in vijs eius ambulanti potuerat didiciſſe, ita enim ille de primo: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Satiabor cum apparuerit gloria tua: Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.* (margin: Pſal. 41. 2. Pſal. 16. 15. Pſal. 83. 3.)

De ſecundo autem: *præoccupauerunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* (margin: Pſal. 17. 6.)

De tertio verò: *memor ero dierum antiquorum: à Iudicijs enim tuis timui.* (margin: Pſal. 142. 5.)

Quibus ſanctiſſimus ille Rex atq; Propheta innuere volebat, ſe hinc ſupremæ beatitudinis ſpe allici, inde mortis acerbę metu concuti, iſtinc vero ſupremi iudicij trutinam non ſegniter formidare; quæ tria pius hic Anachoretes in triphyllum codicem referens, plus vnâ eius ſingularique lectione ſibi profuit ad ſalutem, quam omnes omnibus ſapientibus profuere Bibliothecæ.

Nunquid & alius quiſpiam Liber inueniri queat, nouo vtilis homini ac fructuoſus? vtique. Et quiſnam hic? *Maria Virgo Deipara: Liber nouus*, vt S. ait Ioannes Damaſcenus orat. 2. de aſſ. *in quo inenarrabili modo Deus homo, citra omnem manus operã, inſcriptus eſt. Liber vere viuus verbi paterni*, vt S. docet *Andreas Cretenſis* orat. de aſſ. *Tomus puriſſimus, atque animatus*, vt ſcribit S. Germanus Conſtantinop. in quo ſine voce, & ſcriptura ipſe inſcriptus Deus, & Verbum per diem legitur. Grande myſterium! quaſi *Liber* hic nequaquam legi in tenebris queat, ac ſolis filiis lucis innoteſcere poſſit? Et re vera ſic eſt, neque enim diuini verbi in Virgine corporatio perſpici poteſt à filiis tenebrarum, ſed ab iis, qui omni vitio liberi cor purum integrumque conſeruant, in quos diuina lux copioſa deſcendens, idoneos efficit huius ſcripturæ lectores: adeo vt, ſicut in rebus humanis fieri amat, vti varia ſunt, quæ conſpectum noſtrum effugiunt, donec lux quæpiam affulgeat certis modis ac conditionibus viſui conſpicientis attemperata; ita & hîc: qui luſcioſus eſt, præ vligine plurimarum cupiditatum, diuini luminis, ac ſolaris ſplendoris vbertatem non fert, ſed ſpiculum lumen illucentium noctu ſiderum aut candelæ depoſcit vt videat: contra vero ſcriptura Verbi Dei in libro Deiparæ eiuſmodi eſt, vt de die tantum, & ad ſolem ab his quibus illimes oculi ſunt, legi poſſit, id eſt affulgente pleno Chriſti lumine, ita vt dies diei, ſicut acutè hic notauit P. Theophilus Raynaudus, eructet verbum. (margin: B. V. Maria Liber homini nouo apertus. S. Ioan. Damaſc. S. Andreas Cretenſis. S. German. Conſtant.)

Eodem plane ſpectaſſe viſus *Epiphanius* cum *Baſilio*, dum Virginem Deiparam appellarunt *chartam magnam*, quod ab Iſaia accepiſſe liquet cap. 8. vbi enim in editione vulgata iubetur Propheta *accipere librum grandem & ſcribere in eo ſtylo hominis*, Græca habent, *Tomum nouum magnum*. Quomodo enim non dixerimus Mariam magnam, quæ incomprehenſibilem concepit, quem cælum & terra capere non poteſt? ipſe (margin: S. Epiphan. S. Baſilius. Iſaiæ 8. 1.)

autem

autem cum incomprehenſibilis ſit, ſecundum A proprium propoſitum & voluntatem volens comprehenſus eſt, quapropter magnus eſt liber & nouus. Magnus propter miraculum; nouus, quia virgo. Et *ſcribe*, inquit, *in ipſo ſtylo hominis*.non dixit, ſcribet in ipſo quis ſtylo hominis: neque dixit: in ipſo ſcribet homo, ne prætextum reperiat Ebion, qui hinc intuliſſet, ergo homo Ioſeph ſeminauit, & ex ſemine viri genitus eſt Chriſtus, verum *ſcribe* inquit Propheta, vt oſtenderet Spiritum Sanctum auctorem fore & effectorem conceptionis Chriſti, qui Librum hunc exarauit, idem factus calamus & ſcriptor. Quidni enim ſtatui queat manus & calamus, ſi idem apud Dauidem Pſal.44.calamus eſt, & lingua, vt bene ſupra B nominatus limatiſſimi vir ingenij Theophilus Raynaudus aduertit lib.2. de Chriſto ſect.5. cap.2.vnde iam non amplius mirer ex huius libri aſſidua lectione Rupertos, Hermannos, Albertos, alioſque ſexcentos tantum lumen hauſiſſe.

Et his quidem ſingulis, atque vniuerſis à me recenſitis hactenus Libris ac libellis ſuo in valore, pretio, ac laude permanentibus, alium nouo homini perutilem, ac diuina quadam ſapientia pleniſſimum præ ceteris commendandum exiſtimaui, Chriſtum ſcilicet Ieſum Crucifixum, quem merito *Libri magni, & reconditi* nomine, Aſcetæ omnes indigitent & venerentur: tum quia ex teneri, atque immaculati Agni C membranulis compactus eſt, tum vero inſtar libri in Crucis prælo opera Præſidis Pilati, qui tradidit illum, vt crucifigeretur, expanſus fuit, & duobus ac ſeptuaginta coronæ ſpineæ ſentibus, ac crudelis lanceæ mucrone, quaſi typis impreſſus, ſignatuſque, non atramento, ſed rubrica ac proprij ſanguinis tinctura, in quo, ceu virginea membrana, quot ſcribæ & Phariſæi, diuinæ legis ignorantiſſimi, aculeatis virgarum ac flagellorum calamis infligi verbera curarunt, tot inſcripta Amoris verba pelleguntur: in quo à vertice capitis, vſque ad plantas pedum, hoc eſt, ab exordio, ad epilogum quot impreſſæ ſunt litteræ, vibices ſcilicet, vulnera, cicatrices ac plagæ, tot amoris, doloriſque, impreſſa ſunt D argumenta.

Et de hoc quidem Libro interpretantur multi verba illa, quæ Dominus dixit ad Habacuc cap.2.*ſcribe viſum & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum*. Quibus verbis præcepit Deus Prophetæ, vt librum characteribus maiuſculis ſcribat, atque in tabulas imprimat, vt quiſquis idoneus eum legerit, ſine difficultate, aut mora, ſcripturam intelligere, & capere valeat. Qui liber ſuper tabulas explicatus, eſt Chriſtus in Cruce diſtentus, litteris maiuſculis, id eſt maximis & clariſſimis virtutum exemplis ſcriptus, ita vt quilibet, quantumuis ſimplex & idiota, modo velit, facillimè eum perlegere, & veram viuendi formam ediſcere valeat ex eo, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. O Librum! exclamat Alphonſus noſter Salmeron, ſuper omnem librum, hunc expedit nocturna verſare manu, verſare diurna: hoc ſit noſtrum Enchiridion, ad ſapientiam Iſagoge, dicamuſque cum Venerab.*Henrico Suſone, pone meam in tuis vulneribus Philoſophiam, in tuis ſtigmatibus ſapientiam, vt in te ſolo claritatis Libro, & morte tua proficiam, & omnibus mutabilibus rebus deficiam, ita vt ego, iam non ego, ego in te, & tu in me, indiſſolubili vinculo amoris maneamus.*

(Habacuc 2.2.)

(Alphonſ. Salmeron.)

(Henrici Suſonis Votum.)

Hæc meditari, ait S.Bernardus, *dixi ſapientiam, in his Iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Hæc mea ſublimior Philoſophia, ſcire Ieſum & hunc Crucifixum.* In hunc autem Librum non tam carnificum ferro, quam aurea amoris ſagitta exaratum, cuius vocales plagæ ſunt, conſonantes verbera, interpunctiones ſpinæ, periodus corpus in cruce extenſum, omnes tam orthodoxi, quam hæretici, tam praui, quam ſynceri Chriſtiani oculos coniiciunt, ſed non omnes legunt: illis namque clauſus & obſignatus eſt; his vero, vtpote fidelibus Chriſti amicis, Cruciſque amatoribus apertus, quibus eum cœleſtis Agnus aperuit, qui occiſus eſt ab origine mundi, vti S.Ioannes id teſtatum reliquit, dicens: *dignus eſt Agnus accipere librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius, quoniam occiſus eſt.*

(S. Bernard.)

(Apoc.5.9.)

Intuentur profani Librum hunc, apices quoque & clauorum ſtigmata, velut totidem eiuſdem characteres: flagellorum ſigna vt litteras oculis percurrunt, ſed quoniam ſcripturæ vim non capiunt, ideo non agnoſcunt. Amatores vero Crucifixi, Chriſtum hic legunt Dei ſapientiam & virtutem, quam dum penetrant, in ſuccum ſuum, ſanguinemque conuertunt, clareque hic perſpiciunt, quantam malitiam præ ſe ferat peccatum, quod hominem à Deo ſeparet, cum illi abolendo neceſſarium fuerit vnigenitum eius filium, tam durum atque difficile remedium adhibere. Hic quantopere fugiendus infernus ſit, quam amabilis & præclara virtus ſit, quam deſiderabilis paradiſus, inuenitur, cum Chriſtus Dei filius tantis ſe cruciatibus ac tormentis ſubiecerit, vt illa nos doceret. Hinc vident quam miſera ſit caro noſtra, vanæque omnes atque inanes huius mundi illecebræ, dum Chriſtus eas in ſe tantopere contempſerit & expiarit. Hic intelligunt quanti momenti lex diuina ſit, in qua ſalus, decuſque conſiſtit, cum tantis eam ſupplicijs æterna Dei Sapientia confirmarit.

Denique hic diſcunt quam prompti atque expediti eſſe debeamus, ad omnimodam præceptorum Dei obſeruantiam, cum vnigenitus Dei filius Patri obediens factus ſit ad mortem, mortem autem Crucis: vnde perquam bene

ac

Digitized by Google

S.Leo. ac diſerte Eccleſiaſticæ dictionis Tullius Leo I.
Papa ſic loquitur: *ſublata eſt, inquit, ignorantia,*
temperata eſt difficultas, & igneam illam, quæ vitæ
regio erat incluſa, romphæam ſacer Chriſti agnus ex-
ſtinxit, veræ luci, antiquæ noctis ceſsit obſcuritas, quã-
do liber ille legi cœptus eſt, in quo ſunt omnes theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi.

De eodem ſic B.Patriarcha Laurentius Iu-
ſtinianus lib.de triumphali Chriſti agone, dum
in hæc verba locutus fuiſſe inuenitur: *Liber hic*
ſcriptus eſt intus & foris: foris cruciatibus humanita-
tis: intus triumphis diuinitatis. Habet foris ſimplex &
indoctus quod legat: habet ſpiritualis & perfectus,
quod intus intelligat. In eo ſcripſit caritatis compen-
dium, perfectionis celſitudinem, virtutum normam, &
totum humanæ redemptionis modum, ordinemque in
hoc ſui corporis incluſit volumine: quamobrem cum
ſcribere *compleſſet, nihilque ſupereſſet ſcribendum,*
cõſummatum eſt, inquit. Quodque mireris, non
in membranis, non in lapide neque in ligno,
ſed ſanguine proprio in ſua carne conſcripſit
librum hunc; vtque ab omnibus legatur, publi-
cè expoſuit.

Hæc, atque alia non pauca Staurophili in li-
bro hoc euoluendo inueniunt, vbi cæteri,
quos ſua impietas Crucis exſortes facit, vt no-
ctuæ in meridie ſolent cæcutire.

Innuiſſe id olim Dominus viſus eſt, dum
ſuper morte ſua ac Cruce, quam Ieroſolymis
ſubiturus erat, cum diſcipulis loqui volens, eos
ſecretò ad ſe euocatos ſic allocutus eſt: *ecce*
Matth. 20. 18. *aſcendimus Hieroſolymam & filius hominis tradetur*
gentibus, illudetur & flagellabitur, & conſpuetur, &
poſtquam flagellauerint, occident eum. Dum vero
hæc omnia ſuſtineret, luce palam & coram
omnibus paſſus eſt: hoc facto ſignificans, ea,
quæ patiebatur in publico, multa habere in re-
ceſſu, non intelligenda promiſcuè, nec temerè
vulgaribus mentibus penetranda, ſed puro, de-
fæcatoque animo haurienda, quale cum Noui
hominis cor, animumque eſſe ratio poſtulet, vt
credamus, iuuerit maximè huc eum omnem
operam, ſtudiumque conferre vt, quod alius
vitiorum ſuorum glaucomate obcæcatus non
videat, ipſe dilucidè, clareque perſpiciat, ibique
ſcriptam vitæ regulam certiſſimam, qua ſola
tum ſpeculatricis potentiæ induſtriam, tum re-
rum gerendarum peritiam magna ſui pace gu-
bernet; itaque inueniat, vt aliquando cum A-
1.Cor. 2.2. poſtolo dicere poſſit: *non indicaui me ſcire aliquid*
inter vos, niſi Ieſum Chriſtum Crucifixum: Iudæis qui-
dem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem
vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem &
Dei ſapientiam; quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius
eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt
1.Cor.1.23. *hominibus* 1.Cor.1.23. In quibus Apoſtoli verbis
Paronomaſia Crucis. notanda eſt paronomaſia quędam Hebræa, ad
quam prædictis verbis gentium Doctor alluſiſ-
ſe creditus eſt, quaſi diceret: Chriſti, ſiue Meſ-
ſiæ Crux Iudæis eſt מִכְשֹׁל michſcal, id eſt, ſcan-

A dalum, gentibus מִסְכָּל miſcal, id eſt ſtultitia.
Ipſis autem vocatis ad fidem eſt שֶׂכֶל ſekel, id
eſt, induſtria, ſapientia, virtus, ſiue potentia
Dei. Hinc auctor Lexici bibliorum Complu-
tenſium in radice שָׂכַל docet מַשְׂכָּל tam Chal-
dæorum, quam Indorum Chriſtianorum S.
Thomæ linguâ, ſignificare Crucem, atque à ſe
Indum quendam Chriſtianum, qui Crucem
ſemper manu præferebat, interrogatum, quo
illam nomine lingua ſua appellaret, reſpondiſſe
מַשְׂכָּל maſcal, quaſi diceret ſapientiam, indu-
ſtriam, indeque colligi S.Paulum Apoſtolum
prædicto loco, huc reſpexiſſe: ſiquidem vox
hæc commutatis tantum litteris ſymbolicis &
punctis, Crucem, ſcandalum, ſtultitiam, & ſa-
B pientiam deſignat, quemadmodum pro varia
hominum conſtitutione liber hic dignoſcitur
& lectitatur.

Quare ad modum, quo idem vtiliter, magno- Modus ac
que cum fructu legi poſſit, accedamus. Vbi Peritia.
aduertendum eſt, quatuor duntaxat litteras hic Libri S.
vſui eſſe, vocales duas A & O, quæ ſunt Amor Crucis.
Dei, & Odium peccati; duas item conſonan-
tes, S & T, puta Spem & Timorem, iũgendam
autem ſingulis dictionibus H, id eſt aſpiratiun-
culam ſaltem vnam. Ne autem hæc fortaſſe
lectionis nouitas quempiam conturbet, ſcien-
dum, eum *Liber* hic plenus ſit nouâ doctrinâ
[*nouus ſiquidem homo venit in mundum*, inquit S.
Gregorius hom.32. *qui noua præcepta dedit mundo*] S.Gregor.
C nouiſque characteribus ac typis impreſſus ſit,
opus quoque nouo habuiſſe Alphabeto.

Ad profectum verò, quem ex huiuſmodi
lectione nouus homo facere hic poſſit, quod
attinet, vel ille librum hunc, ſtudio compatien-
di euoluet; & conregnabit cum *Chriſto*, vadem
ſe offerente Paulo Rom.8. *Si tamen compatimur,* Rom.8.17.
vt & conglorificemur.

Vel amore pœnitentiæ illectus accedet; &
mox acerrimo peccatorum ſenſu percitus, ve-
niam conſequetur optatam: *cor enim contritum*
& humiliatum Deus non deſpiciet. pſal.50. Pſal.50.19.

Vel Amoris incendia quæret; & hic fornacẽ
inueniet, ex qua illud ſibi Dauidicum habeat
D polliceri: *in meditatione mea exardeſcet ignis.* pſ.38. Pſal 38.4.

Vel imitari volet quod legerit: & huc ſe
trahi ſentiet, illo exclamante; *exemplum dedi*
vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.
Ioan.13. Eſt enim, teſte S. Auguſtino, *Crux Chri-* Ioan.13.15.
ſti non ſolum lectulus morientis, ſed & cathedra do- S.Auguſt.
centis. tract.19. in Ioannem.

Vel ad hauriendam Sapientiam librum
hunc leget: & verè ſapiens euadet, *qui enim*
hunc nouit, (Chriſtum ſc. Crucifixum) nihil vltra
quærat, quia hic perfecta virtus & ſapientia eſt, in-
quit S.Ambroſ. in cap.2. ep. ad Coloſſ. S.Ambroſ.

Vel opem è cœlo precibus accerſet: & en,
quidquid in nomine Crucifixi rogauerit, aufe-
ret. *Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit*
vobis. Ioan.16. Ioan.16.23.

De-

Denique ſi ad gratias Deo referendas venerit; nullum hoc officio beneficium gratius rependet, eſt enim re, & nomine Euchariſticum, quale repoſcit, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.*

1. Cor. 11. 14. Cumque hic *liber opiſthographus* ſit, *ſcriptus*, vt ait Ezechiel, *intus & foris*; intus ſumma humilitate, ſumma patientia, ſumma charitate refertus: foris vero ſumma paupertate, ſummo deſpectu, ſummo dolore circumfluens; leget nouus homo corporeis quidem oculis admirabiles eius characteres, qui foris apparent, percurrendo accuratiùs pagellas ſingulas, id eſt candidiſſimi agnelli, qui tollit peccatum mundi, membra liuida omnia, & vniuerſas plagas. Oculis vero his occluſis, aliiſque apertis librum intus ſcriptum aſpiciet, ac mentis acie, quid ab amore hic geſtum eſt, atque etiamnum agatur, exquiret.

Quia vero ars nulla ſine magiſtro diſcitur, atque hæc ex earum numero vna ſit, cui in primis magiſterio opus eſt; Magiſtram optimam atque experientiſſimam Dei Matrem, ac Virginem Mariam, Apoſtolorum quondam ducem ac dioptram nouo homini aſſigno, quæ librum hunc, quamdiu filio ſuperſtes in terris verſata eſt, & legit aſſiduè & euoluit diligenter, *conſer-*

Lucæ 2. 51. *uans omnia verba hæc, & conferens in corde ſuo. Lucæ* 2. quo fiet, & exploratiſſimè quidem fiet, vt *non recedat liber hic ab ore tuo, ſed mediteris in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia, quæ in eo ſcripta ſunt. oriatur in tenebris lux tua, & tenebræ*

Iſaiæ 58. 10. *tuæ ſint ſicut meridies.* Iſaiæ 58. 10.

Ita ſenſit, ita vixit ſanctus ille ac Seraphicus olim Cardinalis Bonauentura, qui à S. Thoma Aquinate interrogatus, ex quibus ille libris, tamquam floſculis apes, ſententias iſtas legeret mellitiſſimas, quas inſpergebat ſermonibus ſuis, quibus parentes inter & liberos, Dominos inter ac ſeruos, magiſtratus inter & ſubditos, Deum inter & homines pacem aſſiduè conciliabat? ſciſcitanti reſpondit, qui in platea occurrerat, rem non eſſe platearum, ſed priuatorum patietum, domum ſi venerit, & ad ſuum muſeum, ſe librum volente animo oſtenſurum.

Lætus poſtridie venit Thomas, lætior hoſpi-

Quis liber S. Bonau. tem excipit Bonauentura, ſummus Doctor Doctorem ſummum, ſuo quemque in genere excellentem. Itur ad Muſeolum, aperitur pulpitum, producitur, quid? Codex Iuſtinianæus, Digeſtorum, Decretorum, Canonum pandectæ? Auguſtinus, Chryſoſtomus, Ambroſius, aut quiſpiam aliquis è veterum ſchola hyperaſpiſtes? minime, quamuis in nullo horum peregrinus eſſet Bonauentura & hos, alioſque peruolutaſſet omnes, eorumque doctrinam omnem eoncoxiſſet & in ſuccum ſuum ſanguinemque conuertiſſet.

Quid ergo tandem profert? Imaginem Chriſti in cruce affixi, oſculo magis, quam digito tritam, non litteris, ſed lachrymis ſignatam. Hunc

R.P. Lyræus de imit. IESV *patiem.*

A eſſe librum apertè profitetur, ex quo colligat & ad vitia profliganda aculeos, & ad virtutem conſectandam ſtimulos, & ad ſuauitatem dicendi floſculos, & ad duriſſima diſſidentium pectora mollienda malleos, & ad pacem inducendam funiculos, & ad amorem conciliandum magis efficaces, quam medicati ſint pharmacentriarum boli, trochiſcos.

Gauiſus Thomas, amicitiæ & charitati hoſpitis ſui gratias egit, ipſe deinceps eundem librum, vti ante fecerat, non ſegniter euoluturus: quæ vel inde teſtatiſſima velim, quod eiuſdem Thomæ teſtimonio habemus nunquam ad ſcribendum, legendum aut diſputandum ante ſe accinxiſſe, priuſquam librum hunc mente inte-

B gra, vegetaque conſuluiſſet, hoc ſtudio non rarò in multam noctem protracto: liberrimè exinde confeſſus, plus ex vno hoc libro quam cæteris omnibus ſe profeciſſe, quod nec ipſe Dominus ſubticuit:

Primò, cum forte Pariſiis quæſtio ſuper accidentibus panis ac vini poſt conſecrationem remanentibus inter Doctores ventilari cœpta eſſet, coniecerat in papyrum Thomas, ea, quæ ſibi ad rem fore viſa fuerant, antequam tamen in vulgus emanare ſineret, aræ impoſuit, & fixis in Chriſti è cruce pendentis effigiem oculis, efflictim rogauit, vt, ſi quidem vera ſcripſiſſet, probaret: ſin minus, aliquo itidem indicio reiiceret. Sic precanti aſpectabilem ſe Chriſtus obtulit,

C dixitque: *bene de me ſcripſiſti, Thoma.* Porro, quamuis ſubmiſſis in terram genibus, moxque toto ſtratus corpore humi precari cœpiſſet, paulatim tamen à terra ſublimis in aëre pendere viſus eſt. *Crucifixus S. Thomæ.*

Aliàs dum concinnaret officium Corporis Chriſti, & Ouieti coram Crucifixo ſupplex precaretur, eadem verba, quæ ſupra, audiit, hodieque Crucifixus S. Thomæ nuncupatur.

Huic præterea non abſimile eſt, quod eidem Neapoli contigit: Tertiam ſummæ ſuæ partem, ſpartam difficilem adornabat, nec pauca, difficilia illa & obſcura ſeſe obiiciebant, quare magna ille fidentia ad librum hunc, vnde tantum prius luminis obtinuiſſet, accurrere, diuinum

D oraculum conſulere; cùm ſubitò è terra ſublimis pependit in aere, nec tantum gratiam bene cœpta proſequendi, ſed & eorum comprobarionem mercede propoſita coram Crucifixo accepit.

Adhæc de maximo Minorum Patre Franciſco tradunt Ordinis Annales, quod dum ſcire vellet quidnam orare frequentius, meditari ac loqui deberet ſæpius, nec, quo conſilij cauſſa confugeret, ſat ſciret, librum Miſſalem, & quidem tertio aperuiſſe, ac ſingulis identidem vicibus incidiſſe in lemma: *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quod ipſe diuinitus factum exiſtimans, vti reuera fuit, magiſtrum audiit, prudenter ratus, nullum eſſe argumentum Deo gratius ad *S. Franciſc. Librum conſulit Miſſalem in quo crucifixum legit.*

orandum, meditandum, concionandum; nullum ſibi ac proximo vtilius, quam Paſſionem Domini, & Ieſum Crucifixum, librum illum opiſthographum in quo reperiatur omne id, quod cõmodo noſtro proficiat, & ſaluti. Quare in poſterum ille de cruce meditari, de titulo crucis frequenter loqui, de Ieſu crucifixo eiuſque cruciatibus ſæpe ſæpius concionari ſolitus fuit. Tãti eſt in præſtantem ac fructuoſum librum incidiſſe. Patrem ſecuta eſt primigenia proles: cum enim primi illi Minoritæ nondum eccleſiaſticos libros haberent, in quibus horas canonicas decantarent, loco illorum Librum Crucis Chriſti continuatis aſpectibus die ac nocte reuoluebant, exemplo vtique Sancti Patris, & eloquio eruditi. *Ita Henricus Sedulius in hiſtoria Seraphica capite* 4.

S. Franciſcũ *ſecuti primi* Minoritæ

Interrogatus olim veritatis ille Philoſophus ac phænix ingeniorum S. Thomas de Aquino, quo pacto quis fieri poſſet doctus? reſpondiſſe fertur: *non niſi vnum legendo librum.*

Reſponſum S. Thomæ *de legendo libro.*

Me vero ſi forte non abſimilis quiſpiam interroget quomodo euadere poſſit Sanctus, quid reſponſurum arbitraris aliud? quam, non niſi legendo vnum ſolum librum; cumque Ieſum Chriſtum crucifixum, librum ſcriptum intus & foris, artium omnium ac diſciplinarum compendium, Synopſin omnis eruditionis: ad hæc ſi, teſte *S. Hieronymo* primus diſcendi ardor nobilitas ſit magiſtri, quis Dei filio nobilior, quis Sapientiâ clarior, ac doctrinâ illuſtrior? quem noſſe ſalus eſt, diligere vero vita æterna: minimam olim *Ariſtoteles lib. 1. de part. animal. c. 5.* de diuinis cogitationem, cuicunque de creatis cognitioni præferebat, & nos diuinam ſacratiſſimi Libri huius ſapientiam, vlli humanorum phantaſmatum commentis ſinerimus conceſſiſſe? quare ſi multis magni *Athanaſij* de *B. Antonio* ſcribentis iudicium placuiſſe viſum eſt, dum ait: *perfecta eſt ad virtutem via Antonium ſcire quis fuerit. In præfat. ad vitam.* Cur ego Ieſum Chriſtum ſcientibus, & tamen diſcentibus loquens, dicere verear, perfecta eſt ad virtutem via crucifixum ſcire quis fuerit? cum teſte B. Laurentio Iuſtiniano Fons omnis ſcientiæ crucifixus ſit, immò, vt vno verbo dicam, ipſa Scientia Sanctorum, vel ipſo ſanctiſſimo Præſule Ambroſio teſte in 2. ad Coloſſ. qui nihil vltra ſcientiæ veræ ſtudioſis acquirendum ait, quam ea capere & imitari, quæ nos Chriſtus in cruce docuit, quod enim in Thaboritica rupe Petrus nequiuit addiſcere, in Caluario monte perdocuit Chriſtus, vbi completus fuit exceſſus ille, cuius in Transfiguratione ante meminerat, exceſſus patientiæ, exceſſus munificentiæ, charitatis & amoris.

S. Hieron.

Ariſtot. l. 1. de part. animal c. 5.

S. Athanaſij de S. Antonio *iudicium.*

S. Ambroſ. in 2. ad Coloſſ.

Et Scientia quidem hæc Amoris, quam vnam noſſe ſe Apoſtolus gloriabatur cauſſa fuit, cur in morte eius totus orbis obduci ſe tenebris ſenſerit, quo doceretur, ad crucis ſcientiam, vniuerſas huius mundi ſcientias eclipſin pati, atque eo- A dem ipſo tempore velum templi ſciſſum fieri quia omnia antiquæ legis myſteria & arcana, ad obitum filij Dei patere cœperunt, vt mortales omnes intelligerent, nullum ſibi deinceps Librum, præterquam crucis legendum eſſe, nullam artem, aut ſcientiam, præ ea, quam Ieſus in cruce moriens tradidit, addiſcendam.

Præclarum veritatis huius teſtimonium habemus in Clerico quodam Neapolitano, qui nuper dum Patres Societatis Ieſu per regnum illud miſſiones varias inſtituerent, hunc librum, magno ſuo fructu ac commodo legere edoctus fuit. Piacularem in vrbe quadam ſupplicationẽ indixerant Patres, iuxta miſſionum inſtituta à ſede Apoſtolica approbata, inter alios plurimos B adfuit Clericus quidam iuuenis, qui tanta hominum pietate incenſus, & ipſe qua potuit mentis attentione ceteros comitabatur, manu ſua paruulam Crucifixi effigiem portans, in quam totius viæ decurſu, oculos ſuos identidem conferebat: quod dum faceret à diuino illo magiſtro illuſtrari cœpit, à quo, vt S. ait Leo, *citò diſcitur, quod docetur.* Legebat hic velut in magno apertoque libro & debita ſua multa, quibus Deo obſtringebatur, & deſidiam ſuam, neglectumque ſingularem, quo hactenus ſalutem procurârat. & primam quidem lectionem hãc cœperat bene, nec à ruminando quod hauſerat, ante deſtitit, quam inclinante iam die ad conuentum ſe flagellantium accedens, igni oleum addidiſſet: quaC re totus iam flagrare, nec ardentem ſpiritum cohibere potens, eadem nocte ad conuentum PP. Capuccinorum curriculo aduolauit, non abiturus antequam in eorum numerum admiſſus, quod hactenus neglexerat inciperet reſarcire, *adeo hic citò diſcitur, quod docetur. P. Scipio Paolucci in Miſſionib. Neapolit.* 1650. Bene itaque, ac prudenter dixerit ſupra *Henricus Suſo*, huius libri expenſa dignitate: *pone meam in tuis vulneribus philoſophiam, in tuis ſtigmatibus ſapientiam, vt vlterius in ſolo charitatis libro & morte tua proficiam, & omnibus mutabilibus rebus deficiam.* q. d. ſordent mihi præ hoc & Platonis dialogi, & Ariſtotelis organum, & Euclidis tabulæ, & quidquid denique ſapientiæ humanum ingenium, commenD tatur. Iuriſconſultorum effatum eſt: *lege rubrum, ſi vis intelligere nigrum. Rubricæ textum explicant.* Fateor: nec tamen ſolis id Iuriſperitis conceſſero, ſed & in rem noſtram Theologicam aduocarim: fruſtra namque Theologiæ myſticæ arcana quis ſtudeat penetrare, qui non ſedulò lectitat, & attentè characteres cruentos expendit quos noſtri omnium amor in carne Saluatoris deſcripſit.

Profìcientis Clerici ex lib. S. Crucis hiſtoria.

Henricus Suſo.

Et huius quidem rei præclariſſimam hiſtoriam ſuppeditant Sanctorum Patrum geſta. Duo amici, alter Clericus, omni humana ſcientia apprimè inſtructus, alter laicus, rudis, ſimplex & indoctus condixerant ſibi mutuò, relictis ſæculi vanitatibus, diuitiis, pompis, in anachoreticæ

Libri S. Crucis vtilis lectio. Hiſtoria rara.

vitæ

vitæ caſtris militare, Denique, quamdiu vita ſuperſtes eſſet, piè, caſteque ſeruire. Suſcipitur annua, de more, ab vtroque, eius auſteræ admodum vitæ probatio. Clericus, qui litterarum ſcientiis, affatim à puero inſtructus erat, variarum rerum experientia pollebat, tædio mortificationis carnis, ieiuniorum, ſolitudinis, nocturnę pariter, ac diurnæ orationis, nimiopere exagitatus, iamiam ab aratro diuini ſeruitij manum retracturus, atque ad ſæculum rediturus, triſtis, huc, illuc vagabatur, à nemine, quiſquis is eſſet, quidquid conſuleret accipere ſolatium volens, ne à propoſito reſiliret. At verò laicus ille, ſocius eius quondam longè cariſſimus, iocundo ſemper & hilari ab omnibus vultu viſebatur. Conueniunt ergo, ſic Deo diſponente: cauſam ſuæ triſtitiæ ac deſolationis ille confidenter a petit amico. Tum rudis, & omnium rerum, vti habebatur ignarus laicus, mira eloquentia, efficaciſſimiſque verbis, ex myſteriis Dominicæ paſſionis depromptis, ita efficaciter, ita neruosè nutabundum fratrem erexit, vt ille ſtupore plenus, in alium ſubito hominem quodammodo transformaretur. Interrogat ergo, meliorem in viam iam reuocatus: vndenam tibi tanta eruditio, tanta rerum diuinarum ſcientia, tanta facundia? Ex libro, inquit, qui, ſi lubet, & placet, nec tibi deeſſe poteſt. Ecquiſnam ille? & à quo auctore conſcriptus? quam materiam verſat, inquirit alter? Ne multis te morer reſpondit Laicus, eſt Liber Dominicæ Paſſionis, & Mortis. In eo quidem triplices litteras quotidie lego, Aureas, Rubeas, & Nigras: ſimulque manu eius apprehenſa, ad imaginem crucifixi Saluatoris hominem perducit: aureæ, inquiens litteræ, in hoc libro, ſunt Chriſti Domini virtutes admirabiles, & eius ſanctiſſima opera, inſtar auri munda. Rubeæ vero litteræ, ſunt roſea eius vulnera & plagæ, quas in Paſſione pro peccatis noſtris accepit, dum pretioſiſſimum ſanguinem ſuum pro genere noſtro effudit. Nigrę denique & formidabiles litteræ ſunt eius iuſta, ſeueraque iudicia, quæ tum in hac vita, tum verò potiſſimum in altera exercebit in obſtinatos peccatores. Sequor itaque conſilium Prophetæ: *ſume tibi Librum grandem & ſcribe:* & ex hoc libro, ſcribo in cor meum dolores omnes, atque amaritudines, gemitus & ſuſpiria Saluatoris mei, vnde & accendor mirificè, & trahor fortiſſimè ad mala omnia, atque labores, etiam grauiſſimos, pro Dei honore, ad abolenda peccata mea, conſtanter libenterque ſufferendos. Quibus auditis, vir ille humana eruditione præcelebris, quantum rudis ille ac ſimplex idiota, vel vnius anni curriculo profeciſſet intelligens, Libri quoque eiuſdem lectioni totum ſe tradidit, ex qua tantum boni conſecutus fuit, tantumque ſapientiæ acquiſiuit, vt omnibus, qui eum noſſent, eſſet admirationi. Vnus itaque hic Librorum omnium ſummus ac maximus ad omnem eruditionem

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A ſufficit, quæ cunctis fructum afferat ſalutis æternæ.

Ita virtus ſapit ſed maſcula: an fortaſſe mulieribus deſipit? minimè: nec enim hæc ſtudia amantem virtutis feminam aliàs eruditæ ſapientiæ non imparem, nec imparatam arcere ſolent, teſtis mihi ſit felix illa Maſſilienſis aduena Magdalena, quæ poſteaquam Apoſtolatu ſuo perfuncta, Maſſilienſes ad Chriſtum conuertiſſet, Deique inſtinctu in montem, futura ſæculis omnibus pœnitentiæ & contemplationis exemplar ſeceſſiſſet, hunc ſibi ab Archangelo Michaele librum oblatum, non lubentiore magis

Maria Magdalena aſſidue legit Librum crucifixi.

B animo, quam fortunato accepit, totidem illi annorum curſus pellegendo impenſura, quot amor eius Ieſus hic in terris exegit. Ita namque de vniuerſa hac re F. Elias ex ord. Præd. vir pius ac ſanctus circa annum 1370. ex eiuſdem Magdalenæ reuelatione ſcriptum reliquit: Vbi Maſſilia fidem Chriſti Ieſu ſuſcepiſſet, maiorque circa eam hominum fauor, & inquietudo creſcerent, hominum conſortia fugere cogitabat, cum ecce rapta diuinitus in vicinum montem delata fuit, vbi derepente cum ſuis adfuit Angelus Michaël, & crucem in ore ſpeluncæ depoſuit, coloris, vt videbatur cryſtallini, & radiis fulgentibus coruſcam; caue, ioquiens, ne extimeſcas, cuſtos tui eſt altiſſimus. Gaudere oppi-

C do Magdalena, & quam in Cruce Bibliothecam acceperat, euoluere illam die noctuque accuratiùs cœpit. Nec fruſtra: in ipſa namque crucec Myſteria cuncta Chriſti legebantur. Ibi Annæ & Ioachim hiſtorias, ibi Mariam I: ſum parientem, ibi Crucifixi tetrum liuorem, ibi pium cruorem, ibi dura vulnera, ibi crucem ac mortem eius dabatur intueri, & quanto profectu quæſtum ſane ac fructum, quem Magdalena libri huius optimi, ſanctiſſimique lectio parturiebat, vel hinc colligas licet, quod omni euoluto die tam ſublimem in aëra ſuſtulerint Angelicæ manus, vt cæleſtes audiret melodias reſonare, quo velut diuina quadam conditura, iucundoque embammate laborem dilueret, fructuſ-

D que hoc ſalgamo perfuſus ei ſaperet dulcius, & oblectaret ſuauius: quare, ſi carcerem ſuum conſulatus fuerit illo, quem de Conſolatione Philoſophiæ librum ſcripſit Manlius Seuerinus Boëtius, alio longe Magdalena exilium ſuum tulit ac mitigauit, quem Bibliothecam potius dixeris, quam librum, veram animorum medicinam, amorum omnium officinam.

Eiuſdem Libri aſſiduam ſuaſerat lectionem B. Lydiuinæ Virgini Schedamenſi, ſacer eius pœnitentiæ adminiſter Ioannes, & lecturam ſe quidem eum diligenter illa promiſerat, ac reipſa tentarat, ſed quod needum in ollulam ſuam miſſa eſſet farina Eliſæi, qui Chriſtus eſt, amara & inſipida erat omnis eiuſmodi lectio. Redit itaque Confeſſarius & percunctatur, quantum in libro iſto profecerit? Reſpondit illa: tu qui-

Lectionem libri crucis ſuadet Lidiuinæ Confeſſarius.

dem, mi Pater, ad optimũ me ſtudiũ hortatus es, ſed mihi incompertum, nec ſinit dolorum acerbitas ſapere, quidquid de Domino Ieſu cogitandũ ſuſcipio. Ille vero: labor improbus, cariſſima filia, vincit omnia: oportet aliquam tibi vim adhibeas, Chriſtum aſpice pendentem in cruce, & veritatem doceberis, Chriſtũ audi, & ſapiens eris: Chriſtum imitare, & refectione ſuauiſſima frueris; ſimulque eam Sacramẽto corporis Chriſti impertit: quo ſumpto S. Virgo manum cœpit mittere ad fortia, oculoſque identidem in Paſſionis Chriſti librum referre, atque intellectu capere, affectuque toto in ea, quæ iſtic legerat, vt iam in ſummis morbi doloribus, non ſolum ageret gratias Deo, ſed eos ipſos cruciatus augeri potius, quam minui peroptaret. *Io.m. Brugmannus in vita. p. 1. cap. 4.* Atque hic ille profectus eſt, quem ex Libri huius lectione pius animus, diuino ſpiritu plenus facere conſueuit.

Liber V. Veronicæ à Binaſco.

Eodem refero quod Iſidorus de Iſolanis Mediolanenſis ex ord. Prædicatorum de *B. Veronica à Binaſco*, vitæ illius lib. 1. ca. 3. ſcriptum reliquit. Concepto religionis voto, aſſiduis precibus Veronica efflagitabat ab monaſterij D. Marthæ præſide, ſacro habitu donari. Cui ſuadebat illa, litteras, quarum ignara erat ante perdiſceret. Satagebat virgo præſidis conſilium exſequi, cũque de die domeſticis obſequiis impediretur, noctu addiſcendis litteris animum intendebat, Deipara Virgine non ſegniter in vota per preces inuocata. Nec illæ in caſſum cecidere, apparuit Veronicæ Virgo Mater, Ne timueris, inquiens, filia, ego Dei mater ſum, neque multum labores litteras noſſe: meæ nempe voluntatis eſt trium tantummodo litterarum peritiam te habere. *Prima coloris albi* eſt: ſecunda nigri: tertia rubei, quarum ſignificationem ſic habeto. Album elementum ſignificat cordis munditiem, cui nanciſcendæ totis animi viribus incumbere te volo. Caueto ne quando quidpiam amore illicito proſequaris: omnis vero tua dilectio in filio meo, ac me figenda erit. *Littera nigra* docebit nunquam te ſcandalum ſumere ex operibus proximi tui: quamuis enim homines opera deſignent mala, tu impiis compatieris, ſatageſque omnia in meæ voluntatis ordinem prona mente deducere, preces quoque aſſiduas pro errantibus fundes, à murmuratione teipſam ſemper cuſtodies, ſeu tibi, ſeu proximo mali quidpiam fuerit illatum.

Quod ad *Elementum* pertinet *rubricatum*, iubeo te quotidie ſaltem aliquam Paſſionis filij mei partem, quam attentiſſimè meditari. Si ceteras litteras addiſcere poſſis, bene: ſin minus, hæ tres mente tua excidant nunquam. Quiſquis enim animi puritate claruerit, ille coram filio meo ſplendeſcet: qui autem murmurationi ſtuduerit, anima eius erit velut nigredine offuſcata; Animus vero meditantis Paſſionem filij mei diuini amoris flammula rubeſcet, cui ab alto magna munera Dei liberalitas impendet. Et his dictis Virgo mater euanuit. *Iſidorus Iſolan. in Vita.*

B. Magdalen. de pazzi ſuis crucifixi Lectionem cõmendabat.

Non abſimile tradit Vincentius Puccinius in vita B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Monialis, ex ſancto illo Monaſterio Florentino, in quo P. Iacobus Laynes tempore S. Ignatij quotidianam communionem monialibus introduxit, quæ ad hæc vſque tempora feliciter perdurat: dicebat autem B. Magdalena tirunculis ſuis, quarum erat Magiſtra: ſi deſideratis breui peruenite ad magnam perfectionem, accipite pro magiſtro veſtro crucifixum, attentas præbete aures eius verbis: quia perpetuo vos alloquitur in corde, maxime in illa hora quando recepiſtis SS. Sacramentum. Idque à teneris annis dicebat ſibi valde vtile fuiſſe.

Et de his quidem hactenus, ad inſtruendum Nouum hominem eiuſmodi libro, quem ad fouendum ſpiritum eius typographia Chriſti patientis, abſque vlla, vel minima erroris ſuſpicione edidit contuſum improbè Iudæi, Romanique ligarunt, ſpineo milites redimiuerunt capitello, apertum denique in cruce legerunt omnes, & conſiderârunt.

Sed quemadmodum fieri amat, vt altera ſoleat libri cuiuſque editio, præ illa quæ primum excuſa eſt, ab omnibus quæri, & deſiderari; ita & hîc nobis vſuuenire deprehendo.

Prior Libri huius editio.

Prior illa fuit, quam impiæ Romanorum manus, connitentibus Iudæis, in atrio præſidis Pilati cœptam, mox in Caluario perfecerunt, in qua grandiuſculis litteris, diuinus in homines Amor ſcitiſſimè fuit expreſſus.

Altera Libri huius editio.

Altera vero, quam non aliena operarum iam manus, ſed ſua Deus vſus potentia, ipſe excudit. Et rectè id quidem, multis namque ex priore illa mirificè promouentibus atque in viros alios repente mutatis, quos inter ſicarius ille, qui à dextris Ieſu pendebat, lecto hoc libro factus Apoſtolus: & Centurio, qui, videns quod factũ fuerat, glorificauerat Deum, dicens: *verè hic homo iuſtus erat*, aliique permulti de quibus alius Euangeliſta *& omnis turba eorum, qui ſimul aderant, ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur.*

Matth. 27. 54.
Luc. 23. 48.

Sindon Sepulchralis Liber Chriſti patientis.

De noua huius libri editione prudenter cogitandum fuit: neque enim prior illa ſupereſſe diutius poterat, à ſuperueniente mox corporis gloria abſumenda: aliam itaque ipſe voluit adornare, ac ſacris linteis, quibus à Ioſepho & Nicodemo corpus obuoluebatur, imaginem ſuam cum lineamentis omnibus, plagis, ac ſanguine, toto corpore ſparſis eleganter impreſſit. Atque hic commentarius ille liber fuit, in quo ipſe, quidquid hominum cauſſa, quod homo non ſuſtinet, paſſus eſt, ſcitè deſcripſit, nobiſque omnibus euoluendum, legendumque permiſit.

Rex olim Aſſuerus Eunuchorum ſuorum Bagathan & Tharan coniuratione per Mardochæum

Digitized by Google

Eſth. 12. 4.

chæum detecta, inquit ſacer hiſtoricus, cap. 12. eiſque pro merito caſtigatis, quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis, liberatoris virtutem nobiliſſima ſua penna reddens immortalem.

Sindonis Sepulchralis, & Libri in quo Chriſtus deſcriptus eſt, comparatio.

Auſim ne Regi Artaxerxi componere Regem cæli, & bonum Mardochæum ſanctiſsimæ Chriſti humanitati? coniuratis verò duobus, dæmonem, & mortem: ac denique concludere hunc commentarium, non alium, quam ſindonem Chriſti eſſe ſepulchralem? Ita crediderim, bona Principis gratia accedente: *Rex* igitur *quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis.*

Regalem certè, ac magnificum planè librum commentarium, ſiue Auctorem, ſiue papyrum, ſiue atramentum, ſiue characteres inſpiciamus.

Pro Auctore, Regem habet cæli ac terræ, pro papyro linum mundiſſimum, pro atramento, diuinum ſanguinem: pro characteribus imagines cultu, ac religione digniſſimas.

Magni ſemper veteris Romæ ingenium me feciſſe commemini, quo ſtylobata ſtatuæ Iulij Cæſaris, enſe, pennaque, laureo vinculo, colligatis decorabatur, adſcripto lemmate: *Ex vtroque Cæſar:* innuiſſe autem hoc pacto crediderim, non minorem Cæſareæ manus gloriam habendam pennâ ſcribere, quam enſe pugnare, quod & deinceps in Auguſto ſapiente, ſagace Tiberio, Philippo Macedone, Mithridate ac Sylla ſuas manu propria ſcribentibus victorias manifeſtum fuit, quaſi non modicus inde factis ſplendor accederet, ſi ea, qua geſta fuerant, manu ſcriberentur, nec aliam fuiſſe cauſam opinor, quare Moſes, ac Ioſue bella ſua ac prælia deſcripſerint: Salomon myſticos ſuos Amores, ſuaſque Iob ærumnas, Eſdras labores, ac viſa ſua prophetæ ipſi deſcripſerint & euulgarint; quæ denique & cauſſa fuit, vt Chriſtus quoque Dominus, ac Saluator noſter in ſindone ſua ſepulchrali, veluti libro quodam clariſſimo, ſtratagemata ſua, ac labores pro genere humano ſuſceptos voluerit exarare, quemadmodum Ezechieli pridem ante dignatus fuerat aperire, cum ei viſus eſt ſicut vir vnus veſtitus lineis, qui ſcribæ habitus erat, cùm atramentario ſcriptoris ad renes ſuos, vti interpretes tradidere. Quando autem certiore veritatis ſpecie veſtitus lineis Saluator apparuit, quam dum ſindone munda inuolueretur? Et quod dignius adhibere potuit atramentarium, quam vulnera ſua, quæ diuinam ei ſanguinis purpuram largè, copioſeque ſubminiſtrarent, quo fieret, vt tantam hoc conſcribendo libro gloriam referret, quantam ante Crucis gladio reportarat, rectèque dici poſſet: *ex vtroque Chriſtus.* Et huius quidem eximiam nacti eſſe figuram videmur in duabus illis tabulis Moſis, quæ vti in monte Sinai, ita hic in monte Caluario conſcriptus fuit: illæ in tomis duobus, hic in duabus figuris impreſſus eſt: illæ intus & foris, hic à facie & tergo conſcriptus fuit: illæ voluntatis diuinæ legem, hic operum diuinorum fidele teſtimonium reddebat: quapropter ſi Deus ſublime adeo duxerit argumentum tantique ponderis ac momenti earum materiam, vt & eam componere & manu propria deſcribere voluerit, dicente Moyſe, *Scriptura Dei erat ſculpta in tabulis,* non alia debebat manu, aut ſtylo diuerſo hic noſter deſcribi, ad quem tot annis ante Huſſitarum Regulus Iob anhelarat, dicens: *quis mihi det, vt librum ſcribat, ipſe qui iudicat.*

Exod. 32. 16.

Iob 31. 35.

R. P. Lyræus de imit. IESV patient.

Neminem eſſe mihi certò perſuadeo, qui vel à limine diuinæ ſapientiæ adyta ſalutarit, & neſciat, nomen Dei & Iudicis vnum idemque cenſeri, quare Iob præfato loco, de noſtro hoc libro loquens, ſubiungit, *& circumdem illum quaſi coronam mihi,* quaſi diceret: video prodire indies Libros non paucos heroum actis plenos, ſed humili & eneruí ſtylo editos, ſcio quidem Spiritum quantumuis diuinum ſe pennæ hominum accommodare, vt harmonicus flatus ſe anguſtiis cannarum organi ſolet attemperare; vellem tamen librum à te conſcriptum intueri, qui gloriam ac triumphos tuos dignè exponeret, ac diuinæ materiæ ſublimitatem pari ſtylo tractaret, & hunc lubens ac volens Librum regum, & regem librorum vocitarem.

Iob 31. 36.

Et ecce Iobi perfectum votum, expletum deſiderium: prælo Crucis excuſus *liber* eſt, quem meritò ex omnibus mundi libris abſolutè liceat appellare diuinum: *torcular,* inquit, *calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.* Ipſe auctor, & autographum: ipſe excuſor, & quod excuſum eſt: opus fecit ipſe & deſcripſit. *Rex* autem & non alius, *quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis:* vnde cauſam intelligas, quare in linea potius tela, quam in charta Liber hic impreſſus ſit.

Iſaiæ 63. 3.

Quare liber hic excuſus in lino.

Adducere huc è peregrina eruditione poſſem non pauca, quibus oſtenderem regios olim à ſanctioribus negotiis libelliones arcana regni lino deſcripſiſſe, quo ea quibus vellent aperirent, ceteros verò celarent: quorum exemplo Dei filius, homo iam factus, ſecretos animi ſui ſenſus hoc lino expreſſos Eccleſiæ tradidit cognoſcendos.

Meminiſſe poſſem illius, quod de Sancto iſto Doctore circumfertur, deficiente papyro, verba ſua in veſte propria deſcripſiſſe; vnde oſtenderem in tanta Chriſtum paupertate, ac rerum omnium egeſtate deceſſiſſe, vt, cum inuenire aliud non poſſet, æterni Patris decreta in veſte funeraria, ſuo ſanguine neceſſe habuerit exaraſſe.

Adiungerem induſtriam caſtæ illius puellæ neceſſitudinem, cui ſublatâ iam cum pudicitia linguâ, innocentiam ſuam proprij ſanguinis purpura in lino deſcripſit, diceremque innocentem Chriſti Domini humanitatem vſu linguæ ac voce caſſam, in ſepulchro, quo claudebatur, ſuper telam, quam exſiccandis ei vulneribus

tibus circumdederant, impiam tyranni ſui crudelitatem cruore proprio expreſſiſſe.

Oſtenderem inſtrumenta publica olim ſolita in tabulis petrinis exarari, priuata vero deſcribi in lino: vnde lex publica Dei in Oreb tabulis inſcripta lapideis, priuati vero hi codicilli in lino.

Nec maior facile, aut ſolidior conſenſio vſpiam, meo iudicio reperietur: De Ægypti Regibus legere eſt, conſueuiſſe ex eadem materia conficere libros ſuos, de qua fieri ſolebant Coronæ, quaſi tantis illis Monarchis non minorem libri gloriam afferrent, quam eiſdem parturire ſoleant Coronæ. In folijs papyri ſcribere, eiſdem regiam frontem incingere moris erat. Vna faſcia linea diadema regium erat, quo Tigranes Rex magnus Armeniæ depoſito, atque ad pedes victoris Pompeij abiecto regnũ depoſuit; fuitque non leue regni augurium Lyſimacho, cum vulnus, quod in fronte acceperat Alexander illi faſcia ſua obligauit.

Nec minus in libris vſurpatum hoc linum Hiſtoriæ loquuntur: Ita, teſte Volaterrano, in magna illa *Bibliotheca*, quam Populo Romano dicarat Traianus, libris linteis geſta Principum deſcribi iuſſit.

Brachmanes quoque, vt auctor eſt Alexander Neapolitanus, qui hereditaria quadam ſapientia Indorum ſceptrum pennæ coniungere ſoliti erant, litteras non ceris, nec libris, ſed ſindonibus, pullatis ad hoc vſi coloribus effinxere.

Vnde liquet quam rectè, ac conuenienter in ſindone, & non in alia quapiam materia optimus, maximuſque Rex noſter ſuum librum conſcripſerit, quem nobis legendum tranſmiſit, vti non leuiter nec temerè id præſenſiſſe viſus

Iob 31.35. eſt, qui dixit: *quis mihi det, vt librum ſcribat, ipſe qui iudicat, & circumdem illum quaſi coronam mihi?* O librum præclarum! volumen ſacroſanctum & diuinum! faſciam ſimul & coronam! legatur, qui te legit, honoretur, qui tibi ſe inclinat, vt circumdet capiti ſuo. Nulla doctorum materia librorum ſit, quæ lino palmam non cedat.

Inſculpſerint Ægyptij ſaxis atque columnis animorum ſuorum nobiliſſimos cogitatus: eoſdem Græci parturierint in cera: Pergamæni deſcripſerint in membranis: Itali in arborum corticibus: in Floribus alij.

Nulla dignior certè, atque illuſtrior huius libri ſubſtantia fuerit lino:

Linum, inquam, non petra, nulla ſiquidem hic durities, aut callus.

Linum, & non cera, quia liqueſieri non veretur.

Linum, non membrana cum nihil habeat lenitatis.

Linum, & non cortex, quia ſuperficiarium habet nihil.

Linum, & non charta, nec vlla alia pagina, quia commentarius eſt regalis. *Rex autem quod*

A *geſtum erat ſcripſit in commentarijs ſuis.*

A materia linea ad Atramentum librarium venio, non debuit autem hoc aliud eſſe, quam purpureus ille, miniatuſque Agni ſanguis, in fauorem noſtrum copioſiſſimè effuſus. Abuſu quidem, vitioque fieri non rarò obſeruatum eſt, è communi populo repertum fuiſſe quempiam qui libros minio deſcriberet, quod ſolis Imperatoribus permiſſum; vnde quoque factũ vt is lege Imperatoria capitalis ſupplicij reus haberetur, quicunque purpureo auderet ſcribere atramento: neque enim conuenire arbitrabantur eos purpureis characteribus vti, quibus vetitum purpurâ amiciri. Vel quia is color victoris eſt, vnde triumphantibus frons purpu-

Atramentũ Libri huius ſanguis.

B ra tingebatur, vel quia color is diuinum quid redolere videtur, vnde in publica ſolennitate Deorum ſtatuas minio depingere ſolebant: vel denique propter ſimilitudinem cum ſanguine humano, velut illicitum iis eſſe viderετur colorem hunc libris illinere, qui eundem lata pro tribunali ſententia fundere non poſſent.

Quare prudenter admodum in Codice annotatum inuenimus, ſolis Imperatoribus permiſſum vti purpurea ſcriptione, & ſacri quidem Principis reſcriptum eſt tale: *Sacri affatus quoſcunque noſtræ manſuetudinis in quacunque parte paginarum ſcripſerit autoritas, non alio vultu penitus aut colore, niſi perpetua tantummodo inſcriptione luſtrentur: ſcilicet vt cocti muricis, & triti conchily ardore*

C *ſignentur.*

Quis itaque inficiari auſit ſcripturam huius libri noſtri regiam eſſe? *Sanguis Chriſti purpura eſt*, inquit *Ambroſius*, *non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate, quia Reges facit.* S. Ambroſ.

O nobilem liquorem! omni pretio, cenſuque æſtimandum! dignum prorſus ſacros huius libri characteres miniare.

Laus fuit non minima Spartiatarum, qua ſanguinem ſuum venis abditum ſeruare dicebantur, ea præcipuè de cauſſa, vt illo velut ſacratiſſimo quodam atramento ſuas victorias exararent, quod in Leonida luce clarius patuiſſe volunt, qui celebrem illam de Perſis obtentam victoriam ſanguine, qui ex vulneribus manabat pro atramento vſus, conſcripſiſſe perhi-

D betur, vt Stobæus auctor eſt, quam gloriam, apud Termopilas à Leonida obtentâ victoriâ, Calphurnium in Sicilia retuliſſe, L. Florus teſtatus eſt.

Bene itaque, ac certo factum iudicio, Ieſum omnium victorum optimum, maximumque ſicut effuſo ſanguine ſuo victoriam peperit, ita & eodem illam conſcribere voluiſſe, neque enim ille mutuatâ à mari purpurâ indigebat, quam à Maria matre dilectiſſima acceptam, ſatis vberem in plagis aſſeruabat, hac ille, velut atramento quodam omnium nobiliſſimo diuinos animi ſui ſenſus in hoc libro delineauit.

Ab atramento ad Characteres venio, de quibus

Typi, ſeu Characteres Libri S. Crucis.

ſus id mihi aſſerere certum eſt, nullis aliis librum hunc conſcribi debuiſſe, quam ipſius imagine auctoris. Regalis ſeu potius diuina Regis Pharij inuentio fuit, qua ſublimia mentis ſuæ cogitata ſub myſticis ſculptarum imaginum velis, auium puta, atque beſtiarum, in famoſis ſuis pyramidibus immortalitati conſecrauit. Sub huiuſmodi formis atque ſimilitudinibus humani ſenſa ingenij abſcondebantur, hiſce auibus ac feris diuitias ſapientiæ ſuæ committebat, non ſecus ac natura apud Arimaſpos Scythiæ populos, Gryphibus auri venas cuſtodiendas tradidiſſe fertur.

Hieroglyphica ſigna Ægyptiorū.

Plebeiis quidem oculis muta apparebant animalia, ſed Doctorum hominum ingenia erudita ſaxa penetrabant.

O ſtylum ingenioſum! ſeu potius diuinum, quem Deus ſua nequaquam indignum maieſtate arbitratus eſt: Quid enim aliud iſte Mundus eſt, quam liber grandis, cuius, ſol, luna, ac ſtellæ characteres ſunt, quibus æternæ mentis ſuæ iudicia mortalibus exponat.

Quid admiranda illa plantarum varietas, animalium tam volatilium, quam repentium, aquaticorumque diuerſitas, quorum alia textrinæ, alia architecturæ, alia venationi intendunt, quam Hieroglyphica quædam ſigna, & figuræ, quibus regum ille optimus mirabilium ſuorum volumen maximum inſtruit, ex quo
Pſal. 67.13. non parum ille profecerat, qui dicebat: *meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor*. Quin & Scripturam ſacram tali artificio à primo ſui initio aſſuetam profiteri non
1. Cor. 10. 11. dubitauit, qui dixit: *Omnia in figura contingebant eis*. de quo diſerte, vt aſſolet Tertullianus: verborum & nominum argumenta per allegorias, & figuras, & ænigmatum nebulas obumbrata, ipſam magnitudinem diuini ſermonis abſcondebant.

Et rectè id quidem, cum enim peritæ manus ſcriptura, ſit muta quædam locutio, locutio verò loquens ſcriptura; vnum autem & alterum externum quoddam ſimulachrum ac manifeſta latentium cogitationum imago, conueniens erat, imo quam maximè regiam decens maieſtatem, vt nullam huius libri paginam, aut folium communibus characteribus, vt ſcriba, depingeret, ſed ſicut poteſtatem habens occultis notis, Hieroglyphicis, imaginibus & figuris.

Scripturam certe Heroicam! Regium librum! artificium ingenioſum! quo regum omnium occultæ ſcriptionum notæ includuntur.

Eſto, ita res habeat, Ægyptij, Cæſar, ac Marcus Tullius arcanis notis epiſtolas integras exararint, Chriſtus duabus ſolis imaginibus, non mutorum quorumpiam animantium, ſed venerandæ ſuæ humanitatis volumen integrum argute comprehendit. O qualem peritiam! qualem ſtylum! qualem ſcripturam! & quo alio ſigno vel Hieroglyphico, vel figurato ſuæ mē-
A. tis ſenſa potuiſſet explicare liquidius, quam ſua ipſius imagine ac forma? Nec tali atramento ſcribi poterant alij characteres, quam imago Saluatoris, vnde præclarè admodum *S. Ioannes Chryſoſtomus, hic ſanguis efficit vt imago in nobis diuina reſplendeat*. S. Ioan. Chryſoſt.

Sed ad rem talibus characteribus in hoc libro deſcriptum aliquando veniamus. Dixiſſe olim ſub Chriſti perſona Huſſitarum principem Iobum accepimus: *quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarētur in Libro?* Quibus tam grauibus, moleſtiſque ſermonibus cum non ea tantum quæ dixit, ſed & quæ fecit & paſſus eſt intelligi voluerit Gregorius, quod & Ioannes noſter Pineda ex Hebræis fontibus de-
B duxit; liquet clariſſimè diuinum noſtrum Hiſtoricum in hoc ſuo libro, felices omnes, funeſtoſque vitæ ſuæ caſus expreſſiſſe.

Materia Libri S. Crucis. Iob 19.23.

Complacuerit itaque ſibi tantopere in Geometricis ſuis demonſtrationibus *Archimedes*, vt etiam in thermis, dum lauaretur, figuras, in corpore ſuo vnguentis delibuto expinxerit: At Chriſtus tanto ſalutis noſtræ ardore, ſtudioque flagrauit, vt ſuum illum affectum etiam à morte, atque in ſepulchro, ſub aloes, myrrhæque quaſi libris centum exprimere, atque euidentibus plagarum ſuarum figuris voluerit delineare.

Archimed. *dum lauatur & vngitur, in corpore figuras expreſſit Mathematicas.*

Solebant veteres Hiſtorici dum illuſtrium virorum acta deſcriberent, præter nobilitatem ſanguinis, ac nominis ſplendorem, corporis
C quoque ſpeciem velut in tranſcurſu attingere, atque ita in Alexandro colorem candidum & rubicundum, velut liliorum roſis nuptorum Hiſtoricus obſeruauit,

In Demetrio amabilem maieſtatem.

In Pericle grauem proceritatem, vnde dictus Olympius.

In Alcibiade venuſtam ſpeciem ac formam.

In Cæſare caluitium triumphali lauro tectum.

In Auguſto maculas non abſimiles ſtellis.

In Tiberio grandes oculos, de nocte quoque ſcintillantes.

In Nerone capillos criſpos & rufos.

Sed nemo vnus tam minutim atque diſtin-
D ctè rem quampiam, vt diuinus hic ſcriptor in ſuo commentario expreſſit, vbi viſa patere omnibus recta corporis ſtatura, membrorum habitudo, coloris claritas, formæ perfectio, apertæ venæ, mitigata viſcera, cor amore diſruptum, vt peritiſſimi quique Anatomici hinc & oſſium, & muſculorum, atque arteriarum ſitum ac curſum clariſſimè potuerint demonſtrare: vnde huic libro rectè tribuas, quod perperam vani quidam Hiſtorici ſibi arrogârunt: breuiter hominem à ſummo verticis capillo ad imum vſque talum depingere ſe poſſe arbitrati.

Energia Libri S. Crucis.

Sed neque hic ſtetit ſcriptoris huius felicitas, vltra famam aſcendit. Nihil in vniuerſo ſtylo mirabilius energia, quæ efficere ſolet, vt

non iam exſangui mortuaue phraſi res oculis lectorum proponatur, ſed viuæ, ſpirantique ſimilis prodeat, neque tam auribus occinatur, quam fidelibus oculis demonſtretur, quod in Lælio ſuo non ſemel M. Tullius deprædicaſſe inuenitur, cuius mens etiam in ſcriptis ſpirare videbatur. Verum vbi locorum viuaciorem ethopeiam reperias quam in hac Sindone, in hoc libro? vbi in candore lini pura legitur innocentia, in rubore ſanguinis ardentiſſima charitas, in recta corporis ſtatura inflexilis fortitudo, in omnimoda nuditate paupertas, in plagis patientia, in extenuati corporis ſpecie ieiunium, in manibus fidelitas in deuoto ſilentio modeſtia, cumque ſola vox, diuinaque loquela deeſſe videatur, attentè auſcultandum eſt, quid cordi loquatur, & quale, putes aliquando dediſſe conſilium, quale, dum viueret, documentum, cuius in hoc libro compendium, aut epitome non exiſtat.

Duę figuræ in vno lino, & vnum ſolum corpus in duabus figuris, nunquid ampliſſimum ſymbolum concordiæ repræſentat: dorſum pectuſque flagris conſciſſum an non ſingulare tolerantiæ ſtudium commendat? figura alteram ex oppoſito reſpiciens, nunquid imago eſt dilectionis? ac Iacentis effigies, idea humilitatis? duæ imagines nudæ atque omni ſua veſte ſpoliatæ nunquid Hieroglyphicum exhibent paupertatis?

Quid? duo corporis mortui ſimulachra an non ſignum præferunt obedientiæ regularis?

Situs rei manibus vincti ac colligati nunquid ſpeculum obiicit pœnitentis?

Certè cruenta membra, atque vno omnia vulnere comprehenſa vulnera, & Martyrum prototypum & clariſſimum exemplar inſinuant tormentorum.

Adhæc quale officium, aut quod aliquando miniſterium Seruator exercuit, quod ſcriptum in libro hoc non inuenitur?

Si Rex fuit? en purpuram maieſtatis.

Si medicus animarum? en ſanguinem medicinalem.

Si magiſter? en librum hunc ſingularem.

Si nauta, ecce velum.

Si via, ecce veſtigium;

Si veritas, ecce nudi ſpeciem ſimplicem, & apertam.

Si vita, en ſanguis, in quo vita reſidet.

Si porta, en latus patefactum.

Si Paſtor, en lupos atrociſſimos expertum gregis cuſtodem.

Si agnus, ecce victimam in ara Crucis oblatam.

Si mediator, ecce mundum vniuerſum in ſindone figuratum.

Si enim in veſte poderis, quam habebat ſummus ſacerdos, totus erat orbis terrarum, hoc eſt, interprete S. Hieronymo, totius mundi

A concordia in quatuor elementorum conſenſu, quatuor coloribus intextorum, terra ſe monſtrante in lino, quod ex ea progignitur: Mari, in purpura, quam illud ſuppeditat: Aere in hyacintho, qui ſuauiter cæruleſcit: Igne in cocco, qui mirabiliter ſcintillat; maiore certe gloria iu talari hac ſindone Sacerdotis Ieſu, non orbis tantum terrarum, ſed cœlum ipſum reſplẽdeat, vbi linum purius in tela, rubicundior purpura in ſanguine, hyacinthus dulcior in liuore vulnerum, ardentior coccus in plaga pectoris inuenitur. Neque ſola hæc elementa ſed, vt dixi, ipſum quoque cœlum altero clarius, Zodiacus altero luminoſior tralucet, in quo, tot

B inerrantes flammulæ, ac ſtellæ viſuntur, quot ibi ſanguinis guttæ notantur.

Quid modo dicam de Heroico argumento, quod in regali hoc ſuo commentario perſcripſit. Seneca ad mortem damnatus, videns rem ſerio agi tabulas popoſcit, vt vltimam ſuam amicis expromeret voluntatem: ſed negauit Centurio. Conuerſus itaque ad familiares, quod vnum iam tandem & maximum habeo, inquit, ac pulcherrimum, imaginem vitæ meæ vobis relinquo.

Argumentū Libri Heroicum.

Compendioſum ſane ſcriptorem, ſed copioſum! Pauperem, ſed & luculentam hereditatem! quam illis moriens legabat; ſapientiam in conſilijs, grauitatem in moribus, iuſtitiam in factis, modeſtiam in proſperis, conſtantiam in

C aduerſis, fortitudinem in morte.

At ſanctius longè, atque præclarius nobis in hoc libro ſuo exemplum reliquit Chriſtus, diuinus planè magiſter, dum ab ingrato diſcipulo in mortem venditus, innocente de laceris venis effuſo ſanguine, clauſo ore, & manibus cruci affixis ſcribere prohibitus, cruentam hanc ſui imaginem vt legatum longè præſtantiſſimum in autentico teſtamento fidelibus reliquit.

Certè ſi Romanis legibus permiſſum, militi teſtamentum ſcribere ſanguine ſuper vaginam ſuam aut ſcutum, litteris vt aiunt, ſanguine rutilantibus; conueniebat, vt eodem hic pro communi omnium ſalute effuſo, memoria eius conſcriberetur, & teſtamentum firmaretur, quod

D in ſindone factum videmus.

O copioſiſſimum librum, in quo paucis characteribus, quanta, ac qualia ſcripta ſunt! O quam dilectus ille diſcipulus qui ſuper pectus Domini in cœna recubuit, ex eo profeciſſe dicendus eſt, *vidit linteamina, & credidit, nondum enim ſciebat ſcripturam*: quaſi in iſto libro, velut aureo quodam omnium voluminum compendio legiſſet, quidquid in veteri, nouaque ſcriptura expreſſum eſſet: *vt vidit iacentia linteamina*, inquit *Theophylactus, non vltra curioſè quærit.* Hic illi liber faciebat ſatis, alium non requirebat, homo vnius libri hic eſſe affectabat. Et optimè quidem, ac ſapientiſſimè factum! quid enim alibi ſparſum aliquando, quod hic

Ioan. 20. 6.

Theophyl.

non

non ſuppetat affluenter.

Scriptoris Auctoritas qui librum ſcripſit. Scriptoris fortaſſe auctoritas deſideratur? & quanta hic non reperitur? Nobilitas forte materiæ, in candido ſane lino eſt admiranda. Subtilitas atramenti? viuam purpuram contemplare. In typis ac characteribus artificium? cœleſtis regis imagines ſunt.

Stylus Libri. Quid amplius? figuras fortaſſis Rhetorum quæris? En figuram longe nobiliſſimam ſubſtantiæ Patris. Vim in verbis? hæc opera ſunt magis, quam verba. Colorem artis? hic luce purpurea ſcintillat. Breuitatem? hic notis duabus tota hiſtoria finitur. Claritatem? hæc in lumine vulnerum præcipuè ſplendet. An ſtyli forſan dulcedinem? en ſanguis hic longè dulciſſimus qui myrrham omnem folijs inſperſam diluit & abſtergit.

B

Habent alij libri originalia ſua menda, næuos atque defectus quos illis vel auctoris inſcitia, vel aliena inuidia inſeuit, ſic in Liuio reptæhenſus eſt Paduaniſmus, in Cæſare infidelitas, in Saluſtio abſtruſa verba, in Tullio ſtylus exſanguis: in hoc autem noſtro inuenire eſt Tullij elegantiam, fidelitatem Saluſtij, proprietatẽ Cæſaris, viuacitatem Liuij, dulcedinem Herodoti, grauitatem Thucydidis, breuitatem Philiſthij, lenitatem Theophraſti, acrimoniam Theopompi, quo clarum teſtatumque fiat omnibus librum hunc partum eſſe Regum, Rege digniſſimum, de quo, vt id, quod initio dictum eſt, & hic in fine repetendum: *Rex autem quod geſtum erat, ſcripſit in commentaris.*

C

Felices nos ſi diligenter eos legerimus, Librum hunc diurna, nocturnaque manu verſantes, quodque in eo ſcriptum inuenerimus, ex animo nunquam, vlla obliuione, deleamus, verùm ad imitationem eius viuentes, quod ibi vidimus, didicimus, hauſimus, fideli opere, manuque compleamus. Obſigno votum piiſſima *Conſtantini* Imperatoris *Porphyrogeniti* precatione, quæ ſic ſe habet: *O diuina ſimilitudo eius quæ mutari non poteſt, Patris ſimilitudinis! O character characteris diuinæ ſubſtantiæ! O venerandum & omni honore dignum ſiguaculum primariæ pulchritudinis Chriſti Dei noſtri. (Tecum enim loquor, tamquam cum re animata) conſerua nos vt placentes archetypo tuo, Chriſto Deo noſtro, admittamur in eius regnum cæleſte, eum glorificantes & celebrantes, quoniam cum decet gloria & adoratio in ſecula.*

Conſtantini Porphyrogeniti votum.

D

Hic fructus ſedulæ, piæq; lectionis, hoc præmium eſt, quod lectorem huius libri manere ſperandum eſt.

Vbinam hic Liber proſtet. Sed vbinam, inquies, locorum Commentarius hic proſtat, vt inueniri ab omnibus legique poſſit? Autographum Taurinum Allobrogum, & Veſontio Sequanorum metropolis in argentea theca conſeruant, vnde certis temporibus educi, explicarique populo ſolet. Illud autem crebris exemplis eſt comprobatum, eos qui huc aduolant, ſi ex oculis laborant, ſacræ huius ſindonis, librique myſtici inſpectione aut contactu ſubinde ſanari, vt auctor eſt Clariſſimus atque Ampliſſ. Ioa. Iacobus Chuffletius Archiatrorum regiorum Comes in erudita ſua Criſi, eorumque aciem vix hebeſcere, qui debita vallati fide id præſtent; è contrario, quibus vacillans ac dubia fides, iis non ſemel viſionem hebetatam fuiſſe, vt vel inde didiciſſe liceat, quantopere hunc librum à nobis lectitari cupiat Deus.

Ioan. Iacobus Chifflettius in Criſi Hiſt.

Fructus Lectionis huius Libri varius. Libri alij, dum aſſidue voluuntur, oculorum aciem infringunt, hic acuit, ac confortat. Magnum ſanè libri prodigium! rem vnam omnibus æſtimandam! Verum exilis etiamnum hic fructus eſt, ſi cum alijs, qui ſpectare animum ſolent, componatur. Auctor eſt idem Chifflettius, vbi ad conſpectum eius peruenitur, ita ſe piis mentibus ſuperfundere ſolitum Deum, vt omnes hauſta cœleſtis gratiæ vbertate, maximum quamuis laborioſæ peregrinationis fructum ſe accepiſſe fateantur. Ibi multos religione perfuſos ſolui in lachrymas, & è flagitiorum cæno emergere, dum ipſis oculis, eius ſanguinis legunt veſtigia ac characteres, quem profuſum ſol inhorruit, terra gemuit, petræ ſenſerũt.

Hiſtoria recens fructus è Lectione hac prouenientis. Vnum in ceteris ex Annalibus Societ. Ieſu recenſere non prætermittam. Annus voluebatur ſupra milleſimum ſexcenteſimus ſextus, cum miles ferocioris animi, litem, quam conſanguineo intentarat, morte ipſius finiturum ſe affirmaret, deinde ad Mauritiana caſtra profecturum, vt apud ſe ante decreuerat, ſtatueratque: hic ſtatim ac vidit S. Sindonem, ipſamque oculis, vt pientiſſimum librum legere cœpit, planè à ſeipſo mutatus redire in gratiam cum aduerſario cœpit. Et quid mirum? ſolet namque eum communicare legentibus ſpiritum liber, cum quo is ſcriptus eſt.

Ectypa S. Sindonis. Quia vero autographum haberi ab omnibus, & perlegique nequit, fieri cœpta diuerſa ectypa, ad prototypum, quam fieri potuit accuratiſſime expreſſa, quibus paſſim Chriſtianorum foueri pietas, & imitandi Dominum feruor incendi magis, magiſque poſſit, dum in tranſumpto legunt, quæ in primis tabulis expreſſa cernuntur: quod vt ab omnibus Chriſto fide, profeſſioneque auctoratis, tanto certiore ſtudio fieret Clemens PP. VIII. rogatu Sereniſſimæ Principis Infantis Catharinæ conceſſit, vt quoties ſequentem orationem ad honorem S. Sindonis quiſpiam recitaret, animam è piacularibus flammis eripere poſſet: eſt autem illa Oratio huiuſmodi:

Deus, qui nobis in S. Sindone, qua corpus tuum ſacratiſſimum de cruce depoſitum, à Ioſeph inuolutum fuit, paſſionis tuæ veſtigia reliquiſti: concede propitius, vt per mortem & ſepulturam tuam, ad reſurrectionis gloriam perducamur, qui viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Ita Martinus de Roa in Admirandis alterius mundi 3. p. c. 16.

Poſt

Digitized by Google

Poſt quæ, non ſit qui alium mihi *Librum* proferat, quem idem Dominus excuderit, veluti quando in gratiam Abagari Edeſſenorum Reguli ſudore ſuo expreſſit in lino imaginem ſui perfectiſſimam: aut quando abſtergens vultum ſuum linteo Berenices, ſiue Veronicæ, illi reliquit in manibus apographum afflictiſſimi, triſtiſſimique vultus ſui, cuius virtus vel inde luce clarius emicuit, quando eiuſdem contactu Tiberius Imperator curatus fuit à lepra. De quibus id lubens pronuntiaro, quod olim Plinius ſcripſit de Conuoluulo lib.21.c.5. Conuoluulus, inquiens, tirocinium eſt naturæ lilium facere condiſcentis: Chriſtus ſiquidem in hanc mentem veniens, qua Librum, in quo nouus homo Dominum ſuum noſſe atque imitari poſſet, conſcriberet, primum futuri operis quandam graphidem inſtituere voluit, deſignans eam in piſtore & colorans in ſequenti: quibus, ſalua eius gratia hoc lemma ſuffigas: *Rudimenta Chriſti commentarium ſindonitem ſcribere condiſcentis*, in quo legatur teſte Apoſtolo *verbum conſummans & abbreuians*, id eſt, quidquid in aliis omnibus libris, ac commentariis ſcriptum eſt, copioſè inueniatur, id agente ſpiritu, quo ſcriptus, vt ſtatim intellectus ac voluntas ad efficiendum id, quod occurrit, ſuauiter moueantur: ſi namque de quodam Sextio dixerit Seneca qui cum legerat: *in quacunque poſitione mentis ſum, cum lego Sextium, libet omnes caſus prouocare, libet exclamare, quid ceſſas fortuna! congredere.* quanto magis de hoc pronuntiandum? in quo eſt veritas, & ſolutio omnis difficultatis contra omnia dubia intellectus, & vita contra omnes repugnantias & metus voluntatis, vt verè non minus, quam ſecurè dicere liceat à nullo Crucifixi librum, vt oportet, legi, quin ſeſe patiendi deſiderio inflammari ſentiat, Crucemque poſt Ieſum ferre ad montem vſque Caluariæ, id eſt, mortem non ſegniter concupiſcat: quod autem id plerumque in multis fallere videatur, ratio, & vnica quidem illa eſt, quia deſides hic & oſcitantes ſumus. Nonne liquet quãta animorum motio fiat ſacro die Paraſceues, quo liber hic, ſi vnquam ſerio, attentique animi ſtudio legi ſolet? quam facile omnes omnia? ſic planè, quoties pari ſedulitate eum legeremus: *O ſi Ieſus Crucifixus*, ait theodidactus ille *Thomas à Kempis, in cor noſtrum veniret* [quod vtique per eiuſmodi lectionem fieri amat] *quam citò & ſufficienter docti eſſemus*. Hic itaque ſcopus eſto in quem oculis nouus homo collineet, hæc meta in quam cogitatus ſuos intendat, quiſquis talis eſſe deſiderat.

Rom. 9. 29.

Thomas à Kempis l.1.c.25.

CAPVT VNDECIMVM.

Sacra Crucifixi effigies nouo homini Lucerna πεντάμυξος, id eſt, quinque habens ellychnia: Lucerna Fulgoris illuminans ſenſus eius.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur. Pſ.33.6.
Paraui lucernam Chriſto meo. Pſ.131.17.

Pſ 33 6.
Pſ.131.17.

NOn exiguo commodo, modicoue beneficio humani generis ſocietatem affecerunt Ægyptij, dum veterem Lucernarum vſum & ipſi inueniſſe & ſacris, prophaniſque rebus adhibuiſſe primi iudicati ſunt: quot ſolidæ noctes, bonæque horæ laudabilium operum vacuæ hominibus pridem deperiiſſent, atque etiamnum perirent quotidie, abſque Lucernis fuiſſet. Felice inuento gaudet poſteritas, & quod alibi locum inuenit, & hic vſuueniſſe reperimus, excogitatis facile incrementum dari: patuit autem, dum à ſummis, maximiſque viris eiuſcemodi Lucernæ fabricari cœptæ ſunt, quæ & arderent diutiſſimè, & clariſſimè allucerent.

Vtile Lucernarum inuentum.

Et eiuſmodi quidem habuiſſe Lucernam, non defuere, qui ſcripſerint Oratorum Græciæ Principem Demoſthenem, de qua ipſe nobilem mentionem fecit, cum ex tempore nihil dicere vellet, ſed omnia meditatus à Pythea rideretur, aſſeuerante Lucernam olere eius enthymemata: quam irriſionem ſic retudit Demoſthenes, inquiens: nempe non eandem tibi & mihi, Pythea, conſcia eſt Lucerna.

Lucerna Demoſth.

Talis & illa erat, quam Pauſanias fuiſſe in delubro Mineruæ, Athenis ait fabrefactam à Callimacho, & annum integrum durare conſueuiſſe accenſam, quia ellychnium habebat ex lino Carpathio, vel Asbeſtino, quod igne non comburitur.

Lucerna Callimach.

Non abſimilis inſuper fuit Maximi Olybrij Lucerna, quæ tam admirabili arte concinnata erat, vt perpetuo fulgore lucens mille & quingentos annos accenſa permanſerit, quemadmodum Bernardinus Scardeonius in opere ſuo de Antiquitatibus ſcriptum reliquit, de qua Franciſcus Maturantius vir eruditiſſ. ad Alphenum Amicum ſic ſcribit: nihil ex omni antiquitate vidiſti mirabilius, in vaſe illo interiori, Lucerna fuit fictilis miræ pulchritudinis, lumine tot ſæculis inextincto, quam ego cum mille aureis nollem commutatam. Vt iam ſimilius vero haberi, æſtimarique poſſit, quod Lucianus Syrus Epicteti Lucernam fictilem tribus drachmarum millibus veniiſſe tradit, quamquam Fortunio Liceto Viro clariſſimo lib.4.c.41. contra viros, vt ait, præclaros non paucos, ſecus viſum fuerit, ſcilicet non eam tanti æſtimatam, quia diutiſſi-

Lucerna Maximi Olybrij.

Lucerna Epicteti.

Digitized by Google

diutiſſimè, abſque noui liquoris affuſione flammulam conſeruare poſſet, ſed ſpe neſcio qua, vt ſi nocte ad illam lucernam quis legiſſet, mox Epicteti ſapientiam ſomniaret, & ſimilis fieret admirando ſeni. Vt vt fuerit Lucerna in pretio, & amore fuit.

Lucerna Edeſſena. In hanc quoque claſſem recipio perpetuam Lucernæ cuiuſdam flammam, cuius meminit Cedrenus, quam imperante Iuſtiniano Edeſſæ cum Chriſti imagine repertam ſcribit. Hæc ſtatim à Chriſto paſſo ſupra portam quandam abdita fuerat, & quingentorum tamen annorum decurſu non erat extincta: imò ex ea oleum in ignem proximum iniectum Choſrois Perſarum regis copias Chriſtiano nomini infenſas, ad vnū omnes conſumpſit.

Lucerna Imp. Theod. De Imperatore verò Theodoſio ſilere hic nefas. Lucernam is quæ Demoſthenis, Cleanthis, & Ariſtophanis ſuperabat, confecerat ſuo ſe artificio mouentem, alentem, & oleum ſibimet affundentem, vt quod flamma aſſiduo paſtu hauſerat, inſtauraret, ne miniſtris nocturno famulatu vexaret inſomnia, dum ille honeſtiſſimis vigiliis, temporis parſimoniam redimebat. *Radetus in aula S. ex Nicephoro.*

Sed ars hæc Lucernas eiuſmodi conſtruendi, quæ ad multas annorum centurias luculentis flammulis fulgerent, abſque noui fomitis adiectione, cum ſuis auctoribus, vt Guido Pancirolus in opere ſuo rerum memorabilium deperditarum ſcribit, ſepulta eſt, prouidit autem diuina clementia nouo homini Lucernam aliam, anterioribus omnibus grato lumine ac iucunda perpetuitate longe ſuperiorem, quæ nobis in tenebris & vmbra mortis ſedentibus benignè affulgeat, non deſitura donec dies nobis æterna

2.Pet.1.19. eluceſcat, & *lucifer oriatur in cordibus noſtris.* Petri 2.1.19. In cuius lumine videre lumen nobis liceat ſuauiſſimum ac rerum pulcherrimarum ſtudio inſudare, cuius iuxta Chaldaicam paraphraſin, hoc liceat vaticinium interpretari: *quo-*

Pſ.17.29. *niam tu illuſtrabis lumen Iſrael, quod exſtinctum eſt in captiuitate, quoniam tu ipſe es auctor luminis Iſrael.*

Ieſus Chriſtus crucifixus vera Lucerna. Ecquæ autem hæc fuerit Lucerna, ſi quæras, paucis ediſſero: *Chriſtus Ieſus Crucifixus eſt.*

2.Reg.22.29. Patet 2. Regum 22.29. vbi poſteaquam Sp. ſanctus in perſona Dauidis pronuntiaſſet, *populum pauperem ſaluum facies,* ſubiunxit: *tu es Lucerna mea Domine; & tu Domine illuminabis tenebras meas,* illa ſiquidem lucerna, quam poſteris meis acceſſurum te promiſiſti, *Lucerna* namque, *eorum Agnus eſt.* Et rectè: ſi enim vt Apocalypſ. 21.23. le-

Apoc.21.23. gimus, glorioſiſſima Chriſti humanitas futura Lucerna ſit, quæ oculos corporeos beatorum in cœlis illuminet, atque inſtar lunæ fulgidiſſimæ lumen per cœlum empyreum diffundat, vt ſcilicet oculi ſanctorum per illud, intuendo alios ſanctos, omniaque quæ in cœlis erunt, & ſuam claritatem ſenſibilem & iucunditatem maximā habeant; quid ni hic in terris, vbi videre omnia eſt in imagine atque ænigmate, Agni illius in ara Crucis pro nobis occiſi vices expleat effigies, per quam velut clariſſimum quoddam parelion ipſe nos ſua luce compleat & illuſtrét?

Nec ratio abludit, ſi enim, vt Prouerb. 20. dicitur: *Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta &c.* Hoc eſt: gratiâ lucerna Domini fit, quæ accenſa & quaſi deriuata à lumine diuino, hominem cognoſcere & penetrare faciat intima quæque mentis ſuæ; quid mirum ſi Chriſtum Cruci affixum per quem omnis gratia deſcendit in corda noſtra, dixerimus Lucernam? Dei enim filius, vt peccatum noſtrum affixit cruci, *delens quod aduerſum nos erat, chirographum decreti,* iuſtamque parentis iram ſuo ſanguine reſtinxit, effracto vaſe ſacri corporis tantum lumen emiſit, vt quamquam antea more ſolis obſcuri vim ſuam exerceret in occulto, emergens è tenebris, & in excelſo poſitus loco, non illuſtrauit modo, ſed etiam ad ſe traxit vniuerſa. Vnde reſpicit filium Pater iam placatus è cœlo, vt det veniam mortalibus in terra. Aſpiciunt homines ad eum quem confixerunt, vt credentes habeant vitam æternam: quod Græcorum Menologium ad 13. Sept. His verbis teſtatur: *Crux Domini Solem ſpecie adæquans adoratur à fidelibus, quam complectentes animis illuſtrantur.* Et iterum: *Crux diuina gentibus caligini immerſis, & erroris deceptione detentis diuinum fulgorem emittit, quo videant planeque intelligant ſuperbiam ſuam, faſtum, arrogantiam, voluptates ſuas, ſcelera atque flagitia tantæ maieſtatis Domino acerbiſſimæ mortis, atque indigniſſimi ſupplicij cauſſam extitiſſe:* vnde fiat vt commoueantur animis, pudore ſuffundantur, ingemiſcant ac timeant adhuc delicias quærere, voluptatibus inhiare, otio langueſcere, cupiditatibus ſeruire, opes cumulare, laudes appetere, gloriam aucupari. Nunquid hoc eſt in lumine Crucifixi lumen videre, lumen, inquam, aureum charitate nos inflammans, lumen, pleniſſimum, illuminans ſenſus & corda noſtra? Prou.20.27. Coloſſ.2.14. Menolog. Græcorum.

Lucerna itaque Chriſtus eſt, Cruci affixus, pendens ante oculos noſtros, perpetua flamma, quia infinito amore ſuccenſus, ſuauiter collucês. Quidni itaque cum *Auguſtino* dixerimus *O! Amor qui ſemper ardes, & nunquam exſtingueris. Caritas, Deus meus, qui præterquam quod hominem tua luce illuſtres, eundem præterea tuo igne ſuccendis.* Lucerna viua, & efficax, cuius lumen penetrabilius omni gladio ancipiti medullas ipſas peruadit. S.Auguſt.

Sed eſt quoque automata Lucerna, nullius opis externæ indiga, quia diuini ſpiritus inhabitatione opulenta, quod regius pſaltes perſpexerat, cum cecinit, *quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Pſalm. 35.10. In cuius fortaſſe ſignum atque indicium de ſacratiſſimo Crucis ligno per multa temporum ſpatia oleum magna copia profluxit: eiuſque particula lampadi iniecta effecit, vt ignis oleum ardendo non abſu- *Lucerna automata.* Pſ.35.10.

abſumeret,ſed potius augeret, vt auctor eſt S. Gregorius Turonenſis libr. de gloria mart. capit. 5.

A

Eſt præterea hæc eadem Lucerna *πεντάμυξος*, è quinque ſcilicet Crucifixi vulneribus, velut totidem ellychniis ignem, flammamque proiiciens: vnde Chriſtus Crucifixus, quaſi alatus Seraph apparens S. Franciſco, eidem quinque vulnerum ſuorũ,quaſi quinq; incẽdij charitatis ſtigmata impreſſit, dum totidẽ lucis ſuæ radiis afflauit. *Lampades ſcilicet, eius, lampades ignis, atque flammarum* Cant. 8.

Cant. 8. 6.

Quapropter non abs re, primos illos Chriſtianæ fidei primicerios factitaſſe crediderim, cum lampades ſuas, iam Ieſu Chriſti nomine in Crucis formam contracto, eo ſcilicet modo, quo Conſtantino magno apparuit, inſigniuerunt, iam verò in formam pedis humani more Apoſtolico, ſoleam, ſiue ſandaliam induti effinxerunt, ex alta calcanei parte, Crucis ſigno emergente, vti apud Laurentium Pignorium, & Paullum Petauium in antiquariæ ſupellectilis portiuncula videre eſt:

B

Laurent. Pignorius Paullus Petauius.

Nouerant hi alta quadam mente non obſcurè præditi, ſe crucifixi præconis, veluti clariſſimæ cuiuſdam lampadis fulgoribus in admirabile lumen Dei vocatos, carnis renunciaſſe operibus, cuius ne vnquam eos caperet obliuio, Crucem in pleno lumine ſtatuiſſe non formidabant.

Piſcem in Oceano ſpectari auctor & C. Plinius qui nocte obſcura, nullo ſtellarum affulgente ſubſidio, mediis in vndis, linguâ igneâ per os exſertâ facis inſtar reluceat, qua velut lucidiſſima quadam pharo nautæ ſcopulos, ſyrteſque declinent, & curſum, quem inſtituere cœperant, ſecurè proſequantur; vnde ei nomen *Lucerna maris* adhæſit, doctique Academici, tale ei lemma addidere, *Nomen lingua dedit*. Dicam ego alium nobis à Sibylla Piſcem oſtenſum, quem illud Acroſtichum eius, Ἰχθὺς clarè demonſtrat, cuius dictionis ſingulæ litteræ ſunt initiales horum verborum Ἰησοῦς, χριστὸς, θεοῦ υἱὸς, σωτήρ, id eſt, *Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator*, quique, vt ait, Optatus Mileuitanus præſignatus fuit in eo, cuius iecur Saræ dæmonium extricauit, & fel Tobiæ oculis caliginem extерſit, dicique Purpura poteſt, cuius ſanguine fidelium veſtimenta in baptiſmo pinguntur: hic itaque non iam lingua, ſed quinque grandibus illis vulneribus quibus ad crucem confixus eſt, in vaſto hoc, obſcuroque mundi Oceano allucens omnibus, vitiorum inſcitiæque tenebras diſpellit, ad amorem autem virtutis, nouum hominem potenter incendit, vnde merito Lucerna *πεντάμυξος*, illuminans ſenſus, & corda noſtra apud omnes audit. Beatos oculos tali lampade dignatos! homines verò longè feliciſſimos, qui tali in lumine, talem potuere diſcernere diſciplinam! quorum quiſque cum Huſſitarum Regulo dicere poterat: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me: quando ſplendebat Lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris*. Iob. 29. 2.

Iob 29. 2.

Et talem quidem fuiſſe, quis prudens abnuat? P. Franciſcum Suarez Granatenſem è Societate Ieſu Theologum, quem communem huius ætatis Magiſtrum, imo & alterum Auguſtinum dicere voluit Alphonſus à Caſtelbranco, magnus ille Conimbricenſium in Luſitania Epiſcopus, de quo id litteris conſignatum legimus, ante viuam Chriſti è cruce pendentis effigiem, diuinæ lucis radios mutuari conſueuiſſe: vnde factum, vt cum die quadam Ianitor, euocandi Patrem cauſſa ad interioris cubiculi oſtium acceſſiſſet, totum conclaue ea luce perfuſum inueniſſe, quam oculi ferre non poſſent, vnde veritum ne forte oculorum ludibrio deciperetur ſingula ſeorſum luſtraſſe. Et en, dum oculos accuratè circumfert, fulgorem illum, ſolari parem, è quinque aduerſi crucifixi ſacratiſſimis plagis, rectà ad Suarij vultum, pectuſque ſeſe vibrantem videt, eumque Suarium duos fere cubitos ab humo ſublimem, genibuſque plicatis è regione ſuſpenſum animaduertit. Ad quam rem eum perhorreſceret, ſuſpenſo gradu proripit ſe foras, dubius an plures teſtes adiungat. Interim Suarius ad ſe reuerſus, hærentem adhuc præ foribus, & quæ viderat, explicantem hominem occupat fuſiſque lachrymis, manibuſque ſublatis rogat, ne quod viderat, foras emanet. Par autem credere eſt, alia generis eiuſdem, eximio crucifixi cultori ab indulgentiſſimo Domino collata beneficia, quæ tamen ingens illius animi demiſſio, ſilentio preſſit. *In Vita tom. 1. de relig. præmiſſa.*

P. Franciſc. Suarius Lucerna Crucifixi illuſtratur.

C

Neoterico antiquum ſubiungo, quod ex Cæſario Heiſterbacenſi lib. 8. hiſt. memorabil. c. 17. bona fide admetior his verbis: Duo fratres conuerſi ord. Ciſtercienſ. in Hemmenrode hora Completorij, Deo ſuæ ſeruitutis penſum perſoluebant. Dicto Completorio reſpiciens vnus ad cœlum vidit in ſublimi crucem ſplendidam, & in ea Dominum crucifixum. Erat autem crux illa adeo ſplendida, vt ſplendore illo illuſtrati ſeſe mutuo contuerentur clariſſimè, quãuis tenebris circumquaque horrerent vniuerſa: quia vero loqui vetitum erat, videns, ſignum faciebat alteri, quaſi interrogans, ſi aliquid videret? At ille nihil ſe videre ſignificabat. Tunc ipſe ſignum illi dedit, vt genua flecteret, & oraret, quod cum feciſſent ambo ſimul, erectus poſt puſillum, tantæ viſionis particeps factus ac teſtis fuit. Locant Aſtrologi: ſeu fingunt potius iuxta polum Arcticum ſerpentem, iidem quoque & in vicinia poli antarctici ſtellas quatuor videri aiunt formantes belliſſimam Crucem, quas Hiſpani Cruzeras, ſiue Crucieras appellant: vnde ſicut duo hi poli ſibi contrarij ſunt, vnus Aquilonaris, vbi inuenitur ſerpens, alter

Duo Conuerſi Ciſtercienſes Lucerna Crucifixi illuſtrantur.

D

Auſtralis

A Auſtralis vbi Cruzera,ita contraria ſunt crux & dæmon. Aquilonare latus obſeurum & frigidum,ſerpens occupat, *Ab Aquilone enim pandetur malum.* (Haba c.3.3.) Auſtrale calidum ac clarum. *Deus ab Auſtro veniet:* Cruzera antiquis nautis incognita; ita & Crux niſi per Chriſtum. Serpens nebuloſus & triſtis,Cruzera lucida,& ſplendens: ſatanam ſequuntur,qui alia bona non norunt quam pręſentia; Crucem , qui vera diligunt,& æterna, Crux enim Lux eſt.

Item pia quadam Matronæ.

Nec gratiæ huius ac fauoris expers femina fuit,auctor eſt,idem de quo ſupra,Cæſarius li. 8.c.22. Matronam quandam honeſtam in ſtatu viduali,piis operibus apprime deditam, dum in ſacello Eccleſiæ cuiuſdam Ciſtercienſis orationi B inſiſteret coram Crucifixo,tenebris ingruentibus ab æditituo ignoranter incluſam fuiſſe, quod dum illa perſentiſceret,nec tamen pulſare præſumeret,ibidem pernoctaſſe.Cum ecce , vt ab eius ore audiui,inquit Cæſarius , radius quidam inſtar ſtellæ de brachio exiens Crucifixi tantum ei luminis præſtitit,vt in tenebris, illius beneficio Pſalmos ſuos legere poſſet.

Ioan.12. 27.28.

Quæ nemini ſanè admiranda accidere , aut ſtupenda velim,qui id,quod ante filio promiſerat æternus pater,voluerit conſiderare: roganti enim, *Pater clarifica me, propterea veni in hanc horam.* Illico de nube reſpondit:*& clarificaui,& iterum clarificabo.* At qua via ? non alia ſane quam Crucis , à qua lumen omne ad homines promanauit : ad quod reſpexiſſe crediderim eos, C qui inter Arabes olim fuerunt ſapientes. Cenſuerunt illi,vt annotauit in doctiſſimis ſuis quæſtionibus Euangelicis P. Iacobus Lobbetius noſter , figuram Crucis omnium facile principem eſſe,eamque ita ſuſpexerunt, vt ipſius cœli , ſiderumque dominam , & omnium prope miraculorum effectricem pronuntiarint:ex qua perſuaſione viſum apud illos emblema nobile; imago ſcilicet & ſimulachrum Solis , in cuius medio eminebat figura Crucis , in quam velut in centrum deduci videbantur ſolares radij & ab ea viciſſim multo fænore repercuti,in omnem omnino circumferentiam corporis immēſi, vt merito dubitares, pluſne à Sole Crux ipſa luminis,quam ipſe Sol à Cruce accepiſſet. Pro D lemmate addebatur : *In Sole poſuit tabernaculum ſuum.* Pſ.18.

Ita ex Sapientum opinione, imo & veritate Chriſtus in Cruce, ceu Sole, poſuit tabernaculum gloriæ ſuæ , & colluſtrationis omnium noſtri? vtinam! non ſit qui ſe abſcondat à lumine, à calore eius.

R.P. Ayraus de imit. IESV *patient.*

CAPVT DVODECIMVM.

Vmbra Crucis ſalubrior Sole: noui hominis idonea quies,languentis Animæ certa refectio.

Sub Vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cantic.2.4. Cant.2.4.

In Vmbra tua viuemus in gentibus. Thren.4.20. Thren.4.20.

Vmbra Crucis ſalubrior Sole. *Franciſc.de Sales.*

B QVàm benignè nobis fecerit filius Dei, quàm amanter , ſtudioſeque in omni re commodarit,dum carne tectus ad noſtram humanitatem acceſſit , clarius eſt , quam vt mea explicatione indigeat , aut calamum requirat: fuit is, & omni dubio procul, fuit , qui *pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes,* (Act.10.38.) quod tanto antè prophetarum regem,& Regum Prophetam latuiſſe non potuit , cum vel ſola potiundi ſpe tanti beneficij, mente, animoque exiliens,cecinit : *ſcapulis ſuis obumbrabit tibi & ſub pennis eius ſperabis.* (Pſal.90.4.) Ducta à duabus auibus ſimilitudine non leui,quæ pullos ſuos alarum tegmine obumbrare , fouereque conſuerunt , Aquila ſc. atque Gallina.

Vmbra diuina homini vtilis.

Vt enim Saluator noſter Chriſtus duas naturas habuit , diuinam vnam , alteram verò C humanam ; ſecundùm priorem , Aquilæ comparatur : *ſicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos & ſuper eos volitans expandit alas ſuas.* Deuteronom.32. (Deut.32. 11.) Secundùm autem poſteriorem , Gallinæ, ipſomet atteſtante Matth.23. *Ieruſalem, Ieruſalem quoties volui congregare filios tuos,ſicut Gallina congregat pullos ſuos ſub alas.* (Matth.23. 37.) Magnum ſane atque beneficum Vmbræ munus,quod licet à principio exercuerit ſemper , tamen id vel maxime obiuiſſe viſus eſt, dum in Cruce pendens,vt loquitur, *Arnoldus Carnotenſis* tract. de 7.verbis, totum corpus infra ſe poſitum complexus eſt, & ſub alis Crucis aggregato genere noſtro , ibi & protexit & fouit,vbi nihil poſſe putabatur quod ex verbis Regij Prophetæ S.Hieronymus pul-D cherrimè euoluit:vbi nâque textus noſter habet: *ſcapulis ſuis obumbrabit tibi & ſub pennis eius ſperabis*, (Pſal 90. 4.) legit prædictus Pater : *exaltabitur in Cruce, extendet manus ſuas & proteget nos.* Quam rem pleniùs ac luculentius verſans *S.Ambroſius* in pſal.118.ſic inſit : (S. Ambroſ. in Pſal.) *nobis quoque manus ſuas expandit Ieſus,vt totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in vmbra,quos Crucifixus à malignitate ſæculi, & corporis ardore defendit?* Idem explicat *Richardus à S.*Laurentio lib.1.c.7. (Richard, l.1.c.7.) *Scapulis ſuis cruci affixis obumbrauit Eccleſiæ , vt feruorem paternæ iracundiæ eidem temperaret.* Et recte id quidem , ac prudenter.

Vmbra Crucifixi vtiliſſima.

Sed nec id ſolum egiſſe viſus eſt,obumbrare nos quoque è Cruce voluit , ne perpetuo illo;

noxioque voluptatum terrenarum æſtu conficeremur, neque tot aduerſis hoſtium incurſibus imbecillitas noſtra pateret. Olim cum per Arabiæ deſerta Dei populus peregrinaretur nubem illi contra ſolis æſtum exhibuiſſe, diuinus hiſtoricus teſtatur; maius eſt, quod nobis præſtitum, pro nube Crux eſt, quę non in Chananitidem aliquam nos ducat, ſed in cœlum tranſmittat.

Vmbra Columnæ Nubis Iſraelem protegens.

Pulchre id S. Andreas Cretenſis orat. 1. de exalt. S. Crucis expreſſit, dum ait. *Crucis ſignum exhibuit Columna ignis & nubis, quibus erra item Iſraelem, & ex Ægypto profugum deducebat Deus: nimirum dignus eſt, qui Crucis vmbraculo tegatur, qui mundum, cuius Ægyptus figura erat, deſeruit, ſeque ſeruitio eius abdicauit.* Quo refero probum magni *Chryſoſtomi* monitum ſerm. de Ioſeph: quo ſic fuiſſe locutus inuenitur: *Semper Crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id tempus abibis: nam ſicut columna nubis figura noſtræ Crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis pateretur; ita Crux ante oculos viſa omnem ſtatim abigit malam voluptatem.* Ipſa, inquit *S. Bernardus*, ſcutum eſt, quo circumdamur, vt eius quatuor cornua quadrifaria hoſtium tela depellant. In hac vmbra, inquit *Richardus*, vita animæ eſt, extra hanc vrbram ſola mors dominatur, vt meritò cum *Paullo à Palatio* hæc verba Eccl. c. 34. Chriſto pro nobis cruci affixo aſſerere debeamus: *Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimẽ ardoris, vmbraculum meridiani,* id eſt æſtus meridiani, à meridie ſiue contra meridiem, & directos ſolis radios, nos quaſi tabernaculo obumbrans, dum incommoda, & huius ſæculi vrentes afflictiones, quibus animus æſtuat, mitigat, ac frangit, *adiutorium caſus, exaltans animam & illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam & benedictionem.* Iuxta id quod dictum à Ieremia threnorum 4. 20. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus. In vmbra tua viuemus in gentibus*; vnde *S. Ambroſius* libro 7. in Lucam: *in vmbra alarum tuarum, ſperauit Dauid: in vmbra eius concupiuit, & ſedit Eccleſia.*

S. Andreas Cretenſ. orat. 1. de exalt. S. Cruc.

S. Ioan. Chryſoſt.

S. Bernard.

Richard. Vict.

Eccl. 34. 19.

Ierem. 4. 20.

Felices ter & amplius, qui hac vmbra teguntur, & tegmine obumbrantur, neque enim illi vel à die malo timere, neque à maligno hoſte metuere neceſſe habebunt: ſiquidem Propheta teſte; *ſub pennis eius ſperabunt*; ſpem quippe nobis Crux ingerit, ſpem fouet, ac nutrit, qui nos obumbrat in Cruce: quo reſpiciens idem propheta, ſibi ſuccinere non veretur, dum ait: *in vmbra alarum tuarum ſperabo.* Sat felix fuero, ſat beatus, ſi ſub alis tuis, id eſt, brachijs tuis extenſis in Cruce, velut vmbra quadam ſuauiſſima, fuerim commoratus.

Quomodo, inquies, felix, quomodo beatus, qui vmbra hac tegitur, & obumbratur? quid vmbra niſi obſcuritatem præ ſe fert, & lucis vacuitatem? quænã autem in tenebris felicitas?

Meliora, præcor, ac ſaniora, quiſquis es: neque enim obſcuram quampiam vmbram ex

A Chriſti humanitate proceſſiſſe credendum eſt, vmbra illa pellucida erat, vtpote quæ hominis erat talis, qui ſimul & Deus erat: quod ſi ex naturæ penetralibus huius inumbrationis exemplum quæras, en ſanè aptiſſimum ex vaſe vitreo rubro, aut viridi: ſicut enim vas iſtud rubrum aut viridi lumini obiectum, vmbram quidem ex ſe emittit, ſed vmbram præ ſe ferentem ruborem aut viriditatem cum claritudine quadam in ipſo rubore ſeu viriditate pellucentem, idque quia ruborem ſeu viriditatem habet vnitam cum vitrea claritate: ita Chriſti humanitas clariſſimam ex ſe emiſit vmbram, præ ſe ferentem humanam ac rubram quodammodo naturam, ſed cum quadam diuinitatis claritate,
B quandoquidem vnà cum rubra humanitate, pellucidam haberet vnitam diuinitatem. Neque in Scriptura id nouum, quod vmbra clara ac lucida ſit, Matthæus enim de Chriſti transfigurarione ſcribens: *nubes*, inquit, *lucida obumbrauit eos.* Si lucida, quomodo obumbrauit? niſi quia cum ipſa lucida eſſet, lucidam pariter vmbram fecit, ita tamen lucidam, vt ſe humanis conſpectibus attemperaret, nec prætermitteret facere bene iis quos obumbrabat.

Matth. 17. 5.

Iterum opponet aliquis, vmbra in ſe nihil, ac ſola priuatio luminis eſt, vnde igitur tanta illi virtus & energia? Reſp. 1. Licet vmbra in ſe nihil ſit, ratione tamen corporis, cuius obiectu progignitur, ſalutifera, aut noxia eſt. Taxus ex-
C tra Italiam lignum eſt adeo venenoſum, vt etiam vmbra occidat eos, qui ſub illa quieſcunt. E contrario tam ſalubris eſt vmbra Fraxini, vt ſerpentes ad illam accedere vereantur, vnde dormientes in ea, à ſerpentibus ſecuri ſunt. Multum ergo refert ſi vmbra ab hoc vel illo corpore proueniat, quare dum à Chriſti corpore, omnium quotquot fuerunt, eruntque ſanctiſſimo, ac potentiſſimo, proceſſerit, nil mirum ſi magna polluerit efficacitate.

An vmbra priuatio Luminis & vnde proficiat

Reſp. 2 Vmbram adæquatè ſpectatam, non eſſe priuationem, eſt enim carentia luminis maioris, ex corporis opaci interpoſitione, connotato aliquo tenui lumine, quod ſi deeſſet, nõ
D vmbra, ſed tenebræ corpus occupare dicerentur: cum itaque carentia illa fuerit Chriſti effectus, licet negatiuus, induit rationem inſtrumenti moralis, quatenus Deus ad illius vmbræ attactum concurrebat.

Prima itaque quæ huius vmbræ virtutem experta eſt, Maria Deipara fuit de qua ſic Euangeliſta cap. 19. 25 *Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius.* Stabat vero à parte dextera, bonum inter latronem & filium media. Pendebat Chriſtus in Cruce ad occaſum facie obuerſa, habens à dextera Aquilonem, meridiem à ſiniſtra, quare cum circa ſextam, ſiue meridiem, ſole ad occaſum vergente, vmbra obiectu corporis Chriſti procreata, à ſiniſtra ad dextram, ab auſtro inquam ad ſeptentrionem porrigere-

tur,

Digitized by Google

tue, incidit in virginem, dextrorſum adſiſtentē, vti *S.Bernardinus* to.3.ſer.1. de Nomine Mariæ a.3.c.2.meditatur, vnde accidit, vt opacata ſic à Chriſto Maria, ſi non toto corpore, certe aliqua ſui parte, ſacris huius Vmbræ fauoribus dignatetur. Et quanti hi, qualeſque fuiſſe exiſtimandi ſunt? olim in Nazarethano conclauio ſub ſancti Spiritus vmbra, Dei fuerat mater effecta, nunc vero ſub filij patientis vmbra, non vnius licet omnium maximi, ſed plurium mater efficitur, virginitati ſic fœcunditatem aſſocians, quo & virgines parere, filioſque poſſe enutrire condiſceret, vnde & ſic eam de Cruce allocutus fuiſſe tunc Chriſtus perhibetur. *Mulier, ecce filius tuus* Ioannem oculis notans, q.d. accipe in filium tuum, diſcipulum meum, inſuper & eos omnes, qui fuerint diſcipuli mei. Hæc enim mea voluntas eſt, vt tu eorum omnium ſis mater, omnes illi ſint filij tui, & ſinguli, tamquam filij tibi curæ ſint, quorum tu bonum ac commodum materna ſolicitudine procures. Vnde factum vt Doctores quidam tùm Itali, tùm Hiſpani Virginem Deiparam in hac vmbra veram, ac naturalem Ioannis matrem fuiſſe conſtitutam, Ioannem verò dignitatem filij naturalis matris Dei obtinuiſſe opinati ſint: ſed caſtigata opinio fuit. Facta eſt Maria Ioannis mater affectu & curâ: conſtitutus eſt Ioannes Mariæ filius gratiâ & caritate, non naturâ: pari modo, quo Exod.4 de Iſraëlitico populo Deus enuntiat: *filius meus primogenitus Iſrael.* Qua ſcilicet illum populum peculiari munificentia ex Ægypto eduxerat, lege & Prophetis gubernârat; analogicus itaque in hac vmbra Mariæ filius Ioannes, analogica Ioannis mater Maria conſtituta eſt, quæ dum Ioannem in filium accepit, nos vnà omnes eodem affectu complexa eſt.

Maria in Vmbra Crucifixi ſtans & fecundata eſt.

Ioan.19. 26.

Quomodo Maria mater Ioannis facta.

Exodi 4. 22.

O fœcundam Crucis vmbram! quæ nos in vno omnes Mariæ filios fecit; tanti ſub hac vmbra ſtetiſſe Virgini fuit. Nec mirum, cum etiam arbores, arborum vmbrâ reddi fœcundas traditum ab auctoribus ſit. Palmas, quæ mares dicuntur obumbratione feminas fructificas reddere aliqui obſeruarunt. Idem hic præſtitum certo modo, neque enim minoris virtutis Crucifixi vmbra eſt quam palmæ fuit. Huc voco S. Ephremum Syrum, qui tractatu de pretioſâ Margarita ſic ſcribit: Palmarum mares dum obumbrant feminas, fructuoſas illas efficiunt, cum tamen neque illis miſceantur, neque vllam ipſis ſubſtantiam præbeant. Idem tradit de ficulneis, dum ſubdit: ficulnearum quoque nonnullæ fructum non ferunt, niſi ramis maribus obumbrentur. Poteſt palma ſolâ vmbrâ abſque vlla læſione palmam fœcundam reddere; poſſunt ficulnearum rami ficulneas, nec poterit is, qui naturæ Dominus & Auctor eſt? *Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego qui generationem ceteris tribuo,*

Vmbra Palma fœcunda.

S. Ephrem de Margarita.

Vmbra ficulnea fœcunda.

Iſaiæ 66. 9.

R.P.Lyræus de imit. IESV *patient.*

A *ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Iſaiæ 66.9.* Norat quæ dixit: *ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo* Cāt.2.4. probus vmbræ & fructuū nexus. Alter, cui ſub vmbra hac latuiſſe vita ac ſalus fuit, factus ille ac fortunatus latro ad gloriam deſtinatus, quia ad conſortium Crucis Chriſti aſſumptus, Dyſmas eſt, de quo ſcribit S. Vincentius Ferrerius in Paraſceue & feria 4 maioris heb. fuiſſe qui aſſerant, idcirco ad ſanam mentem rediuiſſe, quia vmbra brachij Saluatoris in eum inciderat., qua non ſecus atque æger ille qui *vmbrâ S.Crucis* refoſſæ ſanari viſus eſt, ipſe in virum alium mutatus fuit, *Alexandro* monacho Auctore orat. de Crucis inuent. aut quemadmodum *vmbra* Principis Apo-
B ſtolorum Petri, ijs omnibus qui ad ipſum accurrebant, vno duntaxat eorum contacto, ſaluti erat. Ita namque S. Lucæ verba accipienda videntur, iuxta *S.Ioan. Chryſoſtomi* interpretationē Act.5. vbi præfatus Doctor expendit hæc verba, *vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum & liberarentur ab infirmitatibus ſuis*, neque enim S. Lucas ait, vno obumbrato illum fuiſſe ſanatum à certa inualetudine, ſed ſanatos omnes abſolutè à quibuſuis infirmitatibus, obumbrato quoquam illorum: quæ ſanè excellens erat Apoſtoli prærogatiua, cuius gloriæ conſortium obtinuiſſe quoque viſus eſt *S. Lutuinus* Neuſtriæ Apoſtolus, cum morbis & languoribus oppreſſos ſola ſui corporis vmbra
C ſanitati reſtituebat. *In Vita.*

Cant. 2. 4.

Dyſmas latro in vmbra Crucis conuerſus.

S. Vincent. Ferrerius in Paraſceue.

Alexand. Monachus oratione de Crucis inuent.

Vmbra Principis Apoſtol ſanabat ægros. Act. 5 15.

Cum autem quod ab Apoſtolis viſibiliter in corporibus præſtabatur hoc à Chriſto Domino inuiſibiliter in animis fieret, hinc vmbra Chriſti Crucifixi animabus eorum, in quos incideret non ſaluberrima eſſe non potuit, inter quos ſicarius hic, ſummo ſuo bono, vim eius beneficam in Cruce expertus eſt, ita vt eam ob cauſſam motus atque conuerſus ſit, iuxta Oſeæ 14. *conuertentur ſedentes in vmbra eius.* Quod præter S. Vincentium, Epiſcopus quoque Equilinus lib.3. Catalogi cap.128. Iacobus de Voragine ſerm.3. de Innoc. Antonius Spinellus lib. thtoni Deip. cap.25. num.4. alijque tradidere. Cum enim ab eadem illa parte, ſc. Aquilonari,
D à qua ſtetiſſe matrem ante diximus, latro penderet, Chriſti facie verſus occaſum obuerſâ, circa meridiem ante obſcuratum ſolem, vmbra corporis Chriſti Ieſu eum in ſublimi poſitum ad dexteram, quâ tantum ex parte diffundebatur, inumbrauit, vnde bona illa atque optabilis viri exorta felicitas eſt, quæ ſicarium intulit paradiſo.

Oſeæ 14. 8.

Atque hinc factum, teſte Theodoreto in Philotheo, vt quotquot Chriſtum impenſe diligerent, omne quod aliquam, quantumuis tenuem, eius vmbram gereret, ſuſpicere, ac porrò non omitterent venerari.

Theodot. in Philotheo.

Primas hic vindicare ſibi merito viſa eſt fedidiæ ſuo dilectiſſima Sunamitis, cum hanc ſi-

bi gratulata felicitatem, interprete Origene: *ſub vmbra illius*, inquiebat, *quem deſideraueram ſedi*. Ipſum quidem ſponſum ſecluſâ vmbrâ viſere in decore ſuo geſtiuerat, vt propterea; quod *S. Bernardus* notauit, ad ſplendorem Chriſti ſuſpirans, non vmbram deſideraſſe ſe dicat, ſed illum quem deſiderauerat Chriſtum; interea tamen ſub vmbra illius ſedere ſuſtinet, donec inclinentur, ſiue, vt ex interprete Hieronymo loquitur Origenes, amoueantur vmbræ dieſq; plenus adſpiret.

Cant. 2. 4.

Quod verò ad varietatem huius Vmbrę pertinet, eſt ea quidem multiplex, ac diuerſa, nam & Incarnatio, & eius extenſio, Euchariſtia, aliaque myſteria non pauca rationem vmbræ habent, verum nuſquam Sponſæ vmbra gratior, nuſquam ſalubrior eâ, quam quæ iacitur ex Cruce, quod vel ex ipſa iuuerit didiciſſe, cum dicit: *ſicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*. Cant. 2. 3.

Multiplex Chriſti vmbra.

Vmbra S. Crucis omnium ſaluberrima.

Cant. 2. 3.

Malus arbor eſt poma proferens, quæ ceteris arboribus tanto magis excellit, quanto præ illis vtiliorem vmbram iacit, quanto glandibus ac baccis meliora poma ſunt, quãto illius fructus iucunditas, aliarum arborum fructus excedit; Ita & dilectus meus omnes formâ, fructu, vmbrâque tranſcendit. At vbi hoc? dum in malo, id eſt in cruce pendet, malus enim inter omnia ligna ſiluarum Crux eſt, vt Aponius, Pſellus, & Theodoretus volunt, tum quia ſpeciem habet Crucis, trunco ſtipitem aut trabem erectam, ramis ligna ab vtroque latere tranſuerſa repræſentantibus, in quibus non minus quam in ligno tranſmiſſo cõfigi poſſunt brachia crucifigendi. Tum verò, quia ſicut Adam peccauit in malo, comedendo vetitum à Deo pomum, ſic Chriſtus ſatisfecit in malo, ſuffixus cruci, vt vbi culpa commiſſa fuerat, ibi & debito fieret ſatis, ipſomet atteſtante, *ſub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*. Cant. 8. 5. q.d. memor eſto, quod ego moriens in ligno Crucis te à morte ſuſcitarim, eo quod in ligno antiſtropho pomi vetiti, per comeſtionem, & inobedientiam à ſerpente corrupta ſit mater tua Eua, quæ in te, dum genuit peccatum hoc originale, quaſi naturali propagine tranſmiſit. *Ipſe ergo lignum tunc notauit, damna ligni vt ſolueret*. Voluit enim Deus congruo iuſtitiæ ſuæ ac ſapientię decreto Chriſtum non gladio, non igne, non alio tormento, quam ligno Crucis occidi, vt commiſſum ab Adam & Eua peccatum, ligno Crucis expiaretur, *vt hoſtis qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, & vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret*.

Cant. 8. 5.

Off. Eccleſ.

Vnde huc alludens Fortunatus, & ex eo Eccleſia ſic canit:

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis,
Nulla ſilua talem profert fronde, flore, germine:
Dulce lignum dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet.

Fortunati *Verſus.*

Etenim Chriſtus crucifixus vtiliſſimâ nobis ad omnia vmbrã præſtat, ſed maximè ad protegẽdum peccatores ab ardore diuini furoris, quem Dei iuſtitia adſpirat cõtra illos. Et quis ardentẽ ſolem diuinæ iuſtitiæ abſque aliquo vmbraculo poſſit ſuſtinere? quis nõ igneis illius radiis cõſumatur? nã vt inquit Iſaias: *ardens eſt furor eius, & grauis ad portãdũ*. Aſſumpſit ergo Sol iuſtitię humanã naturã, & ex coniunctione ſolis, & humani corporis facta eſt vmbra ad protegẽdũ reos, qui ad illã voluerint cõfugiſſe. Sicut autẽ maior eſt vmbra cũ corpus & ſol cõiunguntur in occaſu, ſic in morte Chriſti potentior fuit vmbrã ad iram Dei temperandam & obtinendã peccatorum veniam; ita vt poſitis extra hanc vmbram iudicium fiat, ſine miſericordia, quia extra illam non eſt inuenire miſericordiam: conſtitutis vero ſub illa, miſericordia erit ad vitam, non iudicium ad condemnationem.

Iſaiæ 30. 27.

Iure ergo Sunamitis Crucem omnibus arboribus præfert, Crux illi omnium inſtar, malo Aſſyriâ fœcundior, medicâ ſalubrior, citriâ gratior, Armeniacâ felicior, Cydoniâ iucundior, Punicâ ſapidior erat: quare nec fructum niſi lectiſſimum & præſtantiſſimum ferre poſſe in cõfeſſo eſt: vnde & addidit, *fructus* eius inquiens, *dulcis gutturi meo*, ſiue vt ſeptuaginta interpretes legunt, *faucibus meis*. Superlatiuum ponit Vatablus, *fructus eius palato meo dulciſſimus*.

Fructus ligni S. Crucis.

a Cant. 2.

O verè dulciſſimum gutturi, palato, faucibus noui hominis pomũ Chriſtus Ieſus Crucifixus, pomum mite ac maturum, pomum muſteum ac prægrande, decumanum, pomum acidulum, ſed ſalubre, pomo quolibet Claudiano, cruſtumino, Signino magis ſapidum ac gratum, quocunque citrio magis ſanum, quocunque aurantio magis ſucculentum.

Nequaquam id S. neſciniſſe Ambroſium dixeris, cum ſic loquentem in Pſal. 118. audiueris: *Chriſtus pomum eſt, quod in arbore pependit, hoc pomum guſtauit Eccleſia, & ait: fructus eius dulcis in faucibus meis: & vt ſcias quia pomum eſt Dominus Crucifixus, legiſti ſupra tamquam malus in lignis ſiluæ, ita conſobrinus meus*.

Pomum ſuauem exſpirat odorem, Chriſtus Crucifixus odoris fragrantia fuit incomparabili. Proprium ſiquidem pomi eſt odoriferum eſſe, adeo vt Hebræis hinc dicatur תַּפּוּחַ tappuach, à radice פּוּחַ puach expirauit, tranſmiſit nõpe ſuauitatem odoris.

Quid Chriſtus in Cruce? loquatur iterum Ambroſius, qui exponens illud: *ſicut malus inter ligna ſiluarum*: ita diſſerit: *huiuſmodi pomum odorem gratum habet, vt ceterorum pomorum fragrantiam vincat. Chriſtus ergo affixus ad lignum, ſicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanæ fundebat redemptionis, qui grauis peccati deterſit fœtorem, & vnguentum potus vitalis effudit*.

Cant. 2. 3.

Pomum, inquit D. *Gregorius Nyſſenus* in hunc locum, *tuos ſenſus oblectat: puta, viſum colore, maximè ſi candidum* ſit & *rubicundum: odoratum odore: guſtum ſapore. Idem facit, ſed multo exquiſitius Chriſtus*

Cru-

Crucifixus, candidus innocentia, rubicundus ſanguine, odore ſuper balſamum, ſapore ſuper mel & fauum præcellens.

Nec ſolum id in arbore hac deprædicat quod fructu eius potiatur, ſibi vmbram quoque ſaluti eſſe agnoſcit, vel ſic noui hominis delicias ex longinquo proſpectans. De Chriſti enim in cruce pendentis vmbra, tam hunc locum, quam illum Hieremiæ Thren. 4. SS. PP. intelligunt, *ſub vmbra tua viuemus in gentibus:* quæ verba expendens *S. Ambroſius, Paſſionem,* inquit, *Domini Saluatoris hinc prophetari liquet & defleri ab Hieremia, non excidium Iudæorum, quod vel ex eo intelligi poteſt, quod ſub lat ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus comprehenſus eſt interitu noſtro, ſub cuius vmbra, diximus, viuemus inter gentes.* quid hoc manifeſtius? quando & nomen expreſſum eſt, & comprehēſio inter manus perſequentium perfidorum eſt declarata, & *vmbra* viuificans, & gratia gentibus conferenda deſcripta eſt.

Thr. 4. 20.

Notat hic Nicolaus Lyranus, loco vocis illius, *Dominus,* in Hebræo poni Nomen Domini tetragrammaton, quod proprium eſt ſolius Dei, ad ſignificandum prophetiā hanc eſſe de Chriſto, qui erat verus homo ſimul, & Deus, qui captus eſt à Iudæis, crucifixus & occiſus, non pro ſuis, ſed pro noſtris peccatis, vt ea deleret, in cuius vmbra, ait vates; populum ſuum Hebræū victurum inter gentes; quia illi, qui credituri erant ex Iudæis, aggregandi erant gentibus, vt omnes ſimul ſub eadem Chriſti vmbra viuerēt: Et hanc quidem vmbram ſingulariter fecit in cruce, vbi manus habuit extenſas, ſicut alas, vt ſub vmbra alarum eius ſperantes protegeremur.

Idem de altera, quam Sunamitis amoris vulnere percuſſa concupiſcebat, Honorius Auguſtodunenſis teſtatum reliquit, cum ait: Vmbra fit ex corpore & luce, & eſt itinerantium refrigerium ab æſtu, & protectio à tempeſtate. Arbor vitæ, ſcilicet malus, eſt ſancta Crux, fructus eius Chriſtus; vmbra, tutela vel humani generis refrigerium, quod graui onere peccatorum per æſtum concupiſcentiæ premebatur. Merito ergo Sponſa ſub hac vmbra, teſte Bernardo, ſedere concupiuit, ſine dubio, vt vitæ, quæ in eius vmbra eſt, particeps fieri mereretur.

Honorius Auguſtod.

Et aurem quidem hic vellere mihi viſus eſt ſuauiſſimi, iuxta atque piiſſimi Hermanni noſtri Hugonis τοῦ μακαρίτου memorabilis Genius, quamque olim amantis Sunamitidis cecinerat parodiam, in manus mihi tradere legendam: arripui ſedulò, cumque rem meam non leuiter ab ea cernerem illuſtrari, ne ſapientis voce coargui aliquando vellem, eandem ſtatui lectori meo ſine inuidia communicare, in hunc itaque modum ille

Pia amātis Sunamitidis Parodia de vmbra Crucis,

Fors iter ignotas longum meditabar in oras,
Et bona iam cœpta pars erat acta via.
Vtque ſolet laſſus metam ſpectare viator,
R. P. Lyræus de imit. IESV patient.
A *Credebam ſpatiis pauca deeſſe meis.*
Vt cœpi reliquos metiri prouida paſſus,
Maius erat medio, quod ſuperabat, iter.
Hei mihi tum refuga ceciderunt corpore vires;
Totque, nimis durus, millia viſa labor.
Ergo oculos cœlo miſera cum voce tetendi,
Ferret an hic aliquis, voce vocatus, opem?
Et mihi, quis, dixi, dabit hiſce ſub æſtibus vmbram?
Solis ab infeſto verberor igne caput.
Aſpice, ſub plantis quam ferueat arida tellus,
Siccaque ſemuſtos vrat arena pedes.
O nemora! ô rigua frondoſa cacumina ſiluæ!
O latebra! ô fontes! arboreaque domus!
O vtinam virides pandat mihi populus alas,
B *Aut caput hoc, mali fronde comante tegar!*
Audiit ille meas ſolitus lenire querelas,
Cuius erat toties vmbra petita mihi.
Et ſcio, quo properas. ſcio, quas, ait, arripis, oras;
Et ſcio, quam toties Numina poſcis opem:
Cæleſtis Solyma longinquam tendis in vrbem,
Quamque agis in terris, huc tibi, vita, via eſt.
Iamque grauat longi te tanta moleſtia curſus,
Et cuperes mali fronde virente tegi.
Ecce tuis venio ſperata laboribus vmbra,
Quamque vones, placido tegmine, Malus ero.
Aſpicis hærentes funeſta ex arbore palmas,
Quaſque fodit geminos cuſpis acuta pedes?
Aſpicis innumero laniatum vulnere corpus?
C *Aſpicis? heu vix eſt corporis vmbra mei.*
Hæc tibi quæſitam feſſa dabit vmbra quietem,
Portus & in duris, hæc tibi malus, erit.
Dixerat, & vires ſubito rediere iacenti,
Tanta loquente Deo, viſque vigorque fuit.
Tunc ego ſuſpiciens, in ſponſum lumina fixi:
Hei mihi, ſuſpenſus de cruce ſponſus erat.
Et qualis, ſponſe, inquam, hæc eſt, quam triſtis imago?
Hæccine erit capiti Malus aprica meo?
Hac ego ſanguinea languens reſidebo ſub vmbra?
Tu crucis infamem perpetiere necem?
O mala malus! & infelix, quæ te manus vnquam
Fixit humo! manus hæc, cæde cruenta fuit.
Attamen hæc lætos malus iacit ardua ramos,
Vtque cubem, placidos vmbra dat apta toros.
Vmbra dat apta toros, ſed non tamen apta ſopori:
Ah magis hæc lachrymas, Malus & vmbra petunt.
D *O bona malus! & ô felix, quæ te manus vnquam*
Fixit humo! manus hæc viuere digna fuit.
Iam video cui te ſimilem, mi ſponſe, vocabo;
Sæpe mihi vmbrifera munere ſubdite domus.
Qualis onuſta rubris latè ſua brachia pomis
Spargit, & apta ſiti munera Malus habet;
Exſuperatque ſuas numeroſa fruge ſurores.
Vna nemus laſſis, hoſpitibuſque penus:
Talis es æſtiuis mihi ſponſe caloribus vmbra,
Lymphaque dum ſitio, dum fameoque cibus.
O quoties ego te! quoties, mi ſponſe, vocaui,
Vt ſemel illa meum conderet vmbra caput!
Hic ego, ſi liceat, dixi, gemebunda ſedebo;
Vt ſedet amiſſo mæſta columba viro.
Et modo purpurei concreto ſanguine crines,

Et modo materies labra doloris erunt. A
Nunc oculi ante oculos, nunc frons, nunc pendula ceruix,
Rubraque concreti ſanguinis imbre coma.
O quoties latus hoc lacrymanſque gemenſque videbo?
Ne videam lacrymis impediarque meis?
Multa tamen dabit hoc vnum mihi vulnera vulnus,
Saucia dum geminos labar ad uſque pedes.
Tuncque iterum amplexu lignum lacrymabile ſtringẽs,
Subſcribam hæc plantis verba ſuprema tuis:
En duo, quæ cauſam præbent ſibi mortis, Amantes;
Hanc dolor haurit aquis, hunc Amor igne cremat.

Hactenus pius ille atque eruditus vates, ſeu potius eius ore ac calamo ſponſi amantiſſima Sunamitis, ſibi de Iedidiæ ſui beatiſſima vmbra non ſegniter gratulata. B Vtinam! quod vel eminus iſta ſuo nos exemplo docuiſſe viſa eſt, nouus homo ſtudioſè imitetur: næ ille ſibi vtilliſſimam honeſtiſſimamque felicitatem ſub hac vmbra deſpondeat, qua plurimis exemptus periculis, bonorum omnium genere cumuletur, & teſtis quidem huius veritatis locupletiſſimus ſit P. Ioannes Rebellus natione Luſitanus, vir è Societate noſtra huius vmbræ amantiſſimus, cũ enim crus illi fœde extumeſcens perſtringendum eſſet ære candenti, cæſimque ac punctim lancinandum:, ne herpetis vitium in reliquum corpus proſerperet, dari ſibi petiit in manus, Chriſti morientis ſimulachrum, ab vmbra illius, amplexuque doloris ſolatia petiturus, cui affixus C & inhærens, ferri, flammæque cruciamenta fortiter tolerauit Philip. Alegambe in Catalogo.

Et hæc Vmbræ huius vis, atque poteſtas eſt, neque enim naturam antecellere gratiæ deinceps nouit, aut ancillam dominæ præualere: nouit arborator, nouit agricola qualem quantamque virtutem ſatis fruteta communicent, vnde fit vt in ſerendis plantis atque arboribus non minima vmbræ ratio iis habenda ſit, quibus aſſiduè bis atque ſimilibus præceptis aures circumſonare compertum eſt: Vmbra inglandium grauis eſt & noxia, etiam capiti humano; omnibuſque iuxta ſatis.

Vmbrarum variarum notanda poteſtas.

Ficorum leuis eſt, quamuis ſparſa, ideoque inter vineta ſeri non vetantur.

Vlmorum leuis, etiam nutriens, quæcunque D opacat.

Iucunda platani, quamquam craſſa.

Populo nulla, ludentibus foliis.

Pinguis alno, ſed paſcens ſata.

Vitis ſibi ſufficit, mobili folio, iactatuque crebro ſolem vmbra temperans. Omnium fere leuis vmbra, quarum pediculi longi.

Inglandium, pinorumque & picearum & abietis vmbræ, quæcunque attigerint, non dubie necare ſolent.

Sed, noxiæ ſint aliæ, aliæ vero perutiles harũ arborum vmbræ, hæc autem noſtra nulli vnquã noxia, ſed præ omnibus vbique vtiliſſima longe antecellit vniuerſis.

Nulla malignitas in crucis vmbra eſt, quia A nulla in cruce malitia, vt inquit magnus ille crucifixi laudator Maximilianus Sandæus noſter, ſed quidquid in illa, bonitas eſt mera: nihil noxium, ſed vtile eſt, quidquid continet, quodque ſpargit, proficuum eſt, nulli eſt venenum, omnibus, quæ attingit non dubiè medela eſt.

Vmbra Crucis natura & proprietas.

Arbores frugiferæ, vt in ſe temperatiores ſunt, quam ſilueſtres, ita quoque mitiorem, ſuauioremque præ iis emittunt vmbram.

At inter frugiferas nulla eſt fructuoſior, nulla ſuauior, quam Malus crucifixi, quid igitur de vmbra illius iudicandum eſt:

Leuis adhæc vmbra crucis eſt, pinguis, nutriens, roborans: Chriſtus enim crucifixus, vt B crucis ſuæ, ſic & roboris per vmbram, ſub ea quieſcentes participes facit, tantiſque ſæpenumero conſolationibus demulcet amantem ſuũ, vt malit is eſſe cum Chriſto in cruce, quam omnibus deliciis cũ Salomone innatare: teſtes mihi vel in monte Aluerno Franciſcus Aſſiſias, vel in India, Iaponiaque Franciſcus Xauerius. Et ita profecto, ita eſt, Ieſu crucifixe, Amatores tui *in tegmine alarum tuarum ſperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*, vſque adeo ſub hac vmbra tua ſedere volupe ac deſiderabile eſt. Pſal.35.8.

Mirum eſt quanto vmbrarum blandimentum pretio addixerint Romani, & quod merito C obſtupeſcas, aërem tributo alligarint: & nos pedem mouere dubitabimus, vt hac noſtra tam vtili ac commoda fruamur? Platanus ſterilis alioquin arbor & infœcunda, ex alieno orbe petita eſt vt laxioribus frondium comis denſiorem vmbram ſpargeret, & aſſidentes grata quadam voluptate perfunderet; tantuſque arbori honos exhibitus, tantumque illi pretium poſitum, vt mero infuſo illam enutrire operæ pretium exiſtimarint.

Vmbra delicata. Vmbra platani.

Quin & *Xerxes*, quem totus orbis non ceperat, ad platanum in Lydia diuertit, poſitiſque iuxta caſtris, integrum diem ſub nemoroſo eius tegmine commoratus eſt, & ne ingratus diſcederet, arbori curatorem conſtituit, & armillas ex auro in ea ſuſpendit. *Ita Herodotus lib. 2.*

D Immo & *Alexander* ille qui ſolus poſt homines natos, cognomen ſuum impleuit, in Aſia ſub arborum ramis curru vectus, vmbram captabat vt auctor Plutarchus eſt: tam ſuaue erat ac gratum totius pæne orbis Domino, eius delinimentum captare, vt pæne incluſam illam & comprehenſam ſecum circumducere velle videretur.

Socratem quoque diſputantem inducit Plato, ſed vbi? in Lycæo aliquo, aut magnifica quadam exedra, vel ſchola? nequaquam, ſed ſub *platano*, quod huius vmbra cenſeretur iucundiſſima, illaque procera ac patulis diffuſa ramis, opacitaſque eius perpulchra, & nimium, vt in Phædro loquitur, amæna.

Et nouus homo ſiue diſputans, ſiue docens, ſiue

ſiue laborans, ſiue quieſcens ſub alterius arboris vmbra aliquando reperiatur, quam Mali, eius, inquam mali, quam deſiderabat anima eius, quæ dicebat *ſub vmbra eius, quam deſideraueram ſedi.* Aueitat, qui poteſt, Deus: hæc enim & proceritate, & altitudine & opacitate Platanum, omneſque alias arbores longè tranſcendit, ac ſalubriorem, quam arborum vlla, vmbram ſpargere conſueuit.

Vmbra S.Petri medicabilis. qualiter. Ante dixi Apoſtolorum Principis vmbram, tam medicabilem ac ſalutarem fuiſſe Hieroſolymitis vt curaret infirmos, quos in plateas eiectos afflaſſet, dubitant tamen nonnulli an quod & ibidem ex Chryſoſtomo commemorabam, vmbrâ Petri tangente vnum duntaxat infirmum, ceteri omnes, qui eidem vicini, vel in eadem platea expoſiti erant, ſanarentur, eſto ab vmbra illa non contingerentur. Quidquid autem de hac veritate ſit, vmbræ crucis hæc adſcribenda virtus eſt, vt non tantum eos, quos immediatè attigit, ſed & alios qui cum eis aliquam coniunctionem habent, ad pietatem promoueat, & ab infirmitate conſanet: quod ſole clarius videre eſt quotidie, ſiquidem vnus vitæ nouitate indutus ſerius ac feruens, poſtquam ſub vmbra illius, quem deſiderauerat, ſedit; in ſolem, lucemque prodeat, exinde plurimos eiuſdem cognationis, contubernij, ac ſocietatis, quibuſcum agit, tamquam mediato vmbræ ſalutaris attactu, eiuſdem valetudinis ſibi communicatæ participes fieri conſueuiſſe.

Magna res! & nunquam ſatis ſua pro dignitate apud homines collaudata! quam donec nouus homo ſingulari cura, ſtudioque complexus fuerit, nihil ſibi ad felicitatem ſenſerit defuiſſe.

Sed quærat hic fortaſſe nonnemo, quid nobis per *Vmbram* hanc, atque adeo per *ſeſſionem* ſub ea intelligendum ſit?

Quid per Vmbram intelligendum? Quæſitum pulcherrimum, ad cognitionem animi, & ad conſiderandam religionem neceſſarium, cui explicando viri grauiſſimi, ſanctiſſimique Eccleſiæ Patres olim non parum inſudarunt.

1. Protectio. Rupertus Tuitienſium Abbas, Hugo Carenſis, Bruno Herbipolenſis, vmbra, inquiunt, ſignificat protectionem, iuxta Pſalm. 35. *Psal.35.8.* *filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt*, ſiue, vt vertit Symmachus, *ſub vmbra alarum tuarum ſine ſolicitudine degent*, ita vt ſub vmbra crucifixi quieſcere, idem ſit, atque ab eodem protegi velle, & defendi: potens namque hæc vmbra eſt contra omnes vitiorum æſtus, nulliuſque non animi, corporiſque cachexiæ propulſandæ percōmoda atque opportuna, vti per varia diſcurrenti ad oculum patet. *Vtilitas Vmbra Christi.* Nuditas Chriſti in cruce vmbraculum eſt contra æſtum Auaritiæ: ſitis eius, & aceti, vinique felle miſti potus, vmbra eſt contra impetum gulæ: dolores carnis eius nos contra ardores libidinis defendunt, ignominiæ

A vero ipſius, contra mundanam gloriam, quam ſuperbia & ambitio ardenter ſolent excitare, obumbrant: Denique nullum vitium eſt, cui non medeatur vmbra crucifixi, à quo prodeunt ſpiritus quidam vitæ, diuiniq; inſtinctus, atque afflatus, quibus protegantur, quotquot eius ſe tutelæ committunt, vt iure dicere potuerit *S.Gregorius*, hanc crucem, cui Chriſtus fixus eſt, ſaluberiorem & firmiorem vmbram facere nobis quam Ionæ hedera, olim præparauit, vt in huius vitæ laboribus & æſtibus ſecuri requieſcamus, quod non ignorans *Georgius Comes Conopatius*, per annos 30. ſub Chriſti crucifixi effigie in capulo, cui mortuus includi volebat, nudus dormiuit. *Georgius Comes Conopar. dormit sub Cruce.*
B *Simon Staro volſcus in Vita.*

2. Seruitus. Alij per Vmbram, ſeruitutem intelligunt, adeo vt ſub vmbra alicuius viuere in ſeruitio eiuſdē degere ſit, eique famulari, vnde Baruch 1.12. *Baruch.1.12.* *Viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Baltbaſar filij eius & ſeruiamus eis* aiebant illi, dum viuere ſub Regis vmbra deſiderant, ſimul etiam diuturnam ſeruitutem promittunt.

Atque id eſt quod præſtare debeat, quiſquis vmbrâ crucis protegi defendique exoptat, eius ſcilicet honori peculiariter deſeruire.

3. Fiducia. Tertio, Crucis vmbram, ſingularem in ea fiduciam interpretantur nonnulli, huc referentes ex contrario ſenſu, quod apud Sapientem Eccli.2. legitur: *Eccli.2.15.* *qui non credunt ei, non protegentur ab*
C *eo.* Credidit certè latro ille dum exclamans diceret: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum:* *Luc.23.42.* quare & meminit eius, ſed alterius qui iuxta pendebat oblitus eſt, quia hic fiducia deſtituebatur, ille verò eadem pleniſſimus erat, in qua vera ſalus & firma protectio inuenitur, ſupra omnem mundi Principum, Regumque futilem, vanamque pollicitationem, qua tot paſſim mortales grauiſſimè dementantur, quibus proinde non immeritò illud Iſaiæ 30.5 accinas: *Erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.* *Isaiæ 30.5.* Contra verò aliis ſedentibus in vmbra crucis, illud ex eodem propheta: *ſedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ & requie opulenta.* Iſaiæ 32.17. quod tantopere no- *Isai 32.17.*
D bis voluit Deus eſſe commendatum, vt per mulum cui non eſt intellectus, idipſum aliquando demonſtrarit: Florebat in Galliis vitæ ſanctitate ac ſignis eximius B. Antiſtes *Regulus*, S. Dionyſio comes datus ac ſocius, iamque dæmonem ab energumeno excedere iuſſerat, cum dæmon diuinam in viro poteſtatem vereritus, Sanctum rogarat, vt bonâ eius veniâ in mulum, ibi forte præſentem, ingredi ſibi liceret. *S. Reguli mulus ad vmbram crucis protegendus fugit.* Audierat ſopplicem diabolum mulus, ac velut, quod audierat, intellexiſſet, negateque poſſet inuiſo hoſpiti domum, anteriore pede crucem humi luculentam depinxit, vt ſub eius tutela ingratum hoſpitem domo prius proſcriberet, quam admitteret, quaſi non neſcius, quo ſigno ſceleſtus ille

 terrere-

terreretur; Ecce quomodo non ad formicam tantum verum etiam ad mulos vocet Dominus, vt vel à pede muli, diſceret caput hominis, ad vmbram crucis confugere, ne infra mulum ſapere videretur. *Petrus Eſquilinus in Catalogo SS.*

4. Pax & Concordia.

Quarto Vmbram ibi facere crucifixus dicitur, vbi pax eſt atque concordia: ideo namque Crucem ſubiit, vt nos Deo patri reconciliaret. *Factus eſt in pace locus eius*, inquit Pſalm. 75. ſiue vt ex Hebræo vertit S. Hieronym. *factus eſt in pace vmbraculum eius:* ſuper quo prædictus Pater: *non eſt vmbraculum Domini, niſi vbi pax; vbi Zelus atque diſcordia, ibi non eſt protector Deus.*

Pſ. 75. 3.
S. Hieron.

5. Obedientia.

Quinto per Vmbram crucifixi Obedientia B ſignificatur: Sicut enim vmbra corporis molem, formamque inſequitur, & in omnibus ei ſe conformat; ita ille dignus eſt ab eo obumbrari, cuius mandatis obtemperat, & ſequitur voluntatem.

6. Gratia Dei.

Sexto, non pauci hanc vmbram Dei gratiam ac Caritatem interpretantur: *operuit montes vmbra eius*, inquit Propheta. Vmbræ ſiquidem proprium eſt, vt operiat quidquid ſub ipſa extiterit, quod potiſſimum tribuitur Caritati, *Caritas enim operit multitudinem peccatorum.* 1. Petri 48. Solidior autem erit interpretatio, ſi pro deſponſatione animæ cum Chriſto, quæ ex caritate fit, accipiatur, idque iuxta veterem ritum, quem in verbis Ruth loquentis ad Booz: *expande pallium tuum ſuper famulam tuam*, Doctores agnoſcunt; petebat enim deſponſari ab illo, quod ſub huiuſmodi vmbra fieri, moris erat: vnde factum, vt ſtatim ac quis ex vmbra Mali arboris recedens, ad alterius cuiuſcunque ligni declinaret vmbram, fornicari, aut adulterari diceretur, vt patet Oſeæ 4. 19. *ſubtus quercum & populum & terebinthum ſacrificabant, quia bona erat vmbra eius, ideo fornicabantur.*

1. Petri 48.
Ruth 3. 9.
Oſeæ 4. 19.

Contra vero, dum ſub vnius vmbra perſiſteret, ſponſa eius fieri cenſebatur, quod in beatiſſima Virgine Maria, clarè admodum patuit, cui Gabriele paranympho Spiritus S. obumbrauit, ipſa vero eiuſdē beatiſſima ſponſa facta eſt, de quo pulchre Anonym. in Biblioth. SS. PP. to. 15.

Vmbra Sancti Spiritus
Dedit ei cælitus
Spiritale pallium.

7. Imitatio Christi.

Septimo ac poſtremò, per amabilem hanc Ieſu crucifixi vmbram, intelligit Adamantius Origenes crucis Chriſti *Imitationem*, ac cruciatuum eiuſdem participationem; ita vt in Vmbra hac Chriſti ſedere, propriè ſit ea Imitari, quæ in paſſione ſua Saluator geſſit, quando ſcapulis ſuis cruci affixis Eccleſiam in hunc finem obumbrauit; habet ſiquidem Vmbra imaginem & ſimilitudinem quandam in ſe iuxta illud Geneſ. 1. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram:* quæ verba ex Hebræo vertit Oleaſter: *faciamus hominem in vmbra noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram*, quod *S. Athanaſius* de Incar- A natione verbi Dei ſic expreſſit: *humanum genus creauit, ſed ad ſuam ipſius imaginem illud eſſigurauit, deditque illis ſuæ rationis dotem, vt veluti vmbras quaſdam ac lineamenta rationis poſſidentes, rationaleſque effecti in beatitudine poſſent perſeuerare.*

Gen. 1. 26.
S. Athan.

Præter eſſentialem autem Dei imaginem, quam homo anima ſua præfert, virtutibus quoque conditorem ſuum exprimere debet, non ſecus atque vmbra corpus, quod diſertè monuit *Ambroſius*, tract. de dignitate hominis cap. 3. his verbis: *Sicut Deus Creator, qui hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creauit, eſt charitas, eſt bonus, & iuſtus, patiens atque mitis, mundus & miſericors: ita homo creatus eſt vt charitatem haberet, vt bonus eſſet & iuſtus, vt patiens, atque mitis; mundus & miſericors foret: quas virtutes, quanto plus quiſque in ſeipſo habet, tanto propior ſit Deo, & maiorem ſui conditoris gerit ſimilitudinem;* nuſquam ante id certius, perfectiuſque aſſequetur, quam ſub vmbra crucis, quæ viſum hominis confortat, ac perſpicacius ea videre nos facit, quæ in lumine geruntur, animoque vigorem infundit, quo firmiter ad illa quæ viderit facienda, conualeſcat.

Sed quoniam Sponſa ſe dicit ſub vmbra ſediſſe, Ieremias verò, ait, ſub vmbra viuemus, aduertere oportet cum S. Bernardo tres eſſe gradus eorum, qui hanc vmbram frequentant.

Tres gradus frequentan- de hanc vmbram.

Primus eſt eſſe ſub vmbra. Secundus viuere C in illa. Tertius vero ſedere ſub ea.

Et primus quidem ſpectat ad omnes fideles, qui veram Chriſti fidem habent, eiuſque paſſionem ac mortem ore confitentur, ſed opere non exequuntur.

Secundus autem pertinet ad iuſtos qui non tantum credunt, ſed & exempla ſectantur. *Iuſtus enim ex fide viuit*, ſpe roboratur & perficitur dilectione. Rom. 1. 17.

Tertius vero gradus perfectos concernit, qui non ſolum viuunt, ſed ſedent, ac diu, multumque ſub vmbra Chriſti permanent, non ſtant rigida elatione, non ambulant inquieta curioſitate, non iacent reſoluta voluptate ſed tranquilla ſedent ſubmiſſione. Non tamen dicitur D *ſub vmbra ſedimus*, ſicut dicitur *viuimus*, ſed *ſedi*, quia prærogatiua eſt ſponſæ, & paucorum, qui charismata meliora æmulantur.

Quomodo B. V. Maria ſtabat ſub cruce?

Hoc autem difficilius, quod Deipara omnium creaturarum perfectiſſima ſub hac vmbra Chriſti crucifixi non ſediſſe dicitur, ſed ſtetiſſe. An plus eſt ſtare, quam ſedere, vel contra? an vero vtrumque ſimul eſſe poteſt, ſi ad ſpiritum referatur? Vtique: nam de Chriſto ſimul legitur, quod ſedet ad dexteram Dei, ad ſignificandam ſecuram, atque perpetuam ſui regni fruitionem, & tamen S. Stephanus vidit eum ſtantem à dextris Dei, vt denotaretur promptitudo eius ſuccurrendi amicis: atque ita Sponſa ſub crucis vmbra ſedere dicitur, quia tranquillo illic corde perſiſtit: ſponſarum vero regina, non ſedere, ſed ſtare legitur ad inuictam mentis fortitu-

ſortitudinem ſuæ deſignandam, qua ſimul cum filio crucem aſcendere parata erat, quam corde iam cum illo aſcenderat. Quicunque igitur dignè ſub hac vmbra conſiſtere volet, ſimul ſedere debet ſub ea & ſtare: ſedere quidem cuncta eius myſteria mente tranquilla conſiderando: ſtare vero, fortiter ſe præcingendo ad patiendum cum illo, ac propter illum, vt ei ſimilis efficiatur.

Beatos illos, & omni felicitatis genere affluẽtes qui ſub vitali hac vmbra, crucifixi virtutem ſic imitantur, quibus threnodus ille vates lubens conceſſerit ſecum proclamare: *in vmbra tua viuemus in gentibus*, quæ verba, ne quis de genuino eius ſenſu addubitet, ſic in catena Græca explanat Origenes *ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα, τουτέστι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ: In vmbra eius viuemus, hoc eſt, ad imitationem eius.*

Pileus Sacerdotalis Cruciformis.

Fuit hoc certè atque etiamnum eſt omnium ſingulare ſtudium, ſenſuſque eorum communis, qui vitæ nouitatem induti, Chriſtianam pietatem non communi vulgarique inſtituto, ſed propria quadam mentis inductione complexi ſunt, vt ex ſequentibus patebit.

Et primo quidem ad Clericos quod attinet, qui mundi vanitatibus abiectis in Domini ſortem tranſierunt, non aliud hi capitis ſui tegmen eſſe voluere, quam quod crucis typum ſua forma exhiberet; quaſi ſub vmbra eius latentes nullis affici formidarent aduerſis. Idem & aliorum ſenſus fuit quibus in more poſitum fuiſſe ad S. crucem confugere, eiuſque vmbram ſolicitè quærere, cum grauior aliqua vrgeret neceſſitas, multa ſunt ex antiquitate, quæ planum id ac teſtatum relinquunt.

Tiberius Imp. ad crucem fugit.

Leo Armenus.

A Philippico occupatum viderat imperium, *Tiberius* Imperator, quare ad ſanctam crucem illico confugit, vt eius vmbra protegeretur. Ita Zonaras. *Leonem* quoque *Armenum* ſalutem à crucis vmbra quæſiuiſſe, auctor Cedrenus eſt: quamuis enim crudelitate foret & impietate præ ceteris inſignis, memor tamen ad Cæſarum ſtatuas confugientibus azylum aperiri; non minorem hic gratiam inuenturum ſe ratus, ad crucem illico aduolauit. Tanti quoque, vel apud impios, Vmbra crucifixi habita fuit, vt eam non prætermitterent ſubire.

Michael Balbus Crucem ſubſequitur.

Huic affine eſt, prælatam crucifixi imaginem ſubſequi, ac velut in vmbra eiuſdem ambulare, quod Conſtantinopoli dum grauiſſima obſidione ciuitas premeretur, cohortante *Michaele Balbo* factum Græcorum Annales teſtantur, quod modo quoties inſtructo agmine ſupplicantium ad ſacras ædes, araſque proceditur, obſeruari conſueuit.

Rodericus Tolet. ſub cruce ab hoſtibus liberatus.

Quin & in acie, hoſtiumque conflictu hanc vmbram expeti ſolitam Auctor eſt Ioan. de pineda lib. 11. cap. 24. de reb. Hiſpaniæ, vbi & in bello contra Mauros, cum qui præferebat Roderico Præſuli Toletano crucem, eum per hoſtium cuneos, ſemel, iterumque eam circumtuliſſet, incolumem denique euaſiſſe narrat, tametſi telis omnibus peteretur, multæque ſagittæ crucis haſtili infixæ eſſent.

Rudolp. I. cruce tutus in bello.

De Rudolpho I. Imp. tradunt Auſtriaci Annales, eundem hunc poſteris cultum crucis ac crucifixi tranſmiſiſſe: quippe pugnaturus aduerſus Ottocarum Bohemiæ Regem, Chriſti ſeruatoris effigiem cruci affixam præferri ſibi in acie per Abbatem habsburgenſem curauit, & mox victor è prælio diſceſſit.

Carol. V. crucifixum in ducem generalem cooptat.

Sed quid de Carolo eius nominis quinto dixerimus? quam ille vitalem hanc, proſperrimãque vmbram dilexerit, vel id documento nobis ſit, quod in expeditione Tunetana de Polemarcho ſolicitus, cum idoneum reperiret neminem, vexillum Chriſti in cruce pendentis imagine inſignitum in altum ſuſtulerit, & hic, inquiens, dux noſter erit, Rex regum Deus exercituum. *Ita Ægid. Conſetus.*

Philipp II. crucem amat & amplectitur.

Certe Philippus eius filius, vti in tota vita, ſic & in morte, ſpem omnem atque fiduciam in hac vmbra collocaſſe viſus fuit. Quippe crucem vnam à Carolo Cæſare parente ſuo acceptam geſtare, animam mox efflaturus voluit, eandemque poſtea Philippo filio tradi, aliam vero, cum qua ſepeliretur è collo ſuo ſuſpendi, *vti Cernera lib. de exceſſu Philippi* ſcriptum reliquit: vſque adeo magnus ille Monarcha felicem ſibi ex hac vita exitum promittebat, ſi cum cruce moreretur & ſub vmbra eius quieuiſſet.

Conſtant. magnus. vmbram crucis quæſiuit.

Quod indubie à Conſtantino, magno illo Chriſtianæ gentis Zorobabele accepiſſe clarum eſt, qui non tantum ſacratiſſima cruce caput ſuum, ſed & militum clypeos & galeas inſtruere ſolitus erat, quo, ſub vmbra hac tutius de hoſtibus triumpharent.

Ex caſtris & acie ad communem vitam deſcendo, vbi non minore ſtudio, fructuque crucifixi vmbram ab omnibus quæſitam inuenio, quam ante ab aliis fuerat expetita.

Octauius Farneſius.

De Octauio Farneſio, Patre Alexandri Farneſij Parmæ & Placentiæ Ducis, Belgis noſtris ob adminiſtratam nomine Philippi II. Regis Catholici, auunculi ſui prouinciam, notiſſimi, tradit Famianus Strada noſter l. 9. decad. 1. cum Margarita coniux geminam vno partu prolem Alexandrum & Carolum effudiſſet; eum non, vt ob ſimilem geſtiiſſe felicitatem olim dicitur Tiberius, iactaſſeque glorioſe in Senatu: nulli antea Romanorum eiuſdem faſtigij viro geminam ſtirpem virilis ſexus editam, ſed audito vxoris partu, non prius gratulantium officia procerum admiſiſſe, nec in publica lætitia laxaſſe animum, quam domo egreſſus ad ſacram ædem accurriſſet Chriſti Domini è cruce pendentis imaginem, à ſodalibus eiuſdem nominis in magna veneratione habitam, veneraturus. Ad cuius pedes prouolutus, egit ex animo Diuinæ beneficentiæ grates; complexuſque illud vitæ lignum,

gnum, ſub illius *Vmbra* liberorum ſalutem, fortunamq; depoſuit. Dignus profectò! qui filium deinde videret, illud ipſum triumphale Crucis vexillum per Belgas explicantem, in eoque ſigno glorioſe vincentem.

A quæſita, obtentaque protectione ad honoris obſequium cultumque venio, quæ dum cuipiam impendimus in vmbra eius viuere dicendi ſumus.

Sixtus PP. V. Ac talis quidem in primis fuiſſe *Sixtus V.* Pontifex Max. dicendus eſt, cuius imperio ac ſumptu anno M. D. LXXXVII è Circi maximi cauea duo obeliſci miræ magnitudinis eruti ſunt, quorum maior pedum CXI longitudinis in Lateranenſe forum tranſlatus & erectus ad honorem Crucifixi eſt, cuius etiam Crucem auro rutilantem supernè ſuſtinet.

Alter minor longitudinis pedum LXXXII, olim à Cæſare Soli inſcriptus ante baſilicam S. Crucis in agro Seſſoriano, eidem ſacratiſſimæ Cruci ad gloriam Crucifixi ſacratus, quaſi Sanctiſſimus Princeps hoc facto ſe, atque adeo vniuerſam Romam ſub vitalem eius vmbram voluerit adduxiſſe. *Bartholom. Marlianus in typographiâ vrbis Romæ.*

Iacobus Boſius. Quod Sixtus publicè, non minore laude priuatim egiſſe dicendus eſt Iacobus Boſius Mediolanenſis honorariorum S. Ioannis Ieroſolymitani militum frater. Is poſtquam præclaras militum eorum res pro ſancta Cruce ac Crucifixi honore geſtas doctè, eruditeque ſcripſiſſet, totum ſe ſacratiſſimæ Crucis vmbræ, dum honorem eius ac cultum amplificare ſatagit, dedicauit, adeo vt Crucis inuentæ & recuperatæ hiſtoriam inſigni volumine ſit complexus. Nullus autem exinde dies, tam fœda, grauique fuit tempeſtate inſanis, quin ad ædem celeberrimam S. Cruci in agro Seſſoriano dicatam, & longo quidem interuallo ab ædibus ſuis diſtantem ſe deferri curarit, vt cominus eius vmbra frueretur, cuius fructum tam feruidè deſiderabat. *Nicius in pinacotheca.*

Ioan. Berchmans Sed quid de Ioanne noſtro Berchmanno dixerim? habuit is certè erga Crucifixum, quē vnicè diligebat, tantam affectuum teneritudinem vt priuſquam ſe lectulo ad quietem componeret, diuerſas eiuſdem partes his illiſue protectoribus committeret, medium vero hos inter Chriſtum Cruci affixum ex oppoſito vultus ſui collocaret, quo nempe diluculo tam piæ imaginis recordatione experrectus, ad Crucifixum honorandum, ſanctiſſimoſque eius pedes exoſculandos commoneretur. *Virgilius Ceparius parte 1. Vitæ.*

Vmbra Crucis pacem conciliat. Sed & pacem hæc Vmbra flagitat ac procurat: notum id olim Germanis & maxime Saxonibus fuit, inter quorum conſtitutiones hanc inuenio: vbi foralia & ciuitates nouiter fundantur, figatur Crux in teſtimonium pacis, quodque ibi cernatur municipalis pax, appendaturque Imperatoris ſignum, vt appareat de voluntate eius id eſſe factum: *Ita Chriſtophorus Beſoldus in theſauro pract.*

Solebant præterea Imperatores Conſtantinopolitani Crucis Dominicæ reliquias obuiam mittere hoſtibus, cum quibus in gratiam redire volebant, in ſignum arctiſſimæ & inuiolabilis reconciliationis.

Sic *Conſtantinus Imperator* Leonis filius, miſit ad Romanum, qui Imperium affectarat, veneranda ac viuifica crucis ligna, qui in præſentia ſanctiſſimæ Crucis iureiurando ſe obſtrinxit, nihil ſe vnquam inſidiarum contra Imperatorem moliturum. *Cedrenus.*

Pari modo *Conſtantinus Dalaſſenus* cum Imperatori inſidias ſtruxiſſet, prius in vrbem non venit, quam Imperator *Michael* ad ſe mitteret fidei firmandæ cauſſa venerandum Crucis lignum.

Theophilus quoque *Imperator* Crucem miſit ſignum fidei, & ſecuritatis ad Emmanuelem virum fortiſſimum, qui capiti ſuo metuens ad Saracenos confugerat, vt cum pace reddita reduceret ad ſuos. *Idem.*

Quin & *Norſeſes* Armenorum generalis Epiſcopus, cruce voluit interueniente cōcordiam, ſuam inter Eccleſiam & Conſtantinopolitanam, ſub Emmanuele Comneno Imperatore ſtabiliri. Vſque adeo S. Crucis vmbra pacifica fuit ſemper ac ſalutaris.

Vmbra Crucis fiduciam parit. Nec Pacem ſolum ſed & fiduciam quoque ad ſe confugientibus Crucifixus inſtillat, hinc cum S. *Bernardus* altercaretur cum diabolo, dixiſſe fertur: *fateor non ſum dignus ego, nec proprijs poſſum meritis regnum obtinere cœlorum. Ceterum Dominus meus duplici iure illud poſſidens, hereditate patris ac merito paſſionis, altero ipſe contentus, alterum mihi donat.* An non hoc erat dicere, Chriſtum meum Crucifixum, vt ſpem gloriæ reſpicio, in hac vmbra viuo, & viuere ſpero ſempiternum? **S. Bernardi in Crucem fiducia.** Excelluit hic, ſi quis alius Chriſtianorum Cæſarum, Chriſtianiſſimus Imperator *Ferdinandus II.* Auſtriacus, de quo ſic Gulielmus Lamormanni fidelis, doctuſque hiſtoricus, lib. de virtutib. eius cap. 2. **Ferdinandi *Imperatoris in Crucifixum fiducia.*** Anno M. DC. XIX menſe Iunio Henricus Matthæus Comes Turrianus traiecto Danubio, Boëmorum rebellium exercitum ad Viennam, adeoq; etiam in ſuburbiis ipſis collocârat: conſpirantibus cum Turriano non paucis, qui in ipſa vrbe degebant, grauiſſimum Ferdinando periculum imminebat.

Hæc inter ad aulam ſe contulit, qui Ferdinando tunc à ſacris confeſſionibus erat Societatis Ieſu ſacerdos, petiitque ſuum regi aduentum à primo Camerario indicari. Is, dum conclauis, in quo Rex degebat, ianuam tacitus aperit, mirum planè ſpectaculum! Regem intuetur ante Chriſti è Cruce pendentis effigiem humi pronum, deiectumque iacere. Spectaculo attonitus, Confeſſario quod viderat, aut refert

fert aut oſtendit, iubetque tantiſper morari. Sub A hæc in regium conclaue inducitur.

Tum Rex; verſabar, Pater, in periculis, quæ domi, foriſque imminent, recogitandis: voluebam animo hoſtium in ſuburbiis conatus. Acatholicorum in ciuitate molitiones, quas exactè noui. Cum nullum ab hominibus præſens viderem ſubſidium, ad Deum confugi, quod ſoleo: deieci me ante Crucem, meum Dominum adoraui, his ferè verbis ſum allocutus: *Domine Ieſu Chriſte, generis humani redemptor, Tu qui corda intueris, noſti me non meam, ſed vnicam tuam gloriam quærere. Tamen, ſi tibi gratum eſt his anguſtiis, & hoc hoſtium conatu me deprimere, pudore ſuffundere, hominibuſque contemnendum dare, non recuſo. Fiat voluntas tua. Habes me indignum famulum ad nutum quemcunque promptum paratumque.*

Has preces vix exſolui, & ſumma ſpe plenus fui. Miram animo tranquillitatem fecit Deus. Irritos conatus hoſtium, ita ſpero, Deus efficiet.

Nec fiducia eum feſellit. Illico enim adfuit auxilium, quo & vim & dolos hoſtium Deus fregit, & animos bonorum omnium erexit. Fama eſt multorum ſermonibus priuatim ac publicè firmata, Crucifixum cum Ferdinando locutum fuiſſe, iuſſiſſeque bene de rebus ſperare. Id cur non credatur, haud quidquam occurrit, quamuis Ferdinandi modeſtia & humilitas rem tantam potuerit occultare. Dicere cer- C tè, ſi quiſpiam, hîc potuit Ferdinandus: *ſub vmbra illius quem deſideraueram ſedi*, & fructus eius *dulcis gutturi meo*. Cant. 2. 4.

Cant. 2. 4.

Vmbra Crucis Obedientiam fouet.

An vero hæc vmbra quoque Obedientiam ſignet? vtique ſanè, nuſquam enim alibi tutior vel explicari gaudet, vel inueniri ſolet ſecurior, vtpote quam ipſe Crucifixus ſacrauit.

Cæſar Baronius *ſub vmbra Crucis.*

Norat id Cæſar Baronius, dum iam natu grandis & ſacerdos, ac fama ingens, vtque verbo dicam, iam Baronius, à Philippo Nerio, quo ille virtutum magiſtro ac vitæ moderatore viuebat, Crucem funeribus ducendis præferre iuſſus, illico obediuit, præclarè docens vmbræ Crucifixi cognatam eſſe obedientiam, ſub qua virtutes creſcere, ac cuſtodiri ſolent. Quam vi- D talis autem omni hominum generi hæc vmbra ſit, docuit Antonius à Regibus Minimus, qui, cum nec validus ſatis virium, & aſperrimo è ſetis cilicio indutus grandem è trabibus Crucem ſupplicationi, in publica Cordubenſis ciuitatis calamitate præferre iuſſus, facere quod iubebatur minimè dubitans, aliis ipſe inceſſu fatigatis conſtantiſſimè tulit, fuitque admirationi obedientiſſimi hominis robur, quod ab hac vmbra indubiè mutuabatur.

Antonius à Regibus. *Minimus ſub vmbra Crucis robuſtus fit.*

Ioannes Ortonius è Soc. Iesv.

Propior imitationi noſter erit *Ioannes* cognomento *Ortonius* quamquàm non ſine experientium labore, vt bene aduertit Ioannes Rho noſter, vir in diiudicandis, recenſendiſque Heroum geſtis accuratè doctus. Quàm enim conſtantis virtutis in hac vmbra captanda is fuerit adoleſcens, vel hinc diſce mi lector, dum ad obliuioſi Superioris vocem iubentis ſe mox adfuturum, præſtolari eodem in veſtigio, ſub dio, anni tempeſtate perfrigida, ningente cœlo, plures nocturnas horas perſtitit immotus, porrò etiam perſeueraturus, ni, domeſticos cenſens bonus ille vir, Ortoniumque abeſſe demirans, imperij tandem ſui recordatus, eò accurriſſet, vbi optimus adoleſcens, niue oppletus iam prope obriguerat. Qui vmbras ſteriles ac frigidas autumant, hanc minime cognouere, Ortonium certè & calefecit interius & multis virtutibus cumulauit. Pergo, & ad ſacram de- B ſponſationis vmbram venio, in qua tot Chriſto Domino dilectiſſimas ſponſas conſediſſe, atque eos honorum gradus conſecutas inuenio, quibus ad æternam gloriam feliciter euolarunt.

Vmbra Crucis animam Deo deſponſat.

Agmen ducat Tungrenſis virgo, aſcetria Aquiriana B. Ludgardis, hæc nocte quadam diuino monitu lecto excita, ad templum properabat, cum in ipſo veſtibulo Chriſtum inuenit Cruci affixum totoque corpore cruentatum, quare ſe protinus in vmbra hac profundiſſimè demittens ab eo, detractâ cruci dexterâ, complexum, ore diuino lateri appreſſo accepit: ex quo ipſa tantam hauſit ſuauitatem, vt longo poſt tempore perfuſam gratiſſima pluſquam mellis dulcedine ſaliuam eius ſenſerint ſodales.

B. Ludgardis *ſub vmbra Crucis fit ſponſa & filia Chriſti.*

C Vnde factum vt quoties Ludgardem aduerſa quæpiam cura perfoderet, ſtatim ſepoſitis omnibus ad dulciſſimam Crucifixi ſui vmbram ſpe atque fiducia plena properaret. Quod autem hic agere ſolita, id erat: ante Chriſti è cruce pendentis effigiem ſe profundè dimittebat, mox eandem attentiſſima mente aliquamdiu contemplata, clauſis deinde oculis, collabentibuſque membris in Deum rapiebatur, atque incredibili animi ſui voluptate Chriſtum hiante latere videbat, cui os ſuum admouens tantam exſugebat dulcedinem, vt nullis affligi ærumnis ſe poſſe exiſtimaret. *Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Cant. 2. 4.

Cant. 2. 4.

V. Maria Victoria.

Ab hac vmbra vel tantillum abeſſe cauebat D vtrice B. *Maria Victoria* Virginum Annuntiatarum fundatrix, ſatis gnara, quam illa ſibi exiſteret ſalutaris, vnde factum, vt neque ſub extremum vitæ agonem abeſſe ab ea voluerit gemina hinc inde Crucifixi effigie collocata, quapropter etiam cacodæmon qui id temporis vel maximè obſeruare ſolet, ad eam accedere non audebat; quam enim hæc vmbra dæmoni exitialis eſt, tam Chriſti ſponſis atque amicis commoda & ſalutaris.

V. Margarita Lotharing.

V. Gabriela Gadaigna.

Hinc *Margaritã* ferunt *Lotharingicam* Ducem Alenſonĩã & *Gabrielam Comitem Gadaigniam* ne in neceſſariis itineribus ab hac vmbra auellerentur ſolitas Crucifixum in rheda, & naui qua vehebantur, ſecum collocare. *Paulus Barry.*

Et

B. Irmgard. Et praxin quidem hanc docuit *B. Irmgardem* Crucifixus ipſe: Romæ in æde Paulina ante Chriſti Domini in cruce exſpirantis ſimulachrũ bona virgo orabat, cum ab eo has voces excepit: *Dilecta filia Irmgardis id à te peto, vt poſtquam Coloniam redieris, imaginem meam huit ſimilem ſalutes:* parituram ſe libenter reſpondit, cum ſibi à Crucifixi dextera benedici aduertit. Reuerſa in patriam, quod Chriſtus iniunxerat, exſoluit, audiuitque has ad ſe à Crucifixo voces deuolui: Tibi filia electa gratias ago. Tanti eſt hanc vmbram frequentare vt non ſibi vtilius, quam Deo acceptius, dum id homo agit, viuere dicatur.

Angelica de Milaſſo. Patuit id ſole clarius in *Angelica de Milaſſo*, virgine admodum pia, & magna virtute conſpicua: importunis hanc precibus ac minis ad nuptias parentes inſtigabant, illa è contrario
B Chriſti ſponſi connubium ceteris omnibus anteferre; vrgebant illi, hæc velut innocentiſſima, quædam ceruа canum latratibus apperita, ad vmbram Crucifixi aduolare, hic ſe in genua conijcere, auxilium, vireſque depoſcere, hoc vnum cum Ruth calidiſſimis votis expoſcere *vt expandat ſuper famulam pallium ſuum*: nec irritæ fuere preces, cum ecce ſubita pleuritide correptam Angelicam, atque in ea tantis diuini amoris flammulis æſtuantem, vt ſe virginum ſponſo virginem perpetuam dedicaret, quod ſimul ac præſtitiſſet, conualeſcere illicò, & abiectis ſæculi veſtibus, tertiario S. Franciſci de Paula habitu amicire cœpit: quo in paternis
C ædibus mundum exoſa, Deo deſeruiret. Sed neque votum hoc, nec veſtis modeſtia Angelicam ab importunis procorum ſolicitationibus exemerunt, inſtare illi, atque in cœpto perſiſtere, tanto audacius, quanto virginis infirmitatem perſpectam magis habebant. Quid illa? è ſole tam noxio ad vmbram Crucifixi, quam paulo ante tam ſibi ſalutarem experta fuerat reuertitur, ad Crucifixi pedes prouoluitur, mille morbos, peſteſque ante ſuſcipere certa quam homini mortali in manus conuenire, nullum alium præ illo, qui ceteros omnes ſpecie exſuperat, receptura.

Et ecce denuo Sponſa à Sponſo audita eſt, fœdo carcinomate tabeſieri virgo cœpit, non
D tamen animo concidere, deformari vſque adeo facies, vt à nullo amatore iam expeti, viderique poſſet, animus vero tanta intus pulchritudine exornari, vt diuinis oculis placeret mirificè, & omnes cœli ciues in admirationem raperet vehementer.

In hunc itaque modum laqueis omnibus, quos illi mundus, ac caro retendеrant expedita, ſub dilecta ſibi Crucis vmbra reſidens, totis viginti annis didicit plus in ea ſolidæ voluptatis inuenire, quam à vago illo, volubilique mundi huius ſole, quis poſſit ſperare. *Ludouicus Donij d'Attichij in An. Minim.*

B. Hedvvigis. Quantam vero deliciam hæc Vmbra *B. Hedwigi* Principi viduæ Polonæ, fecerit aliquando, vel hinc intelliges velim, quod ab ea diſcedere, aut abeſſe tantillo, ægerrimè ſuſtineret: erat cum opacam illa vehementer deſiderans, coram Crucifixo precibus ſtudioſè inſiſteret, & ecce mox ille dexterâ ſuâ in altum eleuatâ, orantі benedicere, & hæc verba proſari auditus eſt: orationem tuam accepi, faciamque quidquid petiſti, mox autem arcanis plurimis explicatis, eidem Prophetiæ ſpiritum impertiuit. *Ioachimus Cureus in actu.*

V. Lucia Narnienſis. Caſta Coniux ſub vmbra Crucifixi. Ad Coniuges deſcendo, viſurus ſi forte & his Vmbra Crucifixi facta ſit hoſpitalis: & quid ni eiuſcemodi Crucifixus inumbret, quos ardor ſubinde libidinis maleſanus infeſtat? hic certè vtriſque azylum panditur; hæc vmbra tuebitur ambos: teſtem aduoco *Luciam Narnienſem*: huic ſeptenni Chriſtus ipſe Amantis ſpecie, teſtibus Virgine Matre, Angelorum ac beatorum hominum cætu innumero, ſe vltrò ſponſum obtulerat, atque annulo aureo digitum obligârat; cum ecce idem Virginis filius, vt illuſtri cuidam ex Comitum ſanguine adoleſcenti ſponſa quoque ſit, imperat, communeſque thalamos, ſed integritati ſacros, altera velut Cæcilia conſcendat. Stupeſce lector inſcrutabile Numinis conſilium, quo ſcilicet Lucia illibatæ virginitatis ſacratiore vinculo obſtricta ducere coniugem iubetur, tam ſui ſecura, quã de ſubſidio certa, quod vel in vmbra Crucifixi ſibi deeſſe non poſſe confidebat; cùm ſcilicet inter incumbentes ligneum Chriſti cruci affixi ſimulachrum nunquam non poſuit medium, quod crebrius complectebatur, quod fuſis lachrymis ardentius oſculabatur, & ſi quando mortali ſponſo interdum Veneris flammas, ex carnis illecebris Orcus immitteret, diuinus quidam ſplendor ex eius vultu emicans, terrorem incutiebat, omnem turpem ardorem continuò exſtinguebat, aut alijs modis libidinem caſtigabat: donec Lucia magnis ad Deum precibus, exploratoque vitæ ſanctioris exemplo, Comitem illum tandem Valerianum fecit qui Luciam Prædicatorum Ordini adſcriptam ſecutus, Seraphico Nomen dedit, publicamque ſanctitatis laudem promeruit. *Hyacinthus Choquetius in Viſcerib. Marianis cap. 19.*

Hæc Vmbra Crucifixi miracula, hæc prodigia multo maxima vel in Coniugibus operatur, quibus paria nulla vel ſpecioſarum arborũ ſpecioſiſſima Platanus, vel inſignitũ inſigniſſima laurus operata legũtur. Sed de his ſatis. Ad imitationis verò Vmbrã quod attinet, cum ſub ea totus hic liber militet, nihil peculiare addendum cenſeo, præter Magni Origenis ſanctiſſimum epichirema: *ſic igitur cum vmbra dignus fueris, vt poſſis capere vmbram, & effectus eius: veniet ad te, vt ita dicam corpus eius, ex quo vmbra naſcitur, tuncque ſenties fructus eius dulcedinem, diceſque: & fructus eius dulcis gutturi meo*, quem pollucibiliter deguſtaſſe Origenes.

Digitized by Google

B. Ludouicus Bertrandus ſub vmbra Crucis ſixi mortē euadit.

ſtaſſe *B.Ludouicum Bertrandum* Valentinum ex Ord.Prædicatorum nemo inficiabitur, qui vel oculo delibârit, quæ de illius ſanctitate vitæ, atque miraculis tres Romanæ Rotæ auditores Ioannes Baptiſt. Coccini Decanus, Alphonſus Manzanedo & Ioannes Cauallerius Paullo V Pontifici retulerunt, ex quibus vnum in rem noſtram protuliſſe fuerit ſatis.

Ad frequentem concionem dixerat B. Ludouicus Bertrandus in Eccleſia Villæ de Albayda, publicaque hominum peccata, vt ſermonis ferebat materia, acriter caſtigârat: cum ecce vnus inter auditores non infimi nominis eques, qui reprehenſionem tamquam vni ſibi factam aſſumens, eadem die famulũ ſuum ad B.Virum ablegauit, iuſſitque ſuo nomine illi exponere, vt reuocaret ea, quæ publicè in ſuggeſto dixerat, niſi mortem, quam promeruerat, mallet exſpectare. Cui magna animi tranquillitate, atque modeſtia B.Bertrandus, tuo, inquit, Domino refer, felicem me fore ſi hac in cauſa vitam ac ſanguinem profudero. Quo reſponſo homo efferus turbatior, die ſequente Patrem ad cœnobium reuertentem præſtolatus, vbi ad conſpectum eius veniſſet, innocentem iuuadit, tune, inquiens frater, auſus me fueris reprehendiſſe? non patiar, & dicto citius breuem catapultam manu proferens, qua virum ſanctum interimeret laxata rota ictum deſtinabat: viſo periculo Bertrandus ſignum Crucis tum hoſti obtendens, tum ſeſe munire ſatagens, videt catapultã in manu equitis derepente [ô! rem ſæculis omnibus inauditam] in Crucem conuerſam è qua Chriſti patientis effigies pendebat: quod cum & eques animaduertiſſet, ſtatim ſe in terram ex equo demiſit, atque ad pedes beati viri abiecit, inimicitiam omnem corde eiecit, ac veniam ſubmiſſiſſimè rogauit.

Tanti fuit ſub vmbram S.Crucis periculoſiſſimo tempore ſe conieciſſe. *Abrah. Bzouius Annal. tomo 17. ad an. 1466. n. 14.*

Elias Propheta.

Expertus id ante fuerat Elias Thesbites, igneus ille è ſacris vatibus Seraph, dum crudeliſſimæ Iezabelis tyrannidem fugiens ſubter vnam Iuniperum ſe proiecit, atque in vmbra eius obdormiuit: & ecce Angelus Domini tetigit

3.Reg.19.5. eum, & dixit illi, *ſurge & comede.* Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis & vas aquæ; comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſuſque eſt Angelus Domini ſecundo, tetigit eum, dixitque illi: *ſurge & comede, grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb.* Inſigne Crucis ſymbolum Iuniperus eſt. Arbuſcula, teſte Plinio, mole parua, virtute maxima, quæ in arenoſo ſolo naſcitur, pro foliis ſpinas habet perpetuò virentes, nulli cariei obnoxia eſt: & talis omnino Crux

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

eſt, ſi Iuniperum viator quærit, ſub qua, tamquam gratiſſima quadam, viridique teſtudine vmbram captet, nullum opus topiarium ex vlla arbore reperias cum Crucis Iunipero conferendum: ſub qua & æſtus vitatur, & animi, corporiſque laſſitudo pellitur, & ſuauiſſimus ſomnus poſt moleſtiſſimas vigilias obrepit.

Huc itaque, mi homo noue, huc, inquam, te recipe, quoties à facie propudioſiſſimæ Iezabelis, carnis, voluptatis, laſciuiæ, à facie mundi iuſtum perſequentis, concupiſcentiæ infeſtantis, cacodæmonis inſidias pro more ſtruentis fugere compelleris, ſub hanc *vmbram* te proiice, ſub hac ſecurè dormias & quieſcas velim: vbi & cõſolationis panem ab Angelo teſtamenti accipias, quo confortatus ad montem Dei Horeb feliciſſimè pertingas, dicens cum *Ieremia* ex mente *S.Ambroſij: Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: in Vmbra tua viuemus in gentibus.* Thren. 4. 20.

Nathanael ſub arbore fici videtur: Dauid in vmbra alarum Domini Ieſu ſperare ſe dicit: Zachæus in arborem ſycomorum aſcendit, vt Chriſtum videat; nobis quoque expandit manus ſuas Ieſus, vt totum mundum obumbret. Quomodo non ſumus in vmbra; quos Crucifixus à malignitate ſeculi & corporis ardore defēdit? dignus cui dicamus, & accinamus omnes, in vmbra tua viuemus in gentibus, cuius non fructus ſolummodo, ſed & vmbra ſalutem parit. Expertus id quoque ante hos omnes & *Moyſes* fuit; laborare ſiti populus cœperat in deſerto Sin, cum iuſſus aquam de petra educere, humanum quid paſſus rupem virga percuſſit, nec ea dare quod exſpectabant, viſa eſt, donec Crucis forma inumbrata largiſſimas aquas ſitienti populo deprompſit. Non mea hæc doctrina eſt, *ſed S.Macarij Epiſcopi Philadelphienſis* in hęc verba: *Primo ictu directè librato non dedit aquam, ſecundo obliquè, & tranſuerſim in ſignum Crucis dedit aquã; quod ſignum petra conſpicata, regiamque imaginem ſibi impendere contuita, ea quæ ſupra naturam ſuam erant, præſtitit, & quæ non habebat, præbuit, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.*

Moyſes. Num. 20. 11.

S. Macarius Philadelphienſis.

Si tantum vmbra abſentis fuerit operata, quid efficiet præſentis. De qua, vt aſſolet, fortiter atque ſuauiter Bernardus: *Circumire poſſum Domine cœlum, & terram: mare & aridam, & nuſquam te inueniam niſi in Cruce: ibi paſcis, ibi cubas in meridie, Crux enim tua fides eſt: cuius latitudo, charitas: longitudo, longanimitas: altitudo, ſpes: profundum, timor. In hac Cruce te inuenit, quicumque te inuenit, hic anima ſuſpenditur à terra, & dulcia poma de ligno vitæ decerpit.*

S. Bernard. in florib.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Magnum, atque illuſtre Prædeſtinationis noſtræ indicium, aſſidua, grataque patientis Chriſti memoria: Reprobationis verò, obliuio.

Recordare paupertatis [nuditatis] *& tranſgreſſionis meæ, abſynthij & fellis* [quo pro te potatus ſum.]

Memoria memor ero [tantæ erga me charitatis] *& tabeſcet* [quaſi deficiens] *in me anima mea.*

Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo [ouibus tuis aggregari. Threnorum 3. 19.

Vbi Patientia, ibi Deus. *Tertullian. capit. 15.*

Hominum in curanda ſalute ignauia.

QVanti ponderis, ac momenti ea demum res ſit, quæ de conſequendæ ſalutis, ac gloriæ notis diſputare ſolet, ipſa ſatis ſuperque æternitas quæ inde, tanta, quanta eſt pendet, arguere conſueuit; vt aſſiduis profectò lachrymis digniſſimum cenſeam cacoëthes, quo plurimos mortalium afflatos hodieque cernere eſt, dum tanto ab eis feruore, qui ſe Aſtrologos venditant, impendentium diuinationes euentuum, ac fortunæ in poſterum ſibi vel aduerſantis, vel obſecundantis auſpicia ſtolidi inquirunt; ſiue ab aſtris futuræ dignitatis caſura faſtigia petunt, totique in præſagiis ſunt, quid dexteri, ſiniſtriue conſequens allatura ſit ætas; illam verò, quæ ex æterno decreto, in cæleſtem gloriam deſtinatio perpetua ſolet hominem beatitate complere, tam ſegniter, & inconſideratè prætereunt, atque contemnunt: quos, ita me Deus amet, longè melius, conſultiuſque acturos eſſe ſemper arbitratus ſum, ſi iis in prænunciationibus explorandis, quantum diuina indulgentia fieri poteſt, ſeſe occuparent, quibus haud diſſimiliter vero poſſent tempeſtiuè prænoſcere, quam tota æternitate habituri ſint aleam, nunquam intervertendæ fortunæ vnde & conſequens fiat, vt ita ſuæ proſpicientes ſaluti, ea ſigna caueant, quæ damnationem, ac barathrum minantur, ea verò foueant, & amplectantur, quæ auguria vohant fauſtiſſima futuræ felicitatis.

Quamuis autem hoc omnibus incumbere debeat, & ambabus, vt aiunt, manibus à ſingulis apprehendi, potiſſimum vero id hominem nouum decere arbitrer, vt, qui viam, qui Chriſtus eſt, ingredi cœperit, per veritatem, quam docuit, ad vitam quam promiſit aliquando pertingat. Quia vero eiuſmodi ſigna tum Patrum antiquorum teſtimoniis, tum Sanctorum virorum oraculis enunciata, non pauca feruntur, vnum ex eis, quod tum in hanc rem, quam tra-

A ctato, conſentit, tum ſuæ momento rationis pro ſe loquitur, tum vero reſtium plurimorum ſuffragiis cetera antecellit, in medium adducere decreui, per quod homo nouus Prædeſtinationem ſuam rimetur, & viâ, quâ poteſt optimâ eandem coniectet: cum enim certum, exploratumque ſit, neminem in hac vita eam certâ, definitâque ſententiâ aſſequi poſſe: quod neſciat homo, teſte Eccleſiaſt. 9. vtrum ſaluus, aut reprobus aliquando futurus ſit; in quorum altero obiectum Amoris eſt, in altero odij; quomodo certa quempiam indagine id conſequi poſſe velimus? atteſtante id potiſſimum magno Gregorio, dum libr. 29. moralium cap. 18. verba prophetæ Iob explanans, ſic loquitur: *Nunquid*, ait Iob, *noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Ordinem cœli noſſe, eſt ſupernarum diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre, quod vtique in hac vita poſitus nemo poteſt.* Eccle. 9. 1. *Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit.* B S. Gregor. l. 29. mor. c. 18. Iob 38. 33.

Cum itaque ſalutis noſtræ, aut perditionis exitum, quod negotium maximè omnium noſtra intereſt, certò cognoſcere non poſſimus, ſaltem, quoad fieri poteſt, id per ſigna & notas ſcrutari poſſumus, de quibus ita loquitur Claræuallenſis Bernardus ſerm. 2. de Aſcenſ. *quis ſcit,* inquiens, *ſi omnium veſtrum, quos hic video, nomina ſcripta ſunt in cœlis, & in libro prædeſtinationis notata? Vocationis & Iuſtificationis veſtræ aliqua ſigna mihi videor intueri. Quapropter dilectiſſimi perſeuerate in diſciplina* &c. S. Bernard. ſer. 2. de Aſcenſ. C

Vtiliſſimum itaque omnibus accidet, ſi vnuſquiſque in ſe ſigna Prædeſtinationis ſuæ agnoſcere ſtudeat, agnitaque pro viribus conſeruare laboret, iuxta ſanctiſſimum Principis Apoſtolorum effatum: *Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis*: id eſt ſatagite, vt habeatis ſigna, quoad eius fieri poteſt, certa veſtræ prædeſtinationis: nam vt bene S. Papa *Gregorius* lib. 4. moral. ſcribit, *ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita prædeſtinatio, vt ad cœlum electi, non niſi ex labore perueniant*: quod ſic explicat *S. Auguſtin.* de verbis Apoſtoli: *Sine voluntate tua, non erit in te Iuſtitia Dei: voluntas quidem non eſt niſi tua, Iuſtitia non eſt niſi Dei: eſſe poteſt Iuſtitia Dei ſine voluntate tua, ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. Qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificabit ſine te. Ergo fecit neſcientem, iuſtificat vero volentem.* Opportunè igitur S. Thomas 1. p. q. 23. a. 8. in Corp. *Prædeſtinatis conandum eſt ad bene operandum, & orandum, quia per talia, prædeſtinationis effectus, certitudinaliter impletur.* Effectus quippe ſigna ſunt certa ſuæ cauſſæ, vt fumus effectus eſt & ſignum ignis, quamuis ad hanc materiam quod attinet, ſigna tantum probabilia ſint, ſic Deo volente, vt ſpem inter & metum ſalutem operemur. 2. Petri 1. 10. S. August. de verb. Apoſt. D S. Thomas 1 p. q. 23. a. 8. in corpore.

Maximum Prædeſtinationis ſignũ grata patientis Ieſu memoria.

Inter varia autem eiuſmodi ſigna ac notas, magis illas, minuſue probabiles, quas nobis diuina bonitas calculo ſuo diſtinguere voluit, *maximum*, inquam *Prædeſtinationis indicium eſt præſtans*

quædam

quædam ac grata patientis Ieſu memoria.

Verbum grande! effatum nobile, ac plenum conſolationis! quod vt nos certius afficiat, primum id nobis è Scripturis adſtruendum eſt: atque hîc præ ceteris ſe nobis in ducem ac magiſtrum offert, diuinorum ille conſcius arcanorum, Regum optimus, idemque ſanctiſſimus Dauid, qui pſalmo illo nominatiſſimo, qui manifeſtè iuxta ſenſum litteræ de patientis Chriſti cruciatibus, intelligendus eſt, in hunc modum: ſcribit: *Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum omnes fines terræ.*

Probatur ex Scripturis. Pſ.21.28.

In hoc itaque Pſalmo, quem à Chriſto recitatum ferunt in cruce, poſteaquam comparaſſet Propheta, ſub perſona Chriſti, furorem Iudæorum Vitulis: *circumdederunt me Vituli multi:* deinde Tauris, *Tauri pingues obſederunt me.* Tertiò Leonibus, *aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens, & rugiens.* Quartò Canibus, *Circumdederunt me canes multi.* Ac denique, non obſcurè aperuiſſet, quos intelligeret: *conſilium*, inquiens, *malignantiũ obſedit me*, quid ab eis paſſus fuerit ſubiungit, *aperuerunt ſuper me os ſuum*, contumelias innuens, quas accepit: *ſicut aqua effuſus ſum*, ſanguinis effuſionem notans: *diſperſa ſunt oſſa mea*, dolorem tum flagellorum, tum ſpinarum penetrantium, vſque ad oſſa intelligens: *Foderunt manus meas, & pedes meos*, Crucifixionem deſignans: *Dinumerauerunt omnia oſſa mea*, nuditatem in conſpectu populi taxans. *Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis*; extremam ſitim exprimens.

Denique *diuiſerunt ſibi veſtimenta mea*, veſtium partitionem exponens. Quam vbi tantorum cruciatuum atque iniuriarum farraginem expoſuiſſet, ſubdere voluit, quaſi in tanta acerbitate ſolatium, hominum ſalutem, tamquam ſuæ Paſſionis fructum iſthinc progignendum. *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ.* In quem locum *Hugo Cardinalis Carenſis*, hic, inquit, oſtenditur fructus Paſſionis Chriſti, conuerſio gentium. Et hanc quidem futuram enunciat Propheta per Memoriam Paſſionis: *Reminiſcentur & conuertentur.*

Hugo Card. Carenſis.

Iure ergo talis memoria Prædeſtinationis ſignum eſt, quia eiuſdem medium eſt, vnde etiam concluditur idem Pſalmus his verbis: *annuntiabitur Domino generatio ventura, populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.* Quia nimirum populus hic electorum, conflatur ex iis, qui Domini Ieſu patientis *reminiſcuntur & conuertuntur.*

Zacharias cap.12.10.

Dauidi ſubiungo Zachariam, Prophetæ Prophetam, qui capite 12. ſic Deum loquentem inducit: *effundam ſuper domũ Dauid & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt.* Quem locum cum S. Ioannes cap.19. de Chriſti Paſſione citârit, certum eſt eodem ſpectare. Pollicetur autem hic Deus effuſurum ſe ſuper Eccleſiam *Spiritum gratiæ & precum* ad aſpiciendum Chriſtum cru-

A cifixum & plangendum, quod primum in eis impletum didicimus, qui Chriſtum cruci affixum in monte Caluariæ videntes, compuncti, plangenteſque inde recedebant teſte S. Luca cap.23. *Omnis turba eorum, qui ſimul aderant, ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur:* adeo fructuoſa contemplatio Paſſionis eſt, vt iis quoque profecerit, qui Chriſtum patientem contemplabantur vt hoſtes: quod & denuò patuit in milite *Longino*, quem Nazianzenus in Tragædia, Chriſti ſanguine & aqua de percuſſo vulnere emanante viſum recepiſſe externum, & Internum teſtatur. Vnde ſic infero: Si efficax fuerit ad ſalutem eorum, qui ſpectauere crucifigentes, quanto maB giseorum, qui compatientes, ſuper quos cum promiſerit ſe effuſurum ſpiritum gratiæ manifeſte ſequitur, talem Paſſionis memoriam affectuoſam & compaſſiuam ſpecialiſſimum continere ſignum prædeſtinationis.

Lucæ 23. 48.

Longinus miles Chriſti ſanguine à cæcitate curatus.

Eodem refero quod Alphonſus noſter Salmeron tomo 4. tract. 40. his verbis tradit: Credunt etiam SS. Eccleſiæ DD. non ſolum crucem, verum etiam cetera omnia arma, inſigniaque inſtrumenta, quibus laceratum afflictumque fuit Chriſti Domini corpus ſupremo mundi die apparitura, vt columnam cui alligatus fuit, dum flagellaretur, flagella ipſa, ſpineam coronam, clauos, ſpongiam, arundinem, qua caput eius percuſſum, Lanceam, & reliqua: quin etiam C monent quidam, ſignum crucis non tantum in cœlo appariturum in illa die, ſed etiam in frontibus ſingulorum hominum, quos ad ſalutem elegit Deus, iuxta id. quod olim Ezechieli, ac deinde Ioanni oſtenſum fuit.

Alphonſ. Salmeron tom.4. tract.40.

Crux nota Prædeſtinationis & ſalutis.

Dicta erat è cœlo Solymæ dies, totaque in pœnam ceſſeras, ſex Angeli in terras diuinæ Iuſtitiæ adminiſtri, ſcelerumque vindices deſcenderant, diceres actum eſſe de Solyma, & verò fuiſſet iam inde conclamatum: ſed adfuit vnus aliquis è cœlo genius, mediuſque ſtetit in veſte linea, & candida, ei pro armis & ſcuto erat atramentarium, quod è renibus pendebat: audiit ille à Domino: *Tranſi per mediam ciuitatem, in medio Hieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes gementium &* D *dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.* Paruit ille, & abiit, perque cuncta Hieroſolymæ compita leui pede circumcurſans, inſcripſit, notauit ſigno Thau eos omnes, quos ferro, mortique ſubducere cœlum, Deuſque deſtinârat. Vbi datũ, ſcriptaque gementium in frontibus, ea vitæ, ſalutiſque teſſera, tum agmine facto in vrbem irruunt, inuolantque ſex Angeli, eâque portâ ſubeunt, quæ vergebat ad Aquilonem, vt, vbi primum idololatriam admiſerat, pœna ingrediatur.

Patet ex Ezechiele, cap.9.4.

Ezech.9.4.

Sed quod, amabo, fuit illud ſignum? varij variè Philoſophantur: Sunt qui Thau ſeruatæ legis notam: ſunt qui vitæ ſymbolum, ſunt qui alia ſuſpicantur: mihi verò magis probatur magni

Hierонymi ſententia, qui ex Syris codicibus, in quibus pro *ſigna Thau*, legitur, *ſigna Crucem*, eam hic teſſeram vitæ intellexit vt iam inde ab illa ætate Crux eſſet electionis & vitæ nota.

Patet ex Ioanne Apoc. 7. 2.

Venio ad Ioannem, qui in ipſis Eccleſiæ cunis, vidit Ætheré aperiri, explicari cœlos, & ex ipſis elabi quatuor Angelos ventorum præſides: ingens ab illis tempeſtas, ſtrageſque imminebat, ſi modo ventis fræna laxaſſent: ſed conceptos motus repreſſit vox Angeli aſcendentis ab ortu Solis, & habentis ſignum Dei viui; exclamauit ille: *Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Quod illud ſignum ſit tam potens & efficax, ſi quæritur? eſt ſignum Dei viui, ſignum Crucis, in quam nec Aquilo, nec Eurus, nec vllus turbo impetum facere poteſt. Eam quiſquis prima fronte oſtentârit, à pœna liber abiit.

Quod Eccleſiæ naſcenti datum eſt, hoc & dabitur occidenti, verum enim illud in ſæcula: *Crux ſignum electorum, vitæ teſſera, ſempiternæ arrha beatitatis.*

Cornelius in cap. 9. Ezech.

Addit Cornelius noſter in cap. 9. Ezech. verſu 4. Cruce quaſi teſſera quoque & trophæo in frontibus inſigniendos omnes beatos in cœlo, vt ſignificetur eos merito crucis tam Chriſti, quã ſuæ Cœlum poſſidere.

Probatur idem ex Reuelationibus.

Hactenus è Scripturis: quid ni & hiſce diuinitus nunciata oracula ſubnectam? calculum namque hæc ſæpè non vanum eiuſmodi rebus ſolent adieciſſe. Lib. 4. Inſinuat. diuinæ piet. cap. 54. Chriſtus B. Gertrudi deſideranti particulam aliquam de Ligno S. Crucis obtinere, ait: ſi vis habere reliquias, quæ cor meum efficaciſſimè trahere poterunt ad habentem eas; perlege textum Paſſionis meæ, & conſidera ibi diligenter, quæ verba maiori affectu dixerim, & ea ſæpe reuoluens, pro certo ſcias, quod ex iis gratiam meam optimè præ ceteris reliquiis obtinebis. (*S. Gertrud.*)

Aliàs dum verba hæc ex ſponſo cæleſti audiret, exultabat ſpiritus eius in Deo ſuo; erant autem iſta: quod ſi diebus ſingulis vel ſemel Paſſionem meam homines recogitarent, quantaque ex charitate eam prò illis tolerarim; etiamſi modicâ tantum temporis morâ, ſufficiens id foret medium æternæ ſaluti, grandibuſque miſericordiis à Deo Patre impetrandis. cap. 12.

Henricus Suſo.

Vir ſanctiſſimus, Deoque chariſſimus *Henricus Suſo* introducens Sapientiam æternam, Chriſtum Ieſum ſcilicet colloquentem de Paſſione ſua cum Miniſtro ſuo, ita ſcribit:

Si tu Paſſionem meam amantiſſimam humeſcentibus oculis commemorare non potes, facias nihilominus iucundo animo, ob bona immenſa, quæ ex illa capis. Quod ſi nec hilariter, nec lachrymabundus eam cogitare potes, vel arido ſaltem corde, in meam laudem eam percurras: Ita enim non minus gratum mihi præſtiteris obſequium, quam ſi præ lachrymis & dulcedine totus colliqueſceres: Nam hac ratione opus efficis ex amore, nihil teipſum ſpectans. Vt vero eadem Paſſio mea magis tibi cordi ſit, eique plus afficiaris, audi quæ dicturus ſum. Anima quæ ſe multis obſtrinxit peccatis, poterit ipſius Paſſionis meæ theſaurum adeò ad ſe adiungere, ſibique applicare [quando videlicet, adeſt actus charitatis tantę, vt deleat reatum pœnæ] vt etiamſi vel mille annis punienda ſit in Purgatorij locis, breui tempore & culpam & pœnam omnem diſſoluat, ita vt abſque purgatorio libera commigret in cœlum. Bloſius in Cõclaui animæ.

Huic ex eodem ordine ſodalem adiungo B. Iacobum de Beuania: hunc grauis inuaſerat ſolicitudo, an & ipſe ex eorum numero futurus eſſet, qui pollicita in cœlis præmia feliciter conſequentur? quid agat? quo angorem abſtergat, incertus hæſit, donec apud crucifixum, quod afflictæ menti gaudium deerat, inueniret: Enixius ſiquidem coram eo precibus inſiſtenti, ipſa patientis Chriſti imago voce edita: *ſanguis iſte*, ait, *tibi ſignum ſit*. Mira res! & omnibus ſtupeſcẽda, continuò de loquentis latere proſiluit ſanguis, qui & vultui eius ac veſtibus inſperſus, nulla, niſi longo poſt tempore potuit lotione deleri. Certè paucæ eius guttulæ labiis orantis allapſæ, ita cor eius, animumque recrearunt, vt ex ea die mirandum in modum deſiderarit aſſiduè, iam bona ſpe plenus diſſolui & eſſe cum Chriſto. *Leander lib. 5.*

B. Gertrud.

Redeo ad Gertrudem ſanctiſſimam Virginem, de qua tradit præfatus Bloſius cap. 2. Monilis ſpiritual. reuelatum ei fuiſſe à Domino, quoties quis deuotè aſpicit Crucifixum, toties amanter eum reſpici à benigniſſima miſericordia Dei. Qui nouit, quid reſpici ſit à Deo, nouerit indubiè quid reſpectus ille beatiſſimus apportet. Si hæreat; diuinum illud cum Moyſe colloquium expendat: *Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* (*Exodi 25. 40.*) Monſtratus in monte Caluariæ virtutum omnium exemplar Chriſtus, in Cruce pendens, quem dum aſpicis, viciſſim aſpiceris, vt quò ille te prolicit, non ſegnius ſequare. *Fili hominis*, inquiebat ad Ezechielem Dominus, *oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis.* (*Ezech. 43. 10.*) Templum appellat Dominus corpus ſuum, Ioan. 2. hoc templum neceſſe eſt, vt nobis ipſis ſæpius oſtendamus, à Iudæis dirutum, vt confundamur ab iniquitatibus noſtris, quæ tantæ ruinæ cauſſa fuerunt, vt erubeſcamus ex eis, quæ fecimus, & omne in nobis peccatum debellemus. Primo Machab. cap. 6. Elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ, & mori, ad belluas in prælium acuendas: oſtendamus & nos nobis Chriſti ſanguinem morientis, vt tanto magis contra peccata in prælium accendamur, *aſpicientes* crebro *in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, ne fatigemur animis deficientes.* Heb. 12. & quo tendimus, (*1. Mach. 6.*; *Heb. 12. 2.*)

mus perueniemus. Non omnes quidem pro Chriſto ſanguinem fundere poſſumus, poſſumus autem effuſum à Chriſto pia, attentaque mente expendere ac cogitare, quod par martyrio ferunt: Ita namque Angelus *B. Ioannæ à cruce* dixiſſe legitur, Deum adeo amare lachrymas pro Paſſione ſua fuſas, vt grati ſacrificij loco eas acceptet, non ſecus ac ſi ſanguis pro eo funderetur, ingenteſque tribulationes pro eo ſuſtinerentur. Auctor vitæ cap. 15. Et quid de eiuſcemodi obſequio non ſperatur? qua ſalutis teſſera non inſignitur? cui dum Angelus gratam Patientis Ieſu memoriam, ſed inſignibus amoris magni argumentis nobilitatam confert, quid & nobis de ea non liceat ſperare?

B. Ioanna à Cruce.

B. Angela de Fulgigio.

Certè dum *B. Angela* cognomento *Fulginas*, quaſi in dolores Crucifixi transformata aurem ſponſo liberam, vacuamque præberet, audiuiſſe legitur hæc verba ex ore eius procedentia: *benedicti vos à Patre meo, qui meæ Paſſionis, quæ ſæculorum omnium miraculum eſt, vita & ſalus peccatorum, memores & deuoti eritis & compatientes, quoniam verè & regni & gloriæ, & reſurrectionis, quæ per ipſam acquiſiui, mecum eritis participes & hæredes, audituri in illa terribili hora; venite benedicti, percipite Regnum. Arnaldus in Vita.*

V. Anna de S. Barthol.

Ne vetera autem ſola conſectatus videar, è recenti memoria Venerabilis adſit *Anna de S. Bartholomæo* Virgo Carmelitana, vitæ ſanctimonia, & prodigiis clara, quæ Paſſionis dominicæ & amoris illius immenſi, ex quo Dominus paſſus eſt, memoriam, licet non magno admodum ſtudio vſurpatam, dicere ſolebat, ad æternæ vitæ beatitudinem, & quamplurimas diuinæ miſericordiæ prærogatiuas impetrandas, vim maximã habere. *In hiſt. Vitæ.*

Gratam Patientis Domini memoriam ſignum eſſe Prædeſtinationis. Probatur Rationibus. I.

Venio ad Rationem, qua docente clarius quod hactenus attulimus perſpiciamus. Hęc itaque in hunc modum argumentatur: Omne id quod magis coniungit nos Prædeſtinationis principio, maius eſt Prædeſtinationis ſignum: Sed grata memoria Paſſionis maximè nos coniungit prædeſtinationis principio, ergo maximum eſt Prædeſtinationis ſignum.

Maior liquet: quia quo aliquid magis coniungit inferius ſuo principio ſuperiori, mouenti illud ad finem, maius habet ſignum peruentionis ad finem.

Minor vero probatur, quia cum totum Prædeſtinationis noſtræ principium ſit Chriſtus, per opera meritoria ſua & acceptationem Crucis, cui alligata fuit noſtra ſalus, huius affectuoſa cogitatio coniungit hominem & quoad intellectum & quoad voluntatem ipſimet totius Prędeſtinationis principio atque adeo potiſſimum Prædeſtinationis eſt ſignum.

Confirmatur, quia Paſſio Saluatoris non ſolum eſt cauſa meritoria Prædeſtinationis in ordine intentionis, ſed etiam in ordine exſecutionis, quoad omnia, & ſingula Prædeſtinationis

A media. Ergo qui intentionaliter coniungitur Paſſioni Chriſti, coniungitur principio continenti omnia ſimul prędeſtinationis media, quod ex Iſaia cap. 12. liquet, vbi dicit: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: quæ verba de aquis gratiæ, quas haurimus de Chriſti vulneribus intelligunt S. Ambroſ. in pſal. 4. & S. Bernard. ſer. 1. de Natiuitate. Iſai. c. 12. 3.

Accedit quia Chriſti patientis merita, non ſolum concurrunt ad ſpem & charitatem, quæ maxima ſunt prædeſtinationis tum media, tum ſigna, obiectiuè; ſed etiam phyſicè & effectiuè producendo omnes & ſingulos gradus gratiæ, qui dantur fidelibus, tum in Sacramentis, tum extra Sacramenta. Neque ſolum gratiam ſan-

B ctificantem, ſed etiam excitantem, & concomitantem: ita vt omnes intellectus illuminationes, & omnes affectuum excitationes erga bonum ſupernaturale phyſicè cauſentur à vulneribus Ieſu patientis. De quibus videndus P. Iulius Recupitus noſter tomo 1. l. 6. q. 19. n. 5. de Deo Vno.

Prædeſtinatio noſtra duplex.

Atque hinc clariſſimè datur intelligi Prædeſtinationem noſtram non ſimplicem quandam rem eſſe, ſed duplicem: vtpote duabus partibus conſtitutam, cum hinc prædeſtinemur ad crucem, inde vero ad regnum, hinc ad patiendum cum Chriſto, inde vero ad gloriandum cum Deo: quorum prior illa pars magno Dei arcano, viam ſuggerit ad alteram, altera perducit ad

C finem: quod S. Paulus ad Rom. 8. his verbis expreſſit: *Prædeſtinauit nos conformes fieri imaginis filij ſui.* Rom. 8. 29.

Conformes, inquam, in paſſionibus, in cruce, in ipſa mortis imagine: quos autem ita præſciuit in idæis diuinis & prædeſtinauit æterno atque immutabili voluntatis ſuæ decreto, hos deinde luci datos ac vitæ ad gloriam vocauit, eâdem Crucis viâ in cælum, gloriæque domicilium transferendos: quod S. Iſidorus ſuccinctè notauit: *ſemper*, inquiens, *hos Deus hîc vulnerat, quos ad ſalutem perpetuam præparat.* In quo cum Dei filius anteceſſerit nos omnes, turpe eſt, vel hoc duce non credere nec ſequi. Axioma Philoſophicum eſt auctore natum *Ariſtotele* in Meta-

D phyſ. *Omnia primo ſui generis menſurantur*: Hoc eſt: primus cuiuſque generis eſt regula, & menſura ceterorum. Filius Dei primus prædeſtinatorum, primogenitus ex multis fratribus crucem ſubiit, de Cruce cælum ingreſſus eſt: ſi prędeſtinatione eadem gaudere velimus eadem nobis via ſequendus eſt: *Chriſtus*, inquit Apoſtolorum Coryphæus Petrus, *paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.* 1. Petri 2. 21.

Iuriſconſultorum Maxima rem firmabit, quamquam prædicta omnium aliorum Maximas ſua certitudine longè antecellãt. *Adoptio*, inquiunt, *naturam ſequitur*, id eſt, adoptiuus habere non debet plus priuilegij quam filius naturalis: & verum dicunt. Aduertat itaque nouus homo,

ſi ratione duce viam ingredi velit, ne qua Chriſtus Dei filius præceſſit, ſequi detrectet, monẽtis memor Apoſtoli: *ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri & non filij eſtis.* Heb.12.8.q.d. Si ſemper voluptuamini expertes crucis, ergo non eſtis germani filij Dei, ſed ſpurij & ſuppoſititij. Crux enim & diſciplina prompte humiliterque ſuſcepta Germanos Dei filios probat, eoſque à ſpuriis ſecernit: perinde enim atque Aquila pullos ſoli exponendo, vt irretortis oculis ſolem intueantur, genuinos probat & à ſpuriis ſecernit: hac via præceſsit Chriſtus, ſequetur, ſi quo ille appulit, pertingere velit Chriſtianus, appulſurum verò ſe non temere ſperabit, ſi huic ſe viæ deprehenderit inſiſtentem. Quibus ita ſe ex ratione habentibus nemini mirum videri debeat, viros magnos, ſanctitate & doctrina clariſſimos, veritati huic adornandæ vitam ac ſpiritum impendiſſe, omneſque eloquentiæ ſuæ arculas reſeraſſe, quo doctrinam hanc omnibus redderent acceptam: neque enim cum euangelica illa muliere, inuentam celare drachmam potuere.

Heb.11.8.

Probatur idem auctoritate SS. PP. atque Doctorum.

Origenes in epiſt. ad Rom.

Primus itaque in arenam hanc prodeat veterum Patrum magiſter Origenes, qui comment. in epiſt. ad Rom. c.6. ſic locutus eſt: *Certum eſt, quod vbi mors Chriſti animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum: eſt enim tanta vis Crucis Chriſti, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus, furor nulla ſuperare poſſit inuidia: ſed continuò ad eius præſentiã totus ille peccati & carnis fugatur exercitus.* Quod dum fit, quid aliud quam ſalus maxima exſpectetur?

S. Bernard. ſerm. 43. in Cant.

Idem nouerat S. Bernardus, cum ſerm 43. in Cant. ſic loquitur: *Tu quoque ſi ſapis; imitaberis ſponſæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum faſciculum de principatu tui pectoris nec ad horam patieris auelli: amara illa omnia, quæ pro te pertulit, ſemper in memoria retinens, & aſſidua meditatione reuoluens, quo poſſis dicere, & tu, faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. 12. *Hæc meditari dixi ſapientiam: in his iuſtitiæ mihi profeſſionem conſtitui: in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Hæc me erigunt in aduerſis, in proſperis deprimunt: inter læta, triſtiaque vitæ præſentis, viâ regiâ incedenti tutum præbent iter.* Quid aptius dicere poterat ad probandum in memoria Paſſionis Chriſti conſtitui ſpeciale ſignum Prædeſtinationis?

Cant. 1. 12.

Paſſionis Dominicæ potentia contra dæmones.

Nec immerito: nam ſicut ruta fugat ſerpentes odore ſuo, & alias quoque venenatas beſtias eneruat, ac propulſat; ſic paſſionis Chriſti iugis memoria, diabolicas tentationes diſſipat, & omnium peccatorum ac ſcelerum turbam profligat. Inuaſerat die quadam S. Edmundum diabolus, atque ita fortiter eum conſtrinxerat, vt ne brachia quidem mouere poſſet ad efformandum ſalutiferæ Crucis ſignum. Verum vbi Paſſionis Chriſti memoriam in mentem reuocauit, confuſus illicò dæmon, magnoque fragore terræ alliſus abceſſit, & virum ſanctum liberum reliquit. *Vincent. Belluacenſ. in ſpec. hiſt. l.31. cap.38.*

S. Edmundus *experitur vim Paſſionis Dominicæ.*

Eodem accedit *S. Anſelmus* l.1. med. c.5. *Patientis Chriſti memoria ſit continuum viaticũ tuum, quia per hoc, & non niſi per hoc, & tu manebis in Chriſto, & Chriſtus in te, & in futura vita plenum erit gaudium.*

S. Anſelm. l.1. med. cap.5.

Expenderat id B. *Albertus Magnus* dum in tract. ſuper miſſus. ita ſcripſit: *ſimplex,* inquiens, *recordatio, vel meditatio Paſſionis Chriſti plus valet, quam ſi quis per annum ieiunaret in pane & aqua, qualibet feria ſexta, vel diſciplinaret ſe qualibet hebdomade per annum, vſque ad ſanguinis effuſionem, vel quotidie legeret vnum pſalterium.*

B. Albertus Magnus ſuper Miſſus.

Quibus verbis B. Doctor comparationem tantum instituit inter opera externa præciſè accepta, & affectum compaſſiuum internum, in meditatione Paſſionis Chriſti. Quare prudenter S. *Bonauentura*: *ſi vis, homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie, quanta potes deuotione, mediteris Domini paſſionem:* quod cum maximum ſit Prædeſtinationis medium, magnum quoque eiuſdem ſignum ſit neceſſe eſt. Vnde idem S. Pater in ſtimul. diuini Amoris p.1. non temere dixit: *Paſſio ſuum meditatorem alienat, & non ſolum reddit Angelicum, ſed diuinum.* Quod ſanè ſignum eſſe veræ prædeſtinationis nemo negarit. Clariſſime autem in ſequentibus, vbi ſic loquitur.

S. Bonau.

Idem in ſtimulo diuini Amoris.

Venerabilis Paſſionis Chriſti continua, & deuota meditatio, mentem tuam ab huius ſæculi mundanis, & carnalibus concupiſcentiis ſequeſtrabit, cor tuum ad ſpiritualia, & cæleſtia ſubleuabit. Quid cogitandum, quid loquendum ſit, quid reſpondendum, quid vel qualiter agendum ſit, tibi veraciter indicabit. Si fueris pauper, indeficienti theſauro te ditabit; ſi in tenebris te luce clariſſima illuminabit: ſi inſcius, vel ignarus, te ſapientia veriſſima magiſtrabit, ſi rigidus, vel crudelis te ad compaſſionem, & miſericordiam dulciter inuitabit: ſi debilis, te inſuperabili fortitudine roborabit: Si pauidus, te vigore mirabili aſſecurabit: ſi aridus, te gratia ſua vberius irrigabit. Si ſordibus maculatus, calidi ſanguinis ſui lixiuio te lauabit. Si ſaucius, & vulneratus vnguento te pretioſiſſimo ſanabit. Si alicuius peccati morbo infectus te curabit, & contra illud vitium, & quæcunque tela ignea diaboli, clypeo virtutis ſuæ armabit. Si exul à patria, aut peregrinus, te ſecum ducens, viam eundi ad cæleſtem patriam clariſſimè demonſtrabit. Nunquid, cui hæc in ſe experiri datum eſt, veram ſalutis ſuæ teſſeram aſſecutus eſt? Ita ſane viſum *Petro Cellenſi* fuit, qui li. 7. epiſt. ſic loquitur: *Nihil ad cœlum euntibus tutius, quam ſequi ſtratam Chriſti ſanguine tinctam, quàm veſtigia clauorum impreſſa proſpicere, & ante oculos ſuos Chriſtum ſemper perſcriptum & præſcriptum inſpicere. Rectiſsimum hoc iter ad tribunal gratiæ, via hæc latronibus vacua eſt.*

Petrus Cellenſis lib. 7. epiſt.

Idem probatur SS exemplis.

Nec minus hi reapſe feciſſe inuenti ſunt,

quam

Digitized by Google

quam dixiſſe auditi, vniuerſali ſiquidem experientia conſtat ſanctos viros in quibus aliqua Prædeſtinationis nota apparuit, mirificè erga Chriſti paſſionem fuiſſe affectos tum eius doloribus compatiendo, tum in eorum honorem aliquid exhibendo. Quorum agmen ducit Deipara Virgo, quæ ita B. Birgittam legitur allocuta: omni tempore, quo poſt Aſcenſionem filij mei vixi, loca viſitaui, in quibus ipſe paſſus eſt, & Paſſio eius in corde meo ſemper erat, ſiue comederem, ſiue biberem, ſiue quid aliud agerem.

Matrem ſecuti ſunt filij: S. in primis Franciſcus Aſſiſias, cui memoria Patientis Chriſti adeo impreſſa erat, vt cum eius memoria veniret in mentem, vix poſſet à lachrymis & B gemitibus contineri: interrogatus autem cur ploraret reſpondit, ita deberem vagari per totum mundum, ſine verecundia plangendo paſſionem Domini in cid. l. 1. Chron. cap. 86. Quod & de B. Birgitta, alijſque memoriæ proditũ eſt.

Sanctum itaque ac præclarum colendæ Chriſti Patientis exercitium, laudanda pietas eſt, quæ hominem eâ, quæ in hiſce vitæ tenebris obtineri poteſt, ſalutis noſtræ teſſera veſtire conſueuit. Sunt quidem, neque inficior, plures huiuſmodi notæ, ſed quod ad huius noſtræ æſtimationem dictum velim: habitâ hac noſtrâ, omnes habemus, quod ſic in noui hominis ſolatium oſtendo:

Primum ferunt Prædeſtinationis ſignum, C *Timorem peccati, beatus ſiquidem vir, qui timet Dominum.* Pſalm. 111. quia ſc. Timor Domini ad beatitudinem perducit, quippe timendo ne peccet, non deuiat à mandatis Dei, quæ media ſunt conducentia ad beatitudinis finem & quomodo is peccet, qui Crucem amat? in qua tot ſigna pœnarum peccatis noſtris debitarum ſuperſunt? Vbi Crux, inde exulat peccatum.

Secundum *Pœnitentia de peccatis non dilata.* Hic fructus Crucis eſt.

Tertium. *Tribulatio.* Hæc Crucis indiuidua comes eſt.

Quartum. *Humilitas.* Hæc Cruci propria.

Quintum. *Miſericordia.* Hanc Crux liquidò D præ ſe fert.

Sextum. *Dilectio inimicorum* Hęc lectio, quam è Cathedra Crucis docuit Chriſtus.

Septimum. *Continentia.* Hanc Crux cuſtodit.

Octauum. *Deuotio erga Deiparam.* Qui amat Crucem, amat Mariam. Maria ſiquidem à S. Epiphanio crux appellatur & Cruciformis, qui hanc colit, illam diligere neceſſe habet. Et hæc de Prædeſtinationis noſtræ ſigno, in pia, grataque patientis Domini memoria reperto: ex quibus collige per modum Corollarij, ſpecialem reprobationis notam, ac teſſeram in eiuſdem obliuione præparatam, tum quia contrariorum contrarij ſunt effectus: tum quia maximæ ingratitudinis ſignum eſt, beneficij

A omnium maximi obliuiſci.

Quod ſi, vt ait *S. Ioan. Chryſoſtomus* hom. 9. in Geneſ. *beneficia Dei omnibus horis cõſideranda ſunt;* quanto magis beneficium omnium maximum. Qui enim beneficij obliuiſcitur, non poteſt gratiam referre: ac proinde dum deficit ex parte noſtra gratiarum actio, ſignum eſt quod ceſſatura ſit ex parte Dei gratiarum largitio, vt enim ſcribit *S. Bernard.* ſer. 1. in c. Ieiunij: *gratiarum ceſſat diſcurſus, vbi non fuerit recurſus.*

S. Ioan. Chryſoſt. hom. 9. in Geneſ.

S. Bernard. ſerm. 1. in cap. Ieiun.

Adde, quod omnis qui elõgat ſe ab eo Prædeſtinationis principio, in quo, tamquam in fonte continentur omnia Prædeſtinationis media habet maximum reprobationis ſignum: ſed qui Paſſionis Dominicæ obliuiſcitur, elongat B ſe per intellectum, & voluntatem, ab eiuſmodi Prædeſtinationis principio, de ea non cogitando, nec compatiendo, ergo maximum habet, Reprobationis ſignum.

Si verò quæras ecquæ tandem obliuionem eiuſmodi in animos noſtros inducere ſoleant? quamuis ea non pauca ſint, maximam tamen ac potentiſſimam reor eſſe Luxuriam, nam, vt bene ac ſapienter pronũtiauit Huſſitarum Regulus: *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Si deuorans vſque ad perditionem, vtique vſque ad damnationem.

Luxuria maximum Reprobationis ſignum.

Iob 31. 12.

Et Ratio perſuadet. Primo, quo aliquid magis diſcedit ab vltimo fine, eo magis eſt reprobationis ſignum, ſed Luxuria eſt maximè diſce- C dit ab vltimo fine, Ergo &c.

Ratio Prima.

Maior patet, quia terminus reprobationis eſt oppoſitus termino prædeſtinationis, qui eſt aſſecutio finis vltimi.

Minor probatur, quia id quod maximè trahit ad ſenſibile, maximè deducit ab intelligibili, & potiſſimum à puro & ſummo intelligibili, quod eſt Deus, maximè abſtractus à ſenſibus. Sed luxutia maximè trahit ad ſenſibilia, quia trahit ad delectationem inter ſenſibilia vehementiſſimam, ergo maximè abducit à Deo, primo & ſummo intelligibili & ſic eſt maximè diſcedit ab vltimo fine.

Secundo: Luxuria maximè deformat hominem à Chriſto, ergo maximum reprobationis D indicium. Conſequentia patet quia tota prædeſtinatio fit per conformitatem ad Chriſtum, iuxta illud Pauli Rom. 8. *quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui:* Reprobatio verò maxime tollit ac deſtruit conformitatem cum Chriſto.

Ratio altera.

Rom. 8. 29.

Antecedens probatur: quia Chriſtus Virgo, Chriſtus crucem dilexit, crucem in humeros accepit, eique confixus fuit, Luxurioſus carnem amat, molliciem diligit, æternæ felicitati momentaneam voluptatem anteponit, quo fit vt Crucifixi oblitus, ab vltimo fine ſuo deflectat.

Quo reſpexiſſe crediderim primos illos Religionis noſtræ hoſtes acerrimos, ſiue potius in eis Satanam Chriſtiano nomini infenſiſſimum,

Digitized by Google

dum ad tollendam crucis memoriam, montem illum in quo Christus paſſus fuerat, ipſaque crux defoſſa iacebat, veteri nomine Caluariæ mutato, nouo & longè turpiſſimo appellarunt Venerarium, ex appoſito in eo Veneris infami ſimulachro; arbitrati eo facto penitus oblite- randam è mentibus fidelium memoriam Paſſionis & mortis Christi, vt tradiderunt *S. Ambroſius in pſal.* 47. *S. Hieronym. epiſt.* 13. *Nicephorus* l. 8. c. 28. Ad quod notandum, impios illos crucis Christi inimicos, vt eius tollerent memoriam, in ſanctiſſimo loco, non Iouis, non Saturni, non Martis Gradiui, aut alterius cuiuſpiam idolum erexiſſe, ſed impuriſſimæ Veneris, & omni ſanctitate digniſſimum montem laſciuis deputaſſe nefandis, quemadmodum tradit *Euſebius l.* 3. *de vita Constantini cap.* 24. quia nullam magis præſentaneam rationem nouerant, aut modum, quo Christi patientis memoriam de mentibus eraderent Christianorum, vna venerea voluptate, quæ mentes hominum excæcat, & in omnē præcipitat fœditatem: *fornicatio* enim *& voluptas, vt ait S. Hieronym. peruertit ſenſum, & de rationali homine brutum efficit animal*, porcum, ſuem, hœdum, quibus non eſt intellectus. Sed qui ſalutem noſtram olim dilexerat, eundem amare non deſiit, cum per Auguſtiſſimam *Helenam* Constantini matrem, deiecta Veneris impuriſſima ſtatua, montem expurgauit, crucem detexit, & omnium oculis adorandam dedit. Quod dum *Constantinus* intellexiſſet, ne minus ſanctiſſimæ crucis memoriæ in hominum mentibus fouendæ contuliſſe videretur, quam im-

Vbi Crux latebat defoſſa Veneris ſtatua collocata.

S. Hieron.

B. Helena Veneris ſtatuam deiecit & crucē inuenit.

Coostantinus in agro Seſſoriano

A pij illi crucis Christi inimici eidem quondam exſtirpandæ didicerat contuliſſe, acceptam Hieroſolymis crucem Romæ ſummo cum honore voluit collocare, & Agrum quidem Seſſorianū, in quo magnificā ſtrueret ædem elegit: commodum autem accidit, vt dum eam moliri inciperet, crucem de Venere iuſtiſſimus vltor vindicaret. Stabat hic Veneri vniuerſæ turpitudinis primiceriæ, & Cupidini templum pulcherrimum, cum ecce Spiritu ſancto pijſſimus Imperator illuſtratus, quemadmodum antè ſatanico furore perciti infideles, Ieroſolymis ad tollendam crucis memoriam in Caluariæ monte fanum ac ſimulachrum Veneris erexerant, ita ipſe in agro Seſſoriano Romæ tam infamem B crucis iniuriam vlturus Veneris & Cupidinis templum diruit, & ſolo æquauit: alterum vero inuentæ cruci magnificentiſſimum eiſdem in locis erexit, in quo partem alteram inuentæ crucis, cui illud dicarat, vt mater de altera Hieroſolymis fecerat, venerandam reliquit, vnde factum vt tam Hieroſolymis, quam Romæ Venus cruci cederet, ac Crucifixi memoriam pulſa Venere tam Ieruſalem quam Roma ab interitu vindicaret, ſuoſque ciues ac ſubditos longè, lateque perpetua Salutis ſuæ teſſera recrearet. *Certa namque ac ſecura eſt exſpectatio promiſſæ beatitudinis, vbi participatio eſt Dominicæ paſſionis*, quam nemo ex eis ſibi habeat polliceri nemo ſperare, *qui tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à Dei via, impudicitiæ ſe tradiderunt.* Eph. 4.

templum Veneris deijcit, & S. Cruci dedicat nouum.

Card. Baron. tom. 3. ad an. 324. Boſius de triumphanti Cruce l. 6. c. 16.

S. Leo ſer. 9.

Epheſ. 4. 19.

CAPVT DECIMVMQVARTVM

SOLIS IVSTITIÆ CHRISTI IESV PATIENTIS ZODIACVS MORTALIBVS VITAM FERENS.

Orietur vobis timentibus Nomen meum Sol *Iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Malach. 4. 2.

Via Solis ſtadium Salutis.

QVi Dominum Ieſum Seruatorem noſtrum Solis nomine indigitarūt, næ illi, & tanti Regis ac Principis beneficentiæ, & noſtræ ſingulariter conſultum iuere infirmitati. Illi, quæ tanta eſt, vt nemo ſit, nec eſſe poſſit, qui ſe ab eius, vt magni cuiuſdam Solis calore abſcondat: huic vero, cum inter omnia Ægyptiorum Hieroglyphica, & Pytha- C goręorum ſymbola, nullum eo reperiatur præſtantius, quo id, quod de illo credendum proponitur, clarius explicetur.

Christus Sol.

Et huius quidem appellationis auctores quis dixerit fuiſſe Prophetas, nec malè; ita namque Zacharias cap. 6. 12. *Ecce vir Oriens nomen eius*, ſiue vt Chaldæus vertit: *ecce vir cuius nomen eſt Meſſias*, quod & in Cantico ſuo Lucæ 1. 78. expreſſit

Zach. 6. 12.

ſit clarius dicens: *per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto* vti S. Gregor. l. 26. in Iob cap. 18. Beda, Theophylact. Euthym. Titus Boſtrenſis alijque hunc locum interpretantur, per Orientem, Solem; per hunc autem, Chriſtum intelligentes, qui lux eſt mundi, ideoque in terra natus eſt, vt per carnem, quaſi Sol tranſparens, *illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Ioan. 1. 8.

Malachiæ 4. 2. Alter vero eſt Malachias, qui cap. 4. 2, ſic loquitur: *orietur vobis timentibus nomen meum Sol Iuſtitiæ:* quem locum SS. PP. de Chriſto intelligunt.

Sed quid ad Prophetas diuertimus? cum habere liceat firmiorem Dei Patris ſermonem, qui Ezech. 32. 7. Solem, inquit, nube tegam; B quem ſolem? niſi filium ſuum: qua nube? niſi ea, *ſuper quam vectus ingredietur Ægyptum.* Eſaiæ 19. 1, *& commouebit ſimulachra Ægypti.* Quod & deinceps patuit, dum in Thaboretico monte, deducta paulisper hac nube, *reſplenduit facies eius, ſicut Sol.* Matth. 17. 2.

Eſaiæ 19. 1.

Matth. 17. 2. Et certè Analogiæ dignæ ſunt, atque præclaræ, quibus magni Domini atque omnium Aſſertoris bonitas, miſericordia, ſanctitas, abſolutiſſimaque virtutum omnium eminentia nobis ob oculos imitanda proponitur; adeo vt mihi nobiliſſimum hunc ſiderum omnium, planetarumque Principem attentius contemplanti, eius in centro videre videar, quod olim Dauid regum optimus cecinit Pſalm. 18. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, hoc eſt, Chriſtum Dominum in Sole velut in auguſtiſſimo throno reſidentem, orbem moderantem, cuncta ſua luce colluſtrantem, calore, reliquiſque benigniſſimis ſuis influxibus fouentem, &c.

Pſal. 18. 6.

Analogia Solis & Chriſti. Quare ſi Sol ita dictus eſt, quaſi Solus luceat, eo quod ipſe fons ſit limpidiſſimus, atque inexhauſtus totius luminis, quod in ceteris ſtellis reſplendet. Talis certe Chriſtus, ſolus ſanctus, ſolus Dominus, *de cuius plenitudine nos omnes accepimus.* 1. Ioan. 17.

1. Ioan. 17.

Porro ſicut ſanitas eſt in pennis ſolis, dum radijs ſuis plantas, animalia, & homines nocturno frigore languentes, & quaſi emorientes roborat, atque reſtaurat: ita Chriſtus, quocunque pennas, id eſt radios prædicationis ſuæ, gratiæque extenderet, tam animi, quam corporis infirmitates abigebat, teſte namque S. Marco cap. 6. 65. *quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.* Sol adhæc fugare dicitur ſua luce ſerpentes, tigrides, ac lupos: ita Chriſtus feliciſſimo ſuo in orbem aduentu dæmones ſimulachris expulit, peccata deleuit, mundumque noxijs ſcelerum venenis expurgauit. Vnde dictus Iuſtitiæ Sol, quia dum ex ſe radios Iuſtitiæ diffudit, peccantibus acer, pœnitentibus mitis illuxit.

Marci 6. 65.

Solem Dores Ἅλιον vocant, quod homines in vnum eundemque locum congreget, vbi primum exortus eſt. Ita Chriſtus fideles om- A nes in vnam Eccleſiam à ſuo in orbem aduentu congregauit, atque etiamnum congregare non ceſſat.

Propter quas eius excellentiſſimas proprietates, magnus ille Dionyſius Areopagita, diuinæ mentis interpres clariſſimus Solem ait, eſſe ſignificantem, expreſſam, & euidentem Diuinitatis, & diuinæ bonitatis imaginem. Qui totus lucens, ac ſemper ſplendidus, omnibus etiam, quæ eius lumen capere poſſunt, collucet, habetque lumen per omnia, diffuſum, ſurſum & deorſum, ac ſi quid eſt, quod de eo non participet, id eius luminis tenuitati aut paruitati tribuendum non eſt, ſed, iis, quæ, quia apta non ſunt ad excipiendum, B lumen, ad illud capiendum non explicantur. Itaque illius radius immenſa ſplendoris magnitudine penetrat, ad vitam excitat, alit, auget, abſoluit, purgat, renouat, ſuoque lumine menſura eſt, atque numerus horarum, dierum, ac totius temporis noſtri.

S. Dionyſ. Areopagita. cap. 4. de diuin. nom.

Colligit, conuertitque ad ſe omnia, quæ, videntur, quæ moriuntur, quæ illuſtrantur, quæ caleſcunt, & vno nomine ea, quæ, ab eius ſplendore continentur. Itaque Ἥλιος, id eſt Sol dicitur, quod omnia ἀολλῆ ποιεῖ, id eſt, congreget, colligatque diſperſa, eaque omnia eum expetant, quæ ſenſu percipiuntur, aut quod cerni cupiant, aut illuſtrari, caleſcere, aut ab eius lumine foC ueri.

Ita Chriſtianus ille Philoſophus, cui naturalem adiungo C. Plinium lib. 2. nat. hiſt. cap. 6. Errantium ſiderum, inquit medius, Sol fertur ampliſſima magnitudine ac poteſtate, nec temporum modo terrarumque, ſed ſiderum etiam ipſorum, cœlique Rector.

C. Plin. l. 2. c. 6.

Hunc mundi totius eſſe animam, ac planius mentem, hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet. Hic lucem rebus miniſtrat, aufertque tenebras: hic reliqua ſidera occultat, hic vices temporum, annumque ſemper renaſcentem ex vſu naturæ, temperat, hic cœli triſtitiam diſcutit, atque, D etiam humani nubila animi ſerenat. Hic ſuum quoque lumen ceteris ſideribus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam, exaudiens, vt principi litterarum Homero viſum placuiſſe.

Quæ omnia Solis elogia aptiſſimè in Chriſtum Seruatorem conueniunt, ipſe enim ſolus Dominus, ſoluſque, vt canit Eccleſia altiſſimus, ipſe Beatis omnibus velut totidem ſideribus luminis gloriæ cauſa eſt.

Ille ſolus, ceu veriſſimus quidam Sol ſuperiora omnia, inferioraque colluſtrat.

Ille intuetur omnia & contemplatur, mundi totius oculus, lucidum Cœli decus.

Ille flammanti quadam charitate vniuer-

Digitized by Google

ſum orbem complectitur, & moderatur.

Ac denique ſicut Sol iſte eclipſin ſubinde patitur, nubibus obuelatur, & rubicundus occidit: ita Chriſtus carne aſſumpta velatus, in cruce deliquium paſſus, rubicūdus totus occubuit, vnde factum, vt eo moriente in cruce, obſcuratus fuerit Sol, ad veri Solis occaſum omnibus ſignificandum. Ne vero quidquam huic analogiæ deſit, ſicut Sol iſte poſt longas tenebras noctis, denuò exoriens, vniuerſum mundum exhilarat, ſic Chriſtus in ſecundo ſuo aduentu piorum virtutem & iuſtitiam, quæ in hac vita ab impijs obſcurata latebat, in die Iudicij conſpicuam omnibus exhibens, præmiis afficiet æternis, vel hinc verus Iuſtitiæ, ſiue vt Chaldęus, puritatis Sol; id eſt, iuſtiſſimus, puriſſimus, ac B ſanctiſſimus Iudex dicendus ſit, qui Iuſtos & Iuſtitiam hîc oppreſſam ibi ſplendeſcere & coruſcare faciet, impios verò ad tenebras damnabit æternas.

Sampſon, id eſt, Sol paruus. Iudic.13. 24.

Vnde factum vt olim clariſſimus eius typus & præcurſor habitus fuerit Sampſon, Iudicum 13.24. quem ſicuti Iudęis Philiſtinorum tyrannide oppreſſis naſci voluit Deus, vt populũ ſuum ab hoſtium tyrannide liberaret, dato ei Samſonis nomine, quod paruum Solem ſignificabat: Ita Dominus Ieſus verus Sampſon, orbi à peccatis & ærumnis oppreſſo datus eſt à Deo Sol magnus, qui peccata in primo ſuo aduentu aboleat, nouaque luce perfundat: ærumnas vero omnes, & mortem conficiat in ſecundo.

Sed tempus eſt vt à Sole hoc Iuſtitiæ ad eius nos Stadium, quod in noſtram hîc præſens vtilitaté, atque ſolatium decurrit, transferamus.

Solis Zodiacus

Aſtronomi de Solis curſu, ceteriſque eodem ſpectantibus diſſerentes, vndecim inter cœleſtes circulos, maiorem vnum, ſenſilem illum atque obliquum, ex eo quod altera eius medietas ad arcticum, altera ad antarcticum polum declinet, ſtatuêre, quem in duodecim partes ſectum, totidem in ſe ſigna continere imaginati ſunt, veluti quædam peregrinantis Solis diuerſoria, in quorum ſingulis ſtatiua menſtrua peragere is ſolet, ac mundum varijs pro temporum diuerſitate beneficijs cumulare aſſueuit: Circulum autem hunc Zodiacum placuit appellare D iuge decurrentis Solis ſtadium, cuius obliquitatem noſſe, vt auctor eſt C. Plinius, rerum fores aperuiſſe eſt.

Vnde dictus Zodiacus

Dicitur verò Zodiacus, vt Macrobius voluit, à ſignis, quæ circa eum ſunt, Græcis *Ζώδια*.

Aratus vero ἀπὸ τῶν ζωῶν, ab animalium figuris, quæ in illo conſpiciuntur, dictum putat.

Et nomina quidem animalium hoc diſticho comprebenduntur:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora,
Piſces.

Eſſe tamen nonnullos inuenio, qui denominari exiſtiment ἀπὸ τῆς ζωῆς, à vita, quod Sol

A per hanc cœli faſciam vectus, lumen vitale animantibus impendat, adeoque non tantum Zoophorus, id eſt, ſignifer, verum etiam vitalator ſit, & dator Zoodorus.

Sed arbitrari hos inter mihi lubitum non eſt, neque enim id agimus, multoque minus, ſingulorum animalium, à quibus duodecim illa ſtatiua denominantur, cauſas rimari, quas Medicis, atque Poëtis ſcrutandas relinquo: quare ad ſacratiora me accingo, id vnum ex præmiſſa hac iſagoge efficere ſatagens; ſi tantum Aſtronomus Soli huic naturali deferre viſus eſt, vt eius ſtadia claris inſignire nominibus, & communi tradenda memoriæ iudicârit, quo certius eorum gaudere influxibus, & plura poſſit beneficia B participare; longè profectò amplius ab homine nono præſtanda eſſe quo Solis Iuſtitiæ curſum, & ipſe in ſe obſeruet, ſuſpiciat, & intelligat, alijſque pro ſuo in eos zelo, affectuque proponere non intermittat, quod plurima eius in nos collata benefacta, maioraque ſperanda indies auxilia ſatis ſuperque requirunt.

Et quem curſum hunc eſſe dixerimus, quod ſtadium huius Solis noſtri eſſe arbitrabimur? ſanè non aliud quam beneficentiæ multæ, & tolerantiæ planè diuinæ, quò regius ille Pſaltes tanto ante oculos ſuos coniiciens, cecinit in hũc modum: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe* Pſal.18.6. *tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cælo egreſſio* C *eius: & occurſus eius, vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Pſal.18 6, quibus & eius in mundum hunc, ad redemptionem noſtrã aduentum, & charitatem, qua nos ad ſui ſequelam pellicere conatus eſt, non obſcurè deſcripſit, vt ei iam prompto corde dicere poſſimus: *trahe nos poſt te, curremus,* quemadmodũ S. Gregorius commentatur.

Sed propius nonnihil ad huius Solis noſtri ſtatiua accedamus oportet, vt patientis Domini *Zodiacum* noſſe, atque æſtimare poſſimus.

Sol Iuſtitiæ Chriſtus Zodiacum cœpit à ſigno Virginis. Sol in Virgine.

Et primum quidem hic noſter Sol, poſtquã à ſummo cœlo egreſſus eſt, in *Virgine* viſus fuit, cum *Verbum* in caſtis MARIÆ viſceribus *caro factum eſt.*

D Et quid hic, inquies, patiendum fuit? Multum per omnem modum.

Primum quidem, cum ſicut Sol totam plenitudinem ſui luminis & virtutis habet in aurora, & ortu ſuo, ita & ipſe à principio ſuæ cõceptionis totam haberet plenitudinem Sapientiæ ſuæ, ſenſit eius animus ex illa nouem menſium in vtero manſione non leuem moleſtiam, nauſeam, tædiumque ſibi procreari. Ita ſenſere Doctores, atque in primis S. Hieronym. epiſt.22. ad S.Hieron. epiſt.22. Euſtoch: *nouem menſibus, inquiens in vtero, vt naſcatur exſpectat, faſtidia ſuſtinet, &c.*

Non obſcurius *Origenes* hom.14. in Luc. *videbat in matris vtero immunditiam corporum, viſceri-* Origen. hom.14. in Luc. *bus eius hinc inde vallatus, terrenæ fæcis patiebatur*

angu-

anguſtias, vnde ſe aſſimilat verni. Confirmat quod dictum eſt *S. Ephrem* ſerm. de transfigur. ita loquens: *habitauit in vtero virginis non reſpuens ſætorem naturæ.* (S Ephrem. ſerm de Transf.)

Addo & Seraphicum *Bonauenturam* eiſdem ſubſcribentem: *de hoc,* inquit ille, *beneficio, tam prolixæ pro nobis reclusionis nunquam dignè ei nos ſatiſfacere poſſe reor.* (S.Bonau.)

Dionyſius certè Carthuſianus, Hildephonſus de Oroſco, & Baſilius Ponce de Leon ſentiunt hanc clauſuram fuiſſe vnam ex vehementioribus afflictionibus, quibus totius vitæ ſuæ decurſu D. Ieſus affectus fuit. (Carthuſ. Hildeph. de Oroſco. Baſil. Ponce.)

Huic adde alimentum, quo fœtus in vtero per venam vmbilicalem nutritur, ex natura ſua tetrum, ac graue, anguſtiam vteri, ceteraque nō pauca, quibus ſi iunxerimus, quæ triginta illis annis, quibus cum matre vixit, ſubire viſus eſt, quantam patiendi ſegetem meſſuiſſe oportebit! pro quo primum loquitur Circumciſio, quā octo dierum infantulus excepit, vulnere tam atroce, vt acerbius aliqui ferant, fuiſſe ſupplicio Crucis, quod illud tormenta omnia & dolores eius finiret, hoc autem initium daret: quamuis & aliunde atrocitatē eius expendere poſſimus, quamuis enim leuior illa Circumciſionis plaga videatur iis, quas in cruce ſuſtinuit, certè tenerrimæ & lacteæ adhuc carni infantis, dies octo nati, iudicij tamen vel tum præſtantiſſimi, & apprehenſionis viuaciſſimæ atrociſſimum illud vulnus fuiſſe oportuit quod pleriſque non infantibus duntaxat, ſed & viris ipſis mortem afferebat.

Sequitur cum matre ſeptennale exilium, & latri grauis ac moleſta *ἀσκία*, ceterique apud Nutricium Ioſephum exantlati labores, vitaque fabrili opificio, vſque ad annum trigeſimum in materno domo traducta.

Taceo perpetuam à primo Conceptionis ſuæ momento cruciatuum omnium, tormentorumque ſenſum, viuamque memoriam, qua ex SS. Litterarum, Patrumque doctrina, non ſolū Paſſionis ſuæ tempore dolorem cœpit, aut triſtitiam habuit; ſed toto vitæ tempore, vt minimum per dieſ duodecies mille, & quinquaginta tres, iuxta illud Pſal. 37: *quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper:* quod de Chriſto intelligunt Chryſoſt. Auguſtinus, Hieronym. Gregorius cuius & hic apud matrem non modicam partem exhauſit, vel eodem met atteſtante: *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Pſal. 87. (Pſal. 37. 18. — Pſal. 87. 16.)

Atque ita Solem habemus in Virgine, quamdiu in Nazarethano apud matrem delituit ſeceſſu.

Sed Sol non quieſcit, ita nec Ieſus noſter, à *Virgine* ad ſignum *Cancri* tranſit, à Spiritu ductus in deſertum. Per Cancrum Ægyptiorum Sapientes, rem abſconditam & occultam ſignificare ſolebant, vtpote qui menſibus quinis latere conſueuit, & deinde ſenectam exuit. (Sol in Cancro.)

A

Poſtquam triginta iam annis Sol noſter inter priuati tugurij latebras vnà cū matre delituiſſet, iamque in patentem lucis orbitam progreſſurus crederetur, Cancri in modum retrogreſſus, ad ſolitudinem diuertit, in qua diebus quadraginta, totidemq; noctibus *fuit cum beſtiis terræ,* in rupe aliqua, aut montano ferarum latibulo commoratus, vti ſpecus hodieque in rupe, naturæ beneficio exciſa, inter Galgala & Anathot oſtendit, humerorum ac coxendicum ſacratiſſimi Corporis Chriſti veſtigia diuinitus ſibi impreſſa demonſtrans. (Commoratio Chriſti in deſerto, eiuſque tentatio.)

B

Non ergo ſolum Dominus in illo ſuo quadrageſimali ſeceſſu, ſolitarium aliquem & ab hominum contubernio remotum locum elegit: ſed horridum inſuper, & aditu difficilē, ſoliſque prope ibicibus peruiū elegit, quo vbi adrepſerat ieiunus, non mollem aliquam culcitam, aut floridam humum, ſed duram atque aſperam rupem nanciſcebatur, in qua cubile delicato corpori miniſtraret, rudius à diabolo excipiendus.

Sed quid opus, inquies, ſecedere in eremum, nunquid & in vrbe poterat à diabolo tentari?

Poterat quidem, ſed in vrbe, vel oppido non tantam is occaſionem habuiſſet, animue tentandi, nam vt bene S. Chryſoſtomus hom. 13. in Matth. aduertit: *tunc diabolus maximè aliquos aggreditur, cum ſolos videt, & ab aliis ſegregatos.* (S. Ioan. Chryſoſt. in hom. 13. in Matth.)

C

Quamuis & aliæ fuerint huius ſeceſſus rationes, vt ieiunium illud quadragintadiale, attentior diuinarum rerum contemplatio, quæ licet & in vrbibus haberi potuiſſent, maluit tamen locum congruentem, quamuis corpori moleſtum, ad commune exemplum elegiſſe.

Atque ita Sol noſter commoratus fuit in ſigno *Cancri.* De *Cancro* progreſſus eſt in *Sagittarium,* quem annis tribus ac totidem menſibus, toto ſe. Prædicationis ſuæ tempore, oculis, lingua, geſtu, atque omni corporis, & animi habitu expreſſit, mentes hominum diuini amoris iaculo venatus, iam in naui Zebedæi filios, iam in telonio Mattheum, iam ſub ficu Nathanaëlem, iam in arbore Saccheum, iā ad puteum Sichar Samaritanam, iam in ciuitate Magdalenam, alioſque alibi ſexcentos ſaucians, donec ad pedes ſuos certiſſima præda accederent. (Sol in Sagittario.)

D

Hinc ad *Scorpium* delatus, acres inter eiuſdem aculeos placuit commorari: de quibus ante diſſerere viſus Propheta, cum dixit: *tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas: quoniam increduli, & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas.* Ezech. 2. 6. quod in perpetuis Phariſæorum obloquiis & ſannis, quibus & dicta & facta eius nequiſſimè impetebant, ſat patuit, dum exacuentes vt gladium linguas ſuas, & intendentes arcum rem amaram, ſagittabant in occultis immaculatum, firmabantque ſibi ſermonem nequam. Pſal. 63. 4. quem deinde propalam, (Sol in Scorpio. — Ezech. 2. 6. — Pſal. 63. 4.)

palam, ante Romani Præſidis tribunal effundere non dubitarunt, dum crimina probris exaggerantes & cōtumelijs calumnias pręſtruentes, quidquid teſtibus & probationibus deerat, clamoribus & vociferationibus complerunt quibus dum Iudicis animus inuaditur, nouâ is prorſus iudicij formâ, propter odia certa delatorum, nullo certo crimine damnauit, quem iuſtum ante pronuntiârat, abſoluit à culpa, ſed non exemit à pœna; quare, ne quid deeſſet cruciatibus Chriſti, vt parceret crudeliſſimè ſæuiit, & vt pœnæ ſubduceret, crudeliſſimis ſcorpionum aculeis iuſſit laniari; ſubiectum itaque virgis immanibus, aculeatiſque flagellis adeo deformatum reddidit eorum oculis, *vt ei non eſſet ſpecies, neque decor.*

Et nunquid hoc eſt cum Scorpionibus habitare.

Sol in Ariete. Sed è *Scorpio* ad *Arietem* commigrantem Solem noſtrum proſequamur.

Iam *Scorpij* aculeis expeditus erat, eum in Iſaaci *Ariete* hæſit ad vepres, & ſpineo ſerto Sol Iuſtitiæ redimitus eſt.

Gen.22.13. Tunc verus Sol *Arietis* ſignum ingreſſus fuit, quod Abraham tanto ante tempore videns, & Chriſtum Saluatorem ſpinis pro ſalute noſtra coronandum præſentiens lætatus eſt.

Sol in Capricorno. Leuit.16.20. Verum hîc diu conſiſtere non licuit, ad ſignum *Capricorni* porro tendendum erat: & cuius *Capri* illius ſc. emiſſarij, de quo Leuitici 16, 20; quem Pontifex, peccata omnium id eſt peccatorum ei pœnas imprecatus, debito omnibus ſupplicio deuouebat, Deum obteſtans, vt illius exitium pro populi exitio admittere vellet. Mox autem per certum hominem ad id paratum Caper, quaſi publicum catharma, piaculum & anathema, luiturus omnium pœnas, extra caſtra in deſertum ab obuia primum fera laniandus abducebatur. In hoc ſigno Chriſtus nō tam infelice crucis trabe quam delictorum noſtrorum ſarcina ſibi à Patre impoſita, & diuinæ Iuſtitiæ maledictis tantum non oppreſſus in Golgotham immolandus educitur.

Sol in Geminis. Quod autem hîc Signum Soli noſtro ſubeundum augurabimur? *Geminorum* videlicet: ſed probroſum hoc illi ſignum erit: bene habet, locorreſpondet: Geminos hic inter Latrones appendit. Ioan.19.18. *Ibi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autē Ieſum.* Ioan. 19. 18. iuxta id quod de eo Iſaias c. 53. 12. prædixerat: *&* Iſaiæ 53.12. *cum ſceleratis reputatus eſt.* Qui medius inter diuinas Perſonas in cœlis ſedebat: qui Moyſem inter & Eliam medius in monte Thabor transfiguratus fuerat, qui Lapis ille angularis erat, cui duo populi Hebræus ſc. & Gentilis connectebātur; qui ſupremi iudicij die ſedebit in throno Maieſtatis ſuæ in medio ouium atque hircorū, duos hic inter latrones medius pendere non renuit *Sol in Geminis.* Ab his porro curſum ſuum *Sol in Aquario.* prouehens *Amphoram*, ſiue *Aquarium* reſpexit;

A cum intrantibus aquis vſque ad animam eius quaſi tumentes ſuper ſe fluctus, iram Patris perſentiſcere cœpit, quare *preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet eum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Heb. 5. 7.* Vnde factum, magno Heb.5.7. noſtrûm gaudio, vt *neque aquæ multæ eius extinguere charitatem, neque flumina potuerint obruere.* Cant.8.7. Iam ſpiritus itaque exceſſerat, profuſâ autem vitâ, abſolutus curſus videri poterat, ſed vti ſanguis, ita & aqua poſt mortem ſiſti non potuit: aliquid ex vtroque ſupererat circa cor immotum adhuc, quia viam non habebat, qua flueret: ſed aperto latere profluxit tota illa copia, & quoniam non poterat viuum, B cor mortuum *amphoram* effudit. Atque ita Sol noſter in Aquario fuit. *Sol in Piſcibus.*

Ex Signo hoc tranſiit ad aliud, ſcilicet, *ſignū Ionæ Prophetæ.* Piſcis Ionam deuorauit, Mors, Ionæ 2.1. Chriſtum, Ionam cetus piſcis excepit immerſum, ſed nō contigit deuoratum, & quem malitia hominum perdidit, beſtia eſuriens cuſtodiuit; plenus viſceribus famem patitur, & in prædam quam abſorbuit, nil ſibi licere miratur. Quis eſt iſte, qui inter auidos rictus aſſumi, poteſt, conſumi nō poteſt? cibus eſt, corruptio, non eſt: traditur perditionis profundo, & ipſius mortis obſequio ſeruatur. Quis eſt iſte, qui vaſtiſſimos ſinus periculoſum tutus ingreditur, & ſub altitudine concluſus immenſa, atque mortifera, vitali aëre paſcitur, & demiſſus, C in alienam rerum naturam, in vitæ exilio, cum vita peregrinatur, & mortis ſuæ ſuperſtes annunciat venturam mundi ſalutem.

Puto quod hic eſt, Dominus noſter Ieſus, Chriſtus, quem ſæua mors inexplebilis bellua, in eſcam ſuam rapuit, & prædam ſuam captiua contremuit: contremuit, inquam, nam etſi nouerat Crucifixum, tamen quem non meminerat reum, nō poterat tenere damnatum: quia culpam non facit pœna, ſed cauſa.

Et præcepit Dominus piſci & euomuit Ionam in aridam. Præcepit ergo beſtiæ, præcepit morti ſemper eſurienti, præcepit abyſſis, D & inferno, vt mundo reſtituat Saluatorem. Ita *Eucherius Lugdun.* Eucherius Lugd.

Poſt triduana itaque ſtatiua in *Piſcibus*, ſignū Leonis Sol ingreſſus eſt, cum tertia die ſurrexit à mortuis. *Sol in Leone.*

De hoc Leone vaticinatus eſt Iacob. *Catulus Leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum.* Geneſ. 49. Dicitur hic Dominus Ieſus Catulus Gen.49. Leonis, ſiue quod eſſet filius Dei fortiſſimi, quatenus Deus eſt: ſiue quod, in quantum homo, filius eſſet Dauid viri magnanimi, & inuicti bellatoris, qui cum adoleſcens eſſet, cum vrſis & leonibus ludebat: aſcendit in Crucem ad prædam; nam exaltatus à terra, omnia traxit ad ſeipſum & SS. Patres eduxit de limbo.

Requieſc-

Requieſcens verò accubuit, quando poſitus A fuit in ſepulchro, & anima eius à laboribus & doloribus cepit quietem, & tunc nos tanquam Leæna vt catulos ſuos peperit & efformauit & ad vitam vnà ſecum ſuſcitauit diuinam.

Tradit namque ex Phyſicis Eucherius catulum Leonis, cum natus eſt triduum dormire, tertio autem die fremitu patris tremefacto cubili, excitari. Ita & Chriſtus tertia die, per ſuam, & Patris potentiam, qua ſimul terræ motum induxit, verus Leo de tribu Iuda reſurrexit.

Sol in Tauro. E ſigno igitur Leonis, ad ſignum *Tauri* tranſitum faciens, in Cœlum, vnde venerat, aſcendit, quod Moyſes dum ſingulis tribubus moriturus benedicẽs, ad Ioſeph perueniſſet, his verbis expreſſit: *quaſi primogeniti Tauri pulchritudo eius*, cornua Rhinocerotis cornua illius.

Quæ verba DD. referunt ad felicem illam B lætamque Ioſephi inaugurationem, quando triumphantis inſtar curru Regis conſcenſô, vectus per vrbem regiam, præcone clamante, vt omnes ei genua flecterent, primam à rege dignitatem adeptus eſt: cuius pulchritudinem tãtam fuiſſe aiunt, vt viri operibus ſuis dimiſſis in plateas eius videndi gratia procurrerent & virgines ad feneſtras conuolarent: quaſi primogeniti *Tauri* pulcritudo eius. Vera Chriſti Domini cœlos conſcendentis figura, de quo cœleſtis ſponſa admirabunda: *ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus: ſpecioſus forma præ filiis hominum*: pulchritudo tua vt primogeniti, imò vnigeniti à Patre, Cornua in manibus tuis, vbi abſcondita eſt fortitudo Crucifixi, dum eleuaris in virtute & fortitudine tua.

Sol in Libra. Denique Sol hic noſter Iuſtitiæ in *Libra* ſpectandus eſt, dum extremæ diſceptationis imminente iudicio, à Patre viuis, mortuiſque datus arbiter, rectè atque ex ordine mortalium cauſas aderit cogniturus. Hos in vitam æternam, illos verò in ignem abiiciens ſempiternum.

Et hic Solis noſtri Zodiacus eſt, *Ζωῆς ὁδὸς* vitæ via, ſed noua & viuens, quã ipſe nobis initiauit πρόσφατον, id eſt; recentẽ, nouam nullius pede hactenus calcatam, vt quotquot eam poſt ſe ingredi voluerint, virtutes quas hic exercuit, imitando, *vitam habeant, & abundantius habeant*, S. Auguſt. in Pſal. 36. hæc namque veriſſima boni Chriſtiani nota eſt, planè ad mentem B. Aurelij Auguſtini, dicentis: *Chriſtianus eſt, qui non aſpernatur viam Chriſti, ſed vult viam Chriſti ſequi, per paſſiones ipſius: Noli per aliam viam velle ire, quam per illam, quâ ipſe iuit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via: alia fortè delicias habet, ſed latronibus plena eſt.* Et paulo anterius. *Per dura ambulauit, ſed magna promiſit: ſequere. Noli tantum attendere, quà iturus es, ſed & quò venturus ſis. Tolerabis dura temporalia, ſed ad lætitiam peruenies ſempiternam.*

Neque vlla nos dubitatio incertos premat: iam pleni gaudijs cœleſtibus incedunt, quotquot hæc Chriſti Ducis ſui cruenta veſtigia preſſerunt: bis victores, & ſui ipſorum & moleſtiæ alienæ, hoc vnum inter potiſſima felicitatis ſuæ decora reputantes, potuiſſe per ignes, & Cruces præeuntem Chriſtum ſequi. Nos interim humiles animæ, quibus læua ſub parte mamillæ generoſum nil hactenus ſaluit, vel hoc ſaltem exemplo concitati, præeuntes homines ſubſequi ne formidemus, quo tandem reſumptis animis alacriores effecti, eum penitus aſſequamur, qui nos ſibi conformes fieri volens, vt S. loquitur Cyprianus, *tenere voluit in* S. Cyprian. *vita, quod exhibuit in perſona.*

R. P. HADRIANI
LYRÆI
E SOCIETATE IESV
DE IMITATIONE
IESV PATIENTIS
LIBER SEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Mors Chriſti IESV, *Nouo homini Moriendi ſpeculum, Morituro ſolatium, Morienti diſciplina.*

COmmune Mortalium votum eſt
MORI BENE.
Votum illud ne Caro eludat, aut fallat Mundus:
MORI DISCENDVM EST.
Parùm ſecurè ſperatur in morte
Quod non eſt ſolicitè præoccupatum in vita.
Non eſt quidem arbitrij noſtri viuere, aut mori
Quando lubet;
Eſt tamen
Viuere bene, vt mori bene contingat.
Spatium definire non licet,
Præcipere modum licet.
Methodus bonæ Vitæ, eſt methodus bonę Mortis.
Et quia id prouidere Prudentis eſt,
Id agere Felicis eſt.
Ne fallat deſiderium, præueniat ſtudium.
Diſce quod aliquando exercere cupis:
Id namque aut ignorare, aut ſcire nolle
Meditata inertia eſt,

Quæ

Quæ te, ne occupet, omni ſollertia caue.
DISCE ERGO MORI.
Quod, qua ratione aſſequaris
Chriſtus IESVS
Liber ſcriptus intus, & foris
Compendiariò hîc docet.

Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Hierem. 2. 19.

Videmus Ieſum propter Paſſionem Mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. Heb. 2. 9.

Quæ verba ſic exponit Theophylact. Bulgarorum Archiepiſc.

Sicut medicus, cùm videt ægrotum faſtidire cibos & pharmaca, prior ipſe ea ſumit, vt ægrum ad ea ſumenda inducat: ita Chriſtus prior guſtauit mortem, vt eam guſtare non horreat Chriſtianus.

Ad bene moriendum viuendum eſt bene!

Nu. 23. 10.

QVod olim vel cæcus ille, vel impius ex Ammonitarum populo Ariolus, nihil in rebus omnibus morte Iuſtorum præſtantius arbitratus optauit, dicens: *moriatur anima mea morte Iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia:* bene id quidem pronuntiaſſe cenſendus erat, niſi peculiaris illa conditio, quæ res ipſas veſtire conſueuit, improuidum hominem defeciſſet: nam vti nemo Hieroſolymis emori poteſt, qui Hieroſolymis non vixit; ita nec mortem Iuſtorum obire poſſe, qui vitam Iuſtorum non duxit, in confeſſo eſt.

Rectius proinde ac ſapientius dixiſſet Balaam: viuat anima mea vita iuſtorum, vt moriatur morte Iuſtorum. Illa namque vita, vel ex Iuſto vno, qui Iuſtos omnes ſupergreditur collecta, ſi fuerit à nobis antè, ſedula imitatione expreſſa, mortem docebit obire eiuſmodi, quæ optatam nos metam contingere, quemque voluerimus exitum faciat obtinere.

Magiſtro hic opus eſt S. Ambroſ.

Sed abſque magiſtro addiſci nil tutò ſolet, nil vero magnum obtineri, vnde teſte ſuauiſſimo, doctiſſimoque Ambroſio: *Primus diſcendi ardor, nobilitas eſt magiſtri.* Et quid nobilius eſt Filio Dei? quid ſapientius eo, qui ſapientia eſt Dei Patris? qui idcirco hominem induit, vt nos homines & doceret viuere, & mori bene, monente Apoſtolorum Principe Petro, ne velimus eſſe alienæ perfectionis ſpectatores otioſi, dum, inquit, *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.*

1. Petri 2. 21.

Pro! qualia veſtigia, etiam ſanguine ſuo ſignata: & ab eodem adhuc calentia, vt præeuntem Dominum in vita, & morte non pigeat ſequi.

Chriſtus ſequendus in vita.

Et ad Vitam quidem quod attinet, iam prioribus ſex libris quam ille nobis de Cathedra crucis lectionem fecerit, audiuimus, cuius vt lingua ſuaſit virtutem, ſic vita profectò debuit perſuaſiſſe. Quod ſi needum pro fide eius conteſtanda mori, per vulnera aut cruces in amantis Dei, ac præeuntis amplexus ruere detur, *cum eo ſaltem*, vt *S. Cyprianus* loquitur: *lotis pedibus panem Angelorum edamus, cum eo crucifixi mundo viuamus.* citra ferrum & ſanguineos ſudores ſtat animi vera ſubmiſſio, ſtat diſſimulatio acceptæ iniuriæ & conſtantis patientiæ robur, & enormium fuga ſcelerum & malarum victoria concupiſcentiarum: vltra ſerium ſtudium, & vegetum voluntatis conatum, nihil exigitur, vt proinde Chriſtum in vita imitatum eſſe ſit voluiſſe imitari.

S. Cyprian.

Chriſtus imitandus in morte.

Ad Mortem verò quod ſpectat, quid eâ grauius! in qua momentum ingens, ac pondus tale ſit, quale cetera omnia nunquam viderunt, in quibus, ſi fortè vſpiam exerratum ſit, facile corrigas, hic vero vel ſemel peccaſſe perpetuum eſt, vt iure maximum, præſtantiſſimumque exemplum, iuxta quod exigatur dum adhuc viuitur, ipſa requirat.

Et eheu! quam multos videas, cum in grauem periculoſamque ægrotationem inciderunt, ipſius mortis colore ante mortem expalleſcere, & turbari vehementius; cum mox timent id futurum, quod aliquando vixdum cogitârant, didicerant verò nunquam?

Atque his verè dici poſſet, quod de bellica ſcientia *Caſſiodorus* ait: *Ars bellandi, ſi non præluditur, cum neceſſaria fuerit, non habetur.*

Caſſiodor.

Inſcitia omnium miſeriarum mater: neſcire mori, & vltimo momento diſcere velle, quod tota vita fuerat diſcendum.

Ceteras artes ſine magiſtro non diſcimus, & hæc tam vilis ſit, vt præceptore non egeat? inquiebat *S. Hieronymus* contra eos, qui doctrinam Chriſtianam ſine magiſtro addiſcere volebant: ego vero illis qui moriendi artem, tam parui faciunt, vt Doctorem non requirant, libens repræſento.

Scire mori ſors prima viris. ——

Clamabat olim in excerptis *Seneca*, & alius paulo felicius ſpeculatus:

Seneca.

Vt felix poſſis viuere, diſce mori:

eſſe namque poteſt, & verò aliqua eſt, vt viuendi, ita & moriendi Ars, eo pluris facienda, quod ſi quid peccetur in aliis diſciplinis, facile corrigi poſſit, hic autem nunquam. Aut eam hęc

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Seneca. Veritas ſententiam ab Annæo Seneca expreſſit, A dignam, profectò! quæ in hunc cenſum admittatur: *Viuere*, inquiebat, *tota vita diſcendum eſt; & quod magis fortaſſe miraberis, tota vita diſcendum eſt mori. Tot maximi viri relictis omnibus impedimentis, cum diuitiis, officiis, voluptatibus renuntiaſſent, hoc vnum in extremam vſque ætatem egerunt, vt ſcirent: plures tamen ex his nondum ſe ſcire confeſſi, è vita abierunt.* Rectè: ab hac ſiquidem vna ſcientia totius vitæ felicitas dependet. De ſumma rerum agitur, quando mors vocat. Nullum in omni vita grauiorem nullum magis ſerium laborem habemus, quam hoc vnum mori.

Ad hunc nouiſſimum, ſed & difficillimum ac periculoſiſſimum laborem nos omni vita præparare debemus, nullis hic impendiis, nulli operæ parcendum. Perſpectum id habuiſſe debuit B

Antiſthen. *Antiſthenes* qui apud Laërtium lib. 6. c. 1. interrogatus, quid apud homines foret beatiſſimum, reſpondit felicem eſſe mortem; cuius ne aliquando obliuiſceretur

Frederici Imp. Symbolum. *Fredericus* Imperator, idipſum pro ſymbolo vſurpauit: *Morte beata nihil eſt beatius*: quod item

Fredericus III. *Fredericus tertius* crebris ſolebat amplificare ſermonibus, dicens: *nihil eſſe felicius felice exitu*.

In quo ſita ſit bona Mors? In quo verò felicitas hæc ſita ſit, ſi quæras? paucis explico: verba Dei audiens, exemplum, quod ſtatuit, imitare; & beatam fueris promeritus εὐθανασίαν.

Primum liquere arbitror, cuius tanta hic virtus atque efficientia eſt, vt nequidem hic mori, qui ita moritur, dici poſſe videatur, quod in hunc modũ ipſemet Dominus, cuius teſtimoniũ C verum eſt, teſtatum omnibus confeſſumque reliquit: *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem*

Ioan. 8. 52. *non guſtabit in æternum*. Ioan. 8. 52. Magnum Verbum, quod & de vtraque Morte veriſſimum eſt. De ſecunda quidem, quia mortem æternam non guſtabunt, quod damnati faciunt: qui mortis & inferorum amaritudinem lentè maſticant, & tamen perpetuò deglutiunt totam. De morte vero naturali itidem dici poteſt, quod eam iuſti non guſtent: tum quia mors momentanea eſt animæ, corporiſque ſeparatio: tum quia eius adiuncta, ſiue periſtaſes, ſcilicet, dolores, vitæ priuatio, eiuſque ſenſus, diuini iudicij metus, & cetera eiuſmodi, propter quæ dicitur ipſa mors, vel memoria eius amara, illis D ſuauia ac dulcia ſunt, dum probè meminerunt per mortem momentaneam, ſe vitam mercari ſempiternam, ſeque non vicinos fieri exitio, quando ſic moriuntur, ſed exitui appropinquare, vt S. loquitur *Auguſtinus*.

Ad ſecundum verò quod attinet, Exemplum ſcilicet bene, ſanctéque moriendi, de eo dubitari non poteſt, cum tanta illud nobis ſollicitudine compararit, monente nos omnes Apoſtolorum Principe Petro 1. 2. 21. in hoc vocatos

1. Petri. 2. 21. eſſe: *quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens Exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*. Inter ea verò, quæ plurima nobis expreſſa reliquit, nulla præ-

A clariora illis, quæ ſub vitæ finem in monte Caluariæ reliquit, vt, quod Exodi 25. legitur, hic Exod. 25. 40.
vſu euenire omnibus rectè poſſit: *inſpice & fac ſecũdum exemplũ, quod tibi monſtratum eſt in monte*, ſcilicet ad bene ſanctéque moriendum: tempore iſtud ceteris poſterius nobis vero vicinius, maioribus vtique ſtudiis proſequendum.

Neque enim abs re factum eſſe credendum, quod moriturus Chriſtus diem Paraſceues elegerit, qui præparatorius erat: oſtendere ſiquidẽ voluit, illis mortẽ ſuam & paſſionẽ profuturã, qui propriã mortẽ præueniant, & ad illã bonis ſe operibus diſponant: ita Philoſophatur S. Bern. ſ. 5. in S. Bernard. in vig. nat.
vig. Nat. Dom. *In paraſceue*, inquit, *paſſus eſt, id eſt, in die præparationis, meritò omnibus dicitur, ſanctificamini hodie, & eſtote parati: iis ſiquidem maximè prodeſt* B *Chriſti mors, & paſſio, qui mortem propriam præuenientes, & præuidentes, ad illam ſe, virtutum Chriſtĩ imitatione diſponunt, vnde & lætiſſimus eos exitus manet & tranſitus periucundus, cum nemo, teſte Vegetio, id facere timeat, quod ſe nouit bene didiciſſe.* Flauius Vegetius.

Verùm inquies, Chriſtum Dominum non Reſponſio ad obiecta.
hominem tantum, ſed & Deum eſſe, qui gigantis inſtar præcedat, adeoque nos illum æquis paſſibus conſequi non poſſe.

Fateor, ſed quo pertingere nequiuerimus, illic cum ſponſa vociferabimur, *trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*. Chriſti exem- 1. Cant. 3.
pla vnguentum referunt, vtpote quæ ſpirent de ſe odorem ſuauiſſimum, quo ad imitationem Domini delectabiliter trahatur & ſeruulus, id C agente Patre cæleſti circa nos famulos ſuos, quod is, qui columbas ad ſe allicere conatur; vnam aliquam hic vnguentis fragrantibus delibutam emittit, cuius odore cæteræ allectæ, periſtereonem ingrediantur: ita ille filium ſuum, quem vnxit ſpiritu ſancto & virtute, ad nos miſit, cuius fragrantia ad ſe nos ille pelliciat, maximè, eâ quam ſub vitæ ſuæ cataſtrophen ſuauiſſimè ſparſit, dum perfectam nobis moriendi tradidit diſciplinam, vt quibus ille ad mortem paſſibus tetendit, & nos omnes conſtanti animo contendamus, angelicæ vocis dignandi oraculo, quod incarnatæ ſapientiæ vates, & amor Ioannes audiſſe ſe meminit, cum Apocalypſ. 14. ſic Apoc. 14.
loquitur: *& audiui vocem de cælo dicentem mihi,* 13.
D *ſcribe: beati mortui qui in Domino moriuntur*: quid enim mori in Domino aliud eſſe poſſit, non video, quam hominem in Dei Domini ſui commemoratione, amore atque imitatione animam efflare, amodò, ſancti Spiritus teſtimonio requieturum à laboribus ſuis: iuxta Patris optimi ſanctiſſimam voluntatem, quam in ſponſi Salomonici perſona dilectæ Sulamitidi ſuauiſſimè aperuiſſe legitur, cum dixit: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio*. Cum enim Cant. 8. 6.
ſponſus ſub malo crucis ſponſam ſuſcitaſſet, conuenienter ab ea popoſciſſe voluit vt ſui effigiem iugiter in corde & brachio, id eſt, in mente

&

& operatione circumferret, nil aliud viſura nil cogitatura aut operatura aliud, quam Chriſtum crucifixum, cui quanto fortius per imitationem inhæſerit, tanto ei ſimilior cùm in vita, tum in morte futura ſit; *fortis enim*, aiebat, *vt mors eſt dilectio*, cuius tanta agendi facultas, tanta vis, atque potentia ſemper fuiſſe dicitur, vt mortis inſtar animam à corpore extorqueat, hominemque nouum pro accepta à Chriſto forma, tam robuſtum faciat, vt nullis illecebrarum blanditiis, nullis aduerſitatum minis cedat, ſed contra audentior inſiſtens, eiſdem, quibus ille veſtigiis mortem prior obijt, & ipſe eandem, vitâ feliciter exactâ, oppetere non formidet.

S Bern. ſer. 22. in Cant.

Norat id *S. Bernardus*, dum ſic ſcripſit: *Cum defecerit virtus mea, non conturbor, non diffido, ſcio* B *quid faciam, calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: fidenter quod mihi ex me deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant. Peccaui peccatum grande turbabitur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Deficiente ſapientia, Iuſtitia non ſufficiente, Sanctitatis ſuccūbentibus meritis Chriſti Paſſio ſuccurret.* Serm. 22. in Cant.

Atque huc in præſentiarum nobis collineandum eſt, videndumque in primis, quomodo id laudabili illo ſuo, præſtantiſſimoque nos docuerit exemplo, vt qui viuere ab illo didicimus, & Mori quoque ab eodem nō ſegniter diſcamus, ac demum cum ipſo ad gloriam reſurgamus C æternam. Quare vt ab eo, quod est totum omnium fundamentum eſt, atque ab illius vitæ exordio, quo mori cœpit, initium duxit, incipiamus, ſit nobis:

DOCVMENTVM I.

Moriendi voto antè nuncupato, mori.

Mors latro inexorabilis.

QVi mortem hominis latronem, coram Hadriano Cæſare olim appellauit, verè ac prudenter de ea pronuntiaſſe cenſendus eſt, vtpote quæ momentis ſingulis vitæ noſtræ partem aliquam ſubripit, minutiſque iſtiuſmodi, & D clandeſtinis furtis, vitam omnem paulatim tollit, ac totum tandem hominem in ſuam redigit poteſtatem. Vnde factum veteres illos Chriſtianæ fidei exſortes ethnicos, licet Mortem inter Deos ſuos numerarent, nulla tamen ei, vt Diis alijs templa exædificaſſe, nulla erexiſſe altaria, nulla ſacrificia obtuliſſe, quod ſcilicet inexorabilis eſſet, & quiſquis illi preces funderet, ſurdo canere cenſeretur. Ex quo perſpicuè intelligimus, quam inanis quorundam ſenum habenda conſuetudo ſit, qui nimia vitæ cupiditate, variis vti artibus conſueuerunt, vt vel ſibi falsò impenant, multos etiamnū annos ſupereſſe, hoc minorem ſe natu fingente, partemque aliquam ætatis detrahente, vt hoc pacto ſibi tamquam A iuueni blandiatur, & qualiquali mendacio lactet:

Senum vana dementia.

Illo, vbi crines omnes è capite præ ſenio defluxiſſe cernit, ætatis vitium arte ſupplente, capillũque ſibi adſcititium imponente, quo mortem necdum ad ſe accedere debere, imaginetur. Iſto capillos tingente, & aduentitio colore imbuente canos ſuos, vt ſenem ſe exuiſſe autumet, ac viridem denuò ætatem ſibi gratuletur. Sed lynce oculatior Mors eſt: nihiloque profectò ſerius ius illa ſuum depoſcet, vt rectè dixerit Seneca: *Mortem nulla diligentia euitat, nulla felicitas domat, nulla potentia vincit.*

Seneca l. 2. nat. 4. q. cap. vlt.

Melius proinde ac ſanctius illi facere iudicandi ſunt, qui ſe huic conſtanti fronte ſubiiciunt, quodque ſibi à Deo procreatore tributum impoſitum non ignorant, certi exſoluunt, vtque maiore virtute, atque promerito id præſtent, interpoſitis religioſis verbis promiſſum adiungunt. Exemplum edidit in ſe Dominus Ieſus. Tradunt ſiquidem Doctores Scholaſtici, nec refragantur antiquiores Eccleſiæ Patres, Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, ſimul atque in Virginis matris vtero, cœpit homo eſſe, Votum mortis in cruce ſubeundæ concepiſſe, ac Deum Patrem gratiſſimum hoc habuiſſe, mandaſſeque vt ſolueret, atque hæc magni *Franciſci Suares* eſt commentatio tomo 2. in 3. p. q. 28. ſect. 2. vbi ſic loquitur: Aliqui probabiliter opinantur, ſicut Chriſtus habuit præceptum moriendi pro hominibus, ita etiam de eadem re votum emiſiſſe: Atque ad hoc accommodant illud Pſalmi 21. *vota mea reddam &c.* Nam pſalmum illum de Chriſto omnes interpretantur: in eo enim habentur verba illa, quibus Chriſtus in Cruce vſus eſt, *Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti?* & ita *Gloſſa* ibi verba illa de Chriſto interpretatur. Et quamuis D. Thomas probabiliter dicat, Chriſtum ibi eſſe locutum in perſona ſuorum membrorum, ſi tamen propriè, & ſine incommodo poteſt de Chriſto intelligi, cur non ita interpretabimur? nam & S. Hieronymus ibi inter alia inquit: *vota Chriſti ſunt Natiuitas vel Paſſio, vel myſterium corporis & ſanguinis eius.* Quæ non poſſunt vota dici, niſi quatenus voto oblata ſunt. Eodem ferè modo exponit Auguſtinus ibi. Baſilius verò & Theodoretus addunt, votum ibi propriè ſignificare promiſſionē. Eſt igitur probabile, Chriſtum in primo inſtanti conceptionis ſuæ, ſe voto conſecraſſe Deo ad redimendos homines, & in hunc finem omnes actiones ac paſſiones vitæ ſuæ (inter quas prima ria fuit Mors) voto obtuliſſe.

Chriſti votum de Moriendo pro hominibus. Franciſci Suarez *ſententia.*

Pſal. 21.

Ad P. Franciſcum Suares accedit, vt vitæ ſocietate, ita & doctrinæ ſuffragio coniunctiſſimus P. Laurentius Maſellus lib. 3. ca. 19. de Vita B. V. M. vbi in hunc fere modum diſſerit, Chriſtum ipſo temporis momento quo humanitas cum diuinitate hypoſtaticè coniuncta fuit, plenum rationis, ſanctitatis, ac beatitudinis, Dei eſ-

Laurent. Maſelli *doctrina de voto Chriſti.*

ſentiam, ritu cælitum, infinitis tamen partibus perfectiùs intuitum, pro tanti beneficij immenſitate, totum ſe Deo patri, totum, inquam, filiũ, Deum hominem factum, ad omnes pro liberandis mortalibus indignitates & ipſius Crucis contumeliam & infamiam ſufferendam, voto libenter, volenterque concepto obtuliſſe: cum enim videret, placere cæleſti Patri, vt vitam pro mortalibus, ſupplicio Crucis profunderet, vltro ſe ad eam ſic ponendam, obſtrinxiſſe, quod non obſcurè pſaltes regius expreſſit, cum in eius perſona ſic cecinit, dicens: *Vota mea Domino reddam.*

Sed quid pluribus opus, vbi gentium Doctor Paulus rem totam ſuis verbis abſoluit, ad Hebræos cap. 10. ſic ſcribens: *Ideo ingrediens mundum dicit: hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocautomata pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi ecce venio*, vt ſcilicet, pro priſcis hircis, bobus, & agnis, quæ te placare non poterant, corpus meum, ſanguinem & vitam tibi in ſacrificium pro peccatis & redemptionem hominum offeram, quod ex mente S. Thomæ ſupra, & S. Anſelmi in primo ſuo aduentu & ingreſſu in mundum perfectiſſime fecit. [Heb. 10. 6.] [B]

Beata membra, quæ ad tantum ſui Capitis exemplum ſe componunt! magno Scholæ theologicæ Angelo applaudente; poſtquam enim de more ſuo quæſiuiſſet, vtrum opus excellentius ſit, maiorique meriti, quod ex voti obligatione fit, quam quod abſque illa? Reſpondet 2. 2. q. 88. art. 6. multo illud præſtantius, Deoque gratius fore, quam ſi libera, ac ſoluta fieret voluntate, neceſſe enim eſſe, vt opus quodcunque inferioris virtutis, ſi ad ſuperiorem referatur, vel à ſuperiori virtute imperetur, eo ipſo nobilius, ac laudabilius efficiatur, vt Iuſtitia, aut Fortitudo, ſi ex charitate exerceatur, eiuſque functiones ad charitatis imperium exigantur. Cum igitur religionis virtus, ſine dubio virtutibus moralibus antecellat, votum autem ſit pars quædam, vel actus religionis; ſequitur, vt moralium omnium virtutum officia voti vi expreſſa, quiddam maius acquirant, quam ſi à ſua quæque virtute elicerentur: quod probè intelligentes præſtantiſſimi illi virtutum athletæ, mortem, quam vt peccati pœnam, lege Iuſtitiæ perſoluere debebant, voto accedente, Religioni pendere voluerunt, tanto maius, atque excellentius præmium promerituri, quanto Religionis virtus, moralibus antefertur, iuxta ſapientiſſimi Regis atque Eccleſiaſtæ conſilium: *quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas* Eccle. 9. 10. [C] [S. Thomas 2. 2. q. 88. a. 6. *Mors vota perfectior. Quæ cauſſa?*] [Eccl. 9. 10.]

Inſuper, accepti beneficij gratiam habere cupientes, cum multis ſe nominibus Deo magnopere deuinctos eſſe non ignorarent, obligationi ſuæ vel hoc modo, reſpondere conati ſunt, quo vitam ſuam illi ſponte, lubentique animo offer- [A] rerit, qui propriam tanta voluntate ſuis antè fuerat elargitus.

Atque inter hos merito numerandus mihi viſus eſt P. Didacus de Saura, vir planè Apoſtolicus, atque in Societate Ieſu, magna ſanctimoniæ laude conſpicuus, de quo ſcribit *P. Ioannes Euſebius Nirenbergius in vitæ eiuſdem hiſtoria*, conſueuiſſe quotidie votum edere ponendi vitam, pro conuerſione peccatorum, gentilium, & hæreticorum vitaque perfectiore Iuſtorum. [P. Didacus de Saura.]

Quin & claſſem hanc augeat venerabilis illa Virgo Aloyſia de Caruajal Hiſpana quæ votum fecit moriendi pro Chriſto, hoc eſt, omni modo licito martyrium quærendi, faciendique quod perfectiſſimum iudicaret. *Munoz in Vita.* [Aloyſia de Caruajal.]

DOCVMENTVM II.

De morte ſua loqui frequentius, eamque cupidius deſiderare.

ITa Chriſtus fecit.

Mirum eſt quantis verborum phaleris caræ Sionis memoriam Propheta regius celebrarit, vt Pſal. 136. dicere hæc veritus non fuerit: *ſi oblitus fuero tui Ieruſalem, oblinioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non propoſuero Ieruſalem in principio Lætitiæ meæ.* Verùm omnia ſuperauit, lõgeq́ue exceſſit Chriſtus, dum non turrim aliquam arcemue hoſtium ſpoliis diuitem, aut opulentam regis domum, qualem in Sione ſtruxerat Dauid, ſed mortem ſibi incumbentem amatiſſimam aſſiduè non deſiit commemorare, nulla temporis, lociue diuerſitate præpeditus: iam inter ambulandum cum diſcipulis in via, Lucæ 18. 31. Marci 10. 32. *Erant autem in via aſcendentes Ieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant, cœpitque illis dicere, quæ eſſent ei euentura: quia ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis & ſenioribus & damnabunt eum morte* &c. vbi gloſſa: præcedebat eos ad mortem imperterritus, hilaris & promptus ad paſſionem. Iam in familiari colloquio cum Principe Nicodemo, qui ad eum venerat nocte Ioan. 3. 14. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* Item. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificans, qua morte eſſet moriturus* 12. 33. Iam inter cænandum cum Lazaro in Bethania miniſtrãte Martha, & Maria pedes eius vngente, quam vt à Iudæ petulantiore conuicio defenderet, *ſinite*, dixit, *illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.* [Pſ. 136. 5. *Chriſtus frequenter loquebatur de morte ſua.*] [C] [Luc. 18. 31. Marci 10. 32.] [D] [Ioan. 3. 14.] [Ioan. 12. 33.] [Ioan. 12. 7.]

Iam inter transfigurati corporis, quod mirum, delicias, dulcemque gloriam, in qua Moyſes & Elias loquentes cum illo *dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* Lucæ 9. 31. nulla ei gratior muſica quam de Morte colloquiũ: adeo vt ne in tantis gaudiis eius, quam [Luc. 9. 31.]

tan-

tantopere amabat, deſiderari memoriam pateretur.

Neque hæc obiter, aut velut in tranſcurſu attigiſſe contentus, ad horam illam anhelare perpetuò, eamque ardenter expetere, ſæpiſſimè auditus eſt. Primò apud Lucam cap. 12. 50. *baptiſmo*, inquiens, *habeo baptiſari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?* quæ verba teſtibus S. Ambroſio, Lyrano, Dionyſio Rykelio, & aliis, deſiderium eius indicant, quo ad mortem ſubeundam Dominus inflammabatur, iuxta pſal. 87. 16. vbi ſic ore prophetico locutus inuenitur: *In laboribus à iuuentute mea*: quæ verba Genebrardus vertit, *exſpirans ſum à iuuentute mea*; vel vt Caietanus, *obiens ſum à puero*. Vatablus legit, *animam ago ab adoleſcentia*, veluti, qui lenta morte conficitur. Vnde SS. Patres totum hunc pſalmum ad mundi Seruatorem referunt, cui propter continuum mortis deſiderium, ſpirare, exſpirare fuit, quique verè dicere potuit, *moriens ſum à iuuentute mea*, à prima pueritia animam ago: quod *Theophylactus* præfata verba exponens confirmat, *baptiſmum*, inquiens, *mortem vocat, hāc autem valde deſiderans, quomodo, dicebat, coarctor, hoc eſt, quam ſolicitus & anxius ſum, ac premor donec perficiatur.*

Luc.12.50. — Pſ.87.16. — Theoph. — S.Irenæus.

Et congruit antiqua verſio, quæ apud *S. Irenæum* lib. 1. c. 18. inuenitur, his verbis: *alio baptiſmate habeo baptiſari, & valde propero ad illud.* vbi verbum *συνέχομαι contineor*, vertitur: ergo quomodo contineor, vel quomodo contineo me, vſque dum perficiatur mors, quomodo non propero ad mortem.

Marci 10. 38.

Neque hic tantummodo mortem ſuam baptiſmum vocauit, ſed & *Marci* 10. 38. *poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo, quo ego baptiſor, baptiſari?* Vbi notandum duplici metaphora vti, baptiſmi, & calicis, & vtraque re hilara illa, & multæ oblectationis Mortem deſignaſſe, veluti eam ſibi ad delectamentum & guſtum depoſceret, qualis in balneo, defrutoque ab hominibus auide ſolet delibari.

Eodem ſpectant verba illa, quibus imminente Paſſione & morte, ſuum erga eam affectum non obſcurè declarauit, *deſiderio*, inquiens, *deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Luc. 22. 15. quod vt mortem eius præfigurabat, ita quoque & aditum ad eam aperiebat, cuius oblata opportunitate quam hactenus tantopere concupierat, aſſequeretur.

Luc.22.15.

Præclarè id, de quo agimus, confirmat, quod nobis S. Catharina Senenſis, æui ſui gemmula, in epiſtola quadam ſcriptum reliquit, nempe poſtremam illam Chriſti luctam, quam agoniam vocant, ipſeque in horto Gethſemani ſuſtinuit, neutiquam ex imminentium tormentorum horrore, metuue aliquo mortis exortam fuiſſe, verum ex amore, ſtudioque patiendi, ac potiſſimùm ex prolatione moriendi, quod clare *S. Ambroſius* aſſeruit dicens: *non ex metu mortis, ſed*

S.Ambroſ.

A *ex mora noſtræ redemptionis*: vnde *S. Cyrillus* li. 11. in Ioan. c. 33. *Chriſtus non inuitus in periculum incidit, ſed obuiam factus, nec ſe ignoraſſe, quæ fiebant oſtendit, & potuiſſe facile præſcitum effugere demonſtrat, niſi vltrò ad paſſionem progrederetur.* S.Cyrill.

Meritò hinc exclamat *Bernard.* ſer. 3. in Cant. *Quantum eos diligebas, pro quibus mori cupiebas. Nobis vitam, tibi mortem affectabas. Sedulò conſiderate fratres, quantum eſt diligendus, qui ſe tradentem ad mortem ſic hortabatur, dicens, quod facis, fac citius.* S.Bernard.

Aliud, quamuis non aliò ſpectans adiungit *Chryſoſtomus* hom. 82. in Ioan. *Media*, inquit, *nocte, iter facit Chriſtus, torrentem tranſit, & ad locum proditori notum properat, vt laborem Iudæis demeret. Et oſtendit diſcipulis ſe ad mortem ſpontè proficiſci.* S.Ioan. Chryſoſt.

B

Quin & prioribus *S. Gregorium Niſſenum* ſubiungamus, qui eandem nobis veritatem confirmet; *non Pilati*, inquiebat, *ſententiam, non Iudæorum impetum exſpectat, ſed conſilio ſuo anteuertit, & arcano ſacrificij genere ſeipſum pro nobis hoſtiam offert, & victimam immolat, dum corpus ſuum diſcipulis edendum, & ſanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit Agni ſacrificium iam eſſe perfectum. Nam victimæ corpus non eſt ad edendum idoneum, ſi animatum eſt. Orat. 1. de reſur.* S.Greg. Niſſ.

Et hic alter ille eſt, ad Chriſtianam mortem apparatus ſcilicet ad eam anhelare, vt diuinæ voluntatis complementum, vitæ fructum, portum ſalutis æternæ. Bene, inquies, ſed interim res vna hæc longè moleſtiſſima, ac naturæ aduerſa: omnium namque rerum nil morte terribilius, nil acerbius, vt Ariſtoteles l. 3. eth. cap. 6. ſcriptum reliquit, & quomodo hanc velis à me adamari? *O mors! quam amara* eſt, inquit Sapiens Eccli. 41. *memoria tua?* ſi vel ipſa mortis memoria tam amara eſt, vt nec Sirachidæ ad explicandum verba ſuppetant, quam dura erit præſentia eius, ſi ſola amareſcit memoria, quid de guſtu fiat? Deſiderium Moriendi.

C

Eccli. 41.1.

Naturæ ſenſum cæleſtis gratia corrigere ſolet, quodque hic propria imbecillitate deficit, aliena vi, ſcilicet diuina, reſarcit, quo fieri ſolet vt ea quæ ante horrida, nunc ſuauis, & bella mors appareat, nihilque tanti fieri queat, quod eius cauſſa non vileſcat, vtpote quæ malorum finem, laborum terminum Dei arbitrio feliciſſimè adducat.

D

Adde, vel ex ſagaciſſima mente *Ambroſij*, mortis memoriam à Ieſu Sirach amaram dici, non quod ipſa amara ſit, ſed quod impio amara: vita namque amarior, quam mors eſt: grauius eſt enim ad peccatum viuere, quam in peccato mori, quia impius, in quantum viuit, peccatum auget, ſi moriatur, peccare deſinit: Iuſtus vero quamdiu viuit, in exilio degit, cum moritur, ad patriam vadit: vnde benè *Ioan. Climacus* gradu 6. *Laude digniſſimus eſt is, qui omnibus diebus mortem expectat, ſed ille ſanctus, qui nulla non hora eam deſiderat*, quare S. Ambroſius eos laudabat, qui ardens Mors optanda, & quare

A dens quoddam mortis deſiderium haberent, cuiuſmodi profectò habuiſſe conſtat eos, de quibus *S. Paulus Heb.* 11.14. loquitur, dum ſe vt peregrinos & hoſpites, non vero ciues, aut poſſeſſores crederent huius mundi, confitentes quia peregrini ſunt ſuper terram, nam vt bene idem Apoſtolus obſeruat, qui hæc dicunt, ſignificāt ſe patriam inquirere, atq; hinc velle abire, melior ſiquidem mors eſt, quam amara vita, qualis hæc eſt, quantumuis hominum opinione beata, vt mors comparatione eius remediū haberi debeat, non pœna: vnde illuſtrem quandā vitæ ſanctimonia perſonam dicere ſolitam accepimus, ſi quid homini eligere fas eſſet, aliud quam mortem ſe electuram non eſſe, cuius beneficio animus timere deſinat, ne quid exinde

Heb. 11.14.

B committat vnquam, quod, quo minus purè Deus ametur, impedimento ſit: quod optimum illum formandis moribus magiſtrum *Ioannem Auilam* dicere fecit, ei etiam, qui non niſi mediocriter ad mortem comparatus foret, mortem tamen deſiderandam potius videri, quam vitam, idque ob aſſiduum, in quo degimus peccandi periculum, quod omne per mortem tollitur, dicente *Ambroſio, quid eſt mors, niſi ſepultura vitiorum & ſuſcitatio virtutum?* Sit itaque, eodem teſte Doctore, *quotidianus quidam vſus in nobis, affectuſque moriendi, vt per illam, quam diximus, ſegregationem à corporis voluptatibus, anima noſtra ſe diſcat extrahere, & tamquam in ſublimi locata, quo terrenæ adire libidines, & eam ſibi glutinare non poſſunt,*

S. Ambr.

C *ſuſcipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat.*

Sed perfecta atque abſoluta noſtra erit aſſertio, ſi quem S. Paullus innuit, cum dixit: *deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto* ſpiritum fuerimus aſſecuti. At quid, ais, Paulle, cur à corpore hoc ſolui & liberari cupis? an forte vt à laboribus prædicandi euangelij ferieris? minime: quin imò *glorior in tribulationibus meis.* Quapropter ergo? vt peccandi periculum euadas? nec ideo quoque: *certus ſum enim, quia nihil ſeparare me poterit à caritate Dei.* erat namque in gratia confirmatus. Quare ergo tantopere ad mortem aſpiras? quia amore langueo, vt vnam Dei voluntatem adimpleam, eique in cæleſti regno

Phil. 1.23.

D coniungar. Recte: Amor ſiquidem vnionem quærit, tam per conuictum, quam animorum concordiam, bonorum, ſecretorumque communicationem, quod donec ex hac vita diſceſſerimus nunquam fiet.

Et hanc quidem veritatem intellexiſſe viſi ſunt ſapientes viri etiamſi lumine reuelato expertes; ita namque Romanus Seneca ad conſolandam Marciam in morte filij legitur Philoſophatus. *Quis,* inquit, *tibi recepit, illud pulcherrimum filij tui corpus, & ſumma pudoris cuſtodia, inter luxurioſæ vrbis oculos conſeruatum, potuiſſe ita morbos euadere, vt ad ſenectutem formæ illæſum perferret decus? Cogita animi mille labes: Neque enim recta ingenia, qualem in adoleſcentia ſpem ſui fecerant, vſque in*

Senecæ de mortis deſiderio ſententia.

A *ſenectutem pertulerunt: ſed interuerſa plerumque ſunt. Aut ſera eoque fœdior luxuria inuaſit, & coëgit dehoneſtare ſpecioſa principia: Aut in popinam, ventremque proiectis, ſumma illis curarum fuit, quid eſſent? quid biberent?* &c. Et paulo poſt: *nihil,* inquit, *eſt tam fallax, quam vita humana, nihil tam inſidioſum. Non me Hercule quiſquam accepiſſet, niſi daretur inſciis.* Et paucis interiectis. *Præter hoc etiam omne,* inquit *futurum incertum eſt, & ad deteriora certius: facilius ad ſuperos iter eſt, animis cito ab humana conuerſatione dimiſſis: minus enim fæcis, ponderiſque traxerunt: antequam obducerentur, & altius terrena conciperent, liberati, leuiores ad originem ſuam reuolant, & facilius, quidquid eſt illud, abſoluti tranſfluunt. Nec vnquam magnis ingeniis cara in corpore mora eſt: exire, atque*

B *erumpere geſtiunt; ægrè has anguſtias ferunt: vagi per omne ſublime, & ex alto aſſueti humana deſpicere. Inde eſt quod Plato clamat, Sapientis animum totum in mortem propendere: hoc velle, hoc meditari; hac ſemper cupidine ferri in exteriora tendentem.* Et infra. *Hæc,* inquit, *quæ vides, oſſa circumuoluta neruis & obductam cutem, vultumque & miniſtras manus, & cetera quibus inuoluti ſumus, vincula animorum, tenebræque ſunt. Obruitur his animus, offuſcatur, inficitur, arcetur à veris, & ſuis, in falſa coniectus. Omne illi cum carne graui certamen eſt, ne attrahatur & ſidat, nititur illo, vnde dimiſſus eſt, ibi illum æterna requies manet, pro confuſis, craſſiſque, pura & liquida viſentem.*

Mors igitur bona eſt, & vt de tali recreantur Iuſti, qui eius beneficio peccata euadunt.

C Norat id inter Chriſti Auos nominatiſſimus Ieſſeus *Dauid*, cum Pſalm. 41. ſic caneret: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Pſ. 41. 2.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: vbi eſt Deus tuus?

Qui ſitis metaphora vtitur ad exprimendum deſiderium ſuum, intelligenti quid ſitis ſit, dixit ſatis: *optemus itaque,* aiebat *S. Cyprian.* l. de mort. *vt cito ad Chriſtum venire contingat, daturus eſt enim maiora gloriæ præmia iis, quibus fuerint erga ſe deſideria maiora.* S. Cyprian. l. de morte.

D Viderat id quoque clareque perſpexerat cygnæus *Simeon*, luſtricus ille Chriſti Domini pater, cum accepto eo in vlnas ſuas, benedixit Deum, & dixit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.* Luc. 2. 29.

Hos ſecuti ſunt, quotquot deinde exemplo Chriſti pellecti, mortem frequentibus vſurpaſſe ſermonibus, ad mortem anhelaſſe, eamque non ſegniter ſuſpiraſſe leguntur, nam, vt prudenter magnus ille Gebennenſium Antiſtes dicere ſolebat, *vt bene moriaris, officioſa mortem prenſatione ante concilies, neceſſe eſt.* D. de Sales.

Præ ceteris feciſſe id ſoliti Eligius Nouiodunenſis Epiſcopus, & S. Vincen. Ferrerius, qui de nulla re alia frequentius, quam de morte loquebantur.

Hæc

Hac ex cauſſa *S. Gulielmus Bituricenſium Antiſtes* exequias, funerumque comitatus diligenter obibat, in quibus crebriora de morte ſolent eſſe colloquia.

Eodem fonte manabat quod de S. Carolo Borromæo ſcribit Guiſſanus: oblectabat ſe, inquiens, valde cadauerum aſpectu Carolus, & libenter intererat eorundem ſepulturæ, dicebatque hoc ſibi plurimum prodeſſe ad mortis & vitæ æternæ memoriam comparandam.

S. Ioan. Alexand. Mirum, quod huc contuliſſe legitur *S. Ioannes Alexandrinus* Archiepiſcopus: ne vnquam de morte differendi abeſſet occaſio, ſepulchralem molem, quam ſibi pridem viuo adhuc ſpirantique exſtrui iuſſerat, imperfectam relinqui voluit, ita tamen, vt quaque feſta luce, dum inter ſummates, amicoſque infulatus aſſideret à machinario in hæc verba admoneretur: *Monimentum tuum in hodiernam vſque diem eſt imperfectum, Domine; iube ergo, vt id finem accipiat: incertum eſt enim, qua hora fur ingrediatur, nempe mors. Leontius Epiſc. Neapolitan. in Vita.*

Mos Imp. Oriental. Quod ab Imperatoribus Orientis vel ipſe mutuatus eſt Ioannes, vel illi certe Doctore hoc fuerint imitati, quibus id, dum coronarentur in more poſitum fuiſſe inuenimus, vt quatuor aut quinque lapicidæ varij marmoris fruſtra deferrent, inquiſituri ex quo vellent ſibi conſtrui ſepulchrum? *Idem.* Qui ſane omnes huiuſmodi mandata, legeſque nunquam tuliſſent, niſi & mortis ſibi gratam memoriam, & ſermones de ea inferri comprobaſſent.

Et rem quidem hanc ſine exteriore apparatu poſſideri poſſe; omnes Chriſtianæ vitæ, mortiſque æmulatores docuiſſe viſus eſt, non tam veſtium purpura, quam morum ſanctimonia eminentiſſimus *Robertus Cardinalis Bellarminus*, qui Cardinalis Bellarmin. moriendi cupidus, tantum, non mortem formidabat, vt etiam vltro accerſeret. Quare dum remotis arbitris ſolus eſſe ſibi videretur, pellem manu prehendens ac vellicans, cum bile ac ſtomacho aiebat. Quid agis caro putrida, ac vermium eſca? cur adhuc heres? quid ni diuelleris? cur me impedis, quo minus abeam ad domum meam? heu tandem aliquando abrumpete: Domine non poſſum diutius morari in terra: trahe me ad te: da mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcam. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Denique quando Cardinalem domeſtici conſolari volebant, vtique de morte cum ipſo ſermonem habebant. *In eius vita capit. 40.*

Nec aliunde Robertus ſpiritum hunc ſuxiſſe poterat, quam ab eo, cui meliores ſuos vitæ dies S. Ignatius de Loyola. in Societate Ieſu conſecrauerat, duce S. Ignatio de *Loyola*, qui Chriſtum Dominum ac Liberatorem videndi, ſicut eſt, tanta cupiditate flagrabat, vt eam ipſam ob rem, ſolui corporis vinculis vehementius indies optaret. Itaque ſi quando grauiorem incidiſſet in morbum, concepta migrandi ſpe, abſtrahebatur illico à ſenſibus, nõ ſine magno valetudinis detrimento: quo circa mentem à cæleſtibus rebus interim auocare, etiam atque etiam à medicis iubebatur. *Maff. l. 3.* Tanti eſt vel militem in manus præſtantis ducis incidere, vel ducem eiuſmodi milites nanciſci, qui quod in Duce obſeruarint, ipſi non ſegniter imitentur.

His Regiam fœminam adiungo *Margaritam Auſtriacam* Philippi III. Hiſpaniarum regis coniugem, quæ florentiſſimam ſuam fortunam, omnibuſque blandimentis adulantem, hac eadem pluſquam regia meditatione, in qua non ſegniter, ſed ſerio ſe exercebat modeſtiæ ſæpius admonebat: vtque altius in animum ea deſcenderet cogitatio, illatis crebrò ſermonibus, quaſi incuſſo malleo adigebat; quin regum ſepulchra inuiſere ac ſubire non dubitabat; non ſibi horrori, aut timori mortem eſſe arbitrata, ſed ex ea potius animo ſuo præcepta, ſolatiumque creati. Margarita Auſtriaca.

Sapientius vtique quam Auguſtus olim factitaſſe legitur, qui viſo Alexandri corpore, cum reliqua Regum conditoria, aperire vellent, inhibuit dictitans, Regem ſe non mortuos videre voluiſſe; hæc Reges ideo videre volebat, quia mortui erant, vt regia illa in ſchola, magno vitæ emolumento, diſceret mori.

Palatinam Virginem coniux Regia non gratatè admitteret, erit hæc B. illa Aldegondis, è regia Gallorum ſtirpe oriunda, quam vox cœlo allapſa iuſſit vni agno caſtum thalamum ſeruare: huic dies & noctes paſſim anni videbantur, præ ingenti illo, quo in mortem deſiderio ferebatur, cuius vnius beneficio cæleſtis ſponſi amplexibus potituram ſe ſperabat, nec vllum propè temporis momentum effluere ſinebat, quo ad eam penitiſſimo corde non anhelaret. *Surius in Vita.* S. Aldegondis.

Quis verò hinc ſegregem tulerit Aldonciam Caſtellanam, nobiliſſimam Virginem, cui dum hora ſuprema imminere denunciaretur, gaudio exiliens exclamaſſe fertur: collaudetur Deus meus? *& hæc vltima hora eſt, qua Dominus à famula offendi queat. Ioan. à S. Maria 1. p. l. 1. c. 1.* Aldoncia Caſtellana.

Eodem ſpiritu imbutam dixeris Angelicam Seraphinam Ferrarienſem, è S. Dominici ſodalitio Monialem, cui cum æquo tardior mors ipſa videretur, ad ſponſum conuerſa identidem verſiculum hunc repetebat; *educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo, Domine. Idem.* Angelica Seraphina.

Et hic primus officij gradus eſt, quo Mors prenſari ſolet, non illibenter de illa loqui: alter vero, ac priore dignior, ad Mortem vt ante dixi votis omnibus anhelare. Fecere id complures poſt Chriſtum, eius exemplo non voluntatem ſolum mouente, ſed & robur quoddam ac vires ſuggerẽte, quod S. Auguſtinus l. 9. c. 10. Confeſſ. expertum ſe cum Matre Monica ſcribit his verbis: *procurerat, vt credo, procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipſa ſoli ſtaremus, incumbentes ad* S. Auguſt.

quandam

quandam feneſtram apud Oſtiæ Tiberina, vbi remoti à turbis, colloquebamur ſoli valde dulciter, & præterita obliuiſcentes, in ea quæ ante ſunt, extenti, quærebamus inter nos, apud præſentem veritatem, quod tu es, qualis futura eſſet vitæ æternæ ſanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluēta fontis tui, fontis vitæ, qui eſt apud te. Dicebamus talia, etſi non iſto modo & his verbis, tamen Domine tu ſcis, quod illo die cum talia loqueremur, & mundus iſte nobis inter verba vileſceret, cum omnibus delectationibus ſuis. Tunc ait illa: fili, quantum ad me attinet nulla iam re delector in hac vita, quid hic facio? Atque hinc, eos accenſos fuiſſe igniculos in Auguſtino, pronum eſt arbitrari, qui poſtea in eius corde, velut altero Veſuuio, tantis flammarum incendiis proruperunt, vt diceret: *eia Domine moriar, vt te videam: videam, vt hic moriar: nolo viuere, volo mori, diſſolui cupio, & eſſe cum Chriſto. Mori deſidero, vt videam Chriſtum, viuere renuo, vt viuam cum Chriſto. Soliloq. 1.* quod idem libro Meditationum dilucidè, atque explicate repetiit, adeoque B. Petro Cardinali Damiani arridere viſum eſt, vt illo ſequentem hunc hymnum concinnarit:

S. Auguſt. Soliloq. cap. 1.

B Petrus Damiani.

Ad perennis vitæ fontem mens ſitiuit arida,
Clauſtra carnis præſto frangi, clauſa quærit anima,
Gliſcit, ambit, eluctatur exul frui patria.
Dum preſſuris & ærumnis, ſe gemit obnoxiam.
Quam amiſit, dum deliquit contemplatur gloriam.
Præſens malum auget boni perditi memoriam.
Nam quis promat ſummæ pacis quanta ſit lætitia?
Vbi viuis margaritis ſurgunt ædificia,
Auro celſa nitent tecta radiant triclinia,
Solis gemmis pretioſis hæc ſtructura nectitur.
Auro mundo tamquam vitro vrbis via ſternitur,
Abeſt fimus, deeſt limus, lues nulla cernitur.
Hiems horrens, æſtas torrens illic nulla ſæuiunt.
Flos perpetuus roſarum, ver agit perpetuum.
Candent liliæ, rubeſcit crocus, ſudant balſamæ,
Virent prata, vernant ſata, riui mellis influunt.
Pigmentorum ſpirat odor, liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum non lapſura nemorum.
Non alternat luna vices, ſol vel curſus ſiderum.
Agnus eſt felicis vrbis lumen inocciduum.
Nox & tempus deſunt ei, diem fert continuum.
Nam & ſancti quique, velut Sol præclarus, rutilant,
Poſt triumphum coronati mutuo coniubilant,
Et proſtrati pugnas hoſtis iam ſecuri numerant:
Omni labe defæcati, carnis bella neſciunt,
Caro facta ſpiritalis, & mens vnum ſentiunt.
Pace multa perfruentes, ſcandala non perferunt.
Mutabilibus exuti repetunt originem.
Et præſentem veritatis contemplantur ſpeciem.
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem.
Inde ſtatum ſemper idem exeuntes capiunt.
Clari, viuidi, iucundi nullis patent caſibus.
Abſunt morbi ſemper ſanis, ſenectus iuuenibus.
Hinc perenne tenent eſſe, nam tranſire tranſiit:
Inde vigent, viuunt, florent, corruptela corruit.
Immortalitatis vigor, mortis ius abſorbuit,
A *Qui ſcientem cuncta ſciunt, qui neſcire nequeunt,*
Nam & pectoris arcana penetrant alterutrum.
Vnum volunt, vnum nolunt, vnitas eſt mentium,
Licet cuique ſit diuerſum pro labore meritum:
Charitas hæc ſuum facit, quod dum amat alterum
Proprium ſic ſingulorum commune fit omnium.
Vbi corpus, illic iure congregantur Aquilæ.
Quo cum Angelis, & ſanctæ recreentur animæ.
Vno pane viuunt ciues vtriuſque patriæ.
Auidi & ſemper pleni, quod habent deſiderant.
Non ſatietas faſtidit, neque fames cruciat,
Inhiantes ſemper edunt, & edentes inhiant.
Nouas ſemper harmonias vox meloda concrepat.
Et in iubilum prolata mulcent aures organa.
B *Digna per quem ſunt victores regi dant præconia.*
Felix cœli qua præſentem regem cernit anima!
Et ſub ſede ſpectat alta, orbis volui machinam,
Solem, lunam, & globoſa cum planetis ſidera.
Chriſte palma bellatorum, hoc in municipium
Introduc me poſt ſolutum militare cingulum.
Fac conſortem donatiui beatorum ciuium.
Probæ vires inexhauſto laboranti prælio
Vt quietem poſt præinctum debeas emerito
Teque merear potiri ſine fine præmio.

Ita Petrus mortis ſuæ, quæ vitæ ianua eſt cupientiſſimus; quibus, aliiſque incenſus adeo S. Dominicus fuiſſe legitur, vt S. Antonino teſte, tantis ſubinde ad vitam æternam ſuſpiriis anhe-
C laret, vt anima eius iam carnis diffiactis repagulis, ergaſtulo corporis egredi velle videretur.

Idem ſenſus erat *B. Godefridi Comitis olim* Cappenbergenſis, de quo Pettus Cratepolius in Sāctis Germaniæ: Conſobrinus hic erat Henrici IV. Imperatoris, qui coniuge ſalutaribus adhortationibus permota, vt ſacrum & ipſa velamen acciperet, Præmonſtratenſium ordinem ingreſſus fuit, ac paulo poſt tanto moriendi deſiderio affici cœpit, vt præter cæleſtis illius fontis aquas, ſitire nihil aut deſiderare quidpiam videretur, adeo vt ſæpe, ſociis eius in itinere quieſcentibus, ſupinus ipſe iacens, manus & brachia componeret, vti ſolet funus componi, dum exequiæ celebrantur, & magno cordis ſuſpirio exclamaret: ô!
D ſi veniat hora illa noſtri tranſitus! ô! ſi ad hanc horam aptare, ac præparare me Domine digneris. Cumque in ætatis flore ad exitum vi morbi raperetur, dolentibus & vbertim flentibus qui adſtabant: *quamobrem*, inquit, *pœnitentiæ habitum induimus, niſi id ſpectantes, vt, quamprimum liceat euolemus ad Chriſtum? optandum profecto mihi eſt, vt breuiori, qua poſſim via, ad cælum contendam.*

B. Godefridus Comes.

Hoc guſtu *S. N. P.* afficiebatur *Ignatius*, cuius tantum Dei videndi erat deſiderium, vt quoties de moriendi neceſſitate in mentem veniret, gauiſus lachrymas non teneret. *Bidermannus libr. 2. cap. 3.*

S. P. Ignat.

De *S. Philippo Nerio*, vitæ auctor tradit, die feſto Pentecoſtes tanto videndi Deum deſiderio æſtuaſſe, vt corde ſe mouente duas illi coſtulas perfre-

S. Philipp. Nerius.

perfregerit: crediderim captiuum imitari voluiſſe, qui ferreos carceris clathros diffregiſſe gaudet, vt in libertatem ſe vindicet: tanto ſiquidem feruore ſancta hæc anima ad Deum ſuum rapiebatur, vt eius potiundi affectu, quæcunque impedimento forent perrumpere nō dubitaret, identidem exclamare ſolitus: Animæ Deum amanti vita hæc mortalis faſtidio, Mors autem in deſiderio ſit.

B. Aloyſius. Verum quid de B. noſtro *Aloyſio* dicemus? cuius vel ſolum nomen Amoris titulus eſt, huic cum valetudinario præfectus indicaſſet, eum diu ſupereſſe non poſſe: eo comperto, ſocium quendam compellans: neſcisne, inquit, quam felix nuntius venerit, intra octauum diem mihi moriendum eſſe? Amabo te, mecum vnà, pro tam eximia in me beneficentia, Deo gratias age. *Ceparius in Vita l.2.c.32.*

Ioannes Bapt. Sanchez. De *P. Ioan. Bapt. Sanchez* ſcribit P. Ludouicus Pontanus, tanto illum Dei videndi poſt hanc vitam deſiderio flagraſſe, vt dicere ſoleret, ſi certo ſciret ſe die illa non moriturum, ſatis id fore ad eum de vitæ ſtatione deturbandum. Ita ille ad mortis ſinum anhelabat. *De vita P. Balthaſſ. capit.13.*

Qui ſolo paradiſi nomine auocatum à ſenſibus Ægidium, atque à ſeipſo penitus abalienatum, in diuina abripi ſolitum meminit, quantis ille mortem votis ambierit, non poterit ignorare.

Raymond. Lullus. Quantis autem moriendi deſideriis arſerit feruens ille *Raymondus Lullus* ex Carolo Bouillo innuerit intellexiſſe: In nemorum, ſiluarumque receſſus abdebat ſeſe frequenter, vbi gemendi prolongationem incolatus ſui, plangendi moleſtias carceris ſui, quo detinebatur finem nullum inueniebat. Cum ecce die quadam conſueti ſtadij curriculum ingreſſus, atque amante hac percitus impatientia commotior, in Eremitam incidit, qui forte ſilua in media iuxta fontis crepidinem, de via feſſus ſomno obdormiuerat, à quo, poſteaquam euigilare hominem iuſſiſſet, expetiit, qua demum ratione modoque ſe carcere eximere poſſet: alter qui Deum iuxta atque ipſe pridem dilexerat, eiuſque delicias penitus ſectabatur, ſtatim intelligens, quo ille tenderet, eâdem ſe cum illo, ſiue dormiat, ſiue vigilet, reſpondit cuſtodiâ attineri, ſed amoris carcerem eſſe, non verò timoris. Inuento homine qui Amoris linguam, ſermonemque calleret factus hilarior, vnà cum eo cœpit inter amoris lachrymas, ad horam illam ſuſpirare ferventius, qua de corporis huius educti cuſtodia, dulciſſimo Nomini eius pleniſſima poſſent voce confiteri. Tanto autem immodicæ huius cupiditatis æſtu torrebatur Raymondus, vt, dum ſeſe corporis huius nexibus ab amati præſentia aduerteret detineri, ab ſe alienatus, palpitantis cordis concitatiore motu, tantum nō exſpiraret.

Qui aliquando vel ſub ſordido pallio latere poſſe ſapientiā dubitauit, ſequētē hiſtoriā legat, & mētē cātus immutet, neq; enim ex ſiluis egrediar. Dynaſta quidā nobilis cū venatu ſe forte exercens, ferā de cunabulis ſubitò erūpētē ſolus inſequitur, ſociis alio diſtractis, vocē quandam ſuauiſſimam, qualem olim Syrenes emodulatas canunt, ab interiore ſilua, ad aures ſuas accidere percepit: Miratus ille talem ſe in deſerto vocem audire, ac ſcire percupidus, qualis aut cuius denique ea foret, ſiluam ſubintrat, & ecce leproſum inuenit, ſqualido, tetroque aſpectu deformem, dignum commiſeratione homulum, vtpote cuius carnes toto corpore defluentes, vix ad inuicem cohærebant.

Leproſi vocum mirabilis moriendi.

Ad primum huius conſpectum attonitus hæſit dynaſta, mox autem collectis animis acceſſit propius, eumque verbis amiciſſimis compellans, num ipſe paullo ante cecini ſſet interrogat? Reſpondit leproſus, ego ſum Domine, qui cecini, & vox hæc mihi naturalis eſt.

Petiit exinde Dynaſta, quomodo cantare & exultare poſſit cùm tot malis conflictaretur? Tunc alter: inter Dominum meum & me, non aliud eſt interſtitium, quam luteus quidam paries, hoc, inquam, corpus meum, quo diffracto, & impedimento vnico ſublato, æternæ Maieſtatis eius viſione beabor: quoniam verò eum quotidie fruſtatim decidere, & diminui video, hinc incredibili quadam cordis iucunditate gaudeo, & canto, corporis huius ſolutionem ſemper exſpectans, non enim antequam ipſum penitus ſoluatur, poſſum ad Deum fontem viuum, quo ab eo inebrier, proficiſci. Nec quis forte mihi dixerit, in affecto corpore perfacile eſſe mortem expetere, eſt enim & hic natura ſui iuris retinentiſſima, quod vel in decrepitis obſeruare ſenibus eſt, quos præ iuuentibus non rarò videas inuitos, ac præter arbitrium mori: & ſi fortaſſis id velle ſubinde viſi ſunt, mox pœnitentia ductos, longiorem vitam exoptare: quapropter moriturum canere, & hymno dicto ad mortem progredi penitus Chriſtianum eſt.

Sed quid? quod fortibus viris, diutiuſque longo Amoris vſu; æternæ gloriæ adſcribere non dubitarunt magna ingenia, odiſſe hos artus, fragilemque hunc corporis vſum, ſpe magna cœleſtibus potiundi; id in matronis, quibus molliores animos finxit natura, iure glorioſiſſimum reputabitur.

S. Tereſia ad mortem anhelabat. Videamus igitur in S. Virgine *Tereſia*, quæ veterem illam Carmeli auſteritatem, magno Eccleſiæ bono, & pronunciarum approbatione in mores reuocauit; hanc non ſine ſtupore victoriam. Et primò quidem, libri eius (ſcripſit enim plurimos) incenſi cum primis moriendi voluntate repleti ſunt, vt per mortis ianuam ad dilecti ſui conſpectum admitti poſſet. Vnde & hoc in mundo quotidie viuens moriebatur, ſe viuere neceſſariò debere videns, & non ante fieri

fieri poſſe, vt illius conſpectu frueretut, quam hoc ipſam carcere mors eduxiſſet, & hanc nulla ſibi arte ptocurare licere, ſed tamdiu neceſſariò exſpectãdum, quoad eam omnipotens euocaret. Vnde moriebatur, quod nondum moreretur & viuere volupe illi eſſe non poterat, nec non interim graue vitam ferre, quam aliter ſe nec ferre poſſe dicebar, quam quod illam Deus ferret. Quapropter quoties horæ ſignum dabatur, interna quadam voluptate is eam demulcebat ſonus, quod hoc ſibi pacto Deum crederet propiorem reddi. Imò verò retinere ſeipſam non poterat, quin mortem ab altiſſimo ardenter expeteret: accidit autem Salamanticæ, cum in aliarum monialium ageret cõtubernio, carmen quoddam ſpirituale ab aliqua concini, cuius hoc erat exordium: *videant te oculi mei ſuauiſſime, atque optime Ieſu, cur hic ſtatim non morior*, &c. Quo illico tantis affici cœpit exceſſibus, vt velut exanimis efferenda cubiculo eſſet, atque in lectulum reclinanda: fuitque hæc piæ mentis alienatio tanta, ac diuturna, vt etiam die poſtera ſui quodammodo impos manſerit, & tota mente abſorpta. *Ribera lib. 4. c. 10. de vita & geſtis B. Thereſiæ.*

Aliàs ipſa amoris quoddam Canticum compoſuit, cuius verſus intercalaris hic erat

Viuo, non viuendo in me;
Et tam ſublimem vitam ſpero,
Vt moriar, quia non morior.

quo dici facile nequit, quantis ſoleret votis ad mortem anhelare.

S. Auſtreberta. Sed nec ſolam hic ardor Thereſiam ſuccendit, *Auſtreberta* fuit vitæ ſanctimonia non minus, quam natalibus inclita, quæ vitæ ſuæ finem eminus accedentem intuita, mirum quantis inceſſerit lætitiis, quantis eum votis deſiderârit! *ecce ego ad te Domine*, inquiebat *venio, quem amaui, ad te propero, quem concupiui, ad te ſitio peruenire, quem ſemper ardenti amore dilexi.*

B. Maria Ogniacenſis. De *B. Maria Ogniacenſi* ſcribit Laurentius Surius, vitæ exitu imminente, tanto cordis iubilo exultaſſe, vt præ animi ſui lætitia, trium dierum ſpatio, ac noctium, canendi finem nullum inueniret, vſque eo, vt fauces rauim contraherent, nec cantui iam ſufficere poſſent.

V. Stephania Soncinas. *Stephaniam Soncinatem* tradit Ioannes à S. Maria paribus ad mortem votis anhelaſſe, non tam amore videndi Deum Deorum in Sion, cuius dies vna in atriis eius ſuper millia, quam omni ſe metu liberandi, quo offendere timebat eum, quem tantopere diligebat: vnde fieri amabat, quoties de morte alicuius nuntium acciperet, ſacra quadam torqueretur inuidia, doloreque tabeſceret, quod ſe priuatam eo bono conſpicaretur, quo alium morte obita affectum inaudiſſet.

V. Dominica Crucia. Huic, vti vitæ genere parem, ita nec mortis deſiderio imparem adiungo Dominicam Cruciam ex S. Dominici familia monialem, quam

A aiunt toto vitæ ſuæ decurſu, nulla, præter vnius mortis, cupidine flagraſſe, quam ſub vltimos ſanè dies tantis auxiſſe volunt impendiis: vt intercluſa anima ſpiritum trahere vix poſſet: nec feruori huic ſatisfactum vberius videbatur, quam cũ de morte ſermo haberi occiperet, dũ lugubri ſono ſuper defunctorum exſequias, campanæ reboarent, cum funebrem pompam aut ipſa cerneret, aut certè ab alijs referri audiret; hic illa lætari, & magna perfundi voluptate, quam ex ſimili aliquando ſucceſſu ſperabat.

V. Maria Victoria. Prætermittere hic nequeo ſapientiſſimum M. Victoriæ Annuntiatarum Virginum, quas Cœleſtes vocant, fundatricis effatum, nullum inquiebat, in hac vita tormentum æſtimauerim B maius, quam arte habita amandi, hic infra, ab amati conſpectu arceri; vnde fiebat vt non rarò exclamaret, dicens: hui, Ieſu bone! omnes, me vnâ exceptâ, moriuntur, quæ ad aliud nihil reſeruari videor, quam vt indies plurium criminum ſim rea. *Ferdinandus Meltio in vita.*

Quid addam præterea, aut dicam magis: cum interim quoque dum hæc ſcribo & calamo tot ardentes deſideriorum ignes, quot promptas moriendi lubentias verſo; tot viuas felicium animarum euoluo flammulas, quot optatę mortis ſenſa commemoro, id ipſe addiſcere hoc vſu videar, quod vnà cum pluribus ante ignorabam, non tam inamabilem mortem eſſe, quam multi exiſtimant, quin & plurima, eaque non C leuia reperiri argumenta quibus illa poſſit, ac debeat ab homine ſalutis ſuæ cupido deſiderari, quod vt ante patuit in multis, ita & modo nequaquam paucioribus ſcimus euenire, qui eam nunc deſiderando, nunc ſuſpirando, nunc ſpe & exſpectatione elanguendo, nunc ecſtaticis ardoribus anhelando feliciſſimè conſecuti ſunt.

V. Catharina d'Adornia. Certè beatiſſima illa ac planè Seraphica Italidum matronarum gemmula Catharina d'Adornij, alias à natali ſolo, Genuenſis appellata, omni nos dubitatione abſoluet, quæ totius vitæ ſuæ decurſu, maximè autem ſupremo biennio, tanta hinc emigrandi cupiditate exarſit, vt animus ſæpè à ſenſibus alienari videretur: mortem D velut rem aliquam ratione præditam nunc alloquebatur dulcius, nunc queſtus ſuos coram ea exponebat acerbius: nunc crudelem vocitans nunquid, aiebat, ô Mors! quauis tigride crudelior es, quæ tui me deſiderio tantum affligi permittis? Nunc iterum amicè blandiens varios honorum titulos cõminiſcebatur, quibus, velut aureis quibuſdam officiis amaſiam demereri geſtiebat: quam pulchra es, inquiebat, amica mea, quam pulchra es! quam decora chariſſima, tota, tota es deſiderabilis. Vnum eſt tamen, vnum inquam, quod te deficit

Eheu quod ſurda cupidos auerteris aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negas.

dicebatque, ſi rei cuiuſpiam in hoc mundo li-

bera

Digitized by Google

libera ſibi relinqueretur electio, Mortem ſibi primam & vltimam futuram, quam eligeret, cũ ea ſola atque vnica foret, quæ cæli aditum aperiret: neq; hoc ſe falli ſenſu exiſtimabat, cũ vitã hanc velut Orci carcerem haberet, qui captiuam animam ſuam in corpore, vero ergaſtulo, languentem cruciaret. *Auctor Vitæ l.1.c.7.*

Quis ſermo, Deus immortalis! aut modus orationis, linguã, quã non nouerat Ioſeph, olim audiuit in terra Ægypti: nunc tã longinqua peregrinatione nil opus eſt, vox turturis audita eſt in terra noſtra, gemẽtis & plangẽtis exiliũ ſuũ, nolẽtiſq; cõſolari, quia nõ videt quẽ diligit anima ſua.

Sancia Carillo. Hæc Chriſti exemplũ miracula patrat, quo & illa nupertimè virguncula, è magni Ioãnis Auilę ſchola digna magiſtro diſcipula Sancia Carillo inflammata fuit, cum mortis ſuæ percupida, ad ſponſum deſideriis omnibus anhelaret: intellecto ſiquidem miſſo cælitus oraculo, ſe non niſi poſt anni vnius ſpatium cupitis Domini amplexibus gauiſuram, quantis non fletibus maduit, quot non fudit eiulatus? quod patientiæ genus, inquiebat, ſufficiat huic morę ſufferendæ! O carcer! ô Captiuitas! ô vita! quantũ es mihi martyriũ! ô infinitæ bonitatis abyſſe me quando in te demergã? O Deus! ecquando tandem dies bonę æternitatis intuebor! volate tẽpora, currite veloces dies vt hora illa acceleret, qua vallem hanc lachrymarum deſerens anima ad cæleſtia tempe feliciter proficiſcatur, vbi ſub vmbra eius, quem dilexit, quem amauit æternum quieſcat. *P. Martinus de Roa l. Vitæ 2.c.7.*

Quid ais ad hæc, mi home noue? nunquid ad horũ partes accedere deſideras? quid enim, te adeò in hac vita detineat? quæ hic tãta poſſit eſſe iucũditas, vbi te vnico amoris tui ſolatio deſtitutũ agnoſcis? Sed mortẽ hortes, at prior exarmauit hanc Chriſtus. quid times? tuis finẽ ponet offẽſis, & cæli ianuã reſerabit. Hanc deſidera, ad hanc ſuſpira vel hinc inter amantes, ſed Dei, agnoſcare, quos *S. Philipp. Nerius* vitã aiebat ducere in patientia, mortẽ vero habere in deſiderio. quid enim eſt diu viuere niſi diu torqueri *S. Aug.* quãdiu enim enim in hoc ſalo, inquit *Ambroſius*, tamdiu inter naufragia.

DOCVMENTVM III.

Mortem antè exoptatã die, hora, atq́; ætate velle oppetere, quibus eam Chriſtus Dominus obiit feria ſc. ſexta, hora tertia pomeridiana, an. trigeſimotertio ætatis.

ET iſtud nempe eſt imitandæ ſedulò Mortis Ieſu Chriſti paradigma nõ leue, quod nouus homo ſecutus, ſuam erga Dominũ voluntatem, fructu non modico, declaret. Sed nunquid & hoc eſt, cum illis facere, quos S. Apoſtolus *Paullus*

Gal. 4. 10. *Gal.* 4. 10. ſugillans, dicit *dies obſeruare, & menſes, & tempora, & annos*, de quibus timet, *ne fruſtra laborauerit in eis*? Nequaquam ſanè.

Foret autẽ ſi obſeruaretur certus vnus hebdomadæ, vel menſis dies tantũ, vel certa diei hora, qua talis, & adderentur circũſtantiæ inutiles aut orationes otioſę, vti faciunt qui obſeruant certas feſtiuitates, vt conuerſionis B. Pauli Apoſtoli, Vincentij, Vrbani vel aliorũ, quibus ſi pluat, vel cælum ſerenum ſit, ſibi ſpondent fertilitatem, fructuum copiam, aut inopiam, item qui arbores inſerunt ipſo die Annuntiationis B. V. & ſimilia faciunt, quibus feſta potius inhonorant, quam colunt. Quæ omnia procul hinc abeſſe noſcũtur, vbi propter myſterium dies, hora &c. colũtur, & directè Sanctorũ meritis effectus adſcribitur, & Deo res tota vt Sanctos illos honoranti attribui ſolet, cum felicem ab eo exitum, mortemq; ea die, horaq; præſtolamur, quibus vnigenitus eius filius aliquę ex hac vita diſceſſere, atque ita diẽ illam, horamque veneramur, quibus ea myſteria perfecta noſcuntur; ſi enim naſcens conſecrauit ſtabulum, moriens crucem, reſurgens tumulum, cur non etiam, vt bene Robert. Card. Bellarminus animaduertit, conſecrauerit tempus, diem, illam & horam quibus paſſus & mortuus eſt?

Ea certe mens 40 illorum pugilum fuit, qui Imperatore Licinio ad Sebaſten. Armeniæ vrbẽ ſanguine ſuo fortiter Chriſto litãrunt, quorum hæc de numero ſuorum vna vox erat: *eſt in honore hic numerus, quem tu Domine Ieſu, 40 dierũ ieiunio decoraſti, per quem diuina lex ingreſſa eſt in orbem terrarum*; illum omnes morte obita nullo dempto cupiebant honorare. Et vota comprobaſſe cæliSS. Martyr. Sebaſten. tes viſi ſunt: nam cum vnus quiſpiã ex martyrę transfuga factus eſſet, carceris ianitor Chriſtianum ſe clamitans, ſimul in aquas inſiliens numerum feliciſſimũ reſtaurauit: cuiuſmodi & in aliis non paucos eſt inuenire, cælo non obſcurè ſuffragante. Atque ita, vt auctor eſt S. Greg. Turonenſis, ſecundum id, quod cælitus ſancto cuidã Abbati miſſum oraculum eſt, S. Martyr *Laurent.* feria qualibet ſexta animam de piacularibus flãmis eripere ſolet, priuilegio amoris præcipui, quo tantum ſupplicium ea ſuſtinuit die.

Dies S. Laurentio ſacer ſextus quo animã ex purgatorio liberet.

Qua luce Deipara Virgo in cælum aſſumpta eſt, plures conſueta eſt eodem carcere liberare, vt magno duci priuilegio ſoleat, vel ea poſſe mori, vt *S. Hyacintho, B. Iacobo de Breuania, B. Staniſlao Koſtka*, aliiſque datum fuit: Ita & *Ludouic. XI. Gall. Rex*, die ſabbati ex hac vita decedere velle, atq; amore Virg. Deiparæ, cui ſacer illa dies eſt, nõ ſemel auditus fuit, & à cæleſtibus exauditus. Sanctus certè Epiſcopus Malachias, magni Bernardi calamo notiſſimus Antiſtes, ea optabat dię mori, qua ſingularis aliquis Dei amicus obiret, cuius priuilegio, conſortioque felicius ad cælum peruenire poſſet: Et nos minore fiducia erga Dominum vtemur, quam illi erga famulos vſi fuiſſe perhibentur? occlamaſſe videntur omnes, quotquot amore Domini, ſeruuli boni iam ac fideles, idipſum proſpere conſecuti ſunt: qualis æuo noſtro B. fuit *Aloyſius Gonzaga* è Societ. Ieſu, qui ſemper id in optatis habuiſſe legitur, vt vlti-

Feſtum aſſumpta in cælos Deipara.

Ludou. XI. Rex Gallię.

B. Aloyſius Gonzaga,

mum ſpiritum Deo redderet, vel intra octo Sãctiſſ. Euchariſtiæ, cuius honori multum deditus fuerat, dicatos dies; vel memoris, piique aduerſus Chriſti Domini mortem animi declarandi cauſſa, feriâ Hebdomadis ſextâ. Vtrumq; conſecutus eſt: nam cum octauus eorum, qui ſacroſanctæ Euchariſtiæ feriis ſunt celebres, dies eſſet in exitu, iamque feria ſexta iniret, nocte, quæ inter 12, & 11 Kalendas quinctiles intercedit, felicem illam vitam cum hac mortali commutauit. *Virg. Ceparius l.2.c.9.*

V. Ioan. à Bobadilla. Talem & nobis *B. Ioannem à Bobadilla* Salmãticenſem ex ordine Minorum deſcribit *Barezzus p.4. Chron. l.1.c.58.* qui poſt vitam in religione ſanctiſſimè actam, morbi diuturnitate minimè victus, cum prolixi languoris ærumnã conſtantiſſimè ſuſtinuiſſet, mori ſummopere exoptauit ea die, qua Dei filius pro hominum ſalute vitam poſuiſſet: nec pio ſerui deſiderio defuit Deus, obiit enim in Paraſceue, eodem die & hora qua Chriſtus Ieſus exſpirauit.

Iacobus Gordonus. Idē votum *Iacobo* noſtro *Gordono* fuit, qui perilluſtri ſanguine, quo & regiam Scotiæ attingebat, natus, poſteaquã Nuncium Apoſtolicum in Hibernia egiſſet, Chriſti confeſſorem in Anglia & Scotia, vbi & carceres & vincula perpeſſus, ſed regia cog atione impunitatem largiente virtuti, euaſit, cum maluiſſet mortem obire, hoc tamen beneficij aſſecutus eſt, vt die, quo maximè optarat, excederet, illo, ſcilicet, quo Chriſtus pro nobis in cruce exſpirauit. *Annales Societ.*

Georgius Federus. Scoto Germanum ex eodē Septentrione adiungo, *Georgiū* ſcilicet, *Federum*, virum rariſſimo animi candore præditū, ac libertate, & alacritate ad ægtos vbique iuuandos primum, dignū proinde omnino, qui eâdem, qua Chriſtus aſſertor noſter, pro nobis in cruce die, & hora mortuus eſt, & ipſe beatiſſimè moreretur. *Elogium Vitæ.*

Franciſcus Caietanus. Huic de eadem Societate adiungo *Fraciſcū Caietanum* ex Marchionibus de Sortino, cuius incredibile ſemper deſiderium fuit, moriendi die eadem, qua Chriſtus Dominus mortuus eſt. Et porro auditus fuit: feria namque ſexta maioris Hebdomadę finiente, ac nocte inchoante, ſummos inter dolores, magnaq; ſanctimoniæ laude, corporeis vinculis ſolutus eſt. *Alph. Caiet. in Vita.*

Ioannes de Caſtiglio. Idē ex voto beneficium conſecutus eſt *P. Ioan. de Caſtiglio*, Belmonte in Hiſpania natus, quē barbari magno crucifixi, quem eis Apoſtolico Zelo prædicabat, odio in crucem egerunt, ex qua pēdēs anno ætatis ſuæ trigeſimo tertio feria ſexta, hora tertia poſtmeridiana beatum ſpiritum in Dei manus conſignauit. *Menolog. ad 17. Nouēmb.*

Antonius à monte Arnoyo. Nec alibi degeneres coloris huius, atq; odoris floſculos inuenire eſt. *Anton.* fuit cognomento *à monte Arnoyo*, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, præclarus crucifixi cultor, & imitator, cuius hęc non rarò manantibus vbere lachrymarū riuulo, atque in cælum coniectis oculis, complicatiſque in modum crucis manibus, oratio exaudita fuit:

A Piiſſime Domine, exiſtimarem me, aliqualiter tibi mea ſeruitia grata fuiſſe, ſi feria ſexta me mori contingeret: nunc autem te, per meum tibi ſeruiendi deſiderium obteſtor, vt tantiſper ſe dolores intermittant, vt maiori quiete à te peccatorum meorum poſſim veniam poſtulare. Audiuit vota Deus, omniſque dolor abceſſit, durauitque liber, à feria 2. vſque ad mediam noctem feriæ ſextæ, quando crucifixo ſuo ablandiens exſtinctus eſt, anno huius ſæculi 1620. *Ioachim. Brulius in hiſt. Peruana.*

Non abſimili pietate floruiſſe, annos ante trecentos cognitus fuit *Ioach. Senenſis* ex laudatiſſimo Seruitarum ordine, cui par deſiderium non impar ibus flammis cor ſuccenderat, & voti com- V. Ioachim. Senenſis. Seruita.
B potem vidit: triginta ſiquidem ac tribus annis ad menſuram ætatis Chriſti inter B. Virginis ſeruos caſtiſſimè exactis, dum à Patribus die Paraſceues decantarentur in Eccleſia, Euangelica illa verba: *& inclinato capite tradidit ſpiritum*, confeſtim & ipſe in manus Domini ſuum commendauit: ex quo repente in eodem templo immenſus apparens ſplendor, citoque euaneſcens, Ioachimi animam Dei amore incenſam exceſſiſſe incunctāter adſtantibus timore ac tremore correptis indicauit. *Archang. Gianius Annal. Seruitarum l.6.c.5.* Ioa.19. 30.

Alexand. Card. Vrſinus. Idem in optatis habuiſſe *Alexandrum Card. Vrſinum*, deſideria iuuenis in Chriſti patientis imitationem penitus abſorpti, & ad crucifixum ſuū quamprimum perueniendi affectus, tum mortis
C quoque ſubſecutæ tempus indicare viſa ſunt, cū perinde ac ſi matura ſenectute confectus eſſet, cum foret annorum 33, quæ Chriſti aſſertoris ætas fuit, quando in cruce moriebatur, reſolutis viribus placidè, pieque animam Creatori reſignauit. *Corn. à Lapide Comm. in ep. 1. Ioan.*

S. Cathar. Senenſis. Nec Virgines beneficij huius exſortes fuerūt, ſolent namq; ſponſæ priuilegiis ſponſorum gaudere, teſtabitur, id Sponſo ſuo cæleſti chariſſima *Catharina Senenſis*, quæ cum tres & triginta expleſſet annos, incredibili ſponſi videndi deſiderio, ad eum migrauit. *Burgheſ.*

V. Anna Bellouac. Vrſulina. De V. *Anna Bellouacenſi Vrſulina* tradunt ordinis dypticha maximo mortis deſiderio æſtuare ſoli-
D tam, vt tota eius vita non niſi vnum ac continuū potuerit ſuſpirium appellari. Hanc credunt de obitu ſuo certiorem redditam impetraſſe, vt ea ætate qua Chriſtus hinc migrauit, & ipſa decedere poſſet, quod ſtatim ab obitu eius, è papyro eius patuit, in qua hunc numerum peculiaribus notis ſignārat.

V. Ioanna Vaſtia Dominicana. Idem de Ven. *Ioan. Vaſtia* Dominicana ſcribit Ioa. à S. Maria, quā vnicè Chriſti cruciatibus dū viueret deditā, obiiſſe exactis triginta tribus annis & menſibus tribus teſtatum reliquit.

Catharina de Ieſu Carmelitana. Fuit & inter Carmelitanas virgines, nuperrimè *Catharina de Ieſu*, quam vitæ eius ſcriptor magna ſolitā pietate affici erga triginta tres illos annos, quibus inter nos mundi ſaluator vixiſſe legitur, teſtatum voluit, quin & ſæpius diuinum ſpon-

ſum

ſum rogaſſe, ne diutius ſponſam ſuam inter has vitæ ærumnas relinqueret, quod & ait feliciſſimè fuiſſe conſecutam. *In Vita.*

Tanti erat vel hoc annorum numero poſſe cæleſti ſponſo aſſimilari.

Quin & ſacrum hunc numerum, vel propter affinitatem, augeat *Iſabella Rodrig.* Luſitana Virgo, cruciatuum Chriſti amantiſſima, quam eâdem, quâ ipſe, Hebdomade, paſſionis ſuæ ſociã ad ſe ſponſus euocauit: Dominica palmarum dũ paſſio Seruatoris in Miſſa recitatur, ingenti dolore opprimitur, vt tantum non extremis munita fuerit Sacramentis. Feria tertia, vbi denuò ſacra Paſſionis hiſtoria ſub Miſſæ ſacrificio legi cœpta eſt, recrudeſcere dolores, vt in animi deliquium laberetur. Feriâ quartâ, vbi Miſsâ inchoatâ, Paſſio iterum legeretur grauiſſimis doloribus imperi cœpta, ſe, ſuamque animam in Domini manus commendans exſpirauit. *Ita Lopez to.3 l.3. c.9.*

Iſabella Rodrig.

DOCVMENTVM IV.

Sacroſancto Euchariſtia viatico, poſt expiatam rite Conſcientiam, muniri.

Chriſtus pridie quam moreretur Communicat in exemplum.

SPectauit hoc Chriſtus, dum pridie quam moreretur, ſacroſancti Corporis, ac ſanguinis ſui inſtituto Sacramento, eodem & ipſe cum Apoſtolis refectus eſt. vt docet Tertullian. li.4. contra Marcionem c.40. S.Ioan. Chryſ. hom. 83. in Matth. Euſebius Emiſſenus hom. 5. de Paſchate, ad illa verba: *deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.*

Lucæ 22. 15.

S.Hieronymus epla. 50. ad Hedibiam.

Theophylactus, & Euthymius, ad illa verba: *non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec veniat regnum Dei.*

Mat. 26. 29.

S.Thomas 3.p.q.81.a.1.

S.Bonauentura 4.diſt.9.a.1.q.4.

Franciſcus Suarez diſp.75.ſect.2.

Henriquez lib.8.c.83.&c.

Factum autem id fuit, poſt ablutos diſcipulorum pedes, eoſque munda ſindone à ſe exterſos, vt ipſe, qui ſumma atque excellentiſſima puritas eſt, doceret nos pœnitentiæ lauacro antè mundari oportere, quam tantis epulis, ad quas ſuo nos præcepto vocârat, accedamus, iuxta quod capite 6. Ioan. ſanctiſſimè edixit: *Amen, Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filÿ hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quæ iuſſio, ſanctioque Dei ac Domini noſtri, ſi vnquam nos obligare credenda ſit, eo ſanè tempore vel maximè, quo eius exſecutio ad finem conſequendum præcipuè neceſſaria eſt, vt homo ſe cum Deo coniungat, & contra hoſtes tueatur, quod ſanè tempus inſtantis mortis ab omnibus habetur; atque ita, aſſertionem hanc comprobaſſe auditum fuit *S. Concilium Nicenum Primum*, can.13. cum dixit: *De his qui recedunt de corpore antiquæ legis regula obſeruetur, vt ſi forte quis recedat ex corpore, vltimo & maximè neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur:* quo nomine [græcè ἐφόδιον] diuinum hoc Sacramentum à SS.PP. appellatum eſt, quia mori, proficiſci eſt, & verſus quidem regionem longinquam, ad quod viario commeatu opus eſſe cenſebant, quod manifeſtum fit *ex Concilio Ancyrano*, ante Conſtantini ætatem celebrato, vbi canone 6. ſic legitur: *ſi alicui hominum mortis periculum acciderit, Viaticum ſuum non negabitur:* vnde factum, vt quotquot veræ, Chriſtianæque pietatis fuerint amãtes, abſque eo tempeſtiuè ſibi procurato noluerint hinc emigrare.

Ioa. 6. 54.

Concil. Nicenum Primum.

Concil. Ancyran.

Accedit quod non rarò cum ſingulari prodigio adminiſtratum inueniatur. Ita compertum eſt S.Honoratum Vercellenſem Epiſcopũ cælitus admonitum *S. Ambroſio* ad extrema tendenti vt viaticum impertiret. Traditur etiam in actis vitæ *S. Deodati* miſſum à Deo Aidulphum vt ei Euchariſtiam extremum laboranti daret.

Viaticum diuinitus adminiſtratum.

S Honoratus *defert* Ambroſio.

S. Deodat. Aidulpho.

Refertur præterea de *S. Eligio*, optimum illum Præſulem cœlo delapſum cuidam peſte laboranti in linea veſte candida, viaticũ detuliſſe.

S.Eligius Epiſcop. *ægro*

Idem beneficium *S. Gerlaco* à ſene quodam in veſte niuea ſacerdotali pridie Epiphaniæ collatum ſcribitur, quem ſenem B. Seruatium fuiſſe aiunt.

S.Gerlaco *ignotus.*

Quid autem de B. noſtro *Staniſlao Koſtka* Polono dixerimus? Operam Rhetoricæ pius iuuenis in Viennenſi Academia, etiamnum ſæcularis nauabat, cum morbo grauiſſimo tentari cœpit, quo indies ingraueſcente magis, ea religioſiſſimi adoleſcentis animum cura angebat maxima, qua verebatur, ne abſque auguſtiſſimo viatico abeũdum eſſet è vita, cum & fratrem non admodũ rerum curioſum diuinarum cerneret, atque hoſpitem plane hæreticum noſſet; ad B. itaque Barbaram conuerſus, beatiſſ. Martyrem rogat, veniſſe illud tempus, quo præcipua eius ope indigeret, & ecce nocte intempeſta apparet S. Barbara, duoque Angeli in claro lumine ſacroſanctam afferentes hoſtiam, qui eũ ad lectulum acceſſiſſent famelico ægro hoſtiam porrexerũt, atque ipſe pari gaudio ſuſcepit. *Sacchinus in Vita.*

B. Staniſlao Angeli.

S.Bauo æger ſacerdotem cũ Viatico acciuerat, verum eum nuntius viarũ ignarus hæreret, ab Angelo ad presbyterum deductus eſt.

Mirum quoque quod *B. Melcthildi* vltimum ægrotanti, ſolatia è cœlo tulit B. Virgo Maria, & cibum diuinum Angeli miniſtrarunt.

Eandem vero auguſtiſſimam cœlorum Reginam tradunt *Ordinis Annales* B. Odorico ex S. Franciſci familia religioſiſſimo Aſcetę viſam, eũ pulcherrimo Virginum, martyrum & viduarum comitatu ad piam feminam adire, quæ virginitatem multos annos illibatam ſeruârat, vt extremùm laboranti, ſolatio eſſet, illumq; eodẽ à Virgine adductũ, & protracto per vnum milliare colloquio, tandem iuſſum moribundam diuino viatico munire.

B. Oderico.

Sed illud admiratione digniſſimũ, quod preci-

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

Ex mortuis ſuſcitata ad ſumendam Euchariſt.

bus ſuarũ ſororũ, & amoris Euchariſtici beneficio ſuſcitata eſt *Othilia*, vt Viaticum ſumeret. Quod S. ille vir, re & nomine *Sacerdos* & Epiſcopus Lemonicenſis patrem vita functum eâdem donarit, cũ tertium nomine proprio euocaſſet, vt S. Viatico impertiret. Qui pater cum ſua filium benedictione donaſſet, iterum defunctus eſt.

Adeo piiſſimus Dominus ac Seruator ſalutem noſtram cordi habet, vt abſque viatico hinc nolit emigrare, dum immenſo quaſi conatu ſatagit, vt ad cœleſtem patriam tuto perueniamus, ad quod vel maximè Euchariſtico hoc Viatico opus eſt, tum vt mortis horrorem, cui nullum ſentire parem, vti nec malum par morti tolerare natura poteſt, ſupremus: tum vero accuſatricem ſui conſcientiam tranquillemus, dum ab irato Deo ad placatum appellamus, imo, & agnum Dei filium irato Deo opponimus, quia ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris, quod munus potiſſimum in Euchariſtia exercet, quam poſuit tribunal gratiæ ſuæ.

Inſidiæ dæmonum quanta in morte.

Petrus Card. Damiani ſer. de S. Martin.

Quid autem de inſidiis Dæmonis ac palmari nocendi cupidine dicam? audire malim Petrum Cardinalem Damiani, ita in ſermone de S. Martino ſuper hac re loquentem: *ſub hoc inquit inimico caſus frequens & reſpiratio difficilis: de hoc rara & nunquam ſecura victoria: huic voluntas ſemper iniqua & fallendi principatus.* Ita ille quæ licet metuenda ſemper, nunquam tamen magis, quam cum de ſumma re agi certum eſt: quamuis enim ante hac repulſus, fuſus, fugatuſque fuerit ſemper, tunc autem vel ſemel admiſſus de nobis triumphabit in æternum. Quæ cauſſa eſt cur fraudes quoque & machinas adhibeat omnes, nec ſuas tantum ſed & ſodalium nequiſſimorum, quibus aduerſus moribundos omni contentione præualeſcat.

Sed nihil æque tartareos hos impetus frangere, technaſque eludere natum eſt, quam Euchariſtia, de qua Dauidicum illud vſurpare liceat: *ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es.* Eſt namque Euchariſtica menſa illi ſimilis, de qua idem Pſaltes cecinit: *paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me*, ſiue vt ex Hebræo vertunt alij, *ordinaſti*: perinde quaſi menſa acies ſit ordinata ad pugnam, quoniam in ea ipſa Chriſtus eſt vnus inſtar integri exercitus, & quidem ad prœlium parati accinctus ad pugnandum pro nobis.

Pſal. 22. 4.

Ibid.

S. Cyprian. epiſt. 54.

Vnde prudenter admodum S. *Cyprianus: quos excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, ſed protectione Corporis & Sanguinis Chriſti muniamus, & cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos contra aduerſarium volumus munimento Dominicæ ſaturitatis armemus.*

S. Nicolaus Tolentinus.

Atque hic ſenſus fuit *S. Nicolai Tolentinatis*, qui morti vicinus ad diuinam ſynaxim vehe- A menter anhelabat, *vt tanto munitus viatico* [verba eius ſunt] *non deficeret in via ad cæleſtem patriam profecturus, & ſi ob demerita ſua improbus Belial, hoſtis eius illi occurreret, poſſet fidenter dicere: Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos.* Magna ſiquidem atque excellens Euchariſticæ gratiæ vis eſt, præſtantiſſima auxilia quæ hominibus impertit ad iter ſuum deuictis hoſtibus proſequendum, iuxta ſapientiſſ. Doctoris Henrici Henriqueſij doctiſſimum effatum lib. 8. de Euchariſt. cap. 35. Præter deuotionis guſtum, inquit, Euchariſtia dicitur panis vitæ, quia de ſe conſeruat vitam, & perſeuerantem animæ ſanitatem: reparat vires, quas calor noxij fomitis B abſtulerat, vt *Elias* virtute typici panis in longa via perſeuerauit, vſque ad montem Dei: & lignum vitæ à corruptione præſeruabat. Fugat Chriſtus præſentiâ ſuâ dæmones, ne tentatione ſua incitent ad mortem peccati, & experimento patet, eos qui frequenter ac deuotè communicant, facile, pro Dei benignitate, perſeuerare in vita & animæ ſanitate. Hæc ille.

Vis & potẽtia V. Euchariſtiæ.

Pſal. 117. 7.

Henriquez l. 8 de Euchar.

3. Reg. 19.

Quæ cum rata ſint in ea, quam communem dicere poſſumus, Euchariſtiæ ſumptione, exploratum eſt ſacro maximè viatico conuenire, ſiue ex opere operato, vt dicitur, id contingat, ſiue potius ex opere operantis, id eſt, pro maiore ad ſacram Synaxin moribundorum præpa- C ratione.

Euchariſtia olim impoſita ori defunctorum.

Nec in moribundis hæc pietas aut religio ſtetit, ſed & ad mortuos extenſa fuit. Primo enim vt veterum de naulo, Charonti pro tranſuectione Stygis perſoluendo ſuperſtitionem à fidelium animis aboleret Eccleſia, primo illo tempore prudenter aut inſtituit, aut permiſit, vt oboli, vel trientis loco mortuorum ori inferretur Euchariſtia, non quidem, vt falſo Charonti, ratis beneficium hac ratione perſolueretur, ſed quo æternæ vitæ, illi corpori pignus præberetur. Nec ab hoc diſſentit ſpecierum figura, in formam nummi efformata.

Secundo, quia experientia compertum erat à dæmonibus ſæpe inhabitari ſepulchra & hominum obſideri cadauera, vt eos inde arcerent, cadaueribus Euchariſtiam imponebant. D Hunc morem *S. Baſilius* obſeruaſſe fertur, cum prima liturgia tres particulas panis conſecraſſet, primam vt ad ſacrificij integritatem ipſe manducaret, alteram, vt ſuper altare in columba aurea ſeruaret ad cultum; tertiam, vt in tumulo ſuo reponeretur. Item narrat S. Gregor. in dialog. l. 2. c. 3. *S. Benedictum* iuſſiſſe SS. Euchariſtiam pectori cuiuſdam monachi vita functi quem tellus ſecundo reiecerat apponi, eoque peracto ſepultum quieuiſſe.

Item Baronius ad an. 741. narrat oblatas S. Othmaro conſepultas fuiſſe.

Sed fide altius excreſcente Eccleſia hunc ritum abrogauit in Conciliis Carthaginenſi III, & Altiſiodorenſi, ſtetitque inter morientium,

id

Digitized by Google

id eſt, morti propinquãtium terminos, quibus vt largum, & liberale Viaticum, vt ante conſueuerat porro eſt diſtributum; nec fuit inter Chriſtianos quiſpiam, ſiue primus ille foret, ſiue nouiſſimus qui abſque viatica hac Annona iter immortalitatis capeſſeret.

S. Benedictus ante mortem comm. Ita Auctor eſt S. Gregorius Papa, *S. Benedictũ* appropinquante diſſolutionis ſuæ hora, quam Dominus ei reuelauerat, portari ſe à diſcipulis in oratorium iuſſiſſe, ibique exitum ſuum Dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuiſſe.

S. Ioan. Chryſoſt. *ante mortẽ ſumit viaticum.* Eadem mente ac religione prædítus fuit S. Ioan. Chryſoſt. qui dum in Armenia exul, mortis nuntium cælitus accepiſſet, diuina per Communionem ſanctificatione accepta, æternitatis iter ingreſſus eſt. Nicephorus l. 13.

Nec ab hac ſola virtute laudatos velim maiores noſtros, qua ſoliciti admodum fuere, ne abſque viatico hinc demigrarent, ſed & quoque, ne debita abſque humilitate, ac religione illud ſuſciperent, iuxta exemplum nobis à Chriſto relictum.

S. Hieronym. Atque hic primum occurrit *S. Hieronym.* quem Euſebius ſcribit, ſub vitæ finem dum viaticum ſumeret ſe in terram abiecisse, tonſoque pectore, lachrymiſque vbertim fluentibus, viuifico Sacramento refectum fuiſſe.

S. Auguſt. Nec procul hinc diſceſſiſſe viſus eſt *S. Auguſtinus,* de quo ſcriptum reliquit P. Corduba lib. de adiuuand. moribund. p. 1. c. 6, Sacramentum, inquiens, ſumpturus, ſic illud ſalutauit: *Aue principium noſtræ creationis, & reparationis, Aue ſacrificium noſtræ reconciliationis: Aue antidotum noſtræ curationis: Aue viaticum noſtræ peregrinationis; Aue ſolatium noſtri laboris: Aue refugium noſtræ tribulationis: Aue præmium noſtræ exſpectationis.*

S. Thomas Aquinas. Hos imitatus S. *Thomas* Aquinas illuſtrem nobis ſuæ pietatis memoriam reliquit, qui cum ingraueſcente morbo ſentiret paulatim ſe viribus deſtitui, piè admodum ſacroſanctam ſibi petijt Euchariſtiam exhiberi; vt autem allata fuit, tametſi fractis iam viribus langueret, humi ſe proſtrauit cum lachrymis & admirabili pietate Dominum adorans, atque ita viatico refectus eſt. *Caniſius l. 2. de Deip. c. 17.*

David Scotorum Rex. *David* quoque Primus *Scotorum* Rex cum vitæ terminum adeſſe ſentiret, indignum ſe reputans ad quem Chriſti corpus deferretur, duobus innixus ſacerdotibus in templum venit, mox in genua procidens Chriſti corpus fide integra ſuſcepit. *Hector Boethius lib. 12. Scot. hiſt.*

Ioannes Hunniades *Hungariæ Rex.* Accedit *Ioannes Hunniades* Hungariæ Rex, ingens ille Turcarum, hoſtiumque terror, quem *Æneas Siluius* ſcribit tanta religione, animique demiſſione ad ſacrum hoc ſumendum viaticum ſe præparaſſe, vt cum ſentiret extremum vitæ terminum imminere, nequaquam paſſus ſit Dominicum ad ſe corpus afferri, indignum ratus ſeruum à Domino viſitari, ſed ipſe Dominum adire voluit. Cum autem deficientibus viribus ſuis inſiſtere pedibus non poſſet, vehi ſe in ædem ſacram iuſſit, vbi poſt Sacramenta ſuſcepta, placidè vitam exhalauit. *Lib. de Europa c. 5.*

R. P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

Laurentius Mediceus Hetruriæ Dux. Huic & *Laurentium Mediceum* Florentinorum magnum Ducem, Leonis XI parentem adiungo, ad quem cum Sacerdos ſacroſanctũ viaticum deferret iamque palatio imminere nuntiaretur, ille confeſtim exclamans, procul, inquit, à me hoc abſit vt patiar Ieſum meum, qui me finxit, me redemit, ad vſque cubiculum hoc venire. Tollite hinc, obſecro, me quam primum tollite, vt Domino occurram, & cum dicto ſubleuans ipſe ſe, quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatem ſuſtentans, inter familiarium manus obuiam Domino ad Aulam vſque proceſſit, cuius ad genua procepens, ſupplexque, ac lachrymans: tunc, inquit, mitiſſime Ieſu, tu nequiſſimum hunc ſeruum dignaris inuiſere? ac mox ſumma animi pietate eundem ſuſcepit. *Angelus Politian. l. 4. ep. 2.*

Quamquam autem neglectu, vitioque ſoli ſilueſcere ſubinde hortos videre ſit, & vepribus latè inhorreſcere; emicant tamen aliquando & floſculi veteris hilaritatis reliquiæ, quas medio è vepreto liceat ſine reprehenſione colligere.

Henricus VIII Rex Angl. Haud diſſimilis nobis ratio eſt, dum Henricum VIII Angliæ ſuæ fimus, poſt eieratam Catholicam teſſeram, vſurpatamque ſacrilegâ impotentiâ inconceſſam Regibus Pontificiam auctoritatem, ante diuiniſſimam hoſtiam prouolutum videmus. Moriebatur Rex infeliciſſimus, detulerantque ad eum, Chriſtiano more, qui nondum ab Anglia exulabat, Chriſti Domini corpus vt eo viatico muniretur, hic ille quamuis & enormi adipe, & inſtantis mortis afflatu, ægerrimè ſe poſſet moliri, attamen & ſella ſurgere, & genua ponere connitebatur. Cui adſtantium aulicorum vnus de grege Zuinglij, cum dicere occepiſſet, poſſe Euchariſtiam ſatis commodè à ſedente ſuſcipi. Apage, inquit Henricus, ſi enim me non modò ad ſolum, ſed infra vſque ad abyſſum demitterem, haudquaquam eâ, qua par eſt, exciperem reuerentiâ. Quam felix ſi reliqua ad hũc modum compoſuiſſet, nec inani tactus pœnitentia in certum ſe exitium præcipitaſſet!

Philippicus gener. Mauritii *in mortis periculo Viaticum ſumit.* Nec ſemper fatalis morbi calamitas, aut grauior ex morbo exſpectandus decubitus eſt: ſanis ſubinde, ac bene valentibus mortis periculum ingruere poteſt. Suſpectum habere cœperat Philippicum generum ſuum Imperator Mauritius, tamquam ambiret imperium, quare intempeſta nocte hominem ad ſe euocat innocentem, ac nullius eiuſcemodi culpæ affinem, qui ſubodoratus, quod res erat, nec temerè veritus ad cædem ſe euocari, priuſquam Imperatorem conueniat, Chriſti corpore ſe munit, ne abſque viatico æternitatis iter ingredi fortaſſe compellatur. *Paulus Diaconus. Cedrenus.*

Satyrus Frater S. Ambroſ.

A Satyrus quoque S.Ambroſij frater periculoſam nauigationem aggreſſurus, adhuc catechumenus, diuinum illud fidelium ſacramentum orario inuolutum collo appendi iuſſit, ne vacuus myſterij exiret è vita: cum enim id ore ſumere necdum poſſet, penes ſe habere ſaltem id voluit, quod in ſe habere non poterat *S. Ambr. orat. funeb. de obitu fratris.*

S.Vdalric. *milites ante pugnam S.* Viatico *munit.*

De *S.Vdalrico* ſcribit, Card. Baronius tom.10. ad an.955. dum magna Hungarorum multitudo Auguſtam obſideret, milites, quos vrbi ad præſidium impoſitos habebat, priuſquam cum hoſte manus conſererent, ſacro viatico inſtruxiſſe.

Idem iubet Conſtantius.

Enituit vero ſanctiſſima hæc pietas quam maxime in Conſtantio magni Conſtantini fi- B lio, qui dum in Magnentium moueret, vniuerſum exercitum ſuum hortatus eſt, vt diuina perciperent myſteria, ſemper enim aſſerens, incertum eſſe vitæ exitum, multo autem maxime in bello, vbi tot vndique telorum millia immittuntur, tot enſes, gladiique vibrantur, à quibus violenta mors inferri plurimis ſolet, quod ſi verò quiſpiam id recuſet, is iam nunc dimiſſus donium reuertatur, nolle ſe aliis quam ſecum initiatis in bello ſociis vti. *Theodoretus lib. 3. hiſtor. capit.3.*

Idem iubet Henricus Imp.&c.

Quod idem de Neapolitanis contra Saracenos pugnaturis Alphonſus Giacconius ad ann. 848. de Vitis Pont. narrat; vti & de *Henrico IX. Imperatore*, priuſquam in bellum cum ſuis profi- C ciſceretur, Bonfinius de reb. Hung. decade 2.l.1. ſcriptum reliquit.

Idem ſtatuit Guil.Comes Northmanniæ.

Idem de *Guilielmo Comite Northmanniæ* contra Haroldum Tyrannum Noruegiæ pugnatuto, Ingulphus, & Matth Weſtmonaſterienſis tradunt.

Quod & de milinbus belli ſacri priuſquam vrbem Hieroſolymam aggrederentur Guilielmus Tyrius ſcribit. vſque adeo res vna hæc omnes veræ pietatis amantes Chriſti Domini exemplo adſtrictos tenet.

B.V.Maria *deipara Viaticum ſumpſit.*

Nec viros tantum, ſed & feminas prolectaſſe certum eſt, cuius affirmationi ſingularem fidem in primis faciet magna Dei Mater, ac Virgo D *Maria*, cui iam ex hac vita migraturæ Chriſtus ipſe læto vultu, ſacrum Euchariſtiæ viaticum procuraſſe dicitur his verbis: *accipe Mater mea, quod mox complebitur tibi in regno meo, vnà cum Patre meo. Ita Gerſon tract.9. in Magnif.* aliique apud Laurentium Maſellum l.6.c.19.

B Maria Magdal.

Maria præterea Magdalena vitam agens in deſerto, cum ſibi vitæ finem imminere cognouiſſet, *Maximinum* Epiſcopum accerſiuit, perceptoque ab eo ſacroſancto Corporis Chriſti viatico, ad cælum migrauit. *Ribad. in Vita.*

S.Lucia.

Idem de beatiſſima virgine ac Martyre Syracuſana *Lucia* tradit Ado in Martyrologio, quæ ignibus iam facta ſuperior, ac gladio percuſſa in gutture, tantas martyrij ſui impetrauit inducias, donec dominici corporis ſumpto viatico robuſtior ad ſponſum migraret.

S.Romula.

S.Romulam virginem celebrat B.Gregorius lib.4.dial.c.15. cuius dum mortem deſcribit, viaticum, inquit, petiit, & accepit.

Quod autem attenta hic cogitatione expendendum eſt, ipſa ſibi in hoc placere viſa eſt ſæpius diuina Sapientia, cum & naturæ obſtacula tranſcendere, & modum reperire viſa eſt, quo & animam eſurientem reficere & digno poſſet viatico proficiſcentem communire.

Hugo de S. Victore.

Ad mortem accedebat Hugo de S. Victore Regularis Canonicus, cum ſtomachi nauſeam non leuem patiens, ſacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti viatico inſtrui vetabatur. B Offertur ſimulata hoſtia, à Sacerdote minimè conſecrata, ſed Spiritu ſancto mentem ægri illuſtrante, fraudem dignoſcit, nec illud Corpus eſſe Domini ſui, cui verus ac Catholicus Chriſtianus ſacramentali vnione iungatur, exclamat. Ergo vera affertur, quam cum neque propter ſtomachi indignationem poſſe tutò ſumere videretur: *aſcendat*, inquit, *filius ad Patrem, & ſeruus ad Dominum ſuum.* Quibus dictis, & S.Euchariſtia diſparuit, & ipſe vir ſanctus, Deo Spiritum ſuum reſignauit. *Garzonius in Vita.*

Vir nobilis Maſſilienſis *& pius.*

Fuit adhæc iuxta Maſſiliam vir quidam Nobilis ac ſingulari quadam in V. Sacramentum præditus religione, qui dum graui detineretur inualitudine, ac ſacro muniri viatico vnicè deli- C deraret, verum propter crebros vomitus ab eodem prohiberetur, adorare ſuppliciter petiit, quod ſumere vetabatur. Paruit ſacerdos, adeſtque cum ſacra hoſtia, qua dum eum conſignare pergit, videt illicò pectus ægroti aperiri, ſanctamq; hoſtiã è manibus ſuis euolare in cor ægroti, ac mox in oculis adſtantium omnium regredi, comitante anima decumbentis eius conſpectu in æternum beanda. *Cardinalis Bellarminus in Catechiſmo quem iuſſu Clementis VIII. conſcripſit.*

Otto Imperator.

Auctor præterea eſt *Thomas Walſinghamus in hypodigmate Neuſtriæ*, militem quendam Anglum, nomine Philippum de bona villa, qui ſub Ottone Imperatore multis annis militauit, ſequentia D magno animi ſui ſenſu referre conſueuiſſe: Cum inſtaret Ottoni dies vltima, morſque præ foribus immineret, vnicè petiit Imperator ſacro viatico muniri, quod cum ob frequentes vomitiones fieri nequiret, ſaltem Corpus Domini ad ſe deferri, & adorare optauit. Factum id ex voto, & en cum brachia diduceret Chriſtum velut amplexurus, pars ea pectoris, quæ cor obtegit, aperiri viſa eſt, hoſtiaque è manibus ſacerdotis elabi, & in apertum patenſque cor, tamquam in paratam ſibi ſedem deuolare, ac deinde rurſum, abſque vllo cicatricis veſtigio occludi.

Prioribus affine, niſi maius, atque excellentius velis tum propter Perſonæ dignitatem tum

verò

Digitized by Google

verò indubitatam rei hiſtoriam, quam nobis Ordinis Minorũ hiſtoriographus Lucas Waddingus ad annum Domini 1274.n.17. ex Vinea S.Franciſci recenſet.

Mira, inquit, beneuolentia ac ſingularis illa Dei erga S. Bonauenturam ſub mortem exſtitit dignatio: ſubitò namque viribus deſtitutus in tantum vomitu fatigabatur, vt nihil ſumptum retinere poſſet. Nihilominus ex Chriſtiano more deſiderabat enixiùs ſacro viatico recreari: abſtinuit tamen præ reuerentia, & periculi cauſſa. Iuſſit tamen corpus Domini adſerri cuius ſaltem præſentia, cum ſumere vetaretur, confirmatus, lætiùs, conſtantiuſque excederet. Pixidem, quod Ciborium vocant, in quo corpus Domini portabatur, lateri admoueri voluit, ſumendi deſiderium proteſtatus. Cum ecce ſub pixide lateri appoſita, in formam roſæ rubentis latus aperitur, qua Chriſti corpus è pixide in eius cordis intimum ſe immiſit, nullo pòſt aperturæ relicto veſtigio.

S.Bonau.

Magnum profectò & admirandum beneficium, quo Deus latera hominis penetret, & impeditâ naturali viâ, nouam ſibi ad Cor penetrandi aperiat, quâ viaticum inſerat laboranti.

Paragraphum claudo, vbi tot heroibus heroidem vnam, virtute non imparem adiunxero, Iuliana hæc erit, ex nobili Falconetiorum familia Florentiæ oriunda, quæ cum aſſidua ieiunandi conſuetudine, aſſiduiſque vigiliis difficillimum ſtomachi morbum contraxiſſet, adeo vt iam cibum nullum retinere poſſet, læta nihilominus, atque omnibus benigna, vnum tamen quam maxime deplorabat, quod cæleſti viatico refici non permitteretur, quapropter morti iam facta vicinior, deferri ſaltem ad ſe ciborium petiuit: quo adorato, rogauit ſibi pectus lauari, dein munda ſindone inſterni, ſuper quam ſanctiſſimum tantiſper Sacramentum quieſcere poſſet: quod ſimul ac factum eſt, radiare facies decumbentis, animaque corporeis vinculis excedere viſa eſt Sacramento nuſquam comparente, creditus ſponſus in cælum voluiſſe comitari ſponſam ſuam. *Annales ord. Seruitarum.*

V.Iuliana Falconer.

O nobile viaticum! deductionem omnibus expetendam!

Communis parœmia eſt, nec vulgo promiſcuo improbata, ſine nautico pane, quem biſcoctum nuncupant, diutinam nauigationem minimè ſuſcipiendam eſſe. Ecquod autem iter longius, addo & infeſtius eo, quod hominem è terris ad cœlos ducit? vbi vel ſemel naufragaſſe, æternum eſt. Vnica hic annona, Eucharistia eſt, biſcocti nomine celebris, vtpote quam feruor S. Spiritus in vtero virginis primum excoxit, deinde in ara crucis, ardentiſſimi Amoris clibanus percoxit.

Hic nobis commeatus præcipuè comparandus eſt, quo mare hoc magnum & ſpatioſum manibus læti & integri traiiciamus.

Dici nequit quantis, quamque inſignibus diuinum hunc cibum SS. Patres, magnaque Concilia laudibus celebrarint: iam *frumentum electorum*, iam *pharmacum immortalitatis*, iam *ſymbolum reſurrectionis*, iam *annonam cœlum petentium, ſtipendium militiæ noſtræ*, iam *pignus æternæ gloriæ* compellantes, quod vltimum ſatis nos omnes amore maximo incendere queat, ad eius hoc tempore ſanctiſſimam ſuſceptionem; cum enim, vt bene Cardinalis Bellarminus aduertit, res pignore appoſito promiſſa negari non poſſit, quis ſibi metuat denegandum regnum, quod diuino hoc pignore tradito nobis promiſit, qui nec fallere, nec falli poteſt: quapropter *B. Laurent. Iuſtinianus* notiſſimum illud æternæ felicitatis indicium, ac diuinæ miſerationis præſagium certum appellare ſolitus erat, iuxta id quod ab ipſomet Chriſto acceperat, *ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: quomodo* namque, vt aiebat *S. Ambroſius, morietur, cui cibus vita eſt: impoſſibile enim eſt, vt mors ab eo qui vita eſt, non vincatur*, teſte *S. Cyrillo.*

Elogia Eucharistica.

Ioan. 6.52.

Sed, vt ante diximus, vltimâ hâc horâ aduerſarij multi, immanes & acerbi. Eſto: ideo & diuiniſſimæ huic annonæ gladius Gedeonis pro cognomento datus eſt, *omnis* ſiquidem *armatura fortium*, qua munitis timendum eſt nihil, iuxta id quod Euangelicus Propheta his verbis prædixit: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores captâ prædâ, quando diuidunt ſpolia, iugum enim oneris eius & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian.*

Cant. 4.4.

Iſaiæ 9.3.

Quæ verba quamuis lætitiam eorum deſignent, qui Chriſtianè viuunt, rectè etiam ad eos, qui Chriſtianè moriuntur, adducas.

Sicut enim Agricolæ meſſis tempore, & milites cum hoſte deuicto opima ſpolia reportant, lætari ſolent: ita piorum hominum mentes, cum imminente mortis hora, ſacro viatico reficiuntur, exultant; ſat gnari, quantos mox obitâ morte ſint relaturi triumphos, cum graue illud dæmonis iugum, quod ille ceruicibus eorum imponere ſatagebat excuſſerint, ſicut in die Madian: hoc eſt, ſicut Gedeon vir fortiſſimus Madianitas inſigni victoria fregit, quando panis ille ſubcinericius, ipſa Euchariſtici figura, caſtra hoſtium ſubuerſit; ita quoque illi Euchariſtico pane incumbentem capitibus ſuis hoſtium atrociam fuderint, glorioſeque diſſiparint, vt locum hic non inconcinnè Apoſtoli monitũ ſortiatur, *induite ergo vos armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere aduerſus inſidias diaboli*: ſumite, inquam viaticum, ſi viam ad æternitatem tot latrociniis infeſtam feliciter peragere velitis. Hac mente præditus S. Epiſcopus *Cyprianus* epiſtola 54. quâ rationem dat, cur ægrotis Sacrum Viaticum impertiamus, ſic ſcribit: *Eos protectione corporis & ſanguinis Chriſti muniamus: & cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos contra aduerſarium*

Iudic. 7.13.

S.Cypr.

tutos volumus, munimento diuinæ ſaturitatis armemus: vnde quantum ac quale ſaluris noſtræ cõpendium, quæſtuſque exiſtat, docebit nos aureum illud os, omni Græcorum opulentia pre- S. Ioan. Chryſoſt. tioſius, lib. 3. de ſacerdotio ſic loquens: *Quidam mihi narrauit non ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id, & vidiſſet ipſe, & audiſſet: quod, qui de hac vita emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura, ac munda conſcientia participes fuerint: ſpiritum efflaturi, ab Angelis eorum animas ſatellitum more ſtipantibus propter aſſumptum illud ſacrum hinc recta in cœlum adducuntur.*

Nunquid hoc eſt ambulare in fortitudine cibi illius [veri ſcilicet panis Æliæ] vſque ad montem Dei, vbi videatur Deus Deorum in Sion? Dignum plane, cui nouus homo totis medullis B cordium, ac votis omnibus enixè ſucclamet:

O ſalutaris hoſtia, quæ cœli pandis oſtium,
Bella premunt hoſtilia; da robur, fer auxilium,

Vt eâ, quam nobis diuina vox beatitatem tantoperè commendauit, aliquãdo potiatur, quodque, grauis ille, maximeque idoneus Incarnatæ Apoc. 14. 13. ſapientiæ vates, amorque Ioannes, Apoc. 14. 13. audiſſe ſe aliquando teſtatus eſt, conſequatur. *Audiui*, inquit *ille, vocem de cœlo dicentem mihi, ſcribe: beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Magna profectò vox & plena myſteriis! languere moribundi ſolent, & doloribus confici non paucis, ad hæc grauibus impeti prælijs, atque aſſultibus oppugnari; & hos beatos dixerimus? Ita, quam maximè; Sed dummodo in Domino moriantur. Paſchaſ. Ratbertus. Et quid, obſecro, in Domino mori? dicet Paſchaſius Ratbertus: *tunc in Domino morimur, ſi nos in illo, & ille in nobis per hoc myſterium maneamus, qui enim manducat meam carnem & bibit meum ſan-* Ioan. 6. 75. *guinem in me manet, & ego in illo: Et rectè: quomodo enim qui pro cibo vitam habet, ſentiat mortem? habi-* Pſ. 90. 1. *tat namque in adiutorio altiſſimi & in protectione Dei cœli commorabitur, calicemque, quem à ſe Dominus in agone mortis conſtitutus, vt ſolatiis plenum, auferri voluit, ac famulis in hanc horam venturis aſſeruari, pleno gutture hauriet & epotabit.* Hæc Euchariſtici noſtri Viatici gloria, hic fructus vberrimus omnibus ſuſcipientibus illud, vti & fortuitis quibuſdam caſibus variis datum fuit experiri.

Iulius Mancinelli *reiectam ab ægro Euchariſtiam reſorbet quo fructu?* Iulius Mancinelli vir è Societate Ieſu robuſtiſſimæ in Chriſtum caritatis, Euchariſtiam ab ægro reiectam viderat, quare rei indignitate motus, animo ingenti, qui ſtomachum trepidare minimè patiebatur, eam illicò reſorbuit: vnde tantam deinceps ſuauitatem perſenſit cum ſacra libaret, vt diuino calice ebrius videretur. Vnde quid ægri ſentiant licet arbitrari. Maria Oegniacenſis. *Maria Oegniacenſis* in ea infirmitate, qua ſub mortem conflictabatur, tametſi ne modici quidem panis odorem ferre poſſet, facilè tamen Sacrum Corpons Chriſti viaticum ſumebat, vnde & facies eius quoſdam ex ſe luminis radios emittere videbatur. Tentabant domeſtici an hoſtiam non conſecratam ſumere poſſet, ſed illa mox à panis A odore abhorrebat, & cum vel exiguam particulam attigiſſet, ingenti anxietate ſingultiebat, ac ſi pectus rumperetur, quæ omnia in ſumptione veræ hoſtiæ ceſſabant, manente illa mirificis in vtraque homine ſolatiis delibuta. *Iacob. Card. Vitriac. l. 2. Vitæ c. 12.*

Quæ cum ita ſint, tantuſque viatico huic noſtro theſaurus incluſus ſit, debuit ſanè illius, vt rei cuiuſdam maxime proficuæ & expetendæ facilis reddi adeptio, nec grauis, moleſtaue impetrario procreari.

Et re vera ſic res ſe habet, licet enim ordinaria eius porrigendi poteſtas ſit penes Curionem, tamen & alteri is vices ſuas committere poteſt *Quam debeat eſſe in promptu S. Viaticum. Quiſnam illud deferre & adminiſtrare poſſit.* Sacerdoti quidem, ſi ſuppetit; Diacono verò, ſi B & neceſſitas præſens vrgeat, & ſacerdos deſit idoneus, qui ferre poſſit. Ceterum in eo rerum ſtatu quo & proprius, vt aiunt, deſit ſacerdos, aut deferre non poſſit, nolit etiam per iniquitatem alteri ſacerdoti idoneo rem committere, tum, inquam, quilibet alius ſacerdos, cuiuſcunque ordinis, aut conditionis deportandi ægro viatici facultatem habet, quippe quam illi tribuere Canones, & Pontifex ipſe cenſendi ſunt.

Ita præcipiunt Sotus, Victoria, Suarez, Hõriquez, Layman, aliique complures. Quæ facultas eo quidem articulo extremæ neceſſitatis etiam ad Presbyteros ab Eccleſia excluſos, & ex- *Quid in neceſſitate?* communicatos ſpectat, etiam ad ſchiſmaticos, C aut hæreticos. Quin etiam eadem Diaconis cõpetit, ſeu præſentibus, ſeu abſentibus iſtis, de quo lis inter Doctores manet: imo ſi omnes hi deſiderentur, eadem ferendi copia penes laicum quemlibet eſſe fertur, modo ſcandalum abſit. Adeò infirmis hac in re fauendum cenſuit Eccleſia, præſertim cum valde probabile de viatico ſit exſtare præceptum diuinum, vt bene diſputant Vaſquez, Suarez, Sotus, Valentia. Addo ſi ſacræ hoſtiæ forte deeſſent licere Sacerdoti, etiam non ieiuno ſacrificare, & hoſtiam conſecrare ad moribundi viaticum; ſi quidem aliud ſacramentum Pœnitentiæ, aut extremæ vnctionis accipere nequeat, vt bene Layman l. 5. tract. 4. c. 6. tradit.

D Poſtremo etiam laicum in extrema neceſſitate, abſentibus idoneis Euchariſtię miniſtris, poſſe ſibi viaticum miniſtrare ſatis inter Theologos conuenit, neque abhorret plurimorum vſus propter contagionem à turba & contubernio ſecretorum, quibus cum neque decenter, neque ſatis apte inſtrumento quopiam porrigi poteſt, ipſimet ſumere & ori proprio ingerere poſſunt.

Ad tempus autem quod attinet, certum eſt *Tempus ſumendi Viatici.* tunc poſſe ac debere impertiri Viaticum, cum probabile mortis periculum vrget. quod quidẽ neceſſe non eſt, vt tantum ſit, vt æger ipſo die migraturus è vita videatur, aut perendie, ſed dubiũ aliquod non diſtãtis mortis ſubeſſe ſufficit.

Quod

Quod verò attinet ad eum, qui ſemel accepit viaticum an intra eandem infirmitatem iterum non ieiunus communicare poſſit?

Quoties in eodem morbo liceat ſumere Viaticum.

Aiunt id Toletus, Sotus, Victoria, Coninck, Reginaldus, Suarez alijque, poſſe videlicet poſt ſemel acceptum viaticum intra eandem ægritudinem idem dari abſque ieiunio, ſed in determinanda diſtantia, quæ intercedere debet, variant Doctores.

Suarez, Nugnes, Henriquez, Fagundez, Caſtaldus, octo vel decem dies exigunt. Syluio ſufficiunt ſeptem. Ludouicus à S. Ioanne, multique ex Magiſtris Complutenſibus tertia die dari poſſe arbitrantur.

Paulus Layman exiſtimat eum, cui propter piam conſuetudinē frequentius Euchariſtiam ſumendi, difficile ſit, ea in morbo diutius abſtinere, altero ſtatim die à ſumpto primum viatico, iterum non ieiunum diuinis epulis accumbere poſſe, dummodo mortis periculum imminere videatur. Imo cum alijs, concedit Sacerdoti, cui par periculum inſtet, vt ob eandem cauſſam non ieiunus ſacrificet, ſi aliunde ſacram hoſtiam accipere non poſſit.

Quæ omnia ex Probatis auctoribus collecta probabiliter dicuntur, atque intento velut digito ſanctiſſimi viatici vtilitatem, ac neceſſitatem ad oculum demonſtrant.

Vſque adeo Viatici miniſtrandi cupidum ſe præbuit Seruator noſter Ieſus, nobis omnibus à Patre propoſitus in exemplum, vt prodigiis nō parceret, adeo cordi habuit ſalutem noſtram, vt quod ipſe prior egit, nobis vel fructu maximo ſequendum deſignaret; adeò denique nos omnes diligere voluit, vt omni tempore ſe præſtare amicum, & vacuam ab omni obiectaculo viam, qua ad nos tempore maximè neceſſario diuerteret, magna animi ſui beneuolentia ſtatuerit aperire.

Beatos nos! ſi, quæ nobis veſtigia reliquit, gnauiter fuerimus ſecuti, quæ beneficia, gratiaſque obtulit, ſedulò, ſtudioſeque non detrectimus amplecti: quod in Carolo Quinto Imperatore verè Auſtriaco, non obſcurè datum eſt obſeruare, vt domeſticus eius Zenocarus ſcriptum reliquit, antequam inquiens, Carolus expiraret, poſt acceptam ſacram vnctionem, quamuis antè SS. Chriſti corpus àcceptiſſet, iterum illud deguſtare voluit, vt in me maneas, exclamans, & ego in te.

DOCVMENTVM V.

Teſtamento legitimè, pieque condito decedere.

Chriſtus teſtamenti condendi exemplum dedit.

VSu bono apud homines receptum eſt, vt morituri Teſtamentum vel de nouo condere, vel ante conditum recognoſcere ſoleant, aut immutare, quo nouiſſimam ſuam volunta-

A tem certam, abſolutamque tradant hæredibus obſeruandam. Collineaſſe huc Chriſtum Dominum qui nobis à Patre Dux, atque magiſter datus fuerat, auctor eſt Robertus Card. Bellarminus l.1. de miſſa cap.8. Turrianus l.2. de ead. c.12. & 32. Idemque ex multis Patribus confirmat Suares tomo 2. in 3. p. d.47. ſect. 4.

Diſputare hic nolim ſitne Chriſtus Dominus, cuius teſtamentum in ſcripturis & Patribus aliquoties memoratur, iis annumerandus, qui latè tantum, & minus propriè dicuntur cōdidiſſe teſtamentum an ſecus? cum enim nihil, aut parum admodum de temporalibus poſſederit, quo pacto de iis diſpoſuiſſet? quod rectè B aduertit Cardinalis Vigerius chorda 7. c.48. ad illa Chriſti verba, *venit princeps mundi huius* (fortuna nimirum) *& in me non habet quidquam*, q.d. nihil ſuum poteſt in me, vel à me requirere: atque ita mirum non eſt, ſi teſtamentum meum nullam de talibus bonis contineat diſpoſitionem; bonis tamen cœleſtibus ditiſſimus erat, de quibus ei liberum erat teſtamentum condere, & ea quibuſcunque luberet, attribuere, vel negare; nam, vt obſeruarunt antiquiſſimus Doctor *Tertullianus* contra Marcionem c.40. *Chryſoſtomus* hom.89. in Matth. *Ioan Damaſcenus* lib.4. c.14, ſicut inter nos, circumſpectus & prudens teſtator, in teſtamento veteri, à ſe pridem con- C dito, iam iam moriturus mutat, nunc vnam, nunc aliam clauſulam, detrahendo, addendo, expungendo, ſubſtituendo; ſic Dei filius æterna ſapientia Patris, cum multa in veteri teſtamento inuenirentur, quæ fixa eſſe, & firma manere nolebat, ideo ſub vitæ finem plurimas clauſulas aboleuit, & earum loco alias ſubſtituit & ſubrogauit, quæ morte teſtatoris ſuperueniente, omnino ſtabilitæ, roboratæque confirmabantur, iuxta id quod Paulus adſtruit Teſtamentum firmum non eſſe, niſi intercedat mors teſtatoris: atque ita populo Iſraëlitico, qui antè in veteri teſtamento hæres nominatus fuerat, nouâ clauſulâ expuncto: *quia vos non populus meus.* Oſeæ 1. ac gentibus in hæreditatem aſſumptis, magnaque illa ac moleſta ceremonia- D lium præceptorum farragine dimiſſâ, vnius incruenti ſacrificij lege, pridie quam moreretur ſancita, Corporis ac ſanguinis ſui Sacramēta nobis in teſtamentum iure perpetuo poſt mortem poſſidenda reliquit.

Ioan.14. 30.

Heb.9 16.

Oſeæ 1.9.

Sciens enim coæternus Dei filius ſibi eſſe omnia à Patre data, ſeque primogenitum introductum in orbem terrarum, hæredemque conſtitutum vniuerſorum, vt hæredes ſibi inſtitueret, quos omni ex carne delegerat, vltimum apud eos cœnaturus, noui teſtamenti calice potat, miraculis paſcit, ſaginat diuinitate, vt nouū à mirabiliore manna teſtamentum auſpicetur: de quo vt nemo dubitare queat, nomen quoque Teſtamenti expreſſit, & quidem illis ferè verbis, quibus olim Moyſes, ſicut enim ille

dixerat,

A dixerat, *hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus*; ita ipſe dixit, *hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti*. Nec tabellionis præſentia defuit, qui chirographo ſuo fidem teſtamento faceret, ac robur adderet, S. ſc. Ioannes, *qui teſtimonium perhibuit veritati & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius*. Ioan. 19. 35.

Ioan. 19. 35.

Quodque facere, qui teſtantur, ſolent, & teſtes ſupremæ huius voluntatis adhibiti ſunt, omnes ſc. Apoſtoli, qui patriarchæ & veri totius populi Chriſtiani Patres fuerunt.

Et hæc pridie mortis ſuę, antequam in hortum ſecederet agonem ſuum auſpicaturus: ſequenti vero die, mortem ſibi imminere conſpiciens, codicillos ordinauit. De quibus videndus P. Gabriel Vaſquez in 3. p. diſput. 199.

Gabriel. Vaſquez in 3. p. diſp. 199.

B Commendarat ſe, vt ſubinde apud moribundos fieri amat, decedentis benignitati de latronibus alter, qui iuxta, & cum ipſo in cruce appenſus erat, iam Crucifixo Domino condolens, & offendiculi, quod ante dederat pœnitens, Deumque liberrima voce confeſſus, *Domine*, inquiens, *memento mei dum veneris in regnum tuum*. Et commota ſunt viſcera eius, quique teſtamentum ante condiderat, codicillos adiecit, eiſque latronem, iam Apoſtolum, cœleſti regno donauit, inquiens: *Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo*.

Luc. 23. 42.

Viſa adhæc Matre cariſſima, cum dilecto adſtante diſcipulo, ne quod alijs auctor ipſe faciendi fuerat, vt, ſi matrem aut liberos ſe habere, dum teſtantur meminerint, eorum curam ac protectionem alicui commendent, & Matrem Ioanni, & diſcipulum Mariæ ſecunda hac cera conſignauit, dicens: *Mulier, ecce filius tuus, Ecce mater tua*: de quo ſic S. Ambroſ. *Teſtabatur in Cruce Chriſtus, & inter Matrem, atque diſcipulum pietatis officia diuidebat*. Ep. 82.

C Luc. 23. 43. S. Ambroſ. epiſt. 82.

Completa exinde animaduertens omnia, dixit, *Conſummatum eſt*: nihil ad perfectum, cõſummatumque meritorum meorum theſaurũ, quem vobis lego, deeſſe video, quiſque ex eo proſpicere ſibi ſatagat: quantum conniſus fuerit, tantum certo ablaturus; quo merita ſua omnia indigenti ſponſæ, largitur, ac ſingulis eius membris per Chriſtianum orbem diſperſis, vt ſine præiudicio alterius, cœleſtem quam nobis tranſmittit, hæreditatem adeant, edicit: multo melius, tutiuſque illo *Conno Patauino Calaonis & Cerri Comite*, qui cum liberis careret ſupremis teſtamenti tabulis arces, palatia & prædia ſua illis reliquiſſe ſcribitur, qui poſt obitum ſuum, illa priores occuparent. Quod Eſtenſes non ſegniter intelligentes priores tempore iuris prærogatiuam, vigore vltimæ illius voluntatis cæteris omnibus præripuerunt. Obtulit teſtator noſter, quam nobis hæreditatem legauerat, adeundam omnibus conſummatam iam atque perfectam, eis verò præ ceteris, qui ſui victores arenam primi ingredientur, ſecundum id quod ante expreſſerat: *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud*.

D Ioan. 19. 30.

Teſtamentũ Conni Patauini.

Math. 11. 12.

Denique in ima cera, quod nobis primam occupare ſolet, ſpiritum in manus Patris commendat: diuerſitatis ratio eſt; nos animas Deo commendamus vel vt illis parcat, vel clara ſui viſione beatas reddat, neutro horum ex capite Spiritum Deo patri commendandum Chriſtus habebat, tum quia omnis peccati expers erat, tum vero quia à prima conceptionis hora diuinam fuerat eſſentiam contemplatus, nos autem vtroque deſtitutos, id agere conuenit, quod noſtra nobis neceſſitas, & æque ratio faciendum præſcribit, primis id tabellis exprimendo, quod vltimis Chriſtus expreſſit. Et huc non inconſultò reſpexiſſe viſus mihi S. Ambroſius fuit, cum dixit. *Auctor pietatis Chriſtus teſtamentum condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens: Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, Patri ſpiritum, Virgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis pœnitentibus crucem*.

Quare Chriſtus vltimò ſpiritum patri commendauit quod nos in teſtamentis primo facere conuenit.

Teſtamentũ Chriſti, ex S. Ambroſio.

Atque ita nouo homini Saluator teſtamentarijs tabulis à ſe conditis luculenter præluxit, nulla de apparatu ſepulturæ, nulla de funeris pompa, aliiſque huiuſmodi facta mentione.

Et hîc mihi conueniendus eſt nouus homo, vt quos propoſito Chriſti exemplo, tamquam lucidiſſimo quodam ſpeculo, teſtamentorum nœuos deprehenderit, ſedulo detergat.

Iuxta Chriſti teſtamentum reformanda noſtra.

Pium ac ſanctum Chriſti teſtamentum fuit; ab impio itaque, atque peruerſo hîc omnibus abſtinendum.

Naui teſtamentarij.

Peruerſum eſt teſtamentum, quo heredes neceſſarij abſque legitima cauſa excluduntur, atque ad extraneos ſuppetentibus liberis bona tranſmittuntur, quod Domitianus etiam quantumuis impius, teſte Suetonio, improbauit.

Inter liberos autem, qui hæreditat: non ſunt fraudandi, numerat Saluianus liberos religioſos, quos grauiſſimè expoſtulat fraudari, eo titulo, paterna hereditate, vel non niſi ad vitam vſufructuarios conſtitui.

Idem damnat in viro quodam ſui temporis *S. Hieronym*. in epiſt. ad Demetriad. Ait quippe eum morientem ad omnem copiam luxuriæ & deliciarum prouidiſſe liberis ſecularibus, duabus tantum filiabus profeſſis virginitatem perparum dediſſe.

Affine eſt, quod religioſos ac cælibes iure hereditatis ac teſtamenti prohibitos Conſtantinus Magnus in integrum reſtituit. Nec hinc abluditur dum vnus præ alio temerè fraudatur in pœnam, ſiue vindictam. Res ſanè intempeſtiua, & aliena valde, tantum effrenis animi perturbationibus, tunc indulgere, quando vel maximè coërcitas eas oportuerat habuiſſe. Mori ſiquidem, tùm corde tùm manu vindictam ſpirante, quid aliud eſt, quam Dæmoni arma ſuggerere, quibus nos ſupremo hoc tempore debellet.

Non

Digitized by Google

Non id docuiſſe Chriſtus viſus eſt, cum & morientis veſtes inter hoſtes diuidi, & vltimò, quē ore ſpiritum trahebat, veniam Crucifixoribus à patre flagitabat. Contrarius ſanè hic Saluatori noſtro, Deoque ſenſus, qui Chriſtianum hominem eo potiſſimum tempore, quo & ipſe præcipuè Deum rogare neceſſe habet, *ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris*, magnopere dedecet. Nec obſcurum ei damnationis ſignum apportat, vel ipſo *Chryſoſtomo* teſte: *ſi ob contumeliam ſimus implacabiles, & propter amarius verbum perpetes diſcordias habeamus, an non iure videmur in carcerem compingendi.*

Caueat itaque Chriſtianus, ne ſupremus hic actus maculam ei det in gloria ſua, ſed actu potius Heroico Chriſtum imitans, ſui victor excedat.

Impium vero eſt, quo nihil à teſtatore relinquitur Deo. Et hoc nomine paſſim traducūt Patres ea teſtamenta, quibus Chriſtus non adſcribitur heres cum liberis. Gregorius certe Theologus ſcribens ad Aëtium & Alipium inſigniter omnino docet, quanti ſit, cœleſtem hanc negotiationem planè quæſtuoſiſſimam gnauiter ac ſtudioſè obire, vt factum à pleriſque refert: & hoc docet eſſe, bona facillimè peritura, vel à furibus ſubducenda, locare in tuto, ac Deo fænerare. Quem illi quæſtum improuidè prætermittunt, qui abeuntes è vita, Chriſti obliuiſcuntur.

Grauior eorum culpa eſt, & meritò à Saluiano damnata, qui liberis deſtituti ad extraneos planè, & quidem diuites, imaginaria adoptionis neceſſitudine iunctos, bona ſua teſtamentō tranſmittunt, quod à pſalte non malè notatum

Pſal. 48.11. eſt, dicente pſal. 48. *relinquent alienis diuitias ſuas*, cum poſſent dare cognato germaniſſimo, dantes Chriſto.

Ad pietatem quoque teſtamentorum ſciendum eſt, velle in pios vſus diſponere de re alteri obnoxia, ſine debito naturalis pietatis, ſiue iuris alieni, vel denique debito charitatis & miſericordiæ, non aliud eſſe quam offerre *ſacrificium*

Eccli. 34. 24. *de rapina, aut de ſubſtantia pauperis*, quod Eccli. 34. *dicitur apud Deum perinde ſe habere, ac ſi quis filium victimaret in conſpectu patris ſui.* Itaque priuſquam diſpoſitio vlla pia fiat, proſpiciendum eſt, vt iura quoruncunque ſint integra, & vt debita charitatis, quibus verè obſtringitur teſtator, prius exſoluantur. Si cui ſunt creditores, nomina prius diſſoluat, quam de pauperibus cogitet. Si domeſticos habeat, quibus proſpicere teneatur, puta, liberos, aut parentes, iis faciat bene. Si famulis dilata ſtipendia, ea curet perſolui.

Pompa funebris. Eodem non male refero pompam funeris, & apparatum ſepulturæ, quæ vt S. Auguſtinus dicebat magna ex parte ad ſolatium viuorum potius quam ad pium defuncti ſubſidium ſpe-

A ctant, iuuare tamen poſſunt aliquatenus, ſi propter excitationem ſuperſtitum ad bene precandum defuncto, ſiue ob conſertas loco determinato preces adhibeantur. Et hac quidem in parte aliqui eſſe nimij, alij iuſto parciores videntur, quamuis vtrique obtendere velint pietatem. Nimij ſunt, qui teſtamento ſuo mandant exequias ſibi fieri magnificis impenſis, non in pauperes effundēdis, ſed in vana ſepulturæ adiuncta, vt in funalium agmen longiſſimum, muſicos modos lugubres, euocatis vndecunque cantoribus, aut in ſepulchra marmorea & exquiſitè ſculpta, &c. quæ à pietate ſolida & vere Chriſtiana plurimum abſunt: his audiendus S. Ioan. Chryſ. tom. 6. hom. de Morte: *quid ſibi*

B *vult ſuperfluus ille & inutilis circa funera ſumptus? qui magnum quidem funerantibus damnum, defuncto verò nullum attulit emolumentum. Quando Dominum audis nudum à mortuis reſurrexiſſe; deſiſte à tua in funere curando inſania.*

Alij vero ſordidi nimis, parci aut auari, qui ſpecie virtutis & vitandæ vanitatis, congruentes ſtatui ſuo expenſas decernere ſibi teſtamento refugiunt; eoque interdum deuenitur, vt ſuſpicio mota ſit oblæſæ religionis, non abſque magna vulgi fidelium offenſione, quod accidiſſe *Budæo* ferunt, cum is reciſa vniuerſa ſepulturæ pompa, mandaſſet vnicum ad ſepulturam ſuam ſacerdotem adhiberi, cui vnicus præiret laternam præferens Camillus, *vt autor Ludouicus Regius in vita eius.* Itaque teſtator ſapiens hanc te- Budæi vita quia reprehenſa.

C ſtamenti ſui materiam aurea mediocritate definiens, vtrumque extremum ſtudioſè vitabit, Chriſti Domini exemplo, qui dum pedes eius Maria, accepta libra vnguenti nardi piſtici pretioſi vngeret Bethaniæ, & vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes obſtreperet, ſinite illam, dixit, vt in diem ſepulturę meæ ſeruet illud, q. d. mortuum vngere non poterit, permitte ergo vt morti ac ſepulturæ proximum inungat, vſque adeo quod decens, ac decorum eſſet, Chriſtus neutiquam reſpuebat.

Sed eſt & alius eiuſdem exemplo næuus eluendus, cum teſtator, quantumuis piè, prudenterque diſpoſitus, eo vſque teſtamentum differt, quo vix, ac ne vix quidem ſui ſit com-

D pos, parum referre arbitratus an per ſe an vero per alios fiat. Prudentiſſime hîc S. Auguſtin. ſerm. 45. *Fac teſtamentum dum ſanus es, dum tuus es, nam ſi exſpectaueris infirmitatem, omnino minis, vel blandimentis duceris, quo tu non vis.*

Nec minus ſapienter Bernardus Syluestrinus Raymondum S. Ambroſij toparcham admonebat, epiſtola de cura & regimine rei familiaris: *appropinquat inquiens ſenectus? Conſulo quod Deo potius, quam filio tuo te committas? Diſponis legata? ante morbum diſpone; ſæpè quis efficitur infirmitatis ſeruus & ſeruus teſtari non poteſt. Liber ergo teſteris, antequam ſeruus efficiaris; atque adeo antequam fias inteſtabilis ob iudicij imbecillitatem:* didicerat

Bernardus Siluestrinus.

Sit in Caritate & gratia qui teſtamentum condit.

cerat id à communi omnium Paſtore Gregorio Magno Sylueſtrinus, qui lib. 4. dialogorum cap. 58. ſic loquitur: *tutior eſt via, vt bonum, quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios, agat ipſe dum viuit, per ſe: beatius quippe eſt liberum exire, quam per vincula libertatem exſpectare.* Quod vetus ille Poëta non neſciſſe creditus, dum cecinit.

S. Gregor. l. 4. dial. c. 58.

Da tua cum tua ſunt, poſt mortem, iam tua non ſunt.

Sed cæteris omnibus præponendus magni Conſilij Angelus, quem ideo ad nos cœleſtis Pater ablegans, attentè voluit audiri: quid hic igitur in rem noſtram tulit? dicet S. Lucas c. 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Et rectè id quidem: quapropter, ſi, vt ait *S. Chryſoſt. hom. 5. de grat. reddendis, hoc in vita neglexîmus, ſaltem in morte nobis conſulamus.*

Luc. 16. 9.

B

S. Ioan. Chryſoſt.

Obſtupeſcere me hic faciunt collybiſtica Bonziorum chirographa, quibus cæcos Iaponas vſque adeò dementare ſolent, vt ij ſub mortem pecunias illis numerent, quam vita functi in cœlo recipiant, & diuites fiant, ceteroquin egentes futuri. Et his promiſcuè in Iaponia fides habita, nullum apud nos è teſtamenti tabulis, non in gentilium Bonziorum vana marſupia, ſed pauperum manus, Dei vera gazophylacia, vt S. Baſilius loquitur, defluens eleemoſyna, locum inueniet? ſucclamante præſertim eodem Domino ac Magiſtro, *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Et quanto lucro! *Beatus,* inquit *Dauid, qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus: Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.*

Matth. 25. 40.

C

Pſal. 40. 2.

Ad quæ S. Auguſtinus: *Ne putarent illi, qui intelligunt ſuper egenum & pauperem, ſe recipiendos eſſe in cœlo, ſed negligi in terra, promiſſionem habent vitæ præſentis & futuræ. Optimus collybus! eroga terram, vt emas cœlum. Age illi gratiam, qui rem tam pretioſam tam vili pretio te facit emere. S. Auguſtin. tract. de miſericord.*

S. Auguſt.

Teſtem requiris? en Euagrium non vulgarem Philoſophum: hunc S. Epiſcopus Syneſius ad noſtra ſacra adducere, ſed fruſtra, pridem laborarat: cauſam is tandem aperuit, quod Chriſtus multa ſectatoribus promitteret, v.g. *date & dabitur*, centum pro vno, quæ tamen non præſtaret. Argumentis tandem conuictus, manus dedit. Et paulo poſt ad Syneſium venit, trecentos portans coronatos, vt eos ſuo nomine in pauperes erogaret, ſyngrapham poſtulans tanti dati ac promiſſi. Dedit Epiſcopus, quod rogabatur. Contigit mori Euagrium, qui, vti iuſſerat, cum ea ſcedula ſepultus fuit. Tribus iam diebus tumulo clauſus iacuerat; cum, Syneſio ſecundum quietem apparens, plene ſibi factum ſatis denuntiat, proinde aperto ſepulchro chartã vt recipiat monet. Clerum aduocat Syneſius, ſepulchrum aperit, reperitur Euagrius

Collybus Euagrij felix.

A cum charta recenter ſcripta in manu: ego teſtor Euagrius me id, quod per manus Syneſij Chriſto dederam, accepiſſe, vti promiſerat. *Sophronius in prato cap. 195. Zonaras 3. Annal.*

Bene proinde, ſanctéque dixerit Chryſoſt. hom. 6. de pœnit. *Mercatura & negotiatio tua cœlum eſt. Da pauperi, & accipe paradiſum.*

S. Ioan. Chryſoſt. hom. 6. de pœnit.

Succenturiat S. Auguſtinus: *Moriens ſic facias, quod ſæpe hortatus ſum: Si vnum habes filium, putes Chriſtum alterum: ſi duos, putes Chriſtum tertium: ſi decem, putes vndecimum. Qua enim*, vt loquitur Chryſ. ſer. de grat. red. *fueris ratione excuſandus, ſi Chriſtum ad hæreditatis communicationem non admiſeris? qui mortem, tuam ob cauſam ſubierit? morti proximus, ede aliquid, quod magnitudinem præferat amoris erga Deum.*

S. Auguſt. apud S. Antonin. in vita Cleric. p. 4. tit. 4. c. 1.

Rectè hæc omnia: ſed admodum reflectendus animus eſt, quo ſcilicet in ſtatu teſtamentum condatur, ſi namque teſtamento ſubſcribatur in ſtatu peccati, quantumcumque teſtamentum ſit pium, gratiæ, gloriæque meritum deerit vniuerſum, quare conſultiſſimum erit teſtamentum condere, vel Confeſſione præmiſſa, vel actu ſynceræ contritionis expreſſo. Si autem id fuerit prætermiſſum, neceſſe erit, poſtquam conſcientia peccati abluta fuerit, animaque mundata, intentionem renouare, ac priorem diſpoſitionem factam in malo ſtatu, ratam habere, atque efficacem concipere voluntatem, teſtamentum de nouo, ſi opus foret, condendi. *Ita Nauarrus in manual. c. 26. num. 36. Polancus in methodo cap. 3. Martinus de Roa l. de purg. cap. 18.* Eſt enim tale teſtamentum opus mortuum ac proinde infrugiferum, niſi recuperata denuo gratia, ſaltem ratum habeatur, quod perinde eſt ac ſi de nouo conderetur.

Hæc breuia, ac ſyrtes effugiet nouus homo dum ad Chriſti exemplum, velut ad illuſtrem quandam & perlucidam helicen mentis oculos attollet, eiuſque ductu vitam, moreſque ſuos componet. Quare, vt in pauca, quæ hactenus à me diſputata ſunt, contraham; meminiſſe primo velim hominem nouum Teſtamentum animæ ſuæ ſpeculum eſſe, non fallax illud aut incertum, ſed verum ac ſyncerum, adeo vt, qualem ſe is hac vltima ſua voluntate præſtiterit, talem & omni vita fuiſſe, iudicandum fore: ſi prudens ac pium condiderit teſtamentum, pij ac ſapientis nomen relicturum, contra vero, ſi leue ac ſtolidum, pari fidelia denigrandum, quales illi fuiſſe leguntur apud Garaſſum lib. 7. doct. curioſæ ſect. 19, tum qui hæredem ſcripſerat eum qui in exſequiis ſuis effuſiſſimè riſurus erat: tum vero qui vxorem ſuam obiens ex aſſe hæredem inſtituerat, ea appoſita conditione, ſi eodem ipſo die quo humandus eſſet, cum altero in manus conueniſſet: ſecùs, legatis omnibus excideret, priuanda hæreditate. Potuerint hi fortaſſe rationibus quibuſdam eo adducti fuiſſe, ſed iocos & cauillas eiuſmodi teſtamenta

Teſtamentum ſerium eſſe debet, & non iocoſum.

D

ſedo-

Teſtamentū Cortuſij.

redolere videntur, quale & Ludouici Cortuſij Iuriſconſulti Patauini celeberrimi, anno 1416 fuiſſe perhibetur, qui obiens, teſtamento cauit, ne propinqui flerent, aut plangerent eius mortem, aut aliqua quæ ad mæſtitiam faciunt, pararent, mulctâ ac damno exhæreditate appoſitis, volens citharædos & muſicos ante & poſt feretrum comitari vſque ad 50, & 12 puellas innuptas viridibus veſtibus Indutas funus efferre, centum funalibus accenſis, omneſque religioſos demptis Eremitis Auguſtinianis, quia toti nigri & triſtes, comitari. *Scardeonius de claris Iuriſconſ.*

Apage has nugas, res ſeria ſine ioco, ludoque tractanda eſt: Teſtamentum itaque condituro ob oculos verſetur, quod & ipſe hæres Dei aliquando eſſe deſideret, quare velut ad vltimum B illum ardentem cereum, quem in agone tenturus eſt, conſcribendum id ſibi exiſtimet, vt autem in gratia & caritate ſit, maxime adlaboret. Aſſiſtet ſcribenti prudens Iuſtitia: vbi Iuſtitiæ ex æquo factum fuerit ſatis, tum demum pia & perſpicax miſericordia condendo teſtamento præſutura accedet, vt quale ſe feciſſe volet, quando hinc exierit in cœlum, tale faciat nunc de beatitudine incertus. Chriſto hæredi ſuo in egenis, orphanis, ſacris; pro agonizantibus, animabus piaculares pœnas luentibus ſeponet aliquid, ſunt & qui ijs, quos aliquando inimicos habuere, aliquid legent pro pignore ſynceræ reconciliationis, & vt bene faciant iis, quibus aliquando malè fecerunt, vel à quibus mala C acceperunt.

Superuacaneum autem erit probare velle acceptiſſimam Deo rem eſſe, Chriſtum etiam in minimis ſuis hæredem facere, vnde S. Antonio Epiſcopo die 12 Feb. pro eorum quæ teſtamento in pauperes erogari volebat, auctario, Angelus magnam vim auri addidit, & data in exſequiis eleemoſyna in ipſis pauperum manibus creuit.

Cauſa legandi quidpiam teſtamento.

Duo maxime nomina cur alicui legetur quidpiam, ſunt; primò, quia illi multum debes, Iuſtitiæ, vel grati animi titulo; deinde quia illum præ ceteris amas. Cui vero plus debes, quā Deo? à quo omnia. quem amas, pluſquam Deum? quare quidquid de tuis potes, da Deo, D ad quem iter inſtituis. Ita conſulit S. Auguſtinus: *habes teipſum, da teipſum Deo, & habebis ipſum Deum. Quomodo dabis te Deo? Diſpone domui tuæ. Forſitan domum non habes, diſpone tibi, aſſume pennas quibus ad Deum euoles, pennæ, quibus euoles, ſunt dilectio Dei & proximi.*

Hoc docet Teſtamentum morientis Ieſu, dicerunt autem quotquot imitati ſunt, qualis in primis fuit

Dagoberto Regis Teſtamentum.

Dagobertus Francorum Rex, qui ſaluti animæ ſuæ inuigilans, ſana mente, ſanoque conſilio, conuocatis filijs & turba amicorum, generale indixit placitum, in quo per teſtamentum filios ſuos Reges conſtituit: ſed primo loco

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A pro remedio animæ ſuæ, omnes regni ſui baſilicas ſanctorum famoſas, villarum donatione hæredes fecit, rogans & obteſtans per terribile Chriſti Nomen, memoriam ſui in illis Eccleſiis, tribus in hebdomade diebus fieri, & pro animæ ſuæ remedio ſacrificium offerri ſalutare. *Ammonius l.4.c.30.*

Caroli Magni teſtamentū præclarum.

Talis & teſte Eginardo *Carolus Magnus*, qui fine ſuo appropinquante, teſtamentum facere inſtituit, omnem ſupellectilem atque ſubſtantiam ſuam tam in auro, quam in argento, gemmiſque & ornatu regio quæ illa die in camera eius inueniri poterat, primo quidem trina diviſione partitus eſt, deinde eaſdem partes ſubdiuidendo, de duabus partibus, viginti & vnā B partes fecit, & tertiam integram reſeruauit. Et duarum quidem partium in 21 partes facta diuiſio, tali ratione conſtitit, vt quia in regno illius metropolitanæ ciuitates 21 eſſe noſcuntur, vnaquæque illarum partium ad vnamquamque metropolin per manus hæredum & amicorum ſuorum eleemoſynæ nomine perueniret. Verum autem partis, quam integrā ſeruari voluit, talis erit ratio, vt illis duabus in ſupradictas diuiſiones diſtributis, hæc tertia in vſu quotidiano verſaretur, velut res, quam nulla voti obligatione à dominio poſſidentis alienatam eſſe conſtaret, & hoc tamdiu, quoad vſque vel ipſe ſuperſtes eſſet, vel vſum eius neceſſarium ſibi iudicaret, poſt obitum vero ſuum, aut volunta- C riam ſæcularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor ſubdiuiſionibus ſecaretur, & vna quidē earū ſupradictis 21 particulis adderetur, altera à filiis & filiabus, nepotibuſq; ac neptibus ſuis aſſūpta & iuſta ac rationabili inter eos partitione diuideretur, tertia verò conſueto Chriſtianitatis more in vſum pauperum erogaretur: quarta ſimili modo, nomine eleemoſynæ in ſeruorum & ancillarum vſibus palatij famulantium ſuſtentationem diſtributa veniret. Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter vt ceteræ ex auro & argento conſtabat, adiungi voluit omnia ex ære, & ferro, aliiſque metallis, vaſa atque vtenſilia, cum armis & veſtibus, aliaque pretioſa, aut vili ad varios vſus D facta ſupellectile, vt ſunt cortinæ, ſtragula, tapetia, filtra, coria, ſagmata, & quidquid in camera atque veſtiario illius eo die fuiſſet inuentum, vt ex hoc maiores, illius partis diuiſiones fierent, & erogatio eleemoſynæ ad plures peruenire poſſet.

Capellam, id eſt Eccleſiaſticum miniſterium integrum manere voluit. De Libris, quorum magnam in Bibliotheca copiam congregârat, ſtatuit, vt ab eis, qui illos habere vellent, iuſto pretio redimerentur, pretiumque in pauperes erogaretur.

Inter ceteros theſauros atque pecuniam, tres menſas argenteas & auream vnam numerabat, de quibus ſtatuit, vt vna ex eis quæ formâ

A quadrangula eſſet, Romam ad Baſilicam B. Petri Apoſtoli deferretur, altera, quæ forma rotunda erat, Epiſcopo Rauennatis Eccleſię conferretur: tertiam verò quæ ceteris pulchrior & grauior; & auream, quæ quarta erat, in tertiæ illius & inter heredes ſuos, atque in eleemoſynam diuidendæ partis augmentum eſſe conſtituit.

Teſtes fuere Epiſcopi vndecim, Abbates quatuor, Comites 15. Et hæc omnia Ludouicus filius poſt eius mortem celerrime magna pietate impleuit.

Beatum Imperatorem! cui pluſculum ab hac Chriſti imitatione felicitatis obtigit, quam picta Cæſaris toga, aut ſceptrum illi aduexit.

Teſtamentū S. Caroli Boromæi.

B Norant id gemina illa æui noſtri lumina magni Eccleſiæ Principes S. Carolus Borromæus & b. m. Robertus Bellarminus, quorum ille cum ſe anno 1576. ad ſuccurrendum peſte contactis accingeret, teſtamentum condere voluit, quo miſſæ ſacrificia mille ad animæ ſuæ ſalutem offerri, tria mortuorum officia à Clero perſolui, & annuum ſacrum vnum fieri mandauit. Cereos circa funus accendi ſex, nec plures, Corpus ſuum loco humili ante gradus ſummi chori ſepeliri iuſſit.

Eccleſiæ ſuæ argenteam ſupellectilem & veſtiaria altaris ornamenta, Collegio autem Canonicorum Bibliothecam legauit.

C Amicis ac propinquis, quorum neminem indigentem habebat, præter imagines quaſdam pias, nihil.

Teſtamentū Roberti Card. Bellarmini.

De cætero, prætet legata quædam pia, hæredes ſuos Chriſti pauperes ſcripſit, quos Mediolani in magno noſocomio degere, alique ſciebat: ſic ille. Alter vero, Robertus ſcilicet Bellarminus cum iam ſexaginta nouem eſſet annorum, mente & corpore per Dei gratiam bene valens, ſuum Romæ teſtamentum condidit in hunc modum:

Primo ſpiritum meum in manus Dei commendatum toto cordo exopto, cui ab adoleſcētia ſeruire deſideraui, & precor, vt me inter ſanctos & electos ſuos non æſtimator meriti, ſed veniæ largitor admittat. Corpus meum non apertum, nocturno tempore, ſine vlla pompa D ad Eccleſiam Societatis Ieſu deferri volo: & exequiæ fiant per ſolos patres, & fratres Societatis, ſine interuentu ſacri Collegij, ſine lecto ſublimi, ſine inſigniis & flabellis, eadem ſimplicitate, qua ceteris de Societate fieri ſolent. Et de hac re, quam maximè poſſum Sanctiſſ. Dominum noſtrum humiliter rogo, vt deſiderio meo faciat ſatis.

Quod attinet ad locum ſepulturæ, libenter iacere corpus meum voluiſſem ad pedes B. Aloyſij Gonzagæ, mei quondam ſpiritualis filij, ſed tamen ſuperiores Societatis, vbi voluerint, corpus meum ponant.

De rebus temporalibus ita diſpono. Heredem vniuerſalem nomino & inſtituo domum Profeſſam Romanam Soc. Ieſu, in qua religione nomen dedi. Volo autem vt primo ſoluantur debita, ſi quæ fuerint, & iura iis, quibus debentur.

Deinde dentur familiæ ad 40 dies, more ſolito, quæ ad victum pertinent, neque aliud eis relinquere poſſum, cum ad ſolas pias cauſas teſtamentum faciendi facultatem petierim, & eadem cauſa ſingulis ſtipendium, ſiue prouiſionem aliquam dederim præter victum. Fratri meo ſecundum carnem vel eius hte-ãibus reſtituatur imago, ſeu quadrum Clementis VIII. Nepoti meo Angelo detur imago ſeu quadrum Cardinalis de Nobilibus, & vnum ex quadris S. Caroli Borromæi, & vna ex paruis crucibus, quas ad pectus gero cum reliquiis incluſis.

Collegio Romano reſtituantur Annalium Card. Baronij tomi ſex, quos mihi commodauit, & eidem dentur alij ſex mei, nam cum hac conditione accepi à Collegio ſex primos tomos, vt poſt obitum relinquerem integrum opus. Eidem Collegio relinquo vnam ex tribus Planetis pretioſis quam voluerit, & omnia ſcripta mea & Bibliothecam, niſi Reuer. Patri generali videatur Bibliothecam alicui alteri loco Societatis magis egenti applicare.

S. Mariæ in via, qui titulus meus eſt, relinquo vnam ex tribus planetis pretioſis, quam heres meus dare voluerit.

Reliqua omnia bona, quæ quocunque modo ad me pertinent, ſeu pertinebunt, ſiue immobilia, ſiue mobilia, ſiue credita, ſiue ſacra ad capellam, ſiue profana ad veſtiarium, vel cellas varias pertinentia, ſiue pecunias numeratas, ſiue quæcunque alia integra ad heredem, id eſt, domum profeſſam Romanam Soc. Ieſu pertineant volo, & in illis ſingulis & omnibus ipſam heredem inſtituo & nomino. Pro auxilio animæ meæ nihil relinquo vel præſcribo, tum quia parum admodum erit, quod ad heredem meū perueniet, cum ego cumulandis pecuniis & rebus pretioſis operam dederim nunquam: tum quia confido, imò certò ſcio non defuturam huic officio piam charitatem matris meæ, Societatis ſcilicet, vt pro aliis filiis ſuis nunquam deeſt, quemadmodum ego non defui toto vitæ meæ tempore pro defunctis Societatis ſacrificia & orationes offerre.

Teſtamentū S. Franciſci de Sales.

Cardinali Epiſcopos ſubiungo, quorum pietate, vti in ceteris Chriſtiana religio non leue incrementum capere viſa eſt, ita & in hoc, de quo agimus, cœpiſſe præclarum inuenimus. Fuit autem horum Fratrum duorum Teſtamentum tale.

Nos Franciſcus Saleſius Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus & Princeps Gebennenſis, & Ioannes Franciſcus Saleſius Epiſcopus Calchedonenſis, in Gebennenſi Epiſcopatu Adiutor, vltimam voluntatem noſtram omnibus,

bus,ad quos ſpectabit manifeſtam reddere, & teſtamentum condere cupientes.

Primò Deum omnipotentem oramus, vti animas noſtras in veniam accipiat, & cæleſtis hæreditatis, quam ſuo nobis ſanguine Redemptor noſter acquiſiuit,faciat eſſe participes.

Secundò glorioſiſſimam Virginem, & omnes Sanctos inuocamus, vt ſuper nos Dei miſericordiam, dum viuemus & moriemur implorent.

Si obitus noſtri tempore ex diuinæ prouidentiæ placito ſanctiſſima, & vnicè vera Catholica, Apoſtolica & Romana Religio in ciuitate Gebennenſi teſtituta fuerit, ſepeliri corpora noſtra volumus in Eccleſia noſtra Cathedrali. Aliter in medio nauis Eccleſiæ Viſitationis huius Vrbis,niſi extra Diœceſin moreremur, tunc enim ſeruis noſtris,qui tunc nobiſcum erunt,arbitrium ſepulturæ noſtræ relinquimus.

Quartò.Sacras Eccleſiæ ceremonias ex cordibus noſtris adprobantes, volumus ad ſepulturam noſtram tredecim accenſos cereos portari,& circum ſandapilam diſponi, abſque aliis ſymbolicis teſſeris, quam nominis Ieſu,vt teſtimonium perhibeamus, nos ex totis cordibus fidem ab Apoſtolis prædicatam amplecti: ſed præterea vanitates, & exceſſus ab humano ſpiritu in ſacris ceremoniis introductos deteſtãtes diſertè prohibemus, quæcunque alia luminaria in exequiis noſtris:rogantes conſanguineos, & amicos,& hæredibus noſtris prohibentes, & ſtatuentes ne quidquam addant, ſed vt ſuam in nos pietatem oſtendant per preces, eleemoſynas,& in primis per ſanctiſſimarum Miſſarum celebrationes iterum rogantes.

Quintò legamus Fratri,Nepotibus &c.

Volumus autem hoc vltimum noſtrum eſſe teſtamentum, quamobrem quæcunque alia cõdidiſſe potuimus,reſcindimus. Quod ſi in futurum,non vt teſtamentum valebit, valeat ſaltem vt codicillus & omnibus melioribus modis.

Et ſi ex rerum euentu fieret, vt vnus noſtrũ voluntatem mutaret, & aliud deinceps conderet teſtamentum, hoc tamen validum ſtabit, quod ſpectat ad alterius, qui non mutabit, diſpoſitionem.Rogauimus autem teſtes, qui ſuper plicaturam huius chartæ ſignarunt, vti eius contentum, noſtram eſſe vltimam voluntatem teſtimonium ferant.

Teſtamentũ Ciuis Arelatenſis nouum atque inſolitum.

Actum Auicij.Frãciſcus Ep. Geben.& Ioan. Franciſ.Ep.Calch. Hæc iſti.Poſt quæ ſubiungere viſum eſt aliud, cui par an aliquando auditũ ſit ignoro. ſuit autem id *Ciuis* cuiuſdam *Arelatenſis*,qui cum hærede neceſſario careret,ad extrema deueniens *teſtamentum* condidit,quo mobilium & inmobilium ſuorum hęredem ſtatuebat *Animam ſuam*. Proximi amici teſtamentum hoc inofficioſum proclamarunt,& irritum,ſibique omnia vindicare conabantur. Ad Iudices deuoluta res eſt,dataque ſententia,valere teſta-

A mentum,ac recte hominem egiſſe,animamque eius per manus pauperum adire poſſe ac debere poſſeſſionem legatorum. Omnibus itaque diuenditis fundatum eſt hoſpitale,quod modo in vrbe ſupereſt,atque animæ illius cenſum precũ ſuarum perſoluit.

Quia vero nonnulli reperiuntur, qui teſtamentariam hanc diſpoſitionem ad ſuperioris cuiuſdam pietatis calculos reuocare conati ſunt non immemores ſe à Chriſto Domino,hęredes ex aſſe.perinde ac ſi ſoli eſſent,inſtitutos fuiſſe, eadem de cauſſa & ipſi quoque hæreditatem ſuam illi tranſcribere voluerunt. Et quam, ſodes,hęreditatem? non illam certe fortunæ ſubiectam, at aliam quæ illi longè acceptior eſt, *Aliud teſtandi genus ſanctum ac perfectum.*
B quemadmodum & per ſe ipſa præſtantior, qua nimirum veniat illi dominium & poſſeſſio noſtri.

Et primum quidem nemini noſtrum facultas teſtandi deeſſe poteſt, cum nihil ſit magis noſtrum,noſtrique iuris quam ipſi nos. Neque etiam minor eſt ſic teſtandi obligatio,quam facultas.Nam ideo inſtituta eſt ſacra Synaxis, vt breui moriamur mundo,carni,peccatis,nobis ipſis. Atqui appetente morte condendum eſt teſtamentum,hęreſque inſtituendus. Quis autem niſi Seruator? etenim ſacratiſſimo ſuo ſanguine per Euchariſtiam communicato, nobis reuera conſanguineus eſt. Quare ſi quod ius eſt conſanguinitatis, ad bonorum, quæ relinquenda
C ſunt ſucceſſionem, Chriſto magis obſtringimur relinquere noſtra,quam alij conſanguineis ſuis. Addo & nomen fratris, quod maius vinculum ſonat: frater enim noſter eſt,ex eodem parente Deo progenitus, & quidem natu ac dignitate longè maior: adeo vt bona noſtra iure meritiſſimo illi tranſcribantur, præſertim cum per illum nobis à patre collata ſint. Accedit quod eiuſmodi hæres ſcribendus ſit, qui onera defuncti, quæ in ſe ſuſcipere debet, fideliter exſoluturus exiſtimetur: onera autem noſtra tanta ſunt, vt hęreditatem à nobis legandam incredibiliter ſuperent,quæ tamen ſuſcipere in ſe paratiſſimus eſt, & exequi quidquid à nobis poſſit hoc in genere deſiderari.Quid? quod etiam rogat, vt
D alia pia legata inter epulas ſacras multiplicemus eaque teſtamento noſtro ſubiungamus, vt anſam habeat aliis in gratiam noſtri benefaciendi.

Exprimendus itaque & verecunde nominandus hęres noſter D. Ieſus Chriſtus quoniam quidquid ei, vel eius gratia non datur, amittitur.

Deinde adhibendi ſunt idonei teſtes,qui quidem potiſſimum erunt patroni noſtri Cælites, qui procul dubiò mente ſaltem præſentes aderunt,& rem legitimè factam confirmabunt.

Denique & idoneus ſcriba quærendus, Angelus ſcilicet Cuſtos,fidelis in hoc genere, vt qui maximè,hic inſtrumentum authenticum rite con-

te conficiet cum donationem noſtram teſtamentariam altè inſcribet tabellæ mentis ſuæ, qua nihil perennius fieri poſſit.

Paradigma vnum, alterumue ſubiicio, ex quibus laudatiſſimæ virtutis ſpecies agnoſcatur.

Paradigma Teſtamenti Chriſtiani.

Fuit, qui dum morte paulatim adrepente, ad eam ſe diſponere cœpit in hunc modum.

Proteſtor in nomine SS. Trinitatis, in præſentia B.V. Mariæ, Angeli cuſtodis, ac S. Patroni mei Ioſephi, voluntatis meæ eſſe viuere, & mori legitimum filium Eccleſiæ Cath. Apoſt. Romanæ.

Deus omnipotens, vellem te hęredem ſcribere meum, ſed quid legare poſſim? Eheu! omne meum tuum eſt, atque à te profectum. Scio quod animam meam ames, quam creaſti, & redemiſti, hanc itaque, vbi corpore exuta fuerit, tibi lego, vt facias de ea ad beneplacitum tuum. Interim velim eam in vulnere lateris tui ſepeliri, benedicendo perpetuò lanceæ iſti, quæ ei tam dulce hoſpitium præparauit.

Velim tres eius potentiæ tibi illico reſtituantur. Memoria occupetur recordatione beneficiorum omnium, quibus me tantopere præueniſti. Intellectus vinciatur repagulis fidei, credendo omnibus quæ reuelaſti, ſiue ea ſcripta ſint, ſiue non ſint. Virtute huius fidei proteſtor quod velim in mortis meæ aditu ſacramenta pœnitentiæ, V. Euchariſtiæ, & vnctionis recipere, & ſi aliquo caſu hæc mihi impoſſibilia reddantur ex nunc accuſo me de peccatis omnibus meis, & peto abſolutionem. Voluntas conformetur diuinæ in æternum, in cuius ſignum accepto lubens mortem, qualemcunque tibi placuerit mihi immittere in ſatisfactionem peccatorum meorum, gratias agens tuæ benignitati, quod tamdiu me toleràris.

Et tu Virgo beatiſſima mater Dei, ſpes mea poſt Deum meum, quid à me feres hac hora? humilem recognitionem pendo, tibi bonitatis tuæ, qua me agnoſco à te adiutum millies, millies damnandum fuiſſe niſi immeritum iuuiſſes; vtinam! quidpiam legare tibi poſſem dignum te. O! ſi vnâ ſaltem ſalutationem Angelicam eo reſpectu, & attentione, qua te Gabriel ſalutauit, relinquere queam, verum cum id facere nõ poſſim, ſpe participationis omnium timentium te, omnia roſaria à quocunque tibi præſentata, & in finem præſentanda lego, cum eo corde & pietate qua recitata ſunt.

Angele Cuſtos, Tobias Raphaëli mediam partem omnium obtulit, ego tibi lego mediam partem eorum, non quæ modo habeo, ſed in cœlis me habiturum ſpero, per auxilium veſtrum, ac fauorem.

Amicis omnibus meis lego pacem Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Inimicis ignoſco, vtque eis ignoſcat Deus, rogo, deſideroque.

A Corpus terræ, vnde ſumptum, reſigno.

Supremæ huius voluntatis meæ teſtes voco totam curiam cæleſtem, patronos & patronas meas. Hæc iſte.

Teſtamentum P. Hernandi Monſoij in fauorem animarum purgantium.

Ne vero Societatis noſtræ hortum, frugum talium fecundiſſimum prætercam, eccum ex ea floſculum: Vir fuit ſuperiore ſæculo Societatis Ieſu ſacerdos Hernaudus Monſoyus nomine, qui ſecum reputans poſt fata non ſibi amplius integrum fore in egentiſſimos humanæ opis animos purgantibus flammis addictos opportuna conferre beneficia, nouo auſu pioque ingenio, legi fraudem facere conatus eſt. Nam quidquid ſibi vita functo, ſiue in precibus, ſiue in ſa- B crificiis, ſiue in quocunque genere piamentorum obuenturum erat, teſtamento, proprio chirographo firmato in pœnarum purgantium ſocios, ſui planè incurioſus totum ex aſſe tranſtulit, inuenitque homo acutè pius modum quo ſteriles meritorum flammas ſibi faceret eſſe frugiferas.

Hæc ille. Haud ſcio an ab orbe condito, ſimile legatur teſtamentum vllum vel teſtatori glorioſius ad laudem, vel ad commodum proprium quæſtuoſius.

Alij ea bona teſtamento legant hæredibus, vel ſi ſanctiores ſint donant pauperibus. quæ ſecum auferre morientes non poſſunt. Monſoyus C illa bona, quæ ſola ſibi mortuo vtiliſſima eſſe poterant, non pauperibus ad miſeram hanc vitam vtcunque ſuſtinendam, ſed animabus omnium egenorum egentiſſimis erogauit, *vt eas magno numero ex afflictiſſima illa, quam in purgantibus flammis ducunt, vita eriperet, & ad feliciſſimam in cœlis gloriam adduceret.

Nec eſt quod quiſquam vereatur, ſic contra charitatem nobis ipſis debitam peccatum iri, cum potius contra huius caritatis perfectionem fiat, niſi ſic omnia noſtra applicentur, nam ſic applicata non ſolum non minus, ſed etiam longe plus apud Deum promerebuntur: ſic applicata non minus, ſed plus efficaciæ ad quiduis à Deo impetrandum habent: ſic applicata non minus, ſed plus pro euadendis peccatorum noſtrorum pœnis valent, ita vt in magnam ſpem D inducamur nos vel omnino purgatorij pœnas, vel magna ſaltem ex parte euaſuros.

Præterire non poſſum hic Belgium noſtrũ, in quo non religioſum aliquem aſceten, ſed virum è ciuili vita eximium dabo, eritque hic

Teſtamentum Iuſti Lipſij.

Iuſtus Lipſius qui moriens aiebat, ſe nunquã vel vnum poſuiſſe veſtigium extra palatium æternitatis, ſemper corde in illa, legum Sodalitatis obſeruantiſſimum habitaſſe, *Mariam* æternitatis ſuæ patronam elegiſſe; Nunc ſe cum Chriſto morientem, condere teſtamentum, idque recentiſſimo Chriſti ſanguine ſcribere, omniaque ſua, & ſe Deo, Deique Matri teſtamento tranſcribere: moriebatur nãq; feria quinta maioris hebdomadæ, de quo tũ non nemo ſic cecinit:

Ad

Ad cœnam Domini quod ſcandis in ardua Lipſi,
Sidera, mirari deſino; Iuſtus eras.

Nomine, ſcilicet. & re, quod ex hoc eius teſtamento manifeſtè patet.

Sed ad ſexum infirmiorem accedamus, viſuri, quid pietas in eo magnopere hîc fuerit operata:

B Angelæ Fulginatis teſtamentum.

De B. *Angela Fulginate* ſcribit Arnaldus: vbi paullatim deficere ſeſe, atque imminentem mortem proſpicere cœpiſſet, conuocatis ſuis, Ego, inquit, non facio aliud teſtamentum, niſi quod commendo vobis iſtam mutuam dilectionem & profundam humilitatem: & relinquo totum hæreditatem meam, quæ etiam Chriſti Ieſu eſt, ſcilicet paupertatem, dolorem & deſpectum. Illi qui habebunt iſtam hęreditatem, erunt mihi filij, filij enim ſunt Dei, & non dubium, quin poſtea habituri ſint hęreditatem vitæ æternæ.

Teſtamentum S. Eliſabethæ Hungaricę.

Correpta erat infirmitate vltima *B. Eliſabeth* Hungariæ Regis filia, Thuringiæ Princeps, cum pridie, quam decederet, culpas integerrimè confeſſa, Chriſtum in pauperibus hæredem, teſtamento reliquit, vilem duntaxat excipiens tunicam, in qua ſepeliri corpus ſuum mandauit. *Marcus Vlyſip. in Chron.*

Teſtamentum Matronæ Gallicanæ.

Addo recens vnum, alterumue, cuius materia plane ſingularis:

C Aquis in Prouincia Phocenſi, nobilis matrona beatæ Virgini Mariæ impensè addicta, teſtamentum confecit, & ſua manu conſcripſit, teſtibuſque adhibitis nuncupauit, quo B. Virginem inſtituit hęredem omnium bonorum operum, verborum, cogitationum, perpeſſionum, quorumcunque denique ad ipſam pertinentium, quæ pia illa matrona interius & exterius corpore, aut animo, ad eam vſque diem feciſſet, dixiſſet, cogitaſſet, perpeſſa eſſet, aut tunc, vel deinceps ad obitum vſque eſſet elicitura, vel paſſura: quam diſpoſitionem irreuocabili donatione ex tunc firmatam, nulloque deinceps modo violabilem, vel minuibilem aliquo codicillo eſſe voluit.

Teſtamentum Mariæ Bonauenturæ.

D Inſuper B. Virginem corporis ſui & animæ, cordis quoque & vitæ, atque etiam mortis heredem inſtituit.

Clauſit teſtamentum accitis in teſtes Sanctorum Angelorum nouem choris, & omnium beatorum, præſertim B. Virgini olim in vita impenſius addictorum agminibus: additaque ea conteſtatione, cuius etiam vades ac teſtes adhibuit omnes cælites, in votis ſibi eſſe, hæreditatem illam Marianam augere tot virtutum & ſanctorum actuum opibus, quot ſunt ſtellæ cœli, & arenæ grana ad littus maris.

Vixit Romæ anno 1627. 26. feb. in monaſterio Turris ſpeculorum *Maria Bonauentura*, magnarum virtutum ſanctimonialis, quæ eiuſmodi condidit teſtamentum: In Sanctiſſimæ Trinitatis conſpectu, ego *Maria Bonauentura* conſtituo

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A hæredem meam Beatiſſ. Virginem *Mariam*, cui facio perpetuam & irreuocabilem donationem animæ, cordis & corporis, omnium potentiarum meatum & ſenſuum, & propono deinceps me nolle iis vti, niſi iuxta beneplacitum eius, & in huius rei teſtimonium, voco Angelum meum cuſtodem, Matrem meam S. Franciſcam, S. Mariam Magdalenam, & omnes ſanctos aduocatos meos, totamque curiam cęleſtem, mea manu propria. 5. *Auguſti.* 1626.

Sed de teſtamentis hactenus: nunc ad cetera Documenta mortuaria tranſeamus.

B

DOCVMENTVM VI.

Animo ad mortem prompto, & expedito vita excedere.

TAlis Chriſti Domini fuit, tametſi enim pro conditione humanæ naturæ mortem ante exhorruerit, metuque perterritus refugerit, dicens: *pater, ſi poßibile eſt, tranſeat à me calix iſte:* acriter tamen obſiſtente ac peruincente amore, profligato metu, ad humanæ ſalutis cupiditatem ſic exarſit, vt non ſolum deſtinatam ſibi necem fortiter ſuſtinere, ſed ad omnes cruciatus, & ſupplicia exultare, excurrere, atque aduolare velle videretur. Qua animi alacritate, amoriſque impetu factum arbitror, vt ſanguis ſacro corpore erumpens, ad ſuos hoſtes prouocandos auidè, tamquam extra caſtra, procurreret, tarde procedere Iudæorum agmen, ſero aduenire milites, nimium cunctari ſequeſter illę, vitæ proditor ſuæ videretur, Patris namque non ſuam fieri voluntatem præoptabat, quo ſublimem nobis, teſte Ioan. Chryſoſt. admirabilis philoſophiæ tradidit virtutem proprio nos docens exemplo etiam naturâ horrore perculsâ, Deum eſſe ſequendum: Patrem certe vel ſic, filius ſecutus eſt, iuxta Eſaiæ vaticinium c. 53. 7. *tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt:* ſolet ouis lanium ſuum manſuete ſubſequi, nec balatum edere, neque obſiſtere adducenti, vbi porcus dum ad mortem abripitur, grunnire, clamareque conſueuit.

Matth. 26. 39.

Chriſti in mortem aggreſſu alacritas.

Iſaiæ 53. 7.

Et Chriſti quidem hæc actio, noui hominis inſtructio fuit: naturam vincere, & quod Deus vult, oppidò velle atque perficere: ſi opes, ſi valetudinem, ſi vitam eripi velit, hoc fieri malle, nec diſputare curiam, cur hoc loco, cur hoc morbi genere moriendum ſit, ſed paratiſſimum ſe habere ad omnia, hoc vnum ingeminando aſſiduè, *quod vult Deus.* Hic magnus profectò animus eſt, ac Chriſto dignus: contra ille puſillus ac degener, qui obluctatur, & de ordine mundi malè exiſtimat, & emendare mauult Deum, quam ſe, vnde ingrati ſæpe diuinorum interpretes ſumus, fierique ſolet, quod nec viuere volumus, nec mori audemus, vitæ nos odium

Digitized by Google

tenet, & mortis horror conturbat. Induciæ non paucos deteriores faciũt. Mala ad mortẽ præparatio eſt mori nolle. Facti autẽ dimidiũ habet, qui tunc vult, quando vult ille, qui nobis mali nihil velle poteſt, imo vnumquemque noſtrum, teſte Bonauentura, Hugone, atque Richardo Victorinis, Thaulero, ac Bloſio tunc euocat, cum maximè nobis expedire cognouit: igitur, & quando & quomodo Domino viſum fuerit, ſic fiat, nam vt bene Apoſtolus ad Rom. 14.

Rom. 14. 7.

Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur, ſiue enim viuimus Domino viuimus, ſiue morimur, Domino morimur, ſiue ergo viuimus, ſiue morimur Domini ſumus: neque enim mors vlla ſecurior, nec vita ſublimior, quam per dilectionem in Dei beneplacito commorari, Deoque & ſe, & omnia ſua conſignare, vt Abbas *Bloſius* ſcriptum reliquit.

Ioan. Thaulerus.

Ad hoc luculentiſſimam prælucere facem viſus eſt *Ioannes Thaulerus*, dum ita loquitur: *nullum exercitium in extremis vtilius eſſe poteſt, quam vt quis Chriſti exemplo ſeipſum ex integro diuinæ voluntati reſignet: fieri enim nequit, quin is qui eiuſmodi vera perfectaque reſignatione, cum ſancta erga Deum fiducia, ex hac luce diſcedit, confeſtim ad cœleſtia regna pertingat. Nã ſicut nihil omnino pœnæ, nihil ignis purgatorij in Deum cadere poteſt, ita nec in hominem, qui eo modo per voluntatis conformitatem, amoremque Deo vnitus eſt, dicens aſſiduè cum Vate regio Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Pſal. 56. 8, hoc eſt, explanante Bernardo: paratum ad ſecunda, paratum ad aduerſa, paratum ad ſublimia, paratum ad humilia:* addo ego, paratum ad vitam, non alio fine, quam vt perfectior euadam, pro peccatis faciam ſatis: paratum ad mortem, vt finem peccandi inueniam, & felix amandi te initium ducam.

Pſal. 56. 8.

Eccli. 11. 14. *Mors & vita à Deo vt à cauſa particulari.*

Sacrum diuini Spiritus effatum eſt: *Vita & Mors à Deo ſunt.* Eccli. 11. 14. non ſolum, vt à cauſa vniuerſali rerum omnium, ſed inſuper, vt multi ſentiunt Theologi, vt à cauſa particulari, Deo in ordine rerum naturalium hoc tanti momenti negotium ſibi reſeruante; cum enim ex vita & morte pendeat exſecutio finis ſupernaturalis, intenti à Deo, vt à cauſa particulari, non tam ipſe accommodare ſe debet cauſis ſecundis, vt accidit in alijs effectibus naturalibus, quam accommodare debeat ſecundas ſibi: vnde fit Eccleſiam effundere nunquam preces conſueuiſſe, pro effectibus naturalibus dependentibus à cauſis ſecundis neceſſarijs & non ordinatis ad finis vltimi aſſecutionem, puta, vt ignis calefaciat, aqua frigefaciat, dies nocti ſuccedat, &c. fundere tamen pro annona, pro incolumitate, pro valetudine, è quibus pendet mors & vita. Quibus patet, alio modo Deum habere ſe in iis, alio in his ſpectantibus ad humanam vitam, & mortem, è quibus proximè & vltimatè pendet tota prædeſtinationis executio; quapropter cenſendum eſt, in his intercedere Dei

Mortis nuntium quomodo excipiendum.

A prouidentiam ſpecialem, omnia dirigentis ad prædeſtinationem ſuorum; cui proinde nemo eſt, qui non videat, planèque ſentiat, quam rectè, ſanctèque faciat is, qui ſe totum eidem cõmittat, ab eius manu ſeu vitam, ſeu mortem fronte hilari recipiat, certus omnino, cum eiuſmodi via, ad nos iſta deſcenderint, nihil aliud præterquam fauſta omnia, feliciaque allatura.

Conformitas cum diuina voluntate triplex quoad obeundã Mortem.

Et fundamenti quidem loco, cui præcellens hæc, excelſaque virtutis machina innitatur, noſtra, inquam, cum diuina voluntate conformitas exſurgat, requirunt Doctores, mortis nuntium imminentis, ea animi æquabilitate & ſenſu à denuntiante ſuſcipere, qua ſolet res maxima, longeque gratiſſima inter homines accep-B tari, cum certum ſit, nullũ in terris maius, atque excellentius ab amico poſſe beneficium exſpectari.

Quo poſito, triplex Conformitatis huius notanda venit periſtaſis, ſcilicet, vt ab vnoquoque noſtrum ea patienter, libenter, gaudenter hoc potiſſimum tempore ab omnibus exerceatur.

1. Gradus Conformitatis. S. Auguſt.

Ad primum itaque quod attinet, neceſſe eſt nos placidè, ac tranquillè ſine murmuratione & queſtu mortem excipere, *cuius*, vt S. loquitur Auguſtinus, *non auctor eſt Deus, ſed Iudex*, auctor vero mortis peccatum eſt, cuius tam longè, lateque vagata tyrannis eſt, vt nec Ieſus, nec Maria, ſoli illi quidem ab omni peccato immunes, voluerint eſſe mortis expertes; eo nos, grauium C noxarum reos docturi id ferre toleranter, quod omnibus ferendum eſt ſemel, vnde Huſſitarũ Princeps probe id callens, ita Deum allocutus legitur: *Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* De neceſſitate igitur facienda virtus eſt, quamque peccatis debitam non ignoramus, quia à Deo immittitur, mortem æquo animo admittere oportebit. Sed ab homine, inquies, infligitur, eam hoſtis mihi machinatus eſt, alterius incuria me in has ærumnas induxit.

Iob 14.

Obiectio.

Reſponſio. S. Hieron. S. Ioan. Chryſoſt.

Stulta & inſipiens hæc cogitatio eſt, omnia, inquit, *S. Hieronym.* in cap. 9. Ierem. *Dei prouidentiâ atque iuſtitiâ gubernantur: quamuis enim*, teſte S. Ioan. *Chryſoſtomo, non propter Deum quidquam patiaris,* D *ſed ex hominum vexatione, gratias Deo agas: qui poteſt quidem prohibere, ſed permittit, probationis tuæ gratiâ: quare, ſicut qui propter Deum paſſi ſunt, coronantur: ita & tu eadem præmia conſequeris, quod ab hominibus oblata incommoda generosè tuliſti: & ei, qui poterat quidẽ, ſed noluit prohibere, gratias egiſti.*

Imò licet mortem promeritus fueris, ac criminibus debitas pœnas luere cogaris, animum deſpondeas nolim, cum & hic de neceſſitate queat virtus procreari, quod nequam ille Chriſti in Cruce patientis ſocius non obſcure docuiſſe viſus eſt, de quo ſic Auguſtinus. ſerm. 12. de tempore. *Si pœna cœperat in latrone, nouo genere in martyre conſummatur*; vnde non exiguum ſuæ pignus ſalutis inueniunt, qui dum legibus debi-

S. Auguſt.

tas

taſ pœnas perſoluunt, eas moderatè, & in iuſtã criminum multam æquo animo patiuntur, quod *B. Iacobo de la Marca*, dum verſus Carnificinam, ſiue locum publicum, in quo iuſſu magiſtratus ſontes à carnificibus occiduntur, inter orandum oculos reflecteret, admirabili viſo Deus aperuit: proſpiciebat iſtuc per feneſtram cubiculi ſui Iacobus, & ecce Angelorum cohors præfulgida loco imminebat, auditaque vox, ideo aduenisſe, quia plurimi ex eis, qui legibus ibi pœnas dederant, cœleſti gloria potiebantur, quibus cum iuſta funebria pro more hominum nequaquam fuiſſent perſoluta, voluiſſe Deum, vt ab Angelis, perſoluerentur.

Viſio P. Iacobi de la Marca.

Sedatè igitur, patienterque ferendum quod Deus immittit, quod paucis his verbis olim *Iob* monuiſſe viſus, cum dixit, *non contradicas ſermonibus Sancti.* Sanè qui ad primum hunc gradum aſcendere recuſat, exile ſalutis ſuæ ſymbolum referat, neceſſe eſt, quemadmodum verbis ſuis Doctor gentium *Paulus* expreſſum reliquit, dum ad Hebræos cap. 10. ſic ſcribit: *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis promiſſionem*: eſtque Saluatoris noſtri perſpicua, explorataque ſententia cum Luc. 12. dixit: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*: quæ ſi vnquam, ſupremo hoc paſſu inſigniter debet æſtimari.

Iob 6. 10.

Heb. 10. 36.

Luc. 21. 19.

At minoris hic gradus faciendus eſt, niſi ad alterum conatus fueris aſcendiſſe, neque enim patienti dumtaxat animo, ſed & lubenti occurrendum morti eſt voluntatem tuam conformando diuinæ, ac mori volendo, quia ita vult Deus. Non enim rationi conſonum, vt humana voluntas regula ſit diuinæ, ſed diuina legem ponat humanæ, cui proinde per Euangelicum Prophetam à Spiritu ſancto dictum ſit: *vocaberis voluntas mea*, adeo vt in te à vertice capitis, vſque ad plantam pedis, in membris omnibus, atque potentijs, nullius alterius, quam ſolius Dei atque vnius voluntas viſatur, ametur, ac compleatur, quod ſanè non poterit non, Deo Domino eſſe gratiſſimum dum velut in holocauſto, ei vitam noſtram offerimus, à quo nos eam accepiſſe non neſcimus, vt non abſque ſingulari quadam ratione purpuratus cecinerit vates: *ſacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*, ad obediendum diuino nutui tuo: *holocauſtum enim & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio*: quod ſanè, ſi vllum aliud, par eſt noxis omnibus condonandis: nec id teſtamenti veteris ſacerdotem Heli fugiſſe credibile eſt, cum à puero Samuele nuntio ſuæ mortis accepto, *Dominus eſt*, inquit, *quod bonum videtur in oculis ſuis faciat*. Quibus verbis, quid apud Dominum effecerit, explicabit *Dionyſius Ryckelius* in hunc locum: Heli acceptando ſuper ſe, & ſuper ſuos, diuinæ ſententiæ æquitatem: meruit, mediante ſua contritione, peccatorum ſuorum remiſſionem, & pro eis temporaliter eſt punitus, non æternaliter damnatus.

II. Gradus Conform. in Morte.

Iſaiæ 62. 4.

Pſal. 39. 7.

Heli *in acceptanda morte cum Deo conformitas.*

1. Reg. 3. 18.

Ryckelius in lib. Reg.

Magnum id profecto, nec minus fortaſſe quod ex *Ludouico Bloſio* Leticnſium optimo Abbate ſubiungo: *qui ita reſignatus eſt*, inquit, *nec inferni, nec purgatorij pœnam ſubibit: dummodo, ſcilicet, hæc ſua ad diuinam voluntatem accommodatio ex perfecta in Deum caritate orta ſit, quæ hominem in id, quod vult Deus transformat.*

Bloſius Ab.

Nec quempiam hic partis ſuæ inferioris imbecillitas conturbet, qua diuino videtur velle contraire arbitrio, quam & Chriſtus in noſtrum voluit ſolatium experiri, cum morte fores ſuas pulſante, *triſtis*, inquit, *eſt anima mea vſque ad mortem*, dummodo, quod ipſe in exemplum noſtrum ſubiunxit, non prætermittat: *Si poſſibile eſt, tranſeat, à me calix iſte. Non mea tamen, ſed tua voluntas fiat.*

Matth. 26. 38.

Grande hoc penetrarat myſterium, non ita pridem, perſona quædam pia, ac prudens, quæ morti iam ex grauiſſimo quodam lapſu facta vicinior; dum multorum precibus ad concipiendum pro impetranda ſanitate votum, inſtantius vrgeretur, nullam, inquit, diuinæ voluntati vim fecero, *Dominus eſt, quod bonum videtur in oculis ſuis faciat*. Aureum dictum!

Reſignatio aurea perſonæ cuiuſdam.

1. Reg. 3. 18.

Quod licet adeo ſanctum & iuſtum ſit, vt nulli meritò reſpuendum videatur, duo tamen ſunt, quorum altero abſtractus, altero illectus ſe homo hic ſentiat præpediri. Vel enim in proſperis ſe conſtitutum inuenit, vel aduerſis.

C Si proſpera arrideant vitam perdere formidat: ſed incaſſum: hæc namque rerum terrenarum conditio eſt, numquam in eodem ſtatu diutius permanere, & magna ſemper habita felicitas priuſquam infelix fias eas vel animo abdicaſſe.

Si aduerſis prematur, effugere inſtanter laborat.

Vtrique vero medebitur ſyncera propriæ voluntatis, in diuinam transfuſio, qua illi volentes, lubenteſque, acquieſcimus, quidquid de nobis voluerit eſſe ſtatutum.

Sed parum eſt à laboribus, atque ærumnis ſic excipi, & à peccatis Mors liberum præſtat: ea namque S. Ambroſio teſte, *ſepultura vitiorum eſt.*

S. Ambroſ. de bon. mort. c. 4.

Quis enim eſt, quem experientia non iam doctum ſatis, expertumque reddiderit, longam vitam non tam corrigendis, quam accumulandis peccatis ſubſeruire? quin, ea deficiente, ſatis ſuperque nos docet Scriptura, vt S. *Fulgentius* loquitur, *Chriſtianis non vitam longam prodeſſe, ſed bonam.* Vita mala, quanto magis fuerit temporaliter prolongata, tanto magis delinquentibus multiplicat pœnam.

Non longa vita, ſed bona optanda.

S. Fulgent.

Ne tibi blandiare, vnam te, vbi conualueris, vitam mutaturum in melius, quod miraculo proximum Spiritus ſanctus apud *Ieremiam* pronuntiat dicens: *ſi mutare poteſt æthiops pellem ſuam? Praui habitus in naturam conuerſi difficulter expelluntur.*

Iere. 13. 23.

A *Quanti*, ait *Auguſt. hodie diu viuendo portant funera ſua : & quaſi ſepulchra dealbata plena ſunt oſſibus mortuorum ! ſi huic ſuperſtes infirmitati vires priſtinas recuperaris, periculum incurres, commiſſa grauiore noxâ, nec eâ debitè expiatâ, hinc excedendi, cuius nunc Dei beneficio experses* : eſt namque ea doctiſſimo Suario, aliiſque probata ſententia eos, qui ſupremis Eccleſiæ Sacramentis rite muniti diem ſuum obeunt, paſſim ſaluari. lib. de prædeſt.cap.4.

Verùm te abſque iſtiuſmodi næuis maioribus vitam inſtitutum confidis At leuiora illa, ſine quibus non viuitur, Deo quoque diſplicent, & ex conſequenti, ſupra omnem pœnam debent à nobis declinari : ad hæc omnes iuſtitiæ noſtræ quæ Propheta teſte, ſicut pannus menſtruatæ, quid habent, quo nos hîc queant detinere?

B Concedamus tamen ad votum fluere omnia, peccatum grauius exeſſe, virtutibus operam ſedulo impendi, maiorem Dei gloriam accurari : quamdiu perſiſtes? communis namque Theologorum ſententia eſt, ordinariam gratiam minimè ſufficere, vt quis in opere bono diu perſeueret, ſed ſingularem quampiam & extraordinariam ad hoc requiri, vt bene Suarez l.3.de prædeſt.c.3.docet: neque enim tantum facilitatis bonus inferre habitus ſolet, quantum difficultatis, vitæ tenor ſenſibus pridem deditus apportat. Sampſoné cogita, cuius

Sampſonis lapſus.

C iuuentus Nazaræorum legibus ſanctè inſtituta, plurimis à Deo beneficiis inſtructa, & quo cum Dalila pellexit? Salomonem intuere, quo nullus Deo carior, donis pluribus ad miraculum vſque locupletior nullus, & quonam hic, quonam ille denique prouoluti? Tanto mutabilitas, tanto humanæ voluntatis inconſtantia ſtare conſueuit, quæ ideo à grauiſſimis Doctoribus voluntas ambulatoria nuncupatur. Aduerſo flumine nauigandum eſt, remis incumbere neceſſe eſt : longo itinere, timendum ne laſſatis brachiis, atque intermiſſo remigio, cymba retrorſum abripiatur: præuidet hoc Deus, dum infinita ſua ſapientia, ac ſcientia conditionata, quid quiſque in tali occaſione faceret, nouit;

Salomonis inconſtantia.

D atque ideo, vt amantiſſimus Pater, vitæ filum abrumpit, quæ prolata filio mortem afferret æternam : quantâ itaque lubentiâ hæc Dei voluntas admittenda eſt! quo velut pleniſſimo quodam fonte: tanta nobis bona promanant.

III Gradus Conform. in Morte.

Sed & Tertium eſt, quo noui hominis animus in acceptanda morte inſtruendus eſt, ſcilicet, vt non patienter ſolum ac libenter, ſed & gaudenter huc accedat; maiore ſiquidem ſolatij ex diuina hac miſeratione, quam triſtitiæ ex noſtra miſeria, ſe offerente occaſione. Quis namque mortem iam horreat, quam Chriſtus in Cruce, exarmauit : clamante Paulo: 1.Cor. 15. *Vbi eſt mors victoria tua, vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Mors in ſomnum conuerſa eſt : Quid

1.Cor.15.

ſomno ſuauius: & hunc mors progignere ſolet, ita de S.Stephano Lucas Act.7. *obdormiuit in Domino.* At ſomnus productior grauis eſſe ſolet: ideo & excitator ſuo tempore aderit, quo expergefactus conſurgas, audi quid Iob antiquiſſimus ille diuinæ maieſtatis ſecretarius dicat: *In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea. Repoſita eſt hac ſpes mea in ſinu meo.* Hac ille fiducia & morbum cum patientia, & mortem cum gaudio ſufferebat : idem Theſſalonicenſibus ſuis *Paulus* explicabat, dum ſcriberet *non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent*.1.Theſſ.4.

Act.7.59.

Iob 19.26.

1.Theſſ.4.

Non itaque, vt rectè Euſebius noſter, mors timenda, ſed vita : vita enim ad mortem ducit, mors ad immortalitatem. Stulti mortem formidant, ſapientes optant : illis labor videtur, iſtis laborum finis; manent quidem poſt mortem pœnæ, & cruciatus, ſed hi iam extra mortem ſunt, nec ob mortem illis accidunt, ſed propter vitam : nec iuſta quærela erit quod mortem ſequantur tormenta, & non potius de vita queruli ſimus; quod, tormenta mercatur, vita eſt noxia nobis, dum plus viuimus, plus delinquimus; quod in morte amarum eſt non ex morte, ſed ex culpabili vita naſcitur. Lucrum mortis eſt eximi culpis. Propria magis vitæ mors eſt, quam ipſa vita, nam qui viuunt morituri ſunt, & mortui viuificandi : non enim quia viuimus reſurgemus, ſed quia morimur. Vita tantum confinis morti eſt, non immortalitati, plus periculi, imo plus mortis vita habet, quã mors ipſa: parum prodeſt timere mortem, niſi metuamus vitam, ſi timeremus vitam, non eſt quod formidaremus mortem, timeamus peccata, quæ viuendo committimus, cum iſte timor proſit, non formido mortis, niſi cum iuuat ad emendandam vitam.

Non mors ſed vita timenda eſt.

Timor mortis ſolùm ſit, quia tardat, aut quia male viuentibus feſtinet : quod ſi propter moram timemus, ſolatium habeamus. Multa mora non erit, ſi quia malè viuimus, emendemur, & cauſa timendi ceſſabit. Quis eſt qui moriendo peccet? quis eſt, qui viuendo non delinquat? Bonum aut malum ex vita eſt, quapropter vitam dumtaxat curemus & mortem, vbi aduenerit, læti excipiemus.

Huc Chriſtus nos vocat, & ratio ducit, *amplectamur diem, qui aſſignat ſingulos*, vt S.Hieronymus loquitur, *domicilio ſuo, & laqueis ſecularibus exſolutos Paradiſo reſtituit & regno cæleſti.*

S.Hieron.

Venio ad quartum ac poſtremum, quo Nouus homo mortem voluntarius lætuſque excipiat, præclara ſc. illa facinora, quibus animum adiicit, dum eam promptus & hilaris de manu Dei acceptat.

Primum itaque eſt, quo ſummum Dei ac Domini noſtri ius in ſe lubens agnoſcit.

Alterum, quo immortali Deo hoſtiam optimam, vitam ſcilicet ſuam in ſacrificium litat.

Fructus Reſignationis in Morte.

Ter-

Digitized by Google

A Tertium, dum ſingularem, quo Deum proſequitur, amorem manifeſtum facit, vitam ſuam, quantum ex ſe eſt, ponendo pro illo.

Quartum, profitendo liberè Deum ſibi ſufficientem, eius non indigere.

Quiotum, dum obligationem beneficij magni, quo Deo deuinctus eſt, agnoſcit, voluntariè vitam ſuam ei donando, in agnitionem eius, quam is ante pro homine poſuit, & prior effudit.

Sextum, dum lubens omnem voluptatis ſenſum, qui morte finitur, abdicat, quo diuinæ Iuſtitiæ pro peccatis ſuis faciat ſatis.

Septimum, dum non obſcurè ſpem vitæ futuræ proloquitur, mortem non tam vitæ ſuæ finem agnoſcens, quam initium melioris, & B peccandi finem.

Ecce quo Chriſti Domini ac ſeruatoris exemplum nos prouocet, dum mortem naturæ debitam animo prompto, atque expedito admittere docet, vel ſic, non paruo miraculo oſtendens colligere poſſe & de ſpinis vuas, & de tribulis ficus: Atque hoc erat, quod S. Bernardus in Fratre ſuo Gerardo obſeruaſſe ſe ſcribit ſermone 26. in Cantica.

,, Accitus, inquiens, ſum ego ad id miraculi, ,,videre ſcilicet, exultantem in morte hominē ,,& inſultantem morti. *Vbi eſt mors victoria tua? ,,vbi eſt mors ſtimulus tuus?* iam non eſt ſtimulus, ,,ſed iubilus. Iam cantando moritur homo & ,,moriendo cantat. Vſurparis ad lætitiam ma- ,,ter mœroris, vſurparis ad gloriam, gloriæ ini- C ,,mica, vſurparis ad introitum regni porta in- ,,feri, & fouea perditionis ad inuentionem ſa- ,,lutis, idque ab homine peccatore. Iuſtè nimi- ,,rum, quia tu iniquè in hominem innocentem ,,& Iuſtum, poteſtatem temeraria vſurpaſti. ,,Mortua es, ô Mors, & perforata, homo quem ,,incautum deglutiſti, cuius illa vox eſt in Pro- ,,phetis, *ô Mors, ero mors tua, morſus tuus ero infer- ,,ne,* illo, inquam hamo perforata tranſeuntibus ,,per medium tui fidelibus latum, lætumque ,,exitum pandis ad vitam. Gerardus te non for- ,,midat, laruali effigies, Gerardus per medias ,,fauces tuas tranſit ad patriam, non modo ſe- ,,curus, ſed & lætabundus, & laudans.

Cor. 1. 15. 55.

Oſeæ 13. 14.

Dyſmas latro.

Hoc animo iuſtus ille latro moriebatur in D Cruce, qui non ſalutem corporis à Domino poſtulauit, nec vt à pœnis purgatorij ſeruaretur popoſcit, ſed animo libenti pro Dei gloria ac peccatis ſuis moriens, totum ſe in diuinam voluntatem coniecit, totum ſe Chriſto conſignauit, vt is ſecum id ageret, quod Deo, ſibique congruere non neſciret. *Memento*, inquiens, *mei Domine, cum veneris in regnum tuum.*

Luc. 23. 42.

Talem & nobis Ambroſium deſcribit Poſſidius, qui cum in vltima iaceret ægritudine, & ab honoratis viris, amiciſque lectum circumſtantibus rogaretur cum lachrymis, vt vitam ſuam à Domino poſceret prorogari, *non ſic*, inquit, *viri, vt me pudeat, inter vos viuere, ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.*

S. Ambroſ.

Non abſimile eſt quod idem auctor ſcribit S. Auguſtinum crebris ſolitum vſurpare ſermonibus familiarem quendam ſuum Epiſcopum, cum grauiter decumberet, atque ab eo viſitaretur, manuum geſtu ſe de ſæculo exiturum monſtraſſe, cui cum ipſe ſuauiſſimè reponeret, etiamnunc poſſe Eccleſiæ ſi vita ei prorogaretur ſeruire, illico ne putaretur huius vitæ cupiditate teneri, reſpondiſſe: *ſi nunquam*, [moriendum ſe.] *bene: ſi aliquando, cur non modo?* Optimè ſanè, vel Auguſtini teſtimonio, dictum, & Chriſti exemplo conformius pronuntiatum.

Epiſcopus quidam S. Auguſtini *amicus.*

Idipſum glorioſiſſimo Patriarchæ Franciſco contigit; cui cum mortem inſtare denunciaretur; Seraphicus hic vir, ita Dei, cuius conſpectus breui compotem ſe futurum ſperabat, amore exarſit, vt exultabundus clamârit: *bene veniat ſoror mea mors:* accerſitiſque cantoribus, vna cū iis canticum, vt vocabat, ſolis, in quod peculiari affectu ferebatur, maximo cum animi ſenſu iucundiſſimè cecinit, nec, dum vixit, ceſſauit. *VVadingus in Annal.*

S. Franciſc.

Nec prætereundum quod hac in parte B. Aloyſio Gonzagæ accidit: cœlo iam maturus, in grauem morbum inciderat, cuius vis, cum in horas magis, magiſque inualeſceret, variaque in eo apparerent appropinquantis iam mortis indicia artis medicæ periti, paucos illi ſupereſſe C vitæ dies ſignificant. Quo nuntio ceteris velut fulmine quodam ictis, mirum eſt quantum ipſe fuerit recreatus: primum itaque SS. Ambroſij & Auguſtini hymno recitato, vt Deo gratias ageret, cuidam ad ſe viſenti pater mi, inquit, lætantes imus, lætantes imus: totque ex percepto de appropinquante morte gaudio, exultantis animi indicia dedit, vt omnibus ſummam admirationem moueret, ac de morte hîc dicere licuerit: Vſurparis ad lætitiam mater mœroris, & ſtimulus ille tuus, qui felle tinctus eſſe ſolet, ſanctiſſimum hunc iuuenem iucunditate ſumma perfundit. Cæparius.

B. Aloyſius Gonzaga.

Decumbere cœperat ex graui morbo *Staniſlaus Hoſius* Cardinalis Varmienſis, cum audiens D Epiſcopum publicas pro ſalute eius preces, ſupplicationeſque inſtituiſſe, magnas, inquit, gratias ago Epiſcopo, & Virginibus iſtis, atque omnibus qui pro me miſerrimo peccatore ſolicitudinem iſtam cœperunt, ſcioque magnum pondus habere apud Dominum caſtarum Virginum, & innocentium puerorum orationes, ſed nihil aliud ego volo, quam quod tu vis Domine, *fiat voluntas tua:* ne momento quidē temporis viuere cupio, vltra quod conſtituit mihi Dominus. *Paratum cor meum, paratum cor meum. Stan. Reſcius in Vita.*

Card. Hoſius.

Pſal. 56. 8.

Sed quid de Philippo II Hiſpaniarum rege dicam! qui ab omni quidem virtute multo

Philipp. II Rex Hiſp.

qui-

A quidē laudatiſſimus Princeps,hac tamen ad Dei voluntatem conformitate iam pæne diuinus homo euaſit, etiam dum inter homines ageret: nam in fatali morbo, diuinæ voluntati deuotiſſimus illa Seruatoris verba, pęne infinities repetiit: *pater, non mea, ſed tua voluntas fiat*. Cumque ex Sacro Euangeliſta Christi Domini paſſio, ad apoſtema ferro ſecandum, prælegeretur, iuſſit rex, ad illa ipſa Domini verba: *pater, non mea, ſed tua voluntas fiat*, lectorem nonnihil ſubſiſtere. Tanti regum iſte maximus hanc mentem tam ſanus, quam æger ac moribundus æſtimauit. Verum ſicut nouelli illi flores, verna hortorum ſidera, intuentium oculis blandiuntur ſuauius, præ iis, quos dudum ſol & aura decoxit: ita neſcio quo ſenſu ac gratia, B nouella illa ſanctitatis germina, recenter ex aqua & Sp. ſancto regenerata, Neophytos inquam, quos de tenebris vocauit Dominus in admirabile lumen ſuum, corda noſtra afficiant, dum id quod pridem omnes didicimus, nec poſt multorum annorum periodos ſatis callemus, primo quoque tempore noſſe perfecte atque abſolute exercere videmus.

Luc. 22. 42.

Cannadēſium Neophytorum in morte reſignatio.

Teſtes ex mediis Cannadenſis brumæ niuibus barbaros, ſilueſtreſque homines aduocemus, quos Patrum Francorum Societatis Ieſu operoſa charitas, præclara gentis nuperrime ad Chriſtianas leges traductione mitigauit, de quibus is, qui ſuis ipſe oculis rem præſens obſeruauit Paulus le Ieuſne, C in hiſtorica ſua relatione ſic loquitur: plures in Kebecana reſidentia Neophytos ægros iam, & graui affectos inualetudine vidimus, quibus perſuaderi non poterat, vt ſuam à Deo depoſcerent ſanitatem: hoc vnum pro omni ratione cauſſati is noſter pater eſt, cui non ſegnis cura de nobis eſt, ac melius, quid nobis expediat nouit: fiat voluntas eius.

Cumque noſtrorum aliquis vni eorum forte ſuggereret, votum S. Ioſepho faceret, cui prouinciæ tutela commiſſa eſt, vt meritis ſuis apud Dominum vitam illi ac ſanitatem obtineat; reſponſum ſanè non iam Neophyto, ſed vetere D Chriſtiano digniſſimum retulit: morem tibi lubens geſſero, ſed ſi meæ relinquere me volueris libertati, vnum id confeſtim poſtularo, vt eam mihi S. Ioſephus gratiam impetraſſe velit, qua ſanctiſſimam Dei mei in omnibus adimpleam voluntatem.

Alias cum vegetus quidam ac robuſtus adoleſcens noſocomium perambulans, ad vicinos decumbentes ſermonem conuerteret, peteretque quo pretio ſimilem ſuæ, valetudinem mercari vellent? eorum vnus illico, nec procul acceſſito reſponſo, infit: *nollem ego profecto vel caput de vno in alterum latus contorſiſſe, pro vniuerſa totius mundi ſanitate, bene autem pro abſoluta mea ad diuinam voluntatis compoſitionem.*

Dictum Neophyti aureum.

Nobile ſtudium, neque deſperandus exitus eſt, modo viribus connitare, & quod vetus homo ſuggerit nouus emendet. Ita Auguſtinus: *poteſt*, inquiens, *homo* aliquid proprium *velle, Deo aliud volente. Conceditur hoc humanæ fragilitati, conceditur humanæ infirmitati. Difficile eſt, vt non tibi contingat aliquid proprium velle. Sed cogita Deum ſupra te eſſe, te infra illum; illum Creatorem, te creaturam, illum Dominum te ſeruum: & te corrigens, voluntatemque tuam voluntati eius ſubiiciens, dic cum Chriſto: non quod ego volo, ſed quod tu vis, pater. Ita enim non diſtortus, ſed rectus corde eris.*

S. Auguſtini monitum de reſignatione.

Nec viros ſolos hæc ſchola diſcipulos nouit, quin & virgines numerat: *B. Gertrudis* ex firma confidentia, quam erga Dei bonitatem habebat, ſæpenumero mori deſiderabat, & rurſum diuinæ voluntati ita erat vnita, vt æque parata eſſet adhuc viuere, ſicuti iuxta Dei beneplacitum mori. Ipſa itaque aliquando iter faciens, dum conſcenſo monte quodam ad decliuiora loca decidiſſet, exhilarata ſpiritu, dixit ad Dominū: ô bone Ieſu, quam bene mecum ageretur, ſi caſus iſte mihi dediſſet occaſionem celerius ad te perueniendi! Et his qui aderant percunctantibus, an non formidaret mori, non munita ſacramentis, reſpondit: ego quidem toto corde opto ſalutiferis ſacramentis muniri antequam moriar, veruntamen ipſis confidenter præfero Domini mei prouidentiam, ac voluntatem: & ſiue ſubita, ſiue prolixa morte ille me hinc exire voluerit, voluntas eius mihi grata erit. Nam qualicunque obitu ex hac luce migrauero, ſpero Dei miſericordiam nunquam mihi defuturam, ſine qua conſequi nequeo ſalutem.

S. Gertrudis de morte obeunda mentis conſtantia.

Hinc eadem Gertrudis ante mortem ſuam, Dominum allocuta legitur his verbis: quamuis, Domine mi, præ omnibus deliciis mihi optabile & iucundum ſit, vt è carcere carnis educta, tibi adiungar: ſi tamen velles me hic manere, eligerem vſque ad diem iudicij, in extrema miſeria ad laudem nominis tui degere. Quam voluntatis reſignationem Dominus gratiſſimam habuit.

Optimam *Gertrudi* ſociam dabo *Catharinam de Ieſu*, quæ nuper anno 1623. Pariſiis ex Carmelo ad ſponſum migrauit, viderat hæc animam ſuam velut à corpore ſeiunctam ante Deum ſtare, qui gloriam ei monſtrabat, quam obtentura eſſet: liberum tamen relinquebat, vel ſtatim ad eam ingredi, vel differre: addens, ſi modo veniret, non fore completum quod animo conceperat, ſimulque ei plurima quæ pati deberet viſenda dabat, atque in primis quomodo cruci affigenda eſſet. Horrebat natura, ſed gratia præualente elegit dilationem & crucē, quod Chriſto magis præ altero didicerat placere. *Ex Vita.*

Sed quid de noſtrate Virgine, B. inquam, *Lyduina* dicemus? quæ omnigenis exercitata doloribus miſerandum ſui ſpectaculum dedit, ac velut omnium ferè morborum conducta domus, cui

B. Lyduina.

cui Mors ipſa imminebat, habebatur ab omnibus, adeo tamen in Domino voluntatem ſuam defixerat, vt nihil, interim neque cogitare, neque dicere, nec facere non meditatò liberet, quod cum diuino minus congrueret arbitratu; fertur cum Huſſitarum Regulo frequenter ſuſpiraſſe: *hoc mihi Domine acceptiſſimum erit, vt affligens me dolore non parcas, cum tuæ voluntatis executio, ſumma mihi futura ſit conſolatio. Brughmannus in Vita.*

B. Fauſtina. Nec minus Neapolin in admirationem rapuit Fauſtina Virgo, quæ poſteaquam longis valetudinibus ac perpetua tabe ita eſſet exhauſta, vt vix pelle oſſa continerentur, roganti Patri ſpirituali, an ſatis adhuc dolorum eſſet, minimè gentium, inquit: addiditque, ſi vel efformato leuiter Crucis ſigno febrim, ſanguiniſque excreationem, qua conficiebatur, abigere poſſet, ſe manum, digitoſque non eſſe moturam. *Bonſignorius Caccauerra in Vita.*

Maria princeps Parmenſis. Sed principalem virtutem princeps femina obſignet neceſſe eſt: erit hæc *Maria Parmenſis* non vnius prolis mater, quæ cum ad eam felicitatem matureſceret, quæ feminam beare poteſt, longa primum tabe acerrimè conflictata, mox à medicis conclamata fuit. Suprema itaque incumbente neceſſitate, admonentibus qui excedenti Principi aderant, vt à Chriſto Domino, cuius in cruce ſuffixi atque traiecti ſigillum ad complexum & oſcula Chriſtiano ritu poſtulatum acceperat, pro veteris pietatis familiaritate ampliationem poſtularet: egone, inquit, reſpondit, ab hoc Deo meis ſceleribus tam indigne habito, vllam à ſupremis hiſce doloribus vacationem audeam poſtulare? Non faciam. Hic enim morientis ſaluatoris habitus me patientiæ admonet, atque imitationis.

DOCVMENTVM VII.

Suis ante diſceſſum bene precari, & ſuprema monita dare.

MAgno hîc omnibus exemplo Saluator fuit, qui paullo ante quam in agonem deſcenderet, *filioli*, inquit, *adhuc modicum vobiſcum ſum: quo ego vado, vos non poteſtis venire, & vobis dico modo: mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Ioan. 13. 32. Mox ſubleuatis oculis in cœlum: *Pater ſancte*, inquit; *ſerua eos in Nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos: non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo, ſanctifica eos in veritate.* Ioan. 17. 1.

Ioan. 13. 32. *Chriſtus ante diſceſſum ſuis valedicit.* Ioan. 17. 1.

Mos optimus ſanè, atque ſuauiſſimus: quia verò & tali doctore traditus, addo, & ſanctiſſimus, dignus, quem præpoſitus omnis ad ſubditos, parens ad liberos examuſſim obſeruet, quo fieri amet, vt patrum virtus in filios, Maiorum in poſteros felici traduce propagetur, tum quia altius animo inſident, ac plus habere ponderis

A ſolent, quæ à morientibus commendantur, tum quod illi tamquam proximè ad Deum migraturi, omnibus animi perturbationibus iam liberi, recta ac ſalutaria ſuis monita ſuggerere non erubeſcant: tum vero neſcio, qua vi ciuilis, humanæque peritiæ, quam longo vſu, vitæque decurſu compararunt, exculti, vel certe peculiari quodam cæleſtis numinis afflatu inſtructi, ea proferre ſoliti ſint, quæ multis auxilio eſſe conſueuerunt, eiſque, quos amant, vtiliſſima fore cognouerunt. *Vtilitas ſupremæ allocutionis.*

Adde, ſubinde Deum moribundos prophetico ſpiritu illuſtrare, de quorum prophetia nulla ante exſtiterat fama, vt videre eſt Geneſ. 49. vbi *Iacob Patriarcha* iam moriturus filios aduocauit, Gen. 49. 1.
B vt eis futura tam proſpera, quam futura enunciaret: *congregamini*, inquiens, *vt annunciem, quæ ventura ſunt vobis in nouiſſimis diebus.*

Moyſes quoque Deuteron. 33. cum ei mors inſtaret, multa Iſraeliticis tribubus prædixit, cuiuſmodi plura *S. Gregorius* magnus lib. 4. dialog. cap. 26. & 27. exempla adducit, quibus oſtendit moribundos futura interdum præſentire: *aliquando*, inquit, *exituræ de corpore animæ per reuelationem futura cognoſcunt. Aliquando vero iam dum iuxta ſit, vt corpus deſerant, diuinitus afflatæ in ſecreta cæleſtia incorporeum mentis oculum mittunt: vnde & natura comparatum eſt, vt ab iis, quibus dicuntur, memoria id genus monita cuſtodiantur maximè, & ſi quidem iis prudenter obſequioſi, minimeque degeneres ſint, executioni quam efficaciſſimè mandentur.* Deut. 33. 12. S. Greg. l. 4. dial. c. 26.

C Vnde Ioſue c. 24. Samuel 1. Reg. 12. Dauid 3. Reg. 2. Tobias c. 4. Mathathias 1. Machab. 2. ſat gnari quantum ſuprema Patrum verba in ſubditorum animis momenti haberent, eos alloqui voluere, vt ſuum in illos quantum fieri poſſet transfundere ſpiritum poſſent: vnius Dauidis verba adnectar: quibus è vita diſceſſurus filium allocutus eſt: *Ego*, inquit, *ingredior viam vniuerſæ carnis: tu autem Salomon, fili mi ſcito Deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto & animo voluntario. Si quæſieris eum inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum.* Ioſue 22. 1. Reg. 12. 1. Reg. 2. 2. Tob. 4. 1. Mach. 2. 1. Reg. 2. 2. *Dauidis ſupremum ad Salom. alloquium.*

D Et hos quidem ſecutus Chriſtus Dominus ac Saluator noſter, cum poſt nouiſſimam cœnam, quam mortalis adhuc cum diſcipulis fecit, diuinum ſanè ſermonem ac cæleſtium oraculorum pleniſſimum ad eos inſtituit, quo ſuprema omnibus mandata, fauſtamque apprecationem impertitus eſt, exemplo nobis relicto, vt qui vitæ eius nouitatem diligimus, mortis exempla non negligamus. S. Bernard.

Ita feciſſe S. Bernardum legimus, qui moriens, hæc ſuis prolocutus eſt: *tria vobis commendo, quæ in ſtadio, quo cucurri, quantum potui, obſeruaui, I. minus ſenſui meo, quam alterius credidi. II. læſus de lædente vindictam non expetiui. III. ſcandalum nemini facere volui, & ſi quando incidit, ſedaui, vt potui.*

Idem de *S. Honorato* Arelatenſium Epiſcopo ſcriptum reliquit S. Hilarius, dum vltima correptus S. Honoratus.

ptus infirmitate à Præfe cto, cæteriſque magiſtratibus viſitaretur, benedictionem & monita omnibus impertiuiſſe: videtis, inquiebat, quam fragile habemus hoſpitium: & poſt multa. Hanc vobis *Honoratus* veſter hæreditatem relinquit, ſupremo halitu ſuo ad hæreditatem vos regni cæleſtis inuitat, nullus mundi huius amore nimium teneatur: optimum eſt, vt voluntate quiſque id faſtidiat, quo ſe videt neceſſario cariturum.

B. Paulus Laonenſis. Nouerat id B. Paulus Laonenſis in Britannia minore Epiſcopus, qui per angelum vltimo vitæ ſuæ die intellecto, congregatis diſcipulis: filioli mei, inquit, nouiſſima exitus mei hora appropinquat, ſcitis quæ oſtenderim vobis exempla vitæ, & quæ tradiderim dogmata cæleſtis diſciplinæ, hæc facite & Deus pacis erit vobiſcum, quibus dictis, eleuata manu benedixit omnibus, dicens: benedictio Dei Patris omnipotentis, filij & Sp. ſancti ſuper vos deſcendat, cũque reſpondiſſent omnes, Amen, in conſpectu eorum vitã centenariam cum æterna commutauit. *Vita eiuſd. in Biblioth. Floriac.*

S. Amaſius Theanenſ. Nec ignorauit modum hunc Amaſius Epiſcopus Theanenſis, qui humanæ peregrinationis ſuæ adeſſe finem intelligens, ciuium primoribus ad ſe congregatis cum mònita multa dediſſet, ſuam impertiuit benedictionem, dicens: ſenui, & incanui, filij mei, conuerſatus coram vobis, ab hora quæ Deo placuit, vſque ad hanc diem, pro animabus veſtris, nequaquam laborem recuſaui. Nunc vero Dominus vocat me, cui præſto ſum. Eſtote ergo fideles, & operamini in dilectione Dei, & proximi vſque ad mortem, & regnabitis in æternum. Benedicat itaque vobis Deus, & opus omne manuum veſtrarum de excelſo ſolio fortunet, & creſcere vos faciat de charitate in charitatem, vt ſitis ante faciem eius in fine ſæculi mundi & immaculati. *Paulus Regius l. 2. de SS. Neapol.*

S. Bruno Epiſcopus. Idem de Brunone Signinæ ciuitatis Epiſcopo Ferrarius in Catal. ſcriptum reliquit, qui tranſitum ſuum diuina reuelatione prænoſcens, Clerum & populum eiuſdem vrbis euocari ad ſe voluit, quem, licet febre correptus, ac miniſtrorum manibus ſuſtentatus de fidei conſtantia, fraterna dilectione, & bonorum operum perſeuerantia commonuit, deinde extenſa manu benedictionem impertiens ac valedicens omnibus, ad lectulum reuerſus in cœlum migrauit.

S. Dunſtan. Ita adueniente obitus ſui die, congregatis circa ſe filiis *Dunſtanus*, de corpore exire properabat, & ecce cum lecto in quo iacebat vſque ad ſuperiora domus eleuatus eſt; ſed trabibus obſiſtentibus ne vltra veheretur in terram leuiter demiſſus fuit, idque tertio factum eſt, cum ad ſuos conuerſus, vos, inquit, oculis veſtris, quò vocor intuiti eſtis, & quo vadam. Noſtis viam, qua inceſſi, noſtis opera quibus inſudaui, dum vixi, quapropter breuiter vos moneo, ſi quo vado, vultis venite, qua inceſſi, non pigeat vos ire. Ipſe benignus Deus qui direxit iter meum ad ſe, dirigat ad omnem voluntatem ſuam corda & corpora veſtra in pace. Reſpondentibus cunctis Amen, in pace quieuit. *Baronius to. 10.*

S. Dominici poſtremum ad ſuos alloquium. Illuſtre omnino ac magnum quod hac in parte præſtitit *S. Dominicus*, qui poſtquam ſibi mortem imminere conſpexit, aduocatis fratribus, & diſciplinæ ſuæ alumnis, in hæc verba valedixit: Filij, & fratres mei, quos animo impreſſos circumtuli ſemper, & porro quoque feram, ecce nunc vltima mihi vitæ linea imminere videtur, quamobrem pro veſtro ſolatio, maioreque Dei gloria ſecretum quoddam vobis explicabo: huc-uſque pro ſua miſericordia Deus virgineam integritatem quam ex vtero matris accepi, ſeruare mihi dignatus eſt illibatam. Porro quemadmodum effuſa fuit aduerſus me Dei liberalitas, ita confidite filij eandem vobis non defuturam, ſed qui quæſtum hunc deſiderat, ſumptum facere non recuſet. Opus eſt huic theſauro ſeruando vigiliis, precibus, & familiaris cum mulieribus congreſſus fuga. Nullus integritatem ſuam periculo committat: quæuis occaſio ſatis eſſe poteſt ad hanc corrumpendam, nulla maior negligentia eſt, quam quæ propriæ aut alienæ virtutis confidentia fundatur. Venerabile ſanctumque caſtitatis nomen inſtar vitæ eſt, quæ facillimè amittitur, nec vllo poteſt modo reſarciri.

Hinc eos ad amorem Dei, humilitatem ac paupertatem adhortatus ſublatis ſurſum manibus, dixit: Pater ſancte tu ſcis, quia libenter perſtiti in voluntate tua, & illos, quos mihi dediſti, cuſtodiui, at nunc commendo eos tibi: tu illos ſerua & cuſtodi. Ego ad te venio pater cæleſtis. *Theodoricus in Vita. S. Antoninus. p. 3. t. 23. c. 4.*

S. Franciſc. Nefas fuerit Cherubim non iam obumbrantia, ſed lapſurum firmantia tabernaculum ab inuicem ſeparare, à Dominico, inquam Franciſcum de quo ita ſcribit S. Bonauentura: hora ſui tranſitus propinquante iuſſit fratres ſuos omnes exiſtentes in loco ad ſe vocari, & eos conſolatoriis verbis pro ſua morte demulcens, paterno affectu ad diuinum eſt hortatus amorem. De paupertate & patientia, & S. Romanæ Eccleſiæ fide ſeruandis ſermonem protraxit, ceteris inſtitutis ſanctum Euangelium anteponens. Circumſedentibus vero omnibus fratribus extendit ſuper eos manus in modum crucis, brachiis cancellatis, pro eo quod hoc ſignum ſemper amaſſet, & omnibus fratribus tam præſentibus quã abſentibus in Crucifixi virtute ac nomine benedixit. Inſuper adiecit: valete filij omnes in timore Domini & permanete in eo ſemper. Et quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perſeuerabunt in his quæ cœperunt, ego vero ad Deum propero, cuius gratiæ vos commendo. *VVaddingus to. 1.*

Nes

Digitized by Google

V. Nicolaus à mōte Politiano ord. Ieſuatorum. Nec prætereundus nobis *Nicolaus à monte Politiano* Ordinis Ieſuatorum qui ad extrema perductus, aquam benedictam afferri iuſſit, eaque ſe & omnes aſperſit, quos, ad ſpiritualem pugnam excitans his præcipue verbis allocutus eſt, nempe: hæc mementote ſemper, *nemo coronabitur, niſi qui legitimè certauerit*, certate igitur vſque ad finem, & coronam à Domino accipietis: quibus finitis, benedixit eis, & benedicendo ſpiritum emiſit. *Paullus Morigia l.2.c.53.*

2. Timoth. 2.5.

V. Ioannes Mycus ord. præd. Ioannes Mycus ex ord. præd. vir magnæ virtutis & ſanctitatis ad mortem decumbebat, cū B. Aloyſius Bertrandus, tyrones ſuos, quibus præerat, ad eum adduxit, quibus ille varia inter ſalutis monita, dedit iſtud, vt mulierum conuerſationem fugerent, facies, inquiens, mulieris ventus vrens, & ſi ipſa Catharina Senenſis veniret de cœlo ad vos viſitandos, dicite ei, vt in cœlum reuertatur, & illic eam videbitis. *Franciſcus Didacus in hiſt. ord.*

S. Romualdus. S. Romualdus nequaquam id prætermiſit, qui diuturno iam languore ad extrema perductus, erigens ſe de lectulo, fratres ſuos magno iſtic numero circumſtantis potenti ſermone eſt allocutus. Tum ſumma humilitate inter eum, & fratres, alterna facta confeſſione, nec non precara peccatorum indulgentia, intimis ſuſpiriis primum ſummo Paſtori commendauit gregem ſibi commiſſum, deinde fratribus valedicens ait: abite fratres Cariſſimi, & hoc vltimum ſenis memoriale pro benedictione habetote: in nomine Domini, ſalus omnium noſtri. *Caniſius antiq. lect. to.2.*

S. Tereſia. Quod in Viris laudabile, feminis non potuit non eſſe glorioſum, patet in *B. Matre Tereſia de Ieſu*, quæ Ordinem, quem Carmelitanum dicimus, feliciſſime reſtaurauit; hæc tribus antequā ſpiritum redderet diebus, plurima filiabus monita, ac ſalutaria depromere conſilia exorſa, cuius ſe filiam agnoſceret ſatis oſtendit: & licet hactenus nunquam ea intermiſiſſet, iam tamen, vtpote morti & termino proxima, maiori hæc ardore & efficacia euidentioreque amoris ſignificatione, quam conſueuerat expromſit: Obſecro, vos in Domino, inquiebat filiæ meæ cariſſimæ ac Dominæ, vt primæuas inſtituti leges, ſimul & Conſtitutiones, quam accuratiſſimè, integerrimeque obſeruetis: ſimul etiam prauum, quod hæc parum diligens vobis monialis exemplum dedit, neutiquam reſpiciatis, ſed quidquid hoc ipſo deliquit, benignè condonetis. Orantibus his viciſſim Matrem, ſupremùm ſe vt compellaret, aliud dicere noluit, quam vt regularum ſtatuta, & conſtitutionum decreta ad vnguem ſeruarent, ſuperioribuſque ſuis nunquam non obedientiam ſinceram præſtarent. quod ipſa monitum aliquoties inculcando repetebat.

B. Angela de Fulginio. Nec minus pia hæc ſapientia in *B. Angela de Fulginio* eluxiſſe viſa eſt, in cuius actis hæc leguntur. Morti propinqua erat Angela, cum ad adſtantes conuerſa, filioli mei, inquiebat, quæ dico vobis, propter amorem Dei dico, quia non libenter porto ſub terram aliquid, quod vobis poſſit prodeſſe: Placuit diuinæ bonitati dare mihi curam, & ſolicitudinem omnium veſtri, qui ſunt in hoc mundo, & vltra, & citra mare: ego autem cuſtodiui vos, vt potui. O Deus meus amodo reſigno eos tibi & rogo, vt conſerues eos in omni bono, in amore paupertatis, deſpectus, & doloris, in transformatione, & imitatione vitæ tuæ, & perfectionis, quam nobis verbo, & facto oſtendere voluiſti:

R.P. Lyræus de imit. Iesv patient.

Vos autem ô! filioli mei hortor exhortatione hac vltima, vt ſtudeatis eſſe parui, verè humiles, & manſueti, ſcholares eius qui dixit: *diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Habete caritatem, ſine qua non eſt ſalus, nec meritum, neminem iudicetis, & ſi videritis hominem peccare mortaliter, non dico, quod non diſpliceat vobis peccatum, & quod non debeatis illud abhorrere, ſed dico nolite iudicare nec contemnere peccantes, quia iudicia Dei neſcitis. Matth. 11. 29.

His dictis impoſuit manum ſuam ſupra caput ſingulorum, & ait: benedicti ſitis à Domino, & à me, filioli mei, vos & omnes alij, qui hic præſentes non ſunt, & ſicut ſignificatum eſt mihi & demonſtratum à Domino, ita iſtam æternam benedictionem vobis concedo præſentibus, & abſentibus: idem Chriſtus det eam vobis cum illa manu, quæ fuit in cruce clauata. *Ita Arnaldus Vitæ ſcriptor.*

DOCVMENTVM VIII.

Aequanimitas in morte & heroica patientia.

IVxta *S. Auguſtinum*, quem refert & ſequitur S. Thomas 2.2.q.136.a.1. in corpore, *Patientia virtus eſt, qua mala æquo animo toleramus*, id eſt, ſine perturbatione triſtitiæ ac querela, vt ibidem exponit præfatus Doctor, addens *Patientiam eſſe virtutem fortitudini adiunctam*, qua Saluator noſter in morte ſua, nobis omnibus exemplo maximo præluxit. S. Auguſtini de patientia iudicium.

Patuit id primò ex ſingulari ardore patiendi, quem ſtatim à primo in paſſionis ſuæ campum ſiue paleſtram ingreſſu, non obſcurè præ ſe tulit, cum Petrum mittere gladium ſuum in vaginam iuſſit, dicens: *Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum?* Ioan. 18.11. deinde cum ſe vltro hoſtibus obtulit & abduci, ligarique permiſit: *Oblatus* ſiquidem *eſt, quia ipſe voluit.* Iſaiæ 53. quod perſpicuè paulo ante docuerat, dicens: *ego pono animam meam, nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo.* Ioan. 10. Chriſti Domini heroica Patientia. Ioan. 18.11. Iſaiæ 53.7. Ioan. 10. 17.

Secundo, ex doloribus, iniuriis, atque tormentis, quæ ab omni hominum genere paſſus eſt, iuxta omnia pœnarum genera, quibus hu-

manæ naturæ infirmitas affligi ſolet : & ita quidem, ad Corporis ſenſus quod attinet, in tactu tormentorum aſperitatem ſuſtinuit, in guſtu fel & acetum, in odoratu fœtorem cadauerum, in auditu blaſphemias, in viſu horrenda ſpectacula; quæ omnia tanto illi acerbiora, grauioraque accidebant, quanto corporis eius complexio ceteris omnibus erat tenerior, ac meliori prædita temperamento.

Sed parua hæc fuerint ſi cum iis quæ in anima paſſus eſt, cõferamus; cum enim anima corpore multo ſit nobilior, ſequitur quoque dolores eius multò acerbiores quam corporis extitiſſe. Et duobus quidem potiſſimum modis rationalis anima mortali, atque poſſibili huic corpori ſociata, pœnarum, dolorumque capax eſſe poteſt, vt S. Thomas aduertit: primo, quia forma corporis eſt, & eo læſo, ipſa quoque per compaſſionem cruciatur: deinde per apprehenſionem, ſeu ratiocinationem, quatenus mala imminentia forti imaginatione facit ſibi præſentia, quâ ratione crudelem in modum ſæpenumerò affligitur & torquetur. Vtroque autem modo Chriſtus in anima grauiſſime paſſus fuit, nullo à patre ſubſidio, aut ab amicis ſolatio accepto.

Tertio idem patuit ex incredibili affectu plura, ac maiora patiendi, cum in extrema neceſſitate conſtitutus propter ardentiſſimã, qua affligebatur, ſitim, vinum myrrhatum, à quo reſtaurari, confortarique poterat ad dolores ſuſtinendos, conſtantiſſime recuſauit.

Et hæc omnia profectò eâ animi æquabilitate atque conſtantia, quam nulla perturbatio neque varietas inquietaret: & quamuis probè intelligeret, vnam ſui ipſius vitam, viuentium omnium vitâ infinitis partibus eſſe potiorem, eam tamen tot cruciatibus ac tormentis, ab eiuſmodi populo ſibi illatis magna animi ſui lubentia immolabat, qui propter ſingularia quibus eum affecerat, beneficia, tanto debuerat eſſe gratior, quanto iam factus erat crudelior, vnde, Tertulliani iudicio, tam admiranda videri cœpta hæc fuit patientia, vt ea ſola ſuffecerit, ex qua mundus vniuerſus colligeret, hunc Chriſtum verum eſſe Deum, cum in nullo alio, poſtquam à Deo receſſeris, eiuſcemodi reperire ſit. qua etiam ex cauſſa plurimi hæc pſalmiſtæ verba de Chriſto accipienda aſſerunt: *prodigium factus ſum multis.* (Pſal. 70. 7.) Addo ego & exemplum, à quo veram in omnibus huius mundi ærumnis, & aduerſitatibus patientiam diſcamus, quæ, teſte Cyrillo Alexandrino, nobis omne bonum conciliet & veluti pronuba viam ad probationem aperiat, ac ſpem in futurum ſeculum nutrire non omittat. *Nihil enim, vt bene S. Chryſoſt. hom. de Iob hac lingua ſanctius, quæ in aduerſis Deo gratias agit. Certe non eſt inferior lingua martyrum. Vtraque pariter coronatur.* Curramus ergo per patientiam, monente Apoſtolo, *ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem. Chriſtus paſſus eſt*, inquit S. Petrus 1. 2; *pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.* (Heb. 12. 1.) (1. Petr. 2.)

A

Caput noſtrum, inquit S. Bernard. *per tribulationes & anguſtias cælum introire videmus, & nos eius membra, alia itinera ſomniamus. Monſtroſa res eſt, ſi per vnum foramen caput, per aliud membra ingrediantur.* Hauſere hunc ſpiritum quotquot veteris hominis, centone exuto, ac nouam Chriſti togam induti ad eius ſe caſtra contulerunt. (S. Bernardi de Patientia ſenſus.)

B

Agmen ducet, qui ſicut maieſtate, qua nulla in terris ſuperior, cæteris omnibus maior eſt, ita virtute hac patientiæ in morte præ cæteris effulſit, *Pius. ſc. quintus Pontifex Maximus*, qui pari patientia ſupremam valetudinem, quamquam dolorum ac cruciatuum acerrimam, & mortem bonis omnibus triſtiſſimam excepit. Calculo quinquaginta ipſos dies aſſiduè tortus, donec vita exprimeretur, Pontificiæ patientiæ Maieſtatem, cuius erat feruantiſſimus, non querelis, non clamoribus, non gemitu indecoro, non vultu infregit. Superfuit doloribus animus, vt & religioni operam dare, templa inuiſere, rempub. componere, quæque eidem ſalutaria deſtinauerat, promouere poſſet. Nullum profectò potentius Elixir, animæ iam iam fugienti ad vitæ officia reuocandæ fornacibus nobilioribus coquitur, quam quod roboris inuicti morborum, mortiſque domitrix patientia inſtillat. *Gabutius in Vita.* (Pius V. PP.)

C

Maximo Pontifici Regem Magnum ſubiungo Philippum ſecundum Hiſpaniarum Monarcham. Coniuraſſe videbantur in vnum caput morborum ſæuiſſimi, nec carptim aut duello, ſed collatis ſignis, totaque acie impreſſionem facere videbantur, febrium, vlcerum, podagræ ac chiragræ dolores atrociſſimi. Vnus tamen omnibus par fuit, & qui virtutis tenor fortunam non ſemel aduerſam exceperat, non inter valetudinis incommoda, & irruentis mortis certamina mutauit. Eadem languenti forma, quæ olim imperanti, temperamento Maieſtatis ſerena: pallor ipſe adrepentis mortis magna dignus anima, nullo timore degeneri: nec minor vocis conſtantia, querelis procul, ſed magnas in preces collatæ, non quidem deprecantis ea cruciamenta, ſed vt criminum ea eſſent piacula poſtulantis. Cecidit inuictus morbis, qui fortunæ vixit imperuius, patientia vri in vita, ſic & in morte clariſſimus. (Philippus Rex II. Hiſp.)

D

Altius etiam aliquãto in *Eduardo Torgmontono* ſeſe extuliſſe viſa eſt tolerantia. Conflictabatur Adoleſcens optimus in Vrbano Anglorum collegio ſuprema valetudine, cum in ipſo æſtu ſæuientium dolorũ, miro cum riſu, atque oculorũ hilaritate; nũc, ego, inquit, lubens in equuleo (Eduardus Torgmontonus.)

Angli-

Anglicanu penderem, ſperarem etiam aliquanto illorum cruciatuum auctu dignam me victimam, ac gratum patientiæ fore holocauſtū.

Ignatius Balſamus. Magnum eſt inter Aſceticos ſcriptores Ignatij Balſimi nomen, pro! quanti viri, quem verum Ignatij Loyolæ diſcipulum vel hinc agnoſcere licet: duodeuiginti acerbis morbis conflictabatur Balſamus, & iuxta cognominis arboris ingenium, vndique vulneratus, admirandæ virtutis odorem ſuauiſſimum afflabat, cum enim vel numero ipſo poſſet obrui: quo ille maior erat, eo erigebatur alacrius, ſuaſque domeſticas appellabat beatitudines, quibus vnica illa, quæ procul dolorem habet, & luctum, poſſet comparari. *Annales Soc.*

Ne vero teneriores inter virgines minus vigere patientiam quis credat, earum aliquas producamus, à quibus etiam in ſexu fragili tantæ virtutis gloriam repertam eſſe diſcamus.

Catharina de Sandoual. Vixit ſuperiori ſæculo Beazij in Hiſpania, Illuſt. viri Sanchij Rodericij de Sandoual filia Catharina, adoleſcentula clariſſimi generis, quæ dum inter nuptiarum meditamenta in Chriſti Domini è Cruce pendentis ſignum oculos forte conieciſſet, iam certa Deum ſequi, virginitatem ſuam illi voto mancipauit, nouoque ardore mentis elata, Martyrum victorias & triumphos optauit. Audita eſt; quamquam non ijdem ac martyribus hoſtes illi fuerint decreti, quos fortiter excepit ac vicit. Decem & ſeptem ſolidos annos lectulo fere perpetuo affixa torquentibus veluti in equuleo morborum ſæuitiis læta bunda tranſegit. Laborabat febri hectica, continua phthiſi, carbunculis, morbo articulari, hydrope, iſchiade, cardiaca, hepatis calore adeo violento, vt interulæ tantum non cōciperetit ignem. Et ne minor à medicis virtutis occaſio daretur, quinquagies, quod rarior audiuit ætas, ſecta vena ſanguinem miſit, nec tamen patientiam amiſit, ſæpius cucurbitulis exhauſta eſt, indito etiam ſale, quod n edicus neſcio quis, diceret, plurimum conducere venenatis humoribus euocandis, ſæpius cauterio inuſta, bis ad ſuptemam luctam inuncta eſt, animo inter hæc omnia adeo tranquillo; ac ferendi auido, vt ferri, igniſque, cum ſecanda erat, aut inurenda, moram increparet. *Ribera in Vita S. Thereſiæ.*

Vrſula Beníncaſa. Hiſpanæ virgini Italam iungo Vrſulam Benincaſam, cuius patientia, cum, quod illi maximè cordi eſt, vita tota in eius delituiſſet ſinu, poſt mortem nullo iam vanæ gloriæ metu prodita eſt. Quam acres ac multiplices ſint calculi dolores, vt neminem experimento ſcire velim, ita vnum aliquem eſſe, qui non aliquando audierit, haud opinor: itemque neminem tam duræ atque horridæ virtutis, qui laborantibus, ſit minus clamores atque eiulatus, quales plerumque viris etiam fortibus expreſſit doloris immanitas, gemitum tamen aliquem, aut ſaltem leuem vocis ſignificationem non permittat. Vix igitur credi poſſet niſi poſt mortem ſecto corpore, id factum eſſet palam, prægrandem calculum eam tamdiu cruciaſſe, quamdiu quotidianis dolorum incrementis ad eam euaſerit magnitudinem: quos illa dolores adeo diſſimulauit, vt nemo quærentem, nemo leuiter ingemiſcentem audierit, nemo, vt verbo dicam, ſciuerit. *In Vita.*

B Lydvvina. Ne vero Belgium meum præteriuiſſe videar, adſis Scheidamenſis virguncula, beatiſſima Lydvvina, & quantū in tenero corpuſculo regnum Patientia obtinuerit, doce: hæc formatam obeſſe caſtitati videns, dignum virgine rata votum, deformitatem à cœlo petiuerat, auditaque fuit, cum ſtatim omnia morborum examina miſit, quibus ita omnis gratia defluxit, vt nemini iam placeret cadauer domum ducere. Interim cruciatus ſupra quam dici, aut credi poteſt graues inſigni patientia redimebat, nec iis contenta, augmentum indies poſtulabat, donec ægritudinis aſſiduæ atque multiplicis trigeſimo octauo anno mortua tandem eſt, vel vt rectius loquar, tandem deſiit mori. *Ioan. Brugmannus in Vita.*

Sed Patientiam fortaſſe quis ab externo hoſte, quem inferorum artibus erudiit crudelitas, exercitam volet, qua magnæ animæ, Chriſti exemplo vitæ prodigæ ad lauream & triumphum per cædes, & ſanguinem, inſigni regni cœleſtis ornamento gratiſatæ ſunt.

C Et tales dabo nam floribus eius nec roſæ, nec liliа deſunt, & geminum quidem par clariſſimo ſyrmate in proſcenium prodit Laurentius, felicet atque Vincentius, vterque ex Iberia oriundus, quorum alteri Roma, alteri Valentia theatrum fuit. S Laurentius Martyr. Laurentius diuerſorum tormentorum inſtrumenta, ante oculos videns, ſemper optaſſe ſe eiuſmodi epulas, tali menſæ pridē voluiſſe accumbere profeſſus fuit. Cumque Decius ceteros ſibi ab eo prodi Chriſtianos expoſceret, vt quid, inquit, eos requiris, quorum conſpectu indignus es? nomina ſiquidem eorum ſcripta in Cœlis ſunt. Iratus ille fuſtibus contundi Leuitam imperat, laminis candentibus exuri, ſcorpionibus lacerari, atque D ita excruciatum ſuper cratem ferream lento igne torreri. Quid Laurentius? nullo vel impatientiæ ſibilo, ſignoue dato, inſultare Valeriano non deſtitit, quin & ſubinde ardens illi, verte, exclamauit, & manduca. *Surius.*

S Vincentius Martyr. *Vincentius* verò cum in equuleo ſuſpenſus à Daciano præſide per ludibrium rogaretur vbinam eſſet? in ſublimi, inquit, vnde te poteſtate terrena tumentem altior deſpicio. Grauiora minitanti, non minari mihi videris, reſpondit, ſed quod votis omnibus concupieram, offerre. Igitur cū vngulas, faces, prunas toto corpore dilacerato conſtanter exciperet: fruſtra, ait, fatigaris Daciane: non potes horrenda adeo exco-

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

 gitare

gitare ſupplicia , quin ipſe paratus ſum & his
maiora ſuſtinere; quare alijs atque alijs conſtan-
ter toleratis plenus victoria ad cœlum migra-
uit. *Surius.*

Ne quis verè illa veteris Eccleſiæ decora,
noſtro defuiſſe ſæculo arbitretur , vnam mente
Iaponiam luſtret, vbi magnarum animarum in-
territa virtus, vim, furoremque omnem aduer-
ſariorum veterum comparatione pulcherrima
tolerando vicit, vt quiuis affirmare queat veriſ-
ſimè, Eccleſię caſtra, quamuis repetitâ ſæculo-
rum omnium memoriâ, certandum ſit, lætiori-
bus nunquam palmis floruiſſe. Mors iam leuiſſi-
mum ibi malorum eſt , noua tormentorum ge-
nera inueniuntur quotidie , quibus inclyta
Chriſtianorum patientia feliciter creſcat. Nu-
merus maior eſt ; quam vt deſtinati operis lege
poſſit explicari, ex vno alterouè cæteros diſce.

Faramundi Iaponis *inuicta patientia.*

Prior Faramundus ſit, Ille, inquam, qui Xon-
gum ipſum totius Iaponiæ Imperatorem arcti
ſanguinis cognatione contingebat , ſæpius hic
accuſatus, atque vnius fidei Chriſtianæ cauſſa
lictoribus traditus, ſummis manuum ac pedum
articulis primum mutilatus , exinde frontem
candenti ferro in formam Crucis inuſtus , ac
poſtremum igne abolitus fuit. Addita fuere mo-
rienti ludibria , vt ſublimis equo veheretur ad
rogum , & præconis voce principis propinqui-
tas exprobraretur, in odij aduerſus Chriſtianos
argumentum , quod ſuis non parceret amicis.
Sed quæ crudelitas ad ludibrium excogitarat,
in gloriæ incrementum patientia vertit. Præ-
conium excipiens clara, & quæ victoris eſſe ſo-
let conſtantiſſima voce nobile crimen , fidem
in Chriſtum profeſſus, tanti ſe facere eam dixit,
vt illi Principis iam dudum gratiam , nouiſſimè
vero odium poſthabuerit & cui olim, poſt for-
tunæ cenſum omnem , primitias membrorum
immolaſſet , nunc omnia in victimam offerre.
His animis patientiſſimè flammas excepit , &
glorioſiſſime vicit. *Hiſt. Iapon.*

Franciſcus Marcellus Maſtrillus.

Alter è Societate noſtra *Franciſcus Marcellus
Maſtrillius* erit, quem fulmine veluti vectum per
Europam , Aſiam , ipſaſque Americæ vltimas
Inſulas Philippinas plaudentibus populis, Regi-
buſque admirantibus , poſt arcana cum Fran-
ciſco Xauerio colloquia, receptamque per eum
diuinitus ſanitatem , in Iaponiam ad ſupremam
patientiæ lauream reportandam incredibili ani-
mi robore penetraſſe hiſce noſtris diebus acce-
pimus. Infinita ſunt, quæ de tolerantia eius nar-
rantur. Vix enim terram Iaponiam attigerat , cũ
ab hoſtibus captus, raptatus ad Iudices, vexatus,
ingentique vertigine , capite vndis immerſo,
circumrotatus, aquarum concitatiſſima alluuio-
ne ſemienectus , illuſus ac ſemiraſo , ſemique
rubricato ad ludibrium capite , iniecto etiam
aculeato fræno , ne concionaretur , equo cate-
nis illigatus per compita circumductus, tandem
pedibus ſublime ſuſpenſus, apertam in foueam
A pubetenus demiſſus , eâque deinde contabula-
tâ, ne quid lucis , aut auræ liberioris hauriret,
quatuor integros dies pependit. Quid tum
animi fuiſſe homini tot exquiſitiſſimis tormẽtis
exercito arbitramur ? Celſum atque erectum?
fortitudinis hæc laus eſt , atque eius , qui illis
omnibus diuinæ fidei amplitudinẽ præhaberet;
Sed ſpirat neſcio quid , aliquando toruum ac
generosè mœſtum ipſa fortitudo. Marcello
gaudium & quies affuere , vt hilari atque ex-
plicata fronte pugnaret. Poſt quatriduum il-
lud atrociſſimi ſuſpendij , quum nullo gemitu,
nulloque grauiore contorquentium ſe mem-
brorum concuſſu immotum tam diu agere mi-
B rarentur lictores, amoto operculo interrogant,
nunquid illos vellet ? ne me hinc amoueatis,
reſpondit ; atque in hoc me meo paradiſo de-
gere permittatis. hoccine hominem patibula-
tum dicere ? hoccine in tanta cruciatuum atro-
citate, ſubuerſis viſceribus , penſilis vuæ in mo-
rem, ſpiritu , via non ſua meare coacto dixiſſe?
Hæc Chriſtianæ patientiæ miracula , hæc pro-
digia quibus mors ipſa obſtupeſcat.

Nec ſacerdotum modo ac virorum tantum
hæc laus eſt, patienter mortem , mortiſque pe-
riſtaſes ſuſtinuiſſe : ne Matronis deeſſet , ſupe-
riore ſæculo *Maria Stuarda* Scotiæ Regina fecit, Mariæ Stuardæ *conſtans patientia.*
quæ patrij regni finibus eiecta in Eliſabetha
C Anglorum Regina portum quærens , ſcopu-
lum inuenit, dum regias ceruices Anglicanæ ſe-
curi conſtans animi atque oris femina ſubiecit.
Qua in re vt immanitate feminas omnes Eliſa-
betha, ſic patientia in ea ſcena vicit Maria , in-
certum relinquens , viginti annorum carcerem
ærumnas illas regio faſtigio indigniſſimas, forti
animo toleratas vni morti , quæ poſt breuiſſi-
mam ſcenam, exiguo tranſigitur momento, an-
teferas, an poſtponas ? niſi forte dicendum vi-
deatur, viginti annos patientiæ in illo carcere
operam dediſſe , vt ex illius placitis ſuprema
componeret , doceretque animum eius imbu-
tum diſciplina, de corporis ſtatione poſſe eiici,
de patientiæ gradu non poſſe dimoueri. *Hiſt.
Anglicana*

Ad regiam matronam pia Virgo accedat,
D Scoticam Iaponica comitetur, Mariam *Magda-
lena* ſequatur, hæc ob fidei Chriſtianæ odium Magdalena Iaponica.
anno 1613. Animæ ad rogum damnata , omni,
quo poterat muliebri mundo , tamquam ad
diem ſolennitatis ac lætitiæ decenter inſtructa
proceſſit, cumque ad ſupplicij locum acceſſiſ-
ſet, cuius apparatus quamlibet victimam ſolo
aſpectu terruiſſet, nihil eo perturbata, vbi co-
lumnam aſpexit , eam amplexa , ſi non eiſdem
verbis , non abſimili tamen animi ſenſu , quo
ſuam Crucem Andreas ſalutauit , cui mox alli-
gata , & igne circumquaque graſſante circum-
data , illuſtre facinus , & ad poſteritatis memo-
riam rarum inter medios ignes ſpectandum
dedit. nam cum ignis ſparteos funes adhuc ſpi-
ranti

Digitized by Google

tanti ſoluiſſet, non refugit, horrente natura, ſed iam naturæ, ſexus, ætatiſque victrix, ardentes prunas vtraque manu corripiens, capiti ſuo venerabunda pro ſerto impoſuit, & deinde pacatiſſime ſuccumbens, cum ſe prius ipſa coronaſſet, patentiſſimè occubuit. *Tregautius l.2.c.15.*

SS. Rufina & Secūda.

Præluſerant olim grandi exemplo ſuo his, earumque ſimilibus Rufina atque Secūda Romanę Virgines, quas cū nec promiſſis nec terrore Iunius Præfectus à propoſita virtute poſſet abducere, Rufinam primum virgis cædi iuſſit, in cuius verberibus Secunda patiendi auida, Iudicem ſic interpellat. Quid eſt quod ſororem meam honore, me autem ignominia afficis? iube ambas ſimul cædi, quæ ſimul Chriſtum Deum confitemur. Quibus verbis incenſus. Iudex imperat vtramque in tenebricoſum & fætidum carcerem detrudi; vbi patientiæ epulo probè ſaginatæ, tandem magna animi conſtantia ſe morti victimas obtulerunt. *Baronius.*

Sic proluditur, dum plena dignitatis Tragœdia exſpectatur.

DOCVMENTVM IX.

Sub deceſſum ſuum afflictos ſolari, luctumque amicorum cohibere.

Suos ſub deceſſum ſolatur Chriſtus.

GEneroſi animi eſt, & promptè Deum, quo vocat, ſequentis, non ſolum non cunctanter, nec queribunda voce ſubſequi, ſed & aliorum luctum ac queſtum de ſuo deceſſu exortum conſtanter impedire, lugeri intemperanter nolle, mœſtos componere, ac delenire.

Ioan. 14. 27.

Præiuit Homo-Deus, dum à cœna diſcipulos ſuo triſtes diſceſſu conſolans *non turbetur*, inquit, *cor veſtrum, quo ego vado, ſcitis, & viam ſcitis: vado parare vobis locum; & ſi abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem,* &c.

Luc. 23. 28.

Iterum cum è Pilati domo in Golgotham graui pondere Crucis onuſtus duceretur, atque à piis quibuſdam ac religioſis mulieribus triſtiſſimum in modum deplangeretur. *filiæ Ieruſalem,* inquit, *nolite flere ſuper me*, &c. Mortem ſuam tamquam humanam aliquam miſeriam & calamitatem defleri prohibebat, oſtendens vbi lacrymæ, ſingultuſque fructuoſius impendantur.

Vnde liquidò conſtat, quanto veterum Romanorum legibus Chriſtiana diſciplina ſit potior, qui Præficas mulieres in luctu conducere, ad lamentabilem cantum ſoliti erant euocare, quo ceteris plangendi modum oſtenderent & fletum amicis concitarent.

Vana res, atque inutilis, quæ tam morientes quam ſuperſtites impensè affligere ac degrauare ſolet, contra vero, illos ſui amore exuere

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

hos multo ſolatio vegetos relinquere conſueuit: quod nouus homo ſcitè intelligens, nulla ſibi nænia, fletuque palpari, nullis abiens hinc lachrymis decorari exoptat.

S. Bruno Colonienſ.

Exemplo ſit *Bruno* Colonienſium Archiepiſcopus, qui adueniente die vltima, amicos vidēs de ſua morte triſtari: nolite, inquit, dolere, triſtibus his breui læta ſuccedent, illuc, non abſumptâ vitâ, ſed in melius mutatâ, pergo, vbi viros longè plures ac clariores inueniam. *Baron. tom. 10.*

S. Dominicus.

Ad ſupremam horam deuenerat *S. Dominicus* Ordinis Præd. fundator, cum fratres de ſuo mǫrentes deceſſu animaduertens, eos conſolatus eſt, dicens: In eo loco, ad quem nunc proficiſcor vtilior vobis ero, quam hic fuerim; vitaque functus plus aliquid vobis conferam, quā hic à me exſpectare poſſitis, quare nolite de mea morte triſtari, &c. *Ferd. Caſtellus 1.p. hiſt. cap. 43.*

S. Eligius.

Idem quoque in *S. Eligio* Nouiomenſium Antiſtite perſpicuè eluxit, qui appropinquante ſuę migrationis die videns lugentes diſcipulos, dixit: Faceſſat mæror, nec mihi quæſo fletu veſtro moleſtiam afferatis: de receſſu meo, ſi ſapitis, gaudere vos potius conuenit, quam lugere, etſi enim corpore abſens ero, ſpiritu tamen melius adero vobis. *S. Audoënus in vita.*

S. Honoratus.

Pulchrum ſane, ac dignum memoria, quod de S. *Honorato Arelatenſi* S. Hilatius ſcriptum reliquit: videns inquit, diſcipulum plorantē: quid, ait, defles ineuitabilem humani generis neceſſitatem? Imparatum ergo te inuenire meus tranſitus debuit, cum me paratum inuenerit?

Et reſpondenti, ſe non dolere deceſſum, ſed ſuorum dolorum vulnere affligi, ac difficilium inter extrema luctaminum colluctari; ſubdidit: & quid ego minimus omnium perfero ad ea, quæ ſanctorum plurimi in ſupremis ſuis acerbiſſima pertulerunt? Magni viri multa patiuntur, & vt alios pati doceant, nati ſunt in exemplum.

S. Heribertus.

Ingraueſcente morbo decumbebat *S. Heribertus*, reſidebat autem ad caput lectuli frater ſuus Comes Geremarnus lachrymas effundens, & amariſſimo gemitu mærens, cui vir ſanctus, quid frater tam miſerabili afficeris eiulatu? parce lachrymis & gemitibus, quia ſperantibus in ſe non deerit conſiliarius & conſolator Deus: iacta cogitatum tuum in Domino, & quia omnibus in hoc ſæculo viuendi tempus breue eſt, præpara te, & miſerere animæ tuæ vt dignus habearis ſæculo venturo. Ita ille *Ruperto Tuitienſi teſte.*

B. Caſtrenſis Epiſcop.

De B. Caſtrenſi Epiſcopo Capuano refert Ferrarius in catalogo, dum obitum ſuum iminere intellexiſſet, conuocatis fratribus ſalutis monita depromſiſſe, cumque de ſuo deceſſu mæſtos aduerteret, conſolando eos, dixiſſe: nolite filij mei ad hoc mentes veſtras tri-

ſtando deducere, vt vos viduatos poſt diſceſſum meum ab æterno Domino credatis. Ego enim de Domini miſericordia ſecurus, hoc vobis ſolatium ſpondeo, quia nunquam abſens ero ſpiritu ab huius loci defenſione. Quibus dictis ita ſe lætum atque iucundum exhibuit, ac ſi epulaturus ad conuiuium proficiſceretur, magnum vtique Domini ſecutus exemplum, qui poſtquam ſuorum à mærore animos erexiſſet, trans torrentem egreſſus eſt.

Feminas hic nomina geſſiſſe, ſupra feminam fuit, repertæ tamen non paucæ quæ ſiccis oculis flentes aſpexerint, & lachrymas ſuarum ſiſtere, vel media in morte compeſcere studuerunt, *S. Clara.* ex quarum numero *Clara* fuit pauperum virginum ſanctiſſima mater; circumſtabant decumbentis lectum filiæ, quarum animas doloris gladius pertranſibat, inter quas vna Agnes erat, iam lachrymarum ſalſugine ebria, quæ viſa matris conſtitutione rogabat enixiùs, ne ſe relicta diſcederet: cui Clara reſpondit: placet Deo, ſoror chariſſima, vt ego diſcedam, ſed tu flere deſiſte, quoniam poſt me ad Dominum feſtinè peruenies, & magna te conſolatione recreabit Deus, priuſquam moriare. *In Vita.*

B. Catharina Bonon. Matri filiam adiungo, hæc B. *Catharina Bononienſis* erit, quæ dum graui morbo correpta ad mortem tenderet, flentibus omnibus dixit, ſuam ſe non agnoſcere filiam, quæ fleret, vel flere iam non deſiſteret, cum gaudere potius ac lætari deberent, videntes eam è præſentis vitæ educi carcere & illuc properare, vbi ſemper læta foret ac felix. *Chriſtoph. Manſuetus c.27. Vitæ.*

B. Euſebia. B. quoque *Euſebia* hoſpita virgo nobilis Romana quæ nuptias reſpuens Alexandriam venerat, è vita exceſſura videns ſuas flentes, adhortata eſt eas vt relictis fletibus ſeipſas componerent, ne in fine ipſæ dignæ eſſent, quæ deflerentur. *Surius tom.1.*

Nunquid hoc eſt ſicco veſtigio mare rubrum traiicere, ſuoſque vnà ſecum conſtanter deuehere?

DOCVMENTVM X.

Alienis, ac ſubinde contrariis oblatis cibis ac pharmacis nequidquam moueri, aut ſtomachari.

NOta res eſt, quam homo grauiter affectus, ac malè ſe habẽs pronus ad iram ſit, maximè cum ea vel deeſſe contigerit, vel perperam adminiſtrari, quibus valetudo ac vita ipſa opus habere cenſetur. In hoc modum tenuiſſe naturam ſuperaſſe eſt, ac vetuſtam pellem exuiſſe. Et nobis hic Chriſtus Doctor ac Magiſter fuit. *Chriſto in oblato felle patientia.* Iudæis in more poſitum erat, generoſiſſimum ſupplicio afficiendis vinum propinare, tùm vt reorum conſulerent imbecillitati, tum
A verò ne cruciatus atque tormenta non nimis eos terrerent. Nefarij ſatellites auernali odio perciti, vt Domini linguam, os, ac ſtomachum, quo flagella, ſpinæ, verbera non penetrârant, tanto acerbius excruciarent, deſiccati fellis fragmenta, vino illi iniecerant, atque ita nefarium illius ori poculum admouentes, non tantum communi ſolatio priuarunt, ſed & nouis prætera ſupplicijs afflixerunt; Et accepit ille quidem poculum, ac guſtauit, vt gulæ noſtræ atque ebrietatis ſcelera ore ſuo ſacratiſſimo lueret, ac caſtigaret: præclarum ſic omnibus patientiæ exemplum præbens, ſi quando in afflictionibus, ſuis nullum ab hominibus leuamen, ſed augmentum potius doloris contra ſpem om-
B nem & exſpectationem conſequantur.

Et quis prudens abnuat, cùm Domino ac Deo ſuo, tantis cruciatibus ac pœnis confecto, ſiti maxima exhauſto ac defatigato vinum felleum pro aromarite oblatum legat: vt, neque iam diſputare opus ſit, cur ille vinum myrrhatum reſpuerit, potum vero fellis non detrectarit? ſummum namque atque vnicum patiendi deſiderium in cauſa fuit, quo non ad mortem ſolum, ſed & ad viam omnem, quæ illuc ducat, quaſi concurrere voluiſſe viſus eſt, ſeros ſic docturus nepotes, quo pacto ſe gerere debeant, cum eiuſcemodi quidpiam ſenſerint obueniſſe.

Notum id perſpectumque, ſi cui alteri, fuiſſe *Senioris Anachoretæ mortificatio.*
C arbitror Anachoretæ illi ſanctiſſimo de quo Ruffinus lib.3. num.31. quem ſub extremam vitæ ætatem magna ſtomachi nauſea laborantem recreare volens diſcipulus, rogarat, vt bona eius venia liceret infirmo placentulam ex melle, farinaque componere, qua fugientem iam pridè orexin reſtituere poſſet. Aſſenſerat, licet perægrè Senior: quare alter pio ſe operi accingens, de farina ſibi, oleoque proſpicere ſatagebat: Erant in eodem armario binæ lagunculæ, quarum vna mel, altera verò raphanelæum amarum illud & fœtidum ad concinnandam lampadem continebat. Improuidus ille, pro mellaria ampulla, olear iam extraxit, eaque farinulam inſpergens, placentam condiit,
D ſenique mox coctam dedit, qui ſtatim quod res erat, perſentiſcens, edit nihilominus partem, vti & denuò inſequenti die aliam, quam diſcipulus offerebat: tertia autem die, ad id quod ſupererat inuitatus, abnuit, neque enim amplius inſipidum illum guſtum ſuſtinere poterat, quod videns alter, inſtare magis, atque exemplo ſuo præire exorſus eſt, vt ſenem, vel ſic ad edendum prouocaret: vix ille bolum ori ſuo inſeruerat, cum id, quod res erat deprehendens, me miſerum! exclamat quid feci? Magiſtrum interemi; mox ad eum conuerſus, quid eſt, bone pater, quod tacuiſti? ſilentium tuum me reum mortis fecit: plura dicere volentem lachrymæ impediebant: cum Senior, pone Metum, inquit,

Digitized by Google

quit, fili mi, ſi Deus alio me veſci cibo voluiſſet, errorem hunc tuum euitaſſet, quem cum permiſerit, noluiſſe me melle veſci in aperto eſt. Ita ille magni Ducis ſui veſtigia vel in eremo ſecutus, extra quam ſæpius fortaſſe occaſio, nec infrequentior victoria reperitur.

B. Franciſci de Borgia in amaro iuſculo hauriendo conſtantia.

Teſtis erit B. Franciſcus de Borgia, ille, inquam ex Gandienſi Duce, & Gothalaniæ Prorege Societatis Ieſu religioſus, degebat hic Septimancæ In Tironum domo, cùm is qui coqui officio fungebatur in arte ſua, vti & vocatione nouitius, Franciſco prandium parare exorſus collectis in viridario herbis, abſynthium, amaram herbam, ignarus decerptam collegit, & iuſculum patri apponens, ede, inquit, Pater, ius mea manu conditum. Edit, & verò libenter, tametſi amarum. Rogatus verò ecquid placuiſſet: nihil vnquam edi in vita me dignius reſpondit. Guſtarunt quod reliquum erat ſocij ruboremque, re comperta, coquo incuriunt. Ille genibus Frāciſci mox accidens, veniam precatur imprudentiæ. At ille: Dominus tibi benedicat, faciatque benigne. Vnus tu de tot fratribus ſenſum meum noſti, quaque potiſſimum re indigeam, percalles. *Schottus l. 4. Vitæ c. 5.*

V. Balthaſſar Aluares.

Geminum, niſi paulo forte excellentius ſit, quod de V. *P. Balthaſſare Aluares* ſcribit Ludouicus Pontanus c. 4. §. 1. Dum ægrotaret, inquiens, P. Balthaſſar, quo maiore inappetentia & faſtidio laborabat, eo maiorem ſibi vim inferebat, vt quod apponebatur, comederet. Potiones & purgationes ex pharmacopolio, etiamſi amariſſimas, cum mora ſumebat, & paulatim ad vltimam vſque guttam ebibere ſolitus erat, imo & diutius in ore continere, vt tanto diutius acerbitatem eius deguſtaret. Ægrotanti, die quadam appoſuerant pullum gallinaceum interaneis nō exemptis, neque ſordibus illis expurgatum, ſed plumis tantum detractis coctum, & quamuis ingratiſſimi foret ſaporis, qui vel integerrimæ valetudinis hominem cogeret nauſeare, comedit tamen ex eo, vt guſtatum ſuum domaret, donec ille qui appoſuerat, id animaduertens, auferret.

V. Ioſephus Anchieta.

Hiſpanis Canarinum hominem ſubiungo *P. Ioſephum Anchietam*, item ex Societate noſtra, verum prioris ſæculi thaumaturgum, quem non tam externa in omni elemento miracula, quam maximum ſui vincendi ſtudium nobilitauit, pharmacum hic æger ſumpſerat, cum ferunt illi ad prandium carnes cum amara cucurbita elixas, quod per imprudentiam minimè fuerat à miniſtro animaduerſum. Senſit illicò Pater amaritiem, itaque ægrè comedebat. Ratus infirmarius ex pharmaco & nauſea laſſatas ſtomachi vires, patrem hortatur ſtrenue, vt comedat, tum ille ſibi vim faciens, quaſi multa cum iucunditate manderet, obediuit: hauſit etiam ex eadem decoctione iuſculum: quæſiuit deinde an aliquid ex eo supereſſet alius dandum, negante

A infirmario, tacuit. Paulo poſt ſenſit hic errorem ſuum, redit, & ait, ignoſce Pater, mea imprudentia te perdidi, cui is ſubridens, recreaſti me potius frater, cum me voluerit Deus ſic parumper deguſtare ſui fellis & aceti in cruce oblati acerbitates. *l. 5. Vitæ.*

Franciſ. Caietanus.

Ex eadem Schola prodiit *Franciſcus Caietanus*, Marchionis de Sortino, ac Principis de Caſſaro filius, exindè vero Societatis Ieſu Religioſus, excellentium ſane virtutum ac ſanctitatis Adoleſcens. Decumbere hic ex ea, quæ ſuprema illi fuit, ægritudine cœperat, iamque illi ſuus curator cænulam apportarat; cum putida ac rancida, quam imprudens attulerat, caro infirmi guſtatum offendere cœpit: tacuit nihilominus Frā- B ciſcus, nec vllo moleſtiæ ſigno dato, de ampla patiendi oblata prouincia lætus, vbi perparum aliàs edere ſolitus eſſet, de hoc inſipido triſtique ferculo adipaliter fuit epulatus. Mirari curator, & cauſam rimari, poſtquam tandem ori ac naribus propius ferculum admouit, illicò tam ſuam damnare ſocordiam, quam ægri cœpit modeſtiam magnificè prædicare, qua carni ac ſenſibus ſponte inflicta vexatione, illo etiam tempore Chriſtum fuerat imitatus. *Alphonſ. Caietan. c. 22. Vitæ.*

Sodalis Neapolit.

Affine eſt quod ſubiungo: obiit Neapoli anno Chriſti 1604. ex Iuuenum Sodalitio, quod ad Collegium Societatis Ieſu iſtic erectum eſt, magnum ſociorum decus ac ſpecimen Franciſcus C de Martino, qui cum in morbum qui ſupremus illi fuit, incidiſſet, atque incredibili ardore æſtuaret, neque tamen aquā petiit, qua os ablueret, neque oblatam attigit aliquando ſine patris, qui valetudinem curabat, arbitratu. Nunquam aut cibum reſpuit, aut auerſatus eſt, quem Pater illum capere iuſſiſſet. Obtulit aliquando filio medicamentum ex iis confectum rebus, quæ ingentem puero nauſeam commouerent, ſed tantam ipſe ſibi vim intulit, tanto animi ardore ſecum pugnauit in exhaurienda potione, vt cryſtallinum vas, in ipſo ore fregerit. *Annales Societ. Ieſu.*

Fauſtina Virgo.

D Sed ne viris ſola hæc laurea cedere videatur; & feminas in eiuſdem communicationem aduocemus, vt autem & inter Neapolitanas delicias eiuſmodi vigere patientiam reſciat nouus homo, *Fauſtinam* virginem viſamus. Hæc diutinis languoribus, ac perpetua tabe exhauſta, vt vix pelle oſſa tegerentur, petere ſubinde aquam colluendo ori ſolita erat; cum ecce miniſtrantium ſiue iniuria, ſiue negligentia, aqua florum fœtida ſæpius porrecta fuit, ſiluit Fauſtina, nec ſignum dedit, ſed ſponſi exemplo putorem generoſe ſuperauit. *Bonſignorius Cacciagnerra.*

DOCVMENTVM XI.

Proteſtari palam quod inimicis omnibus ignoſcas, eiſque velis bene.

INiuriam remittere, ab vlciſcendi conſilio animum abducere, laudabile eſt: idipſum vero dictis factiſque propalam comprobare, Chriſtianum eſt, omni quidem hora ac tempore opportunum, nullo tamen die tempeſtiuum magis, quam illo, quo hinc abeundum eſt, quando vulnus; & liuor & plaga tumens non circumligata ſolum, ſed & curata medicamine, & fota oleo, tum ad aliorum approbationem oſtendenda eſt, tum verò ad obtinendam à Deo viciſſim miſericordiam, beneficentia præſtanda eſt: *Iudicium* enim *ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.* Iacobi 2. Id eſt, ſuperior eſt iudicio, ſupra illud ſe exaltat & elidit eius rigorem; è manu Iudicis quaſi virgam & flagellum extorquens, vnde Syrus vertit, *exaltati eſtis per miſericordias ſupra Iudicium:* quæ res quantæ nobis vtilitati & commodo in ſuprema illa lucta futura ſit, ſuo nos exemplo docere voluit Chriſtus.

Iacobi 2. 13.

Chriſtus inimicis moriens ignoſcit.

Rex hominum, & Angelorum, Deus verus, veri Dei filius, cuius maieſtatem & gloriam cælum & cæli cælorum capere non poſſunt, ad C eam humilitatem calamitatemque deſcenderat vt in ſuo regno ab iis, quos nunquam læſerat, & in quos omnia beneficiorum genera contulerat, parricidis, latronibus, beſtiis denique ipſis vilior habitus, ſupplicio extremo ac maximo, doloris, & ignominiæ pleniſſimo afficeretur, cum ecce, ô magna pietatis viſcera! ille qui in cruce pendebat, immemor iniuriæ, cælum inter & terram, tamquam alter Aaron, inter mortuos, viuenteſque conſtitutus ex ipſa cruce cum lachrymis, & clamore inimicorum ſuorum aduocatum agit, *Pater*, inquiens, *ignoſce illis.* Ego filius tuus qui patior, ignoſco, ignoſce & tu, Pater.

Regia hæc via eſt, quam prior Dominus calcauit, & nobis, ſi, quo ille præceſſit pertingere voluerimus, tenendam dedit, à qua ne quiſ- D quam imprudens deuiet, iam pridem vſu ac more comparatum eſt, vt quando condendi hora teſtamenti aduenit, priuſquam ad partienda bona ſua æger deueniat, nullius ſe odio attineri teſtetur veniamque dare omnibus, à quibus vnquam læſus fuerat, aut offenſus: quod & alij ad perfectam delicti pœnitudinem, quam Contritionem dicimus formandam diſertè requiri volunt: cuiuſmodi cum ſub extremum illud tempus commendari quam maximè ſolita ſit, quis eſt qui non videat, quam is rebus ſuis optimè conſulat, qui Chriſti Domini exemplum ſequatur: accedit præſentium mira approbatio, quibus ſic à decedente non vulgariter ſolet fieri A ſatis, cui quod Deus in pretium operæ adiicere ſolet, omnem æſtimationem excedit.

Teſtis vnus è multis eſſe poterit S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis, quem cum inimici ex itinere interceptum, quod libertatem Eccleſiæ, etiam contra cognatum ſanguinem toto pectore propugnaret, immiſſis ſicariis quadraginta & ſeptem vulneribus confeciſſent, iſque iam moriens Chriſto, Chriſti verbis pro hoſtibus ſuis ſupplicaſſet, tantopere hoc facto placuiſſe Superis viſus eſt, vt anima eius ſubito ab Angelis ſuſcepta inter martyrum choros collocaretur, facultate accepta ob id, mira, quæ plurima ſunt, patrandi. *Surius in Vita.*

S. Engelbertus.

Vna quoque de pluribus teſtatum id faciet B Sereniſſima Angliæ Regina Catharina Henrici VIII. infeliciſſima Coniux, quæ poſtquam iniquiſſimæ fortunæ comparata, regiis omnibus virtutibus irruentis impetum diu ſuſtinuiſſet, ab adultero tandem marito repudiata, in ampliſſimum patientiæ theatrum produt, non tam iniuriis, quam morbis miſerrimum in modum cōficienda. Iamque ſuprema vitæ hora, vt dolori ac triſtitiæ finem, ita beatitudini factura initium, præ foribus ſtabat, cum illa, quem hoſtem experiebatur, maritum ac regem eſſe non oblita, in hunc ferè modum ſcripto, cum aliter non poſſet, alloqui voluit: *Domine mi Rex, ac Coniux dilectiſſime, aduentante iam mortis meæ hora, amor, quo te proſequor, facit, vt admoneam te paucis æternæ ſalu-* C *tis animæ tuæ, quam vniuerſis huius mundi bonis ac rebus mortalibus anteferre debes, neglectâ etiam tui corporis curâ: propter quam & me in calamitates multas, & teipſum in plures ſolicitudines conieciſti. Sed ego tibi ex animo omnia condono, precorque vt eadem tibi condonet Deus. quod reliquum eſt, hoc vnum teſtor, quod oculi mei te ſolum præ rebus omnibus mortalibus deſiderant, vale.* Sanderus de Schiſ. Anglicano. Mulieris voces, an Angeli? Mulieris certè, ſed quæ Chriſti, capitis Angelorum exemplo atque auxilio, Angelos in admirationem, homines vero rapuit in ſtuporem. Certe epiſtola hæc lecta, tantopere Henricum, quantumuis obduratum commouit, vt ſibi à lachrymis temperare nequiuerit, & illico nobilem virum ad Reginam D ſuo nomine ſalutandam amandarit. Sed ante mortua fuit, quam iſte ad eam perueniret.

Catharina Angliæ Regina.

Non addo plura, cum l. 3. cap. 10. fuſius hanc rem tractarim.

DOCVMENTVM XII.

Matris viduæ, ſi ſupereſt, ac familiarium ſuorum clientelam in morte non deſerere, nec obliuiſci.

MEmoranda Sapientis vox eſt: *omni tempore diligit, qui amicus eſt.* Prouerb. 17. 17. *nihil* ſiquidem teſte S. Auguſtin. *in amicitia fide præſtantius,*

Prouerb. 17. 17.

tius ; quæ illius nutrix & cuſtos eſt : in proſperis latet, eminet autem in aduerſis. A

Mirificè hac eluxiſſe Chriſtus tam in omni vita, quam morte viſus eſt. Vitæ teſtimonium triennalis prædicatio dedit, Morti vero poſtrema hæc ad matrem & diſcipulum verba, ſed humanitatis pleniſſima, & quam maximè rem præſentem declarantia, quibus & matrem diſcipulo; & diſcipulum matri commendauit.

1.Tim.5.8. Nouerat ſiquidem quod ſuo poſtmodum Apoſtolus Timotheo ſcripſit : *qui ſuorum, maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit*, à quo, quam ille procul ſemper abfuerit & diuina eius natura, & viuendi ratio, quam tenuit, ſatis declarant.

Ioan.19. 26. Sed ipſa verba audiamus : *cum vidiſſet*, inquit Euangeliſta, *Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ : Mulier ecce filius tuus : deinde dicit diſcipulo : Ecce mater tua.* B

S.Cyprian. *Conſidero te, Domine Ieſu, inquit Cyprianus, in Cruce de Matre ſollicitum, ac materno motum affectu, quo thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & prouides ſedulò benedictæ inter mulieres Apoſtolicam clientelam & obſequium virginis, virgini diſcipulo tradis, mulier*, inquiens, *ecce filius tuus* : q.d. ego quidem tranſeo de hoc mundo ad Patrem, & quoniam noui te matrem meam neque parentes habere, neque virum, neque fratres, aut ſorores, vt non relinquam te omni humano auxilio deſtitutam; commendo Ioanni diſcipulo meo chariſſimo, ille erit tibi in filium, & tutelam. Poterat quidem abſque humano ſubſidio, per Angelos matri de omnibus prouidiſſe, vt ſibi poſt quadragintadiale ieiunium in deſerto proſpexit, ſed fieri id voluit per Ioannē, vt mitius nobis prodeſſet ad exemplum. C

Oculos exinde in diſcipulum reflectens, matrem ſimiliter admonuit vt parentis in eum auctoritatem haberet : amore videlicet atque charitate non minus illos coniungi deſiderans, vt S.Cyrillus ſcribit, quam ſi naturæ maxima propinquitate coniuncti eſſent. Et re vera plus egebat Ioannes matri Dei commendari, quam contra, ipſa Ioanni : maiora ſiquidem incomparabiliter, ac plura dona conſecutus eſt Ioannes ex conſortio virginis, quam Virgo mater ex cuſtodia, miniſteriove Ioannis. *Ecce*, inquiebat, *filius tuus*, curam illius habe, & tamquam mater amantiſſima, guberna eum. Quaſi diceret : hic diſcipulus mihi carus eſt, qui de Cruce mea non confunditur, nec de ignominioſa morte verecundatur, ſed in finem vſque amat me, & facit voluntatem Patris mei : hic re vera meus frater eſt, audiuit enim verbum Dei & cuſtodiuit illud, ſit mihi frater, ſit tibi filius, tu illum tuere. D

Hæc ille, nouo homini, ſiquando in eam horam deuenerit, ad exemplum.

S Theobaldus. Secutus id fuit *Theobaldus* Senonenſis notæ ſanctitatis Presbyter, qui priuſquam ex hoc mundo migraret, Petrum Abbatem, intima ſibi familiaritate coniunctum accerſiri iuſſit, cui Matrem, quæ ſibi, Deo ſeruitura adhæſerat, ſuoſque ſpirituales filios commendauit: *Hiſtoria vallis vmbroſæ.*

Seuerinus quoque Abbas Agaunenſis, aduentare ſentiens migrationis ſuæ tempus, Paſchaſio & Vrſicino Fauſtum Presbyterum ſuæ neceſſitatis adminiſtrum fidelem, ac Vitalem diſcipulum cōmendauit. *Trithemius de viris illuſt. l.3.c.257.* S. Seuerin.

Nec abluſit *Otho* Bambergenſium ſanctus Epiſcopus. qui vocationis ſuæ diem inſtare cōſiderans, adſtantibus ait, dilectionem veſtram cum vniuerſo ouili meo, ſummo Paſtori, qui vos mihi aſſignare dignatus eſt, commendo, ipſe vos integros mihi reſtituat in requie claritatis æternæ. *Iacob. Gretſerus l.4. Vitæ.* S.Otho.

Secutus certe priores hos *Paulus* fuit, magnus ille Lauræ Præpoſitus, qui dum ſupremam ſibi adeſſe diem cognoſceret, accerſitos monachos omnes amplexus eſt, atque optimis monitis recreauit. Succeſſorem deligere noluit, dicens : nulli alij, quam Chriſti Domini, ac Dei mei vos manibus commendatos relinquo. *Baron. tom. 10.* Paulus Præpoſitus Lauræ.

Quid autem de beatiſſimo Hungarorum Rege *Stephano* commemorabimus? migrationis hic ſuæ tempus adeſſe præſentiens, manus & oculos in cœlum erexit, dicens : Regina Cœli, inclyta mundi reparatrix tibi, tuoque integerrimo patrocinio ſanctam Eccleſiam cum Clero, & Epiſcopis, Regnumque cum primatibus & populo commendo. *Antonius Bonfinius decade 2.l.1.* S.Stephanus Rex.

Prætermittere nequeo quod de R. P. N. Præpoſito Generali VIII. Franciſco Piccolomineo diebus hiſce vita functo, ad nos Roma perſcriptum fuit. Languere cœperat, ac frequentibus Calculi doloribus vellicari, cum vir prudentiſſimus in futurum proſpiciens, hæc ſcriptis mandauit, à morte ſua omnibus legenda: O mi dulciſſime Ieſu tibi conſigno dilectam animam meam, & dilectiſſimam Societatem tuam, vtramque mihi oculis & vita cariorem. Animam meam amabiliſſimæ matri tuæ committo, hoc eſt, ſpei ſalutis meæ : Societatem verò tuam ei commendo, quem Vicarium nomino & iudico iuratus aptiſſimum P. Goſuinum Nickel. Franciſcus Picolomini Soc. Ieſv.

Sed forte lubeat ex altero quoque ſexu huic lucem pietati fænerari, cum ecce adeſt Beatiſſima Scotorum Regina *Margarita* Regni ſui nobiliſſima gemma, quæ ad exitum ſuum dignis gradibus præparare ſe cupiens, conſcientiæ ſuæ arbitrum virum doctum ac pium accerſiuit rogauitque, vt liberorum ſuorum curam reciperet, ſibique commendatam habere vellet, amorem eis, inquiebat, Domine impendas oro, Deum præcipuè timere eos doceas, & dum ad

culmen

Digitized by Google

culmen terrenæ dignitatis quemlibet eorum euchi conſpexeris, illius vel maximè patrem & Magiſtrum ſimul te exhibeas velim, admonendo, & vbi res poſtulauerit etiam obiurgando, ne propter mundi proſperitatem æternæ vitæ gaudia amittant. *Hector Boeth. Hiſt. Scotor l. 12.*

Catharina Henrici III *Angliæ Regis coniux.*

E Scotia ad vicinum regnum deſcendo, hic *Catharinam* Henrici VIII. Regis peſſimi optimam Coniugem aſpicio, quæ de lecto in quo moriens decumbebat, in hunc modum ad Regem ſcripſiſſe inuenitur: Commendo tibi Mariam communem noſtram filiam, vt Patris Officium in illam præſtes. Tres item ancillas & miniſtros meos omnes, vt illæ nuptui commodè tradantur. His autem præter id quod iam eis debetur, etiam vnius anni ſtipendium integrum velut cumulus accedat, ne plane inopes deſerantur. *Sanderus l. 1. de ſchiſm. Angl.*

Camilla Herculana.

Vtramque vero ſuperat *Camilla*, de qua ſic P. Iulius Cęſar Recupitus, in Nuntio ſuo de Veſuuiano ſcribit incendio: Anno 1631 ineunte, cum viginti, & eo amplius, terræ motus anteriore nocte præceſſiſſent, mons Veſuuius ex eo latere, quo per ſubiectam planitiem ad mare vergit, poſt bombi ſonitum, quaſi dato ſigno flammam eructare cœperat & cinerem; cinis fumo, bitumine aliaue materia picea permiſtus, iam in nubem concreuerat. Qui monti propiores, vt montem latè flammis relucentem, cinereos inter flammas vomentem turbines conſpexere, iam ſibi extrema imminere rati, deſertis laribus ſeſe in fugam dedere. Herculani mulier Camilla nomine, cum inter fugam aduentantes flammas vidiſſet, atque effugia interclusa, conſilium ab ea cepit, quæ rebus extremis ſpem facit, deſperatio. Nepotem quinquennem Ioſephum nomine, in ipſis planè mortis faucibus coacta relinquere elatis ad cœlum oculis, S. inquit, Ioſephe tibi commendo Ioſephulum: nec plura. mox ſaltu è rupe ſe proiecit, ſeruata tamen, in reliquam fugam, timore pedibus alas addente, incubuit. Vt periculum euaſit, ſubiit iam ſui ſecuram prima cura, puerulus, quem quoniam rebatur iam mortuum, flebat primo ætatis flore demeſſum, & vſura lucis defunctum, quam vix libauerat. Inter eiulatus ac fletus, cum deueniſſet ad pontem amnis Sebethi, nomine compellari ſe ſenſit, eo conuerſa, vnde notæ ſonum vocis acceperat, Ioſephum videt ſuum, eumque ſoſpitem ac ſubridentem. Hæſit primo prope ſaxea præ ſtupore mulier, tum recepto ſpiritu percunctatur, quis eò tam multis ereptum periculis duxiſſet; reſpondit alacriter puerulus: S. Ioſeph manu prehenſum per flammas medias huc ocyſſime me duxit incolumem: vbi iam diu te moror. Mulier puerum amplexata, mærorem in gaudium, eiulatus in diuinas laudes, fletum acerbiſſimum in lætitiæ lachrymas commutauit, altero felicius fonte deductas.

Puniris ingrati.

Quod ſi tanti eſt clientem vel in mortis faucibus non deſeruiſſe, quanti futurum arbitrabimur, beneficium non abdicaſſe? Quod vel ex vno hoc liceat didiciſſe: Olim in Brutiis mos erat, vt is, qui vellet agere contra ingratos teneretur ſonare campanulam, in hanc rem deſtinatam, quo ſigno dato conuenire ſolebant iudices cauſam cognituri. Accidit autem vt quidam diu vſus fuiſſet equo ſuo, quem iam factum cæcum, ſtrigoſum, claudum domo eiecerat, vt in publico muſcis præda fieret. Equus hic ita derelictus vmbram quærens in locis opacis, forte fortuna ſacellum iſtud ingreditur putans ſtabulum eſſe, in quo erat campana, cuius funi frondes forte annexæ erant, quas cum carpere præ fame occiperet, campanam mouit & ſignum dedit; conueniunt Iudices, viſoque equo iuſſere Dominum adduci, & re intellecta iuſſerunt eum ſub graui mulcta bene meritum equum alere, æquitatem naturalem id poſcere aſſerentes. Laudata ſententia, licet in fauorem bruti lata. *Sabbas Caſtillonæus ricordo 122.*

Et bene. Ingratus enim teſte Seneca, qui negat beneficium accepiſſe, ingratus qui non reddit, ingratus qui diſſimulat, ingratiſſimus omnium qui oblitus eſt.

DOCVMENTVM XIII.

A ſtudio bene merendi de altero, etiam in mortis confinio non ceſſare.

QVi Mortem, quam ſubire nos omnes ſemel oportet, negotium vniuerſæ vitæ, præſertim verò extremæ, vel maximum appellarit, bene, me iudice de ea ſenſiſſe iudicandus eſt; non ita tamen, vt etiam tum ab omni cura alienæ ſalutis feriandum nouus homo exiſtimet, ſed pro alterius indigentia & neceſſitate, illi ſecum ſubuenire adhibito prudentiæ modo, non omittat: *qui enim,* accinente S. Apoſtolo Ioanne, *viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? quam ſi non habuerit,* vt S. Paulus teſtatut, *licet montes fide transferat, nihil hic erit;* Cōtra vero, *ſi eam habuerit, conuerti faciens peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum,* tum eius, quem conuerterit, tum ſuorum; quia ſi iuſtus fuerit, de condigno promerebitur opere tam pio gloriam cœleſtem: ſi iniuſtus, de congruo gratiam merebitur & iuſtitiam, qua felicius ex hac vita decedat. Nullus ſiquidem teſte S. *Leone,* ſibi ſoli bonus, nec cuiuſquam ſapientis, ſibi tantum amica eſt ſapientia: & hæc verarum natura virtutum eſt, vt multos à tenebroſo abducant errore.

1. Ioan. 3. 17.
1. Cor. 13. 2.
Iacob. 5. 20.

Chriſti *Caritas ſub mortem.*

Oſtendiſſe hoc nouo homini viſus eſt Dominus Ieſus, cum Latronem (Dyſmam vocant)

cant) iuxta ſe pendentem, ac commorientem audire, ſolatiique auditus eſt. Perſpecta is Chriſti patientia & inſigni manſuetudine, ac charitate, qua pro Crucifixoribus orauerat, cognitis quoque ſignis tenebrarum ac terræ motus, animo diſponi cœperat, quo intus Deum illuſtrantem attenderet, vnde mox ſocio à maledictis cohibito, in hæc verba erumpens, ait: *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.* Quo ſe declarabat credere vitam aliam eſſe poſt iſtam præſentem, eamque magis ſibi eſſe curæ, quam temporalem hanc, dum non cum altero latrone ſalutem in Cruce poſtulat, ſed poſt Crucē. Potuiſſet Chriſtus tot doloribus obtuſus, iam mortem primis labris deguſtans, latronem non audiſſe, ſed charitas maluit dolorum obliuiſci, quam miſerum peccatorem confitentem prætermiſſe, tenerum floſculum, quem niſi miniore aura foueret, caſurum viderat, qui ergo ad ſacerdotum conuitia & militum ſannas hactenus obmutuerat, ad clamorem pauperis pœnitentis & confitentis obmuteſcere non potuit. Ad maledicta obmutuit, quia patiens erat, ad confeſſionem in media etiam morte non ſiluit, quia benignus erat, quia lucrum animæ faciendum erat, quo tanto ei acceptabilior futurus erat de vita egreſſus, quanto vel animæ vnius gloria poſt hanc vitam Deo ſolet eſſe iucundior.

Luc. 23. 42.

Et hîc homo deſideat, vbi Chriſtus accelerat? reſpuat, aut effugiat vel ſub vltimos vitæ dies aut horas, quod Chriſtus ipſe tanto ſtudio ac charitate complexus eſt? nec enim ſibi male cōſulere poterit, qui alteri, ſuo licet aliquantillo incommodo, vſque adeo fecerit bene.

Lucrum animæ vnius quantum ſit.

Notiſſimum Theologiæ placitum eſt: qui ſalutis animæ vnius cauſa eſt, plus affert gloriæ & laudis ad diuinam Maieſtatem, quam illa reciperet ex omnibus actionibus virtuoſis conſideratis in ſeipſis, quæ factæ ſunt, fientque ab hominibus à die primo conditi orbis, vſque ad finem eiuſdem.

Item qui ſuo labore & ſtudio efficit ne anima aliqua labatur in infernum, impedit plures offenſas, quam ab initio mundi vſque ad iudicij diem commiſſæ ſunt.

Ratio eſt, quia bonum & malum quod homines toto ſæculorum decurſu committere poſſunt finitum, & limitatum eſt. Verum laudes, quas panget eiuſmodi anima in cœlis beata: & blaſphemiæ, quas quomet damnata in inferno, infinitæ ſunt & ſine numero, ac ſine limite, quia finem nullum habituræ ſunt, quantum ergo infinitum ſuperat finitum, tantum ſalus animæ, omnia opera hic præſtita aut præſtanda tranſcendit. Et tanto hoc commeatu hinc quiſquam egrediens male aut infeliciter habere ſe queat?

Solonem accepimus, cum in lectulo morti proximus decumberet, inauditiſque aſſidentes amicos de re quapiam ſubmiſſè, ac ipſi moleſtiam parerent, diſputantes: erecto, vt potuit, iam ſemimortuo capite rogaſſe eos, vt aliquanto loquerentur clarius; ſibi, ſi etiam moriens aliquid diſcere poſſet, diſceſſum è vita iucundiorem fore. O diſcendi cupiditas! quid non efficis, vbi ſemel generoſa ingenia occupaſti? tenebatur homo ſapientiſſimus grauiſſima vi morbi defixus in lecto: vicinitate iam mortis ab omnibus pæne corporis partibus ſenſus abſceſſerat: egregius ille animus mox liber ac ſolutus futurus è corporeis vinculis exilire cupiebat: cum aliquid ſupererat virium, eo contulit, vt deficiente lingua vocibuſque interruptis ac morientibus ſuum doctrinæ, cognitioniſque deſiderium indicaret.

Solon. moriens profecerat ſcire.

Et nos ſupra Solonem ſapere edocti Animā temporum participem, vnigeniti filij Dei Sponſam, vni litterario quæſtui poſthabebimus? minus pro ea in libertatem aſſerenda, quam Philoſophi pro futili ſcientia comparanda præſtabimus? impediriorem nobis de vita exitum, ſi vnam aliquam lucrimus, rati; quam ſi noſtræ ſolius incubuerimus ſaluti? ſolenniter deſipit, atque à Chriſto deuiat, qui ſic ſapere ſe arbitratur.

Contra, & ſapientiſſime quidem ſenſiſſe iudicatus ab omnibus eſt S. ille Cantuarienſium Præſul *Dunſtanus*, qui dum ea die, quæ Chriſto in cœlum aſcendenti ſacra eſt, expleto noctis officio, in Eccleſia ſolus orationi incumberet, vidit innumeram candidatorum multitudinem ante oculos ſuos conſiſtere, à qua ſalutatus, atque omni beneuolentia ad cœlos inuitatus, vt iſtic cum eis diem feſtum perageret, gratias maximas agere ſe Deo Domino ſuo reſpondit, muneris ſui, inquiens, eſſe die illa oues ſibi creditas paſcere, ac vitæ æternæ pane reficere, eaſque pariter, quo tramite Chriſtum ſequi debeant, informare, ideoque non poſſe illa die venire. Et placuiſſe cœleſtibus excuſatio viſa eſt, inducias in ſabbatum dedere, iuſſerunque præſto eſſe, quo denique adueniente, in pace quieuit. *Baronius tomo* 10.

S. Dunſtanus.

Eugenius quoque S. Ambroſij diſcipulus, graui morbo in lectulo detinebatur, cum propinqui ſui mortem abſque pœnitentia, ceteriſque ſacramentis inaudit: commotus pro rei ſtatu, grauiter triſtari cœpit & mæſtus eſſe. Cùm, vtro compatiens aquam ſacrauit zenobius deditque Eugenio dicens: fili confeſtim ſurge, & accelera ad domū defuncti, atque illū hac aqua aſperge, vt in nomine Ieſu reuiuiſcat. Paret Eugenius, ac velut nullo morbo affligeretur, miſero ſuccurſurus accelerat, cumque ad defuncti cadauer perueniſſet, illudque Sacro latice aſperſiſſet, confeſtim à mortuis ſurrexit, Deoque gratias egit. Eugenius ſimulac domum reuerſus fuerat morbo reduce infeſtari cœpit, expletoque charitatis officio viuendi finem inue-

S. Eugen.

inuenit. *Surius tomo tertio.*

V. Ioannes de Niuella.

Nec prætereundus nobis ſilentio Ioannes de Niuella Regularis Canonicus, qui dum in grauem infirmitatem incidiſſet, iamque in mortis agonia conſtitutus eſſet, eo veſpere, cuius nocte ſequenti defunctus eſt, vir vagus quidam ac ſeminudus in exteriorem partem domus aduenit, qua ille interius decumbebat. Petiit autem vagus ille viro ſancto peccata ſua in ſacra confeſſione exponere: ſed reſponſum à domeſticis fuit, fieri id modo non poſſe, propter vltimam ac difficillimam Sacerdotis infirmitatem: quare mæſto illo abeunte, ex circumſedentibus quendam aduocat vir ſanctus, Chriſtoque dignus diſcipulus, dicens, reducite illum ad me, quem repuliſtis Quo audito cæteri confuſi ſunt, atque B illicò hominem reuocarunt qui cum omni diligentia peccata ſua confeſſus & ſacra abſolutione impartitus abceſſit. Dixit vero beatus vir: nollem profectò mille marcarum pretio virum hunc non audiſſe: qui vix per quartam leucæ partem progreſſus, ſubita morte extinctus corruit. Ioannes vero hoc animę lucro diues, paulo quoque poſt ad Dominum migrauit. *Thomas Cantipratanus oculatus teſtis l.2. Apum.c.32.*

Æſtimare bic nouerat vel animæ vnius ſalutem, cui & mortis ſuæ tranquillitatem ac quietem poſthabendam eſſe iudicauit, quod ſanè perſpexiſſe debuerat penitus *Antonius ille Gonſaluus* ex ord. S. Franciſci, cum tanto animarum C zelo arderet, vt dicere non vereretur, paradiſo ſe pedem elaturum, vnius vt peccatoris confeſſionem excipere poſſet. *Lucas Waddingus tom.1. ad an. Chriſti* 1248.

Antonius Gonſaluus *à cælo deſcendere volebat ad confeſſ. audiend.*

S. Ignatij Loyolæ. *Zelus animarum.*

Quid vero de S. noſtro Patriarcha Ignatio dicemus? Vicentiæ quondam è ſebri languere cœperat, cum forte affertur, Simonem Rodericum in Baſſanis extremè decumbere, morboque capitali attineri: quid Ignatius? illico morbi ſui oblitus ſurgit, ſociumque vadit inuiſere, emēſus diei iter tanta cum alacritate, vt ægrum comitem P. Petrus Faber vegetus valenſque difficulter conſequeretur. Et calculum ſuum Deus, ſed candidum adiicere viſus eſt: ad Simonem enim cum veniſſet in lecto iacentem, ægritudiniſque vi pæne conſumptum, hominem ample- D xus, nihil eſt, inquit, Simon, quod timeas, ſanabere, itaque conualuit. *Ribadeneira lib.2.c.9.*

Atque hoc, quoad Ignatius vixit, ei perpetuò in medullis hærere notatum eſt, vnde frequens illi in ore ſermo facta duarum rerum optione, vt vita vel confeſtim excederet, cæli ſecurus; vel ſuperſtes aliquamdiu ſed non proinde certus, degeret: in hanc ſe partem iturum eſſe, dum præclarum aliquod operæ pretium, quale vel vnius animæ lucrum eſt, Deo facere interim liceret, periculo præ obſequiis contempto.

Nam quis mortalium, inquiebat, eſt principum, qui, oblata videns ſtipendia tantiſper à milite differri, quoad pluribus illa titulis pro- A mereatur, non obſtrictum ſe viciſſim credat, ad eadem illi vel tuto conſeruanda, vel etiam duplicanda. Et principes igitur noſtri boc ſoleant, negligeret Deus? aut beatitudinem vtique ſua cauſſa dilatam pateretur amitti? Alius hæc, inquit, deliria ſomniet; animum ego, vt hæc de Deo, Principe tam facili ac munifico credam, inducere non poſſum. Et rectè omninò.

Patris veſtigia non degener filius legiſſe viſus eſt: fuit is *Ludouicus Pontanus* cuius mentem tanta diuini luminis vis accenderat, vt niſi aliquid ſemper ad animorum ſalutem moliretur, eam ſe ferre non poſſe exiſtimaret. Senſerat haud dubiis indiciis Deo cordi eſſe, vt libris de tota interiore Chriſtiana Philoſophia ſcribendis tempub. iuuaret; ergo eam in curam duos & triginta per annos adeo attentus incubuit, vt perpetuis infirmitatibus obnoxius, imo iam Morti proximus eam non dimiſerit. Tertia ante obitum hora adhuc dictabat, itaque eum facultas, ſed non voluntas de repub. bene merendi deſeruit, ipſe operi præclaro immori glorioſum duxit. *Ioan. Rho l.2.c.3.*

Ludouicus Pontanus.

Nec minore argumento idem patuit, eadem qua vitam poſuit, die; cum enim tunc ad eum veniſſet Licentiatus Zeuallos, dubia quædam ſpiritualia propoſiturus, magna animi quiete reſpondit illi ad omnia, velut ſibi defuiſſet nihil aut paſſus quidpiam fuiſſet. *Franciſcus Cachupinus in Vita l.2.c.9.*

Duobus hiſce Societatis Ieſu Patribus, duas eiuſdem ſpirituales filias ſubiungo: prior erit V. *Maria Victoria* fundatrix Annuntiatarum Cæleſtium, quæ ſupremis Eccleſiæ ſacramentis munita atque ad diuinos cæleſtis ſponſi amplexus feſtinans, cùm audiuiſſet eſſe de ſuis, quæ vellet ſuper interioris hominis negotio cum ea quædam conferre, breue illud, quo ſuperuixit, ſpatium, ſui velut oblita, iis liberaliter indulſit, conſolando atque inſtruendo puſillanimes, dirigendo in arrepto vitæ genere nutabundas, abdita quæque mentium earum aperiendo, ac multa ſpe, fiduciaque adimplendo. *P. Ferdinand. Meltio l.2.c.15.*

Maria Victoria.

Altera eſt nobilis matrona Suſanna Pommelia, Domina de Neuuelars, eiuſdem dynaſtæ, ſed acatholici coniux, nuper Limogibus ab hæreſi ad fidem catholicam conuerſa, cuius vitam pręclaris ſanè refertam virtutibus R.P. Nicolaus du Sault Soc. Ieſu quatuor libris comprehenſam vulgauit, de qua id non immeritò dixerim, fuiſſe vnam de celeberrimis æui ſui heroinis, vtpote, quæ alias non iam dico Catholicas ac Chriſtianas, ſed multas inſuper aſcetrias longiſſimè poſt ſe reliquit.

Suſanna Pomelia.

Teſtimonium veritati mors dedit: cum enim illa vitæ noſtræ velut echo quædam, & imago ſit, nullam aiunt auditam fuiſſe vnquam, quæ maiori fide voci reſpondent, quam mors hæc vitæ. Subiicco multa, vnum, quod ad propoſitam

*** rem faciat, commemorabo : Diem obitus ſui non procul abeſſe præſagiens, omne quod in arculis ſuis optimum, ac pretioſiſſimum ſeruabat, ornandis altaribus illicò diſtribuit, gauiſa plurimum Ægypti ſpoliis, non iam mortuam illam ac myſticam, ſed veram, viuamque Arcam exornare ſe poſſe, perennem inſuper lampadem ſanctiſſimo Corporis Christi ſacramento in æde parochiali prælucere, ære ſuo voluit, plurimas in Chriſti pauperes eleemoſynas diſperſit. Mox inſtante, vti rebatur, exitus ſui hora, præ magna animi ſui lætitia hymnum SS. Ambroſij & Auguſtini ſibi præcini voluit; exinde aduocatis ad ſe liberis moriente lingua, quam tamen diuino ſpiritu cor animatum mouebat, amorem Dei pariter & timorem, vitæ innocentiam, cordis munditiam, ac præ cæteris perpetuam in catholica fide conſtantiam commendauit.

Poſt hæc pauliſper ſibi vacare deſiderans cortinas contrahi iuſſit, ſibique relinqui. Quid autem hic egerit, confeſtim patuit, dum meliuſculè habere cœpit, & reſtitui ex morbo viſa eſt: hic credita prorogationem vitæ à Deo impetraſſe, ne ante decederet, quam maritus Lauduno redux, quo ad comitia acatholicorum profectus erat, reuerteretur, vt quem toties de ſua ad Eccleſiæ Catholicæ gremium reditu interpellarat, omni, qua valeret, abeuntis animi contentione eundem ſupremò commendaret: ſi vero contumax ac rebellis perſiſteret, hoc ſaltem conſequeretur, vt liberos ſineret in ea quam cum lacte materno religionem ſuxerant, perſeuerare, nec illis eam libertatem eriperet, quam ſibi in vitæ bonorumque omnium periculo ſeruatam vellet.

Ecce vt beata iſta anima cæleſtibus paradiſi gaudiis pede altero illato, alterum quodammodo ſuſtinuit, donec iis faceret bene, quibus abſque hoc male futurum arbitrabatur. Nec fruſtra fuit: adfuit namque tempori maritus, & ſupremo bonæ coniugis alloquio inflexus, omnem prolibus libertatem addixit, & magnam ſuæ conuerſionis ſpem fecit, quam paulo poſt vitæ termino appropinquante complexum probabiliter ſcribunt: *Nicolaus de Sault libr. 4. vitæ capit. 3.*

DOCVMENTVM XIV.

Duro, moleſtoque cubitu animam exhalare.

SIcut in acie militem ſtantem mori: nautam clauo, remiſue incumbentem deficere, paſtorem ſub cœlo & ſole occumbere glorioſum eſt; ita & hominem nouum, adeoque Chriſtianum non in molli pluma, aut tomentitia culcita, ſed duro ſtrato, tamquam altera cruce exſpirare, laudabile eſt: hinc ſiquidem confidenter ſæ-

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

A culo exitur, & cœlum petitur, quantoque aliquis à corpore magis receſſerit, eiuſque curam abiecerit, tanto ſecuriùs ad Deum euolat. Ita *S. Ambroſius* lib. de Iſaac cap. 5. *Egredere*, inquit, *de* S. Ambroſ. l. de Iſaac. *corpore & totum te exue. Non potes Deo adeſſe, niſi ante peregrineris à corpore, quoniam qui adhuc in carne ſunt, à Dei regno peregrinantur.*

Et quid aliud eſt in carne eſſe, quam carnis curam facere in deſideriis, quorum non poſtrema cubitus mollities eſt: hanc odit, qui cœlum amat: vnde namque exiſtimes ſponſam euocatam eſſe à ſponſo ad coronam, è pluma, aut floribus? Si ita arbitratus fueris, erras. *Non eſt ad aſtra mollis è terris via.*

Audi prophetam Cant. 4. 8. *Veni ſponſa mea,* Cant. 4. 8.
B *veni: coronaberis de cubilibus leonum.* Dura ſaxorum, caua montium leonibus præbent cubilia, hinc leo glorioſus egreditur, atque inter cetera animalia principatum obtinet: è molli herba bos ac vitulus ad lanienam educitur. Ita, teſte *Amos* c. Amos 6. 4. *6. 4. qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis ſuis, in diem malum ſeparati ſunt: ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt.* Iob 21. 13. Iob 21. 13.

Aliam viam inſtituit Chriſtus, nec enim ſatis habuit primo ſuo in mundum ingreſſu nuda in terra, duroue præſepio recubuiſſe, voluit inſuper & ſupremo ſuo ex hac vita egreſſu, prædurо crucis lectulo, ſpinoſoque puluino incubare; grandi profecto tum deſpiciendi ſui, tum edo-
C mandi nobis relicto exemplo; quod non auidè minus quam ſapienter imitati ſunt, qui, quo ille proceſſit, tutò ſubſequi voluerunt.

Cuiuſmodi inter alios plurimos fuere *S. Columbanus*, qui ex hac vita diſceſſurus, pro ſtrato S. Columbanus. terram nudam, & lapidem pro puluillo elegit, atque à S. Angelis, quos obuios intuebatur, in cælum deductus eſt. *Beda de geſt. Ang. l. 3. cap. 4.*

S. Iuo notæ ſanctitatis in Britannia Presbyter, S. Iuo. qui mortis ſuæ diuina reuelatione præſcius, humi cubans nonnullis ſubſtratis paleis ad Dominum migrauit. *Surius tom. 3.*

Matthæus S.R.E. Card. & Epiſcopus Albanenſis hora exitus ſui inſtante de lecto ſuo ad Matthæus Card. Alban. cilicium cinere conſperſum, à fratribus, ſicut ip-
D ſe antea rogauerat tranſlatus eſt: vbi horam vocationis ſuæ vltimam ſuſtinens, cum iam noctis tenebræ in lucem verterentur, ad ſempiternam lucem peruenit. *Baronius to. 12.*

Cardinalem *B. Laurentius Iuſtinianus* Patriarcha ſequatur, hic dum febri lati correptus lectum ſibi inſterni videret indignanti ſimilis ait: mihine plumam paratis? qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt, non in pluma Dominus meus, ſed in duriſſimo ligno cubauit, vnde coacti ſunt diſcipuli eius ad proprium & conſuetum pſiathium inter brachia ſua eum deferre. *In Vita.*

His adiungo *Ludouicum Craſſum* Francorum Lud. Craſſus Rex. Regem, quem licet, dum viueret, propter quæ-

 dam

dam in Monachos commiſſa, non leuiter perſtrinxerit S. Bernardus, pœnitentia tamen ac pietas commendatum reddidere, hic itaque ſacramentis omnibus rite perceptis, qui ante omni pompa regali procul reiecta, ſola linea culcitra decubuerat, iuſſit tapetium ſuper nudam terram expandi & cineres eidem ad modum crucis inſpergi, ſeque miniſtrorum manibus ei imponi, vbi mox ſigno S. Crucis conſignatus, ſpiritum emiſit. *Card. Baronius to. 12.*

B. Eppo.

Quæ ſi in Regum ac Principum aulis vſitata ſint, quem arbitrabimur in ſacris virorum ac mulierum aſceteriis locum inueniſſe? locuples ſanè atque exploratum teſtimonium eſt, quod de hac re Petrus Venerabilis l. 1. c. 19. poſteris reliquit, vbi dum felicem *B. Epponis* exitum deſcribere inſtituit, habebatur, inquit, in domo media locus vnius corporis capax, ad hoc aptatus, vt fratres ibidem in cinere & cilicio compoſiti, extremum Deo inde ſpiritum redderent: hunc locum Eppo ita abhorrebat, vt nullatenus ei appropinquare vellet: dum ergo ad extrema perductus Dæmonum turbam cum titionibus igne fumigantibus in domum irruere conſpexiſſet, vidit Angelum Domini manum in ſublime protendentem, ſigno S. Crucis eundem locum ſignaſſe: quo facto, viſio ab oculis eius euanuit, & ipſe ſublato iam omni pauore, poſt paululum ſe eundem in locum deferri iuſſit ibique animam alacriter in Dei manus conſignauit.

S. Bernard.

De *S. Bernardino* Senenſi ſcribit S. Antoninus 3. p. tit. 22. cum iam mortis ſuæ aduenisſe horam intelligeret, nihilque præterea proloqui poſſet, quibus potuit ſignis, indicaſſe fratribus, vt ipſum è lecto in terram deponerent: quod cum illi præſtitiſſent, iamque in pauimento collocaſſent: *pater*, inquit, *manifeſtaui Nomen tuum hominibus*, & mox ſpiritum Deo reddidit.

S. Arnulph.

Huic iungendus *S. Arnulphus* Sueſſionenſis Epiſcopus, qui hora tranſitus ſui appropinquante, de lectulo conſurgens, atque in pauimento, cinere & cilicio ſtrato ſe collocans ibidem feliciter obdormiuit. *Trithemius lib. 3. cap. 326. de Viris Illuſt.*

B. Aloyſius Gonzaga.

Quid autem de B. noſtro *Aloyſio Gonzaga* dicemus? præteriiſſe namque religio ſit. Ad poſtremum mortis conflictum venerat Aloyſius, è liuore faciei, & ſudore guttatim erumpente notarant adſtantes, graui dolore confici; ipſe verò intermortuis vocibus flagitare, vt ſe aliter collocarent. At illi veriti ne mortem ei accelerarent, quod tangere eum recuſarent, cohortati ſunt veniret in mentem illius duri & anguſti ſtrati, in quo tot inter moleſtias & ſupplicia Chriſtus Dominus noſter vitam poſuiſſet. Quo præcepto admonitus, coniectis iu crucifixi ſignum oculis, cum verbis non poſſet, geſtu ſignificare, ſe profeſſus eſt, Dei amore, plura etiam perferre paratum eſſe. *Virgil. Ceparius libr. 2. capit. 32.*

B. Staniſlaus Koſtka.

Ab hoc ad ſocium eius deuenio B. ſc. *Staniſlaum Koſtkam*:

Altero hic ante obitum die, cum ad laxiorem exedram febri preſſus tertiana deferretur, poſt gratias Deo & Societati de cura actas, diuino ſe placito totum arrogarat, cum die poſtero à meridie languore ac ſudore gelido occupari cœptus, inſtitit vt ſinerent ſe humi abiectum vltimum ſpiritum exhalare. Quod cum primo Rector negaſſet, iterum inſtanti, ex parte indulgendum ratus, hactenus conceſſit, vt humi cum culcitra ſterneretur. Ita humi iacens diuiniſſima myſteria & ſua & circumſtantium conſolatione magna ſuſcepit. *Franciſcus Sacchinus in Vita.*

Arnoldus Boretus Senator.

Religioſo inſtituto proximam annis ſuperioribus vitam egit & feliciter inter nos abſoluit *Arnaldus Boretus* Senator Toloſanus, multis hic annis antequam migraret in domum noſtram, vſum in ſtrato plumeæ, tomentitiæue culcitæ omnem abdicauerat, incubare per ſomnum ſolitus cannabino ſacco, inculcata palea diſtento, funiculiſque tranſſuto, atque ad ſoliditatem ligneæ pene tabulæ conferto. Quod genus cubilis, ne ſupremo quidem afflictus morbo adduci vllis noſtrorum precibus valuit, vt mutari ſineret, donec medicorum imperio victus reluctans multum ac quiritans laneum ſtramentitio ſacco addi paſſus fuit. Intelligebat hic ſiquidem, quod vel mundus percipere vel comprobare recuſat: vtinam impedimentum vel remoram non ponat! *Pet. Poſſinus in Vita.*

Sodalis Parthenius.

Iungendus huic Atrebatenſis Prætoris in Belgio filius, qui multis ſanctimoniæ indiciis anno æræ Chriſtianæ 1612. ex hac vita deceſſit, poſtquam religioſiſſime in parthenia virginis ſodalitate vixiſſet.

Probitatem morum hic ab ipſo matris vtero hauſerat, adeo vt nihil niſi rectum in tota eius iuuentute fuerit animaduerſum.

Patiendi ſtudio ardentiſſimo incenſus, dolenter querebatur, eius rei copiam domi ſuæ nullam inueniri, vbi omnia ſuppeterent affluenter. Quapropter ſtudioſiſſimè contendit, & frequenter, vti ſe in ſtabulum ſua conditione, moribuſque dignum locum deportari, vitamque finire paterentur. Hoc cum non impetraret, eo deſcendit, vt ne in lecto, ſed humi certè abiectus exhalare animam poſſet, idque ſibi negari iure non debere contenderet, quod tam enixè poſtulanti fuit in ſpeciem promittendum, leuandæ moleſtiæ acerbioris cauſſa, quæ alioquin ex tam frequenti poſtulatorum repulſa naſceretur. *Annales Societatis.*

Atrebatenſi vicinum Duacenſem è Mariana Sodalitate virum domi ſuæ nobiliſſimum adſcribo, qui ingraueſcēte morbo, quo premi cœperat, ſe nudum ſupra nudam humum deponi iuſſit, vbi terram deoſculans æquiſſimo animo è vita deceſſit. Annuæ Societar. litt.

Altè hunc ſpiritum imbiberat *B. Andreas Auellinus*

uellinus

Digitized by Google

B. Andreas Auellinus Clericus Reg. *uellinus* Clericus Regularis, cui dum extremè A languenti, laneam culcitram medicus ſuaderet, in ſtramentitia namque cubare ſolitus erat, audiuit: *Perperam hæc ſuades intuenti filium Dei ſuper crucem reclinatum.* Hoc ſcuto propugnabat ſe aduerſus quæcunque ſuaſionum tela: *aſperius quã ego cubabat Chriſtus meus:* ſororio nexu imitationis amorem vinciens, cum diuinæ charitatis nexu. *Franciſcus Boluitus lib.2. c.14. de vita Andreæ.*

S. Macrina. Sed neque in viris hæc pietas ſtetit, ad virgines feminaſque tranſiit. *Macrina* fuit SS. Baſilij magni ac Gregorij Nyſſeni ſoror, quam dum vehementior febris exureret, non in lecto, aut ſtrato quopiam, ſed humi quieſcebat, ſubiecta ſacco tabula, altera vero caput eius ſuſtinente, B quæ puluinaris loco, inſigni figura, collum eius ſubibat. *Lipom. tomo to.2.*

Lucretia Alciata. Fuit & alia *Lucretia* nomine, Philippo Alciato Placentino nata, ac nobiliſſimo viro Comiti, Horatio Scotto, matrimonio iuncta, ad eum perfectionis gradum prouecta, quo paucæ eius ordinis ac ſtatus pertingunt. Adeo cæleſti fiducia pectus roborauerat ſibi ſpectatiſſima femina, vt mortem non timeret, ſed laceſſeret, ſæpiuſque diceret maturemus, maturemus. Vt igitur optatam mortem [acceſſerat enim tempus illud optatiſſimum, quo de imminente morte certior facta erat] expeditiori & alacriori animo exciperet, quatuor circiter horis antequam fato fungeretur, C humi ſe collocari iuſſit ac rogauit: obſtitit tam piæ voluntati vir cum domeſticis, timentes ne corpus ita debilitatum nimis affligeretur, vicit tandem precibus & conſtantia, vt deponeretur, ſed ad breue tempus; inuitam enim & reluctantem in lectum transferri iuſſit: Ad vocem obedientiæ, quam ipſa tanti faciebat, ſtatim ac libenti animo obtemperabat, nullum amplius de hac re verbum proferre auſa. Mox, Deo famulam ſuam in beatam illam viuentium terram vocante, viuere deſiit. *Litt. an. Soc.* 1608.

Suſanna Pomellia. Huic non diſſimilis fuit Suſanna Pomellia, dicta la damoiſelle de Neuuillars, quæ anno huius ſæculi 1616. in regione Lemouicum magna virtutis ac ſanctimoniæ opinione deceſſit. Ten- D tari nobilis hæc Matrona morbo cœperat, quo indies magis ac magis ingraueſcente, tanta animi voluptate perfuſa eſt, vt ſtatim SS. Ambroſij & Auguſtini canticum in gratiarum actionem concini voluerit, pro eo quod pati quidpiam, ſufferreque ad Dei gloriam poſſet. Omnis atque vnicus eius dolor hinc oriebatur, quod plumeo in lecto molliter cubaret, cui ſerica prætenſa ſiparia vmbram facerent: non eſſe hunc cubatum quo ſponſus ſuus diem vltimum obiiſſet, nec modum quo ſupremo in agone vſus inuenirut. Verecundari oppido ſe aiebat in Dei conſpectum venire eo ritu ac modo, quo vix agnoſci à Chriſto poſſit: Aliud longe ſtratum piiſſima Suſanna illius exemplo optabat qui du-

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A riſſimè crucis in ligno voluit exſpirare: verum cum obtemperandi ſtudio tota teneretur, ſe decretis eorum gubernari permiſit, quos Dei loco ſuſpiciebat, omne ſuum in hoc ſolatium ſitum eſſe arbitrata, ſi eius exemplo, qui factus fuit obediens Patri vſque ad mortem, & ipſa, præſidi ſuo ad eandem vſque obtemperaret. *P. Nicolaus du Sault in Vita.*

DOCVMENTVM XV.

Abdicatis reapſe omnibus nudum, & inopem mori.

B BEne ac ſapienter Timotheum ſuum monuit Apoſtolus, cum dixit: *nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium, quin nec auferre quid poſſumus.* Ita namque res iſta ſe habet, teſte Sapientum rege, & Regum ſapientiſſimo Salomone, *ſicut homo egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur.* Sed quantæ hic remoræ, quam grauatè & repugnanter huic legi paremus! *expoliari nolumus, ſed superueſtiri* 2. Cor. 5. 4. vel ille teſtis ſit, qui nuper Genuæ, vt auctor eſt, Santius Cicatellus, honeſto loco natus *Senecio*, annorum circiter 95, cum ad extremam vitæ lineam perueniſſet, à Sacerdote inuentus eſt habere ſecum in lectulo marſupium nummis plenum, & alte- C ram crumenam brachio alligatam, quam identidem exiguis interuallis, præ metu ne ſublata eſſet, manu contrectabat. Monitus verò de periculo tantam auri cupiditatem formidoloſum eſſe, reſpondit: non poſſum aliter facere: quo dicto cum ſuis idolis animam expuit, nec quod tantopere amarat, ſecum auexit.

1. Tim. 6. 7.
Eccle. 5. 14.
2. Cor. 5. 4.
Auarus Senecio.

Saladinus. Viderat id & ſolo naturæ lumine ad libellam rectæ rationis expenderat *Saladinus* Ægypti rex, potentiſſimus Sultanus, is, inquam, qui Chriſtianos Ieroſolymis, totaque terra Sancta, quam duce Godefrido Bullonio recuperarant, poſt annos 83 eiecit, dum moriturus per omnia caſtra circumferri iuſſit interulam, in qua ſepeliendus erat, de lancea ſuſpenſam, cum hac Præconis voce: Saladinus Aſiæ Dominus, ex tantis D opibus, atque imperio, nil aliud moriens ſecum defert. *Platina in Cæleſtino* III. Sed quantùm Philoſophiam tranſcendit Euangelium, hoc eſt infinitis plane paraſangis, tantùm Reges omnes atque Imperatores Chriſtus Dominus ac Saluator noſter poſt ſe relinquit, qui nec interulam quidem moriens ſeruare voluit, & illam quidem matris optimæ manibus textam militari ludo ſubiici, ſeque ea priuari, exuique paſſus eſt, cumque Rex cæli, terræque Dominus foret, nudus in ſumma inopia & rerum omnium egeſtate mortuus fuit. *Nudus*, inquit S. Ambroſius cap. 23. Lucæ *in crucem aſcendit, & talis aſcendit, quales nos, auctore Deo natura formauit, qualis in paradiſo homo primus habitauerat, talis ad paradiſum homo ſecundus intrauit,* tum vt exactè ad litteram impleret cõ- S. Ambroſ. in Luc.

Digitized by Google

mune illud omnium hominum genethliacum ſimul & epicedion : *nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*; tum vero vt hominem nouum ad euangelicam paupertatem erudiret exemplo, quam hactenus tot annis docuerat verbo: tum denique vt in Cruce ſatanam debellans, modum traderet, quo hoſtem teterrimum atque nefarium nudi atque expediti cum eo luctantes vincere poſſemus: ſicut enim veſtibus circumdatus facile à colluctatore apprehenditur, atque in terram deiectus ſuperatur: ſic & terrenarum atque carnalium affectionum turba, quaſi cyclade amicti; ab hoſtibus non difficulter tenemur, contra vero, ab eiſdem feliciter expedimur.

S. Gregor. hom. 32. in Euang.

Hæc magni *Gregorij* ſententia fuit, dum homil. 32. in Euang. ſic ſcripſit: *Ad ſe nobis venientibus Dominus præcepit, vt renuntiemus noſtris, quia quicumque ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos ſpiritus ſumimus. Nihil autem maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident; nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam ſi veſtitus quiſpiam cum nudo luctatur, citius ad terram deiicitur, quia habet, vnde teneatur. Quid enim ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abiiciat, ne ſuccumbat.*

Marci 14. 51.

Meminiſſe hic iuuerit Adoleſcentis illius qui Chriſtum, dum caperetur *ſequebatur amictus ſindone ſuper nudo*, qua & detentus ab hoſtibus fuit: *at ille reiecta ſindone nudus profugit ab eis.* Idem faciendum homini nouo, tempeſtiuè reſtituendum mundo eſt, quod commodatum dedit; ſecus, ſi horam mortis præſtolere, vi rapiet, vel Iacopono teſte, in Cantico: *quod mundus tribuit, intendit rapere*: ſimilis namque is Baſſæ cuidam Ægyptio, cui nomen Aſſanus

Epiſt. 3. Radziuil.

erat, de quo Nicolaus Chriſtophorus Radziuilus in Hieroſolymitana peregrinatione ex antiquis Ægypti Annalib. in hunc modum ſcribit:

Aſſani Baſ. ſæ ſtratagema mirabile.

dum cogitat qualiter fanum aliquod ædificij magnitudine conſpicuum nomini ſuo, abſque ſumptu grauiore conſecrare poſſet, hoc conſilium adinuenit. Proclamari vbique fecit, ſe conſtituiſſe, Deo templum auguſtiſſimum conſtruere, quod opus, vt tanto felicius perficiatur, velle ſe publicam eleemoſynam omnibus vndecunque venientibus abundanter erogare: cui contribuendæ locum, & diem certam præfixit; erat autem area ingens multorum millium capax; huc infinitus hominum numerus ex tota Ægypto, illique adiacentibus regnis confluxerat. Aſſanus autem induſiorum & tunicarum ingentem vim parari curauit. Ab hac igitur tam vaſta area, per muri aliquot porticellas ad aliam homines eleemoſynam accepturos tranſire iuſſit, quam vt quiſque ingreſſus erat, ſtatim omnibus indumentis ſuis ſpoliatus, ea ibidem relinquere, atque ita induſium & tunicam nouam pro eleemoſyna accipere, cogebatur, ſic ex priore illa area, in poſteriorem tranſibatur, ignorantibus interim, qui in area remanſerant, quid cum illis, qui aliam ingreſſi erant ageretur. Et licet quilibet nouâ tunicâ reſtitutâ, veteres pannos libentius retinuiſſet, cum vſitatum ſit iſtic pecuniam induſio aſſutam deferre, compellebatur tamen veteribus relictis noua veſtimenta accipere, & in viam abire. Quibus digreſſis, mox omnia igne iniecto concremari iuſſit, vnde tantam auri, argentique vim conflauit, quanta ad excitandam Moſchæam, cui modò nomen Aromele eſt, neceſſaria erat.

Applicatio.

Ita nobiſcum mundus agit, poſteaquam per varios huius vitæ anfractus vaferrimè circumduxit, rebus omnibus ad extremum ſpoliare conſueuit, dum opibus, honoribus voluptatibus, commodis, ſupellectile, veſtibus quas vno in ſpeciem nouo, licet detrito, induſio permutat, mox exuit, denudatque.

Si præfati illi peregrini, quid Aſſanus animo volueret, ante cognouiſſent, nunquam ſe auro, argentoue repleſſent, cum nemo plus iſtic perderet, quam qui pluſculum ſecum geſtaret, neque amplius luctaretur, quam qui minus circumferret: quam ſolemniter itaque deſipimus, quibus tum prophetica, tum Apoſtolica voce eadem veritas inculcatur nec auditur; à tot iam ſæculis eandem occinuit Hieronymus dum ait: *facilè abiicit omnia, qui cogitat ſe eſſe moriturum*; O quam id pauci hactenus didicerunt! quos ſaltem nouiſſe iuuerit, exemplo forſan præ ſermone, pluſculum profuturos.

S. Franciſc. Aſiſias.

Talis itaque in primis fuiſſe viſus fuit *S. Franciſcus Aſiſias*, dum in poſtrema ſua infirmitate, quæ omnem languorem concluſit, ſuper nudam humum ſe totum nudatum in ſpiritus feruore proſtrauit, quatenus hora illa poſtrema, in qua poterat adhuc hoſtis iraſci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans ſic in terra, ſaccina veſte depoſita, faciem ſolito more leuauit in cœlum, & intendens illi gloriæ totus, manu ſiniſtra dexteri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, & ait ad fratres: *ego quod meum eſt, feci, quod veſtrum eſt, Chriſtus edoceat.* Illachrymantibus autem ſociis Sancti, qui miro fuerant telo percuſſi, vnus ex eis, quem vir Dei Guardianum ſuum eſſe dicebat, votum ipſius diuina inſpiratione cognoſcens, feſtinus ſurrexit, & acceptam cum chordula & femoralibus tunicam pauperculo Chriſti obtulit, dicens: hæc tibi tamquam pauperi commodo, & tu illa ſuſcipias obedientiæ ſanctæ mandato. Gaudet ex hoc vir ſanctus & iubilat præ lætitia cordis quoniam fidem tenuiſſe Dominæ paupertati, vſque in finem ſe vidit, palmaſque leuans ad cœlum, Chriſtum ſuum magnificat, pro eo quod exoneratus ab omnibus liber vadit ad ipſum. Fecerat autem hæc omnia paupertatis zelo, vt nec habitum quidem vellet habere niſi

ab

Digitized by Google

ab alio commodatum.

Voluit certè per omnia Chriſto Crucifixo eſſe conformis, qui pauper & dolens & nudus in cruce pependit. Propter quod & in principio conuerſionis ſuæ nudus remanſit coram Antiſtite, & in conſummatione vitæ nudus voluit de mundo exire, fratribuſque ſibi aſſiſtentibus in obedientia charitatis iniunxit, vt eum viderent cum iam eſſe defunctum, per tam longum ſpatium, ſuper humum iacere permitterent, quo vnius milliarij tractum ſuauiter quis perficere poſſet.

O vere Chriſtianiſſimum virum! qui & viuens Chriſto viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo perfectè eſſe ſtuduit imitatione conformis, & expreſſa promeruit ſimilitudine decorari. *Lucas VVaddingus tomo Annalium Minorum An. 1226. n. 34.*

S. VVolfgangus. De S. Wolphango Ratiſponenſi Epiſcopo non abſimile ſcribit Henricus Caniſius lib. 2. Ant. lect. ſub mortem omnia quæ habebat pauperibus diſtribuiſſe, ſeque in oratorium iuſſiſſe deferri, & ante aram deponi. vbi ſacro viatico refectus humi ſe proſtrauit, ac Chriſti exemplo, qui nudus in Cruce mori non erubuit, mortis debitum ſoluit.

Eadem in Petro Sanctio noſtro, Mexicanæ quondam Prouinciæ primo Præpoſito Prouinciali pietas eluxit, cuius opera & ſtudio plurimi illic ad fidem, amoremque Crucifixi perducti, aut in eadem confirmati fuerũt. Accepto hic mortis nuntio ſuppellectilem omnem cubicularem Superioribus remiſit, vnica retenta imagine papyracea. Qua illa? & cuius? Crucifixi, vt reor, quo nudum in morte Chriſtum nudus ſequeretur. *Annales Societatis.*

Arnaldus Boretus. Sed neque omittendus hic nobis *Arnaldus Boretus*, ille ex opulentiſſimo Senatore Toloſano voluntate pauperrimus, & copioſiſſimè ſanctus, qui horæ quadrante ante obitum ſibi aſtantem Nouitiatus Rectorem intuens: peto ſupplex, inquit, vt per te, Pater, liceat mihi pauperi prorſus & nudo, rerumque omnium egeno (quod iterum & ſæpius repetiit) liceat, inquam tua cum venia thecam hanc ſacrarum reliquiarum, quam ab annis iam quindecim de collo ſuſpenſam geſtito dono mittere ad Ludouiſiam Roqueriam Sanctimonialem, quo eius charitas admoneatur de mihi propitiando ſuis precibus communi Deo. Sic ille vir licet ſui iuris, nullo concepto paupertatis voto, exempla religioſæ virtutis, ad extremum vſque ſpiritum non deſtitit exhibere. *Petrus Poſſinus l. 4. Vitæ c. 7.*

Neque enim quiſquam rem domi anguſtam amabit, cuius mens & cupiditatum anguſtias non euaſerit: nec ſponte Chriſti exemplo pauperiem pati poterit, qui diues ſpe non fuerit: nec vniuerſitatem rerum omnium humanarum amplecti, qui animum virtutibus non habeat

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A exornatum. Hac ingrediendum eſt ad regna graſſantibus, hoc pretio ſtellas eminus commutatione luctuoſiſſima: lata lex eſt, nullo cuiuſquam priuilegio, vt nemo niſi hac duce, cælum ingrediatur.

An mulierum hic forſan virtus defecit? nequaquam. Teſtem aduoco cœleſtis agni delicias *Gertrudem*, quæ abdicato à ſe Abbatiſſæ officio, hora iam mortis appropinquante, iuſſit omnia è cubili ſuo auferri, ſolo relicto velo, atque cilicio, religioſam inquiens nihil habere poſſe ſuperfluum in morte. *Auctor Vitæ.* S. Gertrud.

Excelluiſſe hic ſanè viſa eſt *V. Galliota de Vaillac*, dicta, à S. Anna, ex ordine S. Ioannis Hieroſolymitani, quæ poſteaquam in domum B ſuam religioſam Sanctæ paupertatis normam induxiſſet, atque ex ea viuere ac mori ſuas omnes docuiſſet, ipſa ſe formam gregis exhibuit, ne aciculam quidem præ alijs ſeruare ſuſtinens, quoad vixit; quod in ſupremo ſuo morbo ſatis oſtendit, dum in eo nec molliorem culcitam, quamuis ſex locis dilacerato corpore langueret, nec in cibo, potuue peculiare quidpiam admittere vellet. *Hiſtoria Vitæ.* V. Galliota.

DOCVMENTVM XVI.

Suprema vnctione maturè procurata ad exitum ſe comparare.

C BEnè profectò ac ſapienter Dominus ac legifer noſter Chriſtus, figmenti ſui cognitor præclarus, eiuſdem infirmitate perſpecta, hoſtiumque calcaneo noſtro inſidiantium rabiem non ignorans, ſupremæ vnctionis inſtituit Sacramentum, quod quidem apud Marcum inſinuatum eſt nobis, per Iacobum autem Apoſtolum fidelibus omnibus promulgatum: hoc namque ritè ſuſcepto mortis agonem ſubimus intrepidi, & hoſtium vires, teſte S. Gregorio, infringimus ac frenamus, delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abolemus, quo fiat, vt mortem quam naturæ debemus, feliciter oppetamus. *Extrema Vnctio, quid, a quo pollens. Vnde vtilis. Vbi inſinuata.*

D Et fuit id quidem, vt cætera omnia, quæ iſtuc reſpiciunt, incredibilis in nos diuinæ beneuolentiæ teſtificatio, non minus tamen, fructuoſum exemplum, quod Saluator ipſe de ſe in his omnibus nouo homini dediſſe voluit, quantum aut nominis ſui gloria, aut decus patiebantur.

Patuit in præſenti, cum enim is peccatum non feciſſet, nec e dolus in ore eius inuentus eſſet, quod hic remitteretur non erat, cumque à Patre vnctus eſſet virtute & Spiritu ſancto, alia vnctura non egebat; vt tamen & hic nobis præiuiſſe cenſeretur, pretioſo ſanguinis ſui balſamo, factis toto corpore hiatibus erumpente, velut palæſtrico quodam oleo, in Geth-

ſemaneo hortulo voluit inungi, ſic nos omnes inſtituens vt moribundi ſacram hanc vnctionem non omittamus, cui, vt ceteris Sacramentis diuini ſanguinis ſui pretium incluſit.

Vnde ſolicita hæc omnium cura ſit, & obſeruatio neceſſe eſt, procul ab indifferentium illorum moribus, ingenioque ſecedendi, qui neſcio qua obducta facto ſuo eminentis pietatis ſpecie, vt extremæ (ita namque loquuntur) derelictioni, in qua Chriſtus mortuus eſt, conſentientes, præſentium ſe voluntati, arbitrioque permittant, abſque vlla cuiuſquam rei poſtulatione.

De quibus, vt leniſſime, quod ſentio, pronuntiem, ſolemniter deſipiunt, atque ab eo, quod S Iacobus tanto verborum pondere tradidiſſe legitur, quam longiſſimè recedunt. *Infirmatur quis in vobis?* inquit ille, *inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Cap. 5, 14. — Iacobi 5. 14.

I Effectus Ext. Vnct. Quibus certa, ac ſatis aperta ſtat promiſſio. Quod autem rarius noſtro hoc tempore, Vnctione iſta ſuſcepta ægri conualeſcant, fit iſtud, tum quia ſerius promiſcuè hoc Sacramentum exhibetur ægrotis, neque enim miracula hic vrgenda ſunt, tum verò, quia non ſemper expedit ægroto à morbo ſuo liberari.

II Effectus. Alter huius Sacramenti effectus eſt, Remiſſio peccatorum: vnde quinque ſenſus vngi conſueuerunt, cum illi ſint velut quinque oſtia, per quæ peccata in animam labuntur.

Quoniam vero remiſſio peccati originalis propriè ad baptiſmum ſpectat: actualis, tum ad baptiſmum, ſi baptiſentur adulti, tum ad Sacramentum pœnitentiæ, ideo peccata quæ hic condonantur, reliquiæ peccatorum dicuntur, quarum duo ſunt genera, primo cenſentur peccata illa mortalia, aut venialia in quæ æger poſt confeſſionem factam incidit & ignorat ſe eis teneri; vel ex obliuione aut inſcitia non fuerant ante manifeſtata.

Altero genere reliquiarum peccati, comprehenduntur horror & torpor, ſiue triſtitia & mæror quæ ægrotos inuadere ſolent, exhilarat enim hoc Sacramentum & corroborat infirmos vt tentationibus dæmonis calcaneo inſidiantibus facilius reſiſtant.

Quanta verò in hoc Sacramento eluceat benignitas ac liberalitas Dei ac Domini noſtri, facilè intelliget, qui expenderit, quanta hominis infirmitas ſit, quantaue obliuio, quantæ hoſtium inſidiæ, quantus furor, quibus ea potiſſimum hora miſer homo expoſitus eſt: quæ ſanè cauſa fuit, cur à Suario *Sacramentum Spei* fuerit appellatum, quod à Concilio Tridentino hauſerat, vbi magnam diuinæ miſericordiæ fiduciam dicitur excitare, vnde S. Thoma teſte, manifeſtum fit hoc Sacramentum vltimum eſſe

A & quodammodo conſummatiuum totius ſpiritualis curationis, quo homo quaſi ad participandam gloriam præparatur. *In 4. diſt. 41. ſect. 2. aſſ. 1.*

Atque hæc ratio fuit, cur magnus ille Connerthenſium Præſul *S. Malachias* [cuius encomiaſten longè diſertiſſimum S. egit Bernardus] cum diſtuliſſet paululum ægrotanti feminæ Sacramentum hoc adminiſtrare, illaque interea diem ſuum obiiſſet, tanto dolore correptus fuerit, vt in defunctæ mulieris cubiculo nocte tota orans perſeuerarit, donec eandem vitæ priſtinæ reſtituerit, quando ab illo inuncta, vtrumque factæ vnctionis effectum læta parti- — *S. Epiſc. Malachias quanti fecerit hoc Sacrament.*

B cipauit, nam & planè conualuit, & ad annos multos ſuperuixit, & peccatorum indulgentiam, vt pie credimus, non amiſit.

Vnde factum, vt quotquot animæ ſuæ corporiſque ſalutem dilexerint, ſollicite hoc Sacramentum ſub mortem poſtularint.

S. Adelard. Ita de S. *Adelardo* Corbeienſi ſcribit Surius, cum vitæ termino inſtante rogaretur num vellet oleo ſancto perungi? erectis in cœlum oculis obſecraſſe, vt fieret, eoque munitum extendiſſe manus in cœlum, dicendo: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace*, quia percepi omnia tui myſterij ſacramenta, & nunc quid ſupereſt, niſi vt ad te veniam? — Luc. 2. 29.

C Singulari autem id religione ſuſcepit *VVazo* Leodienſis Epiſcopus, qui morbo ingraueſcente, cum duobus tantum ſecreti huius arbitris, corpus lauit, ob reuerentiam ſanctæ vnctionis, ac deinde ſolenniter inunctus eſt. *Anſelm. in geſtis Pont. Leod.* — VVazo Epiſc. Leod.

Lanfrancus verò Papienſis Epiſcopus infirmitate correptus, conuocatis ad ſe fratribus, cum omni pietate extremæ vnctionis ſacramentum poſtulauit, cumque officium peragaretur, ſedulus ipſe cum aliis reſpondebat. *Ferrarius.* — Lanfrancus Papienſ. Epiſc.

Nec *Otho* Bambergenſium laudatiſſimus Præſul defuiſſe hic voluit qui vitæ præſentis curſu ad exitum tendente, tanta virtute artus fatiſcentes ſpiritui ſeruire cogebat, vt oleo ſancto infirmorum vngendus, non iacenti, ſed ſe- — S. Otho Bamberg.

D denti id ſibi voluerit adminiſtrari. *Iacob. Gretſerus l. 4. Vitæ c. 4.*

Norant hi, quod ſerò cognouiſſe ſe deplorauit Romanorum Rex *Rupertus*, qui poſt diutina & ſancta opera ſua, in lethali quadam ſua infirmitate prope à dæmone victus fuit, cum enim de die in diem S. Vnctionis Sacramentũ differret, hauſto diabolico illo inſtinctu, quo multi ſuperſtitioſè credunt ſe poſt huius Sacramenti ſuſceptionem migrare oportere, tandem ab humani diuinique iuris Doctoribus perſuaſus, illud accepit, cumque inungeretur, & preces, quæ recitabantur, intelligeret: reuera, inquit, ſi hoc Sacramentum nouiſſem tantum valere pro vtroque homine, dudum iſtud ſtudio- — Rupertus Rex Rom.

ſiſſimè

Digitized by Google

ſiſſimè poſtulaſſem, ac mox conualeſcens poſtmodum annis multis Romanum adminiſtrauit Imperium, ac tandem feliciter vita functus fuit. *Ioan. Nyder formicarij l.4.c.11.*

B. Maria Ogniacenſis.

Admirandum prorſus, quam hæc religio alteri ſexui accepta, multiſque à Deo fuerit prodigiis commendata: teſtatur id in primis Iacobus à Vitriaco S.R.E. Cardinalis libro ſecundo de vita B. Mariæ Ogniacenſis, mulieris longe religioſiſſimæ: quæ dum beatiſſima Virgine Deipara præmonente extremam vnctionem acciperet, omnes præcipuè adfuere Apoſtoli, & eorum coryphæus Petrus, claues illi oſtendens, pollicebatur ſe venienti cæli ianuam patefacturum. Porro Chriſtus ſignum crucis, vexillum victoriæ ſuæ ad eius pedes defixit: cumque in diuerſis locis vngeretur, in ipſa Sacramenti perceptione, ſancti Spiritus operationem cum ingenti ſingulorum locorum illuſtratione perſenſit.

Alias dum ea præſente, Vnctionis extremæ ſacramentum ægroti ſuſciperent, illa Chriſtum cum Sanctorum multitudine adeſſe ſentiebat, ægrotumque illum miſericorditer corroborantem, dæmones expellentem, animam purgantem, ſeque dum membra eius vngerentur, quaſi in lumine, per totum corpus diffundentem videbat.

B. Lyduin.

Poſt diutinam corporis ægritudinem, tendebat ad finem *B. Lydwina* virgo cum vidit Dominum Ieſum, non ſine ſanctiſſima Matre, ac duodecim Apoſtolis, & plurimis Angelis ad ſe ingredientem. Vidit menſulam inſtructam & in ea, ceu ſacri olei vaſculum elegantiſſimum, Crucem quoque pulcherrimam, & cereum valde luculentum totum cubiculum mirificè colluſtrantem. Erat tum corpus virginis innumeris doloribus à vertice vſque ad pedes oppreſſum, & ecce ſentit ab ipſo Saluatore ſacerdotalibus induto veſtibus, loca corporis ſui omnia perungi, quæ in morituris ſacro oleo inungi ſolent: vtique cæleſti magiſtro reapſe diſcipulam doceote, quid eo potiſſimum tempore & fieri cõueniat, & factum conducat. *Ioan. Brugmannus par. 3.c.11. vitæ eius.*

S. Tereſia.

Vnde clarum ac perſpicuum fieri arbitrer, quanto ſuprema hæc vnctio ab omnibus ſtudio & religione expetenda ſit, quod S. Thereſiæ non potuit oon eſſe notiſſimum, cum eam tanto mentis ardore popoſcit, tanta reuerentia accepit, ac denique ipſa ad orationes ſingulas rite reſpondit, ſuſceptoque denique ſacramento iterum ſupremo Numini gratias maximas egit, quod in Eccleſia emori conceſſiſſet, identidem illud repetens: tandem, Domine, Eccleſiæ ſum filia. *Ribera l.3.c.15.*

V. Margarita d'Arbouſe.

Nouiſſe id quoque ſe luculentè oſtendit Margarita d'Arbouſe, alias de S. Gertrude ex ordine S. Benedicti religioſiſſima Abbatiſſa, quæ ſub vltimum vitæ tempus interrogata, an

A vellet ſacro oleo inungi? ita, inquit, quam maximè, atque ex imo corde flagito: verum ad conſcientiæ ſuæ arbitrum conuerſa, effectus vnctionis huius, quæſo paucis edoce: quibus intellectis, adſtantium precibus ſe commendans, vncta fuit, ad ſingulas ſenſuum vncturas, de peccatis, quæ aliquando per eos irrepſerant, veniam quam demiſſiſſimè poſtulans. *Sic auctor vitæ.*

Neglectus Ext. Vnct. punitus.

Atque ita profecto fieri addecet, niſi quod ille, de quo in vita *B. Ioannis Dei*, experiri maluimus. Decumbebat in Granatenſi noſocomio, cuius Ioannes curam gerebat, æger aliquis, cui Sanctus extremam dari vnctionem volebat, deprecabatur autem eam infirmus, necdum aſſerens tempus veniſſe, valde enim mortem horrebat, Ioannes ne afflicto adderet afflictionem, B annuit. Interim abſente Ioanne moritur, dumque eum cum ſuis religioſis ſociis terræ mandaret, leuauit ſe, & dixit clarè, propter neglectam extremam vnctionem ad annos ſe omnino viginti piacularibus flammis addictum eſſe.

Alieno malo qui ſapit, vere ſapit.

DOCVMENTVM XVII.

Mori inglorium & infamem, cum vita innocens ſis, & ſceleris purus, ſalua tamen diuina gloria, & communi bono.

Seneca.

C SCripſit olim Romanus Philoſophus conſolans familiarem ſuum: *non ſentire mala ſua, non eſſe hominis: non ferre mala ſua, non eſſe viri.* Addiderim ego, non admittere ea, quæ Chriſtus amplexus eſt, non eſſe Chriſtiani, qui Chriſto duci, & capiti ſuo conformare ſe debet, cum ille propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem ea ſuſtinuit, vt in omnibus, quoad eius fieri poterit, diuina gratia adſpirante, imitari eum, & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus. Et vrgere id quidem non ſegniter viſus eſt doctor gentium Paulus Rom.8.29. cum ait: *Deus, quos præſciuit, etiam prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*, in tolerandis nempe iis, vt exponit *S. Auguſtinus*, quæ ipſe à iudicus, D linguis, & manibus aduerſariorum ſuorum paſſus eſt. Rom.8.29.

Mors Chriſti inglorio.

Vbi primum hoc ſtatuas velim, ad eam ignominiam, contemptum, contumeliam, qua Chriſtus affectus eſt, neminem, quantumuis velit, vnquam peruenturum: nihil enim turpius fingi poteſt, quam virum honeſtum, grauem, hactenus pro ſancto habitum, pro ſapientiſſimo publicè auditum, pro rege diuinitus miſſo cultum, nunc à Pontifice ſacrilegum, à Rege ſtultum, à Cæſariano Præſide hoſtem dictum, morti turpiſſima adiudicari: *neque enim*, vt ait *S. Ioan. Chryſoſt.* hom.7. in ep. ad Phil. *qualis mors eſt ſimilis iſti, iſta namque omnium teterrima, atque indigniſſima* Chryſ. h.7. in ep. ad Phil.

A *niſſima videbatur, iſta dedecore plena, iſta maledicta: maledictus enim qui pendet in ligno:* vnde à Liuio vocatur Crux *infamis arbor:* à Seneca *infelix lignum:* ab aliis, *teterrimum ſupplicium:* ab ipſis Iudæis apud Sapientem *mors turpiſſima.* (Gal. 3. 13.) Augebat probrum latronum ſocietas, qua innuere volebant Iudæi, Chriſtum, ſicut latronum ſocius erat in pœna, ita quoque ſocium fuiſſe in culpa, omnibuſque aſpectantibus perſuaſum volebant, ſceleſtiſſimum hominem eſſe, qui tam infami morte damnatus cum ſceleratis reputaretur, quo fieret, vt nemo deinceps ei fidem haberet, vel amplecteretur doctrinam, imò memoria eius, quantum fieri poſſet, ex hominum mentibus radicitùs euulſa, obliuione perpetua ſepeliretur. B Accedebat deſertio, non leuis dedecoris, ac probri nota, nec enim fruſtrà, cum nunc ab omnibus eſſe derelictum vulgus cogitabat, cum poſt tanta edita prodigia, nullum inueniri hominem videret, qui pro eo verbum faceret, aut Rei patrocinium tutaretur: ne Iairum quidem Principem ſynagogæ, cuius ipſe filiam à mortuis ſuſcitarat, eius cauſſam tueri, nec Lazarum ſaltem, qui iam quatriduo mortuus è ſepulchro ſurrexerat, quidquam eius periculo moueri. Nam vbi virtus illa, quæ prius vel mari, ventis, dæmonibus, morbis, nedum hominibus imperitabat? quo iſta omnia euanuiſſent, non facile quiſquam è populo aſſequi cogitando poterat. Itaque neceſſe erat, omnes exiſtimare, non vana fuiſſe, quæ Phariſæi iactabant, hunc hominem, nec pium, nec probum eſſe, ſed Samari- C tanum, ac laruis agitatum.

Quis eo vſque ignominiæ vnquam progreſſus fuit? & hac via præceſſit Chriſtus, vt ſi quando res, aut occaſio tulerit, ſequi non abnuat Chriſtianus, exhibendo ſe, ſicut Dei miniſtrum, in multa patientia, per gloriam, & ignobilitatẽ, per infamiam, & bonam famam, cum omnia quæ ſuperuenire illi poterunt, infra hanc contumeliam futura ſint, nec vlla irriſio, aut calumnia tanta futura, quæ huic poſſint æquiparari, vt nihil cauſſæ eſſe queat, cur eam ferre recuſet.

Sed dicet fortaſſe aliquis: Mori non timeo, cum omnibus moriendum ſit, ſed hoc Mortis genus exhorreſco. (S. Auguſt. lib. 80 qq. q. 25.) D Audiat hic *Auguſtinum: ſunt homines, qui quamuis mortem ipſam non timeant, genus tamen aliquod mortis horreſcunt. Nihilominus autem, vt ipſa mors metuenda non eſt, ita etiam nullum genus mortis metuendum eſt, quod quoque Chriſti cruce oſtendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidoloſius.* Quibus verbis confirmat præfatus Doctor, quod ſupra dictum fuit, & hoc, quod obiicitur refutat. Accedit; cum Chriſtus, teſte S. Bernardo, (S. Bern.) *ſpeculum nobis fuerit patiendi, & præmium patientis,* nullum genus mortis, cum eo, quod ille ſuſtinuit, inferius ſit, nimis metuendum eſſe.

Eſto, à tribus, quatuorue horis ſententia mortis tibi ſignificetur: Et Chriſto non aliquibus tantum horis antequam moreretur, ſed antequam naſceretur indicata fuit.

Eſto, funibus ligetis, ſiue ligandus ſis: *Miniſtri Iudæorum ligauerunt eum. Ioan.* 18.

Eſto, per vias & compita ducendus ſis: *Et duxerunt eum, vt crucifigerent* Matth. 26.

Eſto patibulo ſuſpendendus ſis, aut alio ignominioſo ſupplicio afficiendus. Et ipſe *ſuſpenſus eſt patibulo.*

Eſto, verearis populum te reſpicientem. *Stabat populus ſpectans, & deridebant eum.*

Quibus, eorumque ſimilibus implentur quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne noſtra. Sed his quid deeſt? Chriſtus quidem paſſus eſt in ſua carne, ſed nondum in tua: neceſſe eſt autem, vt actionibus, aut paſſionibus bonis meritum Paſſionis Chriſti nobis applicetur. Igitur quod bene agendo nobis applicare negligimus, illud hoc genere mortis applicamus, illo benigniſſimè annuente, qui ſic nos voluit coronari.

At falsò, inquies accuſatus ſum, & iniuſta ſententia percuſſus. (1. Petri. 3. 14.) Audi non me, ſed Apoſtolorum Principem. 1. 3. 14. *ſi quid patimini propter Iuſtitiam Beati.* Nec hoc tibi erit dedecori: nam culpâ, non pœnâ erubeſcit homo. Gaude quod dignus habitus ſis, qui cum innumera Iuſtorum multitudine iniuſtè patiaris. *Electos Dei cernimus,* ait S. Gregorius, *& pia agere & crudelia tolerare.* (S. Greg. in Iob.) Neminem violarunt, nihil rapuerunt, nullum oppreſſerunt, *& tamen,* ait S. Ambroſ. (S. Ambr. in Ps. 118.) *grauiora latronum ſuſtinere coguntur ſupplicia.* Quis te illis iuſtiorem dixerit, vt quod illi patienter tolerarunt, tu grauatè feras? Hunc ſalem linxiſſe inueniuntur, quotquot inſigniter ſapere voluerunt:

Et talis quidem in primis *S. Hermenigildus* fuit (S. Hermenigildus.) Leouigildi Regis Viſigothorũ filius: quẽ poſtquam pater Arianus, vt ad eam quam reſpuerat, hæreſin retraheret, fruſtra laboraſſet, in arcta cuſtodia concludens, collum eius, manuſque ferro ligauit: quibus iuuenis Princeps nequidquam motus, ab apparitoribus patris ſui, cilicio & vinculis obtectus in carcere ſecuri percutitur, capite coronari digniſſimo in duas partes diffiſſo. *S. Gregorius l. 3. dial. c.* 31.

Nec procul hinc diſceſſiſſe cenſendus eſt *S. Colmannus* (S. Colmannus.) ex regia Scotorum ſtirpe oriundus, qui cum Hieroſolymam peregrinaretur, detentus in Auſtria, & tamquam proditor, atque explorator hoſtilis accuſatus foret, mox tetro carceri incluſus, ac dein cæſus, & vſtulatus, ignitis etiam forcipibus vulſus, & oſſibus ferra fiſſis crudeliſſimè diuexatus, ad extremum inter latrones pependit, arbore pridem arida, eo appenſo paulo poſt refloreſcente. *Dithmarus l.* 7.

S. quoque Odelbertus, (S. Odelbertus.) qui graui ſicariorum calumnia patrati homicidij oneratus, ab eorum inſecutoribus morti infami traditus fuit. Cum enim truculenti illi ſicarij cædem in vicinia patraſſent,

Digitized by Google

traſſent, veriti inſecutores quos aduentare metuebant, bono Odelberto ex orationis labore tantillam requiem, in medio campo per meridiem captanti, enſem cruentum appoſuerunt. Iudicis adminiſtri ex gladio ſanguine imbuto, dormienti appoſito, rati eum de cæde patrata conuictum, letho dederunt innoxium. *Molanus in natalib. SS. Belgij 22. Octob.*

S. Othmar.

S. præterea Othmarus S. Galli Abbas, cum à Pipino Rege aduerſus rapacitatem quorundam nobilium bonis ſui cænobij inhiantium egregiè defenſus eſſet, ab illis in concilio, ea ex cauſâ conuocato, de turpitudine cum muliere impudica accuſatus eſt. Et quamuis innocentiam ſuã iuramento firmaſſet, tamen quod vlteriorem ſui purgationem negligeret, damnatus eſt, & fame diutina in carcere multatus, vitam multis miſeriis grauem ibidem finiuit: corporis integritate poſt decennium deprehenſa, & maxima gloria miraculorum viri innocentiam teſtante. *Vualafridus Augienſis in Vita* l. 1. c. 4.

Criſpus Auguſtus.

Quin etiam Criſpus Conſtantini magni ex Mineruina priore Coniuge filius, à Fauſta nouerca de inceſtu apud patrem accuſatus, in hanc claſſem veniat, veneno enim, iuſſu patris, propinato, vt Sidonius, aut cæſus gladio, vt Philoſtorgius tradit innocentiam luit. Fuiſſe autem Criſpum Chriſtianum vetus numiſma, hinc Chriſti crucem læua tenentis & dextera benedicentis, inde Criſpi Cæſaris imaginem præferens abunde docet. & porro Nicephorus l. 7. c. 33. tradit. Calumniam autem necis eius cauſam extitiſſe S. Hieron. teſtatur.

Verum non minus hîc mollior ſexus, in morte Domini ſui æmulanda præcelluit, quam virilis.

B. Theodora.

Theodora fuit *Alexandrina* quæ de violata thori fide accuſata, factique pœnitens, in cænobiũ virorum, decem & octo milliaribus diſtans Alexandria, virum mentita, cooptari petiit & obtinuit. Miſſa autem ad rem frumentariam cænobio curandam, in hoſpitio ab Adoleſcentula intemperante, ad ſtuprum inuitata eſt, vir enim habebatur, & Theodorus audiebat. Cum grauiter lupam illam reiecieſſet, miſera puella, vni cuidam viatori, qui tunc item in hoſpitio diuerſabatur, turpiter ſe proſtituit: vnde prægnans facta, & auctorem grauiditatis rogata, Theodoro falſum crimen impegit. Cognatis autem aduerſus Theodorum & ſocios fremẽtibus, & infantem ex quo editus eſt, ad æſtimatum falſò patrem deferentibus Præfectus Theodorum cum infante foras protruſit, hæſitque Theodora ſic extorris per ſeptennium, radiis feruentiſſimi ſolis executa, nec tantillum ſecedens à monaſterij aditu. Vnde poſt ſeptenne martyrium incruentum, vrgentibus præfectum monachis, tam diuturna vexatione mollitis, regreſſa eſt in cellam intimam, ibique iuſſa perpetuò demorari, nullo fungens monaſterij officio. Biennio in ea exercitatione decurſo, obiit, multis diuinis viſis, ipſaque cadaueris inſpectione deprehenſa eſt mulier, vnaque calumniæ in eam ſtructæ malignitas eſt patefacta. *Vitæ SS. PP. in Aegypto.*

S. Marian.

Geminum huic *Marinæ* exemplum eſt, quæ ſexum & nomen mentita, Marinus audiit: grauataque non diſſimili calumnia, poſt quinquennem afflictionem mortua, deprehenſa eſt mulier, firmauitque Marinæ innocentiam puellæ, quæ illi calumniam ſtruxerat, energumeniſmus in ſanctæ obitu obſecutus, nec niſi poſt ſeptiduanas ad eius tumulum lachrymas excuſſus. *Surius 8. feb.*

Ioanna Darcia.

Venio ad Lotharingicam Amazonem, ſed Chriſtianam, *Ioannam Darciam* quæ caſta & innocens viui comburio vitam Rhotomagi generosè finiuit anno 1431, calumniam paſſa magiæ, cui occaſionem præbuit admirabilis eius vocatio ad regem Carolum VIII. regno propè ab Anglis exutum, in auitam ditionem reſtituẽdum. Incredibile dictu eſt, quantum perbreui tempore fecerit puella ruſticana, annorum duodeuiginti, ab ouium cura ad militiam ſubitò exiliens, & viri habitu ex equô pugnans, ac ducẽtans acies, & fere vbicunque apparebat fundens ac ſternens hoſtes, euentu adeò felici, vt Gallia ei anaſtaſin ſuam debeat, Anglia ſuam ex Gallia excluſionem. Hinc calumniæ, quas Calliſtus III. anno 1456. delegatis ad eius cauſam recognoſcendam iudicibus, propulſauit, Ioannam planè innoxiam fuiſſe, crudeliter, atque iniuſte in eam ſæuitum eſſe declarans, quod vel ex poſtremo virginis actu, clariſſimè patet, præfixâ ſiquidem tabellâ, in qua hæretica, relapſa, Apoſtata, & Idololatra dicebatur, ignibus tradebatur, nullum tamen ex ore eius verbum in hoſtes aſperius audiebatur, verum ſe in vera, Catholica, atque Apoſtolica fide emori proteſtata, crucem ſibi dari expetiit, quam ſuauiſſimè diſſuauians, animâ ſuâ in Dei manus conſignatâ, Ieſuque nominè inuocato flammis abſumpta fuit. Belleforeſtius lib. 5. ca. 87. Ioan. Hordal in Collectaneis.

DOCVMENTVM XVIII.

Imminente Morte ſecluſis omnibus ſolum agere cum Deo.

Scipionis & Bernardi *de Solitudine effatum.*

DIcere ſolitum fuiſſe *Scipionem*, auctor eſt M. Tullius, *nunquam ſe minus ſolum eſſe, quam cum ſolus eſſet*, ea propter quod nulla exiſtimaret meliore ſe poſſe ſocietate frui, quam apud animum ſuum inueniret: meliùs ſanè, ac longè ſapientius Claraeuallenſium Abbas *Bernardus* philoſophatus eſt, cùm dixit: *nunquam hominem minus ſolum eſſe, quam cum ſolus eſt*, propterea quod nulla ei copioſior ac porro vtilior eſſe poteſt ſocietas, quam illa, quæ ex diuina neceſſitudine,

Digitized by Google

ne, alloquioque coaleſcit quæ in ſolitudine potiſſimum contrahi ſolet, vt ipſemet Dominus per Prophetam teſtatus eſt dicens: *ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Oſeæ 2.14. Adeo vt verè nuſquam minus, quam in ſolitudine ſolus ſit qui cum Deo viuit, ac nunquam occupatior, quam in otio, qui paucis notam artem factitat, vbique præſentis, vbique alloquendi, atque in ſpiritu adorandi Dei: quare nemo quærit quid ſeptuaginta totis annis Hilarion in cauernis egerit: quin etiam eremitarum Coriphæo Paulo facile concedunt omnes, vt in ſpelunca vna deliteſcenti vnicum abunde magnum, integro pæne ſæculo negotium fuerit Oratio. Iſte nempe dignus homine labor eſt, mentem exercens, quæ nobiliſſima pars hominis, multis actuoſis & ſtrenuis inter agitationes corporum veterno torpet, illius Ionæ ſimilis in laborante naui dormientis.

Oſeæ 2.14.

Vnde conſequens eſt hominem nouum, cuius omnis actio, ea vero præcipuè, quæ ſuprema vitæ hora exercenda eſt, eo ſpectare debet, vt Deum inueniat, tunc vel maximè ſolum eſſe oportere, cum negotium illud omnium ſæculorum difficillimum cum Deo tractandum habet, quando arcendi interuentores, ſecludendi amici, conſolatores oneroſi declinandi, ne quo pluribus mens noſtra intenta, minor ſit ſummæ, maximæque rei tranſigendæ.

Nulla huiuſmodi neceſſitas Chriſto Domino impoſita erat, quia neque imbecillitati noſtræ ſimilis infirmitas inerat, nec formido, voluit tamen noſtro commodo, & exemplo nequaquam hic deeſſe, vt qui in ceteris ſe hominem oſtenderat, & hic quoque ſapientiſſimè demonſtraret. Vixdum itaque ferali arbori affixus impios inter pependerat, qui peccatores venerat in filios adoptare, cum ſubitis inuolui tenebris cœlum & nox omni nocte nigrior in ipſo meridie cœpit picea quadam caligine cōdenſari, ſole in plenilunio, quod hactenus inauditum, ſingulari prodigio deficiente, luna, quæ tunc ab eo remotiſſima erat, inſolito, eoque velociſſimo curſu ad ſolem accurrente, ſeque ei ab hora ſexta ad nonam vſque ſubiiciente; vnde factum, diuina potiſſimum manu accedente, neque enim luna, cum ſole ſit minor, ad hoc ſufficiens erat, vt deliquium ſolis per vniuerſam terram conſpiceretur, vt totum aërem maximæ tenebræ inueſtirent, eas ex propoſito ordinante Domino, vt repentina illa nocte ſuperueniente, turbarum motus ac ſtrepitus ceſſaret, populus in domos ſuas recederet, atque ita liceret ipſi maiori quieti, ac velut ſolitudine tres illas horas, quas vitæ ſuæ reſiduas tantummodo habebat feruentiore prece & lachrymis pro ſalute noſtra, cum pro ſua nō egeret, fundendis expendere: quod nemini mirum videri debeat, ſicut enim cum dies totos Euangelij præconio faciendo impenderet,

Eclipſis cauſſa ſolitudinis Chriſti *in Cruce.*

A noctibus ſolitus erat orationi incumbere, ita tres illas, quibus in ſublime elatus ſupereſſe voluit, horas, tranſigere in tenebris voluit, vt tanto accuratiùs cum cœleſti Patre ageret, noſque omnes ſuprema illa hora & ſolos eſſe, vt ait *S. Bernard.* & ſoli omnium ſeruare nos ipſos, quem ex omnibus nobis elegimus, edoceret.

S. Bernard.

Optimum documentum hoc hauſit & toto pectore complexus fuit Sanctiſſimus Doctor *Auguſtinus*, qui morbo lethali correptus ante dies fermè decem, quam exiret è corpore, ne quis ad eum ingrederetur, niſi iis tantum horis, quibus medici ad eum inſpiciendum intrarent, vel ei refectio inferretur, poſtulauit. *Poſsidius in Vita.*

S. Auguſtinus *ſolitudinem in morte quæſiuit.*

B *Grimbaldus* quoq; Abbas Wintonienſis idem neſciſſe non potuit, dum ſacroſancto viatico iam inſtructus, à fratribus petiit, vt ſolus per triduum ad iter ſuum parandum relinqueretur, quo tempore in contritione cordis & lachrymarum imbre, ſe Deo immolauit. Quarto autem die fratribus ad ſe reuocatis iiſque bene precatus exceſſit. *Ioan. Molanus.*

S. Grimbaldus.

De *S. Vincentio Ferrerio* ſcribit Vincentius Iuſtinianus in vita, ſuſceptis vltimis Sacramentis vale feciſſe omnibus, ac prohibuiſſe, ne tam frequentes ad ſe viſendum admitterentur, maiori vt poſſet quiete frui, & diuinarum rerum contemplationi vacare.

S. Vincent.

Huic ex eodem Ordine iungendus *Ambroſius Sanſedonius*, qui infirmitate vltima correptus, ne à contemplatione diuinorum impediretur, medici tantummodò viſitationem admittebat; eademque de cauſſa ſæpius ad parietem ſe conuertens, quietus orabat. Morti proximus aduocatis patribus, ac fratribus vale vltimum dixit, magnaque admodum pietate ſpiritum dedit. *Iulius Sanſedonius in Vita.*

S. Ambroſ. Sanſedon.

C

Fuit & inter Minores S. Patris Franciſci filios *Dominicus de S. Seuerino* in Picenis magnæ virtutis aſcetes, qui triduo ante obitum noluit à quoquam viſitari, ſed dictum omnibus voluit, ſe in animæ ſuæ negotio occupatum eſſe: toto autem illo tempore ad mortem feliciter obeundam ſe expediens, randem in Domini ſui manus ſpiritum reſignauit. *Marianus in Chronico.*

V. Dominicus à S. Seuerino.

D

Quid autem de *Nicolao Factore* eiuſdem Ordinis alumno, atque illuſtris plane ſanctimoniæ viro in medium adferam! magna hic omnia ſiue quæ viuens, ſiue quæ moriens geſſit. Infirmitate correptus ad ſuperna iugiter anhelabat, obſecrans eos, qui ad viſendum ſe veniebant, ne moleſtiam ſibi facerent, quia colloquia ſua cum ſolo Deo iam eſſe debebant. *Chriſtophorus Morenus in Vita.*

V. Nicolaus Factor.

De *S. Simeone* Treuirenſi, qui anno 1037 faſtis Sanctorum adſcriptus eſt, teſtatur *Chronicon Hirſaugienſe*, voluiſſe ſibi requiem per dies aliquot dari, quo plus ſolito contemplationi vacare poſſet. In qua quidem requie ſibi conceſſa, die

S. Simeon Treuirenſis.

Digitized by Google

Camillus de Lellis. die vltimo ſpiritum Deo reddidit.

Ita ſenſit *Camillus de Lellis* vir in ægrorum ſubſidium factus, qui poſtquam ſacro eſſet viatico refectus, noluit poſtmodum vllos in conclaue viros nobiles admitti, dictitans cum mors duntaxat ſemel oppetatur, vt bene oppetatur, in primis curandum eſſe. *In Vita.*

Num & feminis tantum æris ac chalybis circumpectus fuiſſe credendum ſit, quo Chriſti exemplo ſolitudinem hanc ferre dilicerint, aut ambire? fuit vtique, nec minoris hic notæ temperatura quam in viris aliquando inuenta eſt.

S. Eliſabetha Thuringica. Teſtabitur id Thuringiæ Principis ſanctiſſima vidua, eademque Andreæ Hungariæ Regis filia *Eliſabeth*, quæ correpta infirmitate vltima ante diem ſui obitus tertium, iuſſit omnes cubiculo excedere, qui ad ipſam viſendam conuenerant, nulloſque in poſterum admitti volens, cupio, inquiebat, tumultus externi vacua, meminiſſe iudicis mei, terribiliſque cenſuræ, quam perbreui habeo ſubire. *S. Antoninus 3. p. tit. 19. c. 11.*

B. Lyduina. Eliſabethæ comes ibit *B. Lyduuina* Schedamenſis virgo thaumaturga, quæ morti proxima Dominum rogauit, vt ſola ſine vllius mortalis ſolatio ſpiritum reddere poſſet. Et voti compos facta fuit. Quando igitur migrandi tempus aduenisſe intellexit obnixè amicos omnes, vti recederent obſecrauit, ſi inueni, inquiens, vllam apud vos gratiam, quæſo, vt hac die patiamini me ſolam manere, vnico apud me relicto nepotulo meo per quem indicabo, ſi quid à vobis mihi præſtari velim. Illis itaque abeuntibus cœpit virgo exitum ſuum Domino commendare, cumque ſubinde grauibus calculi doloribus vrgeretur, neque iam loqui amplius poſſet, accerſiuit puer ſacerdotem, & alios, ſed accedentes in agone conſtitutam inuenêre, de quo illa mox victrix ad palmam feliciter euolauit. *Brugmannus in Vita.*

S. Franciſca. Lyduuinæ adiungo *S. Franciſcam* è prima Romanæ vrbis nobilitate conſpicuam feminā, quæ rite Sacramentis omnibus procurata, quietem à circumſtantibus & ſolitudinem quæſiuit, quibus recedentibus illa ſuauiter cum Domino colloqui, iterque ſuum quod mox ingreſſura erat, ſecurum facere inſtituit, at ſub extremum, adſtante Confeſſario, oculos in cœlum erigens, quaſi placidiſſimo correpta ſomno, ſpiritum exhalauit. *Iulius in Vita.*

Baptiſta Genuenſis. Hanc ſequetur *Baptiſta Genuenſis*, quæ appropinquante demum exitu ſuo ridere viſa, interrogataque quid ſibi hoc vellet? reſpondit, quia iam domum pene perueni. Munita igitur ſacro viatico rogauit moniales, vt ſolam ſe dimitterent, atque ita reliquum diei, manibus iunctis, ac luminibus ſurſum erectis in oratione permanſit. *Marianus Grimaldus in ſanctuario Genuæ.*

Nec minus hac in parte fecilſe iudicanda eſt

A ſereniſſima iuxta ac venerabilis *Ioanna*, Virginum ab Annuntiatione Deiparæ nuncupatarium fundatrix, quæ vitæ ſuæ mortalis exitu appropinquante claudi iuſſit cortinas ſuas, quaſi lucem mundi huius, vitæque excludens, ad aliam maxime aſpiraret, hoc præcauens, ne illius tenebræ huius radios offuſcarent. Nec opinione ſua Princeps optima falli, fraudarique viſa fuit; mox enim in ſua hac ſolitudine ad Deum conuerſa, vidit lucem quandam de cœlo in pectus ſuum deſcendere ac ſubſultare, qua ſuauiſſime circumdata exſpirauit. *In Vita.* Ioanna Franciſca.

DOCVMENTVM XIX.

B *Pſalmis & hymnis Deo concinendis diem vltimum obire.*

QVamuis id quod ſuos olim docuiſſe Saluator auditus eſt: *oportet ſemper orare, & non deficere*, vniuerſum vitæ noſtræ curriculum complecti debeat, præcipuè tamen eiuſdem terminum ſpectare mihi ſemper viſum eſt, quādo & eiuſdem neceſſitas præſentior, & vtilitas ſolet eſſe præclarior, quod Sirachides Eccli. 18. his verbis teſtatus eſt, dicens: *non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet in æternum.* q. d. nec timor, nec pudor te abſtrahant ab orando, quo- Eccli. 18. 22.

C vſque vita comite id poteris præſtare, vt idem tibi & viuendi finis ſit & orandi; quamdiu namque tibi halitus ſupererit, tamdiu ex oratione fructum capies immortalem, quem denegare ille non poterit, qui ſe inuocatum adfore promiſit in tempore opportuno.

Deploranda ſiquidem res eſt, cum nobis ægrè eſt, orbem totum cogitationum noſtrarum alis peruolare, à rebus creatis ſolatiola putidius emendicare, & Deum ſolum prætereire: grandis inſania iuuari velle, à quibus non poſſis, ab eo iuuari non cupere, à quo vno & debeas & poſſis. Quotieſcunque igitur male eſt, & mors ad ianuam pulſat; primæ ad Deum

D querelæ & voces eant, maximi namque refert, à quo beneficia poſtulentur; fruſtra per orbem diſcurritur & ante mendicorū tuguriola mendici ſtipem flagitamus; ad Deum omni tempore, præſertim ſupremo recurrendum, vnde fiat, vt cum illo confidenter dicamus: *ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22. 4.

Innuiſſe id omnibus perſpicuè Saluator viſus eſt; cum is cuius vita tota non niſi vna, perpetuaque oratio fuerat, & mortem ſuam eadē, quaſi apiario quodam, calaminoque melle condire voluit, ita namque communis Sanctorum habet traditio, Chriſtum Dominum in Cruce oraſſe continuè, ſeque totum Deo Patri in victimam pro ſalute hominum obtuliſſe ac Pſalmum

Digitized by Google

mum 21, qui totam paſſionis ſeriem continet, partim clara voce, partim ſilentio recitaſſe referendo Patri ſuo labores omnes in illo expreſſos: & quidem verba illa maiori cordis feruore protuliſſe: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam: ſalua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.*

Vbi frameam appellabat mortem, ad quam diuina iuſtitia damnabatur. Canem Caypham cum reliquis, qui famam eius lacerabant.

Leonem Pilatum cum miniſtris ſuis, qui tot eum tormentis affligebant. Vnicornes denique infetnalium poteſtates tenebrarum. Et hanc eius orationē aperte inſinuat Apoſtolus Heb. 5. cum dicit: *qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis obtulit.* Et homo per ignauiam id negliget, quod Deus tanto affectu præeundo monſtrauit?

Orat, inquit *Auguſtinus, miſericordia, & non orat miſeria?*

Orat charitas & non orat, & non humiliatur iniquitas?

Orat innocentia, & non orat nequitia?

Orat Iudex & deſiderat parcere, & non orat reus, vt indulgentiam mereatur accipere?

Orat iudicaturus, & orare diſſimulat iudicandus? lib. de orat. Dom.

Qui orationem Mannæ comparauit, quo refectus Iſrael terram promiſſionis expugnauit, rectè philoſophatus eſt, illa ſiquidem eſt quæ cælum nobis aperit, & ſpem certam illud ſubeundi miniſtrat.

S. Nicolaus pſallens moritur.

Perſpecta hæc dilucidè S. Nicolao Myrenſium antiſtiti veritas fuit, de quo Cæſar Card. Baronius tomo 3. Cum intelligeret ſuæ migrationis horam adeſſe, in hymnos & orationes diffuſus, in cœlum ſuſpexit & cum angelos ſibi occurrentes intueretur, pſalmo illo pronuntiato: *In te Domine ſperaui*, vſque ad eum locum, *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, omni lætitiæ ſignificatione adſtantibus vale dicto, in cœlum abijt.

S. Franciſc.

Nota & S. Franciſco fuit, qui appropinquāte ſui exitus hora ipſe, vti potuit, Pſalm. 141. pronuncians, nempe: *voce mea ad Dominum clamaui*, in eo verſiculo, *me exſpectant iuſti donec retribuas mihi*, ad æternam retributionem in Societate iuſtorum percipiendam commigrauit. *S. Bonauent. in Vita.*

S. Auguſt.

Notiſſima vero magno Auguſtino fuit, qui mortem ſibi proximè ſentiens imminere, ſeptem ſibi Dauidicos Pſalmos, quos à pœnitentia nominant, deſcribi & ad proximum lecto parietem iuſſit affigi, quos magna pietate lachrymis diffluens, legebat. *Poſſidius in Vita.*

S. Cœleſtinus.

Et hanc normam plurimi ſecuti ſunt, B. Petrus Cœleſtinus qui Pontificijs infulis renuntians in eremum redierat, morte accedente Pſalm. c 1. inſtar cygni decantans, vltimis eius verbis, *omnis ſpiritus laudet Dominum* immortuus eſt. *Petrus de Aliaco in Vita.*

S. Albertus.

B. Albertus Carmelita, qui prope adeſſe cernens extremum ſuæ vitæ diem pſalmum exorſus eſt 53. *Deus in nomine tuo ſaluum me fac*, cui adiunxit trigeſimum, *In te Domine ſperaui*, quibus dictis anima eius inſtar columbæ candidiſſimæ viſa eſt in cælum tendere. *Bapt. Mantuanus.*

S. Antoninus.

S. Archiepiſcopus *Antoninus* febri correptus vltima, crebro audiebatur iterare poſtremum Pſalmum, *laudate Dominum de cœlis*, quo in omni vita plurimum obiectari conſueuerat. Si quid vero à pſallendo ceſſaſſet, complexus Crucifixi imaginem tanto ardore oſculabatur, vt, qui aderant, à lachrymis ſe continere non poſſent. *Vincentius Mainardus.*

S. Bonitus.

S. Bonitus Epiſcopus podagræ morbo ad extrema perductus, Pſalmum, qui in ea hora, iuxta Eccleſiæ morem canendus erat, inchoauit, & in Domino feliciter obdormiuit. *Baronius tom. 8.*

S. Burchardus.

Aduerſa, eaque vltima valetudine correptus *S. Burchardus* Herbipolenſium Epiſc. tardantem & migrare formidantem animam, hortabatur, pſalmographi Canticis nempe Pſalm. 42. & 41. *quemadmodum deſiderat.* & Pſalm. 83. *Quam dilecta tabernacula tua*, &c. Atque ita alacritate maxima ſpiritum exhalauit. *Surius tom. 5.*

S. Hubert.

Sub extremam vitæ ſuæ horam S. Hubertus Leodienſium præſul viſo dæmone ſibi terribilibus minis illudente, pſalmum 90. *Qui habitat*, concinere cœpit, quo ſtygius nebulo depulſus, procul abceſſit. *Molanus de geſt. Pont. Leod.*

V. Martinus Camald. Prior.

Martinus, qui tertius Camaldulenſium Prior generalis fuit, cum finem ſuum non longè abeſſe cognouiſſet, diuinis ſacramentis refectus, Pſal. 25. *Iudica me Deus, quoniam ego in innocentia* &c. recitare cœpit, & in verbis illis, *Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ*, reddidit ſpiritum ſuum. *Siluan. Razzi in Vita.*

S. Raymondus de penna forti cum ſenio confectus infirmari cœpiſſet Pſal. 19. incipiens: *Exaudiat te Deus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob*, præſentibus fratribus, & orantibus ſpiritum reddidit Creatori. *Petrus Marſilius in Vita.*

Carilephus Abbas.

Carilephus Abbas Madoalenſis morti proximus, expanſis in cælum manibus, hilari facie cōcinere cœpit illud Pſ. 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo*: & illud Pſ. 30. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* Sacratiſſimoque viatico munitus adiecit ex Annæ cantico: *confirmatum eſt cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*: inter quæ verba gaudens emiſit ſpiritum. *Baronius to. 7.*

V. Hieron. à Foroliuio.

Vir fuit in ordine S. Franciſci Capuccinorum Hieronym. à Foroliuio, qui cum ieiunio fere perpetuo, cilicio, flagellis, vigilijs, atque alijs vitæ auſterioris aſperitatibus multos annos traduxiſſet,

A duxiſſet, morbo lethali correptus, in eam prophetæ vocem erupit, *laudate Dominum de cælis*, totoque illo pſalmo integre decantato, cum ad ea verba perueniſſet: *omnis ſpiritus laudet Dominum*, feliciter Deo ſpiritum reddidit. *Bouerius in hiſtor. ord.*

Venio ad ſexum alterum, cuius & hîc non minima laus eſt.

B. Gertrud. Niuellenſis. Magna coram Deo & hominibus tum generis proſapia, tum vitæ ſanctimonia Gertrudis fuit, quam in Niuellenſi Parthenone virtus educarat, quæ cum didiciſſet prope adeſſe ſuam è corpore migrationem noctem totam in pſalmis & precibus duxit inſomnem, ac die ſequenti viatico accepto, feliciter exſpirauit. *Molanus.*

B. Margarita Hungarica. *Margarita* virgo Hungarica Eccleſiaſticis iã munita Sacramentis, vbi extremam diei horam, qua ſe morituram prædixerat, veniſſe cognouit, pſalmum trigeſimum concinere cœpit. *In te Domine ſperaui.* cumque dixiſſet: *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, felicem animam in cælum tranſmiſit. *Surius to. 1.*

Y. Verdian. *Verdiana* virgo ex ordine vallis vmbroſæ, dũ in eremo triginta annos vixiſſet, diem ſupremum ſibi inſtare cognoſcens, pſalmos à pæuitentia vocitatos genibus nixa recitare cœpit, ac tandem anima Deo reddita eo ſitu genibus flexis & manibus ad cælum eleuatis permanſit. *Siluanus Razzius.*

Franciſca fuit raræ ex Romana nobilitate C ſanctimoniæ femina, quam vti ab ineunte ætate dandis illuſtrium virtutum exemplis præluxiſſe accepimus, ita quoque ad vltimos vitæ dies eadem continuaſſe feliciter apud omnes in confeſſo eſt. Febri correpta diſſolutionem corporis ſui in horas ſingulas hæc exſpectabat, cum videns ſibi aliquid etiam virium ſupereſſe, veſpertinas Deiparæ preces voluit recitare: mouebantur labia piæ matronæ, ſed verba diſtincte audiri nequibant, quare dum ſacerdos, quid ageret inquirit, illa ſpiritum, qui minimus certe ſuperèrat, magno niſu colligens, reſpondit ſe nunquam, ex quacunque infirmitate decumberet, officium B.V. intermiſiſſe, cumque tunc foret veſperarum hora, eandem in vltima vitæ periodo recitandis precibus, vti par erat, transigere D voluiſſe. O beatam feminam! quæ nec vltimum vitæ ſpiritum in otio, ſed operoſo ſanctiſſimoque quodam negotio occupatum emittere voluit, nec Mariæ ſeruiuiſſe, dum viueret ſatis habuit, niſi & moriens fida deſeruiret. *Iulius in Vita.*

Claudo paragraphum verbis S. Hieronymi epiſt. ad Pam. de obitu Paulinæ: *defecerat ſpiritus, & anhelabat in mortem, & anima erumpere geſtiens, ipſum ſtridorem, quo mortalium vita finitur, in laudem Domini conuertebat, & digitum ad os tenens, crucis ſignum pingebat in labris.* Et hæc eſt gloria omnibus Sanctis eius.

R.P. Lyræus de imit. Iesv *patient.*

DOCVMENTVM XX.

Conſummata virtute perſeuerando in finem, mori.

QVod tantopere in fabro laudauit olim Sirachides, cum ait cap. 38. *Cor ſuum dabit in* Eccl. 38. 32.
conſummationem operum, certus non ante deſiſtere ab incepto, quam id ſuum perduxerit ad finem; multo ego iuſtius ab homine nouo exegero, vt is ſaluus eſſe cum velit, ad finem vſque fideliter perſeueret. Et huius quidem ſententiæ meæ auctorem habeo S. Bernardum, cum dicit: *Vir-* S. Bernard.
tus boni operis perſeuerantia eſt; huic ſoli redditur corona Iuſtitiæ: quid enim prodeſt eſſe bonum, eſſe ſapientem, eſſe potentem, ſi non perſeuerauerit vſque in finem. optimè ſanè, ac prudenter, *non* enim, vt ſcripſit *S. Hieronymus, quæruntur in Chriſtianis initia, ſed* S. Hieron.
finis. Malè cœpit Paulus, ſed bene finiuit: Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur, ſola vſque in finem perſeuerantia coronatur. Exprimere id ſub typo magnifici cuiuſdam palatij viſus eſt Sp. ſanctus, cuius per os ſapientiſſimi Salomonis non iam fundamenta, non parietes, non poſtes aut ianuas deprædicat, ſed culmen tantum ac lacunaria; *tigna*, inquiens, *domorum noſtrarum cedrina,* Cant. 1. 16.
laquearia cypreſſina, ſignatè duo illa lignorum genera notans, quæ duriora ceteris atque incorruptibilia habentur, vt operis perennitatem ac commendationem non ab exordio, ſed abſolutione æſtimandam probet, quod clarè perſpiciens Ieſſeus Dauid, tabernaculo fundam dedicare noluit, qua Goliathum ſtrauerat, ſed gladium, quo necarat: ſic & Iſrael oblaturus de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino, adipem & caudam totam offerre Leuitici 3. iuſſus eſt: in Leuit. 3. 9.
quæ verba *S. Gregorius* 1. Moral. 40. *Caudam in* S. Gregor.
altari offerre præcipitur, vt videlicet omne bonum, quod incipimus perſeueranti fine compleamus: & vberius nonnihil S. Bernard. epiſt. 78. *Tene*, inquiẽs, S. Bernard.
quod tenes, hoſtiæque caudam iunge capiti, & tunicam Dei gratia iam polymitam cura facere & talarem: quoniam cœpiſſe nihil proderit, ſi, quod abſit, non contigerit perſeuerare.

Alio vero in loco ſtudium hoc princeps & palmarium improbiſſimi dæmonis ſemper fuiſſe monet, vt omni artificio hoc animorum decus auerteret, penituſque exſtingueret; *quantum*, inquit, *tibi vſque modo multiformis iſte ſeductor illuſit, qui cum in te boni initium non valuit præpedire, inuidit perſeuerantiæ. Hoc nimirum ſuæ poſſe ſufficere malitiæ iudicans, ſi hanc poſſit auferre tibi, quam ſolam virtutum nouerat coronari.*

Atque huc reſpexiſſe voluit Chriſtus, dum in monte perfectiſſimum nobis moriendi exemplar explicauit: Crucem aſcenderat, cuius ſupplicium humano maius & acerbius quauis pœna in tres horas omnino producendum erat,

A ad deſcenſum Principes inuitabant, liberali addita ſponſione, qua complexuros ſe doctrinam eius, ſi annueret, promittebant: *ſi filius Dei eſt, clamabant, deſcendat nunc de cruce & credimus ei.* Sed

Matth. 27. 42.

S. Bernard.

fruſtra, reſpondet *S. Bernard.* ſer. 1. de reſur. *Imo quia rex Iſrael eſt, titulum regni non deſeret, non dabit occaſionem ſurripiendæ nobis perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur. Non faciet obmuteſcere Prædicatorum linguas, conſolantium puſillanimes, & dicentium ſingulis, tu locum tuum ne deſeras. quod ſine dubio ſequeretur, ſi reſpondere poſſent, quia Chriſtus ſuum deſeruit.*

Chriſtus itaque vſque ad vitæ finem perſeuerauit in Cruce vt conſummaret opus ſuum, nobiſque exemplum daret, bene inchoata ad finem ſedulò perducendi, *nemo ſiquidem mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum*, quam magni Doctoris ſententiam *S. Ioannes Chryſoſt.* hom. 4. in ep. ad Eph. pulcherrima ſimilitudine exponit in hæc verba: *In bonis operibus præparauit nos Deus, vt ambulemus in illis, non vt initia ſolum quædam honeſtæ vitæ auſpicemur, ſed vt perſeuerantes in iis, Dei viam ambulemus; adhoc enim virtute opus eſt, quæ ad mortem perſeueret, neque enim ſi nos viam ingredi conueniat, quæ recta in ciuitatem ducat regiam, & iam confecta meliore itineris parte, ſi poſtea, circa vitæ finem lenteſcentes, animoque præmolliti deſederimus, nihil nos iuuerit eiuſmodi ſpes vocationis. Abſque perſeuerantia* namque, vt ait *S. Bernardus* epiſt. 126. *neque qui pugnat, victoriam: nec palmam victor conſequitur; nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad premium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculū. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt, cui æternitas redditur, vel potius quæ hominem reddit æternitati, dicente Domino, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Sed parum erat docuiſſe id verbo, niſi firmaſſet exemplo, calicem ſuum exhauſit vſque ad guttam vltimam, vſque ad nonam viuus in cruce permanſit, quando rectè dicere potuit: *Conſummatum eſt.* Credibile eſt, quod aſcetici Doctores tradunt, poſtremo huic actui Angelos adfuiſſe, qui & ante interfuerant in horto. Cum ergo Chriſtus ferale pegma adſcenderet figendus cruci, Angelus eum, hoc vel ſimili dicto creditur eſſe ſolatus: Domine, vſque ad nonam, tres horulæ reſtant, & confectum fuerit opus hoc grande. Expleuit tres horas iſtas integerrimè, vt & aliquid quoque ſupereſſet, nam ante ſextam, duodecimam ſcilicet noſtram affixus eſt Cruci, poſt nonam verò ſeu noſtram tertiam expirauit. Itaque mundi ſacrificium, ab eiuſmodi origine inchoatum, ſuo demum ſanguine conſummauit.

Lucæ 9. 62.

B

Perſeuerantia laus.

S. Bernard.

C

Matth. 24. 13.

Ioan. 19. 30.

D

Hæc perſeuerantia omnes incitauit, piaque imitandi æmulatione ſuccendit, hæc ſub ictu paſſionis & horroris ſuppliciorum martyres animauit, hæc vim & robur contulit omnibus, qui deinde graui calamitatum pondere obruti, & aduerſæ fortunæ flatibus impulſi, ſuo tamen in gradu perſtiterunt, & propoſita præmia, quibus ad defectionem non ſemel alliciebantur, incredibili patientiæ laude repulerūt, ac fortiſſimè repudiarunt. Hoc exemplum imitati Apoſtoli, cæteris propoſuerunt.

Hæc ignea & ſonora vox Pauli: *per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & Conſummatorem Ieſum, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes:* vbi deficere eſt perſeuerantiæ curſum infringere, à pio propoſito reſilire.

Heb. 12. 1.

Quam hic noſtra vapulet ſocordia quotidiana docet experientia: vix calicem ipſum ſorbillare cœpimus, & mox ſaturi ſumus, vix patiendi initium duximus, & finem ſpectamus, legem ſcilicet habemus, ſed quam mundus & caro dictauit: *paruas pænitentias, & magnas indulgentias,* breuem orationem & longam confabulationum, crucis perparum & multum mercedis.

Non ita, Homo noue, non ita: durandum eſt, perſeuerandum eſt vſque dum conſummatum ſit, in Cruce permanendum cum Chriſto, propter Chriſtum vſque ad nonam: *Ego te clarificaui ſuper terram*, dicebat ille ad Patrem, *opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam*, idem ſapiamus oportet, *vt qui cœpit in nobis opus bonum, ipſe perficiat vſque in diem Chriſti Ieſu*, quo is ad iudicium veniens particulare, ſuæ nos imagini conformes inueniens, iuſta mercede compenſet.

Ioan. 17. 4.

Philip. 1. 6.

Et fuere quidē vetuſtis Eccleſiæ temporibus non pauci huiuſmodi Conſtantiæ laude celebrati, qui vſque ad ſupremum ſpiritum virtutis & ſanctimoniæ viam tenuerunt: Qualis ille fortiſſimus ſenex *Eleazarus*, de cuius pio & præſtāti animo loquens *S. Ambroſius*, ait: *illum factum ceteris magiſterium perſeuerantiæ.* Quippe cum in acerbis corporis cruciatibus, blandis illecebris inuitaretur, diuinam vt legem facto impio violaret, conſtanter inſigni ardore reſtitit, nec venerandam ſuam canitiem fædare vlla ſorde voluit, ſenectus enim portus debet eſſe, non vitæ ſuperioris naufragium.

S. Eleazari perſeuerantia.

S. Ambroſ.

Et laudem hanc è militari ſago collectam non ſemel, tam veteris, quam noſtri temporis annales teſtati ſunt, vt qui fidem ſub armis terreno Impetatori ſanctam ſeruare ſoliti erant, eādem non minus cæleſtem fuerint proſecuti.

Hinc nata magni gentium Apoſtoli vox illa lætitiæ, & gaudij immenſi: *curſum conſummaui:* quam conſummationem in ipſo curſu ſemper in oculis habuit, ſemper appetiuit, vt etiam pij prophetæ omnes docti à Deo, atque in finem intuentes, qui dicunt cum *Habacuc*, *ponet pedes meos quaſi ceruorum*, vbi in græco eſt, *ponet pedes meos in Conſummationem.* In Hebræo vero *in ſecuritatem*, vt intelligamus ceruos illos diuinos, qui beatitudinis fontem ſitiunt, tum fore tantum ſecuros, ſi pedes ſuos tantùm dirigunt in conſummationem; quod rectè innuiſſe Paulus his verbis

2. Tim. 4. 7.

Habacuc 3. 19.

Digitized by Google

2. Tim. 4.7.

verbis viſus eſt, cum diceret: *curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi Corona iuſtitiæ.* Dixerit itaque, teſte Xiphilino, *Veſpaſianus: Imperatorem decet ſtantem mori:* Paulus non tantum ſtans, ſed etiam currens occubuit: non enim currere deſtitit in hoc ſuo agone, donec eum vita deſeruit, itaque curſum ſuum in morte conſummauit.

Veſpaſiani dictum aureum.

§ Pauli perſeuerantia.

40 Mart. Sebaſteni.

Paulũ ſubſecuti ſunt beatiſſimi illi milites de quibus homilia vigeſima magnus *Baſilius*: In perſecutione, inquiens, Licinij Imperatoris, milites quadraginta, cum in fide Chriſti perſeuerare ſtatuiſſent, dãnati ſunt, vt ſub dio nudi, tempore & loco frigidiſſimo totam noctem conſumerent, & eo modo longiſſimo, acerbiſſimoque ſupplicio ex frigore interirent. Aderat autem paratum balneum calidum, vt ſi qui fidem abnegare vellent, in illud ſe reciperent. Ex iis autem triginta nouem, non tam ad pænam congelationis præſentem, & breui finiendam, quam ad ſempiternæ gloriæ coronam mentis oculos intendentes, facilè in fide perſeuerarunt & coronas à ſummo illo athletarum agonotheta feliciſſimè retulerunt. Vnus verò qui totus in præſenti pæna expendenda defixûs erat, inconſtantis animi vitium prodens, in tepefactum balneum deſiliit, ſed continuò defluentibus carnibus ante congelatis, animam exhalauit, itaque mortem fugiens, mortem acerbiorem inuenit, & Crucem breuem ac leuem cum ſempiterna & grauiſſima commutauit.

40 Mart. Iaponiorũ recens & mira hiſtoria.

Non ita pridem ſimile mundo ſpectaculum Iaponia exhibuit, vbi quadraginta pugiles, omnes Chriſtianis ſacris imbuti, odio catholicæ fidei in carceres & vincula dati ſunt, tanta omnes conſtantia, vt nec minis, nec vllis tyranni promiſſis ab officio potuerint dimoueri, quapropter & viui flammis exurendi, acri ſanè ſupplicio, adiudicati ſunt. Obſtupuit Nangaſachũ, tantarumque virtutum viſis ſplendoribus, primæuos Eccleſiæ dies rediiſſe cenſebat. Iam rogus flamma non maiore, quam martyrum corda cæleſti igne, ardebat: & hactenus bene, cũ ecce de quadraginta, duo ſemiuſtulati, vinculis igne conſumptis ad Iudicem accurrẽre, eiurato Chriſto Amidam profiteri, vitam deprecari. O perfidæ mentis inconſtantiam! triſte ceteris atque execrandum ſpectaculum! vſque adeo cœpiſſe bene parum eſt: perſeuerandum eſt. Sed quidnam hic Iudex? impios hos Numinis ac fidei deſertores in flammas repulit, audire loquẽtes noluit, qui mox ibidem conſumpti, ex breui illo, leuique incendio, ad rogum æternum, nunquamque finiendum præcipites dati ſunt: ceteris glorioſa morte conſummatis ad prœmia euolantibus ſempiterna. *Relat. Iap.*

Venio ad alios, quibus par circa eandem perſeuerantiam cultus fuit, ac ſolicitudo, quos inter præcipuè mihi eminere viſus eſt Ægyptius ille *Antonius*, qui, cum domi ſuæ nobilis in primo æ-

§ Antonij conſtantia.

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

tatis flore mundo moriturus in eremum receſſiſſet: nullis exinde prauis ſolicitationibus, dæmonumque moleſtiis, nec paucis ab illo grege plagis multatus, adduci vnquam potuit, vt, vnde venerat, rediret, ſed vſque ad 105. ætatis ſuæ annum, hoc eſt ad mortem, in ea cruce quam adſcenderat, obitam perſtitit, ſuique ſacrificio immortuus feliciter perlitauit. *S. Athanaſius in Vita.*

Talis, & tota Polonia aſſentiente *S. Caſimirus* Iagellonides fuit, cui cum pudicè, caſtèque hunc vitam transfigere propoſitum eſſet, iamque eo Principis valetudo deueniſſet, vt abſque concubitu regium Iuuenem ſanum eſſe non poſſe medicorum natio grauiſſimis verbis affirmaret, quin & parentes, agnatique verbis multis, prolatiſque rationibus id ipſum vrgerent, reſpondiſſe fertur, nunquam ſe de propoſito tuendæ caſtitatis diſceſſurum, nec eam vitam noſſe, quam cum iactura ſemel aſſumptæ caſtitatis, quod vnicum morbo remedium fore dictitabant, debeat prorogare. Quocirca ingraueſcente indies morbo, mortis ſuæ non ignarus ſanctiſſimus & verè regius Adoleſcens mortem oppetere maluit, quam nutantis in propoſito fidei notam incurriſſe, longè aliter ſentiens, quam plerique mortales, corruptiſſimo hoc ſæculo conſueuêre, quos inconſtantis conſilij mutabilitas, ab archetypo Chriſti exemplo, immenſum! quantum faciat deuiare. *Ferrerius in Vita.*

Atque hæc vera illa perſeuerantiæ laus eſt, animum aduerſus hoſtem obfirmare, alioſque ſuo exemplo non parum ſtabilire. Et Nomen hîc quidem eximium promeruit *Antonius* cognomento *Regum*, quem nulla dies ab illa, qua ſub Franciſci Paulani ſignis Deo militare cœpit, vſque ad illam, qua à ſummo Imperatore miſſionem accepit, publica in cænatione proſtrato corpore, veniam, pacemque à domeſticis ſolenni carmine poſtulantem non vidit. Nulla quam ſemel ſibi arctiſſimam ieiunij legem tulerat, non ſeruantem reliquit. Ac ſi in hoc viciſſitudinum regno non ageret, quæ ſemel deſtinauerat, perſeuerantiſſimè peragebat. *Annales ordinis.*

Antonius Regum. Minimus.

Ab eadem ſchola Ioannem Tellerium habemus, hauſtæ à puero in odæo canendi Deo diſciplinæ ad miraculum vſque retinentiſſimũ. Quamquam enim tum magiſtratibus plurimis, tum etiam ſupremo Generalatus honore olim occupatus ſupra octogeſimam ageret ætatem, conſuetas canendi vigilias nunquam omiſit, & quamdiu vita ſuperfuit, à diuinis laudibus nunquam abfuit, quod & ſuis admirationi fuit & omnibus exemplo erit, ne magiſtratus aut ætatis excuſatione vſi, ea ſtudia intermittant, in quibus mori decorum eſt. Vera virtus non niſi ad metam mortis abiungit. *Annales Ord.*

Ioannes Tellerus Minimus.

Nec ſolum viros inter hæc animi conſtantia aut robur ſtetit, & feminas imbuit ac fortes

fecit, in finem perſeuerare doctiſſimas.

B. V. Maria. S. Epiph. de B. V.

Et primas quidem tuliſſe hîc beatiſſimam Virginem Deiparam certum eſt, quam antiquiſſimus Pater *S. Epiphanius* Cruciformem, id eſt, in eadem cum Chriſto cruce conſiſtentem; firmius ſanè, quam in ſua columna Styliten, quia confixam appellat: *fugientibus*, inquit, *Apoſtolis, in faciem filij ſeſe oppoſuit Mater, quæ gladio doloris animæ ſuæ infixo vulnerabatur ſpiritu, & crucifigebatur affectu, & quod in carne Chriſti agebant claui, ac lancea, hoc in eius mente compaſſio naturalis, & affectionis maternæ anguſtia operabatur.*

Planè Mater, inquit *Guarricus* Abbas, *quæ nec mortis terrore filium deſerebat. Quomodo enim morte terreri poterat, cuius caritas fortior, quam mors erat. Stabat iuxta Crucem ſui Ieſu, quamque ille foris, iſta intus patiebatur: quin ea ipſa ſibimet quodammodo in* B *Crucem erecta erat. Ipſa ſibi per affectum maternum, quodammodo Crux erat, in qua iugiter cum filio perſiſtebat. Et adducta ſunt Virgines poſt eam.*

Pſal. 44. 15.

S. Euphraſia.

An non talis Euphraſia fuit? quippe quæ alios, quantumuis nobiles, toros alto animo deſpexit omnes, vnum Chriſti ambitioſa ſuſcepit. Fortè enim in hunc fixum cruci, oculos defixerat; cum, vt amor facile omnia ſibi fingit, quæ arrident, paſſis brachiis amplexum offerri ſibi interpretata, illico in Crucem inuolauit, & amatum complexa etiam ipſa, æternùm illi ſuos amores deuouit; quin mox futurarum nuptiarum flammeum inter ſacras virgines accepit. Interea litteræ adſunt à Theodoſio Imp. quem ſanguine contingebat. Is quod quinquennem C Ordinis ſenatorij principi viro deſponderat, iubebat nunc in eius manus venire Euphraſiam. Sed pulchrè illa ſe iam in alterius manus veniſſe reſcripſit, nec ex re ſua, nec verò ex familiæ dignitate fore, immortali ſponſo mortalem anteferre. Itaque iam liberè amori ſuo vacuus ſub dio cibi, ſuique ſæpius in ſeptimum diem oblita, ab inferno riuali in puteum præceps acta, feruenti aqua perfuſa, aliaque perpeſſa, feliciter in cruce perſeuerauit, donec à ſponſo ad nuptias morte intercedente eſt euocata. *Surius.*

S. Sata.

Quid autem de Sata dixero? quæ in Scythiotico parthenone crucem amplexa, iuxta limpidiſſimi fluminis ripam incolens, ne amæniſſima eius voluptate frueretur, ſibi ipſi omnem eius aſpectum interdixerat. Annis itaque plane 60. quibus vixit, nunquam fluuium vidit, vt illum videre digna fieret, qui lætificat ciuitatem Dei, nihil de ſeuera oculis impoſita lege remiſit in terris, vt accipere mereretur perſeuerantiæ coronam in cælis. *Vitæ ſanctorum Patrum.*

V. Magdal. Vrſina

Notandum verò præcipuè, quod de Magdalena Vrſina ſcriptum reliquit Ioannes à S. Maria in vitæ eius hiſtoria. Affligebatur valde nec ſolatium inueniebat Magdalena, lamentabatur & querebatur ſuper Cruce, quam fere- A bat, Cum ecce apparuit ei Chriſtus Cruci affixus, adhortans eam monenſque, vt ſecum alacriter perſeueraret. Ad quæ illa: bene eſt, inquit, Domine, dolores tui & pœnæ, trium tantummodo horarum ſpatio durarunt, & tu plurimis me has ſufferre ſine intermiſſione iubes. O! ingratam, aiebat Chriſtus, ego à primo conceptionis meæ momento crucem hanc perpeti cæpi, tormenta omnia ac ſingula prælibans, quæ poſtea deductis labris exhauſi. Quibus illa facta inſtructior ac cautior, in Cruce ſua ad finem vſque conſtantiſſimè perſeuerauit: & bene, virtutes namque ante mortem emori probrum eſt.

DOCVMENTVM XXI.

Humani Corporis calua, aliiſque demortuorum oſſibus ob oculos poſitis, prouidenter vitam finire.

Smindyridis bruta vox.

SMindyridem perditiſſimum iuuenem iactare ſolitum aiunt, ſe à viginti annis ſolem, nec orientem, nec occidentem vidiſſe; aſſiduè ſcilicet in lecto, aut in menſa occupatum. Quod huic, id pluribus natum quoque vſuueniſſe, quibus nec ratio, cur in hanc mundi coloniam emiſſi, nec modus, quo egreſſuri ſint, vnquam ob oculos verſari conſueuit, ſed maximum negotium menſa, luſus, otium. Nimirum, ita ſe C morti præparant: ſic æternitati præluditur, quibus eueniat, quod Bruto in epiſtolis verè olim vaticinatus eſt Cicero: *mihi crede*, inquiebat, *opprimemini, niſi prouideritis.* Atque ita incautis omnibus accidere amat, qui futura non prouident. In cunctis quidem rebus neceſſaria eſt prouidentia, in iis tamen maximè, quæ amplius, quam ſemel fieri nequeunt, vbi que pes lapſus fuerit, actum eſt: vnus error, multa trahit errorum millia. Hæc ratio mortis eſt, vnicus in ea error infinitos trahit errores; hîc ſemel erraſſe, æternum eſt periiſſe. Dementes homines! eueniet vobis, quod his, qui contra hoſtilis ferri aciem oculos claudunt, quaſi periculũ, quod non vident, nec ſenſuri ſint vnquã.

In morte non niſi ſemel erratur.

D Præcautum hîc nobis, vt aliàs ſæpè, vitæ dator, mortiſque triumphator voluit Chriſtus, neque ad hoc multa verborum ambage, præceptiſue pluribus vti viſum eſt, ſed breuiter, perſpicuo ſui dato exemplo, iſtuc, digitum intendere, quo ſuos deſiderabat ſequi. Gnarus itaque quantum ſalutis horum intererat non improuiſam mortem oppetere, ibi appendi voluit, vbi frequens mortuorum oſſuaria, ibi crucifigi, vbi depiles caluæ multæ: ibi denique mori, vbi plurimo Libitinæ apparatu cadauera iacebant ſicariorum: vnde factum; eos, qui Dominum in Golgothæo capitolio depingunt, aut ſculpunt, Cranium, aliaque demortuorum homi-

Chriſtus prauidendã mortem docuit exẽplo.

Cur ad pedẽ Crucifixi calua pingatur.

Digitized by Google

Ioan. Molanus l. 4. c. 12. de SS. Imag.

hominum oſſa ad pedem Crucis ſolitos expreſſiſſe; imo, vt in quibuſdam locis fieri amat, teſte Ioanne Molano lib. 4. cap. 12. de hiſtotia SS. Imag. & picturarum; non Caluam tantum, ſed cadauer integrum hominis ſub Cruce procumbentis: de quo grauiſſimi Patres Epiphanius, Origenes, Athanaſius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Cyprianus, Hieronymus, Albertus, ceterique neoterici quid ſenſerint, cuius id cadauer, aut cranium eſſe opinati ſint; vnde locò nomen Caluariæ adhæſerit; non eſt hic mentis meæ recoquere, cum id lib. 4. cap. 3. fusè ſatis, & accuratè, vt arbitror, explanarim: quòd autem in præſentiarum dixerim, id eſt; fecisse hoc Chriſtum non ſui cauſſa, vtpote, qui eiuſcemodi ſpectaculo non indigebat, ſed noſtri omnium bono, quibus prodeſſe ſatagens, vel ſic docere voluit, mortem, priuſquam nos eam oppetamus præ oculis habendam ſæpius, & aſſiduè meditandam.

———ſcilicet omnibus vna
Exſpectanda dies lethi———

Sed terrorem, dices, incutit res hæc. maleſica cogitatio eſt, ſollicitudinum, atque angorum pleniſſima, quæ pauidum hominem diſperdat.

Audi liberè, quiſquis hoc cogitas & errorem pone: nil æquè terret, quam inopinata moriendi neceſſitas: ſi præuideris, periculum euaſiſti. Aſpice, quemadmodum qui alieno imperio parent, ſubitò iuſſi longum iter inſtituere, ſolliciti, ac triſtes, colligendis raptim ſarcinulis incumbant, vide quàm queruli, & indignanter abeant, quod non maturius moniti: dùm verò iam abeunt quam ſæpe in tergum ſe vertant, & nunc huius, nunc illius obliti murmurent, & queтantur.

Atqui nulla via longior eſt, quam hinc in vitam alteram tranſire: nulla durior, nulla obſcurior, & latronibus infeſtior: quæ vt cuncta ceſſarent, certè irremeabilis via eſt: tantò ergo attentius prouidẽdum eſt, ne cuiuſquam nos rei obliuio inuadat, quoniam hinc digreſſis reuerti non licet. Vnum proinde hic remedium, eam horam præ oculis habere perpetuò, eorũ, qui præiuerunt veſtigia aſſidua cogitatione metiri.

Coſmi Medicæi prudens reſponſio.

Dixerit olim magnus ille Dux Hetruriæ Coſmus Medicæus, cum morti vicinus à prædilecta coniuge interrogaretur, cur ita clauderet oculos, etiam clara luce iam vigili? cuperem inquiens, eos aſſuefacere, vt diutius claudi non moleſtè ferant? Nouus homo Caluam, oſſaque cetera morticina ante obitum ſuum oculis verſare non abnuat, iiſque contuendis inſiſtat, vt cum iſtuc veniendum fuerit, non trepidet, nec formidet.

Cur mors timori ſit

Sed demus infirmitati pauxillum, ita tamen, vt eidem pariter ſuccurramus: Mors horrori ſit; quare? non quia mala, ſed quia promiſcuè hominibus non eſt nota. Notitiam cum ea inA camus, & omnem abſterſerimus trepidationem. Et quomodo id fiet? ſi Caluam, ceteramque Libitinæ œconomiam antè ſæpius fuerimus contemplati.

Medicina ex cranio humano.

Aiunt Cranium in furno areſactum, & piſtillo in farinam probè contuſum, admixto oleo gangrænæ, ceteriſque carcinomatis feliciſſimè mederi.

Ego autem certiùs pronuntio: Caluas, ac mortuorum oſſa, ſeria contemplatione velut commolita, & vnguenti vice cordi pauido applicata omnem animi languorem detergere, & nouo mentem præſidio roborare.

Ægyptij mortuorum oſſa circumferunt, quæ mortis memoriam fouent.

Auctor eſt Nicolaus Chriſtophorus Radziuilus è prima nobilitate Polonica Princeps in B Hodæporico ſuo *Ægyptios*, qui prudentia & ætate cæteris dicuntur anteſtare, oblonga mortuorum oſſa, ebore, ac ligno efficta, aut etiam vera hodieque circumgeſtare, eadem ſibi mutuò commonſtrare, & ad meditandum ſuum cuique obitum præmonere: quod cum veteri more congruere viſum eſt, quo menſis etiam mortis memoriam inferre, ac claudere conuiuia ſua ſolebant, hoc acroamate: *memento mori*, vnde fiebat, vt cum ea ingrueret, nequaquam expalleſcerent.

Abaſſinorũ Prete-Ianes *mortis memoriam fouet.*

Cui affine eſt, quod de Abaſſynorum *Prete-ianne* tradit Nicolaus Godignus, ſolitum hunc, dum in monopodio aureo cibum ſumit ante oculos habere vas vitreum cinere plenum, cuius C aſpectus diem illi ſupremum obiiciat, mortique habeat præparatum.

Numa Pompilius *mortem meditatur.*

Nec rei huius vtilitatem, aut fructum inter Romanos Reges ignoraſſe potuit Numa Pompilius, qui in cubiculo ſuo Speculum habuiſſe ſcribitur caluis defunctorum incinctum, quas inter elogium hoc legebatur: *Speculum hoc non fallit*. Pulchrum ſanè ſpeculum, & vnum longè veriſſimum, fallunt cetera omnia, hoc verò nequaquam.

Oſſa humana pro nummis.

Scribit Abrahamus Ortelius in Theatro Orbis, nonnullis populis in more poſitum fuiſſe, vt mortuorum oſſibus pro nummis vterentur, vario diuerſis pro mole ac forma indito pretio, ad neceſſaria quæuis coëmenda: & illis quiD dem non auro, argento, aut ære expreſſis, ſed veris ac genuinis humanorum corporum lipſanis. Si hoc in tenebris hallucinari ſit, neſcio quid vel in meridionali ſole acutum cernere dicendum ſit.

Confundent hi certè Chriſtianum populũ, qui eodem quo illi naturæ lumine colluſtratus, & maiore inſuper, quod ei præſtantiſſimo ſuo exemplo Chriſtus afflauit, dum montem Caluariæ in quo vitam finiret elegit, & tamen, neſcio quo turbine præpeditus, nil minus ſubinde agere inuenitur quam quod ille oſtendit, veluti non inter Caluarias, ſed roſas Chriſtus, qui nobis datus eſt via, veritas, & vita, olim exſpiraſſet.

Mortis memoriam fouent.

Quiſquis igitur talis es, dum aures huic veritati arrigis, oculos viæ quam monſtrat capeſſendæ aperi, vt vitam habeas & abundantius habeas. Ita ſibi ad ſalutem, nobis in exemplum fecere

Innocentius PP. IX.

Innocentius PP. IX prudentia rerum gerendarum & vitæ ſanctimonia clarus: erat dū Claudius Aquauiua V. Societatis Iesv Præpoſitus Generalis cum illo familiarius colloqueretur, atque ab eodem ad interius conclaue deductus, ſibi à Pontifice oſtenſum videret abacum præſtantiſſimum, clauſum ſeris plurimis, dixiſſet theſaurum latere maximum: & ecce reſeratis ab eodem valuulis, apparuit ſtatua Papæ geniculantis ante ſarcophagum cogitanti ſimilis: mox Pontifex: ſcis Pater, me debere ſæpius reſoluere res maximas, ne itaque ſiniſterior quiſpiam affectus tranſuerſum me rapiat, mihi ſtatum illum præſentem facio, mortis ſcilicet, dicoque, fac nunc, quod volueris feciſſe, cum in tali capſa fueris incluſus.

Alexand. Card. Oliua.

Papam ſequitur Cardinalis, eritq; is Alexander Oliua ex Generali Ordinis Eremitarum S. Auguſtini aſſumptus, hic quotidie ſepulchrum ſuum adibat, in quo ſui ipſius imaginem, quæ iacentem & mortuum Cardinalem referebat iuſſerat collocari, ingeminans ſibi identidem, Alexand. quid poſt hæc? quibus verbis ad horas integras ſecum ipſe agere ſolebat, faciens iudicium primum de ſeipſo, vt euaderet ſecundum, quod feliciſſimè viſus eſt fuiſſe conſecutus, nam dum ei mors inſtans nuntiaretur, quid ego timeam dixit, qui ad Agni nuptias cōtendo. *Ioan. Campanus in Vita.*

Cæſar. Card. Baronius.

Huic & alterum iungo comitem Cæſarem Card. Baronium, qui Caluariam in annulo ſculptam gerebat, ſat gnarus, ea, quæ diu rata eſſe volumus, fugaciſſimæ vitæ memoria conſignanda eſſe.

Maximilian. I. Imp.

Sed quid de religioſiſſimis Imperatoribus Maximiliano I, & Carolo V dicemus? quorum vterque capulum ſibi funebrem conſtrui iuſſit, cum omni mortuali ſupellectile, deuehendum ſecum, quocunque contingeret proficiſci, vbi ſingulis noctibus in proprium cubiculum deportari eum curabāt.

Carolus V. Imp.

Arbitrabantur quidam ex eis, qui circa illos verſabantur theſaurum illic aſſeruari, ſed norant Cæſares, & ſoli, quid eſſet, eoque ſe ad mortem Chriſtiano ritu obeundam diſponebant.

Quod ſi tales, tantique principes facere non erubuerint, quid mirum inferiores non ſegniter idem fuiſſe æmulatos?

Clarauallenſes Monachi.

In Clara-Valle ferunt ſemper ſepulchrum apertum conſiſtere primo morituro, & alterum ſemi-apertum, quod vtrumque omnes quotidie ſolent viſitare. Guiliel. Pepinus de Lazaro.

Carmelitæ Excalceati.

Carmelitis autem, quos S. Thæreſiæ induſtria in antiquum ſplendorem dedit, veterique reſtituit dignitati, in extrema menſa collocare A Caluariam mos eſt. Horrida quidem viſu res, ſed quæ mortis memoriam, nec tum quidem, dum corpus reficiunt, ex eorum mente patitur exulare.

Familiæ nobiles mortis memoriam in gentilitia parma fouent.

Quin & eiuſmodi ſub ſæculari pallio, ſagoque militari latere poſſe Sapientiam, ſequentia docent:

Ita in Miſnia familia nobilis, dicta de Leichnam in teſſerario Scuto circumfert ſandapilam, & in ea expoſitum cadauer, ſupra galeam vero, ligonem.

In Inſubria vero gens illuſtris eſt Gattinara, cuius parmam gentilitiam conſtituunt decuſſata duo mortui hominis oſſa, cum lilijs quatuor. Ita Alph. Ciacconius.

B Apud Anglos ſtirps pernobilis Baineſiorum eſt, cuius ſcutaria teſſera duo habet oſſa hominis demortui argentea, quæ Crucem referunt in clypeo pullato, de quibus videndus Ioan. Guilielmus in hiſtoria.

Ioan. Bapt. Vitellius Caluam præ oculis ponit.

Et ſimpliciori quidem paratu non inferiores in Chriſtiana Philoſophia progreſſus habuit Ioannes Baptiſta Vitellius, nam textrinæ ab adoleſcentia addictus, Caluam hominis nigro monocromate expreſſam, atque è tigillo ſuſpenſam ante oculos habuit, vt laborioſiſſimo operi aſſidens, animum Philoſophice exerceret; eoſque inde ſpiritus hauſit, qui ſanctitati olim ſufficerent obtinendæ.

O viros verè nobiles, nec minus Chriſtianos! quibus hoc facto perſpectum fuiſſe arbitreris, C in quo præclara atque integra nobilitas conſiſtere dicenda ſit.

Birgittinæ Moniales mortis memores aſſiduè.

Sed nec feminas hinc excludendas velim, quas Deus ipſe voluit huius ſapientiæ fieri cōſortes: Ita namque in Regula Saluatoris reuelata S. Birgittæ legere eſt cap. 27: Foſſa quædam in monaſterio habeatur inſtar ſepulchri, quotidie aperta ad quam in dies ſingulos egrediantur ſorores: & ferettum ante ingreſſum Eccleſiæ, vbi ab ingredientibus ſemper videri poſſit, vt vel ſic memoriam mortis in mente habere non prætermittant.

S. Franciſca Romana de Calua bibit.

De S. vero Franciſca Romana ſcribit vitæ auctor, eam ſibi vaſculum, vnde biberet, feciſſe de Cranio, ſiue Caluaria hominis mortui, quod D continuo adhibebat.

Margarita Auſtriaca Regina Hiſp. ſepulchra Regum viſitat.

Quid autem de Margarita Auſtriaca Philippi III. Hiſpaniarum Regis prudentiſſima cōiuge dixerimus? cuius florentiſſimam longè fortunam hæc pluſquam regia meditatio exercere ſolita erat, dum Regum potentiſſimorum ſepulchra inuiſere, ac ſubire ipſa non formidabat, hoc ſatis, ſuperque facto proteſtata, nec mortem ſibi timori, nec horrori eſſe poſſe, quam toties, tātaque animi ſui lubentia in centro ſuo viſitaret, vt regia illa in ſchola, magno vitæ ſuæ emolumento, diſceret mori, eiuſque memoriam, cuius plerique omnes obliuioſiſſimi ſumus nunquam ſibi pateretur excidiſſe.

Et

Digitized by Google

Et rectè id quidem, atque æternis rationibus in primis conſentiens, iuxta prudentiſsimam docti noſtri Bomplani ſententiam hoc elogio expreſſam:

A Morte diſcimus artem vitæ.
Mortis imago, imago eſt vitæ.
Mortis lineamenta
Sunt vitæ documenta.
Intuere
Quid nuditas capitis indicat,
Niſi nudam ſcelere mentem?
Caput vitæ mens eſt.
Quid aridus explicat vultus,
Niſi vacuum cupiditate cor?
Vultus vitæ cor.
Quid oſſa ſtantia portendunt,
Niſi morum conſtantiam?
Conſtat vita moribus,
Vti corpus oſſibus.
Quid Horologium monet,
Niſi æternitatem?
Menſura vitæ æternitas.
Quid falx in manibus, niſi Iuſtitia,
Quæ bene acta metit, malè acta cadit?
Ergo diſce mortalis viuere
Dum diſcis mori.
Non vitam abſoluit mors;
Sed delineat.

DOCVMENTVM XXII.

Derelictum à ſuis, deſertumque vita exire.

INter omnia humanæ infirmitatis ſolatia, quibus illi diuina benignitas ſuccurrere dignata eſt, non infimum illud aut minimum eſt, quod à fidelibus amicis ſolet moribundis impendi, vſque adeò, vt ore Sapientis Eccli 38.24. voluerit id vnicuique grauiſſime commendatum: *conſolare illum in exitu ſpiritus ſui.* q.d. morte propinquo tuo imminente, accede illum, & conſolare in exitu ſpiritus ſui, profer in medium illa verborum fomenta, quibus proficiſcentis ad alteram vitam triſtitia leniatur, ſpes confirmetur, horror mortis minuatur, qualia ſunt, ineuitabilis fati neceſſitas, à periculis cunctis exemptio, ac libertas, beatitudo omnibus legitimè certantibus promiſſa, vt de aliis taceam, quibus corpori, eiuſque neceſſitatibus ſuccurritur ac ſubuenitur; quæ tanti hominum ſaluator Chriſtus Ieſus feciſſe viſus eſt, vt ea ſibi præſtita reputaturum dixerit non ſemel, quæ hac in parte à nobis facta proximo inuenientur: *Amen dico vobis quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Contra vero: quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Matth. 25.

Eccl. 38. 24.

Matth. 25. 40.

Nouerat ſiquidem pius Dominus quale laborantibus ſubſidium, & quanta ab ærumnis A plurimis hinc naſcatur exemptio, vnde ſæpenumerò fiat, vt qui mortem ante horruerant, eam nunc minimè formident, nec grauem æſtiment, quam amicorum dulce ſolatium, præſenſque obſequium leuem reddunt, dum adeſſe conſpiciunt, qui micantis arteriæ motum explorent, dolorem leniant, animos addant, ac denique media in morte natantes oculos claudant, exeuntem animam legitima ope, auxilioque comitentur. Quibus omnibus certè deſtitui, atque à ſuis hoc tempore deſeri, neſcio an vlli, quantumuis immenſo ærumnarum barathro comparandum ſit, quod tamen ſi patienter quis generoſeque ſuſtulerit non ego illum maximis viris comparem, ſed Chriſto non abſimilem iudicê, B quem in ceteris multis, quæ dura latu, perpeſſuque aſperrima tolerauit non pauca & hanc voluit noſtri cauſſa ſuſtuliſſe deſertionem, vt ſi quando fors, caſuſue aliquis, noſtrorum quempiam in eiuſmodi ærumnas præcipitatit, à quo exemplum peteret haberet.

Hora iam venerat, & infernalium poteſtas tenebrarum inualeſcere cœperat ſuper terram; cum Iuſti ſanguinem prægustabat mercator peſſimus & fidem emptoribus oſculo faciebat. Accurrunt illi confeſtim, atque vt ſiti fuerant hactenus nocendi Domino incenſi, auidiſſimè in eum inuolant, & innocenti vincula iniiciunt, clamore, vi, manu vrgent, rapiunt, proculcant; cum illicò puſillum diſcipulorum gregem afflaC uit metus ac perdidit, qui omnes eo relicto fugerunt, quemque vel ſequi maximè oportebat, eiuratum hic perfidè Dominum abdicauit.

Derelictus à ſuis turpiter Chriſtus.

Erant autem & mulieres multæ Hieroſolymis quæ ſecutæ eum fuerant à Galilea, ſed & hę cum duceretur ſecutæ quidem ſunt foras, ſed à longe ſtetiſſe narrantur, mater vero ac conſobrinus, qui antè ſindone tectus ſuper nudo, nè teneretur, reiecta ſindone nudus profugerat ab eo, iam reuerſus, propius acceſſere, ſed tum hoſtium atrocitate prohibiti, tum verò dolore maximo præpediti nullum afflicto ſolatium addere valebant.

Cæleſtis pater qui ſolus iuuiſſe filium hoc tẽporis articulo poterat, & ipſe vniuerſum filio D ſolatium ſubtrahens, carnem eius acerbiſſimis excoqui doloribus permittebat, quod tanto eum ſenſu afflixit, vt qui hactenus tam incredibili patientia, tantaque animi æquitate tulerat omnia, non queſtus de Iudæis qui accuſauerant, non de Pilato qui ſententiam tulerat, non de ſatellitibus qui cruci affixerant, de vna hac derelictione querimoniam, ne eam nos neſciremus, voluerit explicare. *Deus meus*, inquiens, *Deus meus, vt quid dereliquiſti me.*

Matth. 27. 46.

Verum, ô Domine mi, quando te, & à Patre deſertum audio, nunquid & ab aliis omnibus derelictus fuiſti? nunquid non Dyſmas ſolatio fuit? tantum id abeſſe, reſpondentem audio, à vero crede, vt dum ego ipſum conſolor, is è con-

Digitized by Google

contrario me afflixerit non parum, vel eo quod in his pænis me Regis titulo compellârit. Quid enim? anne facies regis eſt, quæ ſputis fœdata? nunquid thronus regius, Crux eſt? Rex ego, qui tot ludibriis, ac conuiciis proſcindor? quare in tanta infamia cum mihi maieſtatem meam latro ingerat, atque in memoriam reducat, magis indubie quam ſoletur affligit.

Sed fortaſſe fructus ingens, qui è tua paſſione redundabit te conſolatus eſt? Verum quidem iſtud eſt, inquit, vno me hoc ex capite non paruum potuiſſe ſolatium colligere, niſi tanto me affeciſſet acerbius, quod viderem, omnium, quos patiebar, cruciatuum minimo redimi mūdos potuiſſe infinitos, & tamen hac mea paſſione vniuerſa, omnique ſanguine, quem tanta liberalitate profundebā pauciſſimos fore ſaluandos. Moriebar quidem pro omnibus, & paucos ſibi merita mea applicaturos ſciebam.

Nulla igitur ei ſpes ſolatij reliqua erat, nullum ſuper præſidium: deſertus ab omnibus, derelictus à ſuis, etiam cariſſimis, quos tantopere dilexerat, diſcipulis, mortem oppetiit, ita qui venerat in ſalutem, veniſſe quoque voluerit in exemplum, vt cum nos deſeri ab aliis contigerit in morte, ante meminerimus Chriſtum deſertū fuiſſe à ſuis.

S. Bernard. Notârat id mirabundus *S. Bernard.* cum diceret: *Habemus Chriſtum à patre naſcentem, in patre cubantem, cum patre ſedentem, pro patre ſtantem, ſub patre pendentem, ſine patre quodammodo morientem.* Magnum myſterium! grauiſſimum Exemplum à quo fonte philoſophos fuiſſe, ſed ſacros ac Chriſtianos, omnes illos perſpicuum eſt, quos hac in parte ſe viros præſtitiſſe inuenimus, ratā acceptamque habentes priuationem voluptatis omnis ac ſenſus animo blandientis, quem in morte ſentire quis poſſit, ad culpam præſtandam, eluendamque noxam qua Deum aliquando potuerint offendiſſe.

S. Ignatius Loyola. Et huiuſmodi quidem nonnullos referam, atque inter illos primum, *S. Ignatium de Loyola* Societatis Ieſu è nobili milite nobiliſſimum cōditorem. Tempus aduenerat, quo non latebat vigilem ſeruum Domini appropinquantis aduentus, quare cum biduo ante diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum accepiſſet, inclinato in veſperam die, accerſit Ioannem Polaucum, nihilque tale ſuſpicantem, placido animo, vultuque tranquillo iubet continuo adire Pontificē, commendare ei ſuo nomine Societatem, ſibique benedictionem poſtulare.

Polaucus nihil agnoſcens in ægro niſi veterem laſſitudinem, vnde vexari potius, quam periclitari conſueuerat, ne præfeſtinaſſe videretur, eius bona cum venia in diem ſequentem officium differt. Fratres etiam quotidianæ vitæ adminiſtri, cum periculum nouum non cernerent, nec diligentiam intendendam, nec addendas excubias putauerunt. Interim optimus Pater ſolus relictus, lætus haud dubiè, quod nemini eſſet incommodo, ſuique filij, ſe animam agente, ſecuri quieſcerent, totam eam noctem cum Deo Domino procreatore ac redemptore ſuo, ad quem toto cordis impetu feſtinabat, dulciſſimè agens, conſumpſit: ideoque intentius, quod & ſupremum id tempus ſibi conceſſum norat, ac liberum prorſus ab interpellatoribus, omnique ſtrepitu, præter opinionem erat ſortitus.

Tenebris igitur & ſolitudine noctis in iucundiſſimo Dei, Beatorumque congreſſu, ſic vt voces identidem, à proximè cubantibus exaudirentur, pro arbitrio vſus, vita paulatim deficiente ad lucem peruenit. Tunc ingreſſi ſocij exploratum quemadmodum haberet, vbi leuiter, ac pede ſuſpenſo acceſſere ad lectulum, en tibi acerbum ſpectaculum, inueniunt ſanctum Patrem, iam animam, quam quietiſsimè exhalantem. Virum verè humilem, qui cum obitum ſuum præſciret, neque filios accerſere, neque monere voluit, vt illi ſpes omnes ſuas in Deo conſtitutas haberent, ab illo penderent, ipſum nihil fuiſſe, nihil eſſe arbitrarentur. *Orlandin. hiſt. l. 16. Ribad. in Vita.*

S. Franc. Xauerius. Sancto Patri pene parem ſubiungo filium, magiſtro diſcipulum Ignatio Franciſcum Xauerium, virum cuius animo alter etiam orbis anguſtus fuit, qui Apoſtoli per nouum orbem, non tam nomen, quam vitam tulit, ad id muneris ab ipſo numine delectus, dumque ampliſſimum Sinarum regnum laborat ingredi, in ipſo portus eius conſpectu ad cælum animam appulit. Peruenerat in Inſulam Sanchoan appellatam, triginta circiter leucis à China diſtantem, explorans diligentiſſimè, qua tandem via Chinenſi regno Euangelij lumen inferret, omnes aditus clauſi aduenis ſeruabantur, edicta ferebantur ſeueriſſima, addebant Luſitani non ita pridem alios, qui parem introitum tentaſſent, dira hanc temeritatem morte luiſſe.

Verum Xauerius ad terrores hos omnes impauidus cum Chinenſi mercatore paciſcitur, vti ſe clam Cantonem, primam ſcilicet in continenti oppidum deuehat, ac triduo apud ſe receptum, tandem noctis ſilentio quam occultiſſimè in littus exponat. Sed homo impius & infidelis deſerto Franciſco, interim dum ille ad aram facit, clanculum ſoluens in Indiam abiit. Quid agat Xauerius? laboribus, inedia, atque inſuper vix conſolabili hac triſtitia exeſus, morbo tentari cœpit, quare in tugurio ventis ac frigoribus peruio, quod in cliuo deſerti collis ſubito excitatum erat, omni humano deſtitutus ſolatio, & rerum valetudini reſtaurandarum ſubſidio inops, quod vti ſæpe optauerat, in ſumma rerum inopia exſpirare daretur, defixis in cælum oculis læta fronte ac vultu Chriſtum ducem intuēs exſpirauit. *Horatius Turſellinus in Vita.*

Quid ni & veteres his addam, & inter hos nobi-

S. Alexius. nobiliſſimum Alexium, ſed virtute longè clariſſimum, qui ipſa nuptiarum nocte elapſus Edeſſam aufugit, ibique inter mendicabula tamdiu latuit, dum ab effigie Deiparæ proditus Romam rediit, in patria domo inops, deſertuſque moriturus, vbi cum è tanta hæreditate vix vltimum angulum impetraſſet, ac ſeptemdecim ipſos annos ſeruilia multa à ſeruis patiens, iam pugnis contuſus, iam ſordibus perfuſus tranſegiſſet, mors tandem ſpatium reduxit. Mortuum domeſtici ignorabant, & vox humanâ maior, Romanum Pontificem, & Imperatorem ad demortuum exciuit. Ita qui deſeri in morte ſuſtinet, à morte, ab omnibus celebratur. *Metaphraſtes.*

S. Ioan. Calybita. Et Alexio quidem nec vitæ ratione, nec mortis genere Ioannes abſimilis fuit, quem græci Calybitam à tugurio, quod illi καλυβὴν vocant, appellare conſueuerunt. Hic ille eſt qui ſub mendici ſpecie ad parentes ignotus diuertit, tanteque filius familiæ, vix malè ſartam, tectamque in veſtibulo ædium ſuarum caſulam impetrauit, in qua cum tres ille annos latuiſſet, ad ſuperûm palatia inuitatus acceriri fecit familiæ præfectum; rogans eum vt Dominam vel tantillo tempore ad ſe dignetur accerſere. Abiit ille & nuntiauit Dominæ ſuæ, quod à Ioanne acceperat, ſed abnuit illa ad eum accedere, quem nec aſpicere ſe poſſe affirmabat. Inſtitit Ioannes, & ante mortem, quam imminentê è proximo exſpectabat, rogat, ni ſerò pænituiſſe velit, accedat. Præcepit tandem pueris ſuis pauperem illum ad ſe adferrent. Conrectus igitur, adeo vt vix agnoſci poſſet ad Dominam latus eſt, tum ille: Merces tua, inquit Domina, completa eſt: penſabit Deus quod minimo feciſti, mox præſentem iureiurando adigit, velit, iubeat in pannuceis ſuis ſe tumulari, dein ſanctum Euangelij librum, quem puer ab ea dono acceperat, in manus tradit, atque ita oculos illi aperit, & ipſe ſuos claudit. *Ferrarius in Catalogo.*

B. Iuniperus. Quin & inter hos paginam faciat *B. Iuniperus* beato Franciſco dilectus diſcipulus, quod vel inde colligas, quod vir ſanctus talibus Iuniperis ſyluam plenam ſolitus fuerit exoptare. Hic itaque die quadam cum fratribus colloquens, dum inter ſe de morte confabulantur, quid ſuper hac re ſentiret ipſe, non obſcurè monſtrauit: dicebat eorum aliquis: frequenter à Domino flagito, vt hanc mihi gratiam præſtare dignetur, ne extra clauſtra moriar, ſed Chriſtiano ritu ſepeliar cum fratribus, qui morienti, conſilio & precibus aſſiſtant. Cum ſtatim ſubiunxit Iuniperus: ego cuperem, vt multi eſſent fratres, qui prò me orarent, attamen ita deſpicabiliter mori vellem, vt non eſſet qui mortuo pateretur; immo ita fætere mallem, quod nullus propè accedere auderet, nec funus pararet, ſed tamquam rem abominabilem & immundã in ſterquilinium proiicerent, volucribus cæli eſcam futurum; neque enim in vita, ſed neque poſt mortem homini vili & indigno honorem vllum vellem attribui. Maiora pertulit pro nobis peccatoribus Chriſtus innocens, & impollutus opprobria, quam facilè à nobis explicari poſſint: neque tamen quidquam adeò cogitamus, quam ſemper, & vbique in vita & poſt mortem honorari. *Ita VVadingus ad Annum* 1258.*n.*13.

Franciſcus de Sales. Quid vero de præclaro illo Caluarij montis incola Franciſco Saleſio, magno Gebennenſium Antiſtite dixerimus? nunquid & ipſe locum hic ſibi pro meritis vindicet? cuius hæc, vtique non poſtrema, in votis ſpes erat, longa poſſe ægritudine confici, vt vel ſic amici ac familiares viſendi ſtudio, famuli miniſtrandi nauſea affecti, gauderent hominem mori. *hiſt. vitæ.*

Solitarius Senex ab hominibus deſertus ab Angelis viſitur. Addo ſolarium, & ſic deſertos minimè derelinqui oſtendo. Senex ſolitarius ægrotabat, nec habebat qui ſolatium aut miniſterium ægro côferret, obliuiſcebantur eius, quibus curæ eſſe debuerat omnes, iamque trigeſimum diem morbus tenebat, nemine veniente ad eum, cum miſit Dominus Angelum ſuum, qui ſolaretur & miniſtraret ei, tandem poſt dies ſeptem recordati illius Patres, venerunt ad eum, foreſque pulſantes audiere clamantem, abſcedite hinc fratres, qui hoc verbo attoniti, leuato è cardine oſtio ingreſſi, interrogarunt, qui ſecum ageretur, dixit autem illis, triginta dies habui, laborans infirmitate, & nemo me viſit, & ecce iam dies ſeptem ſunt, ex quo Dominus Angelum miſit, vt miniſtraret mihi, qui cum veniſſetis receſſit à me, & hæc dicens dormiuit in pace. *Vitæ Patrum libr.* 5. *de patientia ſeu fortitud.* §.44.

Robuſta ſane virtus, ſed quæ fragiles Virginum ac matronarum mentes nequaquam faſtidit, vbique caſtra metatur ac ſedem collocat, vbi bene ſibi velle hominem cognoſcit.

V. Columba Trocaſani deſerta ab hominibus à B V. M. viſitur. Fuit Mediolani circa annum Domini 1512. Virgo quædam Columba nomine, cognomento verò Trocaſani, magna ſanctitatis gloria illuſtris, quam adoleſcentem adhuc, priuſquam in ſacrum Prædicatorum ordinem adſciſceretur, inuaſerat, quæ tum mirum in modum graſſabatur, quæque matrem germanos duos, adeoque domeſticos omnes ſuſtulerat peſtilens lues. Quo factum vt publici ſanitatis curatores eius ædes pro gentis more obſerarent. Sola Columba in eis relicta, ſuorum mortem lugens, ſua ipſius calamitate afflicta, & hominum ope deſtituta, mortem, quæ vna reſtare videbatur, exſpectabat: nec interim abfuere inſidiæ à malo genio ſtructæ: nam medicus, qui vnus ad ægram ſubinde penetrabat, formæ eius præſtantia captus, ſolicitare illam, vt pretium ſanitatis ſibi cedat flos delibatus pudoris. Si renuat, certo morituram. Illa vero reputans ſe & æternitatem decreti ſui, conſtans & medicum & vitam ſpreuit, vt florem, quem Deo deſtinarat, ſeruaret

Digitized by Google

ſeruaret illæſum. Ergo deſerta ab homine, ſponſi exemplo edocta ad mortem properabat; cum ſupra omnem ſpem, præſentiſſimum ſubſidium tulit Beatiſſ. Virg. Maria. Quæ nimirum, nec mortalium quempiam occulta aliqua, vti ſæpenumero factum, ratione induxit, vt Columbam iuuaret, nec Angelum miſit, qui ſolaretur: ſed ipſa met duabus ſacris virginibus comitibus præſto fuit, languenti opitulata eſt, mox cœleſti quodam vnguento moribundam peruxit, omnemque dein morbi vim depulit, ac priſtinam valetudinem inſtaurauit. *Epiſcopus Monopolitanus 4. parte l. 1. c. 29.*

Maria d'Acarie. Alia è recentiore memoria Maria fuit Aurillotia, nupta aliquando Clariſſimo viro D. d'Acarie, Regi Galliæ à conſilijs, deinde vero reſtaurati Ordinis Carmelitarum Monialis excalceata, quæ anno huius ſæculi 1618 Pontæſiæ magna virtutis opinione deceſſit. Fortè Parthenonis antiſtita in eum ſermonem venerat, quo de certo mortis genere præcipiendo diſceptabatur, cum ſtatim pro ea, qua plurimum excellebat, animi ſui demiſſione, nihil ſe in morte ſingulare aut petere aut deſiderare velle affirmauit, ſi quid tamen ſperari poſſit, optare ſe eo modo ex hac vita decedere, quo B. P. Franciſcus Xauerius ſcribitur deceſſiſſe, videlicet deſertus ab omnibus, ac cunctis rebus deſtitutus, quæ vel ſolatio vel ſubſidio morienti eſſe poſſent. Vtinam, inquiebat, magno huic orientis Apoſtolo, qui ducis ſui ac Domini veſtigia propius eſt imitatus, vel in morte queam aſſimilari! ad vltimas deuenerat terrarum oras, certus progredi donec eum vel terra ipſa, vel vita deficeret, ſed hæc prior deficere viſa eſt, in deſerto peregrini maris littore, in quod ægrotum epibatæ expoſuerant, rerum omnium egenus iacebat, nullus qui dolori medicinam faceret, qui animo ſolatium adderet, inueniebatur, ſolo numinis auxilio fretus, ſola eius ope ſuſtentabatur, hoc ego mortis genus omnibus prætulerim, pluris omnibus æſtimârim.

Antiſtita hæc audiens, ſtupere vehementer, nec ſatis intelligere quomodo ea potiſſimum hora, qua vel maximè iuuandus eſt homo, humano quis ſolatio, auxilioque deſtitui velit.

Sed alio colluſtrabatur lumine Maria, quo clarè ac dilucidè perſpiciebat, quantum in pura illa ſufferentia bonum conſiſteret, vnde fiebat, vt ſine vlla relaxatione, quæ ex humano ſubſidio oriri ſolet, pati, idque non corpore ſolum deſerto, ſed & ſpiritu, vehementiſſimè deſideraret, illis etiam in rebus, quibus bonæ ſubinde animæ quam maximè ſibi cupiunt eſſe conſultum.

Nec minus, quam deſiderauerat, conſecuta fuit, nam eodem illo tempore ſupra mala plurima, quibus valetudo eius tentabatur, magna quadam ariditate mentis ac ſpiritus affligi cœpit, qua præcipuè ab actuali vnione cum Deo ſe præpediri ſentiebat. Solent plurimi, etiam in virtutum palæſtra exercitatiſſimi, hoc rei euentu non paruum turbari, non tamen Maria, quæ tanta animi ſui libertate, atque indifferente habitu hæc omnia ſufferebat, vt à laude Dei non ceſſaret vnquam, *benedicens Dominum omni tempore* cum propheta, ac præludens illi, quam tantopere flagitabat Chriſti exemplo, eiuſque ſerui Xauerij, ſupremo vitæ tempore, omnium deſtitutionem. *Pſal. 33. 2.*

V. Aleydis Ciſtercienſis. Fuit & in hac diſciplina non male quondam verſata B. virgo Aleydis ex Ciſtercienſium familia ſanctimonialis, quam vbi triſtiſſima quædam elephantiaſis inuaſiſſet, neceſſe fuit à ceterarum conuictu ac ſocietate ſeparare, ſequeſtrata igitur atque in angulum quendam cœnobij migrare iuſſa, vbi ſola deinceps viueret, aut lenta potius morte conſumeretur, grauiſſima triſtitia affligi viſa eſt; ſed mox Chriſti ſponſi ac ducis ſui præſidio animos reſumens, derelictionem hanc amare, eamque præ ſuauiſſima mundi totius Societate, etiam cum pari ſalutis ſuæ profectu, æſtimare cœpit. Et placuiſſe Numini viſa pietas fuit, Chriſtum ſuum in Cruce pendulum ab omnibus ſimiliter deſertum videre, ac conſpicere velle cœperat Aleydis, cum ecce qui amantium atque imitantium ſe facere voluntates ſolet, viſendum ſe illi offerre dignatus eſt, atque explicatè oſtendere, quid eius cauſſa olim eſſet perpeſſus, quo illa tantopere recreata fuit, vt ad extremum vſque conſtantiſſimè perſeuerarit. *Hiſt. Ord.*

DOCVMENTVM XXIII

Non niſi Præſidis arbitrio, atque ex obedientia velle decedere.

Laus & meritum Obedientiæ. QVantæ æſtimationis ac pretij vna obſequendi virtus ſit, quam Obedientiam vocamus, ſatis ſuperque ex eo liquere arbitror, quod Angelus ſcholæ noſtræ docuiſſe viſus eſt, nouam actibus noſtris, media voluntate Superioris, accedere honeſtatem, quæ illos longè ſolet feciſſe meliores, atque adeò inſtar nobiliſſimæ veſtis ſit, quæ immenſum decus ac valorem, ignobili alioquin trunco impertiatur, aureaque fiant omnia, ac viua, quæ tali veſte amiciantur & ornentur, de qua præſtantia ſequitur nobiliſſimi meriti non exigua vbertas; qui enim bene agunt, ſed pro ſuo arbitratu, ductu, atque natura, ij tantum acquirunt, quantum eſt per ſe illorum rectè factorum pretium, & dignitas: Obedientia verò hûc inſuper quæſtum affert, quod & quæ iam bona ſunt, meliora fiant, & quæ per ſe nihil eſſent, tamen eius ornamento adiuncto, mirum in modum illuſtrantur, fiuntque Deo gratiſſima. Quid enim in vita humilius, aut quid minus animæ noſtræ ampli-

amplitudini, præſtantiæque reſpondeat, quam dormire, comedere, à corpore ſegregari, quæ tamen ſi obtemperandi ſtudio admittantur, illius virtutis acceſſione, vt diuiniore quadam luce, & nitore veſtita aſſurgunt ad eximiam pulchritudinem, & copiam meritorum. Itaque Obedientia ritè componi poteſt cum virga chemica aut magica, cuius contactu omnia in aurum mutantur. Nam fuiſſe huiuſmodi virgas tam potentes, veterum fuit opinio: vnde natum commune prouerbium, vt quod euenerat beatiſſimè ad opulentiam & lætabilem ſtatum, id diuina virgula contigiſſe dicerent. Sumptum id opinor à

Obedientia ſimilis virgula diuinæ, ſeu chemicæ.

mitanda virga Moſis, qua cælum aperiebat, diuidebat maria, è ſicca rupe dulciſſimi mellis ſuauitudinem eliciebat; vnde in Mythologia, & intelligentium poëtarum arcanis, diuinum quoddam genus virgæ celebratum, qualis à doctiſſimo Homero Mineruæ tribuitur, cuius attactu Vlyſſem Iuuenem efficiebat, ad elegantiam & pulchritudinem formoſum, & oris heroici dignitatem addebat. Talem & Mercurio dabant: ſed commenta poëtarum in excogitandis & celebrandis virgulis hic iacent, nec Obedientiæ vim exæquant, quam Chemicam eſſe virgam dixi, quæ quidquid attigerit arcana potentia vertit in aurum, quod è vatis Regij quodam oraculo intelligi poteſt, *& diſciplina tua correxit me in finem*. Pſ. 17. diſciplina hæc quæ à ſeptuaginta dicitur *παιδεία*, directio ſiue inſtitutio imperantis eſt, quæ proinde obedientiæ vim continet, de qua Dauid loquitur. Euſebius vero è Symmacho ita vertit, *& Obedientia mea augebit me*, q.d. hæc me virtus abundantem, omnibus gratiæ donis opulentum, cataplo omnium virtutum longè ditiſſimum & fortunatum efficiet, vt de illa cum Salomone dicere liceat, *venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius*; quâ ſi vnquam homo egere dicendus ſit, tùm certè vel maximè cum in finem tendere incipiet, atque anceps illud, infeſtumque pelagus, quod hanc inter, alteramque vitam interiacet enauigandum erit, quando obedientiæ fructus vel maximè ſe prodit, vt hinc à *Ioanne Climaco, tuta nauigatio*, id eſt, *tutum præbens traiicientibus portum* appellata ſit. Omnes enim dubio in Oceano, mediiſque fluctibus nauigamus, vt non minus Chriſtiani, quam Mileſij *ἀειναῦται*, ſemper nautæ nuncupari poſſe videantur, hoc vnum præ oculis habentes, tutò denique conſidere portu, quo ſuos Obedientia dirigere conſueuit.

Pſ. 17. 36.

Sap. 7. 11.

Ioan. Climaci de Obedientia encomium.

Atque hoc ipſum antiqui ſapientes doctis fabulis illuſtrarunt, dum Iouem ſoſpitatorem à quo ſolus pendet, in vxorem duxiſſe *Πειθαρχίαν* Obedientiam, voluerunt, ex hoc autem coniugio natam eſſe prolem, quam dicunt *Εὐπραξίαν* Felicitatem, innuentes hanc virtutem ortu eſſe diuinam & mortalium genus feliciſſimis euentis & beatitudine finali complere.

A Sed quod Sophi, prudenteſque huius ſæculi, quaſi per nebulam intuiti ſunt, hoc clara in luce hominum ſoſpitator, ac cuſtos Chriſtus Ieſus, ſuomet omnibus exemplo propoſitum eſſe voluit ac commendatum, dum non alium cibum, quam obedientiam appetiit, huius vnius cæleſtem habuit orexin, hac vna paſci & recreari, in hac ſummas delicias & inexplebilem ſitam eſſe oſtendit voluptatem, quam proinde tota vita coluit, quam vt ſponſam dilexit, in cuius tandem ſinu immortuus inuenitur, aſſerente D. Paulo Philip. 2. 8. *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis.* Quibus verbis Obedientiæ eius magnitudinem amplificat, quod non modo ad imperium patris B ſe volens morti obtulerit, quod facinus erat per ſe magnum & deuoti animi nobile argumentum; verùm etiam, quod ſe demiſerit ad mortem Crucis, quo genere mortis nullum erat crudelius, ignominioſius nullum. Et in hac præſtanti obediendi voluntate, egregia animi celſitudine & perſeuerantia hæſit, quouſque in cruce pendens, ſaturatus opprobriis & dolorum victor, obedientiam ſuam, non ſpinis, ſed virtutum omnium gemmis & meritis coronauit, nolens diuino operi ſuo colophonem moriendo imponere, ſine noua muneris clientelaris exhibita obedientiæ editione, dum non niſi inclinato capite tradere ſpiritum deſiderauit, velut nutum ac mandatum moriendi à Patre exſpectans, cui vt hactenus, ita & deinceps in omnibus voluit obſecundare. C In capitis enim inclinatione, in qua eſt colli depreſſio, obſequentis argumentum & profeſſio muta continetur. Collum enim, vt notat Origenes, ſymbolum eſt obedientiæ, quod ceruicibus & collo iugum excipiatur, quod ſtudium obtemperandi ſignificat. De quo eſt illud in Epithalamio ſacro, *Collum tuum ſicut monilia.* Hoc magni & longè videntis prophetæ oraculum, nunquam verius dictum fuit, quam de Chriſto Seruatore, cum holocauſtum ſui perfectum obtulit, & omnibus, quæ cæli nutu, & imperio definita & mandata fuerant, coronidem in Cruce impoſuit. Quo D tempore obedientiam ſuam omnibus numeris abſolutam decorauit, monilibus admirandis, quæ Salomon, ſtatim poſt, in eodem epithalamio vocat *muræulas aureas, vermiculatas argento.* Cum enim mundi pacificator inclinaret caput in ſignum perfectiſſimæ ſubiectionis, abſque qua in manus æterni Patris ſpiritum ſuum tradere nolebat, è lachrymarum argenteis guttis, cum purpureo cruore mixtis, fiebant in collo muræulæ vermiculatæ argento, monile pretioſum, torques inauditæ pulchritudinis, ex cuius luce atque intuitu, quæ tum præſentes adfuerũt cæleſtium ſpirituum cohortes, incredibilem animo voluptatem ceperunt.

Philip. 2. 8.

Chriſti Domini in morte Obedientia.

Cant. 1. 10.

Cant. 1. 10.

Hæc Crucifixi & obedientiſſimi Domini Ieſu idea & vera effigies eſt, qui inclinato, vt aiebam,

bam, collo. & ſanguine in Crucem, tamquam in aram fluente, ſacrificium conſummauit, quo maior eſſe Obedientia non potuit: de qua virtute veriſſimè pronuntiauit *B. Catharina Bononienſis* in libello Dei iuſſu conſcripto his verbis: *quis dubitare poteſt de ſua ſalute, ſi finiat vitam in obedientia? per quam credat firmiter ſe melius ſaluandum, quam per vllam pænitentiam, ieiunium, & quã-nis contemplationem.*

Et huius quidem virtutis amantiſſimi poſt patrem filij, poſt Dominum ſerui fuere plurimi, qui de vitæ ſtatione decedere ante noluere, quam bona præſidum ſuorum habita facultate, licentiam impetraſſent, vt mortem, quam aliàs in ſuorum pænam peccatorum ſubirent, materiam grandium facerent meritorum.

S. Greg. vltraiect.

Talem *S. Gregorium Vltraiectenſium Epiſcopum* deſcribit nobis Molanus, qui poſteaquam per triennium paralyſis morbo decubuiſſet, tandem petita abeundi licentia, collocari ſe iuſſit ante oratorium Saluatoris, ibique oratione facta, exſpirauit.

V. Arnoldus Montepeſſulanus.

De *Arnoldo Montepeſſulano*, magnæ ſanctimoniæ viro ſcribit Leander de viris illuſt. Ord. Præd. ad extrema iam perductum à Præfecto petiiſſe, quod ſibi iniungeret ac iuberet, quoue eundum, imperaret. Quibus auditis, cum Præſes ad Chriſtum præſtolantem recta contenderet, iuſſiſſet, ſereno vultu reſpondiſſe ita planè properauero, eiſque dictis, expiraſſe.

Conradus Teutonicus ord. præd.

Huic ex eodem Ordine ſupparem aſſocio Conradum Teutonicum, qui poſtremo iam munitus viatico à Prouinciali Miniſtro petiit generalem abſolutionem, rogans eum, vt in pænitentiam ſibi mortem iniungeret: quibus obtentis, nunc quidem, ait, bene valeo, & addens verſum, *ſaluum fac ſeruum tuum Deus meus*, ſpiritum obediens exhalauit. *Chron. ord. p. 1. l. 2. c.* 19.

V. Rogerius Anachoreta.

In vitis PP. monachus nomine Rogerius moriens Abbatem Arſenium ſic legitur allocutus: Te obſecto, per Obedientiam mori me iube, Pater, vt etiam moriendo merear. Anni enim ſunt ſexaginta, quibus ego Deum precor, ne quando humanitas mea voluerit, ſed quando meus mihi Abbas præceperit, ego moriar. Ergo, inquit Abbas, te, frater, ſtatim mori iubeo ad obedientiæ meritum, teque animam tuam tuo reddere Creatori, & faxit Deus, vt ſacratiſſima eius Paſſio, & hæc mea benedictio tibi proſint. Et ſtatim mortuus eſt Rogerius, qui nocte eadem Abbati ſuo apparuit, dixitque, Chriſtum pluris feciſſe mortem iſtam cum obedientia ſuſceptam, quam quæcunque feciſſet tota vita ſua.

Fuitque hæc piarum mentium ſancta perſuaſio, multorum animis adeò infixa, vt tum denique felici morte defungi ſe arbitrarentur, ſi quod naturæ debitum, ex Præſidis decreto ſoluerent & expedirent, cui non ſemel cæleſtis Curia calculum ſuum adieciſſe viſa eſt: pri-A mum auctore Cæſario libr. 11. cap. 11.

V. Mengozius Ciſterc.

Mengozius erat ordinis Ciſtercienſis alumnus, vir admodum religioſus & pius, qui Giſelberto Abbate ſuo abſente mortuus, atque ab eodem iam reuerſo, ad vitam reuocatus: oh, Pater, inquit, quid feciſti: bene eram, vt quid me reuocaſti? Vbi, inquit ille, eras? Reſpondit Mengozius, in paradiſo poſita mihi ſedes erat, aurea, ſecus pedes Dominæ noſtræ, & cum me reuocares, aduenit Dominus Iſenbardus, trahenſque me de ſede eâdem, dicebat: non hic ſedebis, inobedienter huc adueniſti, reuertere ad Abbatem tuum, itaque reuerſus ſum. Denique licentia ab Abbate poſtulata, acceptaque, mox oculos clauſit, & feliciter exſpirauit.

B Tanti refert etiam in hoc traiectu, obedientiæ præſcripto, iuxta Chriſti morientis exemplum communiri.

V. Doſitheus.

Alterum narrat Dorotheus de diſcipulo ſuo beatiſſimo Doſitheo, qui cum grauiter ægrotaret, & à magno Barſanuphio moriendi facultatem petiuiſſet, ille verò eam ad dies plures protelaret, maioris vtique meriti diſcipulo accumulandi cauſſa, cælum magiſtri ſententiam comprobauit, quo tandem aſſentiente, ac mandatum ſuum impartiente, Doſitheus vir incomparabilis Dominum vocantem ſecutus eſt, obediente Domiuo voci hominis, ſeque ad alterius arbitriũ accommodante.

Ioan. Antonius Apulus Soc. Ieſu.

Ac ne vetera ſola conſectari videar, accipe C ex recenti Societatis hortulo Soliſequam (græcis Heliotropium) florem nobiliſſimum, qui ad omnem ſolis motum tam ſtricta religione caput ſuum circumfert, vt ſolem etiam nubibus tectum nunquam non aſpiciat ac ſequatur, vnde & ſolis ſponſam nominarunt, *Ioannem*, inquam, *Antonium Apulum*, Obedientiæ, ſi quis fuerit vnquam, deditiſſimum, qui vndevigeſimo ætatis anno, cum tradendis græcis, latiniſque litteris deſtinatus eſſet, morbo tentari cœpit, adeò verò cunctis ipſe erat obſequens adminiſtris, atque præfectis, vt non modo, nihil eorum extra præſcriptum vel appeteret, vel reſpueret; ſed nec mortem quidem ipſam appropinquantem, niſi eius, qui præerat, nutus interueniret, D poſſe videretur appetere. Namque à fratribus ſæpe rogatus, quando tandem emori vellet, vnũ & idem ſemper reſpondebat, cum primum venia data fuerit. Cumque idem ex eo Præſes interrogaſſet, cum tu, pater, inquit, veniam dederis, nam tuo iniuſſu, hinc abire quî poſſim? Cui ille, do tibi veniam, vt poſtridie hora circiter diei prima, vel altera, hac vita cedas. Atque ita factum eſt, ſecunda enim circiter hora diei, qua data erat abeundi poteſtas, 7. Idus Auguſti, die veneris hinc ad ſuperos eſt profectus, vt quam Deo ſit cordi purum parentis obſequium, & tam decantata obedientiæ ſimplicitas teſtaretur: *Nicolaus Orlandin. tom.* 1. *hiſtor. Societ. libr.* 11. *num.* 18.

Quin

Digitized by Google

Ioan. Vaëlius è Soc. Ieſu.

Quin ecce & alterum ex eodem Societatis horto heliotropium, Ioannem ſcilicet Vaëlium, magnæ virum virtutis, ſuique gnarum æſtimatorem progreſſus: pridie hic diei illius, quæ homini ſuprema fuit, veniam de hac mortali ſtatione abeundi Superiorem rogauit, quo factũ, vt eum mors non occuparit imparatum, ſed vigilantem ad pauciores inuitarit. *Annales Societ.*

Martinus Gomius è Soc. Ieſu.

Addo & tertium. Obiit anno 1567. Martinus Gomius è Societate Ieſu virtutibus, ac maximè obedientia inſignis, qua vel in morte præfulſit.

Poſt longam ægrotationem grauius iam laborantem, inter conſolandum, vt fit, Rector Collegij interrogarat, quãdonam vellet ad ſuperos proficiſci? Cui Martinus haud cunctanter reſpondit: equidem craſtino die poſt ſuſceptum Chriſti corpus, modo per te liceat Pater, libens abibo. Rectore autẽ reponente nunquid Deus ego ſum, cuius in poteſtate vita & mors tua ſint. Ille ſubiecit ſummiſſione ac fiducia ſingulari: perinde eſt: nam certè mihi loco Dei es, pater. Ad quæ verba præſes commotus, ſignũ crucis ſuper ægrum figurans, ac benedicens: *fiat*, inquit, *Dei voluntas*. Res profecto notatu digna. Poſtridie Martinus, cum plerumque noctis, quo, cogitari pronum eſt, ſenſu, in comparando ſeſe poſuiſſet, poſt ſuſceptum ſalutis æternæ pignus, citius ſemihora, nullo in vultu, nullo vſquam in reliquo corpore argumento mortis relicto, ad æternam patriam euolauit, cum necdum trigeſimum annum attigiſſet. *Annales Societ.*

P. Ioan VVaels è Soc. Ieſu.

Quin & quartus ex eodem Ordine accedat P. Ioann. Waëls, natione Belga, Philoſophus & Theologus inſignis, ac ſpiritu magno & Zelo animarum plenus: hic biduo ante obitũ rogauit Superiorem vt mori ſibi, bona eius venia ac pace liceret, ſat gnarus, quantũ ab Obedientia ſubſidij ſoleat morti aduenire. *Phil. Alegãbe in Catalogo.*

P. Carolus Muſart è Soc. Ieſu.

Quintus finem dabit, eritque P. Carolus Muſart, qui anno hoc Viennæ S. Theologiæ doctor atque profeſſor ex hac luce migrauit, Superorum adeo obſeruans, vt ipſam ſibi mortem deſiderauerit imperari. *Elogium Vitæ.*

Catharina Romana.

Nec virgines diſciplinam hanc, fidemque fefellerunt, teſtis erit *Catharina S. Franciſcæ Romanæ alumna*, quæ morbo lethali correpta, ad vitæ finem deuenerat, verùm cum eius tum Roma abeſſet Confeſſarius, dolens Frãciſca, à Deo mortis dilationem illi impetrauit, poſt ſex tandem dies adfuit Confeſſarius, à quo expetitis munita eſt præſidiis Catharina, quare Franciſca ad decumbentis lectulum ſorores accerſit, eaſque pro migrante ſecum orare iubet, deinde è terra cõſurgens ad Catharinam accedit, eamque ad Creatorem ſuum abire iubet, quę obedire aſſueta, dictis illicò paruit, & in pace quieuit. *Iulius Vrſinus in Vita l. 5. c. 16.*

Samaritana B. Catharinæ Bononienſis diſcipula.

Decumbebat ſupremis morbi exercita moleſtiis *Samaritana* Monialis B. Catharinæ Bononienſis diſcipula, quam inſuper terroribus multis A & afflictionibus Sathan cruciabat. Mater autem Catharina nunquam ab ea diſcedebat, iam pſalmis ac precibus, iam dulciſſimis ægram ſermonibus aſſiduè conſolans. Cum autem vaferrimus hoſtis finem nullum accumulandis fraudibus ac technis ſuis inueniret, ſolicita de filiæ ſalute mater, iuſſis omnibus orare feruentius, ipſa centies circiter ſanctiſſimo Ieſu Nomine inuocato ad infirmam acceſſit, dicens: filia mea quieſce iam, vade in pace. Præcipio tibi in virtute S. Obedientiæ, vt ſtatim ad vitam proficiſcaris æternam. Quibus auditis obediens infirma, læta reſpiciens præſentes omnes, migrauit ad Dominum. *Chriſtophorus Manſuetus in* B *Vita c. 24.*

V. Ignatia Dominicana.

Fuit inter ſanctimoniales, quæ B. Dominici inſtitutis viuunt, quædam *Ignatia* nomine, virtute multa, præcipue vero religioſæ Obedientiæ laude conſpicua, quæ longo, moleſtoque morbo conflictata animam trahere veriùs, quam vitam ducere videbatur, viſit ad eam antiſtita & filiæ ſuæ miſerta, vi ſacræ inquit parentiæ tibi impero, vt hinc te in cælum conferas. Res mira, quæ hactenus viribus defecta mouere ſe non poterat, illicò reſedit, & profunda Antiſtitæ exhibita reuerentia, animam dedit. *Ioan. à S. Maria.*

V. Ioanna Vaſtia Dominicana.

Nec ſola Ignatia ex S. Dominici filiabus fuit, quæ nobiliſſimam hanc Obedientię virtutem ad mortis vſque limina prouexit, ſodales habuit nõ paucas, quarum nonnullas operæ pretium fue- C rit in nouorum hominum gratiã hic recenſuiſſe: prima ſit *Ioanna Vaſtia*, Lillerio oriunda, Duaci regulã S. Dominici profeſſa, vbi an. 1625. mortua fuit. hæc à primo religioſæ vitæ tirocinio, obedientiæ exercitiis dedita, animaduertens ſibi vitæ finem imminere, vt vixerat, ita & mori obediens deſiderauit: euocata itaque ad ſe Parthenonis Antiſtita, memor Chriſtum ſponſum non niſi ex obedientia mori voluiſſe, ab illa eandẽ demiſiſſimè facultatẽ ſibi fieri flagitauit, videri ſibi, inquiens, Deũ noluiſſe, vt heſterna die moreretur, cum id ipſius deſiderio minimè ſtetiſſet, quapropter ſperare ſe, id hodie ab ea conſequi, ne patri diſſimilis filia moriatur.

Ad quæ prudens Antiſtita: ſi ex Dei volũtate D fuerit, filia, moriendi hodie tibi largior facultatem. Gaudere hic Ioanna, nec obſcuris lætitiæ ſignis abundare. Iamque veſper aduenerat, & nox appropinquabat, cum obediens virgo, tam, ne contra hanc virtutem, non moriendo delinqueret, ſolicita, quam aliæ, vt vitam queãt protelare, mi Domine, exclamabat, iam moriẽdi facultatem obtinui, & non moriar? eia, Domine, eia voca famulam tuam, ne obedientiam fallens, illi videar defuiſſe: & poſtrema quidem hæc verba tanto identidem feruore repetebat, vt pius Dominus viſus fuerit gradum mortis acceleraſſe, vt quæ ex obedientia vixerat, ex eadem feliciter moreretur, quod eodem veſpere factum fuit: Ioanna iuxta Sponſi exem-

plum, qui, teſte S.Bernardo, ne obedientiam perderet, perdidit vitam, ad eum proficiſcente: vnde hiſtoriæ huius ſcriptor inferre nõ veretur, cum iuxta gradum Obedientiæ ſolcat & gradus gloriæ increuiſſe, Ioannam hanc ampla in cælis gloriæ dignatione clareſcere, quæ virtute hac viuens ac moriens tantopere effulſit. *Ioan. à S. Maria, Philippus Petit in hiſt. Vitæ.*

Anna Romana. Altera ſit *Anna Romana*, quam antè Cæſar Baronius, poſtea Card. vitæ ſpiritualis præceptis imbuerat: hæc annis aliquot in Ordine S. Dominici religioſè tranſactis, ad mortem tendens, nec eam tamen aſſequi valens, Parthenonis antiſtitam rogauit, vt filiam ex obedientia mori iubeat, & abire. Abnuit aliquoties mater, cumque ægrota finem nullum obſecrandi faceret, vinci ſe ſinens: vade, inquit, filia mea, vade, cum Deus te vocet, & morere, ſic bene me volẽte, in pace, meritum tibi Obedientiæ lubens impẽdo. Cum ecce ſupremo inuaſa paroxiſmo, ſuauiter ſpiritum exhalat. *Ioan. à S. Maria. to. 2. l. 3. c. 10.*

Magdalena Vrſina. Tertiam addo ex eodem Ordine Magdalenam Vrſinam, quæ cum præter omniũ opinionem, grauiſſimis morbi moleſtiis ſuperſtes hęreret, neſcientibus medicis, quo glutino anima illa corpori ſuo tantopere anneċteretur, Antiſtita Deo inſpirata, ideo decedere non poſſe dixit, quod mandatum abeundi necdum ab Obedientia accepiſſet, quare confeſtim ex valle hac lachrymarum ad cæleſtem patriam euolãdi pręceptum eidem imponit, & en eodem tempore, Magdelena caput inclinans, velut morte aduocata, ſuauiter exſpirat. *Franc. de Cianci in Vita.*

Margarita Maximiliani Cæſaris filia, Clariſſa. Prætermiſiſſe hic Margaritam Maximiliani II. Imperatoris filiam, Rudolphi II. ſororẽ, virginem ſanctiſſimam, religio ſit, hæc poſtquam S. Claræ profeſſa inſtitutum, omni virtutum genere excellens, diuinitus de morte ſibi inſtante certior facta eſſet, Parthenonis præſidem adiit, ab eaque veniam moriendi demiſſo animo flagitauit. Mirari Præſes inſolitum ſermonem, ſed, quem rei euentus & ſacratæ virginis virtus mox celebrem fecere, an. 1633. 15. Iulij morte inſecuta. *Ita Ioan. Gans in hiſt. Virg. Auſtriacarum.*

Vſque adeo mortem, quantumuis naturæ debitam, Obedientia protegit ac commendat.

DOCVMENTVM XXIV.

Sanctiſſimo nomine Ieſu ſtudioſè inuocato decedere ex Vita.

PArum erat amanti Deo, parum erat inundantis clamore ſanguinis vitam & veniam peccatoribus impetrare, niſi & teſſeram conderet, qua cælorum ianuæ venientibus paterent.

Nomen Domini teſſera ſalutis. A militibus excubias agentibus vigiliarum verbum teſſerarium exigitur, quod ſi reddant, ſalui euadunt. Symbolum, teſſeraque Chriſtianorum Dei nomen eſt, quo omnia fidei myſteria, ſpei fulcra, charitatis incentiua continentur. Felix qui cum venerit Dominus, hanc teſſeram reddiderit. Saluus profectò euadet & tamquam verus Chriſti miles agnoſcetur, atteſtante Ioële cap. 2. 32. *Et erit: omnis qui inuocauerit,* [quemadmodum oportet] *nomen Domini, ſaluus erit.* Voluiſſe id Chriſtum ſuorum omnium animis inſitum, ac porro commendatum eſſe, patuit quam maximè, dum iam toto corpore vulneribus lacer ac dehiſcens, iam ſanguine manans ac perfluens, flexis ad ſui pietatem elementis, ſideribus ab impio ſpectaculo auerſis, terra commota, lapidibus diſciſſis, ſole atrato, die, ne intereſſe cogeretur diffugiente, ſolicitus etiamnum de nobis, dum ad illum deueniſſe nos paſſum contigerit, ad Patrem oculos intendens, *Eli*, exclamauit, *Eli*, Dei Domini nomen inuocans, ſub ratione fortitudinis quaſi diceret *fortis meus, fortis meus*: erant quidem alia Dei Nomina non pauca, eaque excellentia, quibus Cæleſtem Patrem ſuum inuocare potuiſſet; S. Hieronymus enim epiſtol. ad Marcellam de decem Dei Nominibus opuſculum condidit: S. Dionyſius libr. de diuinis Nominib. 45. Dei Nomina collegit, hebræi ex capite 14. Exodi, 70 Nomina recenſent; ſed nullum hoc conuenientius, iſto præcipue tempore, quo vel maximè opus fortitudine eſt, tum ad grauiſſimos aduerſarij impetus retundendos, tum verò ad animos faciendos, quibus natura ſolet deficiens non parum indigere, *turris ſiquidem fortiſſima Nomen Domini, ad ipſum currit. Iuſtus & exaltabitur.* Prouerbiorum 18. 10. *Ioël. 2. 32. Prou. 18. 10.*

SS. Nominis Ieſu Virtus, & potentia contra dæmones. Ecquod autem iſtud nobis eſſe debeat, docuere magna illa Apoſtolici cœtus columina Petrus & Ioannes Actor. 4. dum ad populum verba facientes ita de SS. Ieſu Nomine diſſeruère, *nec enim aliud Nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*: & ratio eſt, quia diuiniſſimum hoc Ieſu Nomen, eiuſque inuocatio continet Chriſti imperium, merita, auctoritatem, virtutem, ſeu poteſtatem, quam vel maximè credit, animoque concipit, qui id Nomen digne ac laudabiliter vſurpat, quæ cauſſa eſt cur ſupremo in agone adhiberi iam inde ab initio cœptum ſit, ad amoliendas dæmonis potiſſimum inſidias, quibus effugandis apprimè idoneum eſt. Quod idem ipſe Dominus non obſcure docuiſſe viſus eſt, cum nec is in Cruce exſpirare voluit, niſi & ſupra caput, Nomen ſuum collocatum haberet. Matth. 26. 37. Non quod ille quopiam contra hoſtes auxilio egeret, qui ſolus dicere poterat, *venit princeps huius mundi & in me non habet quidquam*, ſed vt nos illo ſuo exemplo ſuauiſſimè erudiret, quod ſecuti, ab eo, qui inſidiatur calcaneo noſtro, tuti, indemneſque euademus. *Act. 4. 12. Ioa. 14. 30.*

Experi-

A Experimento namque probatur quotidiano, ad Nomen hoc trepidare dæmonem, fundi, ſugarique malignantium cætus, nec, vbi inſonuerit Ieſus poſſe vel tantillo commorari, quod & ipſe Iuriſconſultus Alciatus in eo libro, quo ſagas ne comburantur, defendit, adſtruere viſus eſt, dum ſacratiſſimum hoc Nomen à fœmina quadam prætereunte prolatum, chorum integrum Dæmonum cum ſagis ſuis ſaltantium, diſiecilſe ſcribit, cuius & *Iuſtinus Martyr*, & Petrus Tyreus lib. de dæmoniacis ſententiam multis allatis hiſtoriis confirmant quibus addo *S. Hilarionem*, qui nomine Ieſu inuocato ingentes dæmonum catervas profligauit: *cum inclamaſſet Ieſum*, inquit S. Hieronym. *ante oculos eius, repentino hiatu pompa omnis abſorpta eſt*. Nec mirum quia, vt inquit *Iuſtinus*, *Nominis Ieſu potentiam dæmones horrent, & reformidant*.

Alciatus I.C.

S. Iuſtinus. Petrus Tyræus.

B Ratio vero eſt, quoniam ſicut in auro metalla cetera, ita & in hoc Nomine poteſtas continetur & virtus omnium ceterorum, quibus Deum aliquando contigerit appellari, iuxta Zachariæ vaticinium cap. 14. *Erit Dominus Rex ſuper omnem terram, & in die illa erit Dominus vnus, & Nomen eius vnum*, anteriora omnia in ſe legitimè complectens, quod modo poſt Chriſtum feliciſſime adimpletum eſſe non dubitatur.

Zachariæ 14.9.

C Nec inferis ſolum, inquit *S. Ioan. Chryſoſt.* ho. 8. in cap. 4. ad Rom. hoc Nomen terribile eſt, ſed & animi perturbationibus & ægritudinibus ſalutare. Legendus hic S. Bernardus eſt ſerm. 15. in Cant vbi lucem, cibum, medicinam eſſe Sacrum hoc Nomen oſtendit, miroſque eius effectus, ſolita ſuauitate recenſet. *Triſtatur aliquis noſtrûm? veniat*, inquit, *in cor Ieſus, & inde ſaliat in os, & ecce ad exortum Nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Cui enim in aduerſis diffidenti, iam iamque deficienti, ſi nomen adiutoris ſonuit, deſuit fortitudo.* Eat nunc itaque, eat ille neſcio quis à Poëta in ſua Metamorph. laudatus, qui

—— Dum fuit integer æui
Terruerat magnus ipſo quoque nomine gentes
Ieſus noſter æui ſemper integerrimus,
Semper & infernas terrebit nomine gentes.

D Eat & *Alexander magnus*, qui ægrotanti, vt refert Plutarchus, Pyrrho ſuo ſe allaturum opem nomine promiſit. Apinæ ſunt iſtæ. Solum Ieſu Nomen vere Ἀλεξίκακον eſt: in eo vno vera corporis, animique morborum omnium medicina. Bene itaque Chriſtus Dominus nouo homini in ſuprema hac hora conſulturus: *Eli*, inquit, *Eli, Fortis meus, fortis meus*, quod nos ſanctiſſimo Ieſu nomine, illa potiſſimum hora, qua de tota æternitate certandum eſt, inuocato, & vtiliter ſequemur & imitabimur prudenter.

Proderit autem non parum pridem antè, eius amori, cultuique aſſueſcere, vt cum res ſeriò agenda erit, faciliorem exitum ſortiatur. In Apoſtolo exemplum inuenimus, & is *Paulus* fuit, qui tanto ſanctiſſimum illud Nomen affectu

A complexus fuit, vt in paucis illis quatuordecim epiſtolis, ſecundum aliquorum numerum Ieſu Nomen ducenties, decies nonies: Chriſti vero quadringenties & ſemel repetiuerit, memor ſcilicet eiusde ſe dicti Act. 9. 15. *vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Iſrael.* Quocirca in 1. Eph. ſcribit S. Hieronym. *hoc patiebatur* [ex præexcellenti in diuinis amore] *Paulus de nimio* (ſeu maximo) *amore Chriſti, vt eum ſemper, quem diligebat, etiam ſuperfluè* (ex quorundam opinione) *& extraordinariè nominaret.* Adamantinis nimirum litteris Nomen illud cordi inſculpſerat, vnde factum, vt ex eius abundantia dum viueret non calamus tantum loqueretur; ſed & morientis os non taceret. Reſectum illi erat à ceruice caput, & adhuc tamen, ingenti miraculo, *Ieſu, Ieſu, Ieſu* ſonabat: vſque adeo, poſt hoc Nomen toties pronuntiatum, nondum tamen ſe, ſacratiſſimo hoc Nomine vacuârat, ſed tribus ſe ſaltibus vi quadam ſpiritus libtans, tres ibi fonticulos dulcis aquæ elicuit, quorum prior dulcior, lactis ſaporem aliqua ex parte reddit, ceteri, quamuis haud longè à primo diſtent, paulo diuerſum guſtui ſaporem afferunt. Cuius rei ea ſolet ratio afferri, quod ipſo primo fluxu lac venæ dederunt, atque inde ſanguinem: qui quidem locus planè celeberrimus, *trium fontium* nomine dictus eſt, ac frequẽti Chriſtianorum accurſu viſitatur.

Act. 9. 15. S. Pauli in SS Nomen Ieſu pietas, & amor.

S Hieron.

C De S. vero Ioanne Euang. *ferunt eum* ducenties, quinquagies S. hoc nomen in ſcriptis ſuis vſurpaſſe, quod ab eo indubie factum non eſſet, niſi in hoc pluſculum virtutis ac ſuauitatis reperiſſet: quod & in S. Ioanne Columbino, qui ordinem Ieſuatorum inſtituit, eſt inuenire, in cuius paucis epiſtolis, quæ exſtant, millies & quingenties ſacrum Ieſu Nomen reperitur.

S. Ioannis Euang. in S. Nomen Ieſu pietas. *Item* S. Ioannis Columbini.

Et huic quidem pietati alij quoque Sancti lætiſſime obſecundarunt pleni fide, ſpe hilares, charitate flagrantes, dum hoc & ipſi Nomen in ore habuere morituri, longe ſapientius, quam antiqui illi, qui vita functis monetam argenteam in os inſerebant, ad perſoluendum Charonti naulum, vt proſpera nauigatione ad Elyſios campos appellerent, quemadmodum ſupra

D dictum eſt.

Et talem nobis *Stephanum* protomartyrem S. Lucas depingit, qui dum lapidibus peteretur Act. 7. 59. dicebat: *Domine Ieſu ſuſcipe Spiritum meum.*

S. Stephan.

Act. 7. 59.

Cuius exemplum ſecutus *Gerardus* Hungarorum Epiſcopus, cum volitantibus ſaxis, vnum poſt alterum vulnus acciperet, alta voce clamauit: *Domine Ieſu, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt, quid faciunt.* Potuiſſet ea vox vel ipſa ſaxa emollire, nedum lapidantium corda. At ſilices illi adeo obriguerunt, vt vnus lancea eum tranſuerberaret, Chriſto ſic etiam, vltimo vulnere, ſimilem eum facere conatus.

S. Gerard.

Nec *S. Felix* Tuborocenſis in Africa Epiſcopus

S. Felix.

Digitized by Google

pus id potuit neſciuiſſe, cum ad Martyrij locum A deductus in hæc vltima verba prorupit: *Domine Ieſu, tibi ceruicem meam ad victimam flecto.*

V Nicolaus Ruſca. Prolixum hic foret narrare, quo pietatis affectu *Nicolaus Ruſca* Archipresbyter, à decem Caluinianis prædicantibus, per tres horas in immani tortura, ſenex octogenario maior, relictus, & pro his ipſis cruciatuum ſuorum auctoribus apud Deum intercedens, cogitatum ſuum, animumque in boni Ieſu vulnera conſignârit: inter precandum, interque patiendum ſingulis pæne momentis *Ieſum* interponebat, donec tandem in tortura pendens animâ Deo commendatâ, pariter & viuere & Ieſum deſiit ingeminare. *Fornerus in Vita.*

B Ne vero Martyres tantum in hac voce occumbere putemus, fuere & alij complures, qui ſub ipſam mortem, cum Acheronticum viderêt hoſtem, gladiatorio ad ſe animo affectare viam, & mare cælo miſcere, Ieſum voce conſtantiſſima implorarunt: à domeſticis incipio. Siquidem

S. Ignatius Loyola. *S. Ignatius* cum inſtare ſenſiſſet ex hâc vita ſuæ migrationis diem, compoſitis omnibus ac manibus iunctis, oculis in cælum defixis Ieſum corde, Ieſum ore implorans placido vultu ſanctiſſime ad Dominum migrauit. *Ita Petrus Ribadeneira l.4.c.16.*

Quin etiam Auctor eſt Ioan. Euſeb. Nierenbergius, eundem Patrem morte obita glorioſum variis apparuiſſe, geſtantem in manu cor C apertum, in quo litteris aureis Venerabile hoc Nomen ſcriptum erat. c.8.

S. Franc. Xauerius. Ab hoc Magiſtro non fuit degener diſcipulus ſociuſque, alterum Societatis Iubar *S. Franc. Xauerius*, de quo ita *Horatius Turſellin. l.5.c.11.*

Eadem propemodum faciebat moribundus, quæ ſanus facere conſueuerat, nunc defixo in cælum oculorum obtutu, læta fronte ac vultu, cum Chriſto Domino, quaſi adeſſet colloquens: nunc pſalmorum verſus piè admodum vſurpâs, identidemque illas iterans voces, *Ieſu fili Dauid miſerere mei*: itaque ad extremum vſque ſpiritum fortiſſime cum morbo ac morte colluctâs ac Ieſum ſæpius inclamans, æquiſſimo animo obdormiuit in Domino.

B. Aloyſius. Hæc legerat virgineus Iuuenis *B. Aloyſius Gonzaga*, nec in aqua ſcripſerat, quare diligenter in D obitu imitanda cenſuit. Patres cum iam eũ neq; loqui, neque ſe commouere poſſe cernerent, ait *Virgil. Cepar.* l.2.c.33. ſacratum ei cereum in manus dederant, quẽ ille ſuo perſeuerandi in ſancta fide ſtudio teſtificando apprehenſum ſtrinxit, cumque tenens paulo poſt niſus ſanctiſſimũ Ieſu nomen effari, atque ad extremum labia modicè mouens admirabili tranquillitate, animam ſuo reddidit procreatori.

B. Stanislaus Koſtk. Gemello gemellum addamus, & plus quam Caſtori Pollucẽ *B. Staniſlaum Koſtkã*, antiqua Polonorum proſapia oriundum, qui vt in eius Vita Sacchinus ſcribit cum amore diuino ſoleret ardeo inardeſcere, vt tinctis frigida linteolis pectus illi refrigerandum foret, nil mirũ, ſi mortis hora imminente totus in Deum abſorptus ſanctiſſimum Ieſu nomen inclamans, vnà & clamandi finem & viuendi fecerit feliciſſimum.

Robertus Card. Bellarm. Agmen claudet nõ vnus è multis, ſed multos inter vnus ſingularis vt eruditione & dignitate, ſic & virtute eminentiſſimus *Robert. Card. Bellarminus*, qui, teſte Marcello Cernino, ætatis ſuę an. 79. cũ morte colluctans trigeſies ſummo pietatis affectu Sacratiſſ. *Ieſu* Nomen pronunciauit. O beatũ virum ex cuius ore cum anima Ieſus prodiit, tã certus ad cælũ comes! ô quam multa ille, vnico momento cũ Deo loquitur, qui Ieſum didicit pronunciare! In hoc enim vnico verbo fidem, in hoc ſpem, in hoc exercet charitatem.

Iacobus à monte Brandono Minorita. Notiſſimum id quoque fuiſſe arbitror Iacobo à monte Brandono è religioſiſſ. Minorum familia, qui grauiſſima qua corripiebatur, infirmitate, ad extrema perductus, ſanctiſſimo *Ieſu* Nomine religiosè inuocato, quos patiebatur lenire ſtudebat dolores, vnum hoc fratres ſuos obteſtans, vt ſibi in auribus iſtud, quando per ſe amplius inuocare non poſſet aſſiduè inſonarent. *Toſſinianus in hiſt. Seraphica lib.1.*

V. Nicol. Factor. Eadem plane mens ac ſpiritus Nicolaum Factorem ex eodẽ Ordine occuparat, qui ſupremis iam ſuſceptis myſteriis, fratres, qui ad eum frequentes conuenerant, abire rogauit, dicens, duos ex eis ſibi ſufficere. quibus iniunxit, vt ſæpius Sanctiſſimum Ieſu Nomen pronunciarent, quo vel audito ad patiendũ vegetior, & ad migrandum promptior redderetur. *Chryſtop. Moren. in Vita.*

V. Ioannes de Deo. Nec potuit hic deſiderari *Ioan.* [cognomẽto] *de Deo*, qui vt in cetera vita ſanctiſſimũ hic Nomen præcipua veneratione eſt proſecutus, ita quoque in extremo eiuſdem margine poſitus, id ipſum eſt conteſtatus, dum in genua prouolutus voce magna exclamauit *Ieſu, Ieſu in manus tuas commendo ſpiritum meum*, & exſpirauit, corpus vero vt erat flexis genibus innixum, ita & remanſit. *Ioan. Franciſcus Bordinus in Vita*

De V. Hugone à S. Victore ſcriptum inuenitur, tria hæc in votis habuiſſe I. vt cibus eius vltimus eſſet V. Euchariſtia. II. vt vltima eius cogitatio, ſeu meditatio eſſet de Paſſione Domini. III. vt vltimum eius verbum eſſet dulciſſimum nomen *Ieſu.*

Nouerat ſane vir magnus quantum in his momenti collocaſſet Deus.

Sed quid hac in parte de Virginibus dicemus? certè tã illas hic ſedulas, feruenteſque exſtitiſſe, quam qui vel maximè, earum mihi indoles perſuadet. Quid enim nomen *Ieſu*? *Oleũ effuſum*, reſpondebit ſpõſa, *Nomen tuum*: & quod illius, ſociarumque ſtudium? currere in odorem vnguẽtorum ſponſi, ergo cum Ieſus oleum ſit, & virgines odore delectentur plurimum, quid mirum eas iſtuc accurrere, vbi & odore ſuauiſſimo paſcan-

Digitized by Google

paſcantur, & leniendis mortis doloribus pœniſque mitigandis ſolatiũ non paruum exſpectat.

S. Euphraſia.

Atque ita S. Virginem *Euphraſiam* feciſſe legimus, quæ cum diem mortis ſibi imminere cognouiſſet, huiuſmodi precatione vſa fuiſſe inuenitur: Ecce nunc tempus adeſt, quo configere me cum improbo dæmone oportebit, & anima mea à me repetitur, miſerere mei Domine Ieſu, ne me deſpicias pie Ieſu, &c.

S. Clara.

Huic accenſenda in primis Virgo illa, quam *Claram* etiam virtutes fecere, quæ propinqua morte animam ſuam iam itineri accinctam intrepidè cum *Ieſu* ductore migrare ad virginum choros, & coronas iuſſit. *In Vita.*

B. Catharina Bononienſ.

Matri filiam ſubiungo *Catharinam ſc. Bononienſem*, quæ paulatim deficientibus viribus, vultu pulchriore ac lucidiore apparente, adſtantes omnes aſpexit, deinde ſanctiſſimum *Ieſu* Nomen tertio inuocans, breui ſuſpirio Spiritum reddidit. *Chriſtoph. manſuetus in Vita c.27.*

De *B. Mechtilde* ſcribit vitæ auctor: in Mortis agone conſtituta nihil dicebat aliud, quam, *Ieſu bone, Ieſu bone*, quæ verba ſæpius replicabat. Cum ecce inſtante morte apparuit illi *Ieſus* inuitans eã ſuauiſſimè: veni benedicta patris mei, poſſide regnum.

Felix, qui cum venerit Dominus hanc teſſeram fideliter reddat. Ad quod vt omnes incitemur, tot Pontifices pronunciantibus ſacroſanctum hoc Nomen in articulo mortis plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam conceſſere.

Ne igitur ſub exitum vitæ S. Nominis iſtius obliuiſcamur, in ipſo nos vitæ decurſu eidem aſſuefaciamus. Quod enim cõſueſcimus crebrò, atque ea, qua par eſt, pietate & ſenſu dicere in vita, facilius etiam in morte ſumus pronunciaturi: eſt namque ſacratiſſimum *Ieſu* Nomen ſimile *Carbunculo Carchedonio*, quo ceram ſignante, liqueſcit illa, quamuis in opaco: ita Nomen hoc cordi impreſſum emollit illud, effigiemque admittere facit, qua feliciter à Superis agnoſcatur, hoſteſque in fugam conuertat.

Purgatoriũ S. Patricij.

Auctor Cæſarius eſt li.12.c.18. Ingredientes purgatorium S. Patricij, ſi Ieſu Nomen pronuntient ſeruari: ſecùs, perire; quidni tantundẽ hic liceat ſperare? quod vel in *S. Edeltrude* crediderim patere, quæ poſtquam ſeptem iam annis mortua ac ſepulta fuiſſet, audita etiam de tumulo dicere: *Benedictum ſit nomen Ieſu. Beda lib.24. de geſt. Anglorum.*

Morituri pia ſuſpiria.

Quare pro eo ac fieri poteſt, dicamus feruidè, dicamus fidenter: *Ieſu* amabiliſſime, *Ieſu* glorioſiſſime, *Ieſu* deſideratiſſime. *Ieſu* per dulciſſimã matrem tuã, miſerere mei agonizantis. Domine *Ieſu* Nazarene Rex Iudæorum; tu ipſe non niſi ſub hoc tuo Nomine *Ieſu*, ſupra tuum caput collocato voluiſti inclinato capite expirare, miſerere, vt ſub hoc & in hoc Nomine tuo, vltimum feliciter exſpirans inclinem caput. Doce me

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A Domine Ieſu credere, ſperare, amare in nomine tuo, gloriari in nomine tuo, quia dediſti poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine tuo. Sit Nomẽ tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ meę migrantis ad te, cum quo ita modo paciſcor, quoties *Ieſu* Nomen cogitauero, dixero, audiuero, toties velim omnium omnino cordium amoribus te amare, elicere perfectiſſime omnium, qui vnquam eliciti vel cogitati ſunt doloris, amoriſque actus excellentiſſimos. *Ieſu* Deus in nomine tuo ſaluũ me fac, nec enim eſt aliud Nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oportet nos ſaluos fieri, & tu factus es *Ieſus*, vt ſaluum facias populum tuum à peccatis eorũ.

Sit oleum ſuper moriens cor meum, effuſum B Nomen tuum.

Sed *nemo dicere poteſt Dominus Ieſus, niſi in Sp. ſancto.* 1. Cor. 12. Ergo ô Spiritus S. Deus doce me ita illud dicere, vt in illo ſaluus fiam: nã Ro. 10. *Omnis qui inuocauerit Nomen Domini ſaluus erit.*

1. Cor. 12.
Ro. 10. 13.

Aſſiſtentes tonare debent moribundum iis hoc S. Nomine inuocando.

Ne vero vel morbi iniuria, vel virium defectu * ſub finem præpediamur, rogandi antè aſſiſtentes, vt Nomen iſtud auribus noſtris inclamare non ceſſent, ita ſi corpus amplius nequeat, ſaltẽ animus Ieſum Saluatorem ſuum adoret, atque etiam exoret: vel certe ſub finem iconcula aliqua expreſſum ori imponendum, vt quamuis id lingua effari nequeat, ſaltem conſeruet: ita teſte Franciſco Sacchino, fama eſt Barbaros in ore P. Alphonſi Pacieci, quem in odium fidei intereC merant, maſſulam ceream inueniſſe ſacro nomine *Ieſu* inſignitam.

S Nomen Ieſu ori moribundi impoſitum.

DOCVMENTVM XXV.

Coram ſanctiſſima Dei Matre, eiuſque dulciſſimo Nomine implorato, ſupremum Spiritum exhalare.

MOriturus Chriſtus in cruce adſtare ſibi voluit Mariam: *Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius. Ioan.* 19. Idoneam non minus, quam variam SS. Patres cauſam adducunt; ego dabo tripartitam:

Ioa 19 25.

Cur Maria ſteterit iuxta crucem.

Prima eſt: vt humani generis reparatio, mũdi congrueret ruinæ, quæ ſicut à duobus, ſed D præcipuè à viro profecta eſt; ita ſalus ac redemptio à duobus, præſertim autem à Chriſto, proficiſceretur; nam vt prior fœmina à viro coſtam habuit, ex qua condita fuit; ita ſecunda Eua hæc ſpiritum à Chriſto accepit, quo poſſet aliis auxilio eſſe & ſaluti.

Altera. Matrem Cruci proximam adeſſe deſiderauit, vt ipſa mater filium ſuum in publicum ac ſolemne ſacrificium, velut aræ cominus adſiſtens Deo Patri offerret; in cuius feliciſſimam compenſationem, illi à filio Ioannes, & in eo nos omnes ceſſimus dono oblati.

Tertia denique, Matrem virginem ideo ſibi adſtare voluit morienti, vt duo nobis potentiſſima remedia contra Satanam, mortem ac pecca-

A ſum oſtenderet, Crucem ſcilicet ac Mariam, de quibus Dauidicum illud non inconuenienter Pſal.22.4. vſurpes: *virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*. Vbi per virgam intelligo Virginem, quæ de radice Ieſſe virgæ inſtar egreſſa eſt, ex qua flos *Ieſus* aſcendit: per baculum vero, *Crucem*, cui paſtor noſter innixus, velut alter Iacob tranſiuit Iordanem, vnde notum fiat omnibus, incongruè nos currere ad Crucem, ſine pietate erga Mariam, hâc verò priori adiunctâ, & dæmonem facile propulſari, & aquam tribulationis noſtræ in vinum conſolationis conuerti poſſe, cum in cuiuſuis electi morte ac tranſitu non minus nuptiæ fieri ſoleant, quam olim in Cana Galilææ, factæ ſunt.

Stabat itaque *Maria* iuxta Crucem *Ieſu*, diuini ſolis ardoribus excoquens maternæ charitatis phialam, qua cæleſtis panaceæ ſuccum ægris mortalibus propinet.

B Stabat iuxta Crucem *Ieſu Maria*, diuinum balſamum colligens, quo vulnerum noſtrorum languoribus medeatur tempore opportuno.

Salomone Machab. mater. Stabat *Maria* iuxta Crucem *Ieſu* filij ſui, altera nobis Salome Machabæorum mater futura, quæ vna filiis morientibus adſiſtens animos addat, & conſtantia impleat.

S.Theoclia. Magnum quidem ac mirum quod de Theoclia Calliopij matre Metaphraſtes ſcribit, cum damnatum ad Crucem filium, velut triumphantem ad ſupplicium vſque proſecuta eſt, ac tamquam in ſolio ſpectauit, excelſo, fortique animo non deſitura ad ſalutem impellere, donec C pendentem cæleſtis nuncius ad æternitatis gloriam euocaret, quę ipſa exinde amplexu ſtringens exanimem, pignus præmiſſum ad ſuperos filium, è veſtigio eſt inſecuta.

Potuerunt hæ quidem cohortando, incitandoque filios ad recti ſtudium inflammare, verum eoſdem aut morti eripere, aut vitam extendere non valuerunt. Maria vna & ſola eſt omnium noſtrum benigniſſima iuxta ac potentiſſima mater, quæ ſuprema nobis imminente hora ſuos & mortis æternæ faucibus eripere, & gaudiis poteſt cæleſtibus inferre. Tanti eſt huius patrocinio illo potiſſimum tempore fulciri.

S.Bern. Norat hoc pientiſſimus Doctor Bernardus D qui in meditatione huius horæ dicebat plorans: *Anima mea, quid ages tunc, cum in lectulo, poſito corpore exitura eris ex hac vita? quis erit tuus ſocius itineris, per quod non apparet veſtigium hominis? Quis ad iudicem te deducet? quæ ſors tua erit, bonane, an mala? quis te defendet? quis te liberabit? Conſiderabam ad dexteram (bonorum operum) & non erat qui cognoſceret me, periit fuga à me. Quid miſero reliquum?* S.Bern. *Clamaui ad te, Domina, dixi: tu es ſpes mea.* Et rectè, vnde Eccleſia:

Maria Mater gratiæ
Materque miſericordiæ
Tu nos ab hoſte protege
Et mortis hora ſuſcipe.

Confirmat id doctiſſimo calculo ſuo Alphonſus noſter Salmeronius tomo 3. tract. 5. his verbis: ob id, quod Chriſto naſcenti & morienti Maria adſtitit, digna facta eſt, quæ filiorum Dei generationem, vt mater pientiſſima foueat, atque morti noſtræ, in qua Deo per gloriam naſcimur ſingulariter ſuccurrat, vt ita tanto patrocinio & fauore ſubleuati, ſeruatique Virginem ſanctiſſimam veneremur, ac filium eius, cum Patre & ſpiritu ſancto per æterna ſæcula exaltemus. Alphonſ. Salmeron. tomo 3. tract. 5.

Neque id mirari, quiſpiam debeat, cum Seraphicus Bonauentura in opuſculis tomo 2. S Bonauentura tomo 2., quinq 2. 2. quinquag. de Virgine iuxta Crucem filij morientis adſtante loquens, ſic dicat: *Aue cuius prouocatus forma Deus, Deo natus moriturus non expauit, ſed vt gigas triumphauit. Sentit id filius eius naturalis, & adoptiuus ſentire non deſperet, ni forte aut non creditur Dei filius honorare Matrem, aut dubitare quis poteſt omnino in affectum caritatis tranſiſſe Mariæ viſcera, in quibus ipſa, quæ ex Deo eſt, caritas nouem menſibus corporaliter requieuit.* S.Bern. S.Bernard. ſer.1. in Aſſumpt. vnde infert *S.Anſelmus* S. Anſelm. c. 12. lib. de excell. V. lib. de excell. Virg. cap. 12: *tantummodo velis! O Mater, ſalutem noſtram & vere nequaquam ſalui eſſe non poterimus.* Quo in genere circumfertur effatum illud Petri Card. Damiani, *æternum væ non ſentiet, pro quo ſemel orauerit Maria.* Petrus Card. Dam. Quantam ex hoc prædeſtinationis ſpem concipiet, qui affectum filialē habet in morte circa Mariam, cum videat prædeſtinationem ſuam ſitam eſſe *Efficax Mariæ precatio.* in manu matris, cui ita facile eſt, vt vel vna eius petitio ſufficiat ad ſalutem.

Scribit P. Iulius Cæſar Recupitus Societatis noſtræ inſignis Theologus, adfuiſſe ſe euidam Patri è noſtris morti proximo, qui cum in Virginis honore procurando valde fuiſſet ſolicitus, ita Virginem moriens alloquebatur: ego effeci pro meo modulo, vt tibi ſæpius genua flecterent plurimi: tu ſemel genu flecte pro me & ſaluus ero. Sic itaque ratiocinari ſub mortem *Recens hiſtoria fiducia in B V.* Virginis amator poteſt: Maria mater mea eſt, etiamſi ego peccator ſum, quippe vt ipſamet reuelauit S.Birgittæ lib.4. c. 138. *Mater eſt omnium peccantium ſe emendare volentium.* S Birgitta l.4.c.138. Si ergo ab ea humiliter petiuero vt pro mea ſalute oret, repulſam non patiar filius à matre, nempe vt loquar cum Pariſienſi Epiſcopo, *hoc procul dubio peto, quod illi maximè gratum ac placitiſſimum certiſſime ſcio.* Guliel. Pariſ. Nec poterit quoque ſuus ei filius negare quod petet, cum ſit communis vox & ſenſus Eccleſiæ, nunquam Mariæ petitionem à filio paſſam eſſe repulſam.

Atque hinc factum legimus vt hæc ſalutationi Angelicæ à Pio V addita fuerit clauſula *nunc & in hora mortis noſtræ*, cum ad ea vſque tempora his verbis terminaretur, *S.Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Amen.*

Viderat ſagaciſſimus Pontifex, quantum Chriſtianæ plebis intereſt, eo temporis mo-

men-

arento Virginis præſidio defendi, maximum A tunc omnibus indicitur bellum, omnem lapidem hoſtes mouent, nec quidquam intentatum relinquunt. Multi, dum vita ſtaret incolumis, fortes viſi, qui fœdè hic corruiſſe notati ſunt, quibus proinde non malè illud Dauidi-

Pſal.77.9. cum conueniat: *filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli.* Orationis arcu, cæterorumque operum optimorum telis hoſtem ante fugantes, hîc vero prauâ dæmonis ad puſillanimitatem, præſumptionem, infidelitatem, vindictam, aliaue eiuſdem amurcæ retrimenta incitatione cæſi, fugatique ſunt. Hîc, inquam, hora illa, quâ de ſumma re agitur, & ipſe Pharao egredientem Iſraelem, Laban reuertentem Iacob perſequitur.

Apocal.12.12. De qua clamauit Ioannes Apocal. 12. *væ terræ & mari, quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens, quod modicum tempus habet.* Et Alius de hoſtibus ſuis loquens, quos rectè

Pſal.87.18. admodum illi ſimiles interpreteris: *Circumdederunt me, inquit, ſicut apes. Ibi abſconderunt ſuperbi la-*

Pſal.139.6. *queum mihi & iuxta iter poſuerunt ſcandalum mihi.* Nec fruſtra: cum enim ab illo momento pendeat æternitas, *ſi lignum ceciderit ad auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit illic erit.*

Eccli.11.3 Eccli.11.3.

Accedent dolores, quibus tunc obruemur, grauiſſimi, incredibilis nos angor inuadet, cum breui omnibus bonis exuendi, omnibus gaudijs priuandi, amicis omnibus deſtituendi. Tūc C viua, ac recens peccatorum memoria & mundi vanitas, quæ nunc oculos fugit, & dictorum omnium, factorumque reddenda ratio, & incertus potiſſimum exitus ſolicitos, anxioſque reddet. O quam gratum, acceptumque omnibus accidet tantæ Virginis auxilium, tantæ matris patrocinium! non ſic ignis membra frigida ſubleuat, arentem terrā pluuia recreat, ſol hominem oblectat, vt vna Deiparæ ſuffragatio moribundis ſolet ad gratiam profuiſſe.

Andronicus Imp. Nouerat id Andronicus Orientis Imperator, dum morte ingruente, Marianam, quam è collo geſtabat, effigiem, ori immitteret, & illachrymans, ſuum per matrem, Deo Ieſu ſpiritum commendaret, vnde etiam feliciter exſpi- D rauit. *In vita.*

Neque id quiſquam miretur, velim: cum enim ſint, nec illi pauci, aut leues, ſed plures ac locupletes auctores, qui ſacrilegum Ozam, ac filios Heli longè, dum viuerent, ſceleratiſſimos, ab æterna damnatione ereptos & vitam æternam conſecutos velint; illum, quod mor-

2.Reg.6. tuus dicatur iuxta Arcam 2.Reg.6: hos, quod

Magnum Mariæ præſidium in Morte. dicantur 1.Reg.4, pro defendenda Arca occubuiſſe, cui mirum accidiſſe poterit, magnæ Virginis cultores idipſum eius ope in morte conſe-

1.Reg.4. qui ſolere, quod Arca, figura quædam Virginis, in vmbra populo Iſraelitico exhibita, infirmum & egenum elementum, ſuis potuit procu-

A raſſe? Annuit S. Bonauentura in Pſalt. his ver- S.Bonau.
bis: *glorioſum & admirabile eſt Nomen tuum Maria, qui illud retinent, non expaueſcent in hora mortis: ab inuocatione Nominis tui trepidat ſpiritus malignus, pax multa obſeruantibus nomen tuum:* quod ſi adeſſe ipſa dignetur, & præſens iuuare? ſicut ad plurimos veniſſe non neſcimus. S. Gregorius Magnus lib.4. dial.cap.11. plerumque, ait, contingit Iuſtis, vt in morte ſua ſanctorum præcellentium viſiones aſpiciant, ne ipſam mortis ſuæ pœnalem ſententiam pertimeſcant, ſed dū eorum menti æternorū ciuium Societas oſtenditur, à carnis ſuæ copula ſine doloris & formidinis fatigatione ſoluantur.

Si alij ſancti piè culti, ſuis adeſſe tunc con-
B ſueuerunt, quis de glorioſiſſima Virgine dubitare poterit, quæ & materna charitate erga ſuos, & ſolicitudinis cura ſanctos omnes longiſſimè antecedit?

In fraude ſiquidem circumuenientium adeſt illis, & cuſtodit illos ab inimicis & à ſeductoribus tutatur illos. Sap.10. Sap.10.13.

B Mechtildis. Quid ſi promiſſum accedat? certè libr.1. ſpiritualis gratiæ cap.48. legimus Deiparam Virginem Mariam ad B. Mechtildem in hæc verba locutam: ego omnibus qui mihi piè & ſanctè deſeruiunt, volo in morte fideliſſimè tanquam mater piiſſima adeſſe, eoſque protegere ac conſolari.

Carolus Birgittæ filius feliciter moritur. Id olim Carolus beatæ Birgittæ filius exper-
C tus fuit, dum in ſupremo mortis diſcrimine, ſanctiſſima Virgo hæc, morituri adoleſcentis lectulo adſiſtere, cumque conſolari voluit, ſanctas cogitationes ſuggerere, & dæmones longius propulſare. Ita namque ipſa Virgo Deipara totum rei ſucceſſum prolixè recenſuiſſe matri legitur lib.7. reuelat. cap. 13. vbi ait ſe ad inſtar obſtetricis animam illam in ipſius ex hac vita diſceſſu adiuuiſſe, ne velut infans ex fluxu ſanguinis moreretur, dum ſcilicet carnalem amorem in memoria haberet, ac propter eum quidpiam Deo contrarium cogitaret: cuſtodiuiſſe præterea eandem à capitalibus inimicis eius, vt nullus eorum attingere illam poſſet, quo facto tota dæmonum turba profugit, ac feſtinanter
D receſſit.

Ad cauſam vero tantæ tutelæ ac beneficentiæ quod attinet, eam his verbis ipſa ſubiungit: Dum anima hæc in corpore degeret, magnam in me habuit charitatem, ſæpius hoc in corde ſuo reuoluens, quod me Deus in matrem ſuam eligere dignatus ſit, ac ſuper omnia creata ſublimiter exaltarit; quare tanto in Deum amore ferri cœpit, vt identidem repeteret, ac ruminaret: In tantum gaudeo ex eo, quod Deus Mariam in matrem filij ſui elegerit, vt creatura nulla, aut corporalis delectatio ſub cælo reperiri poſſit, quam ego in gaudij illius commutationem acceptarem. Et ſi fieri poſſet, vt ipſa in minimo puncto à dignitate in qua modo eſt, à

Deo remotior fieret, ego in huius detrimenti permutationem, magis eligerem æternis inferni cruciatibus mancipari.

Vnde liquet Deiparam ſuis clientibus in extremo illo mortis diſcrimine velut fulminatricem quamdam aquilam adfuturam, eoſque tamquam pullos ſuper alas ſuas portaturam, ne in horrida illa mortis caligine, in qua beſtiæ illæ tartareæ ad inſidiandum pertranſeunt, detrimentum patiantur.

Vnum hic dumtaxat cauendum, ne ſicut ſumus apes, ita peccata noſtra magnæ virginis opem à nobis auertant, contra verò, ſingularis erga eam pietas Nominiſque inuocatio atque imaginum eius cultus, virtutumque imitatio, eo nos dignos beneficio reddant.

Aiunt Pribiſlaum Danorum Regem in clypeo geſtare ſolitum fuiſſe B. V. Mariæ imaginem, idque felici admodum victoriarum ſucceſſu.

Ita & nobis, vt in prælio vltimo pro triumphis æternis certantibus eadem adſit, oranda ſedulo, dum illius imaginem eo tempore nobis propoſitam intuemur: ſolent namque ſub illius patrocinio domus eſſe, cuius inſignia portæ fuerint appenſa.

Fuit hoc, atque etiamnum eſt, quod vnum eorum omnium ſpectauit induſtria, qui ſecurũ vitæ ſuæ exitum præſtare voluerunt, ſed neque ſpe ſua falli viſi ſunt.

S. Stephan. Rex. A Rege ducamus initium. Fuit hic *Stephanus* qui Chriſto Hungaros ſubdidit, tutelam ſibi regnoque ſuo æternam Caſtrorum aciem ordinatam Virginem matrem legit, qui ſentiens ſuæ adeſſe migrationis tempus oculos in cœlum erigens, ait: Regina cœli, mundi inclyta reparatrix, tuo patrocinio ſanctam Eccleſiam cum Clero & Epiſcopis, regnumque cum primatibus & populo tuis precibus commendo quibus ego nunc vltimum vale dicens, animam quoque meam tuis manibus committo. *Antonius Bonfinius decade 2. lib. 1.*

S. Anno Epiſc. Fuit & *Anno* Colonienſis Epiſcopus, qui de obitu ſuo imminente per viſum edoctus, ſublatis manibus exclamauit: Sancta Maria ſuccurre miſeris, ſuccurre Coloniæ, deinde glorioſæ virgini quam videre præſe ferebat, plurimum ſe commendans migrauit ad Dominum. *Lambertus in Chronico.*

S. Richard. *Richardus* quoque Cicestrenſis Epiſcopus in Anglia, mortis ſuæ hora appropinquante, ad beatiſſimam Chriſti matrem allata ad ſe eiuſdẽ effigie, corde, & voce ſe conuertens, ait: *Maria mater gratiæ, materque miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & mortis hora ſuſcipe;* ſuiſque mandauit Cappellanis, vt eadem verba ad eius aures pronunciare non ceſſarent, atque ita inter ſuſpiria & Marianæ inuocationis verba, animam tradidit Creatori. *Surius.*

Memorandum ſanè quod de *B. Paulo Con-*

A *uerſo* Menologium Ciſtercienſe tradit: hic cum letbali morbo correptus vltimum iam ageret ſpiritum, ridere ſuauiſſimè cœpit, & circumſtãtibus, qui eius inſolitam in moribundo exultationem mirabantur, dixit: cur non riderem? cur non exultarem? Ecce Domina noſtra præſens eſt, & iam animam meam ſuſcipiet, & inter loquendum ſpiritum exhalauit & à piiſſima Matre benigniter ſuſceptus ad gaudia æterna perductus fuit. O felix, qui in ſummo hoc diſcrimine ridere potuit! ſed potuit, quia ſub vmbra Virginis latere ſe videbat. Non dubium eſt quin B. Virgo morienti maternos exhibuerit geſtus, quia non riſum, ſed timorem vultus excitat ſeuerus.

B Senibus his atque emeritis magnæ Matris militibus, iuuenes ac tirones ſubiungo.

Ludou. Seguratus. Primum *Ludouicum Seguratum* adoleſcentem religioſum è Societate Ieſu, qui morbi tempore, qui illi ſupremus fuit, circum lecticam ſuam varias Beatiſſ. Virginis imagines affigi voluit, vt quam in partem ipſe forte fortuna oculos conuerteret, dilectæ matris effigiem inueniret, nec animam ſuam alibi melius tutiuſuè quam in ſinu Virginis deponeret, aut ſupremum oculorum coniectum alibi felicius, quam in eius imagine ſiſteret, cuius præſentia æternum frui deſiderabat. *Annales Societ.*

Huic alterum addo non quidem Religioſum, ſed eiuſdem feliciſſimi ſtatus candidatum,

C Alexander Bertius. *Alexandrum* ſcilicet *Bertium* Florentinum, qui decimo & quinto anno vitam ſanctiſſimè actã abſoluit. Præuidiſſe eum mortis ſuæ diem multa argumenta ſunt, cumque inter eos dies è libello, ſacrum quid legeretur, quaſi in ſoporem ſe compoſuit: ſtabat anagnoſtes defixus in ore eius contemplando, vnde diuina quædam hilaritas emicabat, cum ſubitò ex contemplatione experrectus: an non, inquit, coram intuemini *Mariam* Dei matrem Dominam meam, mecumque Angelum Cuſtodem, & Mariam Magd. de pazzi(?)tum ad hos hoſpites conuerſus, ſabulari multa cum illis viſus eſt, lachrymantibus præ gaudio ſpectatoribus. Sub veſperum cum Dei-

D param iterum intueretur, capto impetu fractũ corpuſculum in cubitum eleuans reſedit, & cum diu tacuiſſet in cælum, in cælum exclamauit. Et fuiſſe ſanè magnam in illum eo tempore benignitatem Deiparæ ante cognitum eſt, pridie enim quam moreretur, frequentes ad eum Angeli eum cotollis adire viſi ſunt, qui dicerent ſe *Alexandri* obitum celebrare, atque ex ſuo numero vni à B. Virgine impetratum eſſe memorabant, vt *Alexandro* emigranti, victoriæ inſigne, corollam imponeret: ad quod ille imperium exequendum hilari ore ſe accingere viſus eſt. Nec dubium eſt præſtitiſſe, inter quas Cælitum blanditias & mortalium plurimorum ſuauiſſimos luctus è mortalitate ad immortalia gaudia *Alexander* tranſlatus fuit an. 1608. non

paucis

paucis à morte miraculis clarus. *Victor Adamus in Vita.* A

Baro Anicienſis.

Anno 1605 viuebat Anicij Baro quidam in primis magnæ Virginis cliens & cultor eximius. Hic in extremis dæmonem ſeſe importunè ingerentem, malaque conſilia ſuggerentem, diuino fretus auxilio conſtanter repulerat, cùm precibus quibuſdam recitatis ſolito factus ſerenior: En, inquit, te video, pulcherrima virgo, ô verè benigna parens, quæ præſto ſemper es tuis in calamitate. Nec plura poſt has voces, quam orationem: In manus tuas, &c. ſubiungens, animam emiſit, patronam Virginem, vt credimus, præeuntem ſecutus. *Annales Societ.*

Ioan. Fridericus à Neuchingen.

Horrorem quoque habet, ſed in conſolationem deſitum, quod ſequitur. Conſtantiæ vixit B anno 1610 Sodalis admodum Reuerendus & nobilis vir Ioannes Fridericus à Neuchingen Cathedralis Eccleſiæ Canonicus is lethifero decumbens morbo, Sacramentis iam omnibus rite communitus, grauibus cœpit tentamentorum ſtimulis vrgeri, quare ex D. Bernardi conſilio, ad B. Virginis opem confugiens, vidit quidem diuino oſtento Matrem Dei ſacroſanctæ Triadi ſupplicantem, verumtamen ſubiratam nec adeò ſuppetiis promptam quo viſo immane quantum exterritus ille conturbatuſque rem ſacerdoti expoſuit, à quo in ſpem meliorem erectus, iubetur à Matre ad miſericordiam propenſa, precibus fatiganda non prius deſiſtere, quam voti fiat potens; obſequitur ille: eadem C viſa identidem repetita cernit. At Virginem, nō vt primo minitabundam, ſed blando, hilaroque vultu reſpicientem, ipſoque aſpectu auxilia ſua promittentem.

Viſa non fuiſſe ſomnia, claruit euentu; ſiquidem deinceps, vt eidem patri retulit, ne minima quidem tentationis aura afflatus fuit, ac denique ſpei plenus animam optimæ patronæ reddidit. *Annales Soc.*

Plura eiuſmodi ex Marianæ Sodalitatis ærario teſtimonia arceſſere non foret difficile, quibus ſupremo hoc tempore, & ſingularis Deiparæ in ſuos amor, & inſignis noſtra omnium vtilitas comprobetur, ſed clara dies lucerna non indiget, vnum tamen ſi minus neceſſitatis, ornatus ſaltem gratia compendio adiungam. D

Sodalis Viennenſis.

Viennæ degebat ſuperiore ſæculo in Sodalitate Parthenia non ſegnis Deiparæ cultor adoleſcens, qui ſub vitæ mortalis exitum cum beatiſſimam Virginem ſæpius inuocaſſet, mox velut præſentem compellans, illius ſibi aduentum gratulatus fuit, oculiſque in ſublime defixis magna voce ac maiore quam pro viribus, in diuinæ matris laudem ſe effudit. Et cum magnam partem carminis *Salue Regina* percurriſſet, verba illa B. Eliſabethæ ſubiunxit: vnde ſibi tantū bonū, vt veniret mater Domini ad ſe? quibus dictis ſuauiſſimè exſpirauit. *Annales Sodal.*

Adolphus.

Idem expertus fuit *Adolphus*, qui principatū Alſatiæ in S. Franciſci paupertatem atque ordinem commutauit, dum in hora mortis trepidanti, Angelis ſtipata Virgo mater apparens, quid times, inquit, fili, aut cur ob imminentem mortem angeris? veni ſecurus, quoniam filius meus, cui fideliter ſeruiuiſti, dabit tibi coronam gloriæ: *VVaddingus in Annal.*

P. Emmanuel Fernandez.

De P. *Emmanuele Fernandio* ferunt Annales noſtri, virum hunc egregiæ in Virginem pietatis, cum iam morti vicinior decumberet, monuiſſe quendam ex adſtantibus, vt ſignum Crucis circa locum, quem deſignabat, effingeret: illic oſtentendere ſe voluiſſe cacodæmonem, ſed à Deipara repulſum. Tum quoad poterat intermortuis vocibus elatis: ah ſanctiſſima Domina, ſanctiſſima Domina exclamaſſe. Video ſacratiſſimam Dei matrem diuina pulchritudine admirabilem: finite me abeuntem ſequi, & ſecutum mox fuiſſe.

S. Dominici diſcipulus.

Fuit in ſacra PP. Prædicatorum familia religioſiſſimus concionator, qui conciones omnes ſuas narratione aliqua de Virgine Matre claudere ſolebat. Hic morte imminente, amaris diffluens lachrymis, triſtitia magna cor inuadente ſolatium nullum admittere poſſe videbatur, ſed encomiaſten ſuum nequaquam deſeruit Maria, ei ſe viſendam præbuit, mœrorem omnem abſterſit, & in iubilum ſuauiſſimæ voluptatis commutauit, protractiſque cum eo colloquiis, ſub finem, animam de corpore egredientem tuta ſtatione collocauit. *Chron. ord.*

S. Carolus Borromæus.

O Matrem verè magnam! Matrum, inquam, optimam *Mariam*, quæ filios ſuos triſti hoc temporis articulo non relinquis? iure ſanè quam maximo rogaſſe eam & interpellaſſe ſæpius debuit S. Carolus Borromæus, vt in actis eius legimus, tria hæc per eam à filio requirens, 1. lachrymoſum aſpectum & doloroſum ſuſpirium Chriſti morientis: 2. vnum ex doloroſis ſuſpiriis & lachrymoſis aſpectibus ac gemitibus cordis Mariæ, ſub Cruce filij adſtantis: 3 vt ſibi Virgo ſuccurreret eo mortis articulo, quando cor eius rumpendum & anima à corpore ſeparanda foret. Et horum compos factus Carolus fuit. *Ioan. Guiſſanus in Vita.*

Qui Matrem à filijs amari prædicat, rectè ille quidem ſentire dicendus eſt, rectius autem me iudice, qui matrem à filiabus pluſculū diligi, atque in omni periculo inquiri, prenſarique aſſerit. Inuenit enim præter ſexum ſuum vtraque neſcio quid, naturæ ſuæ abblandiens & mater ſc. & filia, quo trahi ſe ad eam, præ patre, hæc ſentiat, & iſta inclinari ſe ad amandam illam præ filijs perſentiſcat, naturam gratia non deſtruit, ſed perficere conſueuit: quare ſi hactenus tot vitæ, morumque ſanctitate conſpicui ſenes, ac iuuenes in ſupremo illo certamine, à quo ſalus pendere ſolet æternæ ad hanc Matrem accurrerint, atque ab eadem viciſſim accepti

cepti

cepti fuerint perbenignè, nil mirum ſi virgines, matronæque non paucæ, vel paribus, vel etiam maioribus à Matre pulchræ dilectionis tunc fuerint beneficiis affectæ, & huiuſcemodi quidem ſunt.

S. Opportuna.

S. Opportuna Virgo, quæ cum diu oraſſet, vt diſſolui poſſet & eſſe cum Christo, intelligens tandem ſe à Domino exauditam, & diem vocationis imminere, dæmonem in cubiculi, angulo adſtantem imperterrita aſpexit, ac deinde ad oſtium domus oculis conuerſis, ecce, inquit, aduenit Domina mea B. Virgo *Maria*, & extendens brachia, quaſi eam amplexari vellet, ſancta eius anima carne ſoluta eſt. *Surius to.* 2.

S. Hedvvigis.

E virgineo parthenone ad regium gynecæum tranſeo, vbi *Hedvvigis* habitat, quæ ex illuſtri Andecenſium Comitum & Tyrolenſium ſtirpe Henrico Polonorum Duci nupta, primos annos liberis procreandis, reliquum deinde vitæ tempus, non inuito coniuge caſtitati dedit, maluitque pauperum quam regum mater dici. Hæc ſanctiſſimæ Virginis Mariæ paruam apud ſe iconem habebat, quam manibus tenebat aſſiduè, oculiſque aſpiciebat irreflexis, vt illius conſpectu, diuinæ matris amor magis, magiſque augeſceret. Moriens autem tam arctò eam nexu tenuit, vt ipſi eam relinquere neceſſe fuerit ne digiti frangerentur. In hac itaque ſibi Virginem repræſentans, ad ſuperos abiit, & corpus cum eadem ſepultum ſuit.

Viginti quatuor anni à morte tranſierant, & ſepulchro ex cauſſa aperto tres illi digiti ſiniſtræ manus integri reperti, inter quos parua illa beatiſſ. Virginis effigies illæſa conſiſtebat. *Cromerus l.* 7. *de geſtis Polo.*

S. Muſa.

Felicior *Muſa* Virgo Romana, cui nocte quadam in ſomnis Deipara, denſo Virginum ſacrarum agmine cincta ſe obtulit, omnibus in vultu nitor ſolis, in veſte candor niuis. Et regina quidem eam affata: Comites, inquit, meas dote virginitatis filij mei connubium promeritas vides? auge bis tu numerum, ſi moribus matronam potius quam puellam præſtiteris, & infantiæ ſenilem miſcueris temperationem; ſic efficiam vt trigeſimo die voti compos fias. Sub hæc ita mutata eſt Muſa, vt ſolicito parentum oculo non indigeret. Itaque interrogare ſubiit noui moris cauſſam, quam filia nocturni viſi commemoratione attonitis indicauit. Quinto inde ac vigeſimo die febri corripitur, & trigeſimo beatam Dei genitricem, cum Virginibus, quas ante viderat, ad ſe rurſus venire conſpexit: cui etiā vocanti reſpondere cœpit, & depreſſis reuerenter oculis, aperta voce clamare: Ecce Domina venio: in qua etiam voce ſpiritum Deo tradidit. *S. Gregorius l.* 4 *dial. c.* 17.

Vidua anonyma.

Nec virgine hac infelicior, religioſa iſta vidua fuit, de qua Ioannes à Vitriaco ſcribit libr. 2. c. 3. hiſtoriæ, quam de vita *Mariæ Ogniacenſis* concinnauit, niſi forte vel hoc nomine ſuperarit, quod tam animæ, quam corpori ſuo præſidium à Deipara hoc tempore impetrarit. In ſancta hæc viduitate Deo fideliter ſeruierat, ac filias ſuas cæleſti ſponſo integras in ſancto Virginitatis propoſito cuſtodiebat, cum annis grauis, nouaque infirmitate accedente proſtrata, ad finem rendere cœpit. Aderat Maria de Oignies, viditque glorioſam virginem ſanctæ viduæ adſiſtentem, quæ veluti quodam flabello caloris æſtum, quo torquebatur humaniſſimè temperabat, Petro Apoſtolorum Coryphæo, inſidiantium turbam dæmonum procul abigente, ac denique Virgine ipſa, vbi illa corporeis vinculis ſoluta eſſet, cum ſuis ſodalibus Deum Dominum circa corpus miris laudibus efferente.

Claudam paragraphum poſtquam benigniſſimæ matris puſſimum affectum in paſtoritia virgine ſole clarius tralucentem breuiter explicaro.

Virgo paſtoritia à Deipara in morte viſitata.

Pudica hæc filia in paſcendis gregibus patri ſuo famulabatur, eratque in vicino Eccleſia, deſerta illa, quidem ac propemodum diruta, imaginem ſeruans carie licet ac vetuſtate collabentem, virginis tamen Matris ſpeciem ac ſimulachrum repræſentantem, qua innocens puella vehementer delectata, quo tempore oues paſcebantur, eo ſe conferre, ac coram illa preces fundere in primis ſolebat. Vnum erat, quod ferre non poterat, vſque adeo, neglectim haberi tantæ Matris ac Virginis effigiem, cui ipſa, quātumuis vel maxime cuperet aliud adferre remedium, nō poterat, præter vnum religioſæ pietatis ſtudium, quo plurimorum defectum vnà illa ſupplere contenderet: ſtatuit ergo quod à domeſticis laboribus inuenire liberum tempus poſſet, illi ſuæ Imagini colendæ, honorandæque impendere. Et annos plures ea religio tenuit: donec paſtoritiis curis, ac ſtudiis fracto corpuſculo, morbo puella ſuccumberet. Accidit autem forte fortuna, die illa duos iuxta villam, in qua ægra decumbebat, peregrinos iter habere, qui meridiani æſtus declinandi cauſa nemus ingreſſi, vnus ſomno obrui, alter orationi inſiſtere cœperunt, vterque verò ſpecioſarum virginum cætum, quem cæteris auguſtior matrona ductabat, intueri. Obſtupeſcere hic vigil, nec ſe diutius continere potens, ecquæ tanti cauſſa aduētus exquirit? cum ſtatim ea, quæ cæteris præcellentior videbatur, ego, inquit, *Maria*, ſum, mater Dei, quæ neminem reſpuo me fideliter inuocātem, ſodales vero hæ virgines ſunt, quæ virginitatem ſuam filio meo, mihique conſecrarunt, pergimus autem in villam proximam, viſitare virginem quandam paſtoritiam, defectis viribus ad extrema tendentem, quæ cum viuens valenſque obſequiis noſtris plurimum dedita fuerit, hoc ei morienti præſidium noluimus defuiſſe. Dixerat, & omnis illicò chorus ab oculis eius euanuit. Cumque ille ſocium ſuum è ſomno excitaſſet, ab eo narrari totum quod vigil ipſe con-

conſpexerat, audiuit. Abeunt itaque ſimul, & A pagũ intrant, atque vbi ægra puella cum morte conflictans decumbat inquirunt, ac tandem ſtramineo in thoro decumbentem inueniunt, & perofficioſè ſalutant: quibus virgo: diſcooperite vos, amici, & orate Dominum vt videre concedat, atque oculis intueri pulcherrimum hunc comitatum iuxta me conſiſtentem. Qua monitione in genua prouoluti, quem paulò ante in nemore virginum cœtum conſpexerant, denuo intuentur. Stabat iuxta infirmam Virgo Deipara, ſertum miræ pulchritudinis manu tenens, quod inter ſuauiſſimos concentus & dulcis harmoniæ cantica, quibus chorus ille ad miraculum perſonabat, anima de corpore egreſſa, eius capiti impoſuit, illam vero ſecum B perpetuo in cœlis regnaturam auexit, inſidiis omnibus, atque periculis à teterrimis hoſtibus, atque eo potiſſimum tempore infeſtiſſimis longiſſimè abactis. *Ioan. Maior in ſpeculo hiſtoriali.*

Dulce profectò, ac iucundum coram Virgine mori! ſuauis & expetenda eorum Mors, qui ſub vmbra Mariæ vixerint, virginis mores, moribus expreſſerint, & vitam vita; adeſt enim mortis tempore illa imitatoribus ſuis, cultoribus ſuis, eos iſto præcipuè tempore protegit & obumbrat, ne hoſtium ſuorum inſidiis circundati vincantur & pereant. Hoc pia ſub Cruce filij mater didicit, hoc noſtræ mortis anguſtiis patrona benigniſſima impendit.

Pia Vidua à Virgine Matre ſub mortem viſitata.

Teſtabitur id poſt alios iam ante commemoratos, pia Vidua, magna Deiparæ Virginis C cultrix, inops quidem opum, ſed meritis diues, de qua Pelbertus lib. 12. in hunc modum: Decumbebat vidua paupercula, iam pœne cum morte colluctans, rogabatur Parochus vt ſupremis Sacramentis ægram communire ne grauaretur; impeditus ille Vicarium miſit: & ecce rem miram, videt ſanctam viduam ſuper vile ſtramen humi decumbentem, auguſtiſſimam vero Dei matrem, cum ſplendido Virginum cœtu viduæ adſiſtentem, ac ſudorem mortualem ſudariolo extergentem. Quid magis maternum? quæ maior beneuolentia fingi poteſt? ſed & Sacerdoti viduæ confitenti aures daturo D ſellam regina cœli obtulit, & allatum in venerabili Sacramento Deum filium, mater cum omni Virginum choro adorauit. Ita vidua piè ſumpto viatico inter Deiparæ ſanctiſſima brachia exſpirauit. Beatam Mortem, quam talis Virginis præſentia communit! Ama Virginem & obtinebis illam.

DOCVMENTVM XXVI.

In Cruce, aut cum Cruce: eius oſculo, aut complexu animam efflate.

Cur Chriſtus Crucẽ elegerit.

HVmani generis Seruatorem Chriſtum in Cruce mortuum, ac per eandem ingreſſum in gloriam ſuam nemo eſt qui ignorat: quapropter autem tot inter alia duræ mortis genera, vnum hoc potiſſimum elegerit, non æque clarum omnibus, perſpectumque exiſtimarim: decollari noluit cum Ioanne, aut cum Innocentibus iugulari, abnuit præcipitari à Nazarenis aut lapidari à Phariſæis, ſed in Crucem abripi & exaltari à Iudęis: quid cauſſæ? varij diuerſa comminiſcuntur.

Cauſa I.

Sunt qui grauiſſima mundi ſcelera, teterrimo & atrociſſimo mortis genere, quale Crucis ſupplicium erat, expiari debuiſſe contendant.

II.

Sunt qui formam hanc moriendi elegiſſe aiunt, vt qui in ligno vicerat, in ligno quoque vinceretur, & medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.

III.

Sunt qui ſignum hoc mortis conueniſſe præcipue velint vniuerſæ hominum ſaluti, quam pius, ac clemens operabatur, nam vt bene S. Gregorius Nyſſenus, figura Crucis à medio cõta? u n quatuor extrema partita; virtutem eius ſignificat, qui in Cruce pependit, in quatuor mundi partes diffuſam, vt ſic queant comprehendiſſe omnes, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum caritatis eius. Quod S. Auguſtinus epiſt. ad Honoratum de gratia noui teſtamenti exponit his verbis: *non fruſtra igitur, tale genus mortis elegit, niſi in eo quoque latitudinis huius & longitudinis, & altitudinis & profunditatis Magiſter exiſteret.*

S. Auguſt.

Nam latitudo eſt in eo ligno, quod tranſuerſum deſuper figitur: hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus.

Longitudo in eo, quod ab ipſo ligno vſque ad terram conſpicuum eſt. Ibi enim quodammodo ſtatur, id eſt, perſiſtitur & perſeueratur; quod longanimitati tribuitur.

Altitudo eſt in ea ligni parte, quæ ab illo, quod tranſuerſum figitur, ſurſum verſus relinquitur; hoc eſt ad caput crucifixi: quia bene ſperantium ſuperna exſpectatio eſt.

Iam vero illud ex ligno, quod non apparet, quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, ſignificat gratuitæ gratiæ profunditatem.

IV.

Denique ſunt, qui Crucem præ ceteris amplexum dicant, vt nos totum corpus ad ſui obſequium in finem vſque extendere, iiſdemque gradibus quibus ille, cœlum petere doceret, ſcientes, quia ſicuti fuerimus ſocij Crucis, ita & futuri ſimus & gloriæ: *neque enim,* vt bene *S. Auguſtin.* tract. 119. in Ioan. *Crux Chriſti ſolum eſt le-*

ctulus

ctulus morientis, ſed & Cathedra docentis : quod ſi vllo temporis momento vſuuenire nobis ſoleat, maxime id ſuprema vitæ noſtræ hora contingere in confeſſo eſt, quando & duriora imminere certamina, & noſtra ſolet infirmitas maximè laborare, quo ſpectat non vltima illa mirificæ Crucis figura, in Iacobæo baculo Geneſ. 32. præſignata, quo Iordanem iſtum, qui Moabitidem à terra promiſſionis diſterminat, incolumes tranſmittamus: nec minus & alterum quod Anchoræ eſt ſymbolum, quo eximia nobis diuinæ Crucis virtus hoc tempore præcipue cõmendatur, vt eam, ſicut anchoram habentes animæ firmam, incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis Ieſus introiuit, portum feliciter teneamus: ſicut enim Anchora in mari fluctus inter & ventos nauim illæſam & inconcuſſam retinet & conſeruat; ita Crux inter tentationes, variaſque ſæculi huius agitationes, quibus in hac vita, quaſi nauigantes iactamur, animum firmat & corroborat, vt ſolidus, immobilis atque in fide conſtans perſiſtat, nulliſque exterritus procellis optato littore vitæ merces exponat.

S. Auguſt. c. 5. de viſit. Infirm.

Nouerat id S. Auguſtinus, vel quiſquis ille Auctor eſt, qui libros de viſitatione Infirmorum conſcripſit, cum monet quid infirmo faciendum ſit, præter cætera iubens, vt imaginem S. Crucis in promptu habeat, tum vt morbi ſolatium & lenimen, tum vt præſidium & fidei munimentum. *Sunt*, inquit, *quædam exteriora ſigna pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria, & quaſi quandam compunctionem penetralibus ſuis figentia, quæ & Chriſtianitatis religio vult obſeruari, & amicorum ad infirmos conuenientium deuotio gaudet adimpleri. Hæc & tu fili mi, non negligas, erunt ſiquidem & tibi ipſi ſalubria, & mihi cariſque tuis conſolatoria. Habent ſiquidem Chriſtianorum arcana illius Dominicæ Crucis, quaſi quoddam venerabile monumentum, quod de Crucis ipſius imaginatione, hoc eſt formatione Crucem cognominant*. Et infra, *hanc complectere humiliter & venerare ſuppliciter*. Si cauſam quærimus reddet eam Andreas Chriſti famulus, ac dignus Dei Apoſtolus, cum ſic loquitur: *ô bona Crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini ſuſcepiſti, accipe me ab hominibus & redde me Magiſtro meo.*

S. Andreas Apoſt.

Ratio vſurpare Crucem ſub mortem.

Nec ratio deficit: Aſylum namque in Cruce conſtitutum, extremum ſcilicet refugium omnibus ad eam confugientibus veteres hiſtoriæ teſtantur. Ita *Leonem Imperatorem*, quamuis Iconoclaſta foret acerrimus, cum in periculum capitis incidiſſet, ad Crucem, tamquam certiſſimum quoddam Aſylum confugiſſe *Cedrenus* ſcribit.

Leo Iconomachus ad Crucem fugit.

Tiberius Imp. ad Crucem aduolat, vt ad Aſylum.

Item *Tiberium* ad Crucis imaginem, quæ in Blachernis erat aduolaſſe idem Auctor eſt, cum à Philippico ad cædem quæreretur. Et quis neſciat imminente ſupremâ hora, à tot hoſtibus, quot Orcus incolas numerat homi-

A nem ad exitium quæri ſempiternum? vt ſi vnquam, tunc ſanè vel maximè aſylo opus ſit, quo infernalium vngues harpyiarum incolumes euadamus.

Signum ſalutis, aſſici Crucis.

Mirum eſt, ac fidem tranſcendere videtur, quod Monardes in hiſtoria Indica c. 74. recenſet: In Peruuia ramum cuiuſdam arbuſculæ, ſeu plantæ inueniri, qui certo indicio homini ægrotanti vel mortem, vel ſalutem prænuntiet. Si enim ſuperſtes homo futurus ſit, hunc ramum alacrem & lætum eſſe prehenſurum; contra, ſi mœſto animo eum ſtringat, mortem imminere conſtat. Adeoque id anno 1562 in domeſtico Comitis de Nieua mancipio reipſa comprobatum. Quidquid de rei ve-
B ritate ſit, hoc certum: Ramum Crucis qui lætus arripit, æternæ ſalutis omen habet; qui reſpuit, mortis periculum ſubit.

Adhæc, ſi vt vetus ac vera habet paræmia:

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci:

Cuncta tuliſſe ſuffragia arbitrer, qui mortis certamine imminente ad Crucem conuolarit, de qua non ſolum in arduis præſidium, ſed in aſperis ſolatium queat reportare, oleum ſiquidem de Cruce ſtillare ſolitum Beda cap. 22. de locis SS. poſt alios multos auctor eſt his verbis: Crucem quę Conſtantinopoli in templo S. Sophiæ aſſeruabatur, tribus illis diebus ante Paſcha, quibus in altari colenda exponebatur, non modu mirificum quendam odorem exhalaſſe,
C ſed & nodos eius liquorem omni morborum generi admodum ſalutarem fundere conſueuiſſe certum eſt.

V. Beda de Cruce oleum exſtillante.

Nec id ex vna aliqua tantum Crucis imagine, ſed multis, fluere ſolitum veteres tradidere, idque ad plurimorum ſolamen & medicinam, quale fuiſſe illud ex 7 Synodo, Act. 4. conſtat, quod ex Cruce fluebat ad quam peſtifero correptus vlcere S. Theodorus Sicæorum Abbas deportatus fuit, cuius oleo cum aſperſus is eſſet, illico conualuit. Si de Crucibus modo nullum externa ſpecie fluere oleum videamus, non ideo conſectarium eſt, nullo interius ſiue lætitiæ, ſiue fortitudinis oleo impinguari, quotquot ad eiuſcemodi Cruces cauſa pietatis
D accedunt, cum à S. Ioanne Damaſceno l. 4. c. 12 iam *clypeus* & *armatura* & *trophæum contra diabolum*, iam *ſignaculum* ne tangat nos euerſor, iam *animæ conſeruatio* & *corporis*, iam *argumentum multæ benedictionis appelletur*. Addo, ſicut per ſignum S. Crucis ſuper res varias efformatæ, illæ ex vulgarium numero eximuntur, incipiuntque eſſe inſtrumenta Dei & hominis, qui eis vtitur, vel vt dæmones, eiuſque præſtigiæ fugentur vel morbi, ſi ita expediat propulſentur, quis dubitare auſit, hoc tempore idem à nobis ſigno S. Crucis expreſſo, cultoque poſſe obtineri? quod minimè latuiſſe magnum illum Ioannem Apoſtolum vel ex eo liquere arbitror, quod Nicephorus Calliſtus l. 2. c. 42 de

S. Ioan. Damaſcen.

eo

Digitized by Google

S. Ioan. Euangeliſta Moriturus cruce adhibet.

eo ſcriptum reliquit: Cum dudum tranſitionem ſuam ad Deum, diemque at horam eius præuidiſſet Ioannes, presbyteris, miniſtriſque Eccleſiæ ſecum aſſumptis, extra Ephæſiorum vrbem egreditur, & cum eis in vicinum quendam tumulum, quo frequenter ire, precationi operam daturus ſolebat, conſcendit, mox ſarculis quibuſdam & ligonibus celeriter ſepulchrum ſibi fodi præcipit, deinde vbi ſe Crucis ſigno communiſſet, in monumentum deſcendit, vbi in Crucis modum, inquit Petrus Damiani ſer. 2. de S. Ioan. iacere voluit, quia Crucem in ſuo corpore piè viuendo ſemper portârat: & ſicut Petrus magiſtrum ſecutus, eſt à perſecutoribus crucifixus: ita quodammodo & Ioannes in Eccleſiaſtica pace ſepultus.

S. Ioann. Chryſoſt. moriturus ſe cruce ſignat.

Ita quoque de *S. Ioanne Chryſoſtomo* ſcribit Metaphraſtes cum ſpiritum Deo redditurus eſſet, ſigno S. Crucis ſe communiuiſſe, abſque quo formidoloſum iſtud iter ingredi exhorrebat.

Ita S. Corbinianus.

Talis & *S. Corbinianus Friſingenſis Epiſcopus*, qui adueniente exitus ſui die, Crucis ſignum capiti ſuo impreſſit & Spiritum Deo reddidit. *Otho Friſing. l. 5. c. 23.*

Ita S. Maiolus.

Accedit *S. Maiolus Cluniacenſis* Abbas, qui crucis munitus ſignaculo, quod ſæpius dextera ſibi depingebat feliciter migrauit ad Dominum. *Petrus Clun. l. 2. c. 31.*

Ita S. Modoaldus.

Idem de *Modoaldo Treuirenſium* Epiſcopo Surius ſcribit, imminente ſcilicet ſuprema hora, Crucis ſignaculo bis, terue ſe conſignando ad Deum migraſſe.

Ita Staniſlaus Hoſius.

Quod & de *Staniſlao Hoſio*, notæ ſanctitatis eminentiſſimo Cardinale ſcribit Reſcius his verbis: illud decantabat ſæpiſſime: O crux aue ſpes vnica: & intentis in cælum oculis ſigno ſanctiſſimæ Trinitatis, pro veteri more ſuo, tribus cõiunctis digitis, ad ſignificandum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium ſe muniebat Ideo namque, vt teſtatur Alcuinus l. de diuin. off. cap. 8. Crucis ſupplicium elegit Dominus; quia cum nobis non ſemper facile ſit lapides aut ferrum in noſtri tutelam circumferre; Crux leui manus motu exprimitur, qua contra inimici inſidias muniamur. Notat hoc S. Patricius, de quo ſcribit Richardus Stanihurſtus, ſolitum fuiſſe, omni D hora diei, noctiſque centies ſe Dominicæ Crucis trophæo ſignare.

Imitatus hunc eſt Ludouicus I. Imperator verè pius, qui ex morbo lethali decumbens quamdiu valebat, manu propria tam frontem, quam pectus eodem ſignaculo armabat. Si quãdo laſſabatur per manus fratris ſui Drogonis Metenſis Epiſcopi, nutu id fieri poſcebat. *Baronius to. IX.*

Quod autem quam vtile omnibus accidat vel inde diſcere liceat, quod etiam quidam poſt mortem ſe cruce ſignaſſe legantur, cuiuſmodi vnus pro pluribus ſit *Macedonius* Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui tanta crucem religione

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A proſequebatur viuus, vt etiam vita functus, cum exanime corpus iaceret, claro & illuſtri prodigio, elata manu ſibi impreſſerit id ſignum. hic autem ille Macedonius eſt quem Anaſtaſius Dicorus Imp. crudeli impietate nobilis, fidei cauſa primum in exilium egit, deinde per ſicarios trucidari iuſſit. *Nicephor. l. 16. c. 26.*

S. Macedonius etiã mortuus ſe cruce ſignabat.

Didiciſſe à viris feminas nec infelicius vſurpaſſe hunc morem hiſtoriæ teſtantur. Ita de ſorore ſua Macrina ſcribit Gregorius Nyſſenus, cuius hæc ſub finem verba recenſet: Æternæ Deus inquiebat cui addicta ſum ex vtero matris, quem ex totis viſceribus dilexit animus meus, qui ad hoſtis perniciem & vitæ noſtræ ſecuritatem, dediſti ſignum metuentibus te, notã B S. Crucis tu mihi adhibe Angelum lucis, qui me ducat ad locum refrigerij. Tu qui flammeum fregiſti gladium & paradiſo reddidiſti hominem, qui tecum cruci ſuffixus erat, & ad miſericordiam confugerat tuam, memento etiam mei in regno tuo: ſiquidem & ego crucifixa ſum tecum, configens timore tuo carnes meas ne ſeparet me chaos illud formidandum ab electis tuis, & hęc dicens oculis, & ori, & cordi crucis ſignum impreſſit. ac deinde magnum quendam ac profundum ſpiritum ducens precationem ſimul & vitam finiuit. *S. Gregorius Nyſſ. in epiſt. ad Olymp.*

S. Macrina moriens cruce ſe ſignat.

S. Paula.

De *Paula* vero vidua ita S. Hieronymus li. 1. ep. 27. Digitum ad os tenens & Crucis ſignum C in labiis pingens feliciter obdormiuit in Domino.

Maria Oegniacenſis.

Et huius quidem neceſſitatem experta *Maria Oegniacenſis* ad eandem voluit non ſegniter confugiſſe, imminente enim iam hora tranſitus eius, viſo ſatana, expaueſcere cœpit, & à circumſtantibus opem poſcere; ſed fiduciam è Chriſti patientis auxilio concipiens ſe Crucis ſigno muniuit, quo pulſo, fugatoque hoſte, læta Deo ſpiritum reddidit. *Iacob. Vitriacenſis.*

Ab aliis ſignari morientes voluit S. Anaſtaſ.

Quin & ab aliis ſignari ſe ſtudioſiſſimè contenderunt *S. Anaſtaſia* Patricia, quę perceptis Euchariſtiæ myſteriis ſigna me, ait patri ſuo ſpirituali, ſigno Chriſti. *Raderus in viridario SS.*

V. Cathar. Adorna.

B. Catharina Adorna., quæ cum ſub vitæ exitum ex dæmonis aſpectu territa loqui non valeret, innuebat circumſtantibus vt eam ſigno Crucis conſignarent. *Marianus Grimaldus in Sanctuario genuenſi.*

Crucis effigies morientibus tradita.

A tranſeunte hoc, & in ipſo vſu deſinente Crucis ſigno, morientibus vſurpato ad ſtatam ac permanentem eiuſdem imaginem venio, quæ paulo ſolet clarius atque efficacius ſenſus noſtros, affectuſque mouere, hæc ægris & abiturientibus proponi, ac velut alter Iacobæus baculus in manus tradi ſolet, quo vitæ huius Iordanem, qui in mare mortuum præcipitat, feliciter tranſeamus. Hoc *lignum vitæ, per quod*, teſte S. Ioan. Damaſceno, *vita datur & reſurrectio*: hoc *lignum Marath, quo amariſſima mortis aqua in dul-*

S. Ioan. Damaſc.

cedinem vertuntur. Hæc maxilla aſini, qua moriens ſe munit, & intrepidus percutit omnes aduerſantes ſibi. Hæc virga Moyſis eſt, quæ ſaluat Iſrael, & pharaonem, id eſt, diabolum in mari ſubmergit. Hic gladius Goliath quo infernali caput giganti auſertur.

S. Didacus. Præ ſe ferre cæleſtem hanc ſcientiam viſus eſt *B. Didacus* Complutenſis ex S. Franciſci familia, qui de proxima iam lætus morte, crucem ligneam quæ ad caput eius repoſita erat, arctè complexus, & ore ſæpiſſimè oſculatus, cum ingenti quadam pietate exclamauit: *dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera.* Quibus dictis animam reddidit. *M. Antonius Columna in relat. facta Sixto V.*

S. Iuo. Nouerat hoc *S. Iuo Presbyter*, qui humi cubans conuerſus ad Crucis imaginem, quam perpetuò in ſuo aſſeruârat cubiculo, cum ſuſpiriis & lachrymis agonem ſuum Domino commendauit. *Toſſinus in hiſt. Seraph.*

S. Nicol. Tolentinas. Nec ignoraſſe creditus *S. Nicolaus Tolentinas*, qui paulo ante mortem Crucem ſibi offerri voluit, vt, inquiens, eius virtute, ceu baculo altiſſimæ poteſtatis ſultus, Iordanem huius mundi liberè tranſmittere & ad paradiſi gaudia feliciter peruenire poſſim. Allata Cruce, in genua, vt potuit, lecto incumbens & flens largiter dixit: *Salue Crux pretioſa quæ digna fuiſti portare mundi pretium quod in te quieuit, & ſedit, Latroni miſericordiam imploranti pepercit, Matrem virginem virgini diſcipulo commendauit, Deumque pro crucifigentibus ſe rogauit, ille me per te defendet in hac hora ab hoſte maligno. Mombritius tomo ſecundo.*

S. Elzear. Ita ad ſupremam luctam armabatur *S. Comes Elzearius*, cumque, ſacro perunctus oleo, varias inter preces, quas coram ſe fundi iuſſerat, audiret: *per Crucem & Paſſionem ſuam, libera eum Domine*, ipſe tertiò eumdem verſum repetiit, addens: *Hæc eſt ſpes mea, in hac volo mori. Surius in Vita.*

P. Paullus Arriaga. Alij effigiem Crucifixi ſtrictè complectuntur, vt *Paullus Arriaga* Societ. Ieſu, qui cum circa Hauanam nauigaret, imminente naufragio, expiatis omnibus, inter adorandum Crucifixum, quem manu tenebat, ſpiritum ſanctè exhalauit, cadauer fluctibus è nauigio eiectum, poſtridie fluitabat, crucifixum arcto ſtringens complexu. *Hiſt. Indica.*

V Petrus Dagninus. Camaldulenſ. Talis & Petrus fuit Dagninus S. Romualdi magnus diſcipulus, qui morti proximus ſe in genua erigens pietate maxima amplexatus eſt crucem, cumque ſemel atque iterum dixiſſet: *dulce lignum &c.* dulcedine maxima animam Deo reddidit, primus Camaldulenſis eremi prior. *Siluanus Raz.*

Sunt alij, qui morte imminente crucifixi pedes ſtringunt, iiſque potiſſimum inhærent, tenentes cum mulieribus ipſis pedes eius, quibus in die Reſurrectionis apparuit, vt & ipſi audire poſſint: *Auete, nolite timere.* Id eſt, nolite timere ab iniquitatibus veſtris, ego enim ſum peccatorum remiſſio: Nolite timere à tenebris, quia lux ſum mundi. Nolite timere à morte, *ego enim ſum vita: qui venit ad me, mortem non videbit in æternum.*

P Alph. Rodrig. Alij oſculo ſacram effigiem diſſuauiantur, & talem quidem nobis deſcribit *Philippus Alegambe* in Catalogo *P. Alphonſum Rodriguez*, qui ſacro inunctus oleo, alienatus iam à ſenſibus, cum in eo ſtatu ferè per triduum hæſiſſet, ſimul atque à Sacerdote crucifixi Imaginem accepiſſet, quaſi profundo quodam ſomno excitus, oculos aperuit, & facie, quæ ante palluerat, in ruborem verſa, Chriſti pedes religioſè oſculatus eſt, & placidiſſimè exſpirauit.

V. Hugo Cluniacenſ. Magnus aute & ſingularis fuiſſe debuit huius pietatis cultor *B. Hugo Cluniacenſium Abbas*, qui oblatum ſibi ſalutiferæ Crucis ſignum ſub vitę exitum piiſſimè ſtuduit venerari: & quale id fuiſſe crediderimus? indubie, ſupplicio quod repræſentabat non abſimile aut diuerſum, cuiuſmodi Cluniacenſium ſtatuto exprimitur, cum de aſferenda cruce lignea infirmo inuncto, vt eam adoret & oſculetur, non autem aurea aut argentea, monentur: *ſiquidem in maxilla aſini, in mãdibula pulli aſinarum deleuit eos. Iud. 16. Petrus Cluniacenſ. in Biblioth.*

Et debet profectò hæc pia crucis vſurpandæ religio, maiore pollere virtute, potentiaque clareſcere, quam vulgo nobis hominibus de terrena concretione ſtupentibus notum, perſpectũque eſt, cum ipſi quoque cælites eam concitare, atque prouehere viſi ſint.

Ioanus Rex. *Iuanus* fuit filius Geſtimuli Regis Croatiæ, qui dum in Bohemiæ quadam ſolitudine vitam agens variis dæmonum moleſtiis vexaretur, à S. Ioanne Bapt. Cruce donatus eſt, qua ſpiritus malignos inde exturbauit, atque ibidem eius ſubſidio quietè vitam finiuit. *Greg. Bertoldus in Bohemia pia.* Tanti eſt à cruce defendi.

S. Leocadia. Quis id credat nobiliſſimam Virginem Leocadiam ignoraſſe, quæ dum grauiſſimos B. Eulaliæ audiſſet cruciatus, genibus in oratione poſitis ante crucem [quam ipſa digitis, ô miraculum! in lapide duriſſimo impreſſerat] impollutũ Chriſto ſpiritũ reddidit. *Marinæus Sicu. rerũ H. ſ. l. 5.*

Crucifixus Morientibus oſtendẽdus. Et egregiæ quidem, fateor, virtutis hoc crucis ſignum eſt, tum ad pietatem ſuprema illa hora excitandam, tum autem nouo robore morientium animos confirmandos, maioris tamen atq; excellentioris fore crediderim, ſi patientis imago acceſſerit, qua & memoria iuuari & imbecillitas noſtra, qua deſignata mente ſimulachra effingimus, non parum adiuuatur, atque hinc legimus S. Antonium Crucifixi imaginem morte appropinquante, tanto fuiſſe ardore complexum, vt à dulcibus oſculis diſſuauianda, non ante finem fecerit quam viuendi. *Vincentius Mainardus in Vita.*

S. Antoninus *Moriẽs crucifixum oſculatur.*

S Edmund. *ſimiliter.* Nec minus feciſſe viſus *S. Edmund. Cantuarienſium Antiſtes*, qui ſacro iam oleo delibutus crucẽ non

non ſine lacbrymis complexus, mira pietate Chriſti vulnera, ſed lateris præſertim, crebro & prolixius deoſculabatur, illud repetens Iſaiæ 12. *Haurietis nunc aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Vincentius in ſpec. l. 31. c. 67.*

Iſaiæ 12. 3.

Robertus Cardin. Bellarmin.

Duos hoſce præſules, eorum non degener imitator, ſecutus eſt, *Robertus Card. Bellarminus*, & ſpectaculum quidem iucundiſſimum erat intueri exoſculantem Chriſti Domini è cruce pēdentis effigiem, quippe eam arctiſſimè complexus ſatis indicabat, quam impensè amaret crucifixum Seruatorem vitæ ſuæ: quem denique cū vellet vltimis obſequiis venerari, ſtricto ſimulachro ſaluriferæ crucis, detracto ſibi pileolo, reuelatum manu tremebunda caput ſemel, iterumque conſignauit. Poſtea crucem eandem ſuperimponere humeris, quaſi cum ea facturus iter conatus eſt. Demum ſupra pectus ſubter lintea collocauit, & reductis brachiis ſtrinxit cor euocaturus, vt per ea vtique vulnera immoreretur Deo ſuo, & moribundas manus in his crucifixi obſequiis reliquit. *Syluester petra Sancta. l. 7. cap. 1.*

Ioan Rex Aragoniæ.

Ioannes Aragonum Rex piiſſimus ad extrema deuenerat, cum ſubito exclamat: ô! me miſerū & infelicem, qui tam ſero fallacem mundum cognoſco: conuerſus autem ad Chriſti Crucifixi imaginem: miſerere mei, inquit, clementiſſime Ieſu & à peccatis meis faciem auerte, illa motus miſericordia, qua hominem à morte per Crucem tuam redemiſti: atque hæc inter verba crucifixum ſæpius exoſculans, exſtinctus eſt. *Lucius Marinæus l. 18.*

Marcus Salus.

Et huic quidem accedat *Marcus Salus* Genuenſis, qui cum graui morbo implicitus ad ſuprema contenderet, diſcedentibus omnibus, præter Argentinam coniugem ſuam, Crucifixi Domini noſtri imaginem accepit in manus, & ad eam conuerſus ait: Vxor mea cariſſima, ecce ſponſus tuus, hunc tibi relinquo, præpara te ad ferendam Crucem, quia multa pateris, atque ita eidem vale faciens, emiſit ſpiritum. *Sanctuarium Genuæ.*

Baptiſta Genuenſis Virgo.

Nec viros inter ſtare hæc pietas potuit, ad feminas quoque deriuata eſt: *Baptiſta* fuit *Genuenſis*, ſanctimonialis non incelebris, quæ hora ſui exitus adueniente Crucifixi Domini noſtri imaginem, maxima cum hilaritate ſuſcepit, vulnerum loca ſingulatim exoſculans, inter quæ carnis vinculo ſoluta, ad Dominum migrauit. *Marianus Grimaldus in ſanctuario Genuæ.*

V. Raingarda.

Fuit & *Raingarda*, mater B. Petri venerabilis, quæ poſt viri obitum monialis facta, dum grauiter decumberet, crucem cum Domini imagine ſibi deferri rogauit. Qua allata, adhibuit ori ſuo dominicam effigiem, & pedes eius lingua allambens, vultui ſuo tota virtute corporis impreſſit. Nullam ſibi gloriam, nullam ſpem ſupereſſe ſaluris aſſerens, niſi in cruce Domini ſui. Cumque expleta oratione circumſtantes à vultu eius imaginem Domini amouere conarentur, quid vultis, inquit, auferre Dominum meū? permittite eum mihi quamdiu vixero, ad quem ſtatim ſum moriens tranſitura. Ita Chriſtum in Cruce illa videre ſe reputans, ab amplexu eius diuelli non potuit, donec ſuam in manus illius animam conſignaret. *Petrus Venerab. libr. 4. epiſtol. 17.*

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

Maria Victoria.

Singularis quoque hac in parte Venerabilis illa fuit *Victoria*, quæ Genuæ Annuntiatis iſtis cæleſtibus initium dedit: languere hæc ſupremo morbo cœperat, cum ad vtrumque latus eius, quo decumbebat, lectuli, Crucifixi imaginem affigi voluit, vt quamcunque in partem ſe verteret, vbique ſponſum ſanguinum inueniret. Vnde factum, ad cubiculi fores dæmonem apparentem, ab ingreſſu prohibitum, nuſquā amplius viſum diſparuiſſe. *In Vita.*

Crux in Corpore & membris expreſſa.

Ingenioſa res Amor eſt, maximè vbi amatum ſibi ſtatuit imitandum, vnde fit, vt nouo boni Crucifixum oculis, ore, ac brachiis in ſuprema lucta deuenerari parum ſit, niſi & eundem in corpore ſuo, ac membris exprimere moriendo poſſit, vt dilecto ſuo ſic factus ſimilior, ab eodem facilius agnoſcatur.

S. Ambroſ.

Notauit id in *S. Ambroſio* Mediolanenſium Epiſcopo Paulinus. Ad ægrotum Dei voce ter admonitus Honoratus Vercellenſis Epiſcopus aduenerat, vt ei S. Domini corpus præberet, quo ille ſumpto, conformatis in Crucis ſimilitudinē manibus orans animā Deo reddidit. *In Vita.*

B. Robert. Salentinus.

De B. quoque *Roberto Salentino* tradit vitæ auctor, imminente tranſitus ſui hora, coram omnibus aſſiſtentibus, brachia ſua extendiſſe veluti iam cruci affigenda, atque in eo ſitu, ad mortem vſque perſeuerаſſe. De quo more *Tertullian.* lib. de Orat. *Nos vero*, inquit, *non attollimus tantum manus, ſed etiam expandimus & dominicam paſſionem modulantes & orantes confitemur Chriſtum.* Et *Maximus Taurinenſis* homil. de Cruce. *Ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur.*

B. Bonaiunta Seruita.

Eximium ſanè eſt, quod in hanc rem Seruitarum annales referunt de *B. Bonajunta* Ordinis vniuerſi generale. Inſtante morte ſacris operatus erat, cum myſtico habitu etiamnum vt erat indutus, omnes ad ſe Religioſos euocauit, quos de vicina morte ſua certiores faciens, totam patientis Chriſti hiſtoriam explicare aggreſſus, huius memoriam velut optimam quandam hæreditatem filiis omnibus cupiens reliquiſſe. Nec immunis à lachrymis res fuit, maximè cum ad Crucifixionem pius commentator perueniſſet, hic deficere eum vox cœperat, nec verba, quibus reliquum abſolueret, ſuppetebant, quare veluti in procinctu crucifigendus vtrumque brachium expandit, atque in eo poſitu animam reddidit creatori.

Guilielmus Saltamoch. Soc. Ieſv.

Huc ſpectaſſe viſus eſt *Guilielmus Saltamochius* è Societate Ieſu ab Albenatibus Caluiniſtis in

Digitized by Google

odium catholicæ fidei trucidatus, qui dũ ab illis ad mortem raperetur, duos ex digitis ſuis decuſſatim in formam Crucis diſpoſuit, identidem ori ſuo illos admouens, vt, cum aliter non poſſet, hac ſaltem via in cruce moreretur. *Relatio hiſtor. de morte eius.*

Conſaluus de Tapia Soc. Ieſu

Nec id diſſimulaſſe credendus eſt *P. Conſaluus de Tapia* ex eadẽ Soc. in Sinaloa Mexici prouincia, odio Chriſtianæ fidei quam apud Barbaros illos viriliter procurabat, abſciſſo capite interẽptus: huius brachiũ dexterũ, cuius in manu duos digitos crucis in modum conformauerat moribundus amator crucis, fruſtra conati barbari abſcindere. Poſtero autem die inuentũ eſt à Chriſtianis corpus, eodem brachio, quod reſcindi nequiuerat, & in eo digitis ad crucis formã aptatis, è terra in altum ſublato, quaſi ad amplexandam crucem, etiam tum parato. *Annal. Soc. Ind.*

B. Odo Carthuſ.

Idem ſapuit *B. Odo Carthuſienſis*, notæ ſanctitatis monachus, qui cum moribundus decumberet, mox de ſtrato erectus, eleuatis & extenſis in crucis ſimilitudinem manibus ſpiritum Deo reddidit. *Ex proceſſu Canon. iuſſu Greg. IX. confecto.*

S. Amaſius Epiſcop.

Nec procul à ſancto hoc more diſceſſit *Amaſius* Epiſcopus Theanenſis, qui ſacro ſumpto viatico conformatis in crucis ſimilitudinem manibus, oculos in cælum erexit, & Spiritum Creatori reſignauit. *Paul Reg. de SS. regni Neapolit l. 2.*

V. Camillus de Lellis.

Singulare autem omnino eſt, quod in hanc rẽ Cicatellus litteris expreſſit dum vitã *Camilli de Lellis* deſcribit: Poſtremis, inquit, vitæ ſuæ diebus petiit à confeſſario ſibi picturam quandã hac figura procurari; nẽpe Chriſti in cruce morientis, cum duobus Angelis, vno ad dextram, altero ad ſiniſtram tenentibus manu calicem aureum, qui ſanguinem è vulneribus Ieſu exciperent, cũ aliis duobus Angelis ad ſingula latera, qui ſanguinis calicem Patri æterno offerrent in remiſſionem peccatorum ipſius *Camilli*. Ad pedẽ vero crucis, dextrotſum cupiebat depingi B. Virginem pro ipſo deprecãtem. Quã ad eum allatã figurã, ipſe eam contẽplans, aduertenſque pictorem, rogatu confeſſarij ſui etiam appinxiſſe ipſum Camillum flexis genibus inter B. Virginem & crucẽ, velut exſpectabundum, vt aliquam pretioſi ſanguinis guttulam in ſe inſtillaret, atque ex eius ore prodeuntes has voces: *parce famulo tuo, quem pretioſo ſanguine redemiſti*. Ipſe, inquam hæc aduertens, dixit: noſti Domine, hanc non fuiſſe inuentionem meam, ſed cum Deus ita voluerit, me ſc. hic depingi, erit mihi ſignum tanto amplius ſperandi Miſericordiam tuam. Deinde ad Virginem Matrẽ conuerſus; age, inquiebat, mater ſanctiſſima, impetra mihi à filio tuo gratiam, vt libenter hic patiar, & ſi non ſufficit, addat & alia. Deinde cũ ſibi in manus tradi picturam mandaſſet, expreſſas in ea ſanctas imagines ſingulatim exoſculãs his verbis vſus eſt; ad crucifixum quidẽ: *Domine, ego tibi hanc animam commendo*, quam pretioſo ſanguine redemiſti. Ad Dominam vero: *ah mater pietatis, per eam te conſtantiam rogo, quam ſub cruce monſtraſti*, vt impetres mihi hanc gratiam, qua ſalua fiat anima mea. *Hæc ille.*

Quod autem fortibus viris, duratiſque longo pietatis vſu adſcribere non dubitarũt magna ingenia, ſupremam luctam crucifixi effigie feliciter abſoluiſſe, id in virginibus ac matronis, quibus molliores animos natura finxit, iure glorioſiſſimum arbitreris. Videamus id in *B. Clara* de mõte Falchio. Pretioſum hæc Redemptionis noſtræ beneficium attento animo volutabat, cum Redemptor albo candidus amiculo, grandẽ crucis trabem poſt ſe trahens, inter radioſum fulgorem conſpicuus, eã in hunc fere modum affatus eſt.

B. Clara de monte Falchio, in cuius corde Chriſtus patiens expreſſus.

Aue filia: ſummam gaudiorum huc tibi affero, crucẽ hãc, quæ nullibi firmius figi poteſt, amplexare: & cor tuum mihi præbe, vt in hac cruce moriaris. Nec abnuit Clara, quin & perfectius id deniq; expleuit: imminente ſiquidem vltimo vitæ ſuæ die, cum aliqua ex ſororibus ei crucem contra dæmonũ inſidias porrigeret, non eſt, inquit, quod mei cauſa trepides, filia, Chriſti crucẽ altè cordi meo inſculptã geſtito. Et paulo poſt alteri: ſi Chriſti crucẽ quæris, accipe cor meũ in quo Chriſtum crucifixum reperies: quocũ, in horas ſingulas, deficiente corpuſculo, quam dulcibus illa colloquiis, quod reliquũ vitæ ſuperfuit norunt, qui aderant, omnes; patuitq; manifeſte, cũ à morte ſecto corpuſculo, cor infantuli capite grandius inuentum eſt, quod diuiſum in partes æquales, hinc in dextera ſc. ſui parte Ieſu Chriſti cruci affixi & vulneribus liuidis ſignati figurã magnitudine pollicis exhibuit; pendentibus ibidem ex tribus neruiculis quaſi filis, tribus clauiculis duris, acutis, nigris, quorum duo breuiores ex breuiori filo, longior tertius ex longiore filo vinciebantur: iuxtim verò alio apparente neruiculo, cui cuſpis ferruginea, dura, & acuminata, qui lanceam; & circulo tortuoſo, hirſuto, aculeato, qui coronã ſpineã referebat: aderat quoq; neruiculorũ quædã multum rubea & informis cõgeries, quã ſpongiã interpretabãtur.

In ſiniſtra autẽ iacebat ſindon plurimis guttulis ſanguinolenta, & flagellum ex quinq; neruiculis nodoſis & manica carnea ligno non abſimilis; itẽ funiculi tabo atri: & propter iſta neruiculus alius rectus, funiculis quaſi circumſeptus, qui columnam ſignificabat. Porro ſimulachra hęc omnia, tametſi carnea eſſent, colorem tamen habebant & duritiem eorum, quæ repræſentabant. Quorum omnium teſtis Berengarius Epiſcopi Spoletani Vicarius, hæc iuſſus examinare ſingula manu ſua tractauit & auctoritatis ſuę, qua pollebat, poteſtate rob[o]rauit & in publicas tabulas retulit. Inter quę omnia, *Clara* innixa ſuper dilectũ ſuum crucifixum, Iordanem tranſiit, promiſſa ſibi dudum cæleſti hæreditate, feliciter gauiſura. *Iſidorus Moſconius in Vita.*

Catharina Adornia.

Claræ *Cathar. Adorniam*, Italam Italæ, virgini viduam ſubiungo, quæ accedente ſuprema die in lecto iacebat immobilis, extẽſis brachiis crucifixi

cifixi

cifixi imaginē repræſentans, magniſq; oppreſſa doloribus, nil aliud clamabat aſſidue, niſi *bene veniat, bene veniat hæc paſſio, & quoduis aliud tormentum à dulciſſimo Domino meo immiſſum*. Marianus Grimaldus in Sanctuar. Genuæ.

Et magna quidē hæc eſſe fateor & fructuoſa, at ſuper ea neſcio quid, noui hominis induſtria ſubinde ſoleat parturire, quo morientē in Cruce Dominū proximè queat imitari. Ita de *S. Vdalrico* vitæ eius auctor nobis ſcriptū reliquit, nocte illa, quæ ſuprema ſancto Antiſtiti in hac vita fuit, voluiſſe cinere in figuram crucis ſe rite aſpergi, ſub eaque precantem ad ortum ſolis exſpiraſſe.

S. Vdalricus.

S. Homob.

Fecit & *Homobonus* nomini vitam reſpondere. Neque adeo huic rei coniugium quo implicatus fuit, neque mercatura, quam exercuit, obſtitit. Poſitum in more habuit, concubia nocte templū precandi cauſa petere, quod clauſum cum aliquoties repériſſet, nobiles illi Atrienſes cœlites aperuerunt. Ille nunquā non vel ad magnæ matris, vel filij effigiē cernuus iacuit, pulchra viciſſitudine, nunc ab vbere, nunc à vulnere ebrius, certe adueniente ſuæ vocationis die, ad Chriſti in crucem ſixi pedes, manibus in formam crucis extenſis procubuit, & occubuit. *Surius*.

S. Hugo Lincoln.

Quantus denique fuerit crucis amator *S. Hugo Lincolnienſium Antiſtes* in vltima infirmitate ſua, morbo ingraueſcente monſtrauit, dum pauimento coram ſe nudato, & cinere benedicto in crucis formam conſperſo, imponi ſe illi voluit, vbi recubans ſub initium Cantici, nunc dimittis &c. ſpiritum feliciter in manus Conditoris reſignauit. *Dorlandus l. 3. Chronici Carth.*

S. Margarita Scotorū Regina.

Sed neque ex altero ſexu præclaræ Heroides hic deſiderari ſe paſſæ ſunt, quas inter inſigniter eminere viſa fuit Margarita Scotorum Regina, quæ cum grauibus preſſa doloribus, ad exitum vehementius vrgeretur, crucem Scotiæ nigram, quā ſemper in veneratione habuerat, amplecti, exoſculari, illaque crebro oculos, & faciem ſtuduit conſignare, donec ſub hoc lætabunda vexillo cœleſtem patriā inueheretur. *hiſt. Scot l. 12.*

B. Veronic. de Binaſco.

Quem vero ordinem, modumq; homo moriens in oſculanda cruce, aut crucifixi vulneribus ſeruare debeat, *B. Veronica de Binaſco* docebit: Die ſacra Inuentionis S. Crucis, Virgo pia, mēte in ſupernas ſedes erecta, viderat crucem iuxta diuinæ maieſtatis tribunal magna luce reſplendere, cum ecce beatiſſima cœlorum regina, quā pone Maria Magdalena, ceteræque Sanctarum mentium turmæ ſequebantur, crucem veneraturæ accedebant, prior ſe Virgo mater ad oſcula demittebat, & locum quidem vbi dextera Chriſti manus clauo affixa fuerat primum oſculata fuit, deinde locum è regione, tum capitis, poſtea lateris, de quo fluxit ſanguis & aqua, denique pedū loca exoſculando magni amoris gaudia demonſtrabat. Reginam ſecuti cæteri, ac pari ritu crucem adorarunt. *Iſidor. Iſolanus in Vita.*

B. Mecht.

Quantæ vero vtilitatis, ſolatiique hæc res ſit, *R. P. Lyræus de imit.* IESV *patient.*

A liquet ex *B. Mechtilde*, Feriā quâdam ſextâ, hæc Virgo Chriſtum ſponſum viderat in altari ſtantem, vulneribus eius veluti recentibus multo ſanguine manantibus; ſtabat à dextera filij virgo Mater, quæ mox coram filio ſe in genua demittens, ſacra vulnera, magna veneratione ſalutabat, præcipiens deinde *Mechtildi*, idem vt ipſa præſtaret: Quod dum reuerentiā magnā feciſſet, ecce vulnera illa apparuerunt, quaſi gemmis pretioſiſſimis ornata, dumque id non parum miraretur, dixit ei Dominus: *ſicut gemmæ in ſe magnas habent vires, vt etiam quaſdam hominum expellant infirmitates, ſic vulnera mea, tantæ efficaciæ ſunt, vt omnes animæ languores depellant. l. gr. Spirit.*

B Beatos nos, ſi tali medicamine, vel ſub vltimam vitæ horam, vtamur! quo certius atque ſecurius ad Deum proficiſcamur, vti contigit Dominæ Ioannæ Brocheræ, quam S. Thereſia vidit è purgatorio cum crucifixo egredientem. *Ribera l. 3. Vitæ c. 5.*

Epiſtola Henrici Suſonis ad moribundū antepoſitā doctrinam confirmans.

Atque is demum perſpicuus, rectuſq; ſenſus fuiſſe viſus eſt Henrici Suſonis, viri è Prædicatorum familia morum ſanctitate atq; eruditione clariſſimi, cuius hæc aurea, cuidam in extremis laboranti ſcripta exſtat epiſtola, non indigna ſane, quæ ab omnibus ſæpius legatur, qui animo celſo, atque erecto mortem cupiunt excipere: eſt autem eiuſmodi:

C Abſalon fili mi: quis mihi det, vt ego moriar pro te? quis, inquam, fili chariſſime, det mihi amantiſſimo in Chriſto, patri tuo, vt moriar pro te, optimæ ſpei filio meo? Certè etſi corpore nō licet mori, tamen corde morior tecum fili cordis mei. Corpore quidem procul abſum à te, ſed animus meus adſtat tibi moribundo, idq; acerbis cum lachrymis piiſque atque amantiſſimis querimoniis. Quæſo te porrige mihi ægras manus tuas. Quod ſi ita viſum eſt Deo vt moriaris, firmiter retine Catholicam fidē, vt lætus excedas. Gaudeas pulcherrimam animam tuam (quæ eſt purus, rationalis, ac deiformis ſpiritus) ab hoc anguſto, miſero, & graui carcere abſoluendam, ac deinceps ſine vllo impedimento, ſua beatitudine feliciſſimè perfruituram, namque ipſe Dominus ait: *non videbit me homo, & viuet*.

D Vnum eſt, quod multos inexpertos in morte perterrere ſolet, eiſque mortem adferre acerbā, & anxiam, videlicet: quod dū præteritos annos, diſſolutamque & malè tranſactam vitam ſuam reducunt ad calculum, grādi ſe debito obligatos Deo ſentiunt, neque in illa hora ſatis perſpiciunt, quid agere hic debeant. Sed hac in parte certum tibi præſtabo conſilium, diuinis ex litteris ac veritate ipſa petitum, vt hinc poſſis ſecurus euadere. Si quidem in diebus tuis perperam te vixiſſe noſti, ſicut pauci à vitiis immunes hanc vitam degere ſolent, inde non nimis terrearis velim; ſed poſtquā Sacramentis Eccleſiæ fueris munitus, crucifixi imaginem tibi ob oculos ſtatuas, eamque intuearis, & tuo apprimas

Digitized by Google

pectori, atque in ſanguinolenta immenſæ miſericordiæ eius vulnera te reclinans obſecra enixè, vt in cruentis vulneribus, diuina virtute ſua, peccata tua abluat, pro ſua laude, & tua indigentia, vel neceſſitate cuncta condonet, ac deinde, fide mea ſecurus eſto, à cunctis te vitijs penitus abſolutum hilarirer poſſe mortem oppetere. Hæc ille. *Bzouius tomo 14. ad an. 1337. num. 15.*

P. Henricus Garnetus è Soc. Iesv.

Quod ille hic amico ſuaſit, in ſe expreſſiſſe legitur nobilis ille apud Anglos *Chriſti martyr Henricus Garnetus* è Societate Iesv, qui cum in publicum Londini ad mortem productus, multis Deo gratias egiſſit, quod eo potiſſimum die illam mortem obiret, quo memoria S. Crucis (inuentæ ſcilicet) cui maxime ſemper addictus fuerat, ab Eccleſia colebatur, impenſè Deum rogauit, in ipſo mortis puncto, vt nunquam pateretur eam à corde ſuo diuelli, nec irritas fuiſſe preces apparuit, nam deijciendus è ſcalis, ita brachia complicauit, vt formam Crucis exprimerent, & contra naturæ ordinem eandem figuram, non ſolum vſque ad extremum ſpiritum, ſed etiam poſt mortem retinerent. *Annal. Societ. anni 1606.*

Antonius Vbaldinus Ieſuatus.

Quod autem hic in campo atque certamine, id *Antonius Vbaldinus* ex ordine Ieſuatorum in vmbra non prætermiſit: videns namque benedictam inter mulieres Virginem, Angelorum cohortibus ſtipatam ad ſe deſcendere, ecce, clamabat, dilectam Dei matrem, vt animam meam in cœlum euehat; & quia ſurgere per infirmitatem non poterat, ſuper lectulo ſeſe erigens, brachia in Crucem componit, ac poſt ſuauiſſima cum ſancta parente colloquia, hilati vultu, ſpiritum ab ipſa in ſinu collectum emiſit. Vlnæ vero ita firmiter inuicem adhæſere, vt diſtrahi nullo conatu potuerint; nimirum ſignaculum, quod ſuper brachium viuens poſuerat, mortuus conſtanter retinuit, & Crucem quam viuens tulerat, ne quidem in morte deponere voluit: manſit autem per dies tres in defuncti cubiculo talis, ac tā ſuauis odoris fragrantia, qualem nulla aromata, floreſque in noſtra mortalitate referre, nedum valeant exæquare. *Ioan. Bapt. Roſſi in Triumphò diuinæ gratiæ part. 5. c. 8.*

Ioanna de Ceſpedes ex ord. Dom.

His iungere non prætermittam V. Ioannam de Ceſpedes ex ordine B. Dominici ſanctimonialem magnam Chriſti patientis cultricem, quem licet tota vita ſua affectum non obſcuris indicijs prodidiſſet, maximè verò in poſtrema illa lucta, voluit eſſe teſtatum, dum namque agonem ſuum ingredienti Crucifixi effigies pro more præſentaretur, fixis eum Ioanna luminibus intuens, te, Chriſte, inquit, obteſtor medullitus, vt diuini ſanguinis tui guttam, vel vnicam exſoluendis mihi debitis largiaris, qua cœleſti tuæ Iuſtitiæ faciam ſatis: vix finierat, cum luce palam viſi eſt ſanguinis gutta, ex vulnere lateris Chriſti, recto curſu in pectus Ioannæ

A delabi. In cuius rei memoriam, eadem illa Chriſti patientis effigies, etiamnum in loco iſto honorifice conſeruatur. *Lopez. tomo 4. l. 1. c. 54.*

Maria de Sarmiento ex ord. Dom.

Quia verò ſocialis hæc vita comite gaudet, dabimus, Marinam, ſcilicet, de Sarmiento filiam Marchionis de Pozo innocentiſſimam Virginem, quæ cum inſtante morte Chriſti ſponſi ſui crucifixi effigiem poſceret ad ſupremum illi oſculum figendum, date, inquiebat, eum mihi, quem in hac vita extremum aſpicere & complecti deſidero, vt primum in cœlis merear intueri, & in omnem æternitatē poſſidere. Ioan. à S. Maria tomo 2. l. 2. c. 11.

Maria Maldonata.

Quin & tertia ex eodem ordine accedat, & caput concludat: *Maria*, inquam, *Maldonata*, B à Purificatione, quæ hora mortis ſuæ imminente, Crucifixi iconem manu accipiens, Chriſtum enixius orare inſtitit, vt gutta vna pretioſi ſanguinis ſui tanta copia è confoſſo latere profuſi os ſuum labiaque reficeret, ſiti namque ardenti torrebatur; cum ecce in conſpectu omnium, Chriſtus auulſis de Cruce manibus Virginem amplexus perfoſſum latus ori illius applicuit, ſic vnda expleturus, quod ipſa antè guttā fieri deſiderārat; quo diuinæ benignitatis habito teſtimonio, læta exſpirauit; ſubſecuta cœleſti muſica, ſuauiſſimoque per totum cubiculum odore diffuſo. *Lopez. tomo 4. l. 1. c. 46.*

DOCVMENTVM XXVII. C

Vitæ ſuæ ſpiraculo diuinis manibus ante commendato fidenter mori.

IAm tractum ad ſe orbem terrarum beato pauore ſupplicantem, de Cruce Dominus ſuſpenderat, veniam interſectoribus impetrarat, partiti fuerant veſtimenta milites, latroni cœlum, id eſt, gloriæ regnum promiſerat, cū quo iam communicauerat regnum Crucis. Virginem Matrem cœlum longè beatius Ioanni ſimul & nobis donorat; conſummatis itaque datiſque omnibus, vnum, qui ſupererat, ſpiritum, inclinato capite tradere reſtabat, cui autem potius, D quam Patri, à quo ponendi illum mandatum acceperat? huius igitur manibus tradendus erat, dicuntur verò Dei manus in ſcripturis intelligentia eius & voluntas, ſiue ſapientia & potentia, ſiue quod in idem recidit, intellectus omnia ſciens & voluntas omnia potens, quibus duabus velut manibus Deus omnia facere conſueuit. Animam itaque agere incipit, & tamquam teneretur communi conditione mortalium in vitæ ſupremis laborat, ſed in parentis æterni gremium inclinato capite, vitæ ſuæ ſpiraculum eiuſdem manibus voce magna reſignat: *Pater*, inquiens, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, quod & grauiſſimis & maximis noui hominis vſibus, eo potiſſimum tempore, ſer- Luc. 23. 46

Quæ Dei Manus.

uire

uire voluit, quo id ei maxime poſſit eſſe commodo ſimul & exemplo. Ita *Victor Antiochenus* in Marcum : *hæc Chriſti commendatio in animarum noſtrarum commodum cedebat , quippe quas ille à corpore quod inhabitauerant,abſolutas,quaſi quoddam depoſitum,in Dei viuentis manus ea ratione tradebat.*

Victor Antiochenus.

Citabat autem prædictis verbis Saluaror Pſalmum trigeſimum : vbi Rex Dauid afflictus & in mortis periculo conſtitutus , tam in ſua, quam Chriſti perſona calidiſſimis votis precabatur: *in manus tuas* inquiens *commendo ſpiritum meum;* vnde eundem Pſalmum & verſum vſurpat, canitque ſub ſerum Eccleſia , vt ſuos condocefaciat omnes dum lectum ineunt , ſuam Deo animam commendare , præſertim cum à catarrhis, alijſque ſymptomatis noctu varia ingruere queant pericula : quæ vel maximè formidanda , cum iam in procinctu mors , atroci pede tabernam pulſat , tum ne quiſquam quãtumuis iuſtus ac ſanctus ſe tutum ac liberum à diabolo exiſtimet, qui vitæ huius calcaneo non ſegniter inſidiatur ; tùm verò ne ſuum quis Deo patri commendare ſpiritum eo tempore prætermittat , qui hominis pars eſt præcipua , à cuius bona ſorte ac felicitate res noſtra omnis reliqua dependet : vnde quadruplex hic fructus , iſque longe ampliſſimus exiſtere ſolet: Primus ſingularis cuiuſdam teſtimonij , quo nos animam non à patre vel matre , ſed à Deo ſolo accepiſſe fatemur , ideoque nos illi eam tamquam rem à ſe , creando conditam redonare.

Pſal.30.6.

Cur animã quotidie ſub ſerum Deo commendemus maximè ſub mortem.

Quis fructus huius commendationis.

Secundus, ſyncerę fidei , qua credimus animam in morte non interire , ſed mortis expertem ad Deum reuerti.

Tertius, certiſſimæ ſpei,qua morientes Spiritum ei commendamus, vt illum quaſi depoſitum ſeruet , ac corpori ſuo in communi mortuorum ad vitam reditione clemens reſtituat.

Quartus denique ac poſtremus , piæ precationis, qua in agone vltimo , Dei opem contra omnes nequiſſimi hoſtis aſſultus requirimus,eique per amorem animam ac ſpiritum conſignamus.

Optima hæc moriendi forma ad Deum velut tutiſſimũ quoddam aſylum, neglectis ceteris , conuolare. Pudet me ſanè , cum apud Pythagoreos tam multa de fuga ad Deum lego. Ergo illi norant, quid eſſet ad Deum fugere , qui inter eas tenebras , quid Deus ipſe eſſet, ignorabant? Fugere ad Deum tam neceſſaria, tam lumine naturæ nota res eſt, vt eam vel Pythagoras non ignorarit ; niſi velimus hoc eum è ſacris litteris,vt multa didiciſſe,quod qui perfectè faciunt , ij cum Domino dicere cenſendi ſunt : *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Singula verba expendamus, viſuri attentius , quid nobis ſupremo illo tempore faciendum ſit. *Pater,* inquit. Deum Patrem cogita,& viciſti. Ne timeas, pater filium non perdet. An

Pythagoræ ſectum: ad Deum fuge.

A forte metuis, ne eo te ſaluum & incolumem volente, aliquis eo fortior te opprimat ? ſed pergit : *In manus tuas.* Cogita manus illas, quæ & omnia poſſunt & omnia continent, agunt omnia & omnia largiuntur:in his manibus es,& times? Timeo, inquis , non quidem ne nolit me ſaluum, aut ne volens,nõ poſſit : ſed ne ego ipſe illius & voluntati & potentiæ obſiſtam : ego enim ſolus obſiſtere ei poſſum, cuius nemo eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati. Ergo te ſolum times? tum vero nihil eſt tibi conſultius, quam vt te ipſi totum tradas, & hoſtem , à quo tibi metuis , potentiſſimo ac fideliſſimo Domino credas : dices igitur , & conſtanter dices *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Pater,cetera vt vis , hunc ſpiritum meum, in quo tota

B res , & ſors mea eſt , quod vnum ego ſum vt ſaluus ſit in die tuo, dignare ſeruandum in manus tuas accipere. Et vocem quidem Eccleſia præit : nam eà , vti *Amalarius Treuirenſis* exponit, ter potiſſimum vtitur his vocibus. 1 in ſacra ſynaxi corrigenda , tamquam in mortis hora Sacerdos has vaces effatur. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* Qui enim , inquit Paulus, *manducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit , non diiudicans corpus Domini.* Alimentum,aut venenum eſt.

2. Ad precum horariarum clauſulam. Dormientes ſiquidem maioribus pluribuſque periculis quam vigilantes expoſiti ſumus. 3 Ad vi-

C tæ finem. Tunc certè cacodæmon inſidias ſtruit, nihil non agit, vt ſi qua poſſit moribundum irretiat.

Hoc ſapiat , quiſquis ſapit.hic terminus noſter,hæc meta ſit, ad quam eant omnia ; *Commendemus animas noſtras,* vt monet *S.Petrus in benefactis fideli Creatori.1.4.* 1.Petri 4.

Non cognatis,non amicis, non filiis ; fruſtra id agimus. Cum igitur ſuprema hæc hora illuxerit,age quod agis, nõ auri negotium tracta, ſed cœli. Theſaurus tuus,animus tuus, illum fideli Creatori commenda.

In primis hoc intellexiſſe protomartyr auditus eſt *Stephanus,* dum ſub ipſũ vitæ mortalis exitum, *Domine Ieſu,*inquit,*ſuſcipe ſpiritum meum.*

D quaſi diceret, ait *S. Auguſtinus* ſerm.93. *Tibi vixi, tibi morior, quia adiuuiſti me; vicit, quem ſuſcipis: accipe ſpiritum meum de manu eorum , qui oderunt tuum.* S. Auguſt. ſer 93.

Et ſermone 51.*Feciſti me victorem , recipe me in triumphum : illi perſequuntur , tu ſuſcipe : illi eiiciunt, tu intromitte : dic ſpiritui meo, intra in gaudium Domini tui.*

Vnde multi ſentiunt Chriſtum Dominum ſeruorum ſuorum & ſeruarum animas ſtatim à morte excipere, eaſque quaſi fructus laborum ſuorum Deo Patri offerre ; cui ſententiæ non leue ex ſequentibus pondus accedit : *Et cum hoc dixiſſet,obdormiuit in Domino.* Quæ ſic exponit idem S.*Auguſtinus : Abſorptus erat in charitatis*

Digitized by Google

abyſſum, & inter Dei ſui brachia requieſcens dormiuit ſecurus & quietus in æterna pace, quia Spiritum Domino commendauit.

Quibus alludere videtur Auguſtinus ad ritum priſcum, quo ſe gentiles beatiſſimè emori exiſtimabant, cum vitæ ſuæ ſpiraculum amicorum chariſſimo inſpiraſſent. *Stephanus* autem, eiuſque conſimiles, beati, quia in Domino, id eſt, in illius amplexibus & ſinu ſpiritum ſuum tradebant.

S Dionyſ. Ignoraſſe id nequit magnus ille ex Areopagita, Doctor *Dionyſius*, qui iam ſenior ac grandæuus annos numerans decem ſupra centum, poſt vincula, verbera, flammas, Chriſtiana fortitudine toleratas in Crucem actus, dum Cruce grauius ſenſiſſet deponi de Cruce, tandem ad gladium damnatus, iam iam ictum excepturus, hæc protulit: *vltimum verbum Domini mei in Cruce, ſit & mihi vltimum in hac luce: pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Segerus in Chronico.*

S Baſilius. Reſpexiſſe eodem creditus eſt *S. Baſilius*, qui cum vitam ſuam per regiam Crucis viam ad terminum perductam cerneret, vt extremis illam Crucifixi verbis ſignaret, poſtquam circumſtantes præclaris monitis ad omnem pietatem hortatus eſſet, magno affectu illud Chriſti ad Chriſtum ſubiunxit: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* Et vnà cum verbis animam lætus ad Crucifixum Dominum tranſmiſit. *S. Gregor. Nazianz. orat.* 20.

Paulus Iuſtinianus Camaldulenſis. Excelluiſſe autem hic viſus fuit *Paulus Iuſtinianus* Camaldulenſis, qui cum ad extremam vitæ ſuæ lineam deueniſſet: *adeſto iam*, inquit, *mihi, ô Bone Ieſu, vnica ſpes mea, cui ſoli vixi, cui vni morior, & ſuſcipe in miſericordia tua ſpiritum meum, quem in manus tuas commendo, quia tu redemiſti me Domine Deus veritatis,* quibus dictis requieuit in pace. *Hiſtoria Eremitica, ſiue Romualdina per Lucam Eremitam l. 3. c. 16.*

Petrus Vrſeolus. Huic ſocium ex eadem eremo iungo *Petrum Vrſeolum*, qui cum Venetiarum Dux eſſet, relicto ducatu ad S. Romualdum confugiens monachi habitum ab eo accepit, ſub quo dum Creatori ſuo fideliter deſeruiſſet, tandem hora noua, qua Dominus exſpirauit, eiuſdem verba ingeminans: *in manus tuas, Domine commendo ſpiritum meum*, ad eundem migrauit. *Idem.*

Ferdinand. Caſtellæ Rex. Nec à Regibus abfuiſſe laudanda hæc pietas cenſenda eſt: *Ferdinandus* laudatiſſimus ille Caſtellæ & Legionis Rex morti cœperat eſſe vicinus, cùm præſentibus, lectumque regium circumſtantibus regni proceribus, ad Dominum conuerſus: *tua eſt*, inquit, *poteſtas Domine, tuum eſt regnum, tu es ſupra omnes reges, imperio tuo regna cœleſtia, ac terreſtria ſubduntur. Regnū, quod à te accepi, quamdiu placuit voluntati tuæ, rexi: nunc ecce id reddo tibi, tantum animam meam de voragine interitus ereptam, vt ad te ſuſcepias rogo: in manus tuas, ô Domine commendo ſpiritum meum. Lucas Tudenſis.*

A Quin & Imperatoribus commendata fuit. Decumbebat Aquiſgrani *Carolus Magnus* iamque ingraueſcente morbo, ad mortem tendere cœperat, quare Crucem fronti impreſſit, dein pectori, exin membris omnibus, corpus obeundo vniuerſum; extenſis demum in Crucis figuram brachiis, leniter accinens illud Chriſti: *In manus tuas commendo Spiritum meum*, ſeptimo, poſtquam decumbere cœperat, die, exſpirauit, anno ætatis 72. Carolus Magnus.

Regem ac Principem Aulicus ſequi ſolet, quapropter & hunc ordinem hic ſeruet neceſſe eſt: Nobilis erat Iuuenis, quem aula magni cuiuſdam Dynaſtæ pridem cooptârat, eratque Principi ſuo carus in paucis, de cetero ſolutis B moribus, vitiis deditus multis: contigit autem hunc cum altero per otium, luſu aleatorio decertando, magnam vim auri amittere, nec feliciore iactu poſſe quidquam, ex iis, quæ perdiderat, recuperare? Vnde factus aſperior, nihil, inquit, mihi poteras, Deus, immittere deterius quare deinceps nō timeo te, quid enim exſpectē triſtius? belluæ, non hominis voces, nedum Chriſtiani: ſed & audit Deus, qui errabundā hanc ouem reducere volens ad ſtabulum, quid amplius in eum poſſet, eodem die ſatis oſtendit. Vehebatur rheda per vrbem, & ecce improuiſo illa euertitur, quo caſu crus illi confractum, diris cœpit cruciatibus miſerum lancinare: quare prioris ſuæ memor blaſphemiæ C hæc, inquit, manus tua, Deus, eſt, ſat video, quid in me amplius poſſis, pœnitet delicti ac pudet. Interim baiulantium manibus ad lectum delatus, extremè affligi cœpit, moxque conſcientiæ ſuæ arbitro aduocato, cum Deo in gratiam rediit, omnibus mox ad ſe viſentibus ingenuè faſſus, Deum eſſe qui dominatur in vita hominis, cui gratias agebat, pro ea, quam à diuinis manibus, acceperat, correctione: cumque longioris vitæ ſpes ei fieret reſpondebat, nulla ſe hic mora detineri, ſolum, vnicumque deſiderium ſuum eſſe, hinc, Deo volente poſſe exire, ſi verò ſupereſſe contingeret, alium ſe longè futurum ab eo, qui hactenus fuerat. Iamque aderat Princeps, ad quem ipſe confeſtim, D mi Domine, inquiens, & vos nobiles, Deus eſt qui baculo correptionis ſuæ eo me adigit, quo per inobedientiam hactenus procedere detrectaui, diſcite à me qui iuuenis ſum, & paulo ante ſanus & alacer, nunc mortis faucibus appropinquo, quam vana ſint omnia, quæ ſol iſte intuetur. Dum hæc diceret, conclaue ingreditur, qui ei à cubiculis erat, ſub pallio Crucifixū ferens, Domine, inquiens, magnus quidam ac ſingularis amicus tuus viſere te venit, cum ille, ecquis ille? & vertens ſe ad eum, videt Chriſti in cruce pendentis effigiem, quam manibus tenebat, quare ſubitò eam arripiens, & mille baſiis exoſculans: benedictus, inquit, dies, quo crus meum diffregi! o Deus! quam Doleo te Pia mors in Aula.

vnquam

Digitized by Google

vnquam à me verbo, aut opere offenſum, mox ſuauiſſimè cum eo ſermocinans in eius ſe tutelam, præſidiumque penitus tradebat. Exinde vero morbi moleſtiis augeſcentibus, rite Sacramentis omnibus munitus, veniaque domeſticis omnibus data acceptaque ſuauiſſimè exſpirauit. *Bonſignorius Cacciaguerra.*

Sed quid de Virginum, & matronarum hac in parte fidentia, ac religione diſſeram? nequaquam ſanè viris hic cedere, æſtimanda eſt, quę vt aliàs ſæpe ita & hic, ſi non ſuperior illis, certè æqualis incedere viſa eſt.

S. Martha.

Prima itaque in hanc arenam prodeat Chriſti hoſpita Bethanienſis *Martha*, quæ ſimulac tempus illud aduenisſe cognouit, quo viciſſim ab illo in cœleſtem domum excipienda erat, in pauimentum cineribus aſperſum, impluuiumque, è quo cœlum contemplari poſſet, voluit deponi, atque hîc ſibi manu Crucem tenenti ſacram paſſi Domini hiſtoriam prælegi iuſſit, quam S. Lucas conſcripſit: ventum erat ad ea verba quæ Chriſto poſtrema fuerunt, *pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*, nec plura exſpectauit, ſed ipſa ſuum Domino reſignauit. *Auctor Vitæ.*

B. Hunegundis.

Altera ſit *B. Hunegundis* virgo Veromanduenſis, quæ in agone poſita iam ſacro Dominici corporis percepto viatico, ex cilicio ac cinere caput erigens, *En adſum*, inquiebat, *Chriſte, ancilla tua, veni obſecro, Rex piiſſimè & me benignè ſuſcipe*, inter quæ, odore ſuauiſſimo illic diffuſo, & clariſſimo lumine ſuperueniente ſancta illa anima in cælum euolauit. *Surius to. 4.*

B. Margarita Hungarica.

Neque his pietate minor *Margarita* virgo Hungarica fuit, quæ ſanctiſſimis munita Sacramentis, vbi ad extremam diei, qua ſe morituram prædixerat, horam perueniſſet, pſalmum trigeſimum decantare cœpit: *In te Domine ſperaui* &c. cumque ad eum verſum deueniſſet, *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, felicem in cælum animam tranſmiſit. *Surius to. 1.*

Pſal. 30. 6.

Mulier Valentiana.

Veteri recentem ſubnecto hiſtoriam: fuit Valentianis anno huius ſæculi vigeſimo octauo Mulier pia, in obeundis Chriſti patientis ſtationibus, dum per valetudinem licebat, plurimũ exercitata, quæ cum lecto iam affixa paulatim ad mortem tenderet, quod pedibus nequibat, mente explere ſtudebat: contigit autem die illa quæ ei ſuprema fuit dum ſolitum vrgeret officium, iamque ad Caluariæ montem cogitatione conſtitiſſet, in hæc verba linguam laxaſſe: *huc ergo peruenimus, vbi Seruator meus vitam pro me in cruce poſuit. Adoremus hanc crucem, & ſi fas eſt, in ea Domino commoriamur. Tibi ergo Domine Ieſu, commendo ſpiritum meum.* In quibus verbis pie obdormiuit in Domino. Pet. Donetr. lib. de Amore Chriſti.

Et hactenus quidem ea ſingulatim expendimus, quæ iunctim Doctor noſter Ieſus in ſe nobis exhibuit, vt qui vitâ Chriſtiani eſſe volumus, ſimus quoque non ſegniter & morte: quod indubitanter futurum dixerim, ſi quæ ipſe nobis documenta reliquit, fideliter fuerimus imitati. Aurea ſane bonæ Mortis inſignia, tuta documenta: quæ vtinam tam gnauos, atque idoneos nanciſcantur diſcipulos, quam nobili, exquiſitoque tradita ſunt magiſtro. Multum promiſcuè effeciſſe credimur, ſi pauca quædam reddidiſſe inuenti ſimus; qui omnia, pauci, vel nemo: nolim tamen hominem nouum animo cadere; tritus callis eſt, & veſtigia docent, præceſſiſſe aliquos; quorum nos liceat exemplo inſtigari; Eccum non ſegnem, nec obſoletum, ſed quem à paucis annis, Gallia nobis produxit.

Præclara Mors P. Caroli de Condrem Præpoſiti Orat.

Fuit is *Carolus de Condrem*, ſecundus Præpoſitus Generalis Oratorij Domini Ieſu in Francia: cui cum Medici ſupremum imminere diem prudenti conſilio indicaſſent;

Primo diem totum elegit & integrum ad agendas Deo gratias pro acceptis ab illo beneficiis per totam vitam.

Secundo, omnes animi noxas, à puero commiſſas ſacra confeſſione expiare conſtituit, quã publicè quidem coram vniuerſa congregatione facere decreuerat, vt tanto melius, tutiuſque, ea; quam Sacerdoti facturus erat peragi poſſet, verum, cum aliter ſuperiori viſum eſſet, eius ſe arbitrio ſubmiſit, ac ſeniori, qui totum cætum repræſentabat, arcana conſcientiæ vniuerſa retexit.

Tertio Veniam praui à ſe dati aliquando exempli, noxarumque omnium, ac negligentiarũ inſtantiſſimè petiuit.

Quarto. Cum magnis febrium ardoribus vreretur, obtulit ſe ad eoſdem vſque ad ſupremum iudicij diem ſufferendos, eoque ſe alacriter diſponebat.

Quinto. Iterabat ſæpius ſperare ſe à Domino nequaquam damnandum, idque intuitu ſanguinis eius tanta charitate pro ſe fuſi, pœniſque in piaculari animorum carcere ad vſque iudicij diem ſufferendis contentum fore.

Sexto. Sacerdoti Viaticum deferenti occurrere voluit ad cubiculi portam, ſed permiſſus non fuit.

Septimo. Sacram vnctionẽ poſtulauit, priuſquam ſenſibus deficeret.

Octauo. Singulos fauſtis precationibus proſecutus, eiſdem dixit vale.

Veni, inquiens, Domine Ieſu, & viue in his famulis tuis, in plenitudine virtutis tuæ & dominare aduerſæ poteſtati, qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Nono. Petiit omnia ſua ſcripta comburi, vt nihil ſui, in hoc mundo reſtaret.

Decimo, in Cæmeterio iuxta crates, quæ limen templi contingunt, voluit ſepeliri, vt portaret omnes quotquot templum ingrediuntur; foſſam vero ſeptem pedibus profundam fieri rogauit, vt de ſe nullus loqueretur nihilque

Digitized by Google

que ſui aliquando appareret.

Vndecimo,doloribus augeſcentibus, adſtantes magis conſolabatur ipſe, quam ipſi eum.

Duodecimo.Monitus inſtare finem, triplici ſe modo ad eam comparauit:

Primo: perfectam Ieſu Chriſti obedientiam adorabat, quam patri æterno vſque ad ſupremum halitum, mortemque ipſam exhibuit, ſuamque hilariter acceptabat, diuinæ ſe prouidentiæ in tempore hoc & æternitate ſubmittens.

Secundo. Secum Chriſto vniens diuinam cum eo Iuſtitiam venerabatur, ſeque reum agnoſcens, lectum, vt ſupplicij theatrum intuebatur.

Tertiò.Se Deo optimo, maximoque offerebat,ab eo contendens humiliter, ea omnia recipere lumina,quæ, dum morientibus adſiſteret, ſenſerat aliquando.

Decimotertio.Gnatus opus eſſe ad bene,ſanctèque moriendum ſeparari ante à mundo,peccato,& ſeipſo,votum fecit hoſtiæ,quo ſe omnibus iſtis auulſum ſoli Deo dedicabat.

Decimoquarto, ſentire cœpit magnas ſpiritus anguſtias & deſertiones, quas tamen magna animi reſignatione acceptabat,paratus ad finem vſque eas ſufferre.

Cumque Sacerdos inſuſurraret auribus eius: permitte totum te Deo;permiſi totum,repoſuit, & obiit.

DOCVMENTVM XXVIII.

Ita de vitæ huius ſtatione diſcedere, vt ab operibus bonis, etiam mortuus, non ferieris.

NVllas apud homines neceſſitudinis cauſſas æquiores, nullum amicitiæ vinculum grauius,nullum ſtudij genus, atque officij tantum reperias,quantum ille ſolitus explicare, qui vitam pro altero effundere paratus eſt; ita de cæleſti tripode pronuntiaſſe prima ſummaque Veritas audita eſt, cum apud principalium decetetorum notarium Ioannem cap.15. in hæc verba locuta fuit, *Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*, id eſt,pro iis,quos diligit,& loco amicorum habet, quamuis ipſi re vera non amici eius, ſed hoſtes ſint:Et rationi conſentaneum eſt, nec enim virtus iuiſſe altius viſa fuit, donec cæleſtis ille ſtadiodromus *ſaliens in montibus, tranſiliens colles* veniret ad redemptionem noſtram, ac quoſdam velut ſaltus dando *exultauit vt gigas, ad currendam viam ſuam*,vt nos poſt ſe currere faceret,eique diceremus ex corde, *trahe nos poſt te, curremus.*

Ioan.15.13.

A morte aliis velle prodeſſe,glorioſum eſt.

Patuit autem,& ſolis radios longè anteceſſit, cum morte obita, ſuo nequaquam amori ſatiſA dediſſe arbitratus fuit, ſed & à morte ſuos diligere voluit, ac pro eiſdem velut denuo mori deſiderauit, cum iam mori amplius non poſſet; viuebat ſiquidem adhuc,vigebatque in mortuo de mortalibus bene merendi cupiditas immortalis:neque enim mortuo Domino amor ſeruorum ſuorum aut cura receſſerat: ſed qualem ſe nobis moriens præbuerat,talem & præbere voluit mortuus *Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe & in ſecula.* Dum itaque caſſâ ſæuitiâ fureret in mortuum lancea,Chriſti latus aperuit, in quo cum deſcripta eſſent noſtra omnium nomina,ex æquo nos hæredes voluit renunciare, cum enim tum Chriſti charitas amplior eſſet,quam vt eam capere poſſet corporis viuentis imbecillitas, in B cadauer effundenda fuit, ex quo exaggeratam patiendi cupiditatem oſtendit, ſuſcepit namque vulnera doloris, etiam cum dolorem vulnerum ſentire non poſſet:ad ictum ſiquidem lanceæ fluxit è latere aqua & ſanguis, vt mundi redintegratio,cuius molitio ab aquis cœperat,aqua perficeretur.

Heb.13.8.

A morte Vulnerari voluit Chriſtus.

Hærebis hic fortaſſis mi Homo noue, & quorſum hoc ſpectarit, inquites,cum vulnus id abſente anima Chriſtus non ſenſerit,nec eo nobis potuerit profuiſſe?

Quare cum vulnus non ſenſerit

Reſpondeo,ac dubitanti ſuccurro: quamuis plaga hæc eum non affecerit, nihilominus infinitum ei dedecus inuſſit, quia quidquid exanimis corporibus fieri ſolet,id omne redundat in C eos,quorum corpora iſta fuerunt, non minus quam ſi viuerent & ſpirarent adhuc: quamuis autem in corpore dolorem nullum ſenſerit, vtpote quod eſſet exanime, tantum tamen meriti acquiſiuit, quam ſi viuus vulnus id accepiſſet, nam ab ipſo ſtatim conceptionis ſuæ momento, cum præuideret hanc plagam ſibi à milite infligendam, lubens ac volens pro æterni Patris ſui gloria, noſtraque ſalute lætiſſimè eam acceptauit. Vnde factum, vt tunc ex latere hoc aperto formata fuerit Eccleſia, iuxta Clementis V. ſapientiſſimum effatum de ſum.Trinit. vbi ſic loquitur Pontifex:*emiſſo ſpiritu Chriſtus ſuſtinuit lanceâ perforari latus ſuum, vt exinde profluentibus vndis aquæ & ſanguinis formaretur vnica, immaculata ac* D *ſancta virgo mater Eccleſia:* aqua ſignificante baptiſmum,vt cum Chryſoſtomo auctor Cyrillus eſt, qui Sacramentorum Eccleſiæ principium eſt:Sanguine verò repræſentante Euchariſtiam, quæ omnium Sacramentorum finis & complementum eſt, ad quæ duo quaſi ad principium & finem cetera omnia ſacramenta reducuntur,vnde S.Auguſtinus:*non dixit, Euangeliſta, percuſſit,aut vulnerauit, ſed lancea latus eius aperuit, vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Sacramenta Eccleſiæ manarent, ſine quibus ad veram vitam non intratur.* Et rectè id quidem: quia *Eccleſia & fit,& conſiſtit per Sacramenta*,vt Theophylactus ſcriptum reliquit:Baptiſmo enim naſcitur,Confirmatione roboratur, Euchariſtia paſcitur, & perfi-

Eccleſia formata è vulnere Lateris Chriſti.

Sacramenta fluxere de Latere Chriſti.

perficitur, Pænitentia ſanatur, Extrema vnctione munitur, Ordine gubernatur, Matrimonio propagatur.

Ecce qualia, quantaque cimelia, Dominus Ieſus à morte ſua nobis vltrò profuderit, ſupra vitam, quam liberaliſſimè impenderat, tam excellentia vitæ ſolamina elargitus.

Produxit aquam, inquit *Ruffinus* in expoſitione Symboli, *quæ credentes diluat, produxit & ſanguinem, qui incredulos condemnet.*

Latus Chriſti, ſcribit *Hieronymus*, *percutitur lanceâ & baptiſmi atque Martyrij pariter Sacramenta funduntur. Epiſt. 83. ad Oceanum.*

Ad hoc clamat *Bernardus*, *perforatum latus eſt tuum, vt nobis pateſcat introitus. Ad hoc vulneratum eſt Cor tuum vt in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus abſoluti habitare poſſimus. Nihilominus & propterea vulneratum eſt vt per vulnus viſibile, vulnus amoris inuiſibile videamus.*

O fauſtum, fortunatumque latus! veriſſimum Regis Achaz horologium! in quo feliciſſima dein Thomæ Apoſtoli manus horam miſericordiæ indicauit.

Sic itaque & à morte profuiſſe nobis voluit, qui ante dederat & vitam: atque adeo omni tempore diligit, qui amicus eſt. Prouerb. 17. 17. *clamans*, vt S. ait Auguſtinus, *dictu, factu: morte & Vita.*

An neceſſarium hoc vulnus lateris fuerit

Quamuis autem Vulnus hoc Lanceæ non fuerit neceſſarium, vt bene Franciſcus Suarez aduertit 3. p. q. 51. diſp. 41. ſect. 1. ad meritum vel ſatisfactionem; ad myſterium autem, & veritatis confirmationem vtiliſſimum fuit, quo plus emolumenti nobis acceſſit, quam humana queat mente, linguaúe explicari. Huc itaque, mi homo noue, huc oculos, mentemque prudens aduertito, nec tuo te officio ſatisfeciſſe exiſtima, quamuis per fugientis hæc vitæ diaria, Chriſtum fueris proſecutus, niſi & cum eodem te extenderis in futurum, vt vel tunc, cum tu eſſe deſieris, vel in ſe, vel certè in membris ſuis per te ametur ille, colatur, honoretur ille, qui pro te, etiam mortuus, ſuſtinuit pati; cumque nec eum tu colere hîc amplius poſſis; eius ex te gloria creſcere, & honor queat augeri. Beata mors, & Chriſtiano homine digna, quæ tali duce oppetitur & exemplo! Foret ſiquidem res vna Chriſtiano nomini non ferenda, profanæ conditionis homines ſuis vitiis obſequentes, in agendo ſiſc promptiores inueniri, quam noſtros talibus ſignis, & meliori quidem in cauſa, celebrari.

Ioannes Ziſca quid de pelle ſua ſtatuerit.

De *Ioanne Ziſca* nequiſſimo illo Huſſitarum Principe refert Æneas Siluius lib. 3. de geſt. Alphonſi, dum iam moriturus à militibus interrogaretur, quomodo ſepeliri cuperet, reſpondiſſe: pellem mortuo demite ex eoque tympani operimentum conficite: hoſtes enim, vt viuentis aſpectum ferre non potuerunt, ita nec mortui ſonitum ferent.

Aleatoris teſtamentũ.

Fuit & alius quidam Aleator, qui dum mo-

A reretur, quaſi parum fuiſſet in vita luſiſſe, teſtamento religioſè cauit, vt detracta cadaueri ſuo cute, oſſibuſque omnibus exemptis, ex his teſſeræ fierent: ex illa verò, membraniſque omnibus menſa, alueolus, fritillaque, quantâ fieri poſſet diligentiâ contegerentur. Ita *Paſchaſius Iuſtus lib. 1. de alea.*

Hæc illi perperam pij: Sed contra hos fuere è nobis non pauci, qui certioribus ducti præſidiis, atque inſtinctu altiore commoti, herculeũ illud non plus vltra, cum Carolo V. Cæſare in Plus vltra maiore gloria demutantes, ſuam vnà cum corpore virtutem deſinere noluerunt, ſed mortem vltra, vitæque dies glorioſè conſiſtere ac ſupereſſe voluerunt.

Franciſc. de Sales quid de corpore ſuo fieri voluerit poſt mortem

B Et primum quidem ſe mihi offerre hic viſus eſt eximiæ ſanctitatis vir Franciſcus Saleſius, Epiſcopus & Princeps Gebennenſis qui vnus hoc ſæculò ſuis virtutibus animique dotibus Præſulum multorum præſtantiam æquauit, multorum etiam longo interuallo ſuperauit: aduerſa is valetudine etiamnum adoleſcens attineri Patauij cœperat, cùm penſitatis morbi cauſis, corporis teneritudine, & diuturna vexatione iuxta naturæ leges Medici Franciſcum morti addixerunt. Oeconomus itaque ſibi vim inferens, quid & quomodò de ſuo corpore diſponeret ab eo quæſiuit, vbi ſepulturam eligeret? quæ funeralia deſideraret? Ad quæ Franciſcus: omnia charitati tuæ relinquo: hoc ſolum expe-
C cto, vt cum expirauero corpus hoc diſſecandum Medicis, chirurgis, & anatomices ſtudioſis tradas, vnum erit in extrema vita ſolatium, ſi poſtquam nullius viuens fuero vtilitatis, defunctus aliqua ratione reipublicæ proſim, impediamque præterea tunc ſaltem tot rixas, tot diſſidia, & cædes, quæ inter functorum parentes, aut conſanguineos & Medices candidatos eueniunt.

Obſtupuit ad hoc effatum Oeconomus, nec minus mirati ſunt inauditam in proximum charitatem quicunque aderant, ſed confirmauit voluntatem iſtam Saleſius, mæſtoſque conſolabatur potius, quam ipſi eum, quem moribundũ exiſtimabant.

D Tactus enim aliquando non mediocri dolore fuerat, cum huiuſmodi altercationum mala non audiſſet modo, ſed vidiſſet in Academia tam celebri, vbi deficiente, quem quotannis Magiſtratus incidendum dare ſolitus erat, alicuius rei cadauere. Academici functorum quorumlibet corpora ſepulchris extrahere conabantur. Ij vero, ad quos ſpectabant mortui, pugionibus, gladiis, catapultis armati impedire & reſiſtere totis viribus contendebant, vnde animis ad iram ex iurgio & contentione excitatis fiebat, vt plures vel percuterentur ad necem, vel reſtarent grauiter vulnerati.

Sed non permiſit Franciſcum augere functorum numerum Deus, quinimmo integram ei reſti-

Digitized by Google

ei reſtituit ſanitatem , relicta illi iucundiſſima optimæ voluntatis conſcientia , qua bene de proximo , Chriſti exemplo etiam poſt mortem ſtuduerat promereri: *Carolus Auguſtus Saleſius l. 1. de Vita.*

S. Auguſtini Votum.

Et quia totum hoc Amoris opus eſt, eiuſdem votum à S. quondam Aurelio Auguſtino expreſſum ſubiungamus : aiunt illum quodam tempore quaſi de cælo vocem Dominicam audiuiſſe, quæ eum velut alterum Simonem Petrum ſuper amore ipſius in Deum tribus vicibus interrogauit in hunc modum: Auguſtine, amas me? reſpondit ille: Domine tu noſti, quia amo te. Agedum, inquit, ediſſere, quantopere me ames. Subiecit Auguſtinus: ſi quidem Domine omnia mei corporis oſſa forent lampades aureæ, & ſanguis omnis qui per corpus eſt diffuſus, in pretioſum balſamum verteretur, vtraque profunderem, atque in tui ſolius honorem velut holocauſtum integrè finerem conflagrare. Qui ſic locutus eſt, nunquid & poſt mortem diuinæ gloriæ cupiit velificari? *Corn. Lancilottus l. 3. cap. 42.*

S. Ignatij votum ac deſiderium.

Quid ni & in hanc claſſem veniat S. P. Ignatius de Loyola, quem non ſolum, dum hic inter nos viueret, maior Dei gloria pro eo tempore ſollicitum habuit ſemper, ſed etiam in futurum. Nouerat vir ſanctus pro ea, quam ſpiritualium oculorum claritudinem à Deo acceperat, quam olim ſæpe diuinum Numen offendiſſet, & quauis ſuſcepta pœna noxam omnem frequentius expiaſſet, voluit tamen & à morte, quamdiu eius quidquam ſupereſſe contingeret, quod Deo ſuo contrarium exſtiterat læſo damnum præſtare, hinc cupere ſe aiebat, vt ſui ipſius mortui cadauer volucribus & feris laniandum obiiceretur; nam cum ego, dicere ſolitus erat, ſterquilinium, & deteſtabilis omnino ſim, quid aliud meis criminibus dignius expetere quecam. *Ribadeneira lib. 5. c. 3.*

Sancia Catillo quid de Corpore ſuo ſibi poſt mortem voluerit.

Nec Virginum, ſed Deum feruenter amantium, pietatis huius exſors religio fuit, teſtabitur hoc, non tam generis proſapia, quam Chriſti ſponſi ſui imitatione nobiliſſima Sancia Catillo, quam magni illius Ioannis Auilæ ſpiritualem filiam Betica ſuſpexit: à Deo petiuerat expiandis peccatis ſuis, Deique, quem illis offenderat, honori reparando per vrbis compita, pecudis inſtar viliſſimæ raptari, & annuerat Sponſus, ſed in tempus à morte proximum, nec ante, daturus effectum. Hac ſpe, votoque plena Sancia obiit, exequiæ inſtruuntur regiæ, maxima prouinciæ Beticæ nobilitas confluit, Virginis cadauer capulo affabre facto includitur; lecticæ regio ornatu ſplendidæ, quam duo muli ſubiectis ceruicibus portent imponitur, ſexcentis tota via allucentibus candelis, quis hoc funus per terram & ſaxa raptandum dixerat? auſuſue ſit ſuſpicari? hanc tamen in ſinu ſuo ſpem fouens Sancia iacebat : cum ecce funebri hac pompa ſub noctis medium, loco, in quo humanda erat appropinquante ferocientibus mulis lectica partim deiicitur, partim ab altero mulorum protrahitur, ſandapilâ mediâ ſui parte diſſolutâ, cadauer effunditur, nec quoquam obſiſtere auſo, per varias plateas nobiliſſima virgo canis inſtar furentibus mulis raptatur, donec ante templi limen, nullo continente, ſolo Dei nutu conſiſterent, qui piæ virginis votum ita gaudebat impleri. *Martinus de Roa cap. 13. Vitæ.*

Sed eſt, & alia, quæ eodem, quo priores iſti tendebant, ducit via, virtutem ſcilicet, ac bene de proximo merendi voluntatem vltra mortem magno Chriſti exemplo protendendi.

Et huiuſmodi quidem calles terere iure dixeris, qui viris doctis ac religioſis aſceteria, domos, atque collegia ædificant, vectigalibus inſtruunt, per quos etiam mortui populum erudiant, conceptis Sacramentorum formulis tueantur.

Magdalena Vlloia fundat Collegia P P. qui concionentur & catechiſent.

Talem autem ſe poſteris monente Deo exhibuit, illuſtriſſima quondam Princeps Magdalena Vlloia, Ludouici Quiiadi Præfecti aulæ Caroli V. vidua, cui die S. Matthiæ Apoſtolo ſacra, matutinis horis oranti, ſanctum quoddam Deus Dominus deſiderium immiſit, vt particeps eſſe poſſet feliciſſimæ ſortis Apoſtoli illius, Chriſtianam doctrinam tradendo, Confeſſiones excipiendo, Sacramenta in Ouetenſi vrbe, totoque Aſturicenſi Principatu adminiſtrando. Nec mora, ad fratrem ſuum germanum, Doctorem Theologum, qui pro præfecto Prouinciam in ordine Prædicatorum adminiſtrabat, curriculo ſe proripit, deſiderium patefacit: quo audito, ille, ſi per te, inquit, ſoror optima, concionari ipſa, confeſſiones excipere ipſa velis, illuſio eſt. Non, reponebat illa, hæc mihi mens eſt, ſed expenſis meis curare, vt ad eiuſmodi munia exercenda mittantur, qui viua me, mortuaque eiuſcemodi munia obeant, quibus ſubditorum meorum ſalus conſiſtat. Cum Doctor: id vero bonum eſt, quod & tibi præmium Apoſtolicum impetrabit: vt autem id optimè conſequaris, auctor ſum vt Patres Societatis Ieſu, quos Deus ad eiuſmodi miſſiones in vineam ſuã euocauit adhibere velis. Nec ſurdæ cecinit, ſtatim Oueti, & duobus aliis in oppidis tria Societati collegia fundauit, per quæ, ipſa iam pridem mortua, Dei gloriam, ac ſalutem animarum non deſinit procurare. *Lud. Pont. c. 35. vitæ Balt. Aluar.*

Alij Parthenonem Virginum cætui dotant, quarum linguis, ſua poſteaquam morte intercedente Deum laudare deſierint, eundem poſſint celebrare.

Sunt qui Xenodochion hoſpitibus ac peregrinis, qui Prochotrophion pauperibus, qui Brephotrophion infantibus ædificent, annuos reditus attribuant, quorum conſtitutione, his, dum iam ipſi viuere deſierint, mortui faciant bene.

Patuit

Digitized by Google

S. Gallicanus fundat Xenodochium.

Patuit in Gallicano magni Conſtantini genero, atque ob victorias de Perſis Scythiſque relatas admirando, qui Romam deportato exercitu abdicata Coniugij ſpe, rebuſque humanis valere iuſſis, cum ſeipſum Chriſtianæ modeſtiæ finibus circumſcripſiſſet, pater pauperũ factus & peregrinorum hoſpes fuit, atque hoſpitali domo conſtructa vitam & opes hoſpitalitati conſecrauit, quas dum Iulianus Apoſtata inuadere, ſubmiſſis apparitoribus aggrederetur, omnes energumeni facti ſunt, tutante ſic Deo pauperũ bona, ac contra vim defendente. *Baron.*

Denique huc, vel maxime ſpectant, qui, poſtcaquam viuæ vocis eloquio proximos ad virtutem diutius fuerint cohortati, piis, doctiſque lucubrationibus conſcriptis, ac poſt ſe relictis B cum lingua ſilentium, manuſque vacationem, morte intercedente acceperint, vel ſic peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè conſulere non deſinunt, haud minùs ſic publico vtiles facti ac gloriæ diuinæ proficui, quam ante potuerint extitiſſe, vt non temerè, neque immerito Hermes ille ter maximus harum libros apellare auſus ſit *τῆς ἀθανασίας φάρμακον*. De quo audiendus nobis Ioannes Trithemius Abbas lib. de laude Srib.

Scribere libros pios eſt prodeſſe à morte proximis.

Maior eſt Scriptoris pietas officio Prædicantis, quia illius cum tempore perit monitio, iſtius perſeuerat in annos multos annuntiatio. Prædicator loquitur duntaxat præſentibus, Scriptor prædicat etiam futuris. C

Illius ſermo ſemel auditus, citò in nihil redigitur, illius lectio milleſies repetita nunquam minuitur.

Cum prædicator deficit, ceſſat officium, Scriptor etiam mortuus in volumine facit inſtitutum.

Parum valet officium prædicantis, ſi Scriptoris officio non iuuetur: Quid enim prædicabit, ſi Scriptor, quod legat, non ſcripſerit.

Ex pietate igitur Scriptoris vtilis efficitur ſermo Prædicantis, niſi enim ille ſcriberet, iſte, quod prædicaret, non haberet. Hæc ille. Mox ad præmium quod Scriptorem in cælis manet digreſſus, nequaquam eum Aureola deſtituendum aſſerit, qui tam multos manu docere, at- D que in fide moribuſque erudire conſpicitur, nam, vt bene ſubiungit, quod ille loquendo, hic ſcribendi officio docet. Additque: fuiſſe in quodam monaſterio ordinis ſui ſibi non incognito, fratrem quendam, qui multa opuſcula exarauerat, cuius mortui oſſa cum poſt multos annos leuarentur de terra, tres digitos dexteræ manus, quibus tot volumina ſcripſerat tam integros & incorruptos inuentos eſſe, ac ſi eodem tempore ſepulchro conditi fuiſſent, reliquo corpore toto in cineres vt fieri ſolet redacto. Quod ſi corpori à Deo indultum fuerit quid de anima futurum arbitrabimur? poſteaquam Angelus hæc ad Danielem verba fuerit prolocutus: *qui docti*

A *fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad Iuſtitiam erudiunt multos*, quod tam ſcriptò, quam verbo & iſto fortaſſis melius fieri poſſe ex Trithemio audiuimus, *quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Et hæc eſt gloria omnibus imitantibus eum, qui de vitæ ſtatione ita diſcedere voluit, vt ab operibus bonis & optimis vtiliſſimi nobis exempli præbendi gratia, non ceſſaret.

Ita vixit:
Ita mortuus eſt
Vitæ Conditor,
Mortis deſtructor
IESVS CHRISTVS,
Exemplar hominis, Exemplum Dei.
Reſpondit Vitæ Mors: B
Neque enim
Aliter occidit, quam lucet Sol.
Quot viuus duxit momenta,
Tot ſtruxit monumenta Virtutis:
Quot ſigna moriens dedit,
Tot documenta Mortis abſoluit;
Ne imitari te pigeat, Homo,
Quod facere non puduit Deum.

CAPVT SECVNDVM.

Qui Patris imperio Crucem aſcenderat, ex eadem niſi alieno conceſſu, & morte obita, deſcendere noluit, integerrimorum C *hominum manibus tractandus, & linteo inuoluendus.*

Dabo impios pro ſepultura eius, ſc. ad cuſtodiendum eum: *& diuites pro morte eius*, ſc. qui deponant eum poſt mortem de cruce *Eſaiæ* 54.

Curemus Diuina, ipſe curabit noſtra. *S. Auguſtin.*

CONſummato vadimonij munere, digreſſus è vita Saluator noſter, non modo clientum in ſe gratiam non reſpuit vltrò delatam, verùm D etiam prior ipſe requirere viſus eſt, & repetere è longinquo. Qui enim & decurio nobilis ab *Arimathæa*, & alter, ille inter ſuos honoratus ac facile Princeps, *Nicodemus* conuenire tempori, numeroque potuiſſent ad funus; aut qui tam confidenter auſi eſſent ab inhumano iudice pendentis è Cruce poſtulare cadauer? niſi fuiſſent ab eo diuinitus euocati: cui tanta cum ſedulitate pollincturam & tumulum adornabant? vel ſaltem à Virgine Matre vt auctor eſt Simeon Metaphraſtes, ad id officij filio deferendũ inducti, cui ſe fideles adeo, præſenteſq; ſocios offerebãt. Suſpendioſos lugeri vetabat lex Quiritium, & honore ſepulchri, ſupremoq; prohibebat officio, & tamen ea Præſidis indulgentia eſt, vt qui

Qui, quales, & quomodo Chriſti pollinctores ad id officij adducti.

Romani iuris ſtudio in Chriſti damnatione, ac cæde fuerat immaniſſimus, in eiuſdem funere, contempta Romanorum lege, ſit pius. Igitur inſtinctu Numinis vel maternis precibus excitati duo illi viri pecunioſi, atque ſummates, obtentâ Præſidis veniâ aromatis, ac totius inſtrumento ſepulturæ probè muniti, veniunt in Caluariū, parente virgine mæſtiſſima, ceteraque familia de repente recreata, quibus ad deponendum è cruce corpus tam multa deerant, quam lachrymæ ſupererant vniuerſis.

Quomodo Chriſtus è cruce depoſitus.

Ex horum itaque acceſſu Procerum, animis jam reuocatis vnà omnes admouent operi manus, diuellunt è patibulo cadauer.

Fecerunt autem, id vel erecta cruce, & in ſublimi manente, appoſitis ſcalis, clauos extrahentes, ſolutumque corpus, diuerſorum manibus ad id ſubſeruientibus excipientes, vt *S. Gregorius Nazianz.* in Tragædia, *Nonnus* in cap. 19. Ioan. *Anſelmus* libr. de paſſion. Domini tradidere, firmatque hanc ſententiam *B. Birgitta* libr. 2. reuelat. capit. 21. vbi B. Virginem Mariam in hunc modum loquentem introducit: hi duo, *Nicodemus & Ioſeph* qui filium meum deponebant de cruce, tres applicabant ſcalas, vna protendebatur ad pedes, ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia; tertia ad medietatem corporis. Atque in hoc non parum funeris huius honos reſplendebat, cum hucuſque inauditum fuerit, viros perquam illuſtres ac dignitate præcellentes, damnatorum patibulum aſcendere, ad eorum corpora deponenda: at *Nicodemus & Ioſeph* maieſtatē pendentis conſiderantes, non dubitarunt hunc honorem corpori Chriſti deferre, propriiſque manibus illud de cruce deponere, & è brachiis crucis, ad Virginis brachia transferte. *Ita Birgitta.*

Nazianz. Nonnus. Anſelmus. S. Birgitt. reuel. c. 21.

Vel vt alij arbitrantur, cruce è ſcrobe, cui infixa ſtabat, elatâ & humi depoſitâ ex ea corpus ſoluerūt: quod & factu facilius fuiſſe aiunt, & in latronibus, dum crura eorum frangerentur obſeruatum videtur: vt enim non facile poterant crura eorum frangi, niſi iacerent ſupini, ita commodiſſimè poterant, ſi affixi manerent Cruci. Accedit, fruſtra atque inutiliter laboraturos fuiſſe ex cruce erecta demittendo corpus, cum & Crux eodem tempore auferenda eſſet, tum ne conſpecta publicè, ſabbati imminentis dignitati officeret, tum quia eiuſmodi inſtrumenta ſupplicij, iuxta ſontium cadauera, vel certe non procul inde, terra obrui ſolerent.

Verùm inter hos non meum eſt tantas componere lites, vt vt fuerit, ſiue de erecta, ſiue ex dimiſſa cruce laxatis clauis ſacratiſſimum Chriſti corpus depoſitum fuerit, hoc certum ex Euangelio, honeſte admodum atque ex decoro iuxta illorum temporum mores habitum fuiſſe.

Ritum autem Iudæis Palæſtinam incolentibus familiarem, quo cadauera curari ſolebant, explicat nobis Rabbi Iacob in Thutim Iora Deghi c. 352. Et primum quidem in ritu fuiſſe

Mos condiendi cadauera apud Iudæos.

A ſcribit oculos defuncto occludere, quod Latini condere, ſeu premere appellebant, vnaque maxillam inferiorem, ne hiaret, ſtringere tenui faſcia ad verticem alligata.

A beatiſſima virgine matre id muneris Chriſto præſtitum credimus, ait vir clariſſ. Ioann. Iacob. Chiffletius Hiſtoricæ ſuæ Cuſcos cap. 4. quod à matribus olim filiis exhiberi ſolitum: & porro docet *B. Birgitta* l. 4. c. 70. ſuarum reuelat. in perſona Virginis ſic loquens: *Corpus eius de cruce depoſitum contingere potuit, & vulnera explorare & ſanguinem extergere deinde os eius digiti mei clauſerūt, & oculos pariter compoſui, brachia vero rigentia flectere non potui, vt ſe ſupra pectus cōponerent, ſed ſuper ventrē.*

B Secunda erat capillorum inciſio, à qua tamen in damnatis abſtinebant Iudæi, vt notat Baronius, quod maledictioni legis obnoxij eſſēt. Ideo verò capite intonſo ſepultus eſt Chriſtus Seruator, quod à perfidis illis ſententiam eſſet paſſus.

Tertio loco fiebat corporis lotio. De hac loquitur *S. Lucas Act. 9.* cum *Dorcadis* ſiue *Tabithæ* mortem deſcribit: *quam cum laviſſent*, inquiens, *poſuerunt eam in cænaculo.* Nec ſimile Chriſto officium defuiſſe ex *Chryſoſt.* & *Epiphanio* liquet, qui *Ioſephum & Nicodemū* id exanimi Saluatoris corpori præſtitiſſe docent. Cum autem *S. German.* & *Metaphraſtes* ſcribunt B. Virginem Deiparam lachrymis plagas emundaſſe, eximium Virginis dolorem ſignificare voluerunt, & lachrymarum copiam, quas ſupra dicti filij corpus effudit, non C verò quod ipſum lauerit, vt ſepulturæ mandaretur, quamquam & alios iuuiſſe, inficiari nolim. Act. 9. 37.

Concretos autem ſanguinis grumos ex ablutione corporis mortui Chriſti collectos, ab aliquo pollinctorū ſeruatos, vel hoc indicium eſt, quod Balduinum Ieroſolymorum Regē ad ſuos Flandros è Palæſtina miſiſſe eos per Abbatem S. Bertini ſcribāt. Lotionem ſequebatur vnctio, ſeu conditura, quam aliter Ægyptij, aliter Iudæi adhibebant, illi corpore exenterato, & cerebro per nares extracto, intrinſecus condimēta adhibere ſoliti: hi vero, Iudæi inquā, aromata & vnguenta applicabant extrinſecus: & hanc quidem vnctionē Chriſto curauit *Nicodemus, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum. Ioan. 19.* Ioa. 19. 39.

D Quinto, delibutum cadauer inuoluebant linteis, quæ pars ritus continetur *Eccli.* 38. 16. *Fili in mortuum produc lachrymas, & ſecundum iudicium contege corpus illius*, id eſt iuxta morem funebrem obuolue linteis: de his loquitur Euangeliſta loco citato, dicens: *acceperūt corpus Ieſu, & ligauerūt illud linteis, cū aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.*

Vbi τὸ linteis innuere videtur in hac Chriſti funeratione præter inſtitas, alia adhibita fuiſſe linteamina, cui animaduerſioni *S. Auguſt.* l. 3. de conſenſu Euang. c. 23. fauere videtur, his verbis. *Neque hic repugnat quidquam rectè intelligentibus nec enim illi (Matthæus, Marcus & Lucas) qui de Nicodemo tacuerunt, aſſirmauerunt à ſolo Ioſeph Dominum ſepultum, quamuis ſolius commemorationē fecerint: aut* Ioa. 19. 40.

quia

Digitized by Google

quia illi vno ſindone à Ioſeph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi, & alia lintea potuiſſe afferri à Nicodemo & ſuperaddi; vt verum narraret Ioannes, quod non vno linteo, ſed linteis inuolutus ſit: quamuis & propter ſudarium, quod capiti adhibebatur, & inſtitas, quibus totum corpus alligatum eſt, quæ omnia de lino erant, etiamſi vna ſindon ibi fuit, veriſſimè dici potuit, ligauerunt eum linteis: lintea quippe generaliter dicuntur, quæ lino texuntur. A

Adeo vt tutò opinari liceat corpus Seruatoris ſindone fuiſſe inuolutum, faſciiſque ligatum & inſtitis in eum modum, quo paruuli faſciantur infantes in cunis, hoc tamen diſcrimine, quod iis caput relinquatur liberum, & apertum, hic verò iſtud ſudario à ſanctis illis ac nobilibus pollinctoribus tectum fuerit, quando præcipuo B quodam modo ac forma perfectum fuit, quod
Ioa.12.32. ipſe tanto ante apud *Ioannem* c.12.32. non obſcurè prædixerat: *& ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.*

Omnia traham, inquiebat, non homines modo, ſed & Angelos, ſi traxerit ad ſe omnia, ab eo
Ioan.1.10. ante receſſerint omnia neceſſe eſt. Et ita profectò eſt, *in mundo erat, & mundus per eum factus eſt, & mundus eum non cognouit, In propria venit, & ſui non receperunt.*

In natiuitate negatum diuerſorium, in quo naſceretur: in vità locus in quo caput reclinaret: in tribulatione, diſcipuli omnes relicto eo fugerunt: dum crucifigeretur, *noti eius ſtabant à longè.*

Quid Pater æternus? nunquid & hic filium ſuum dereliquiſſe viſus eſt? Vtique. hinc namq;
Matth. 27. 46. *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me*, clamabat ipſe, vt veriſſimè dicere potuerit: *conſiderabā*
Pſ.141.5. *ad dexterā, & videbā, & non erat qui cognoſceret me.*

Sed mortuus iam, & ſepulturę tradendus magnus Princeps & Rex noſter ſuaui quadam ac mirifica vi omnia traxit ad ſeipſum.

Albertus Magnus l.2. Min. Admirandum plane quod Albertus magnus 2. Mineral. c.11. ſcriptū reliquit de genere quodam magnetis, quod non quidem ferrum, ſed homines ipſos maria traiicientes, ad ſe occulta vi trahit, ſibique coniungit: at multo mirabilius eſt,
Magnes mirabilis. quod de Chriſto angulari lapide & ipſe dixit, & fide didicimus, hauſimus, cognouimus, ipſum non homines modò, ſed & Angelos, adeoque D res omnes creatas vnà cum earum Creatore ipſo, diuina virtute traxiſſe. Omnia traham, ad meum funus celebrandum.

Traxit æternum Patrem, qui venit, vt in manus ſuas dilecti filij ſui ſpiritum reciperet.

Traxit Angelos, qui, vt multi volunt, quemadmodum dum naſceretur lætitiæ cantica cecinerunt, ita in eius morte ac funere in aſſumptis
Iſaiæ 33.7. corporibus lugubriter fleuerunt, iuxta illud Iſaię 33.7. *Angeli pacis amare flebant.*

Traxit terram, & in hac primum peccatores:
Matth. 27. 44. *& latrones*, inquit Matth. 27.44. *qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei*, horum alterum ad ſe cōuertit, & paradiſū addixit. Centurionē traxit, dū

A viſo terræ motu exclamauit: *Vere filius Dei erat iſte.* Matth.27.54.

Deinde traxit & Iuſtos, atque inter hos præcipuos *Ioſephum* ab *Arimathæa*, & *Nicodemum*.

Ioſephus, teſte *S. Matthæo*, *homo erat diues, &* Matth. 27.57.
diſcipulus Ieſu: ſecundum *Marcum*, *nobilis decurio,*
qui & ipſe erat expectans regnum Dei. Ioannes *diſ-* Marci 15.43.
cipulum Chriſti vocat, occultum autem propter metum Ioa 19.38.
Iudæorum.

Nicodemus verò, cuius ſolus Ioannes inter Euāgeliſtas meminit, Phariſæus erat, legis peritus, & magiſter in Iſrael, inſignis Gamalielis nepos.

Et hos quidem præſtantiſſimos viros ad ſe traxit, dum viſis, quæ facta fuerant circa eius perſonam, dolentes de neglecto patrocinio, & nimio humano metu, quo Iudæorum calumniis B reſiſtere, innocentem ex manibus eorum liberare prætermiſerant, audaces iam ac feruidi ad impendenda hæc charitatis officia aduolarunt, omnique excuſſa formidine ad Pilatum ingreſſi, corpus Ieſu petiuêre, acceptumque & de cruce depoſitum, ſumma quadam reuerentia, exemta Corona ſpinea, extractiſque clauis, quos teſte Metaphraſte, Virgo mater ſinu excepit, ad pedem montis detulerunt, vbi ſemper petram quandam, ſiue ea rupi coniuncta, ſiue ab ea fuerit ſeparata nobiliſſimo modo inunxerant.

Sed ad nos oculum, ſtylumque conuertamus: putetne mortalium aliquis, hæc ad iuſta tantum hebræorum more peragenda fieri ſimpliciter, nec tradita nobis eſſe pro monitis & C hortamentis? O plumbeam intelligentiam noſtram, ſtultos nos, ac læuos, niſi plus aliquid in Chriſti funere, quam quod oculi cernunt, animo & cogitatione videamus. Age igitur.
Senſus myſticus ac moralis.

Ne mortuus quidem iniuſſu Pilati de cruce deponitur. Quid hoc eſt aliud, niſi eū, qui patris imperio crucē cōſcēderat, ex eadē niſi alieno, cui ſe viuus ſubmiſerat, mandato, noluiſſe deſcēdere?

Medicorum ſchola illam ſtatuit probatiſſimā Mumiam, quæ farta ſit ex aloe & myrrha.
Quæ Mumia probatiſſima.

Hanc tu myſtice eam crede, de qua diſcipulus, quem diligebat Ieſus c.19. Euangelij ſui, lo- Ioa.19.39.
cutus eſt: *venit*, inquiens, *& Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens miſturam myrrhæ, & aloës, quaſi libras centū. Acceperunt ergo corpus Ieſu &* D *ligauerunt illud linteis cū aromatibus, ſicut mos eſt ſepelire Iudæis.*

Vis ſcire medicos ſpiritualis huius mumiæ vſus? audi S. Auguſt. cuius illi ſunt certiſſimi aphoriſ- S. Auguſt.
mi, c.22. Manualis: *In omnibus aduerſitatibus non in-* in manuali.
ueni tam efficax remedium, quam vulnera Chriſti, in his dormio ſecurus & quieſco intrepidus Chriſtus mortuus eſt pro nobis. Nil tam ad mortem amarum, quod Chriſti morte non ſanetur. Et c.23. *Nullum*, inquit, *tam potens & tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum, quam mors redemptoris mei.*

Cur autem is, qui pauperes ſemper in deliciis habuit, opulentos tamen ac nummatos corporis ſui voluit habere ſandapilarios & pollinctores?

Enimuero copioſi docentur ac diuites, opes ac

fortunas haud vſquam melius, quam in exornando & condiendo Chriſti corpore collocari. Atque vt nullos omnino ſumptus ſuperuacaneos eſſe, ac magnificentiæ lineam in hoc officio tranſiliri poſſe cerneremus, aloës ac myrrhæ libræ quaſi centum effunduntur, vbi longè pauciores humanoni locupletiſſimæ ſatisfuiſſent.

O te ſapienter effuſum, Auguſtorum apex, fundator pacis, & rei Chriſtianæ confirmator ac propugnaculum *Conſtantine*, cuius imperium totidem Chriſto liberatori tumulos poſuit & vnguenta fudit, quot templa & ſumptuoſis extruxit operibus & latifundiis ac pecunia locupletauit. Tuo nunc videlicet exemplo, eidem Imperatori ac Domino ſacris in ædibus, tamquam in tumulis ampliſſimis condito aurum, gemmæ, pretioſa veſtis, orientis ſolis odoramenta, prouinciarum ac regnorum omnium tributa ſubſeruiunt.

Teſtabitur id *Iuſtinianus* Imperator, dum Conſtantinopoli templum *Sophiæ* poſuit, quod auro puro ſternere, chorum vero lapidibus pretioſis voluit pauimentare. Sacram hic menſam fecit, quam auro, argento, omniſque generis lapidibus, metallis, lignis, cæteriſque rebus, quas terra fert & mare optimis, rariſſimiſque inſtruxit, liquatis his, quæ fluunt, illis vero, quæ ſicca ſunt, expoliris, illique mirificè inſertis: quo Salomonem longè antegreſſus eſt Imperator, cum non niſi duos milliones auri templo is Hieroſolymitano impendit, hic vero teſte Stephano Bineto lib. de Amore, multo plures, vtpote tale tantumque opus molitus, cui ſol ab Adamo ad hæc vſque tempora ſimile non aſpexit.

Neque hoc alienum à maieſtate ſua duxere præ cæteris Catholici Hiſpaniarum Reges, qui ſeſe tot opibus ac theſauris locupletatos, vel ideo agnouiſſe viſi ſunt, vt ſanctiſſimo Chriſti corpori tum à miniſtris ſplendide, tum à cultu magnificè proſpiceretur.

Toletana Eccleſia ornatus, & gaza.

Teſtis mihi ſit vna Eccleſia Toletana, omnium Eccleſiarum non modo Hiſpaniæ, ſed orbis totius ditiſſima, cuius Archiepiſcopus tot redditus habet, quot omnes ſimul epiſcopi Italiæ, vectigalibus ſuis omnibus in vnum collectis non adæquent, certumque ſit plus ab Archiepiſcopo Toletano ſolo poſſideri, quam ab omnibus Epiſcopis Galliæ ſimul acceptis: eſtque hic Antiſtes, ſecundus à Rege, non dignitate ſolum & antiquitate, ſed populis, vectigalibus, & potentia, ſub cuius imperio, præter minores populos, oppida nobiliſſima, & memorabilia numerantur ſeptemdecim, ex quibus annuatim proueniunt ducenta millia ducatorum. Tanta fuit Regum Hiſpaniæ erga Eccleſias ſuas pietas, atque religio. *Ita Philippus Ferrarius in topographia SS.*

Sed nec temporis vel longiſſimi interuallo minutus hic ardor fuit, quod patuit, cum *Ferdinandus & Iſabella* Catholici Reges primum illud aurum tantis ab vniuerſa Hiſpania votis expetitum, tantis impenſis ex Occidentali India aduectum, non in proprios vſus expenderunt, vel domeſticis theſauris intulerunt, ſed ad Eccleſiam Toletanam, Sanctiſſ. Sacramenti Hierothecæ adornandæ tranſmiſerunt.

Nec diſſimili pietate *Emmanuel Luſitaniæ* Rex primum ex india Orientis ad ſe à victrice claſſe aduectum aurum Domino dedicauit; ex eoque V. Sacramenti ciborium confecit, quod hodieque Vlyſſipone in templo Bethleemiticæ Virginis Matris, Indicarum victoriarum trophæo magnificentiſſimo cernitur.

Claudius Clemens in diſſert. Chriſtianopolit.

Et nuper in *Margarita Auſtriaca Philippi tertij auguſta Coniuge* clariſſimè eluxit, dum nuptiis regiis celebratis Grœcium ad templum Collegij Societatis Ieſu veſtem ſuam nuptialem miſit Dominico Corpori ornamentum. Erat hæc ex tela argentea auro intertexto, gemmis propemodum texta, vt mirum fuerit, Reginam ferre eam potuiſſe.

Huic ciſtellam Ven. Sacramento ſeruando ex auro, argento, ebore, ebeno, cryſtallo mirum in modum fabrefactam, 140. grandibus gemmis, illuſtrem, 48. carbunculis, 72. ſmaragdis adiunxit, cùm diuerſis velis & ornamentis ſuis.

Regum Hiſpaniæ & Luſitaniæ in Chriſti corpus ſanctiſſ. pietas.

Neque his contenta, ipſa ſe impendebat Euchariſticis toralibus, eorumque thecis, albis amictibus, & conopæis conficiendis, quibus & eam mors occupatam inuenit. *In Vita.*

Tanti fuit *Ioſephum ac Nicodemum, Mariam Magdalenam* ac ſocias, SS. Chriſti corpori iam de cruce depoſito, ſe, ſuaque laudabili exemplo impendiſſe.

Quid proximo impendendum? qui Chriſtũ repræſentat.

Vt autem à myſtico Chriſti corpore ad iſtud, quod nobis affinitate naturæ propinquum eſt, veniamus, & hic omnibus eodem Domino procurante præclariſſimum relictum exemplum eſt. Chriſto in proximis opitulandi, dum eos vita functos ſupremis obſequiis cohoneſtamus, de quibus præclara admodum S. ſcribit *Auguſtinus* in hunc modum: *Non condemnanda neque abiicienda ſunt corpora defunctorum maximè iuſtorum & fidelium. Si enim paterna veſtis, aut annulus, aut ſi quid huiuſmodi, tanto charius eſt poſteris, quanto erga parentes maior exſtitit affectus, nullo modo ſpernenda ſunt corpora, quæ vtique multo familiarius & coniunctius, quam quælibet indumenta geſtamus:* Vnde Philoſophus probl. 29. dicere veritus non eſt, *æquitati magis conſonum eſſe defunctu opitulari, quam viuis opem ferre*: quare cum omnis actio Iuſtitiæ laudabilis ſit, non poterit non hæc eſſe commendatiſſima, quam ideo Iuſta, & exequias celebrare iuſta dicimus peragere, quod æquitas atque iuſtitia legitimè eam requirant. Hanc itaque dum ſibi adhiberi Chriſtus voluit, quid alteri ab altero homine faciendum, oſtendit.

S. Auguſt.

Ariſtoteles probl. 29.

Intelle-

Iuſta funebria vnde appellata. Tabithæ *funus curatum.* S. Catharinæ Virg. & Mart. *exſequia.*

Intellexiſſe id perſpicuè viſi ſunt Chriſtianorum primicerij apud *Lucam Act.* 9. cum Tabitham iam defunctam lauiſſe, & in cænaculo poſuiſſe leguntur, & Angeli, qui corpus S. Catharinæ S. Ermelendis aliorumque procuraſſe narrantur: quo factum, vt melior quiſque, atque æqui ſtudioſior, hic quoque diligentior cæteris repertus ſit.

S. Bonifacij Sepultura.

Ita S. Bonifacium pænitentiæ cauſa ſe ad conquirenda Martyrum corpora ac ſepelienda impigro ſtudio contuliſſe faſtis Eccleſiæ annotatum legimus, quem ideo ab hoſtibus comprehenſum, & grauibus admodum tormentis enecatum ſocij quingentis ſolidis redimentes, conditum vnguentis, linteiſque inuolutum, Romam portandum curarunt vbi ab Aglaë matrona ſplendidè ſepultum.

S. Pauli Anachoretæ.

Paulum Anachoretarum principem pallio optimo S. Athanaſij obuoluit S. Antonius.

S. Odilonis Abb. pietas in corp. mort.

S. Odilo Cluniacenſium Abbas dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo deſiliens, laneam, qua indutus erat ad carnem, ſubduxit ſibi interulam, eaque, vti velaminis quantitas permittebat, vtrumque cadauer obuoluit, & veſpillones mercede conducens, defunctis fratribus debitum humanæ pietatis exſoluit. *Petrus Damiani in Vita.*

S. Ludou. Rex.

Nec *S. Rex Ludouicus* qui mortuos milites multos ipſe ſuis manibus in terra ſancta ſepeliuit, tacendus.

S. Papa Eutychianus corpora SS. Sepelit.

Nec Pontifex ipſe Eutychianus, id ſe indignum arbitratus, trecentis & quadraginta duobus martyribus ſupremum hoc beneficentiæ officium impendit. *Surius.*

Non potuit tanta charitas præcipuo aliquo ſingularique ſummi Numinis teſtimonio carere. Ita legimus dum Claraualleuſes *S. Bernardi* corpus iuxta conſuetudinem in petra extenſum abluerent, eiuſdem S. corporis vmbram ſaxo tenaciter adeo inſediſſe, vt vſque in hodiernum diem ab omnibus manifeſtè videatur. Cumque hæretici tanti miraculi gloriam abolere niterentur & inſtrumentis variis lapidem excauarent, vmbrã deſcendiſſe, nec vlla ratione aut arte deleri potuiſſe, Chryſoſt. Henrieques in faſciculo l. 1. diſt. 4. c. 99. auctor eſt.

BB. Lucina, Helena, Eliſabeth, Margarita Ropera, &c. *mortuos curarunt.*

Eluxit autem hac inter feminas pietate *B. Lucina*, quæ diu, multumque hiſce eximiæ caritatis officiis dedita, plurimos Chriſti martyres ad ſepulturam compoſuit, & iuſtis funebribus decorauit. Quam *S. Helena* non ſegniter ſecuta, immortalem ſui nominis gloriam reportauit.

De B. vero Eliſabetha legimus, velum etiam capitis, in hoc opus hilariter porrexiſſe.

Neque mirandum tot ac tantos Heroas, atque Heroides iſtiuſmodi caritatis officio inſudaſſe, cum Deus ipſe non rarò peculiaribus ſignis, gratum id ſibi, acceptumque eſſe de-

R. P. Lyraus de imit. IESV *patient.*

A monſtrarit, vnum ex multis adduco.

Iam regiæ ſecuri ceruicem ſubiecerat *Thomas Morus* ingratæ Britanniæ eximium ornamentum: *Margarita* filia eius diei ſummo mane peragrabat Eccleſias & eleemoſynas pauperibus erogabat, iamque omnibus elargitis poſt ſumptum de patre ſupplicium ad carcerem properabat paternum corpus ſepulturæ mandatura, exhauſtis loculis, nullas alias pecunias acceperat, quibus ſindonem, qua corpus obuolueret, compararet; triſtis itaque ab ancilla monetur, vt de proximo linteum accipiat, quod cum ipſa tentare formidaret, ancilla animoſior ad vicinam tabernam deflectit, & ecce cum certo ſibi conſtaret nihil ſe prorſus pecuniæ habere; tamen B iam in pera iuſtum ſindonis pretium reperit, nec vno teruncio plus, minuſue, quam ſolui oportebat: atque eo cum domina corpus Martyris obuoluens in ſacello caſtri Londinenſis ſepeliuit. *Stapleton. in Vita.*

Thom. Stapletonus *in Vita* Mori.

Nec temere ſe iſtuc hominum extendit pietas, cum & bruta non rarò animalia præceſſiſſe hac in parte legamus, & niſi homines ſequantur, mancre eos poſſit, quod ſtringat; eſt ea namque Theologorum *Bannes* 2. 2. q. 32. a. 2. *Valent.* to. 3. diſp. 3. q. 9. punct. 2. *Emman. Sà.* V. Sepultura, mortale peccatũ eſſe ſi quis fideliũ corpora ſepelire negligat, cum nullus alius adeſt, qui id officium præſtet, quia opera caritatis & miſericordiæ in caſu eiuſmodi neceſſitatis C obligatoria ſunt.

CAPVT TERTIVM.

Chriſtus eiſdẽ Sãdapilariis in ſepulchro ponitur, non ſuo, ſed aliis exciſo, ac preparato, qui non ſua, ſed alia fuerat morte interemptus.

Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Iſaiæ 11. 10.

Iſaiæ 11. 10.

Sepulchrum Chriſti, limen eſt Cæli.

OMnibus iam ſecundum morem nobilium Iudæorum rite procuratis, Deo potiſſi-D mum agente, vt quæ Ioſepho deerant vnguenta Nicodemus liberaliter adferret, ne aliter Ieſus ſepeliretur, quam conſueuerant viri primarij, inuoluti ſc. linteis delicatiſſimis & aromatibus conditi ſuauiſſimis, quamquam non tam eiuſmodi corpora condiri ſolebant, vt diu ſeruarentur incorrupta, [nam id fieri non poterat vna vnctione myrrhæ & aloës, niſi ſimul cadauera exenterarentur] quam honoris cauſſa, vt ſolennis, & magnifica eſſet ſepultura, quo nobiliſſimos hos pollinctores à calumnia liberes, qua eos velut in hac vnctione naufragium fidei paſſos nonnulli inſpergunt, & tamquam de Chriſti reſurrectione incertos atque incredulos caſtigant.

Nec Ioſeph nec Nicodemus de Reſurrectione dubitarunt.

Bona verba, ſodes: neque enim in Chriſti ſchola tam male profecerunt, vt Ieſum Dei filium eſſe neſcirent, neque eam, quam adhibuiſſe pollincturam apud Euangeliſtam legimus, ſeruando à putredine corpori, ſed debito honoris officio impendiſſe certum eſt; quare progreditur, & nos cum eo, ſacer hiſtoricus,

Ioan. 19. 41. *Erat autem*, inquiens, *in loco vbi Crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, quod ipſe ſibi Ioſeph, exciderat in Petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Et huc quidem inferre lubuit

Quare Chriſti corpus ſepultũ in horto.

Corpus Ieſu, propter Paraſceuen vt ait, Iudæorum, innuens, ſi tempus & hora permiſiſſent, non eo ſepeliendum fuiſſe loco, qui tam vicinus Caluariæ erat, ſed longius transferendum, vbi citra iniuriæ periculum omnibus fuiſſet venerationi.

Suggerit hoc *Euthymius Zigabenus*, maluiſſet, inquiens, Dominum in alio digniore monumento, quod longius à ciuitate diſtaret, collocaſſe, Bethaniæ fortaſſis in ſepulchro Lazari, quem à mortuis excitarat, vel certè in monumento materno, quod valli Ioſaphat & Gethſemani conterminum erat, neque enim iſtud, vt cætera bona ſua omnia tam immobilia, quam ſe mouentia, paulo ante ortum Chriſti in vſum pauperum alienauerat Virgo, cuius rei argumentum eſt, eam hoc ipſo loco eum parentibus & ſponſo Ioſepho ab Apoſtolis fuiſſe tumulatum.

Sed multa erant, quæ poſtremum hoc impedire videbantur:

Primo ardebant adhuc in Scribis & Sacerdotibus antiqua ſimultatis incendia, neque verò vllus erat, aut locus, aut tempus exportandi cadauer à Caluariæ iugo, vſque ad vallem Ioſaphat aut Gethſemani: non tempus ſuccurrebat, cum immineret ſabbati ſolennitas, quæ ab occaſu Solis diem inchoabat, ex quo nemini licebat in ſepeliendis mortuis laborare. Poſt necem Domini & pectus lancea percuſſum & latronum oſſifraginm, magna reſiduæ lucis pars abierat, in extorquenda facultate Pilati, ne iuxta Romanorum leges Chriſti cadauer inſepultum maneret. Tum denique quamuis tempus ſuccurreret, ſi non propè Caluariam conderetur, nullus erat locus, aut via, qua portitores occiſi Domini, immunes penetrarent ad dictum locum; vbi ſepulchrum Annæ & Ioachim exſtabat: nam via vrbana intra muros Hieruſalem plura Sacerdotum & Phariſæorum pericula minabatur: via autem extra vrbem à Caluariæ colle vſque ad Gethſemani, longiſſima erat, quæ omnia cum difficilem præberent aditum, oportuit vt Ioſeph ab Arimathia de vicino ſepulchro cogitaret.

Secundo à coniecturis ſtatuenda veritas. Mos fuit Romanorum, vt factioſi homines & læſæ Maieſtatis rei poſt necem inſepulti relinquerentur: Ieſus vt proditor & factioſus,

A & Cæſaris hoſtis, extremo ſupplicio à Romano Præſide affectus erat, quare & ſepulturæ honore exciderat, vt patet l. 1. ff. de cadauerum punitione. Adde impetratâ quoque Principis, aut præſidis veniâ, ſuffixorum corpora non aliter quam è crucibus in ſepulturam defluere conſueuiſſe, vt auctor eſt Seneca Controu. 4. *Titulus namque iniuriæ in Cæſarem, ceſſatio erat ſepulturæ*, vt ait Tertullianus de anima cap. 56. Gentiles ſiquidem homines & ſuperſtitioſis erroribus imbuti, magna exiſtimabant eſſe animarum detrimenta, ſi corpora inſepulta remanerent. Et fortaſsis vallis cadauerum, cuius meminit Ieremias cap. 31, illa eſt, quæ inter muros Ieruſalem, & radicem Caluariæ ſita eſt, vt nonnulli exiſtimarunt, ſic iam pridem nominata, quod occiſorum oſſa; & cineres eò proiicerentur.

Seneca Cõtrou. 4. Tertullian. de anim. c. 56.

Nec hæc igitur vel Crucis, vel ſceleratorum ſepulchra ſuſtinere cogeretur defunctus Ieſus, prouiſum à Ioſepho fuit.

Quare ſepultus in alieno ſepulchro.

Legis diſpenſationem ex venia Pilati, nec Maria, nec cognatæ feminæ obtinere poterant, tum quia pauperes, tùm vero quod morienti & defuncto Ieſu adeſſe vellent, vt qua fieri poſſet, illum tuerentur.

Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio petiit corpus Ieſu, illudque à præſide impetrauit, quare cum ſibi non alijs, cadauer obtinuiſſet, tamquam alieni iuris & non materni in monumento alieno tumulare debuit, vnde factum, vt ipſe omnia funeralium ſeu parentalium obſequia potiſsime obiret.

Et hæc erant quæ velut ex humano quodã conſilio Ieſum à ſepulchro parentum auocarunt, fuête tamen & alia, quæ magna illa & diuina prouidentia hic moliebatur.

Primò Chriſti mors & ſepulchrum, non tam ſibi, quam nobis prodeſſe debebat, ideoque nõ tam in ſuo, quam alieno condi voluit monumento: vnde S. Auguſtin. ſerm. 133. *Mors iſta non illi illata eſt, ſed nobis delata.* I.

S. Auguſt. ſerm 31.

Secundò, nullum proprium & hæreditarium ſepulchrum, ſacrum debuit cadauer abſcondere, Ieſus enim non ciuis, ſed hoſpes mortis, quaſi in alieno diuerſorio morabatur non tam in ſepulchro mortuus iacere, quam velut in lecto quieſcere debebat. ſepulchrum autem eſt mortis habitaculum. II.

Tertiò ex ipſo Auguſtino tract. 120. in Ioan. non vſu tritum, ſed nouum pro innocentia corporis ſacri, monumentum præparari debuit, nã quemadmodum mortalis vitæ vterus, Virgineus fuit, ſic & immortalis vitæ vterus, id eſt, ſepulchrum & virgineum & à nullo cadauere temeratum eſſe oportebat, verba nominari Patris hæc ſunt: *ſicut in Mariæ Virginis vtero, nemo ante illum, nemo poſt illum conceptus; ita in hoc monumento, nemo ante illum, nemo poſt illum ſepultus eſt.* III.

S. Auguſt. tract. 120. in Ioan.

S. Auguſt. ſerm. 133.

Quartò, cum Dominus paternis manibus ſpiritum IV.

A ſpiritum commiſerit, nihil omnino de ſepeliendo corpore tractauit. Ratio autem eſt, quod alia cadauera à victrice morte perempta oculos hominum fugiant, & in ſepulchris tumulentur, fœda enim & morbida relinquuntur: caro Chriſti victrix & quod ait Epheſinum concilium *Species Dei, ea mort.dium oculis exponit, quæ aſpicienda velit clementia Domini.* Quod ſic defunctus coli, videri & diligi vellet Ieſus, nec vocem de ſepultura in cruce protulit, non abſcondi, ſed manifeſtari debuit cadauer.

Vbi primum naſcitur, non maternis brachiis, ſed præſepio committitur, ne ſolius matris pignus crederetur, idcirco Euangeliſta infantem B poſitum in præſepio memorat, cum à paſtoribus adoratur: vbi primum moritur, non illum paterna ſepulchra ſed extranea accipiunt, ne corpus illud ad cognatos duntaxat, verum ad omnes pertinere videretur.

V. Quintò denique, vt S. Chryſoſtomus philoſophatur: diſpenſatum eſt, vt diſcipuli cò ſe facile conferre poſſent, & quæ fierent in propinquo intuerentur, & vt ſepulturæ teſtes, non ipſi tantum, ſed & inimici eſſent. Signaculum enim & cuſtodes ſepulchro impoſiti ſepulturæ erant teſtimonio. Mortem non minus quam reſurrectionem manifeſtari Chriſtus voluit: nam mors, ſi tunc dubia fuiſſet, reſurrectionis ratio non conſtaret. Neque horum tantùm gratiâ prope C voluit ſepeliri, ſed ne falſò potuiſſet quiſpiam furtum ſuſpicari. Et, quod idem de alieno ſepulchro ſubiŭgit hom. 84, illud materno præferre viſus eſt, ne Ioachimum, aut Annam, aut alium quempiam reuixiſſe, non Dominum Iudæi arbitrarentur: quod & S. Hieronym. & Cyrill. Alexand. hic annotarunt.

Sepulchri Dominici ſitus.

Ad ſitum vero huius ſepulchri quod attinet, in horto fuiſſe Euangeliſta tradit: non longè à ſancta ciuitate, prope locum vbi Chriſtus fuit crucifixus, tum primò, quia circa locum mortis damnati iudicio ſepeliebantur: tum ſecundò, quia Chriſtus ſepultus fuit more Iudæorum, qui corpora defunctorum extra ciuitatem ſepelire, ne cõtaminarentur, ſoliti erãt. Vbi notãdũ quod Toletus noſter in Ioan. 19. 41. ſapien- D ter aduertit: *erat hortus in loco*, id eſt prope locũ, *vbi crucifixus eſt Ieſus*, quia illa pars agri & montis, vbi crucifixus eſt, non erat pars horti, ſed proxima horto, niſi velis locum appellari totum illud ſpatium, quod dicebatur Golgotha, in quo & pars illa montis, vbi crucifixus eſt, & hortus iſte concludebatur.

Ioan. 19. 41.

Franciſc. Quareſmius in deſ. terræ S.

Franciſcus Quareſmius accuratus terræ ſanctæ hiſtoricus & inſpector, à cauo, in quo plãtata fuit Crux ſancta, rectà procedendo vſque ad locum, vbi ſepultum fuit corpus Ieſu, inueniſſe ſe ſcribit pedes 132, quem in plaga occidentali Caluariæ montis, vergendo tamen parum ad ſeptentrionem ſitum fuiſſe ait, in quo tria diſtincta loca, ſolida de rupe exciſa animaduertit, veſtibulum, capellulam & arcam in qua iacuit Saluator, quæ omnia aduoluto magno ſaxo ad oſtium monumenti Ioſeph concluſit.

Maldonati ſingularis ſententia.

Scio nuper Maldonatum noſtrum in c. 28. Matth. ſingulari ac nouâ ſententiâ, quam miratur omnibus hactenus incognitam fuiſſe, non vnum duntaxat, ſed duos lapides obſeruare, & vtrunque poſtea ab Angelo reuolutum, alterum foris, quo totius monumenti oſtium claudebatur, alterum intus, quo arca, ſiue ſepulchrum tegebatur, quos & Angelus reuoluit, primum, vt mulieres ingredi poſſent, ſecundum vt vacuum ſepulchrum viderent, ſedente ipſo non ſuper primum, ſed ſuper ſecundum, ne, ſi ſuper primum ſediſſet, primo aſpectu territæ mulieres ab ingreſſu abſtinerent.

Quæ licet tanti Doctoris opinio ſua probabilitate non careat, quia tamen contraria, & Euangeliſtis conformior, & vetus receptaque regionis illius traditio nihil de geminis, ſed vno tantum lapide aut ſaxo commemoret, communi cenſeo ſententiæ inhærendum, præſertim cum, vt grauibus placet auctoribus, Iudæorum ſepulchra patentia fuerint, & oſtio tantum ſpeluncæ, in qua corpora reponebantur, occluſa, cuius hic vices obiit grande illud ſaxum quod Ioſephus in hunc finem ante præparatum aduoluit, & Pilatus ſigillo ſuo muniuit.

Videar hic, atque in primis nouus homo expendat, quomodo is qui funeris & ſepulturæ pompam negligit ac magnificos illos vanitatis inſtructus deuitat, pluribus ſæpe, maioribuſque ſtudiis, obſeruantiaque colatur, quam ſi illa vel impenſiſſimâ operâ quæſiuiſſet.

Honor exequialis fugientem ſequitur.

Laurentius de Medicis

Teſtabitur id Laurentius de Medicis, qui cum ſupremis vitæ tabulis cauiſſet ſollicitè, ne pluſquam ciuili pompa funus ſuum efferretur, cum ecce, qui eam inanis ſpectaculi gloriam ſpreuerat, à publico omnium iudicio, multo ampliorem & ſpecioſiorem tulit, cum ei mox veluti Cuſtodi & auctori pacis & otij, non modo vna Florentia, ſed totius Italiæ populi, exteræque gentes, incredibili cum dolore, ac multis cum lachrymis iuſtiſſimè parentarunt. *Paulus Iouius in Vita Leonis X.*

Comes Alençonius.

Comes Alençonius Petrus Francicus frater Philippi audacis, teſtamento cauerat, ne ſepulchrum, quo corpus ſuum condendum 50. librarum expenſas ſuperaret, quodque cor ſuum exciperet triginta non excederet, & quantis non eſt honoribus tumulatus?

Albertus Princeps Belg.

Memorabile id quoque fuit in Sereniſſimo Belgarum Principe Alberto Auſtriaco, qui licet nobiliſſimis Cæſarum ortus foret natalibus, ac Belgio ſuo chariſſimus, non tamen vllum ſibi mauſolæum exſtrui iuſſit, ſed corporis exuuias humili tumulo abſque pompa inferri. Imo ſi extra Bruxellam mori contigiſſet, 13. duntaxat funalibus, ad honorem Deiparæ virginis accen-

ſis,& 12.ad reuerentiam Apoſtolorum circumdan mandauit. Eo felix, quod honores apud gratiſſimos ciues inuenerit,quos ante prudenter reiecerat, omnium oculis atque pectoribus tumulatus. *Beyerlinck in orat.funebri.*

Hadrianus Turnebus. Quin & homo ille litteratiſſimus Hadrianus Turnebus Græcæ latinæque linguæ in Pariſienſi Academia publicus Doctor non infeliciter id didiciſſe viſus eſt, cum abſque omni funeris pompa efferri moriens poſtulauit ſupremã hanc ſuam voluntatem tetraſticho hoc expreſſam relinquens:

Venimus in lucem hanc faſtu ſine: ſic ſine faſtu
Ad veram lucem quemque redire decet.
Hunc cinerem cineri mandate: at credite mentem
Ad Patrem lucis qui dedit, ire Dum.

Socrates. Et quid, ſodes, mirandum hoc in Chriſtianis laudari, quod ethnici atque gentiles tanta cum gloria vſurparunt? inter quos *Socrates* vnus interrogatus, quomodo vellet ſepeliri: eo modo reſpondit, quo vobis facillimum erit. *Stobæus ſermon.160.*

Cyrus. *Cyrus* verò obiens, ſic ad ſuos legitur eſſe locutus: Corpus meum neque in auro condite, nec in argento, ſed illud terræ reddite. *Xenophon in Pædia.*

S. Monica minimè ſolicita de ſepulchro. Hanc autem in primis ſapientiam coluiſſe ſanctam Monicam filius eius *Auguſtinus* lib.9. Confeſſ.cap.11. Auctor eſt: *Cum ægrotaret*, inquit, *quodam die defectum animæ paſſa eſt. Nos concurrimus, ſed citò reddita eſt ſenſui, & aſpexit aſtantes, me & fratrem meum, & ait nobis quaſi quærenti ſimilis, vbi eram? deinde nos intuens mœrore attonitos, ponetis hic, inquit, matrem veſtram. Ego ſilebam & fletum frænabam. Frater autem meus quiddam locutus eſt, quo eam non peregrè ſed in patria ſua defungi, tamquam felicius, optaret. Quo audito, illa velut anxia reuerberans eum oculis, quod talia ſaperet, atque inde me intuens. Vide, ait, quid dicit! & mox ambobus: ponite, inquit hoc corpus vbicunque nihil vos eius cura conturbet, tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei, vbi fueritis.*

Vana ſiquidem & nouo homine indigna cura, ac parum Chriſtiana de ſepulchro in patria reperiendo turbari, cum veriſſimum ſit, quod dixit *Monica: nihil longè eſſe à Deo, neque timendum, vt in fine ſæculi non agnoſcat, vnde quemuis ſuſcitet.*

Aloyſia de Caruaial. Conſideraſſe hoc atque animo ſuo mirificè complexam ſe oſtendit venerabilis illa ac nobiliſſima Virgo Aloyſia de Caruajal & Mendoça, quam Deus nuper virginibus omnibus cœlibatum in ſæculo profitentibus eximium probitatis ſpeculum largitus eſt: hæc itaque in Anglia, quo ſeſe martyrii ſpe, ſuique ſexus perſonis Chriſto demerendis contulerat, dum poſtremam ſibi imminere horam animaduerteret, collectis, quas poterat, viribus, mortuarias ſibi veſtes afferri petiit, allatáſque ſodalium manibus adiuta induit, ac totum corpus, ad pedes vſque ſuo amictu velauit, hoc fine, ne quis

A mortuam attingeret, aut attrectaret: mox aduocato ad ſe Confeſſario ſupplicat, vt ſtatim à morte tunica illa inuoluatur, quam certo loco in vſum iſtum reſeruârat, ne quis vel corpus ſuum aduerſus tabem aromatis procurare, aut incidere, extiſue exemptis condire auſit vt in Hiſpaniam auectum exequiis ibi honorificis efferatur, quod apud hiſpaniarum Legatum maximis fuerat precibus deprecata, hoc vnum ab eo contendens, vt incognito aliquo loco, ad quem nemo pertingeret humaretur. Sed qui filio ſuo Ioſephum ac Nicodemum miſerat, vt magnifica ſepultura humili, indignaque morte defunctum honeſtarent, hic Comitem Gondomarium legatum impulit, vt corpus, inta- Exequiæ Aloyſiæ de Caruaial.

B ctum quidem, vti impenſiſſimè rogauerat, plumbeo loculo, cui alterum ligneum circumpoſuit incluſum cramæſino ſerico inueſtiret, ac talibus exſequiis decoraret, quales vel ipſa Hiſpania rarò aſpicere conſueuit, intererant his apud Legatum Hiſpaniæ, Galliarũ regis ac Belgicæ Principis Oratores, viri principes, feminęque plurimæ, laudabat eam pro funere Iacobus Fontanus ex ord. S. Dominici, qui Legato à ſacris concionibus & Confeſſionibus erat, &c.

Sed parua hæc, ſi cum ſequentibus componantur: ſtatuerat Comes ſacrum corpus virginis Aloyſiæ in ſacello ſuo aſſeruare, donec legatione finita id ſecum in Hiſpaniam deportaret: ſed interueniſſe Rex Catholicus Philippus Ter-

C tius voluit, & ſingulari ad legatum ſuum miſſo mandato, illico voluit virgineum corpus in Hiſpaniam mitti, vbi ſummis honoribus receptũ, Madriti ſeruatur, ac poſt quadriennium, quo viua in calce iacuit, integrum perſeuerat.

Sic Deo atque hominibus humillimam virginem ac funebris pompæ ſecuram, ampliore compenſantibus gloria & honore in terris, quã vnquam ipſa vel ſperare auſa fuiſſet. *Lud. Muñoz in Vita parte 2.c.14.*

Vltra progredior. Non habuit Chriſtus mortuus tumulum ſuum, qui nec habuit naſcens diuerſorium, quique nobis omnia liberaliter elargitus, ne aream quidem ſibi reliquit ſepulchralem, quam tamen voluit omnibus, qui pere-

D grinantur à Domino, de ſui ſanguinis pretio comparare. Sepulchri cura tangit heredes: ſi filij ſumus, memores eum in corde terræ ſepulchrum ſibi olim deſignaſſe, cor illi ſternamus in tumulum & aduoluto ad oſtium, conſtantiæ lapide, perpetuam in vigiliam excubante animo, theſaurum abſconditum cuſtodiamus, ne vnquam nobis per ſocordiam conſopitis, cum inſomnis hoſtis eripiat incuſtoditum. Sepeliendus Chriſtus in corde humano.

Verum hic nemo mihi obiiciat humani cordis anguſtias, cui ſe committitur Deus, prius in hominem, mox etiam coarctatus in buccellam, quamquam totum illud ambitu ſuo concludit cor, quod amore ambit, & in tantam extenditur latitudinem, quantum extendit deſideria,

vnico

vnico propterea implendum Deo, in quo nihil deſideratur.

Et hic quidem manifeſtè clamantem ac deprecantem audio ſapientiam, *fili præbe mihi cor tuum*. Iterum, *faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*. Nec appoſitè minùs, atque ad id, de quo agitur congruenter; nam ſi iuxta locum cædis oportuerit eſſe monumentum; heu quam propè cor humanum agnus ille ab origine mundi occiſus fuit Adamitico peccato, in cuius pectore liberorum corda, transfuſis in illum omnium voluntatibus, collocauerat Deus.

Prou.23.26.

Cant.1.12.

Quid! cum ſe futurum in corde terræ prædixit Chriſtus, an potius Adami cor ſpectabat, primi nimirum illius hominis de terra terreni? Quid ſi vero in Caluariæ monte ſepulchrum habuit is, qui peccando ſepulturæ mortalibus neceſſitatem impoſuit, an quiſquam neget cædem Chriſti propè Cor Adæ factam? eodemque loco ſepulchrum illi conſtituendum?

Quomodo nouus homo ſepulchrum in corde præparet.

Excidamus igitur filij Adæ, excidamus monumentum Deo in corde noſtro, quod iners ad motus bonos, obſtinata inſuper excuſatione obduruit in ſaxum. Si bruta terra Chriſtum receptura tremuerit, ſciſſæ fuerint petræ, aperta monumenta, exturbata corpora mortuorum, certè humana pectora Chriſtum in eo conuiuio receptura, in quo recolitur memoria paſſionis eius, diffringantur doloris vi? amoris impetu ſinum Deo aperiant? & ne indecore iaceat inter cadauera primogenitus mortuorum, commiſſorum facinorum acerrimâ pœnitentiâ expellant id à ſe, quod tantum poſſit hoſpitem dedecere, vt hoc etiam monumentum omni abſterſa vetuſtate verè nouum ſit, & in illo nondum quiſquam poſitus dicatur; vbi nullæ appareant reliquiæ mortalitatis.

Galenus de ſimp.med.

Sepulchralium quarumdam Auium meminit lib.11. de ſimplicibus medicamentis Galenus, quæ ſic dictæ ſunt, quod ſepulchrum gerant in capite.

Caput tuum, mi homo noue, ſit mons Caluariæ, ſit Chriſti ſepulchtum: Erit autem, ſi Crucifixum in mente ſemper, non obliuione, ſed memoria ſepultum habueris, cui ſi cor tuum & mentem dederis pro ſepulchro viuo; illud ego tibi tamquam felici Chriſti tumulo apponam, quod Theodoſij olim Imperatoris tumulo appoſitum Epitaphium fuit. *Sanitas.*

B. Mechtildis docetur à Deipara Virgine ſepelire Chriſtum in corde ſuo.

Facem hic prælucebit materna Virginis Deiparæ benignitas, atque clementia, qua dilectam ſibi Mechtildem de his omnibus tam piè admonuit, quam liberaliter inſtruxit. Dies erat Paraſceues, & veſper appropinquabat, cum acerbiſſimam Sponſi necem multis lachrymis defleuerat Mechtildis, nec vanum obſequium fuit; mox namque Dominum quaſi de Cruce depoſitum vidit, & Virginem Matrem ipſum in ſinu tenentem ac ſe huiuſmodi verbis compellantem audiuit: accedens oſculare ſalutifera vulnera dulciſſimi filij mei, quæ pro tui ſuſcepit amore. Cordi eius tria oſcula imprime, agendo illi gratias pro effluxu illo, qui ab æterno in te, & in omnes electos effluxit, effluit, & effluere non deſinet in æternum.

Ad vulnus dexteræ manûs, illi cum oſculo gratias age; quia ipſa adiutrix & cooperatrix eſt in tuis omnibus operibus bonis.

Ad plagam ſiniſtræ manus pari modo, quia ad ipſam tutum ſemper, tibi refugium patet.

Vulnus dextri pedis oſculare, idque in gratiarum actionem pro feruenti deſiderio, quo omnibus diebus vitæ ſuæ poſt te in ſiti cucurrit.

Siniſtri autem pedis vulnus cum gratitudine magna oſculare, quia illic tibi præparata eſt omnium remiſſio delictorum.

Triplex inſuper habebis vnguentum, quo ipſum animæ tuæ dilectum peramanter inungas: Primum erit Oleum oliuæ, quo miſericordia denotatur, cuius operibus te inceſſanter impendes.

Secundum oleum myrrhinum erit, vt ſcilicet tribulationes & infirmitates lætanter pro Dei amore ſupportes.

Tertium erit vnguentum balſaminum, videlicet, vt omnia dona Dei cum gratiarum actione ad laudem eius ac gloriam ſuſcipiens, nihil inde ſperes aut velis, ſed quidquid inde procedere natum ſit, in ipſum qui fons eſt, & omnium bonorum ſcaturigo, refundas.

Quibus abſolutis, accipe, inquiebat Deipara, filium meum, ſepeli eum in corde tuo. Cum ſtatim Mechtildis Cor ſuum vidit in ſimilitudinem ſarcophagi argentei, cuius cooperculum aureum erat. Per argentum, cordis munditia figurabatur; per aurum vero amor, qui Deum in anima conſeruat. Ex *lib. gratiæ ſpirit.*

An non de huiuſmodi dixeris: *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*! Id ſane, modo experitur Mechtildis. Vtinam & nos aliquando.

Quomodo nouus homo Chriſto conſepeliendus ſit.

Sed parum id amanti eſt, ſepulchrum hic amato fieri, eidem & conſepeliri exoptat: ſi autem quomodo id fieri poſſit, fortè exquiras; duplici via vnumquemque id aſſequi poſſe pronuncio.

Primà, per ſacram baptiſmatis luſtrationem, atteſtante id Paullo ad Roman.6.4. *Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem*, id eſt, in ſimilitudinem & repræſentationem mortis Chriſti, vt ſicut ille mortuus vitæ temporali: ita nos peccatis mortui cum eodem ſepeliamur: quod enim, teſte Theophylacto, fuit Chriſto ſepulchtum, id nobis eſt baptiſmus: atque hinc fit, vt qui baptiſantur, & aquis immerguntur Chriſtum mortuum & ſepultum repræſentent allegoricè, idque vt tropologica ſimilitudine ſignificent, ſicut Chriſtus mortuus eſt vitæ temporali, ita ſe mori peccato, teſte S. Ioanne Chryſoſtomo per baptiſmum, quo pec-

Rom.6.4.

cata

cata merguntur & ſepeliuntur: mori, inquam A peccato, tum per vim &.efficaciam baptiſmi, vt ait S. Auguſtinus Enchirid. cap.51; tum per propoſitum ſanctum nouæ vitæ, quod concipit baptiſatus, Vide Tertullian. lib. de pœnit.

S. Auguſt. Ench. id. c.51.

Tamquam mortui ergo peccatis ſepelimur in baptiſmo, ſicut Chriſtus mortuus corporaliter, traditus eſt ſepulturæ, nemo enim niſi mortuus ſepelitur. Ritus itaque Baptiſmi, trina ſcilicet merſio, allegorice repræſentat tres dies ſepulturæ Chriſti, & moraliter repræſentat ſepulturam & mortem peccati, quæ etiam cauſa eſt, cur in die ſepulturæ Chriſti, ſcilicet ſabbato ſancto, ſolennis ſoleat Baptiſmus adminiſtrari.

Vbi notandum cum Cornelio noſtro à Lapide, diſſimilitudinem tamen quandam eſſe B inter ſepulturam Chriſti & baptiſmum noſtrum; Chriſtus enim prior mortuus eſt, quam ſepultus: hæc verò baptiſmi ſepultura quia Sacramentum eſt, mortem peccati in nobis efficit, itaque morte peccati eſt prior & anterior non tempore, ſed natura, vt rectè aduertit Franciſcus Cardinalis Toletus, & hoc eſt quod ait S. Paulus: *conſepulti ſumus in mortem*; id eſt, cum Chriſto in baptiſmo quaſi ſepelimur, ad hoc vt moriamur peccato. Hanc enim peccati mortem affert & inducit hæc ſepultura baptiſmi.

Alteram viam, qua cum Chriſto ſepeliamur, ſuppeditat Mortificatio, ſiue vt Latini loquuntur, contumacium animi motuum aſperior du- C riorque domitus. quo carni ac ſenſibus homo ſponte renũtians, ſe velut in ſepulchrum Chriſtiana abiectione demittit, dicente S. Gregorio Magno lib.5. Moralium cap.3: *qui mortificare ſe appetit, valde ad inuentam requiem contemplationis hilareſcit, vt extinctus mundo lateat, & à cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra ſinum ſe intimi amoris abſcondat.*

S. Gregor. 15. Moral. c.3.

Et hunc quidem non incongruè ſimilem dixerim arbori, foris quidem aridæ, & ſine fronde, id eſt, ſine decore, ſpecie ac pulchritudine; ſed intus habenti radicem viuam, charitatem ſcilicet in Deo, quaſi in terra vitali defixam & viuentem veniet æſtas, Chriſti ſcilicet reuelatio & gloria, cum reuireſcet reſurgendo, D dabitque frondes & fructus vberrimos, dotes ſc. beatitudinis tam in anima, quam corpore glorioſas.

Et tales quidem fuere *S. Paulus* ille Thebæus Eremitarum primicerius: talis Ægyptius *Antonius*, Thabatæus *Hilarion*, Alexandrinus *Macarius*, cæterique Anachoreſios antiſtites, quos Theodoretus, Palladius, Sophronius, Ruffinus, alijque recenſent, qui mundo mortui, Chriſtoque in vaſtis illis, profundiſque deſertis conſepulti Deo ſoli vixêre.

Conſepulti Chriſto. Antonius. Paulus. Hilarion. Hieronym. Macarius.

Talis & *S. Hieronymus* qui in vaſta illa ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus horridum monachis præbebat habitaculum, deliteſcens, ſcor-

pionum tantum ſocius & ferarum, velut in ſepulchro iacens, Dominicum de Euangelio expectabat clamorem, *Hieronyme* veni foras.

Tales in antro ſuo *Alexius*, & *Ioannes* ille, cui ab eo cognomentum Calybitæ adhæſit, alijque plurimi tam monachorum, quam aſcetarum greges qui cellis ſuis concluſi Chriſto conſepeliri ſtuduerunt, atque etiamnum magno numero in hanc vſque diem perſeuerant.

Alexius. Ioan. Calybita.

Talis quoque Maſſilienſis aduena fuit *Maria Magdalena*, quæ in Balmenſi ſuo ſpecu, ſepultę ſimilis per annos delituit triginta.

Maria Magd.

Talis *Maria* illa, cui nomen Ægyptus dedit, quam ſex annis ſupra quadraginta nulli mortalium viſam eremus feras inter ſepeliuit.

Maria Ægyptiaca.

Talis *Pelagia*, quæ vitæ licentia ſancto fletu, gemituque eiurata, in illo monte, qui ab oliuetis nomen habet, ſeipſam concluſerat, vt illinc aliquando cum Chriſto cœlum aſcendere mereretur.

Pelagia.

Nec laudis huius extranea *Thaiſis* fuit, quam Paphnutius cella modica incluſam tantum non ſepelijt, de qua triennio elapſo, cœlos glorioſo ſpectaculo conſcendit. *Sophronius in prato.*

Thaiſis.

Tales hodieque omnes illæ Virgines ac Matronæ, quæ mundi illecebris abdicatis, ſe inter ſanctiora monaſterij ſepta recipiunt, aſperoque domitu corporis membra, animique perturbationes coërcere laborant, abſque quo tam harum, quam virorum omnium aſceſis, non niſi C ſimulatæ quædam probitatis fucata oſtentatio eſt, tanto maiores datura aliquando tragœdias, niſi corrigatur, quanto ſimulatio diuturnior fuit.

Moniales variæ.

Nouerat id, planeque perſpexerat humilis ille, ſed multa, ſanctaque præditus intelligentia S. *Franciſcus*, qui cum ad S. Mariæ Angelorum die quadam peruenisſet, vbi nonnemine de ſuis, quem antè Chriſto per ſolemnem votorũ nuncupationem conſepeliuerat, inuento, ſepulchri ſui finibus exceſſiſſe, atque ordinis diſciplinam non mediocriter interturbare, vocatum ad ſe vehementer increpauit, deinde ſacram veſtem exuere illico iuſſit, mox autem in altam foueam deductũ, à fratribus viuum terra obrui D præcepit ac ſepeliri. Fecerunt id illi, quod iuſſi fuerant ſtrenuè, foſſamque repleuerunt, donec ad mentum iam frater cooperiretur: cui tunc Franciſcus, eſne mortuus frater? quo humiliter reſpondente, ita Pater, vel ſaltem propter meum peccatum mori debueram, iuſſit pius Pater, vt extraheretur, dicens: ſurge, & ſi verè mortuus es, vt probum Religioſum mundo & concupiſcentiis mortuum decet, obedito prælatis ad nutum, nec amplius reluctteris præceptis, quam homo mortuus, ac ſepultus, qui in nullo poteſt repugnare. *VVadingus ex Mariano tomo* 1. *ad annum* 1218. *num.* 5. Quo vir ſanctus, quod olim B. *Ioan. Climacus* gradu 4 de Obedientia pronuntiarat, dicens: *Obedientia eſt ſepul-*

S. Franciſci *de ſpirituali ſepultura iudicium.*

Ioan Climacus.

chrum

I.

chrum propriæ voluntatis, luculente confirmauit.

Alius ſpiritualis ſepulturæ modus

Quoniam vero lectus noſter inſtar ſepulchri eſt, in quo nos ſomno tamquam mortis germano fratre opprimimur, is alium ſuggent ſepeliendi noſtri cum Chriſto modum, quem reliquiſſe nobis viſa eſt amantiſſima Domini *Magdalena*, quæ patienti inter paucos, cæteris metu dilapſis, carnifices inter & Phariſæos conſtanter adhæſit, non tantum vſque ad mortem, ſed vltra, deſiderans cum illo ſepeliri corpore, cuius iam cum dilecto Cor iacebat in ſepulchro.

Maria Magdalena *ſepeliri cum* Chriſto *geſtiens.*

Patheticè amoris illius ecſtatici ſenſa, vt cætera aſſolet omnia, Adamantius expreſſit Origenes, celeberrima illa quam de Maria plorante conſcripſit homilia, vbi ſic loquentem inducit: *Stabo & hic moriar, vt ſaltem iuxta ſepulchrum Domini mei ſepeliar. O quam beatum corpus meum ſi fuerit ſepultum iuxta magiſtrum meum! viuens iuxta illud maneo, moriens illi adhærebo. Nec viua nec mortua ab eo ſeparabor.* Deinde paucis interiectis ſubiungit: *Ioſeph poſuit corpus tuum* (ò Chriſte) *in monumento. Maria ſepeliuit ibi pariter ſpiritum ſuum, & ita indiſſolubiliter iunxit, & quodammodo vniuit cum corpore tuo, vt facilius poſſet ſeparare animam ſe viuificantem, à viuificato corpore ſuo, quam ſpiritum ſuum te diligentem à defuncto corpore tuo. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo, quam in corpore ſuo: cumque requirebat corpus tuum, requirebat pariter ſpiritum ſuum: vnde factum, vt ibi vel ſepeliri cuperet, vbi Magiſtri corpus poſitum eſſe non ignorabat.*

Vigilandum nocte ante Paraſceuen coram ſepulchro.

Imitabitur Magdalenam homo nouus ſi ſacro paſſionis tempore ſeque, ſuoſque affectus omnes in ſepulchro Chriſti ſepeliat, in ipſo moretur aſſiduè, & vt non procul abſit corpore vltimis hebdomadæ maioris diebus, omnes totius vrbis honorarios tumulos Chriſto mortuo poſitos (cenotaphia, ſiue Caſtra doloris vocant) obeat, ante vnum ex eis maximè ſolitarium nocte iſta, quæ paraſceuen à Sabbato ſancto diſterminat, excubet, nec quietis amplius, quā neceſſitas cogit, admittat, dilecto ſuo, vel hac ſaltem ratione conſepultus.

Pia ſepulturæ propriæ praxis.

A communi lecto, ſepulchrum nobis, vt dixi, non malè repræſentante ad funeſtum illum, feralemque, proprie nobis id exhibentem tranſeamus, in quo ad rem noſtram & hoc commendandum inuenio, vt ab iis qui corpus noſtrum exanime component in capulo, aut terræ immittent, duo hæc petantur: Primum: vt facies cadaueris Orientem verſus reſpiciat, qui mos olim apud primos Chriſtianos viguit teſte B. Ioan. Damaſceno l.4. fid. orth. cap. 17, tum vt Chriſti ſepulturam imitetur, quem aiunt capite ad Orientem verſo ſepultum, cum ad occaſum obuerſo fuerit crucifixus, velut ex ſepulchro Crucem ſuam adhuc in oculis habere deſiderans, nobis vtique in exemplum, qui meritis patientis ſperemus aliquando è ſepulchro ad vitam reſuſcitari æternam. Alterum vt cor-

A poris verſus ortum porrecti brachia, & manus decuſſatæ formam Crucis exprimant, vt & Chriſtum in ſepulchro compoſitum fuiſſe tum S. Sudarium Biſontinum, tum vero S. Sindon Taurinenſis luculentè teſtantur.

Et hunc quidem ſitum obſeruare licet in plurimorum Sanctorum corporibus, quæ ex ſubterraneis ſpecubus & cryptis elata, ad venerationem expoſita ſunt, eſtque argumentū non leue huiuſmodi corpora fidelium fuiſſe ac Chriſtianorum, qui hoc ſitu Domini Seruatoris exemplo tumulati fuerunt.

Cultus & Veneratio Domini *ſepulchri.*

De cætero, magna, ac multo nobis vtilliма in diuino hoc Sepulchro recondita ſint lucra atque emolumenta neceſſe eſt, quod non ſo-
B lum tanti hoſpitis triduano incolatu decorum ac celebre fuit, ſed & cœleſti quadam dulcedine ac ſolatio plenum, vnde præcipua quadam diuinæ bonitatis indulgentia factum arbitror, tot inter, ac tantas rerum, temporiſque viciſſitudines, integrum ſemper illæſumque ſtetiſſe.

Ac primò quidem poſt Chriſti in cœlos aſcenſum tum à Virgine Deipara, tum Maria Magdalena, aliiſque Chriſtianis frequentatum atque in peculiari quodam honore habitum Doctores affirmant.

Superuenere anno 73 Romani, qui vrbe, cæteraque Palæſtina in poteſtatem redacta, rerum iſtic potiti ſunt, non ita tamen, quin exer-
C citu inde digreſſo, Chriſtiani plurimi rediuerint, vt Euſebius Cæſarienſis li. 3. c. 25. teſtatur, quibus ſacra illa loca atq; in primis ſanctiſſimū Domini ſepulchrū cordi fuit, quod cū impij illi homines Chriſtiani nominis acerrimi hoſtes diutius tolerare nollēt, vt de hominū mentibus inſignium Chriſti facinorum memoriam, quam ſepulchrum illud alere videbatur, ſuſtollere poſſent, multam ſuper ipſum terram aggeſſerunt, quam lapidibus quoque ſtrauerunt, ac deinde Hadrianus Imperator Iouis ſimulachrū ibidem erexit, vt quicunque iſtuc orationis cauſſa accederet, non iam Chriſtum, ſed Iouem colere videretur.

Helena Conſtantini *mater ſepulchrum quod diu latuerat, detegit.*

D Latuit in hunc modum Domini ſepulchrum ad annum vſque 326, quando pace reddita Eccleſiæ, Conſtantinus miſſa in Palæſtinam matre Helena & Iouis ſtatuam deiici, & terram auchi iuſſit, cum ſtatim poſt tenebrarum caliginem: quibus quaſi ſepultum iacuerat ſanctiſſimum ſepulchrum emerſit, cui extemplo Imperator auguſtiſſimum mauſolæum ſuperſtrui voluit, gentium præfectis Orientem verſus habitantium mandans, vt adiumentis neceſſarijs abundanter & copioſè ſubminiſtratis, opus eximium, amplum, & magnificum fabricandum curarent. *Ita Euſebius.*

Manſit autem in hoc ſtatu ad annum vſque 614, quando Ieroſolyma à *Choſroe Perſarum Rege* occupata fuit, relictis tamen in ea Chriſtianis.

Te-

Digitized by Google

Heraclius Imp.

A

Tenuit hic eam annis duobus, quibus exactis Heraclius Imp. accepto diuinitus ſigno, illam vnà cum Domini Cruce, quam *Choſroes* auexerat, recuperauit, ſanctiſſimo ſepulchro antiquā gloriam obtinente. Anno denique 636 Henrico IV. Impetatore Saraceni in Ægypto rerum potiti, magna vi Ieroſolyma expugnata, terram ſanctam in poteſtatem ſuam redegerunt; & licet pauci Chriſtiani permanſerint, ſtetit tamen ſanctiſſimum ſepulchrum, quod factum credo non tantum ſpe lucri, quod infidelibus illis ex pia Chriſtiani populi viſitatione prouenicbat, quam diuina quadam prouidentia; nam cum Barbari illi id penitus demoliri conarentur, diuinitus prohibiti fuerunt, quod ideo fa-

B

ctum cenſuero, vt inter ipſos Chriſtiani nominis hoſtes, illius gloria eluceſceret, atque adeo ex parte impleretur, quod de eo prædixerat Iſaias cap. 11. 10 *Et erit ſepulchrum eius glorioſum*: itaque manſit 463 annis in Saracenorum poteſtate, donec tandem

Iſaias 11. 10.

Anno 1096 Petrus Eremita diuino ſpiritu excitus Vrbanum II monuit, vt in Gallia pro recuperando Sepulchro Domini coacto Concilio, Catholicos Principes ad rem tantam inflāmmaret: quod cum factum eſſet, prima Chriſtianorum expeditio ſub Godefrido Duce Bullonio initium cœpit, qui cum trecentis millibus

Godefridus Bullonius.

C

peditum & centum millibus equitum Nicęam primum & Antiochiam expugnauit, deinde Syriam ingreſſus, Ieruſalem, ſanctumque Domini ſepulchrum ann. 1099. recuperauit, quantâ vero id gloriâ tunc coruſcarit nemo facile narrarit.

Et annos quidem circiter 88 hoc ſtatu floruit, cum anno Domini 1187 ſub Guidone Luſignano, Nono Ieroſolymorum Rege vrbs deperdita cum Sepulchro fuit, neque amplius recuperata, inuadentibus eam Ægypti Regibus, quos inuidia & diſſenſio noſtrorum aduocarat.

Ab Aegyptiis occupatur.

Anno 1195. Mortuo Saladino Ægypti Rege in magnam ſpem recuperandi ſanctiſſ. ſepulchri venerat Cæleſtinus III. PP. hic Henricum Imperatorem, qui mortuo Tancredo re-

Expeditio Germanica irrita.

D

gnū Siciliæ occupauerat ad bellum Aſiaticum adhortari cœpit, & res bellè cœpta fuit multis magniſque ducibus, Henrico Palatino Rheni, filio ducis Saxoniæ, ſororio regis Angliæ, fratre Imperatoris cum Duce Brabantiæ Crucem tollentibus, ſymbolum erat, *vult Deus, vult Deus.* Verum expeditionis huius germanicæ alacritas & apparatus falſorum fratrum improbitate, in nihilum recidit, dilapſo exercitu & mox ad patrios fines reuerſo.

Nec ideo deſtitit Cæleſtini ſucceſſor Innocentius III. qui eodem excitatus Zelo, quod prædeceſſor cœperat, magna conatus eſt ſolicitudine perfectum dare, cunctis ferè in partibus Chriſtiani orbis, qui Crucem prædicarent, excitatis; vnde factum, vt anno 1205. Dux Venetiarum cum Bonifacio Marchione de Monte ferrato, multiſque Italiæ Principibus, Comite Flādriæ &c. per Græciam iter Hieroſolymam verſus arripuerint, ſed nec iſta expeditio optatum finem aſſecuta eſt, exercitu ad Alexium Comnenum, contra fratrem iuuandum diuertente.

Expeditio Italica irrita.

Anno deinde 1245. Innocentius IV. legatum in Franciam miſit, vt Francigenæ bellatores pro liberatione Dominici ſepulchri arma ſumerent; ac transfretarent: nec ſurdis autibus acceptus fuit, Regem Chriſtianiſſimum Ludouicum anno 1248. ac multa millia Cruce ſignauit, cum quibus voti reus, quod anno ſuperiore, cum de

Expeditio Franciæ irrita.

B

grauiſſimo morbo conualuiſſet ediderat, traiecto mari ad interiores partes Ægypti non caute ſatis ac conſiderate progreſſus, in Saracenos incidit, à quibus infeliciter cæſis fugatiſque copiis, ipſe in manus hoſtium venit, & cum plurimis ex nobilium numero à Saracenis captus fuit, ac denique graui litro redemptus, re infecta ad ſuos reuerſus eſt.

Magna vis conſcientiæ, addo ego, & amoris, quoniam vtriuſque potentiam expertus *Ludouicus*, quanta hic & illa in ſe effecerint luculente oſtendit: conſiderans namque illam peregrinationis viam, quam nuper in Syriam inſtituerat plus regno Franciæ dedecoris, quam laudis ipſi

Altera Francorum expeditio irrita.

C

Eccleſiæ peperiſſe, conſulto Clemente ſummo Pontifice, reuerti eodem ſtatuit adſcito in ſocietatem Eduardo Henrici III. Anglorum Regis filio, multiſque alis, cum quibus anno Domini 1269. Tunetum claſſem direxit, ſed, ô! *altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia tua*, ſæua lue in exercitu ſuborta exſtingui plurimi, & in his ipſe Rex animi excelſitate, vitæque ſanctimonia præſtantiſſimus, cuius obitu factum, vt claſſis irrito conatu Siciliam repeteret, & vnuſquiſque in domum ſuam rediret, ſanctiſſimo ſepulchro in Saracenorum manibus perſiſtente, minimè tamen à piis peregrinis, ceteriſque Chriſtianis in vicinia commorantibus neglecto, qui barbarorum auaritia magnis auri, argentique vectigalibus ac tributis exſatiata, identidem illud inuiſere non omittebāt,

Rom. 11. 33.

D

donec circa annum 1330. agentibus Roberto & Sancia piis Siciliæ ac Ieroſolymæ Regibus, magnis ſumptibus, ac laboribus grauibus à Soldano Babyloniæ, qui ſepulchrum Domini poſſidebat, impetratum eſt, vt fratres Minores intra Eccleſiam Dominici ſepulchri perpetuò poſſent commorari, quibus ſanctiſſimum Chriſti Saluatoris monumentum, ex eo tempore cōmiſſum maiori cœpit ab omnibus ac liberiori cultu, religioneque celebrari.

FF. Minoribus impetrata facultas à Soldano Babyloniæ ad Sepulchrum Domini commorari inceptum.

Perdurauit autem hoc Regum Ægyptiorum imperium, quo Ieruſalem, vicinaſque regiones poſſederunt annis 330, quibus iam finientibus anno Domini 1517. à Selimo Turcarum Imperatore vrbs ſancta cum diuiniſſimo ſepulchro

Ab Aegyptiis ad Turcas Hieroſolyma deuoluitur.

capta

capta fuit, in cuius ditione hodieque perſiſtit, Turcis ſola ſpe lucri, quod ex vectigalibus Chriſtianorum colligunt, aliiſque nationibus ac populis ſacrum tutantibus monimentum, cuius gloriam quoque magna illa diuini Numinis prouidentia vel tali via, modoque conſeruat: adeo vt quemadmodum eo tempore quo Chriſtus in ſepulchro iacuit ad eius honorem & gloriam deſignati fuerunt Pilati Præſidis milites, nec ſanctorum virorum, Angelorumue cuſtodia defuit; ita nunc, poſtquam inde glorioſus exiuit, ad perennem illius gloriam à miniſtris Præſidis ciuitatis Hieruſalem cuſtoditur: ipſi templum ſepulchri, Domini ſigillo munitum ſeruant & cuſtodiunt, Franciſcani Patres velut fortiſſimi quidam milites & ad bella ſpiritualia doctiſſimi, mortificationis gladio & orationis ſcuto, ad illius gloriam excubant. Et quid dico Turcas vel Fratres Minores? ipſæ ſchiſmaticæ Orientis nationes in ſacratiſſimo Sepulchro ad hunc finem commorantur, ne ipſi damnum aliquod inferatur Hinc præter Catholicos Græci, Armeni, Gophiti, Iacobitæ & Abaſſini illud die ac nocte circumdant, quale honoris obſequium nec in ſuperbiſſimis Regum aut Imperatorum inuenias Mauſolæis: vnde tanto ſceleſtius atque deteſtabilius Iudæorum elucet odium, quo ſanctiſſimum hoc ſepulchrum euerſum volunt, quod nuper ſub annum ſcilicet 1600. clare patuit, cum ij, quotquot ex illa colluuie per orbem ſparſi erant, collata ſtipe conflarunt ſummam quingētorum nullium aureorum: eamque Turcarum tyranno obtulerunt, vt illud dirueret, ſed irrito conatu. Perſtat etiamnum glorioſum, & cunctis, vt dixi, præter Iudæorum, ſectis venerabile Mauſolæum.

Vtinam & quicunque nouus homo vere eſſe deſiderat in hoc ſepulchro non ſegniter glorietur, in eo mentem ac cogitationem omnem incluſam teneat, ad ipſum omnes ſuas operationes dirigat, vt & ipſe aliquando gloria potiatur æterna.

In ſepulchris olim gazæ recondebantur immenſæ noſter ibi ſit cum corde theſaurus.

In veterum olim ſepulchris cor inſculpi ſolitum accepimus quo teſtarentur ſuperſtites, ſe eorum nequaquam obliuiſci, apud quos cor ſuum depoſuiſſent: ita & nos ſacratiſſimo Domini ſepulchró cor includamus, ne tanti nobis præſtiti beneficij aliquando ſubrepat obliuio, & perſpicuè hic quidem caſto Deus æquus amori prouidiſſe viſus eſt, etenim cum illud, ob ſuam anguſtiam, corda omnium capere nequeat, pro infinita ſua virtute ac ſapientia Chriſtus modum reperit, quo, vti commori ſibi, ita & ſepeliri poſſimus, de quo operæ pretium fuerit S. Gregorium audiuiſſe loquentem lib. Moralium 6. in hæc verba.

S.Greg. l.6.mor.

Quid enim ſepulchri nomine niſi contemplatiua vita ſignatur: quæ nos quaſi ab hoc mundo mortuos ſepelit, dum à terrenis deſiderijs ſuſceptos in intimis abſcondit. Ab exteriori quippe vita, mortui etiam ſepulti per contemplationem fuerant, quibus Paulus dicebat: mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt, cum Chriſto in Deo. Actiua quoque vita ſepulchrum eſt, quia à prauis nos operibus tegit, ſed contemplatiua perfectius ſepelit, quia à cunctis mundi actionibus funditus diuidit. Quiſquis ergo in ſe iam contumelias carnis edomuit, ſupereſt, vt mentem per ſtudia ſanctæ operationis exerceat, & quiſquis iam mentem per ſancta opera dilatat, ſupereſt, vt hanc vſque ad ſecreta intimæ contemplationis ſtudia extendat. Hactenus S. Gregorius.

Coloſſ. 3. 3.

Ex quibus omnibus, hîc, & ſuprà à me diſputatis conſequens ſit, vt ſacroſanctum hoc Domini Seruatoris ſepulchrum, quod *S. Athanaſius, immortalitatis locum appellat, officinam reſurrectionis, diſſolutionem ſepulchrorum, & monimentum, in quo mors deſiit eſſe mors, & in quo Vita lata fuit non habitura finem*, noſtræ ſit contemplationis, & actionis obiectum, adminiculum, ac quies; & quoniam tumuli huius caremus hæreditate, nec iuxta licet occumbere, id etiam vehementer oremus vt indulgentiam ſaltem is, qui in eo aliquando iacuit nobis impertiatur aliquam ex agro ſanguinis & ſepulturæ locum tribuat in ſepulchro peregrinorum, de quo ad immortalitatem feliciter reſurgamus.

Vnum eſt quod mantiſſæ loco adiunctum velim, qui tanta veneratione, & cultu petiinum illud Domini ſepulchrum honoramus, nulla peculiari cura ac ſtudio virum illum nobilem, bonum, ac iuſtum, Ioſeph; inquam ab Arimathæa ciuitate, Decurionem optimum colemus? qui audacter ingreſſus ad Pilatum corpus Ieſu petiit, & obtinuit, acceptumque de cruce, munda ſindone inuoluit, & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Modis ſanè quampluriuis obſtrictam ſe huic agnoſcere debeat humana mortalitas, cui, in Seruatore ſuo, tanta fide atque ſollertia Ioſephi famulatæ ſunt manus; quare culpa omni carere hîc nequeat, quiſquis tanti beneficij immemor, huic viro extiterit ingratus.

Commendatur Cultus S. Ioſephi ab Arimathæa, qui Chriſtum ſepeliuit.

Matth. 27. 57.
Lucæ 23. 52.

Expenderat id ſecum attentius Zamcrenſis illa ex ordine D. Dominici ſanctimonialis Maria Vaſquez de Mello, cuius inter reliqua pietatis exercitia, hoc nequaquam erat poſtremum, quo præcipuè S. Ioſephum ab Arimathæa ob cauſas prædictas venerari ſolebat: & ſtetit pio operi merces, nec apud immemorem collocatum beneficium fuit, quod & ipſe altero nouo compenſauit: deperdita in cænobio charta erat, magni illa nominis ac momenti, nec reperiendi ſpes aderat omnes pro ſua quæque in rem communem voluntate ac ſtudio, varios è cælitum numero in vota vocabant, Maria Vaſquez Ioſephum, cui plurimum dedita hactenus ſeruierat, cum ecce ab incognito quodam nobili ad crates euocatur, qui ex equo deſcendens, chartam ei in manum tradit, & mox diſce-

R.P. Lyræus de imit. IESV patient.

dit:erat autem illa,quam omnes perditam lugebant,receptam vero ſic eſſe omnes oppido gaudebant.Ita quiſquis S.Ioſephum ab Arimathęa non ingratus colit,& ipſe gratum experitur.*Lopez to.4.l.1.c.47.*

Sed aſymbolum me hinc abire religio vetat: ſepulchro Chriſtum condidimus, ſepulchro Elogium præeunte Blomplano noſtro addamus:

Siſte homo,vbi ſiſtit Deus.
Immò propera,quò properauit Deus.
Hæc vrna non minus hominum,
Quam Dei terminus eſt.
Renaſcitur homo,
Vbi tumulatur Deus:
Inchoatur immortalitas hominis,
Vbi deſinit mortalitas Dei.
Sed dole,dum ſiſtis.
Exanimis Deus eſt,
Quia homo deſeruit ſpiritum Dei:
Deiicitur in tumulum,
Quia è corde eiicitur.
Niſi doles,time.
Propè tumulum, tribunal erit.
Qui iacet Reus mortis,
Vitæ Iudex ſedebit.
Immò nec dole,nec time.
Sepulchrum Chriſti;
Limen eſt cæli.

CAPVT QVARTVM.

Chriſtus Dei filius rediuiuo corpore à mortuis exſurgens,nouum hominem è vetere ad prototypon ſuum efformat.

*Ego dormiui & ſoporatus ſum;& exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.*Pſ.3. — Pſ.3.6.

*Quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis, per gloriam Patris;ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*Roman.6.4. — Rom.6.4.

Nemo cum Chriſto mortuus,qui cum ipſo non reſurgat.

Nemo cum Chriſto reſurgit, niſi qui cum ipſo mortuus ſit.

SI ad Solem orientem, atque humanæ felicitatis auroram, tantum non adorabunda verti ſolent ora mortalium, vt illinc ambitioni ſuæ fortunatus aliquis aperiatur dies; ad eum certè,qui tertiâ à quo occiderat,luce feliciſſimè exortus eſt,diuinæ Iuſtitiæ ſolem, omnium oculos,menteſque conuerti, pluſquam neceſſarium eſt,à quo nobis optatiſſimus,& ad poſteritatis memoriam glorioſiſſimus exortus eſt dies, quem nemo vnquam nobiliore inſigniuit elogio,quam ipſe temporum artifex Chriſtus,dum

A ex omnium ſuorum, quos in terris verſatus eſt, dierum nnmero, hunc vnum appellaſſe voluit diem ſuum. *Ioan.8.* — Ioan. 8.56.

Et verè ſuum dicere potuit diem illum,cuius vt ſe auctorem vnicum eſſe declararet, phyſicum illum,ſeu naturalem ſolem tribus horis antè exſurgere fecit,quam ſuæ ductu conditionis exortus fuiſſet; *qui namque*, vti *Chryſologus* loquitur,*vt ſuo commoreretur auctori,meridianam mortificauerat claritatem,vt conſurgeret auctori ſuo, euictis tenebris antelucanus erupit. Serm.*74. vnde meritò Eccleſia propheticum illud epiphonema de pſalmo 117.acceptum eidem attribuit: *Hæc dies, quam fecit Dominus,exultemus & lætemur in ea.* — S. Chryſolog.ſer.74. — Pſ.117.24.

Vera Domini Dies,quam S.Ignatius epiſt.3. B ad Magneſ. *Reginam & Principem omnium dierum* vocat,aſſerens vnam eſſe de ſeptem,& extra ſeptem:vocari octauam, pro qua pſalmi nonnulli ſcribuntur,in ea ſynagogam finiri,& Eccleſiam naſci. — S Ignat. Mart.ep.3. ad Magneſ.

Sed,quid? dicet aliquis, nonne omnes dies fecit Dominus pſalte regio accinente pſalm.73. *tuus eſt dies,& tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & ſolem:* quomodo ergo, tamquam nouum ac peculiare de Reſurrectionis die pronunciatur, *Hæc dies quam fecit Dominus?* — Pſ.73.16.

Ad enodationem quæſtionis huius aduertendum eſt, quidnam ſit iſtud, quod faciat diem.

S.Iſidorus,dies eſt,inquit,præſentia ſolis. O- C peratur omnia Deus, & ita reapſe fieri certum eſt:ſed rebus creando conditis operi ſubſeruientibus.Atque ita ſolem ipſe creauit,ſol autem ſuo motu, curſuque diem facit, ſpargendo lumen, radioſque effundendo ſuper vniuerſam terram. Sol id efficit,ad quod conditus eſt, ſua præſentia diem facit, diem vero reſurrectionis non fecit ſol iſte,ſed Deus. — *Quid ſit dies*

Propriis S.Marci verbis rem firmo:*valde mane*,inquit ille de mulieribus loquens,*vna ſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole.* — Marc.16.2.

Et quam mane? dicet S.Ioannes, *cum adhuc tenebræ eſſent ſuper terram.* Itaque nocte exeunt: quomodo ergo S.Marcus ait, *orto iam ſole?* S. Ambroſius quoque hac de re loquens, ait: *no-* D *cte itaque* ſurrexere:quod ſi ita eſt,quomodo ortus erat ſol? — Ioan.20.1. — S. Ambroſ.

Notandum eſt, Euangeliſtam non loqui de ſtato illo,atque ordinario, qui diem nobis quotidie adducit, ſed de ſingulari & extraordinario Iuſtitiæ ſole, qui alterum condidit, & tunc quoque illum præuenit,diem claram, iucundiſſimamque faciens de tenebris ſpleudeſcere:vnde factum,vt ſol ille naturalis,velut honorarius quidam ephæbus ad ſui Domini obſequia promptiſſimus,curſum accelerans, ordinarium tempus præuenerit,Conditori ſuo,vt loquitur S.Petrus Chryſologus,ſeruire anhelans, non tempori:atque ita dies eſſe cœperit,non à natura, ſed Deo, naturæ Domino factus: quod Regum

optimus,

Digitized by Google

optimus,idemque maximus vates, Ieſſæus Da- A uid, clarè præſentiens, ſic cecinit: *Hæc dies eſt quam fecit Dominus,Lætemur,& exultemus in ea:* vti & multo ante fecerat Abraham,cum, ipſo Domino ac Seruatore reſtante, *exultauit vt videret diem iſtum,vidit & gauiſus eſt:* tunc ſcilicet, quando omnem hanc morientis ac reſurgentis Domini tragædiam, in lætiore ſcena filij ſui Iſaac qui riſum nomine præferebat, à morte ſubducti,ſpectare meruit,*vnde eum,* vt loquitur Apoſtolus Heb.11.19.*& in parabolam accepit.*

Pſ.117.24.
Ioan.8.56.
Heb.11.19.

Age igitur,diem hunc Domini nouo dominandi ritu,atque imitandi exemplo conſpicuum intueamur, quodque in ea ad Iuſtificationem noſtram operatus eſt, in gratiam noui hominis explicemus,poſitus namque *hic eſt,* teſte Simeo- B ne, *in reſurrectionem multorum in Iſrael.* Lucæ 2.34.

Iam tempus itaque aduenerat, dieſque illa feliciſſima à quatuor annorum millibus exſpectata aderat, poſt mortem Chriſti luctuoſiſſimam tertia, cum diuina illa anima ſub finem horæ trigeſimæ nonæ, ex quo corporeis vinculis ſoluta,ad limbum Patrum deſcenderat,iſtinc egreditur, opimam ſecum beatorum ſpirituum prædam,deuictis inferis, adducens, tàm quos triſtis illa piarum mentium ſedes hactenus tenuerat,quàm piaculus animorum carcer etiamnum ſeruabat: comitabantur Angeli, qui reduci Domino lætum pæana concinentes,quod à cęleſti Patre mandatum acceperant,dicente Pau- C lo Heb.1.*Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ,dicit: & adorent eum omnes Angeli Dei,* ſtrenuè, & alacriter exſequebantur.

Heb.1.6.

Stabat cæleſtis pompa triumphi ſuper monumentum, nequaquam acieın humanarum mentium, vel Angelicarum, multoque minus. Victricis animæ Chriſti, obiecto ſaxo remorante: contemplabantur omnes mortuum corpus, demonſtrante eis Domino ac clariſſimè retegente,quanto ſibi eorum redemptio ſtetiſſet, ac ſalus.

Reſurrectionis Dominicæ Oeconomia.

Iacebat in ſepulchro diuinum illud corpus liuidum totum, atque luxatum, proprio tinctum ſanguine, quinque potiſſimum locis vtroque ſcilicet pede, manibus, ac latere ipſo con- D foſſum.

Laudaſſe hic omnes munificum ac liberalem benefactorem ſuum extra dubium eſt, gratiaſque egiſſe quam maximas,pro tot, tantiſque laboribus ac pœnis ſuæ aſſertioni impenſis, ambigit nemo.

Mox autem Dominus ſuæ virtutis potentiâ, quam ex hypoſtatica vnione cum Verbo,ſciens poſſidebat, forte etiam Angelorum adhibito miniſterio,ſanguinem,quem inter flagella, aliosque diuini corporis cruciatus effuderat, collectum venis ſuis reſtituit, pilos quoque ac crines tum capiti,tum mento,geniſque repoſuit & carnem omnem liuoribus ac plagis, quibus eſ- fera Iudæorum rabies eam afflixerat, abſoluit; myrrham, aloenque abſterſit, quibus in hunc modum breuiſſimo tempore expletis,confeſtim ſanctiſſima illa anima, ſuæ virtute diuinitatis ad corpus rediit,illique ſe inſinuans, perfectiſſimo quodam modo nunquam amplius ſeparanda vniuit, maximâ eiuſdem gloriâ exinde largiter, profuſeque in corpus redundante. Quare illicò gloriæ ſindone ſpecioſiſſima,vt ſuis erat appariturus,indutus,immoto lapide ex ſepulchro ſurgit,ſigilloque Præſidis ſeruato integro, victor egreditur,*linteaminibus poſitis in monumento, & ſudario,quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſito, ſed ſeparatim in vnum locum inuoluto.* Ioan.20.7.

Ioan.20.7.

Signum hoc erat,inquit S.Ioan. Chryſoſtomus,Reſurrectionis eius, non enim ſi tranſtuliſſent,corpus nudaſſent, nec ſi eſſent furati, de hoc fuiſſent ſoliciti, vt ſudarium inuoluerent & ſeorſim ponerent, quarè prudenter Ioannes ſepultum præmiſit cum myrrha,quæ conglutinat corpori linteamina, ne quis exiſtimaret furto ſublatum, quis enim fur circa rem ſuperfluam tantopere laboret?

S.Ioan. Chryſoſt. de reſur.

Eodem etiam ſpectaſſe credenda eſt Sacrorum Stigmatum in glorioſo corpore retentio, de qua ſic philoſophatur S. Hilarius: *ſpoliata eſt fragilitas,exinanita mortalitas,ſola in cicatricibus permanent reuerendæ teſtimonia Paſſionis: nimirum Reſurrectio vnde erat credenda, non abſtulit.* Homil.18.

S.Hilarius. hom.18.
Quare Chriſtus reſurgens ſ. Vulnera ſeruarit

Huic adſtipulatur Abbas Rupertus lib.12. de vict. Verbi cap.28. cum ita ſcribit: *Plagarum cicatrices idcirco in ſuo corpore retinuit, & reſeruauit, vt victorias ſuas ſemper illis, quaſi linguis, loquatur.*

Rupertus l.12 de Vict. Verbi c.18.

Si quæras ecquonam id potiſſimum tempore peraget? Primo inquam, dũ Iudex ad ſe vniuerſum orbem de tribunali citabit: altero verò quoties amicos cæleſtibus bonis intentos, peculiaribus volet beneficiis cumulare.

Ad primum itaque quod attinet,ſic loquitur Arelatenſis Cæſarius:*prima erit in reos intoleranda ſententia reuerendarum præſentia cicatricum; quid ergo illo tempore facturi ſumus? quando contra illos Crucifixi Domini liuores, notæ peccatorum noſtrorum & maculæ libidinum proferentur.Verendum eſt autem, ne illam vocem reſurrectionis pretioſæ Crucis veſtigia proteſtantis, etiam in iudicio ſuo ad vaſa iniquitatis prolaturus ſit,ſcilicet: infer digitum tuum huc & agnoſce,quæ pro te impio pietas diuina perpeſſa eſt.*

Cæſarius Arelatenſis.

Ad alterum verò quod ſpectat, magni Pauli Apoſtolorum Principis,hæc de Chriſto ſententia eſt; *ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Heb.7. quod & dilectus diſcipulus Ioannes expreſſit his verbis:*Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtũ,* cuius occaſione S. Tho.3.p.q.57. a.6. quærit an Dominus Ieſus in cæleſti gloria, ſuper ſalute noſtra cum Patre æterno loquatur? Reſpondet autem nullam hic intercedere locutio-

Heb.7.25.
Ioan.1.2.1.
S.Thom. 3.p.q.57. a.6.

R.P.Lyræus de imit. IESV *patient.*

cutionem, ſed ipſam repræſentationem ex humana natura, quam cælo intulit, quandam eſſe interpellationem pro nobis, dum quale genus mortis pro homine pertulerit eidem ſemper oſtendit. Vnde ſic loquitur *S. Bernardinus* ſermon.1.de Aſcenſ.articul.1.capit.1. *Expanſis manibus cælos aſcendit, vt oſtenderet quod Vulnera apportabat in cælum, vt qui ſanguinem pluerat, per vulnera illa in ſupplicio Crucis, per ipſa eadem, tamquam per meritoria inſtrumenta, abundantiam Spiritus ſancti effunderet ſublimatus in cælo.*

S. Bernard. in ſer.1. de Aſc.

His itaque, aliiſque de cauſſis, quinque illa maiora vulnera inter reſurgendum ſeruauit: Neque hic indecorum quidpiam, aut minus concinnum quis extimeſcat: gloriam corporis non minuent ſed augebunt, ſymmetriam non deſtruent, ſed noua quadam perfectione cumulabunt, quod & de Sanctis credidit Auguſtinus, dicens: *videbuntur in Martyrum corporibus cicatrices, quas pro Chriſti nomine pertulerunt; nō enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam, quamuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.* lib. 22.de Ciuit.c.20.

S. Auguſt. l.22. de Ciuit.c.20.

Interea variis paſſim condebantur in tumulis per Iudæam & confinia Ieruſalem, ad ſepulturā iſtic data, corpora Sanctorum, quorum animas ſecum è limbo Chriſtus eduxerat, quare vt eas ſuæ teſtes Reſurrectionis faceret, atque participes, ſingularum Angelos ad ſepulchra ablegat, qui materiam colligant, vt corporibus inſtauratis, ſuum quæque domicilium anima ingrediatur: quo feliciſſimè ſtatim peracto, *monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis.* Matth.27.52.

Matth.27.52.

Interim Angelus de Cælo in terram delapſus, terræ motu ingente excitato, lapidem à monumento dimouerat, tum vt Chriſti iam rediuiui potentia appareret, tum verò perculſi milites in fugam darentur, ac liberiorem aditum relinquerent venientibus ad ſepulchtum.

Hæc ſacra illa atque mirifica Domini Ieſu reſurgentis à mortuis Oeconomia, quam nouus homo quoties debita pietate ac religione in memoriam reduxerit, quaque par eſt fiducia ſalutarit, toties glorioſam nón minus, quam vtilem de inimicis ſuis victoriam ferat.

Teſtem aduoco religioſiſſimum ſimul ac locupletiſſimum Athanaſium ſedis Alexandrinæ Epiſcopum, qui dum in quæſtionibus ſuis, hanc decimam quartam proponit. Ecquam diabolus maximè Orationem timeat? In hunc modum reſpondet: fide dignos πνευματοφόρους retuliſſe, ab eodemmet diabolo viſibiliter apparente reſponſum nullam in vtroque teſtamento adeo timeri à ſe, vt iſtam, & quamprimùm pronuntiatur ſe vlulando euaneſcere, erat autem ex pſalmo 67. deſumpta, his verbis ſolita ab eis recitari: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius, ſicut deficit fumus, deficiant.*

Vſurpati myſterij Reſurrectionis vtilitas.

Pſal.67.1.

Si verò quæſieris, vnde huic precationi tanta in dæmones oriatur potentia? reſpōdebit Athanaſius: ſeſe à magiſtro ſuo didiciſſe Antonio, Pſalmū hūc propter Dominicę Reſurrectionis myſterium, quod illo innuitur, tanta virtute celebrari, ſicut ex ſubſequentibus his verbis ſatis apparet. *Cantate ei qui aſcendit ſuper occaſum*, mortē ſcilicet, vt ait S. Gregorius, quam reſurgendo ſuperauit, vel infernum, teſte Cæſario fratre S. Gregorij Nazianzeni, quē reſurgens à mortuis deuicit. Bene itaque, & vtiliter fecerit, quiſquis ab hoc hoſte inſidias ſibi ſtrui non neſcius, ſtatim ad hæc arma confugiat, quibus tā cara, nec dubia ſalus annexa eſt; vti Petrus Cardinalis Damiani non obſcurè teſtatur, cum narraſſe B. Leonē Papā IX refert: quod ex amitæ ſuæ ſanctimonialis narratione acceperat, dum comitē ſuam ad diuinas laudes decātandas nocte ſomno preſſam vocans, excitare nequiuiſſet: iratiorque, ac minus attendens quid diceret, diabole ſurge, dixiſſet, diabolum ſub comitis pygmææ forma præſto fuiſſe vnà cum illa mutuos verſiculos pſallendo reddidiſſe, ſed cum ad dicti verſiculi exordium peruentum eſſet, vltra progredi nequiuiſſe, ſicque deprehenſum, alterā ſigno Crucis ſe muniente, euanuiſſe. Sanctum proinde ac ſalutare Dominicæ Reſurrectionis myſterium, dignum vtique cui ab omnibus ſingularis honos & obſeruantia præſtetur; quo tamen eidem nequaquam fieri queat ſatis, niſi ad alterum gradum aſcendant: de quo gentium Doctor Paulus Romanos ſuos monuit, dicens: *traditus eſt propter delicta noſtra & reſurrexit propter Iuſtificationem noſtrā.* Quæ verba explanans *S. Thomas de Aquino* cuius nomē nō tam hominis, quam ſapiētiæ nomen eſt, *in Iuſtificatione*, inquit, *animarum duo ſunt, remiſſio culpæ & nouitas vitæ: quantum ergo ad efficientē, quæ eſt per naturā diuinā, tam paſſio Chriſti, quam reſurrectio eſt cauſa iuſtificationis quoad vtrumque, ſed quantum ad exemplaritatem. proprie paſſio & mors Chriſti eſt cauſa remiſſionis culpæ, per quā liberamur à peccato. Reſurrectio autem Chriſti eſt cauſa nouitatis vitæ quæ eſt per gratiam, ſiue Iuſtitiam, & ideo Apoſtolus dicit traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* 3.p. q.56.ar.2. ad 2. Vbi gloſſa: *mors & reſurrectio Chriſti in nobis, efficiendo ſunt idem, ſed ſignificando ſunt diuerſa: quia mors ſignat vt moriamur veteri vitæ, Reſurrectio vero, vt noui homines ſimus; iuxta illud Apoſtoli Rom.6. quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*, hoc eſt, ſicut ipſe vt reſurgeret, feralem amictū exuit, ac reliquit, viuus, nouuſq; corpore integro, pulcherrimoq; è ſepulchro prodiit; ita & nos veteris Adami veſtē exuamus, & obſoletā lacernulam, qua obuoluti iacebamus, id eſt, tabificas mentis noſtræ perturbationes moreſque diſtortos

Petrus Damiani opuſc.47. c.4.

Rom.4.25.

S. Thomas Aquinas 3. p.q.56 a.2.

Gloſſa.

Rom.6.4.

A B C D

f

diſtortos

Digitized by Google

A diſtortos deponamus,nouamque vitam inchoemus, Chriſtus enim reſurgens, vt bene docet Guericus Abbas, Iuſtificationis perpetuæ nobis tradidit formam. Vnde luce meridiana clarius patete arbitror, quid præſens Chriſti Seruatoris noſtri è mortuis ſuſcitati myſterium, à vitæ nouæ candidatis exigat,ne fruſtra nobis exhibitum videatur.

Quid Chriſti Reſurrectio ab homine nouo requirat

1. Primo,vt quiſquis ille ſit, exiſtimet veterem hominem ſuum eſſe crucifixum, ideſt,animi affectiones omnes,malaſque concupiſcentias domitas,& cruci alligatas, vt ſe deinceps nequeãt commouere.

Rom. 6. 11.

II. Secundò exiſtimet ſe mortuum eſſe, iuxta Apoſtolum,*exiſtimare vos mortuos eſſe*,ideſt,vt S. Proſper explicat, damnandis operibus omnino non viuere,nihil concupiſcere carnaliter, nihil ambire,de quo Apoſtolus,*ſi complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & Reſurrectionis erimus.*

III. Tertiò, *viuere autem Deo*: vt ſcilicet ſpiritu Dei,ſiue vita ſpirituali & diuina:puta, vita gratiæ,non peccato,ſed Deo ſeruiendo viuat, hoc eſt vitam gratiæ in baptiſmo acceptam conſeruet.

IV. Denique,ſolutus à lege mortis, in qua detinebatur,Deo ſeruiat in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate litteræ ambulaturus.

Verum, quod alibi, & hîc locum inuenire quotidie, infelici ſidere videmus; non omne quod ſplendet aurum eſt:

—— *At tenuis ſub imagine veri*
Falſum ſæpe latet. ——

Velum tollo,& ſenſum expendo.

Reſurrectio quænam vera & legitima ſit. 1.Reg 28.

Sunt qui Samuelis inſtar ſuſcitantur, & palam obambulant. 1.Reg.28.vocatus hic à Saule, Deo quidem iubente, comparuit, non tamen vero,ſed fictitio corpore aſſumpto, vt ex Auguſtino colligit Lyranus.

Occaſio proxima fugienda.

Reſurrectio hæc veterem hominem præfigurabat, quem reſurrexiſſe quidem ad vitæ nouitatem credimus,ſed in ſpeciem tantum ſurrexit; nam à proxima peccandi occaſione non receſſit,periculo etiamnum inhæſit, & hoc quiſquis amat,peribit in illo. Hinc Regum faſti libr.
4.Reg.21. 4.c.21. Ioſiam ferunt vt idololatriam ſtirpitus D eradicaret,non idola ſolum, ſed & eorum artifices abieciſſe, nemus ipſum quod ligna præbebat,excidiſſe, aruſpices deleuiſſe, eoſque qui
4 Reg.18. 4. Lunæ incenſum adolebant exterminaſſe. Ezechiam ſerpentem æneum non tantum ex hominum oculis ſubmouiſſe, ſed & confregiſſe,
Exod.32. 20. Moſis exemplo, qui vitulum aureum in puluerem redegit, ne ſi qua eius particula ſupereſſet populo relabendi occaſio præberetur.

Num. 6.4. Cum vinum Dominus Nazaræis prohibuiſſet, non ſolum ab omni eo quod inebriare ſolet abſtinẽdum duxit, ſed & vuis recentibus ſiccisque, & omni quod ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſque ad acinum populo interdixit.

R.P.Lyræus de imit. I E S V *patient.*

A Atque hoc eſt quod parentem noſtram protoplaſtam Euam ſerpenti clarè edixiſſe accepimus, eum hæc illi repoſuit: *præcepit nobis Dominus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* Geneſ. 3.3.

Sed heus bona mater, vbi hoc præcepiſſe Dominum tibi credis? Non enim tactum prohibuit,ſed eſum:*ne comedas*, inquiens, *in quocunque enim die comederis* &c. Sapiebat Eua, necdum peccati tenebris, quas poſtea ſenſit, obuoluta, dumque ſibi à Deo pomi eſum vetitum ſciret, prohibitum quoque, vt ratio fert conſequentium, quidquid eo conduceret non ignorabat, atque adeo *præcepit*, inquiebat, *nobis ne comederemus & ne tangeremus illud*: qui igitur omnem ve- B teris hominis familiam non deſerit,clarè indicat ſe necdum verè cùm Domino ambulare. Gen.2.17.

Reſurrectio Lazari.

Alij Lazarum imitantur, ſurgunt quidem, ſed propediem in veterem vilitatem, degeneri conuerſatione redituri.

Et quamuis horum reſurrectio non ficta,ſed vera habenda ſit, non ea tamen eſt, quæ ſat roboris habeat, ad contrarios quoſque impetus conſtanter retundendos. Cum Arca Dei Iſrael Iordanem fluuium tranſiret, aquas à cõſueto curſu deſtitiſſe legimus, ſed poſtquam eum ſuperaſſet, denuo, vt ante fluxiſſe. Idem nonnullis euenire cernimus,ad tempus effrenes animi motus ponunt, cupiditatibus obſiſtunt, ſed feruore hoc interpeſcente, eodem, quo C ante, ad ea, quæ reſpuerant, impetu feruntur, ijs ſimiles, qui noctu armati ciuitatem obambulant, incidu ntque in excubitores: quare mox arma in angulum abiiciunt, atque ita inermes tutò tranſire permittuntur; vbi verò illi tranſierint, reſumptis armis iter ſuum proſequuntur. Infidum hominum genus! Ioſue 4. 18.

Chriſti reſurrectio.

Alij denique Chriſti veſtigia ſequuntur, qui nouum hominem iam induti, vitam, quam redauſpicati ſunt, pluribus ſtudent virtutibus excolere, atque in eadem præſtanter eminere; quorum illa apud pſalmiſtam plena dignitatis extat commendatio: *Iuſtus vt palma florebit*, ſiue vt Tertullianus legit: *Iuſtus vt Phœnix reſurget*, Pſ.91.13.
de quo iuuerit S. Epiphanium in Phyſiologo S. Epiphan.
D audiuiſſe, vbi cap.11. ſic loquitur: Phœnix auis in Phyſ.
pauone pulchrior eſt, pauo enim aureas, argenteaſque habet alas: Phœnix vero hyacinthinas, & ſiuatagdinas, pretioſorumque lapidum coloribus diſtinctas, coronam autem habet in capite, & malleolos in pedibus. Prope Indiam degit, viuit autem annos quingentos, & in cedris Libani abſque cibo & potu, vento paſcitur: at poſt quingentos annos, alas aromatibus implet, & cum Heliopoleos ſacerdos ſacrificia inchoat, è proprio egreditur nido, ad ſacerdotem pergit, vnaque templum ingreditur vſque ad ſacrarium, & in cinerem tota conſumitur. Sequenti autem die alis renatis reperitur. Tertia vero die iam integra, ſacerdotem ſalutat,

Phœnix Reſurrectionis ſymbolum.

Digitized by Google

reſtauratoque iterum ad proprium locum redit.

En verum reſurrectionis paradigma, non tam corporibus ſuſcitandis, quam animis ad vitæ nouitatem prouehendis excellens, quis enim Deo duce ſuum non excutiat veternum, cum auis naturæ inſtinctu trium ſpatio dierum ipſa ſe ſuſcitet?

Item Auis Semenda reſurrect. ſymb.

Sed nec vna hæc aut ſola eſt, à qua id homo condiſcat: auctor eſt Nicolaus de Comitibus in vlterioris Indiæ Zenega, Auem eſſe, cui nomen *Semenda*, trifido roſtro, quam, cum ſe morituram præſentiat, hora imminente, ligna deferre in nidum ſuum, ac ſuauiter cantillare aſſerit, mox alarum percuſſione incendere ligna, ac denique illomet igne conſumi, ex cineribus verò rore perplutis vermiculum gigni, qui poſtea in nouum alitem excreſcat.

Combuſtuſq; ſenex, ait Dracontius, *tumulo procedit adultus,*
Conſumens dat membra rogus.——

Epheſ. 2. 1.

Ita & nos poſtquam fuimus *mortui delictis & peccatis noſtris, in quibus aliquando ambulauimus ſecundum ſeculum mundi huius, conuiuificari oportet in Chriſto, & reſuſcitari.* Epheſ. 2. 1.

Alphora piſcis.

Ab auibus ad piſces tranſeo, hic Alphoram inuenio, qui primum vermis, poſtea in piſcem tranſit, rurſum ſi tabe aliqua conſumatur, is piſcis extra aquã ſe recipit, & collapſa omni carne ad caput vſque & oculos, ſi in aquam remittatur, corpus, quod fuerat abſumptum, carne rurſus veſtitur, velut renouatum, imò potius renatum. Mirum hoc reſtauratum corpus longè viuacius eſſe, quam ſi incorruptum ſemper fuiſſet. Accedit illi lõgęuitas, cũ ante breuiſſimæ eſſet vitæ. *Ita Albertus Magnus de animal. lib.* 24.

Quid aptius ad reſurrectionem dici poteſt? qua non modo vetus homo ad vitæ nouitatem redit, ſed melior, atque perfectior reſurgit.

Hoc Chriſti reſurgentis archetypum, hoc eius ſolet in homine virtus, gratiaque operari. *Primum* nãque, vt bene Philoſophus 9. metaph. ſcriptum reliquit, *in vnoquoque genere eſt norma ceterorum.* Felix ille ac fortunatus, quiſquis, vt

Rom. 6. 4.

Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & ipſe in nouitate vitæ ſtuduerit ambulare, ſimilitudini Reſurrectionis eius factus complantatus.

Σύμφυτος Græcè, quod eſt inſititius, teſte Apoſtolo *Rom.* 6. quaſi ſimilitudinem trahens, & conformitatem Reſurgentis Chriſti.

Si vero quis ſcire deſideret, in quo hæc ſimilitudo ſita ſit, paucis expedio.

Norma veræ reſurrectionis.

I. Primò ſurrexit Dominus *verè*, non ad oculum, aut ſpeciem quæ oculis noſtris, animiſque fucum faciat, ſed fide integra, ac ſyncera.

II. Secundò ſurrexit *die tertia* ad deſtructionem triplicis mortis, quam imitemur triplici actu: contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, triumque potentiarum animæ, ac cogitatuum, verborum, & operum reformatione.

III. Tertiò ſurrexit *mane* in aurora ne differamus reſurrectionem noſtram, monente ſcriptura: *non tardes conuerti ad Dominum & ne differas de die in diem.* Eccli. 5. 8.

IV. Quartò ſurrexit, *cautè*, oſtio monumenti clauſo permanente, quod poſtmodum Angelus reſerauit. Ita clam domeſticis, ac prophanis ne obſtent, aut nos impediant reſurgendum, *Inimici namque hominis domeſtici eius*, hinc Græcè ἀκριβῶς legimus, circumſpectè, diligenter. *Videte quomodo cautè ambuletis, quia dies mali ſunt.* Epheſ. 5. monet Apoſtolus. Matth. 10. 36. Epheſ. 5. 15.

V. Quinto *non ſolus* ſurrexit, *multa* namque *corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*, vt vnuſquiſq; intelligat, quam gratum & eximium Deo præſtet ſacrificium, qui ita à peccatis ſurgit, vt ſecum alios exemplo ſuo pertrahat ad agendam pœnitentiam; quos olim habuit in delictis conſortes, vel ſuæ traditos clientelæ. Matth. 27. 52.

VI. Sextò ſurrexit, *linteaminibus*, quibus antè corpus mortui fuerat obuolutum, *& ſudario*, quo facies fuerat contecta, *in ſepulchro relictis*: vt quiſquis cum Chriſto reſurgere deſideret, abſque reliquiis vitæ ſuperioris prodeat, habitibus ſcilicet, prauiſque moribus exutus, *expolians* vt Apoſtolus loquitur, *veterem hominem cum actibus ſuis, induenſque nouum*. Coloſſ. 3. 9. Coloſſ. 3. 9.

VII. Septimò, reſurrextio eius *integra* fuit: *ſpiritus*, enim, vt ipſe aiebat, *carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Debet enim nouus homo cum carne & oſſibus ſurgere, vt quamuis debilis ſit in ſeipſo, fortis tamen ſit in Chriſto. Luc. 23. 39.

VIII. Octauò. Surrexit *homo nouus, cœlum ac cœleſtia ſpectans*, vnde Apoſtolus, *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Coloſſ. 3. Vrgere id olim Lactantius viſus eſt: dum hominem, Græcè ἄνθρωπον dici aſſeruit, quod nomen quaſi ἀνω ῥέπων ſonat, id eſt ſurſum vergens, vt non temerè, maximè vero poſteaquam cum Chriſto ſurrexit, illud Socraticum vſurpare queat: ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, in cœlum conſcendo, ſolum hoc, ſolemque deſpicio. Coloſſ. 3. 1.

Pulchrè id explicat, ac ſolita ſua eloquentia depingit S. Ambroſius lib. 2. de Pœnitentia, cap. 10. *Renuntiandum*, inquit, *eſt ſæculo, ſomno ipſi minus indulgendum, quam natura poſtulat, interpolandus eſt gemitibus, interrumpendus ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus, viuendum ita, vt vitali huic moriamur vſui, ſeipſum ſibi homo abneget & totus mutetur.* Atque hoc eſt cum Chriſto reſurrexiſſe. S. Ambroſ. l. 2. de pœnit.

Pergit Ambroſius & rem non inconcinnè illuſtrat: *ſicut, quendam adoleſcentem fabulæ ferunt, poſt amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ, quæ vbi ſe non interpellatam mirata, putaſſet non eſſe recognitam, rurſus occurrens, dixit: ego ſum. reſpondens ille, ſed ego non ſum ego.*

Optime profectò, quod vti omnibus in exemplum proponi digniſſimum eſt, ita quoque

ad

Digitized by Google

ad imitationem eius vt viuant, maximè exoptandum cui addiſcendo, atque in intimas animi noſtri medullas admittendo, non iam aliquem è Chriſtiana Stoa philoſophum, non magnum quempiam ex orthodoxi Lycæi ſpatijs pædotribam; ſed innocentem è campis aëris populum, canoram, inquam, auium plebem appello, ad quam ſuos non ſemel, æterna Patris ſapientia, dum carne tecta illos inſtrueret, ablegauit, dicens: *reſpicite volatilia cœli*. Matth. 6. 26. quorum diſciplina, exemploque id effici poſſe perſpiciebat, quod ſexcentis aliàs rationibus vixdum eis perſuaſiſſet, reſpice, igitur, homo noue, volatilia cœli, quamque illa cum Chriſto reſurgendi methodum tradunt, attento animo intuere. Fuit ex Angliæ nobilibus Vir morum probitate, vitæque genere conſpicuus, qui magno terræ Sanctæ viſendæ ſtudio profectus peregrè Saraceno denique itineris comite, dum per procerum & conſitum vetulis arboribus nemus iter haberet, plures in arboribus aues viderit, alias quaſi mœſtas ramis inſidentes, iacentes alias inanimes, alias alis in Crucis modum paſſis, quaſi euolaturas immotas tamen. Cantum à tot ſyluarum muſicis hoſpes exſpectabat; ſed exſpectatione ſua fruſtratum ſe vbi aduertit, rogauit ſocium quid cauſſæ ſubeſſet? aiebat Comes, frequentem toto illo nemore auium numerum eſſe, & annum totum ſuauiſſimis illic Auium cantillantium modulis perſonare, non Decembri, non Ianuario, non Iunio, non Maio, vel Octobri, non Anno toto volucrum muſicam deeſſe, ſed illâ ipsâ, quæ Chriſto magno Deo pro mortalibus morienti funebris & exitialis eſt, hebdomade, omnes emori, & quaſi commori morienti Deo. At verò, vbi ab illa, quæ Paſſionis eſt Dominica, ita mortuali ſilentio ſepultæ tacuêre, ſuam etiam palingeneſin illas habere, & ipſa Chriſti reſurgentis Dominica die, cum reſurgente Chriſto reſurgere poſtliminiò, ac redi[u]iuis vocibus, nouos iterum modulos reſurgenti accinere, & quidquid noui ſpiritus in corpuſculis geſtant, in guttur colligere, atque in ſuauiſſimos iterum modulos, ad anni vſque ſequentis triſtem Dominicam, cantu ſuauiſſimo explicare. *Arnoldus Raſſius in hierogazophylacio Belg. p. 247.*

Math 6. 26.

Auium ſenſus & exemplum pro reſurrectione noui hominis adornanda.

Auis Orientalis.

Quid ais? homo noue, nunquid à docta harum Auium ſchola id didiciſſe licuerit, quod vtiliter, quod ſanctè in mores tuos adſciſcas? dum per conformem Chriſto mortem, ad cōgruentem eiuſdem reſurrectioni vitam ſtudueris tranſiuiſſe?

Auis Occidentalis.

Sed ad maiorem huius confirmationem ab Oriente in Occidentem transfretemus, quodque iſtic docentibus volucribus didicimus, & hic ab *Hoitzitzilototolo* exigua Aue firmata accipiamus; hæc poſteaquam incredibili prouidentia velut in cruce mortua eſt, reuertente anno reuiuiſcit: ſibi interim ſecurum adornare A ſepulchrum in pinorum cacumine, denſo frutice contextum, vbi integra maneat ſine condimento, vbi beſtiæ non inueniant, vbi volucres carniuoræ non videant, vbi abſconditam mortem ſeruet, donec iterum ad vitam reuertatur. *Ioan. Euſeb. Nieremb. hiſt. nat. l. 1. c. 18.*

Quæ ſi fortè longius arceſſenda appareant, vade ad Semen, Apoſtolo te docente: tolle triticum aridum ſine ſenſu, ſine motu: duc ſulcum, fode terram, fac ſepulchrum, ſepeli triticum, inſpice quemadmodum morte deperit, humore turgeſcit, putredine corrumpitur, & cum peruenerit ad totum, quidquid deſperatio, quidquid incredulitas, quidquid corruptela tibi poteſt ingerere, tunc ſubitò reuiuiſcit in germine, in herba pubeſcit, iuueneſ- B cit in caule, matureſcit in fruge, & ad illam totam ipſam, quam tu periiſſe deflebas, ſpeciem reſurgit & formam, vt te homo triticum non tam doceat manducare, quam ſapere, non tam cogat laborare, quam credere. *Ita Chryſol. ſer. 118.*

Semen Tritici Reſurrectionem docet.

Surrexit itaque Chriſtus, & nos omnes reſurgemus; nam in Chriſto omnes viuificabuntur, vnuſquiſque in ordine ſuo; Primitiæ Chriſtus id ante fieri à nobis ſecundū animam volens, quod olim in corpore futurum omnes feliciter exſpectamus.

Teſtis mihi ſit Adoleſcens ille, de quo Palladius Helenopoleos præſul, qui dudum emortui pudoris ac vitæ profligatæ nepos cum vixiſ- C ſet, reſipiſcens tandem, & alto dolore ſaucius, ſepulchro quodam velut loco, quem meruerat, ſe concluſit. Hic gemitus iterare, lachrymas fundere, ſolo adhærens, preces perpetuare non auſus nec oculos quidem cœlum verſus attollere, aut Dei nomen pronuntiare, illud vnum ingeminans, *Miſerere mihi Domine miſerere mei*. Peſſimè habuit cacodæmonem tam ſeria & ardens pœnitentia. Exacta igitur hebdomade adeſt veterator ex orco cum ſociis, & vociferatur: quid agis hominum flagitioſiſſimè? Nempe iam libidinum ſpurcitia ſatur, videri vis caſtus, & religioſus? & vires quas inter flagitia conſumpſiſti, iam Deo conſecras, & cælum tibi polliceris, iam pridem Orco deuotus? Redi ergò, & quod D tibi vitæ reliquum eſt, conſuetis gaudiis conſume. Non deerit voluptas, nouis te deliciis fouebimus, iuuentutis florem reparabimus.

Spiritualis Reſurrectio iuuenis Helenopolitani.

Hæc terrore amicabili certatim hoſtes ingerebant.

At ille inter preces & lachrymas immobilis hærebat terræ affixus; nec illi tamen iiſdem cantilenis precantem obtundere deſiſtebant. Vbi nec minis nec blanditiis, quidquam profeciſſent, verberibus etiam, annuente Deo, in transfugam ſæuierunt. Contuſum probè, nec tamen à cœpta pœnitentia retractum, deſeruerunt.

Die altero adſunt cognati, & pugnam mo-

Digitized by Google

uent periculoſiorem. Quantò enim humanius egerunt, tantò proniorem ad malos aſſenſus viam ſtruxerunt. Nec defuerunt preces; rediret ſaltem, & ſuis viueret legibus, neminem impedimento fore, dummodo non repentè hominem exueret. Sed à cœpto non dimouent: perſiſtit ille anteactam vitam lachrymis expiate.

Proxima nocte diaboli redeunt, acerbius ſæuituri. Nec tamen alia vox atrocibus plagis expreſſa, quam inſigne illud conſtantiæ teſtimonium: malo mori, quam vobis obſequi. Nocte tertia eo aſſultu, iiſque terroribus, tantaque verberum ſæuitia tuunt in obluctantem, vt corpore inter plagas collapſo, conſtans animus hoc vnum vocis emiſerit: *vobis non obtempero.*

Hac conſtantia exanimati hoſtes ſtygij, viciſti clamant, viciſti, viciſti: & præcipiti fuga diſceſſerunt.

Dei filius, ſi diuina liceat conferre humanis, contra triplicem hoſtem patientia conſtantiſſimè pugnauit. Victus tamen videbatur Ieſus, nam in Crucem actus, in Cruce mortuus, ſepulchro abſconditus eſt. Ita Deus fieri præcepit ob humanæ gentis crimina. Attritus eſt propter ſcelera noſtra tam ſtrenuus pugnator, qui mori voluit, vt poſſit obſequi Patri.

Hic tamen die tertio à morte ad vitam redijt, iam mundi, mortis, & Diaboli victor, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, & quomodo ipſe ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato, Chriſtus namque reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur, quod ſanè præclarè admodum iuuenis ille, de quo nobis ſermo fuit, præſtitiſſe viſus eſt, dum Chriſtum glorioſa ſua anaſtaſi tam clarè ſtuduit æmulari, vt auctor eſt Ruffinus Aquil. l.2.c.1. & Palladius cap.5.

Chriſtus reſurgens primo Mariæ Matri apparuit.

Verum nec iſtud ex ſacratiſſima eiuſdem Domini præterierim diſciplina, quod & in hanc rem non parum profuerit obſeruaſſe.

Iam ad vitam pius Seruator redierat, atque è ſepulchro exiſtens, ſeipſum è mortuis glorioſe ſuſcitârat; cum ſtatim ad officioſi muneris conſalutationem optimæ Matri deferendam proceſſit: ſuadebat id ratio, flagitabat pietas, exemplum, in quod omnis intueretur poſteritas, vrgebat, quamuis ſiluerint Euangeliſtæ, quod eas tantum apparitiones ſcripto conſignarint, quæ ſtabiliendæ veritati Reſurrectionis Chriſti inſeruire poſſent. At maternum teſtimonium, nemo à Chriſto alienus, idoneum duxiſſet: expreſſerunt tamen Patres, & communem ſententiam obſeruat Iacobus de Valentia in Cant. Deiparæ. Verſ.4. dignitate 8.

Exemplum rediuiui Seruatoris & tu, homo noue, non ſegniter imitare, quiſquis è veteris concupiſcentiæ tuæ ſepulchro, adiuuante Deo, ſurrexiſti; Matrem, cui te paullò ante in Ioanne diſcipulo, filium tradidit, pronus accede, illam venerans actutum ſaluta, hoc pietas iubet, exigit gratitudo, ac tua in primis neceſſitas requirit. Pio Matrem ſeruitio promerere, vt quod in te operatus eſt Dominus ipſa foueat, conſeruetque: ne diuinæ conſors factus reſurrectionis, in veteris hominis conditionem, degeneri aliquando conuerſatione reuertens, & deteriore ſtatu rem colloces, & ſalutem tuam in diſcrimen adducas; nam vt bene Gentium Apoſtolus ad Hebræos cap.5.4. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati* [id eſt baptiſati, vnde baptiſmus à PP. appellatus φωτισμὸς, Illuminatio; cuius rei ſymbolo, hodieque in baptiſmo faces accendi ſolent] *guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* hoc à ſuis docta auertere Virgo, feſtâ ad ſe venientes gratulatione excipit, & matris inſtar filios tuetur.

Hebr.5.4.

Homines nouos decet colere impenſius Deiparam Mariam.

Notum id, perſpectumque fuiſſe primitiuis illis Chriſtianis ſole clarius liquet, dum ſimul atque luſtralibus aquis initiati, in nouos homines ſurrexiſſent, præcipua quadam cura, ac ſtudio ad Dei Matrem viſendam, velut ad cæleſte quoddam prodigium & ſacratiſſimum ſpectaculum properabunt, à quo eos haurire influxus poterant, quibus & in fide ſtarent, ac virtutum inſignibus pollerent: de quo bene S. *Bernard.* ſerm.2. de Pent. *Meritò in te Virgo Deipara, reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te, & de te, & per te manus omnipotentis, quidquid creauerat, recreauit.* Vnde S. martyr *Ignatius* epiſt. ad S. Ioan. Euang. vocat eam *noſtræ religionis, & pœnitentiæ magiſtram.* S. *Ambroſius* lib.2. de Virg. *Formam diſciplinæ, normam virtutum, totius figuram probitatis,* quam ideo tot annis filio ſuperſtitem relictam in terris SS. Patres voluerunt, vt in eius vitam, moreſque optimos, fideles intuerentur, & alloquiis in omnem creſcerent probitatem.

S Ignat. ep. ad Ioan.

De quo *Ioannes Bapt. Bariolus Nouarienſis* in eo libro, quem delicioſum viri Chriſtiani viridarium nuncupat, ita ſcripſiſſe ex fide inuenitur: Commorante Dei Matre Hieroſolymis, in ea domo, quam ſupremæ cœnæ myſteriis Saluator conſecrarat, plures ad eam viſendam vndique, nec infimæ ſortis hoſpites affluebant, qui varia Apoſtolorum prædicatione commoti, dū inter alia, Chriſti Saluatoris parentem viuere adhuc in vrbe Hieroſolymorum intellexiſſent, etſi longè poſiti, deſiderio tamen videndi principij vitæ æternæ impulſi, relictis ſedibus eo conceſſerunt: quod in Meſſanenſibus luce clarius animaduertere fuit, qui poſteaquam S. Pauli concionibus Dei filium pro nobis hominem factum, eiuſque beatiſſimam Matrem etiamnum ſupereſſe intellexiſſent, in eam iuere ſen-

Meſſanenſes B.V. patronam adoptant.

Bariolus. Alphonſ. Villegas. Melchior Inchoffer. Nauarrus l. de orat. c.21.

Digitized by Google

ſententiam, vt illam ciuitatis ſuæ tutelarem, & in communi aduerſitate refugium adoptarent: quam, vt facilius gratiam à benigniſſima matre obtinerent Apoſtoli conſilio delectos è ſuis viros aliquot, ad eam deſtinatunt: accepit legatos magna animi ſui voluptate Deipara, ac poſtulatis aſſenſit, vrbiſque Meſſanenſis protectionem aſſumpſit; data manu propria exarata epiſtola, quam redeuntibus ad ſuos tradidit, receptæ gratiæ teſtem ſingularem.

Dionyſius Areopag. *Deiparam viſit.* *Epiſtola S. Dionyſ. Areopag. ad B. V. M.* Dionyſ. Carthuſ. in elucid. de diuinis Nom. c. 3. Francisc. Arias de imit. B. V. c. 2. Pet. Palud. Ferreolus Locrius. Hippol. Maraccius.

Sed nec ſoli Meſſanenſes fuere, qui Virginem viſitarunt, fuit & magnus ille ab Areopago Philoſophus Dionyſius, qui ſimul ac Paulo docente Chriſtum agnouerat, Matrem eius audire voluit, ac ſalutare, vti & factum fuit, ipſomet datis ad Magiſtrum litteris rem totam hoc modo confirmante.

Seruus, & nouiſſimus vinctus Dionyſius electiſs. Vaſculo Paulo Præceptori, & Principi S. Confiteor coram te, Princeps mi, ab hominibus non poſſe percipi, quam ego oculis non tãtum mentis, ſed corporis vidi, perſpexi, atque propriis oculis intuitus ſum, Deiformem, atque ſupra omnes angelicos ſpiritus ſanctiſſimam matrem Chriſti Ieſu Domini noſtri, quam mihi benignitas Dei, & clementia Saluatoris & gloria Maieſtatis, Deiformis Virginis Matris eius oſtendere dignata eſt. Quoniam cum à Ioanne, vertice Euangelij, & prophetarum, qui in corpore habitans, quaſi ſol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimæ Virginis, tantus me diuinus ſplendor circumfulſit exterius, & plenius irradiauit interius, tant[...] etiam in me omnium odoramentorum ſuperabund[...] fragrantia, vt nec corpus infelix, nec ſpiritus poſſ[...] totius, ac tãta felicitatis inſignia ſuſtinere. Defecit cor meum, defecit ſpiritus meus, tanta gloria maieſtate oppreſſus. Teſtor, qui aderat in Virgine Deum ſi tua doctrina non me docuiſſet, hanc verum Deum eſſe credidiſſem, quoniam nulla videri poſſet maior gloria beatorum, quam felicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc vero feliciſſimus deguſtaui. Gratias ago ſummo, atque optimo Deo, Diuineque Virgini, & eminentiſſimo Apoſtolo Ioanni, & tibi Eccleſiæ vertici, atque Principi triumphanti, qui mihi talia clariſſimè præſtitiſtis. Vale.

Ita magnus ille Dionyſius de Maria adhuc viuente, quam licet de præſente ſæculo filius tranſtulit, ideo tamen ablatam noluimus, vt maiore fiducia, & affectu pro ſuis Domina iam Reginaque intercedat, quod his verbis firmauit viſus *Bernardus*, cum ſic dixit: *hæc peccatorum ſcala, hæc maxima mea fiducia, hæc tota ratio ſpei meæ*, quia me in finem perſeueraturum confido: bene itaque ad illam ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui præceſſerunt, vt fideles inueniantur; & qui ſequuntur, vt glorificentur.

S. Anſelm. apud S. Bonauenturam in ſpecul. Virg. c. 3.

Iuſti ponderis calculum adiiciet S. *Anſelmus* his verbis: *Sicut, ô beatiſſima Virgo, omnis à te auerſus, & à te deſpectus, neceſſe eſt, vt intereat: ita* A *omnis ad te conuerſus, & à te reſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat.* Quo teſtimonio nihil illuſtrius: quippe Anſelmus eo pronuntiat, verè ſtudioſos Mariæ, qui ſolium eius viſere, Nomen inuocare, ac ſubſequi ſolent veſtigia, quos illa benigniore oculo cenſetur reſpicere, nequaquam poſſe perire.

Auis Chatadrii natura. Lucem ex S. Epiphanio clariſſimam aſſertioni huic fœneror prolato Charadrio, quam ille auem hac præditam proprietate refert; quod ſi quis æger ſit à quo illa proſpectũ ſuum auertat, is moriatur: ſi vero in eum intendat viſum & viciſſim æger in auem, rectè conualeſcat. Signum igitur futuræ mortis eſt auerſio B proſpectus ab ægro, ſignum futuræ ſalutis eſt proſpectus auis in ægrum, & ægri in auem. Hoc quadrat in Virginem; Signum quippe æternæ mortis & reprobationis eſt, neq; benignè reſpici à Maria, neque viciſſim deuotè reſpicere Mariam, & ſic, vt dictum eſt ex Anſelmo, *omnis ab ea auerſus neceſſe eſt vt intereat.* Contrà verò cum Maria in hominem intendit oculos, & viciſſim homo in Mariam, tunc vitæ ſecuritas promittitur, *& omnis ad eam conuerſus, & ab ea reſpectus impoſſibile eſt, vt pereat:* reſpicit enim ſpecialiter clientes ſuos, iuxta Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilauerit ad me, inueniet me*, & ſic habet ſignum potiſſimum præde- Prou. 8. 17. C ſtinationis. Neque vllum timendum in hac propoſitione periculum, intelligitur enim in ſenſu compoſito, cum gratia congrua, & efficaci, quam Virgo ſuo patrocinio viſentibus ad ſe, & colentibus ſolet impetrare.

Et hæc vera noui hominis Reſurrectio eſt.

CAPVT QVINTVM.

Prima dos corporis IESV *Chriſti ex mortuis ſuſcitati, nulli poſthac obnoxium eſſe perpeſſioni: amanda nouo homini conditio, optimum chariſma, quod æmuletur.*

Chriſtus reſurgens [Græcè ἐγερθεὶς, id eſt ſuſcita- D tus] *ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Rom. 6. 9. Rom. 6. 9.

Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 1. Corinth. 15. 53. 1 Cor. 15. 53.

In Patientia Impaſſibilitas.

Chriſti reſurrectio forma noſtra. QVi glorioſam Chriſti Seruatoris anaſtaſin, vnicum noſtri ad vitam ſpiritualem reditus prototypon dixit, bene, ſapienterque de ea pronuntiauit, qui verò eandem & huius effectricem, & dignè hunc nobis promeritam dixit, rem omnem paucis abſoluit.

Prior, orbis Eccleſiaſtes Paulus fuit, ad

Digitized by Google

Rom.6.4. Rom.6.ſic loquens: *quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Alter verò Iuſtus Simeon, luſtricus ille Chriſti pater dum illi bene precatus, exclamat: *ecce poſitus hic eſt in Reſurrectionem multorum in Iſrael* Luc.2.

Luc.2.34. Quæ poſtmodum ipſe Dominus ſuomet ore diuino firmauit, cum dixit: *Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* Ioan.5.& alibi. *Ego ſum reſurrectio & vita,* ſc. vt in ſcholis loquimur, cauſſalis; quod Doctor mellifluus Bernard. ad Cler.c.1. his verbis expreſſit, *bene,* inquiens, *Conuerſio animarum, opus eſt diuinæ vocis, non humanæ: nec ſanè laborandum eſt, vt ad vocis huius perueniatur auditũ: labor eſt potius aures obturare ne audias. Nimirum vox iſta ſe offert, ipſa ſe ingerit nec pulſare ceſſat ad oſtia ſingulorum. Eſt enim non tantum vox virtutis, ſed & radius lucis, annuntians pariter hominibus peccata eorum, & illuminans abſcondita tenebrarum.* Ergo cum hunc ſibi laborem Chriſtus ſumpſerit, ſimul & externo pulſu & interno lucis radio corda noſtra ſomno peccatorum ſopita excitarit, in Reſurrectionem poſitus eſt iis, qui his pulſibus excitati, ſui cordis oſtium ſedulò pulſanti aperiunt: vnde fieri manifeſtum eſt, vt ſicut ille, ita & nos à mortuis ſuſcitati ambulemus.

(Ioan.5.25 · Ioan.11.25. · S Bernard. ad Cler.c.1.)

Dotesglorioſæ reſurrectionis Quamuis autem varia huius reſurrectionis decora, atque ornamenta ſoleant recenſeri, quatuor tamen propria ac peculiaria habentur, ſine quibus, vti nec illa Saluatoris expleta fuiſſet, neque hæc noſtra eſſe queat perfecta: & dotes quidem communiter appellantur, ob ſimilem cum dotibus ſignificatum, reapſe autem hominem ſuum mirificè illuſtrant.

Prima Dos. Impaſſibilitas. Sunt vero hæ: prima, *Impaſſibilitas,* qua ab omni prorſus illæſum, & intactum malo ſenſibili, Corpus Chriſti exemptum fuit. Iam non læditur, *iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* (Rom.6.9.)

Secũda Dos. Agilitas. Secunda, *Agilitas,* qua nullo pondere retardabatur, quin poſſet in inſtanti ſe de loco ad locum tanta facilitate inferre, quantâ euanuit ex oculis diſcipulorum, quibuſcum accumbebat menſæ in Emmauntico Caſtello, & tũ eodẽ inſtanti vel Petro, vel Iacobo apparuit longè diſtantibus.

Tertia Dos. Subtilitas. Tertia eſt *Subtilitas,* qua ita corporis opacitatem exuit, vt perinde ac ſpiritus, obſerato egrederetur ſepulchro, ac clauſis ianuis intraret.

Quarta Dos. Claritas. Quarta denique *Claritas* eſt, qua cum vellet, totus refulgebat, vt quemadmodum in Transfiguratione reſplenduit facies eius ſicut Sol, ita toto poterat corpore reſplendere, & totum ſuo ſplendore mundum illuſtrare.

Et hæc eſt gloria illa Patris, per quam Chriſtum reſurrexiſſe ſupra ex Apoſtolo dictum eſt, vt quomodo vitam è ſepulchro nouam retulit, ſic nos, ſi verè cum illo reſurgere volumus, in

A quadam nouitate vitæ nobis propria & conformi ambulemus, iuxta id quod ab *Auguſtino* cap.53. Enchiridij dicitur: *quidquid geſtum eſt in Chriſti cruce, in ſepultura, & in reſurrectione, ita geſtum eſt, vt his rebus conſignaretur vita Chriſtiana, quæ agitur in terris.* S Auguſt. Enchir. c.53.

Propter Chriſti crucem dictum eſt: *qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis.* Propter ſepulturam: *conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem.* Propter Reſurrectionem, *quemadmodum Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Qua ſcilicet nouitate vitæ ſimilitudinem quandam cum ipſo reſurgente poſſimus exhibere, vt vita eius manifeſtetur in carne noſtra mortali. (Gal.5.24. · Rom.6.4. · Ibid.)

B Sic enim quatuor illæ quas in Chriſto fuiſſe dotes audiuimus, nobis certo quodam modo conferentur, quibus, quantum quidem mortali fas eſt viuere, vitam viuamus Chriſto ſimillimam.

Quod vt planius intelligatur, aduertendum eſt, quatuor in nobis eſſe præcipuè, quæ internæ mortificationi ſubiiciuntur, nempe in inferiori parte animæ duos appetitus Concupiſcibilem & Iraſcibilem: in ſuperiore vero, voluntatem & intellectum. His quatuor abnegandis & mortificandis partibus ſtudeat omnino neceſſe eſt, quiſquis cum Chriſto mori deſiderat. *Quatuor dotibus glorioſis reſpõdet quadruplex mortificatio.*

Studium autem & exercitatio eiuſmodi mortificationis, per quatuor illas quas vocant Car-

C dinales virtutes ſic peragitur, vt Temperantia contineat appetitum Concupiſcibilem, Fortitudo moderetur Iraſcibilem, Iuſtitia regat voluntatem, Prudentia Chriſtiana dirigat intellectũ.

Iam vero his virtutibus ſtudioſè colendis & conſtanter exercendis, qui ſe addixerit, ſicut complantatur ſimilitudini mortis Chriſti, ſic etiam ſimilitudini Reſurrectionis eius conformatur, quia quanta fuerit eius virtus, tanta mox vnicuique virtuti dos quædam ſupernaturalis reſpondens illi infundetur, quæ ſic eorum animos ſupra ſe prouehit & nobilitat, vt ſupernaturalem planè & diuinam vitam agat, quæ eſt vita verè Chriſtiana, quam Chriſtus ſibi & no-

D bis promeruit, & nobis communem fecit.

Temperantia illa quæ Appetitum concupiſcibilem temperabat ſic ſolidatur & perficitur, vt fiat quædam impaſſibilitas, & iam animus nullis lædatur appetitionum obiectis.

Fortitudo quæ Iraſcibilem, fit Subtilitas quædam interior, quæ difficilia quæque & ardua tam generoſè penetrabit, quam audacter Magdalena dicebat: *Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam.* Ioan.20. Ioan.20. 15.

Iuſtitia quæ Voluntatem regebat tranſit in Agilitatem illam quæ aſſumit pennas vt Aquilæ, quibus ſemper volabit anima, nec vnquam deficiet.

Prudentia denique, quæ intellectum dirigebat, euadet in Claritatem, qua non ſolum ani-

mus

mus ſibi magis ſplendeſcat, ſed & alijs prælu- A ceat ad omnes virtutum actus.

1 Cor.15.42. Atque hoc eſt quod Apoſtolus 1.Cor.15,42. *Seminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.* Ad ſingula deſcendamus.

Explicatur Primo Dos. Primum igitur, ſeminatum fuit Chriſti corpus veluti in corruptione, dum mortuum vnguentis conditum, poſitum eſt in ſepulchro; ſurrexit autem incorruptum, & immortale, nulli deinceps futurum obnoxium perpeſſioni cum tertia die ſuſcitatum fiat; ita cœleſtis illa, ſpiritus afflatu perſonans tuba Paulus: *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra* B
Rom.6.9. *non dominabitur*. Rom.6. *Oportebat ſiquidem mortale induere immortalitatem*, & nullis poſthac mortis legibus ſubiacere. Beata ſors! non ferro, nō igne nō aquis, nōn veneno, re nulla lædi poſſe. Hinc eiuſmodi corpus vel in medijs inferorum flammis illæſum, vel mari medio tutum, vel inter mille curruluum tormentorum globos ſecurum, vel in medio ſerpentum cumulo ſaluum conſiſtet, vt quod nec pati poſſit amplius, nec mori. Hanc corporis beatiſſimam immortalitatem
Apoc 21.4. vaticinatus Ioannes Apocal,21.4. *Mors*, inquit, *vltra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt*. Quiſquis eximius eſt à morte, ab omni mortis comitatu, ab omni morborum & dolorum agmine, nec minimum C lædi poteſt.

Philoſophorum ſcitum eſt: *omnis paſſio fit per actionem agentis in paſſum:* at corpus glorioſum à nullo quidquam pati poterit, ſoli animo, quem veſtit ſubiectum, rebus alijs omnibus ſuperius, omnibus fortius & inuictum, Beati corporis forma non defloreſcet, ætate robur non deficiet, ſanitas non mutabitur, vita non langueſcet.

In quo ſita erit Impaſſibilitatis dos? Non leuis autem inter Doctores quæſtio ventilatur, in quo dos hæc omni perpeſſione liberum præſtans humanum corpus, ſita erit? Sunt enim qui futurum hoc per qualitatem aliquam à Deo infuſam, ipſique inhærentem arbitrantur, ratione cuius incapax eſt omnis alterationis corrumpentis, ita Richardus d.49. a.4. D q.a. Capreolus diſt.44. q.2.a.3. Paludanus Ibid. verum hi non ſatis explicant quomodo vna & eadem qualitas reſiſtat qualitatibus contrarijs calori ſcilicet & frigori, &c.

Alij dotem hanc ponunt in perfecto quodam modo, quo anima in eo ſtatu informabit corpus, qui talis erit, vt à nullo naturali agente ſuperetur.

Sed id improbabile videtur, cum per ſolam hanc informationem non poſſit dos hæc oriri, quia cum illa ſit de eſſentia hominis, eadem eſſentialiter eſt & ſubſtantialiter in corpore glorioſo, & non glorioſo, ergo in ipſa informatione ſubſtantiali præciſè ſumpta non poteſt intelligi maior, aut minor perfectio: quare

Vero ſimilior mihi viſa Scoti ſententia eſt, quam Durandus, Maior, Suarez, aliique ſecuti ſunt, docentes beatam hanc corporis dotem à ſola externa protectione Dei prouenire, quia ſcilicet ſtatuit Deus non concurrere cum aliquo agente ad illud alterandum.

Nec obſtat, quod illud 1. Corinth.15. *oportet mortale hoc induere immortalitatem*, in rigore aliquid amplius innuere videatur, quam extrinſecam protectionem Dei impedientis quod forinſecus moleſtiam faceſſat. 1.Cor.15.53. Reſpondetur enim per hunc modum, nedum tolli omnem conatum & alterationem extrinſeci agentis, ſed etiam intrinſeci, illarum ſcilicet qualitatum, quæ in corpore beato ſunt, ac præter formalem illum effectum, quem habent in temperatura proprij membri, cui inhærent, non poſſunt ad inuicem agere, neque alterare, ſed perpetuò in ea temperatura, quam efficiunt, conſeruantur: Deo ſcilicet non concurrente, vt aliquid amplius agant in ipſo corpore, & ſic reuera corpus ipſum intrinſecè induit immortalitatem, liberamque ab omni perpeſſione conditionem, quia in ſe membra ipſa non habent intrinſecam alterationem, vel actionem ad inuicem.

Quamuis autem corpus ex ſe conſideratum maneat corruptibile ac mortale, nihil inde oriri incommodi poteſt, quod enim in eo permaneat eadem materia, idemque ex qualitatibus contrarijs temperamentum, ex eo ſolum fit, retinere quaſi cauſam remotam, ſeu naturalem quandam radicem corruptionis, nihilominus tamen ex hac Dei protectione, qua internè & externè cuſtoditur eſſe incorruptibile, quod ſatis eſt ad intelligendam ſcripturam, *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*. Rom.6. Rom.6.9.

Vnde admodum præclarè *S. Bernard.* ſerm.1. de reſur. *Si poſt conſummationem Crucis in hac noſtra mortalitate Chriſtus reuixiſſet, ego eum non tranſiſſe dicerem ſed rediiſſe:* quaſi diceret: ſi Chriſtus reſurrexiſſet mortalis, non ego eum dicerem reſurrexiſſe, quo ſcripturæ modo ſignificabant eum reſurrecturum, quia ſignificabant ſic à morte ſurrecturum, vt iam vltra non moreretur. S.Bernard. ſerm.1.de Reſ.

Et hoc eſt, quod nouus homo poſteaquam è vitiis ad virtutem, è morte peccati ad vitam gratiæ feliciſſima anaſtaſi emerſit, Deo adiuuāte, non vanè habet æmulari. Vt quantum ferre poſſit humana infirmitas, feliciter imitetur, doctorem audiens Angelicum *Thomam* opuſc. de Impaſſ. *Chriſtus à nullo externo agente pati poteſt, non ab igne, non ab aqua, non à gladio, &c. Tu ergo cum nō poſſis eſſe prorſus impaſſibilis, eſto tamen cum quadam impaſſibilitate patiens.* S.Thom. de Impaſſ.

Quo ſpectaſſe olim crediderim monitum antiquorum Patrum Eremi, cum dicerent, *verum Monachum cadauer eſſe debere, vel ſcipionem in*

ſenſu

Digitized by Google

ſenis manu: hoc quidem ille, quo libuerit, vtitur, tum in angulum retrudit; illud vero non benedictione magis quam maledictione mouetur. Ille nihil agit, hoc nihil patitur; Ita ad rem hanc quod attinet Spiritualis reſurrectio conuerſationem nouam ac ſtabilem requirit, inquit *S. Ioan. Chryſoſt.* ſuperbus eras, factus es humilis: auarus eras, factus es miſericors: Iracundus, factus es manſuetus; propriorum commodorum amator, factus es abnegator tui; ſed in eo perſiſte, ſepulchrum fuge nec terreant crucifixi heredem mortis ſupplicia, vnde ſemel ſurrexit, caueat relabi.

S. Ioan. Chryſ.

Terribile illud Chriſti monitum eſt, quo denunciat clauſum futurum Dei regnum illis, & perpetuæ feliciratis vſuram denegatum iri, qui à perſeuerantia exciderint: *nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei:* quod multiformis ille ſeductor apprimè callens, cum reſte S. Bernardo boni initium nō valeat præpedire, inuidet perſeuerantiæ: hoc nimirum ſuæ poſſe ſufficere malitiæ iudicans, ſi hanc poſſit homini auferre. quam ſolam virtutum nouerat coronari. Epiſt. 78.

Luc. 9. 62.

S. Bernard. Epiſt. 78.

O caſum acerbum! & infelicem nimis relapſum ſed nec rarum illum, quod in primis lugendum, nec parum frequentem! quo omnis reſurrectionis noſtræ vis perit, fructuſque eliditur; teſtatum id dictus Pater reliquit grauiſſimè, cum de feriis Paſchalibus, quibus, ſi vnquam totius anni decurſu, homines ad vitæ nouitatem reſurgere ſolent, ſermonem inſtituit: audiat nouus homo & alieno diſcat exemplo vel ſerò ſapere vel citò pœnitere: *Ipſius,* inquit, *plangimus ſolennitatis iniuriam, quam diſſimulare non poſſumus, nec in ipſa, imo minus in ipſa. Proh dolor! peccandi tempus, terminus recidendi, facta eſt Reſurrectio Saluatoris: ex hoc namque comeſſationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitiæ repetuntur, laxantur concupiſcentiis frena, quaſi ad hoc reſurrexerit Chriſtus, & non magis propter iuſtificationem noſtram.*

S. Bernard.

Recidiua Supplicia.

O ſcelus! in terras vltimas deportandum! cui diuina Nemeſis, vt nunquam pepercit, ita nec modo parſura æſtimanda eſt.

Auctor mihi eſt Guilielmus Durandus lib. 6. c. 102. tempore S. Gregorij magni Romanos mala peſte multatos, qua homines plurimi correpti ſternutando, aut oſcitando mortui concidebant: orta autem illa fuerat quod peractâ in Paſchate pœnitentiâ, ac veluti vitiorum ſepulchro egreſſi, mox ad vetera flagitia fornicationes, comeſſationes, &c. rediuiſſent.

Gabriel. Durandus l. 6. c. 102.

Sed quid? his omnibus nil prohibentibus viget in nobis inolita conſuetudo, quam neque à Deo didicimus, neque ratione duce contraximus, ſed diabolo inſtigante probauimus, carne ſuadente ſuſcepimus, mundo præeunte ſubiuimus, vt proinde exſtirpari mereatur radicitus & funditus aboleri: quis enim ſapiens ſurgit, vt proruat, ſe mundat, vt maculet, ſanat vt vulneret? ſolenniter deſipit, qui ſic ſapere didicit, quod vt dediſcat, Apoſtolorum Principem Petrum audire non detrectet, ita namque ille ſecundæ epiſtolæ ſuæ cap. 2. *ſi refugientes coinquinationes mundi, his rurſum implicati ſuperantur* [ſcilicet ab iis, quas ipſi ante ſuperauerant] *facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.*

2. Petri 2. 20.

Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, & tu cum Chriſto reſuſcitatus ne moriare caueas diligenter, ne tibi contingat illud veri prouerbij: *canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* 2. Pet. 2. quanto enim canis ad vomitum regreſſus turpius manducat: quanto ſus à lauacro in volutabrum deſiliens turpius ſordeſcit: tanto quidem & homo ad crimina paulo ante abiurata ad ſepulchrum ante derelictum reuolutus turpius inquinatur.

2. Petri 2. 22.

De priore ſic Auguſtinus ſerm. 2. in pſal. 30. *vide quam horribili rei eos comparauit. Horribilis profecto res eſt proprium reſorbere vomitum. nec in ſumma quidem fame à quoquam vſurpatum.* Vſus eadem ſimilitudine dudum antè Salomon, Prou. 26. cum ſic dixit: *ſicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum. ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.*

S. Auguſt. ſerm. 2. in Pſ. 30.

Prou. 26. 11.

Super quo ſic *S. Gregorius: Canis cum vomit, profecto cibum qui pectus deprimebat, proiicit, ſed cum ad vomitum reuertitur, vnde leuigatus fuerat, rurſum oneratur. Premebat pectus tuum conſcientia peccatorum, accepta indulgentia, quaſi vomuiſſes, releuatum eſt pectus tuum, facta eſt bona conſcientia ex mala quid rurſum conuerteris ad vomitum tuum? ſi canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei?*

S. Gregor.

De poſteriore vero ſimilitudine, quam attulit S. Petrus, ſcribens Lactantius, eam continere rem tam irrationabilem aſſerit, vt Deum ideo Iudæis eſum ſuillæ carnis interdixiſſe autumet, ne vitam & mores porcorum imitarentur, inter quos vel ille ſignatiſſimus, quo loti redeunt ad volutabrum luti, cænum, quod ablutum fuerat, repetentes. Et homo nouus de ſepulchro malæ concupiſcentiæ egreſſus, cum Chriſto ſuſcitatus eodem recidet, ad priora flagitia demens reuertetur? qua fronte has dotes corpori ſuo poſt iudicij diem exſpectet?

Quare Iudæis caro ſuilla inhibita.

Recidiua damna.

Auctor eſt Ariſtoteles lib. de animal. 2. Oues, quod plus aliis quadrupedibus intellectu careant, domo forte ardente vix eiici poſſe, eiectas vero, niſi vi retineantur in ignem denuo redire. Quorum hic imago, figuraque reſplendeat, ſi quæris? eorum, inquam qui carnis renuntiantes operibus, Chriſti participationem adepti, eodem, vnde egreſſi, reſpiciunt, in veterem vilitatem reuertuntur, hoc ouibus infeliciores, quod hæ retineri valeant, iſti, nequaquam, dicentes cum magiſtro ſuo, maligno illo ſpiritu, cuius motibus obſequuntur, *reuertar in domum meam vnde exiui.*

Cuius rei inſulſitatem expendens *Chryſoſtomus,* ita ſcripſiſſe legitur: *noli,* inquiens, *peccare poſt veniam, noli vulnerari poſt curam, noli ſordidari poſt gratiam.*

S. Ioan. Chryſ. de recidiua.

gratiam. Et ſtatim ſingulorum cauſam reddens: A *cogita,*ſubiungit,*grauiorem culpam eſſe poſt veniam: renouatum vulnus peius dolere poſt curam, moleſtius hominem ſordidari poſt gratiam. Indulgentia namque ingratus eſt, qui poſt veniam peccat: ſanitate indignus eſt,qui ſemetipſum,poſtquam curatus eſt,vulnerat:nec mundari meretur, qui ſeipſum poſt gratiam ſordidat. Graue eſt hominem inſtructum delinquere,grauius abſolutum peccare:Seruo peior eſt, qui patronum poſt datam libertatem,offendit.* Hæc ille, aurea eloquentiæ ſuæ virgula ſatis ſuperque demonſtrans, quanta in hoc relapſu, veterique infirmitate, nequaquam correcta,damnatio,quantus pudor ſufferendus ſit,quod olim Ieremias,eiuſmodi,in perſona Hieruſalem, clariſſimis verbis non metuit exprobrare,dicens: *quam vilis facta es nimis,* B *iterans vias tuas! quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam & nihil habebis proſperum in ea.* Cuius rei veritas,vt aliàs ſæpe, ita clariſſimè in Iuuene illo parere viſa eſt,de quo Thomas Cantipratanus lib.2.Apum cap.30.memoriæ prodidit,poſteaquam cum Chriſto à mortuis exiſtente & ipſe ſurrexiſſet, magnaque animi ſui promptitudine,vt præſeferebat, malarum cupiditatum tumulo, in quo dudum vitæ meliori mortuus iacuerat, exiuiſſet, altera paſchali feria relapſus, illico vindicem Dei manum in ſe deſcendere percepit,quapropter incondito clamore vociferans: vindicta Dei ſuper me, confeſtim expirauit.Cui triplicem illum,quem S.Bernardus prudenter aduertit,timorem vt ſubiiciam, facit rei C grauitas, nunquam ſatis expenſa: *timeas,*inquit, *pro accepta gratia, amplius pro amiſſa,longe plus pro gratia recuperata.* Et optimas de primo ac ſecundo timore cauſas reddens,de tertio ſubdit: iam ſi gratia propitiata redierit, multo magis tunc timendum, ne forte contingat recidiuam pati, iuxta illud,*iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Audis recidere,quam incidere eſſe deterius?proinde inualeſcente periculo, inualeſcat & metus.ſer.54.in Cant.

Ieremiæ. 2.36.

Recidiua ſupplicium.

Sed quid iſtud quæſo eſt, quod hominem ad infamem illum, noxiumque reditum moueat,aut impellat?

Triplicem cauſſam inuenio, quâ exſtinctâ, D dos illa omnium expers relapſuum,nouum hominem manebit.

Cauſa Relapſuum. I.

Prima,quod nunquam perfectè, integreque homo exiuerit,aut ſurrexerit de ſepulchro. Ita videre eſt mane, orituro ſole nubem quandam pellucidam exortum eius præcedere ac lumine circumfluere,vt ſol ipſe ſurrexiſſe videatur,cum reapſe tamen adhuc ſub terra ſit.

Pari modo vſuuenire ſcimus non rarò, vt multi ſpirituali quadam anaſtaſi ſurrexiſſe videantur cum Domino,orant frequenter, eleemoſynis alienæ inopiæ ſuccurrunt, diuinis epulis accumbunt,ſed ficta quadam pietate obeunt omnia:quare? quia peccati affectu ſe necdum exuerunt,viuit etiam ſub pectore cupiditas,ſopita illa quidem,non mortua, hinc ad primum ignis odorem, aſpectumque inſtar herbæ Aproxeos incendi videris & inflammari. Sic vrtica cito puluillos occupat, de quibus fuerat eiecta,ſi radix in terra manſerit; ſic vulnus illico recrudeſcit,ſi ſpina hæſerit in profundo.

II. Altera eſt, relabendi faces nequaquam exſtinguere,tum veterum, peccatorum ſubinde recordando,tum verò,materiam,id eſt,occaſiones minimè ſubtrahendo, cauendoue ab iis ſeu locis,ſeu perſonis,ſeu muniis, quibus certa docuit experientia,teque, ac tui ſimiles rarò,aut nunquam indemnes abiuiſſe.

III. Tertia denique quod paruum illum, modicumque laborem,quem in tentationibus repellendis, vel certo virtutum exercitio ſupereſſe omnes inuenimus, ſubterfugere vereamur, in quo ſimiles monſtro ſumus,cui Lulligo nomen, quod ſcribit Vincentius in Speculo naturali, cum piſcibus natare,maris profunda non ſegniter ſcrutando:cum autem aquas faſtidire cœperit, eleuare ſe pinnis ſuis & cum auibus volare; ſed cum ventorum flabra metuere, eaque perſentiſcere occeperit, ad aquas reuerti. Ita in propoſito res ſe habet, multi ſe voluptatibus, blandiſſimis illis rerum Dominis corrumpendos tradunt,eiſque immerſi, vt piſces natitant, contingit autem,vt tædio earum affecti,ac cæleſtibus affici deliciis cœpti ſurſum euolare geſtiant, cum ſtatim vel modicam aliquam difficultatem experti, in priſtinas imperfectiones ac ſordes relabuntur,hoc pacto, quinam ante fuerint, ſatis ſuperque demonſtrantes, de quibus Ezechiel cap.16. non incongruè legitur vaticinatus:*Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam*: veritæ ſcilicet ſe aduerſantibus conſtanter oppoſuiſſe,

Lulliginis natura.

Ezechiel. 16.55.

Atque hic triplex illa Geryon eſt, quem noſter Hercules claua diuini auxilij proſternat neceſſe eſt, ſtratoque hoſte victor euadat. Sumus quidem omnes natura miſeri ac mortales, verum Dei Domini noſtri gratiæ, Chriſtique è mortuis ſuſcitati meritis exemploque communicantes,erimus immortales.Non iam de corporibus loquor, de quibus aliàs Apoſtolus ad Roman.8.*qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora noſtra vltimo ſcilicet iudicij die.* Sed de interiore homine nunc dico, de quo idem Paulus ad Rom.5.*vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam,*vnde fiet, ſi verè cum Chriſto ſuſcitatus ſit,vt ſe virtutis amore, adeò inflammatum ſentiat,tantoque vitiorum omnium odio,horroreque perfundi, vt nullam in eo peccatum ſedem,regnumque inueniat.

Rom,5.21.

Verum quidem eſt, quantumcunque in hoc ſtudio promouerit homo, quantouis gratiarum cumulo abundarit, nunquam illum ab omni liberum cupiditate futurum,vnde nemo prudens negauerit,quin ſubinde in aliquo delicturus ſit,

ſed delicta hæc aliorum vitiis comparata, virtutis quandam ſpeciem præ ſe ferre videbuntur, *nihil enim damnationis, eſt in iis*, inquit Paulus Rom. 8. 1. Roman. 8. *qui ſunt in Chriſto Ieſu* [ſcilicet reſuſcitati] *qui non ſecundum carnem ambulant, lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis.*

Hinc ſi homo ille peccet, naturæ potius fragilitate id accidit, quam expreſſo voluntatis conſenſu; ſi in peccatum incidat, non tamen in eiuſdem affectionem cadit; ſi mali quidpiam admittat, non id ordinaria inconſiderantia patrat, nam prudens æquè ac probus eſt, ſed ex inopinata oppreſſione ſuccutitur; quodque his amplius: leuia hæc, minimaque vitia maximis bonorum operum exercitiis, ſtatim compenſat, vnde humilior atque vegetior ad omnes animi ſui affectiones edomandas exiſtit, nullo improbo, aut petulanti facto offenſionem animo concipit, nulla proſperitate extollitur, aduerſis nullis deiicitur, quocunque in officio, habitatione, exercitio mutationem immotus ſuſtinet. In ſumma nec corrumpi, nec lędi, nec affligi ſe nimiũ ſinit, ſiue id ortũ habeat ex elementis, ſiue ex brutis, ſiue ex hominibus ſeu deniq; ex malis dæmonibus, quorum in nos odium nunquam dormit: nouit ſiquidẽ ſe Deo cordi, curæq; eſſe non modicæ, ac quidquid ſibi euenerit, gratũ venit, & acceptum, vtpote cui non ignotum ſapientiſſimi vatis effatum: *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, &* Sap. 3. 1. *non tanget eos tormentum mortis.* Sap. 3.

Hoc denique eſt eſſe immortalem, nullique à reſurrectione obnoxium eſſe perpeſſioni.

Impaſſibilitatis Spiritualis encomium.

Magna virtus & inſignis Chriſti Saluatoris imitatio, conſtare ſibi perpetuo, nunquam denaſci, dumque labis neſcius, æternitatis amans firmus conſiſtis, de tempore triumphare, cuius ea peruicacia eſt, vt immotum nihil ſuos intra terminos pati velit, quam dum tranſcendis, continuis incrementis, quantum duras, augeſcis. Tempus enim fluminis inſtar, ea lege volui, labique videtur, vt quæ nutantia & parum firma in curſu offendit, conuellat, ac rapiat: quæ ſolida curſum aquarum excipiunt, ipsâ duret alluuione ac contra vim, impetumque ſuum continuò aggeſtu in aggerem attollat, vnde fit, vt quo annoſior eſt virtus eo ſtabilior, labentium annorum iniuria diteſcat.

Nouerat id, clareque perſpexerat in amoris cantico Sulamitis ſponſa, cum cecinit: *expoliaui* Cant. 5. 3. *me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

Et quæ ſodes hæc tunica? dicet Nyſſenus hom. 11. in Cant. Actus veteris Adami, veſtes Coloſſ. 3. 9. ſunt veteris hominis, iuxta illud Apoſtoli: *expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt in Iuſtitia & ſanctitate veritatis.* Iterum, quænam hæc tunica? maledictio, cui anima fit ſubiecta

A dum aliquod admittit peccatum, de qua rectè Ieſſæus Dauid Pſalm. 108. *induit maledictionem* Pſ. 108. 18. *ſicut veſtimentum*, de quo Auguſtinus, maledictioni ſubiicimur, quando peccamus, à qua dum ſpiritualiter reſurgimus, ope diuinæ gratiæ liberamur, & tamquam à moleſta tunica expedimur, quis iterum eam induat? neque ſerpens leberidem, quam ſemel exuit, neque marinus cancer veterem cruſtam, quam excuſſit, neque Accipiter veteres pennas, quas, ſe expandens ad Auſtrum, demiſit, iterum aſſumit, & homo vnde ſurrexit, recidat? colligat, quod ante abiecit? nequaquam id fieri poſſe Sponſa proclamat, dum ait: *exſpoliaui me tunica,* Cant. 5. 3. *mea, quomodo induar illa?* tunica corruptelæ, tunica inordinatæ affectionis, quomodo induar il- B la? non requirit, notat S. Ambroſius, vt induat, ſed ita ſignificat abiectam, vt iam ſibi indumento eſſe non poſſit: *quomodo induar illa?* hoc eſt, qua verecundia, quo pudore, qua poſtremò memoria. Quæ S. Ambroſij verba eo ſenſu intelligenda ſunt, quo S. Ioannes dixit primæ e- 1. Ioan. 3. piſtol. capit. 3. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt*; quia nimirum manente gratia, quæ ſemen eſt Dei, peccare nequit, & gratia, quantum eſt ex ſe, peccato aduerſatur. Idipſum confirmat ſecunda ſimilitudo, *laui pedes meos; quomodo inquinabo illos?* per hos pedes intellige potentias animæ, imaginationem, intellectum ac volunta- C tem, quibus inſtar velociſſimi ſpiritus, quin multo celeriùs, quam vllus ſenſibilis ſpiritus, per omnia diſcurrit, item animi affectus, quibus vel ad bonum tendit, vel fugit à malo, vel re aliqua fruens firma conſiſtit, vel ſuſtinet aduerſa, quæ dum diſturbantur, pedes infici dicuntur, iuxta illud Ie- Thre. 1. 8. rem. 1. vbi poſtquam dixiſſet propheta *peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt*, ſubiecit: *ſordes eius in pedibus eius.* quarum ſordium metaphorâ ea peccata denotantur, quibus anima peccando inſtabilis fit, pedibus potentiarum & affectuum ſuorum eò recidens, magna ſui infamia & damno, vnde fuerat egreſſa.

D Sapientiſſima id cauit Sulamitis, cuius veſtigia deinceps plurimi ex vtroque ſexu Heroes, Heroideſque ſecutæ ſunt.

Sannes Perſa conſtans in propoſito.

Primus ſit Sannes Perſa, qui poſtquam diuinæ regenerationis lauacro ab idolomaniæ ſordibus ablutus, in nouum hominem ſurrexiſſet, hoc vno apud Regem offendit, qui nullum non lapidem mouere deliberatus, vt amicum, veteri ſecum errori denuo implicaret hominem aggreſſus eſt, ſed cum fuſtra ſe eſſe aduertit, maximis eum opibus exuit, officiis & honoribus ſpoliauit, vxorem ei eripuit, & famulo conceſſit, cui & domum donauit, quam Sannes incolebat, ipſe in mancipium illius

Digitized by Google

illus tranſiit, qui barbaro plane modo in veterem herum ſæuiebat. Stabat interim Sannes in his omnibus, vt æquum hominem decebat, rupe fortior, nulla ſuperabilis aduerſitate, vtpote qui altum pridem imbiberat, propter acceſſorium, non amittendum principale. *Hæc Theodoretus.*

Bartholomæus Vomuræ Rex conſtans in fide.

Ita Sannes Perſa, cuius ſpiritus, ac pietatis heredem dixerit, quiſquis vel nomine tenus, Bartholomæum Iaponem, Regem Vomuræ ſalutarit, quem poſteaquam Coſmus Turrianus B. Franciſci Xauerij glorioſiſſimus ſocius Chriſtianis initiis per ſacram luſtrationem imbuiſſet, dici nequit quam dote hac animi certi, infractique viſus fuerit eluxiſſe. Madidus etiamnum luſtralibus aquis, quantas non debuit inſidias experiri! quibus eum impetere atque adoriri viſa eſt gehenna. Mille ſiquidem periculis irretire eum, atque exagitare inteſtinis motibus ciues viſi ſunt, quos tamen omnes victor eluſit, ſtabile, certumque habens purpuram potius & coronam ponere, quam denuò, vnde exiuerat, relabi. Regni proceres rebellabant, omnem rurſus obſequij reuerentiam ei pollicebantur, ſi Chriſtum cuperet eiurare. Hic Prouocari ſe inclytus Rex ad iram iuſtiſſimam ſenſit. Ergo in campum, ipſe armatus aciem educit, & victoria potitur, rebelles caſtris exuit, & in ordinem, atque officium reducit. Neque ſic abiiſſe odia patuit, cum de integro nouas belli cauſſas commenti, regem paucis ſtipatum circumſiſtunt, cumque in eum ſæuire non poſſent, in ſacram ædem furorem ſuum conuertere, quo ille factus commotior, ſui oblitus periculi, in ſacrilegos arma vertit, & cæſos fugatoſque compreſſit, in arrepta ſemel religione ſtabilis, & inconcuſſus perſiſtens. *Cardim in faſciculo SS.*

Bartholomæus Rex Bungi conſtans in fide Catholica.

Quid ni Bartholomęo Regi ex eadem Inſula Franciſcum, Bungi Regem adiungam? quem poſtquam de tenebris in admirandam Chriſti lucem S. Xauerius adduxiſſet, præcipua coniuge repudiata, quam Chriſto reluctantem experiebatur, ac ſecunda legitimè ducta veram Chriſti religionem amplexus eſt, caſtitatem coniugalem Deo vouit, & conſiliorum Euangelicorum ſecutus normam, non tam principis, quam viri religioſiſſimi perſonam induit, eandem non niſi cum vita poſiturus.

An quiſquam verius cum Chriſto ſuſcitatus eſt? non reor.

Sed *Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*, num & talis Rex noſter Franciſcus? vtique fuit: quoties ſuo eum dominio Mors ſubiugare conata eſt? quoties in veterem tumulum, vnde ſurrexerat, reuocare modis omnibus laborauit! ſed fruſtra, ſtetit Franciſcus, cui pro lemmate ſtabat: *iam nō moritur.* Audi, & obſtupeſce. Dū ethnicus erat,

A id eſt Chriſto mortuus, atquè in ſepulchro ſuarum poſitus cupiditatum, ſex regnis opulentiſſimis dominabatur, quamuis enim vnum à patre hæreditarium tantum accepiſſet, armis ita pollebat, vt pro nutu quadraginta bellatorum millia in campum educeret regnique limites promoueret, quæ res finitimis eum regibus metuendū in primis ac potentem reddebat; hæc tamen, quantumuis magna ac ſplendida, ex quo Chriſtianus eſſe cœperat, perdidit vniuerſa; etenim dira quædam bellorum exorta tempeſtas hauſit regna, vrbes ditiſſimas euertit, virum opibus exuit, amicis ac familiaribus ſpoliauit, veruntamen hominem non deiecit, nec quidquam detrimenti intulit, vtpote quem vera ſpiritus ſui reB ſurrectio omnis fecerat perpeſſionis exſortem.

Quare ſepoſita paulìſper illa, quam elegerat vitæ tranquillitate, ſubiit iterum belli aleam experiri, ac fluctus rebellium iam excitatos inuicto gladio compeſcere ac ſedare. Et armato quidem initio arriſit fortuna, ſed vt varia & inconſtans eſt, irato poſtmodum ſupercilio virum deſpexit, atque vnico velut prælio ita proſtrauit, vt quadraginta hominum millia amiſerit è ſuis, nec euaſerit nuntius qui ſtragem referret.

Hæc tam ſæua, atque horribilis clades tantum abfuit, vt animum Franciſci deiiceret, aut retrorſum in ſequiora reuocaret, vt potius flagrante adhuc perduellium victoria, ipſe imperC territo animo & tranquillo ad templum Societatis Ieſu venerit, conſcientiam expurgarit, ſacrificio interfuerit & ſacroſancta Euchariſtia ſe confortârit; dum verò adſtans cum ea ſacerdos conſuetam formulam præcineret, ipſe flammas è pectore, ex oculis lachrymas emittens, in hæc verba fuerit prolocutus. Supreme, atque omnium Creator Deus, diuinæ maieſtati tuæ promitto, me in fide Ieſu Chriſti vnigeniti filij tui ac Domini mei, dum vita ſuperſtes erit, manſurum conſtantem, ita vt fortuna nulla aduerſa, aut peracerbus me caſus ab hac mente deiiciat aliquando, dummodo mihi tu auxilium feras.

Si Iaponia ipſa penitus à fide deſciſcat, ſi D Societatis Ieſu Magiſtri, quorum ope atque adhortationibus inſtructus ego te agnoui, retractent illa, in quibus me inſtituere; atque adeo ſi Europa Catholica, imo quod maius eſt, ipſe Romanus Pontifex [etſi hoc neutiquam fieri poſſe, ſciam] rebellent aduerſum te, ego ne leuiter quidem nutabo in his, quibus ſemel credidi, quin potius confitebor te perſonis tribus diſtinctum, vnum tamen natura, & filium tuum Ieſum quem nobis de cælo Seruatorem miſiſti, per cuius vulnera ac cruciatus ſupplico, vt me famulum tuum benignè reſpicere tuerique velis.

Nec verba inter, hæc pietas ſtetit, mirum deinceps in modum propagari cœpta eſt, dum

R.P. Iyræus de imit. IESV *patient.*

laboribus atque ærumnis maior ſemper conſtantia fuit. Videbat hoſtem per regna populabundum in obuios quoſque graſſari, fugatum Principem, filium ſuum amantiſſimum, ſe muris incluſum, infeſtis hoſtium armis circumſeptum, ſolo æquatas diuorum ædes, quæſitos ad necem Apoſtolicos viros quos vnicè diligebat, ipſe tamen his omnibus fortior, nullis ærumnis penetrabilis, nulla dæmonis arte vulnerabilis ſupra omnes Achilles, vana nomina ſibi Franciſcus conſtabat. Canunt ſiquidem Poetæ Thetidem pro filio ſuo Achille ſolicitam, ne bello Troiano, ad quod proficiſcebatur, telis peruius occumberet, ex eo, quod patre mortali progenitus eſſet, aquis ſtygiis iuuenem immerſiſſe, quibus ea vis ineſſe ferebatur, vt hominem omni plaga liberum, vacuumque ſeruarent: ſed, malum! in parte illa qua mater eum, dum fluuio merſaretur, tenuerat, à Paride vulneratus, interiit. Nullum in Franciſco plagæ locum, nullum vulneri, per quod ingrederetur mors ipſa reperit, cum Chriſto namque reſuſcitatus à mortuis, mortis iacula potenter eluſit, quapropter non ego eum cum ſummis viris comparo ſed Chriſto reſurgenti ſimilem iudico; in quo lemma noſtrum, ſi vſquam locum habrat. *In patientia Impaſſibilitas:* illa ſiquidem patientia, quæ *opus perfectum habet, vt ſimus perfecti, & integri, in nullo deficientes.* Iacobi 1.

Thetys Achillem in vulnerabilem facere conata.

Ab exterioribus ad interiora veniendum eſt, vbi ſe mihi primum S. offert *Ignatius* Societatis IeſuConditor ac parens, quem ex heroico Martis apud Pompeiopolin ſtratego, in virum perfectiſſimum, ac nouum ſibi nobiſque omnibus, velut ex mortuis ſuſcitauit Deus, atque iis dotibus inſtructum voluit, quibus & verè *Ignatium* reſurrexiſſe omnes noſſent, & porro ducem ſequi ad imitandum Chriſti exemplum non dubitarent. Ita namque de eo fidelis hiſtoricus ſcriptum reliquit: poſtquam è veteri ſua conuerſatione in nouum hominem ſurrexiſſet Ignatius, tantam ille compoſitis animi motibus breui conſecutus eſt tranquillitatem, quantam nulla propemodum poſſent euenta perturbare. Homo natura ceteroquin vehemẽs & ingenio præferuido, ita ſe tamen ipſe triumphauit, vt mita in vultu, verbiſque comitas, nihil natiui ignis prodeiet, frigoriq; potius ac lãguori obnoxius corpus trahere crederetur. Etſi autẽ bilis impetum, qui in vitium ferret, à ſe prorſus abdicaſſet, vim tamen eius in rebus arduis neceſſariam apprimè retinebat.

S. Ignatius Loyola ſpiritualiter impaſſibilis.

Corpore ſæpe à morbis, iniuriiſque malè affecto, eandem illi eſſe conſtantiam omnes videbant: neque ſi exteriora verterentur omnia, intus quidquam mutabatur. Eaque re tandem & corpus aſſuefecit, vt, quoad eius fieri poſſet, traheret colorem, quem ratio non impetus ſuaſiſſet. Æger olim in lectulo iacebat, cum monuit forte medicus, ne triſti ſe cogitatione cõfunderet. Hic ille collegit animum, poſitiſque calculis cogitare cœpit, ecqua tandem re inquietari poſſet. Reperit vnicam: &, quid ſi quo, inquit, infortunio Societas labefacta corrueiet? Ea ſe vnâ clade ſenſit hactenus commotum iri, vt tamen intra quartã horæ partem, ſi precari ex more contigiſſet, ad animæ quietem rediturus ſibi videretur: etiamſi præceps, vmbræ in modum, Societas abiret: dũ ne quam ruinæ cauſam ipſe præbuiſſet. Quod quam moderati animi ſit, nonnulliſque perpeſſionibus obnoxij, in promptu eſt cuiuis non rudi co[illegible]nouiſſe. *Ex Vita.*

A S. Ignatio ad alium ſacri Ordinis Clericorum fundatorem venio *Hieronymum* ſcilicet, *Aemylianum* Congregationis Somaſchæ religioſiſſimum Parentem. Erat hic ipſa natura animi cõcitationibus & iræ motibus maximè obnoxius, vt leuiſſimis etiam de cauſis, iracũdia & ſtomacho excandeſceret, neque iratus animo & verbis aut manibus moderaretur. Hæc veteris hominis cõditio, quam cum Hieronymus Dei beneficio ſemel exuiſſet, nihil magis propriũ Chriſtiano homini aut dignius quam concordiſſimè viuere cũ omnibus, iudicauit, & tamquam proximos eximio quodam amore vniuerſos complecti: nihil verò à Chriſtiana religione magis alienum, & abhorrens, quam inimicitias, licet alioquin iuſtiſſimas exercere cum aliquo vel tacitas & occultas: vel indictas & apertas, hoc vnum Chriſtum Dominum egiſſe hoc à nobis contendiſſe, vt ſtudio & voluntate non diſſideremus. Hæc ille, reputans efferatos iracundiæ motus comprimendos, omneſque odiorum atque inimicitiarum fibras cum vitæ nouitate euellendas. Itaque firmo in primis decreto in animum prorſus induxit, quaſcunque vel grauiſſimas offenſiones ad eum vſque diem hominum improbitate acceptas, libentiſſimè Chriſti Domini Crucifixi amore deponere ac condonare: tum ſi quæ in poſterum inferrentur iniuriæ ac contumeliæ, non ſolum remittendo, ſed etiam beneficiis compenſando Chriſtiana nobilitate vlciſci.

Hieronymus Æmylianus Ord. de Somaſcha Fundator.

Nunquid hoc cum Chriſto ſurrexiſſe eſt? Ita profectò. Sed reſſeram huius, aut ſignum fortaſſe requiris: & extitit breui eximius reſurrectionis huius fructus, magna ab omni perpeſſione ſecuritas ac libertas, nã ſtatim inſignis adeò ſubſecuta eſt incitatioris illius naturæ moderatio & turbulentiſſimæ ad offenſiones commotionis caſtigatio vt grauiſſimis contumeliis, iis ipſis præſentibus, qui palam iniuriam intuliſſent, non modò ardentius non ſuccenſeret, ſed etiam ita ſe moderatum, lenem, patientemque præberet, nullam vt in vultu triſtitiam, nullam in verbis iracundiam præ ſe ferret.

Satis erit, quaſi ad ſpeciem tantæ virtutis, quod illi hoc in genere mirandum accidit, recenſere. In area Marciana Venetiis, ab improbo quodam ac peruicaci homine, & quidem iure bono diſſidebat Æmylianus: Ille cõtra iurgiis & clamore

Digitized by Google

clamore contendere, acrius vrgere, atque feroctus inſoleſcere. Hieronymus incitatum lenire blandis verbis & Chriſtiana patientia ad moderationem inuitare conabatur : at ille nihil minus, frendens ac furens plurima in eum maledicta coniecit, & egregiè conuicijs onerans, eidem ſe barbam carptim euulſurum poſtremò minatus eſt. Hieronymus hæc tanta & tam inſigni accepta iniuria, quamquam ea eſſet ætate, quæ ſolet eſſe ad maledicendum effrænatior, & ad vlciſcendum acerbior, atque impatientior ad ferendum; iis vero & fortunæ, & corporis præſidiis munitus, vt hæc omnia facile præſtare poſſet: ita tamen ſe geſſit, vt nemini omnium vel oratione, vel vultu vel animo viſus ſit in conuiciatorem, nec mediocriter commoueri. Quin etiam [quod vix credibile videatur] minanti barbæ euulſionem, ſereno & hilari vultu, paulum inflexa ceruice, & producto capite, mentum porrigit, tum blando oculo hominem intuitus, placido ore, En, inquit, barbam: ſi Deo ita cordi eſt, vt lubet, age. Quod tantæ moderationis exemplum, nefarium hominem, ſin minus pœnitentia emendatum, pudore certè confuſum abegit, circumfuſamque multitudinem admiratione compleuit: palam aſſerentibus, qui ad iracundiam præcipitem Hieronymi naturam iam antea perſpectam habebant, ſi quid olim tale eidem contigiſſet, futurum fuiſſe procul dubio, vt hominem dentibus dilaniaret, quando cetera ad vindictam defuiſſent.

Sed iā cum Chriſto ſurrexerat, vitamq; perpeſſionibus vacuam ducebat, quam & poſtea conſtantiſſimè retinuit, vt quauis, vel grauiſſima offenſione interpoſita, ſermone tamen ſingularis modeſtiæ ſuauitate condito vteretur, omnibuſque eius in dictis ac factis ea præſtantis animi, vereque ſuſcitati effigies & quaſi interna ſpecies appareret, quæ perturbationibus ſedatis ſumma tranquillitate perpetuo gauderet. *Auguſtinus Turtura in Vita.*

Præclara ſane eſt, multumque amabilis dos hæc, qua tantis perturbationibus homo eximitur, & plurimis viciſſim bonis, quæ pacem ac quietem foueant, locupletatur, tanti ſiquidem refert ſyncere, & non in ſpeciem reſurrexiſſe.

Franciſcus Saleſius *hac dote Impaſſ. inſignis.*

Patuit id nuper & in Franciſco Saleſio Gebennenſium Epiſcopo ac Principe, viro vſquequaque integerrimo, quem à primo conuerſionis ſuæ exordio, tanta perturbationum omnium comitata fuit vacuitas; vt præſentibus exemplo, abſentibus verò eſſet admirationi, vel ex vno reliqua liceat didiciſſe. Lutetiæ Franciſcus quotidie concionem habebat de Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quoniam dies Octauarū erant, vt Eccleſiaſtici dicunt, ſolennitatis corporis Dominici, & ſic forte tulerat, vt verbum de Duce Bironio [qui coniurationis in Regem capitali crimine damnatus, in eo templo tunc ſepultus erat] emiſſo ſuſpirio humanam ſortem A miſeratus inferret. Cum ſtatim fuere nonnulli qui renuntiârunt Regi, Allobrogem illum diſſimulatis negotijs, aliud quam exponeret in aula agere, conſciumque & correum eſſe omnium conſiliorum & criminum, quæ Bironius coniurârat, propterea cauendum ab eo eſſe. Iamque dies ſequēs illuxerat, atque in Cathedram adſcendere Eccleſiaſtes properabat, cum ex amicis ſuis nonnemo, ei nuntium dedit, malè apud Regem eſſe, quoniam à nonnullis intellexiſſet, Bironianæ eum coniurationis affinem eſſe. Perrexit nihilominus Franciſcus, concionatus eſt ſereno & tranquillo vultu: poſteaque is, qui hæc ei dixerat animi robur miratus, interrogauit: quid? non te amplius mouit hoc nuntium, B mox à me tibi datum? ſis apud Regem criminis læſæ Maieſtatis reus, & non turbaris? Dotatus Franciſcus reſurgentis Chriſti beneficio, pati non poterat, nihil in eum, quos iam domitos habebat, eiuſcemodi motus efficere valebant. Sed quid dixerit, feceritque audiamus: Turbarer, reſpōdit Saleſius, ſi verè reus eſſem, verùm quia innocens ſum, *in Domino confido, & quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem ſicut paſſer?* Adornaſſem profectò fugam, ſi conſcientiæ laqueis me ſenſiſſem irretitum; tantum ergo abeſt, vt paueam, iſto greſſu ad Regem pergo, & Deum exiſtimationis meæ, ſi ad ſuam maiorem gloriam valere tantillum poteſt, curam habiturum ſpero, quod & mox clariſſi-C mè patuit, cum Rex nihil opus eſſe purgatione dixit, nec ſe de eo ſiniſtri quidquam cogitaſſe vnquam teſtatus eſt. *Lib. 4. Vitæ.*

Alias cum Senatus Càberienſis, indigno plane facinore temporalia eius bona diſtinuiſſet, neutiquam eâ moueri iniuriâ viſus eſt: benedictus ſit Dominus, inquiebat, minus eſt mihi ex hoc decreto malum, quàm putetur: nota eſt me totū deinceps ſpiritualem eſſe debere, quandoquidem tolluntur mihi temporalia. *lib. 6. ibid.*

P. Balthaſſar Aluarez è Soc. IESV *hac dote inſignis.*

Prætermittere hic nequeo laudatiſſimum è Societate noſtra virum, tam verbo, quam opere in hac palæſtra exercitatiſſimum *Balthaſſarem Aluares*, qui modos ſanè quinque longè clariſſimos, quibus homo nouus ſe dote illa prima exD ſuſcitati Spiritus pollere ſignificet, ipſe non ſcripto magis quam reapſe complexus eſt, ita namque de eo Ludouicus Pontanus teſtatum reliquit inter cetera, quæ cum Maria Diatia notæ ſanctitatis femina, aliquando colloquia habuit, illud vel maximè memorandum, quod de patiendi experta tolerantia cum ea inſtituit, quam in quinque capita diſpertiebatur.

Quinque modi patiendi.

Primum erat: æquo animo ferre temporis iniurias, ingentia ſc. frigora, æſtus, humiditates ſiccitates, tonitrua, ventos, terræmotus, &c. ita vt in his omnibus gaudeamus, propterea quod Deus ita velit. I.

Secundum: ferre moleſtias & incommoditates corporis, vndecumque illæ proueniant, ſi- II.

ue ab humorum ſuperfluitate, quales ſunt morbi, dolores, tædia, triſtitiæ, &c. ſiue ab ijs neceſſitatibus, quibus omnes ſubiacemus, quales ſunt fames, ſitis, ſomnus, laſſitudo, paupertas, &c.

III. Tertium, ferre aliorum mores noſtris contrarios, dum cogimur agere cum cholericis, phlegmaticis, tardis, aut melancholicis, in quo genere multum haberet quod tolerent Domini à famulis, & è contrario, famuli à Dominis.

IV. Quartum, ferre ignominias, contemptus, & damna, quæ nobis ſuperueniunt, ex eo quod alij, qui nos contingunt ſimilia patiantur, cum natura ita comparatum ſit, infamiam alicuius ſanguine nobis coniuncti redundare in dedecus noſtrum.

V. Quintum, ferre afflictiones ſpiritus in rebus diuini obſequi, quæ magnam ſolent afferre pœnam, quales ſunt ſpiritus ariditates, diſtractiones, obſcuritates, animi deiectiones, ſcrupuli, aliaque tentationum genera, quibus dæmon ſolet animas oppugnare. Quæ omnia dum quis generosè ſufferet, næ ille ſe gloriosè ſurrexiſſe demonſtret. Et talem quidem fuiſſe *Mariam* illam *Diatiam* præfatus auctor teſtatur, quæ iubente conſcientiæ ſuæ præſide, per annos ſex manſit apud Dominam quandam Abulenſem, qua tamen ignara, inſignibus exercita fuit moleſtiis, opprobriis, irriſionibus, tantaq; fame, vt delicias putaret, fruſto panis refici poſſe: & in his omnibus ſtupendũ ſeruabat ſilentium, velut nihil ſibi accidiſſet. Cumque ſe iam votis paupertatis, caſtitatis & obedientiæ adſtrinxiſſet, tanta cum ariditas inuaſit, vt deſertam ſe plane exiſtimaret. Cumque iam octuagenaria eſſet, longiorem tamen optabat vitam vt pluribus exerceretur, oſtenderetque, quanti, cum Chriſto ſurrexiſſe, interſit.

Maria Diatia *dote hac inſignis.*

Nec ab hac laude extorres alias velim, quas ſanè non paucas ſua hic virtus, conſtantiaque commendat.

Mariæ Æ*gyptiaca ſpiritualis impaſſibilitas.*

Prima in arenam prodeat *Maria*, cui nomen Ægyptus dedit, quæ poſteaquam è barathro, in quo ſex, ſupra quadraginta, annis, Deo mortua iacuerat, emerſiſſet, lachrymis feras inter, quidquid inter homines peccârat elutura, per annos omnino ſeptemdecim tot tantoſque inſultus ſuſtinuit, vt niſi diuinis toborata præſidiis conſtanter reſtitiſſet, ad prioris vitæ licentiam pridem remeaſſet, ſed quia Virgine Deipara obſtetricante feliciter, in vitam redierat, dotem nacta, qua poſſet aduerſa omnia ſingulari quadam animi firmitate repellere, ac propulſare, iam cacodæmone ſibi præteritas voluptatum illecebras & deliciarum cupedias, maximè generoſiſſimi cuiuſdam vini, quod olim largiſſimè hauſerat, obiiciente: iam prætextata carmina & venereas cantilenas, quibus procorum mentes delinire conſueuerat auribus eius inſuſurrante, iam veteri illa, potentiſſimaque conſuetudiue, tantum non vim inferente, & deorſum, vnde ſurrexerat, trahente ſuperior, atque omnium triumphatrix, iam nullis merſabilis vndis, nullo vulnere ſaucianda remanſit. *Sophronius Epiſcop.*

A vetere hac, fortique heroide ad neotericam quidem, ſed nulla animi inferiorem conſtantia venio, *Thereſiam* ſcilicet *à Ieſu*, quam rectè dixeris originem defæcatiſſimæ ſanctitatis, in qua velut in ſpeculo, reſplenduerunt oſtenta tam illuſtria, tam inuiſitata de cœlo, vt nemini iam dubium reliquerit, quin verè, atque integrè cum Chriſto ſurrexiſſet, vnde huiuſcemodi quoque dotes eam deficere nequaquam potuêre, quibus noui homines ad miraculum vſque ſolent adornari: cum itaque de graui illa mentis conſtantia, animique libertate nullis perpeſſionibus obnoxia, qua illi dotari ſolent, agamus; operæ pretium fuerit, quid hac in parte *Thereſia* præſtiterit, audire: Ad Hiſpalenſis domus conſtitutionem abierat, cum ſtatim illa in vrbe diris modis agitari cœpta fuit, vt nihil hactenus in vita grauius occurriſſe ſibi liberè fateretur. Hic ſiquidem plura aduerſus eam de rebus grauiſſimis falſa producta teſtimonia, tantumque diabolus valuit, vt etiam velut nocens apud ſanctæ fidei quæſitores inſimulata ſit, eorumque iuſſu in ipſam ac ſodales aliquot cœptum fuerit inquiri. Quamuis verò tanti ea res momenti eſſet, tantamque ſuis allatura infamiam, quantam nulla poſtmodum ætas eradere poſſet, timeretur, nequidquam tamen *Thereſia* turbata eſt, ſed virili vtens conſtantia, magnis incedere lætitiis viſa eſt, vti ex propria eius epiſtola liquidò patet. *Benedictus Dominus*, inquiebat, *qui ex omnibus eliciet bonum, hoc ſcias velim ſingularem mihi hic Dominum gratiam feciſſe, cum velut in deliciis verſari mihi videbar. Adeo vt licet præ oculis haberem ingens quod inde domibus hiſce oriri damnum poſſet, nihil tamen illo mouerer: quod longe maior eſſet, quæ inde pullularet, voluptas.* Hæc illa, vt *Franciſcus Ribera l.4.c.17.* teſtatum reliquit.

S. Thereſia *ſpiritualis impaſſibilitatis dono clara.*

Aliàs cum plenam Diabolo poteſtatem Dominus feciſſet, vt ipſam affligeret, ſicut olim ad vexandum Iobum legimus proceſſiſſe non rarò fiebat, vt quotieſcunque aliqua, anima diabolico ſe iugo ſubduceret, vel meliorem degendæ vitæ rationem iniret, in ipſam ſtatim omné rabiem & furorem euomeret, quo tamen ipſa nihilo ſecius mouebatur, quam ſi omnino nihil ad ſe res illa pertineret.

Patuit, cum die quadam quinque horarum ſpatio tam diris ac grauibus eam diuexauit modis, tantaque afflictione tum interiori, tum exteriori oppreſſit, vt nemo id verbis, aut cogitatione aſſequi poſſet, interim tamen ſibi conſtans, patiendi gratiam efflagitabat, ſimulque ſe paratam declarabat, ſi modo illi videretur, ad afflictionem hanc in diem vſque iudicij perferendam. *Ibidem.*

Sed quid de Paſſidea Crogia Virgine Senenſi

Paſſidea Virgo.

nenſi dicam? iam ei nomen ſuum Angeli explicarant, velut eiuſcemodi perſonæ, quæ ad patientię decus in hanc vitam veniſſet, cum ecce

Paſſideæ tacitum pertentant gaudia pectus,

pati plurima tum ab hominibus, tum à dæmonibus tolerare incipit nec intus, nec foris quies, ſed plena victoriis omnia, gaudere *Paſſidea*, & medios inter hoſtes ſecurè degere, ac nequidquam, quia cum ſponſo ſurrexerat, turbari. *Abbas Venturius in vita.*

S. Catharina Senenſ.

Didiciſſe id poterat Paſſidea à ciue ſua *Catharina*, quæ ſummas inter parentum moleſtias, ſociarum calumnias, maligni hoſtis inſidias conſtans Dei, ſuique ſecura ſtare, quia ſurgere didicerat, non prætermiſit. *Burgeſius in Vita.*

Verum quis iuſtè miretur Nouo homini, quem pietas diuina cum Chriſto è mortuis ſuſcitauit nobiliſſimas gloriæ dotes, quod ad animum attinet, à Domino indultas eſſe, cum

Dos impaſſibilitatis conceſſa corporibus SS.

graues quidam Eccleſiaſtici ſcriptores eaſdem multorum corporibus pro ſtatu vitæ præſentis, certa quadam ratione conceſſas teſtentur, quod & inter verę Eccleſiæ ſigna, in qua certa animorum reſurrectio inuenitur corporum vero perfecta ſperatur reponere non dubitarint, quare ad *dotem* hanc *Impaſſibilitatis* quod ſpectat:

S. Ioannis Euangel.

notiſſima hiſtoria eſt S. Ioannis Apoſtoli, vt poſt Tertullianum ſcribit S. Hieronymus, qui in feruentis olei dolium miſſus, purior inde atque vegetior exiuit.

S. Franciſci Aſſiſiatis.

Franciſcus quoque Aſſiſias, cum mulier quædam Saracenica in Syria ad illicita perpetranda cum pelliceret, maximam vim candentium prunarum, quæ aderant, per pauimentum longè lateque diſperſit, deinde ſuper eas accubuit, cumque nihil damni pateretur, mulierem vt idem faceret inuitauit, quæ rei nouitate perculſa, virique ſanctimoniam obſtupeſcens, Chriſto nomen dedit. *VVadingus in Annal.*

S. Franciſc. de Paula.

Aſſiſiati Franciſco Paulanum adiungo, qui magnam vim prunarum manibus apertis excepit, & diu tenuit illæſis. Idem fornacem ingreſſus flammas euomentem nihil damni ſenſit. *Riuerius in Vita.*

S. Ignatius Loyola.

De beato parente noſtro ac fundatore Ignatio multorum grauiſſima teſtificatione cõprobatum eſt, hanc ei dotem non defuiſſe, in illa præſertim integrorum ſeptem dierum aliquoties iterata. ſine vllo prorſus cibo & potu, inedia, aut cum vehementiſſimo raptu (qui ſolus mirum in modum ſolet corporis vires, roburque atterere) vel cũ terna quotidie corporis diuerberatione, multarumque horarum precibus genibus flexis, peractis, coniuncta, idque ſine vlla corporis debilitate. *Vt Nicolaus Lancicius* opuſculo 18, tomo 2. ſcriptum reliquit.

Quodque ad infirmiorem ſexum attinet, ſtupendum eſt, quoties præclara hæc dos viſa ſit eas vel in ſummis afflictionibus omnis perpeſſionis vacuas conſeruaſſe.

S. Clara.

A Fuit Virgo *Clara* duo de triginta annos continenter grauiſſimis morbis afflicta, quo tempore tantum ſilentium & animi robur oſtendit, vt nemo eam de afflictione ſua, maloque audierit conquerentem, ſed è contrario Deo gratias aſſiduè perſoluentem. Quin etiam in vltima ſua infirmitate, quæ tam grauis fuit, vt ſeptemdecim ipſis diebus ne buccellam quidẽ in ſtomachum traiicere potuerit, quare cum eam Reginaldus, conſcientiæ Virginis moderator conſolaretur, ac patientiam in tam longo morborum martyrio commendaret, reſpondit: *Ex quo Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiam per ſeruum eius Franciſcum cognoui, nulla mihi infirmitas dura viſa fuit, nulla pœna moleſta, nulla pœnitentia oneroſa.*

Præclarum S. Claræ dictum.

B *Surius in Vita.*

Catharina Perſica.

Annus agebatur ſupra milleſimum ſexcenteſimus, decimus ſeptimus, cum Georgianos populos oræ Perſarum conterminos femina regebat, quæ Chriſto feliciter adiuncta, *Catharina* nomen dum baptiſaretur acceperat. Mutata religio odium peperit, Chaaba Perſarum Rex hoc facto in principem feminam acerbior, blãditiis primum, exinde minis Chriſtianam aggreditur, quæ eiuſmodi ſpernere docta, apud eum grauiſſimè offendit: quare is vberum exſectionem, niſi ad deſerta ſacra redeat minatur. Sed fruſtra, igitur in poteſtatem ſuam redactam, vtroque vbere multandam carnifici tradit, horruit ille, non Catharina: quare, ne à

C muliere ſuperatus audiat Rex lentis ignibus eliquandam addicit, ſtillabat adeps exuſto corpore, fluebat ſanguis, illi flammis exhauſto crudeliter ſuccedens: cum ecce tot inter extremæ feritatis ærumnas, clamare Catharina; *Ieſu bone quam leui pretio æternæ vitæ gazas diuendis. Supplement. Chalcondilæ.* Hoccine eſt hominem, ne dicã mulierem eſſe? an potius in humana carne Angelum? en quo nobiliſſima dos hæc mulierem ſexu fragilem, natura infirmam euexit.

Paſſidea Crogia.

Claudo caput altero à Paſſidea Crogia Senenſi viragine petito exemplo, quam tota, nec immeritò ſtupeſcet poſteritas, in vno, nec illo

D robuſto corpore, nullis velut perpeſſionibus obnoxio, tanta, ac tam grauia, vltro accerſita ſupplicia ſuperaſſe.

Loricam hamis conſertam pondo ſexaginta, nudo appreſſam corpuſculo Chriſtiana Amazon induerat, in campum exeundum erat, ergo piſcinæ conglaciatæ ſpinas iniicit, ſeque nudam ſuper, tum vel maximè ningente cœlo, in vepribus, nuda ſæpius membra volutat, atque etiam ſomnum capit, vel potius proritat. Hac laurea inſignis domum reuerſa candentibus laminis aut titionibus non ſemel carnem adurit, larido aut ſeuo guttatim igne ſtillantibus: mox capillo ſe de trabe ſuſpendit, graui ad pedes põdere alligato, ſubtus fumo de accenſa palea excitato. Et hæc omnia ferebat alacriter, veluti tolceraret nihil, nulli iam perpeſſioni obnoxia,

Digitized by Google

quia ſe cum Chriſto ſurrexiſſe, atque in nouam A tranſiſſe creaturam ſciebat.

His ego plura non addidero, cùm hæc ipſa & imitari volentibus ſpes, & admirari conantibus, ipſa propediem deficiat fides, idcirco autem allata ſunt vt omnes intelligant, quo vera reſurrectio hominem nouum promoueat, cum ſpiritualem in modum, *Impaßibilitatis* dote ante tempus exornat.

Neque id in ſola anima ſpectari cogites, velim, & ſua quoque hic corpori poſt mortem prærogatiua non deſit.

Mirum eſt, quod apud *Herodotum* legimus, quomodo Ægyptij ſuorum cadauera ſtuduerint ab omni labe corruptionis tueri, huc namque inſanæ illæ pyramidum ſubſtructiones, huc B vetuſtiſſimæ moles, quibus ea, quæ balſamo, ceteraque aromatum ſtrue condiuerant, in æuum protrahere nitebantur. Sed vbi hæc omnia? pleraque ab edaci tempore corroſa & ſe, & quæ ſeruanda acceperant in cineres, fauillaſque abiiſſe omnia nequidquam deplorant: quo magis admirari libeat ac diuinam illam prouidentiam ſuſpicere, quæ tot virorum ac mulierum cadauera, abiecta etiam, atque inhumata per annos multos, variis tempestatum, aquarum, aëris, ferarumque iniuriis expoſita, ſeruarit tamen integra, atque incorrupta, vt ad eos ſpectare illud quoque non incongruè dixeris, quod de Domino Petrus dixiſſe aliquando legitur, *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem* Act. 2. ſimilem C cum ſibi faciente illo in gloria, qui ſe illi nequaquam diſſimilem fecerat in vita, vt *quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & ipſe in nouitate vitæ ambularit* Rom. 6. 4. Patet in Zacharia Propheta, qui vt nonnulli volunt occiſus eſt ſub annum ab orbe condito 3330, integer tamen inuentus eſt imperante Theodoſio Iuniore poſt annos 1168, vt Sozomenus refert, & ex eo Baronius.

Act. 2. 27.

Rom. 6. 4.

S Zacharias Propheta corpore incorruptus.

S. Franciſc.

De S Franciſco Minorum patre ſic Cardinalis, qui cum Nicolao Papa IV ſex & viginti poſt obitum eius annis corpus ſancti viſitauit: Erat res admiratu digna, corpus hominis tam diu mortui eo ſitu duraſſe: ſtabat enim in pedes erectum, non acclinatum, non inclinatum, non D aliqua parte fultum. Erat totum integrum, corruptionis omnis expers, candidum, coloratum, & quaſi viuum. Vidimus ſacrum pedem recenti ſanguine cruentum, haud aliter ac ſi vulnus ei tunc primùm fuiſſet inflictum, alterum ſiquidè amictu religioſo cötegebat. Detexit porro manus Papa, in quibus vidimus ſtigmata ei ſimilia, quod erat in pede. Reſpexit ſua Sanctitas ad dexterum latus, viditque amictum apertum recenſque ſtigma conſpexit. Quo in ſtatu hucvſque creditur permanere. Chronicon Ord. cap. 10.

S. Cuthbertus.

Cuthberti Lindiſfarnenſis corpus nihil omnino mutatum poſt annos octingentos ab obitu viſum à ſe teſtatur Alanus Copus.

Quid? quod *Albani* martyris Britanni cadauer poſt annos mille permanſit integrum prorſus, & ab omni temporis iniuria intactum. S. Albanus.

Quadringenteſimus & octogeſimus annus eſt, ex quo vitam poſuit.

Rainaldus quoque Archiepiſcopus Rauennas obiit anno milleſimo treceenteſimo decimo ſeptimo, cuius corpus ab omni labe purum repertum eſt anno 1560. S. Rainald.

S. Amandum ſileo, qui poſt 150 annos illibatus inuentus fuit. S Amand.

S. Gereonem quoque, cuius corpus poſt multa ſæcula Coloniæ incorruptum manet. S. Gereon.

Ad *S. Franciſcum Xauerium* nouum illum Orientis Apoſtolum venio, cuius corpus dum arca lignea incluſum terræ eſſent mandaturi, placuit, diuino vtique inſtinctu, ad carnem exedendam, viuam corpori calcem adhibere, vt nuda deinde oſſa in Indiam deferrentur: cum, ecce quarto iam menſe arca effoſſa, excuſſaque calce, corpus integrum, modo humatum crederes, apparuit, nullus grauis odor, nulla tabes, ne in naſo quidem, qui primus mortuis ſolet defluere, color viuax, caro plane recens, veſtimenta nulla ex parte tabefacta aut læſa. Nauarchus itaque arcam cum calce vt erat in nauim imponit, & Malacam tendit, hic nouo in loculo conditur, qui cum iuſto breuior eſſet & corpus nonnihil inflectere neceſſe eſſet, ex humeris repente ſanguis profluxit miram afflans odoris ſuauitatem. Goam exinde defertur ibique menſe poſt obitum decimo ſexto, eadem prorſus facie, habituque corporis, quo conſtabat eum fuiſſe cum viueret, caro ſuco plena, cutis recens, color viuidus omnibus apparuit. Nunquid hoc eſt à morte, etiam ante præſtitutum diem hac dote impaſſibilitatis exornari? S. Franciſc. Xauerius.

Cum miles Batauus per Iuliacenſem agrum copias educeret, contigit anno 1602 templum Mundanum ab eis, cum omni apparatu incendi, ſeruabantur autem illic tumbâ incluſæ *S. Irmundi* reliquiæ, nulla meliore fortuna vſuræ quam reliquæ diuorum aræ, atque imagines, iamque liquefacta Arca ignibus ceſſerat, non tamen reliquiæ, quæ mediis in flammis integræ, ſicut & byſſus ipſa, qua tegebantur, perſtiterunt. *Bollandus ad* 28. *Ian.* S. Irmund.

Sed nec Virgines huius exſortes fuere. Teſtis mihi *B. Catharina* Bononienſis Clariſſa per Italiam vitæ nouitate clariſſima, cuius corpus decimo nono poſt curatum funus die, propter lucidiſſimos radios, qui de ſepulchro prodire videbantur exhumatum pulchrum & integrum odore ſuauiſſ. fragrans repertum fuit, ac coram ara principe collocatum, vultu rubere ac ſudorem emittere viſum eſt; cumque iam dies quinque omnium oculis expoſitum, integrum ac tractabile perſeueraret, à monialibus veſtitum fuit, atque in cathedra collocatum, in quo ſtatu hodie- B. Catharina Bononienſ.

Digitized by Google

hodieque poſt annos ducentos perſiſtit, capillis atque vnguibus excreſcentibus, tanta mollitie ac flexibilitate membrorum, vt non mortua, ſed quaſi ſomno oppreſſa ab omnibus videatur. *VVadingus in Annalib.*

S. Irene. Huic adiungo S. Virginem *Irenem*, cuius Virgineum corpus mauſoleo ſub vndis Tagi manibus angelicis conſtructo claudi intellexerat S. Regina *Eliſabeth*, quo Deus teſtatum volebat niueum illum caſtitatis florem indignè ſucciſum, dignum eſſe qui in aquis, lilio ſimilis reflorеſceret, acceſſit itaque ad littus fluminis piiſſima princeps, cum ecce tibi aperto iterum repente aluco, aſſurgentibus hac illac tutritis aquarum vorticibus, grande illud Virginitatis depoſitum reuelatur. Arenam fluminis ingreditur Eliſabeth, *Irenes* vernantem adhuc corporis floſculum millies ſuſpicit, & oſculatur: regredientem à tergo maturè fluuius ſequitur, donec ancillantibus ad nutum aquis euaderet in ripam. Contigere hęc poſt an. Domini 1320, cum paſſa eſſet Virgo Irene anno 653. *Vaſconcellus.*

S. Eliſabeth Luſitana. Quin & ipſius Eliſabethæ corpus anno 1620 incorruptũ vultu, colore adeo viuaci & recenti repertum eſt, ac ſi tum primum ſepulchro illatum foret, cum in eo totos ducentos, ſeptuaginta ſex annos iacuiſſet. *Vaſconcellus.*

Quibus, vt alias plurimas omittam, ſole clarius patet dotem hanc nouæ vitæ cultricibus neutiquam denegari.

CAPVT SEXTVM.

Altera dos corporis Chriſti è ſepulchro exiſtentis, Claritas; homini nouo, dum à morte ſpiritus ad vitam gratiæ reuertitur, exoptandum decus.

Stella differt à ſtella in Claritate, ſic & Reſurrectio mortuorum. 1. Cor. 14 42.

Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Eph. 5. 14.

A Claritate in Claritatem.

CLariſſimum hoc, ſuauiſſimumque lumen, quo Chriſti Seruatoris noſtri ac Domini, ſua vi è tumulo prodeuntis corpus tantopere præ ſole hoc reſplenduit, vt eundem multis ſanè gradibus ſuperarit, iam à primo conceptionis eius momẽto, vti debitum illi ac proprium, in eo effulſiſſet, niſi Anima, quam in corpore varijs perpeſſionibus obnoxio, cœleſti gloria illuſtriſſimam habere decreuerat, vni huic rei obſtitiſſet; tum vt acerba plurima, perpeſſuque aſpera noſtri cauſa tolerare, tum verò, vt meritis ſuis id aſſequi potius, quam iure hæreditario obtinuiſſe videretur, quo tamen nihil prohibente, factum eſt, vt quidquid hoc fuerit; ſuæ nequaquam virtuti, ſed æterni in ſe Patris beneuolentiæ arrogarit, quod vel tunc clariſſimè patuit, cum ſub vitæ finem, denigrandus Iudæorum conuitijs, ad mortem tenderet, illi eiuſcemodi verbis ſupplicauit: *Clarifica me Pater, vt quos dediſti mihi, videant claritatem meam, quam dediſti mihi.* Ioan. 17. Fecit abundè quod rogatus fuerat cœleſtis Pater, die illâ, qua filius, de ſepulchro per gloriam eius rediuiuus ſurrexit. *Ioan. 17. 24.*

Quaenam dos fuerit Claritas? De luce hac & claritudine variè Theologi philoſophantur, Aiunt, Primo non fuiſſe ſolum in extima corporis ſuperficie, ſed in partibusquoque internis, neque ſolum in facie, ſed & in corpore toto veluti Stellæ, aliaque lucida corpora, interius, exteriuſque lucida ſunt. *Ita Leonar. Leſſius lib. 3. de ſum. bono. cap.* 4.

Secundo lucem illam eiuſdem rationis fuiſſe cum Sole aſſerit S. Thomas in 4. diſtinct. 42. a. 4. Negat Richardus. Franciſcus Suares incertum relinquit, qui tamen aſſerit hanc lucem in corpore Chriſti, & in omnibus alijs eiuſdem eſſe ſpeciei, quamuis pro diuerſitate meritorum inæqualis ſit intenſionis, ac perfectionis. Certè in hoc differt à luce Solis, tum quod non fuerit calefactiua, tum verò quod lumen maius, non obfuſcarit minus alterius, nec oculum læſerit, ſed potius confortârit: neque enim eiuſdem rationis erat, cum claritate gloriæ, nam lumen gloriæ eſt ſpirituale, hoc autem eſt corporeum, nec excedit obiectum potentiæ viſiuæ, etiamſi humanus oculus confortatione egeat & eleuatione, vt cernere eam poſſit: quæ cauſa eſt, cur Apoſtoli in mortali corpore, non viderint ordinariè claritatem corporis Chriſti à mortuis ſuſcitati, ſed ſubinde, iuxta amantiſſimi Patris beneplacitum, ſuaque promerita: cum autem illâ fruerentur, dici non poteſt, quanto gaudio, ſolatioque abundarent, erat enim fulgor is perfectiſſimus quo corpus illud millenis partibus Sole illo euadebat ſplendidius, imò quodlibet eius membrum inſtar ſolis præcipua quadam claritate effulgebat, radios ſpargens ſplendoris immenſi, maximè vero latus, manus ac pedes, qui ſuis è vulneribus illos luculenter emittebant.

Illuſtratio interior huius dotis effectus primus. Et præclaram quidem hanc dotem piiſſimus Dominus cum iis, quos ſuo ſecum exemplo ſuſcitatos agnoſcit, ſpirituali quodam modo communicare non prætermittit, dum illos interno lumine colluſtrate, ac mirificam quandam interioribus oculis claritatem inducere cõſueuit, qua nouus homo illuſtratus abditiſſima quæque fidei noſtræ myſteria, atque euangelij ſanctiſſima placita ante obſcura, clarè introſpicit, naturæ ſenſus à motibus gratiæ diſcernit; quid facto opus, quid non; quo ordine, qua occaſione, quo fine ſingula præſtanda ſint cognoſcit, quod Epheſiis ſuis olim organum illud

Chri-

Chriſti clectiſſimum Paulus Apoſtolus explicauit his verbis. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate, fructus autem lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, probantes (explorantes) quid ſit beneplacitum Deo, & nolite communicare, operibus infructuoſis, magis autem redarguite Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere, omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur, omne enim quod manifeſtatur lumen eſt: Propter quod dicit: ſurge qui dormis* [tu ſcilicet, ô peccator, qui ſomno inolitæ conſuetudinis ſopitus dormis, vitæ mortuus, ac Deo, euigila] *& exſurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus*, vt ſicut ſol lunæ, ita ipſe tibi ſuum lumen gratiæ communicet, quo factus ſpeculum diuinæ lucis poſſis & ipſe alios illuſtrare, & de tenebris peccatorum exutos manifeſtare, in lucem adducere, & te alioſque lucidos facere.

Ephcſ. 5.8.

Ac re quidem ipſa, ſi rectè philoſophari voluerimus, eſſe deprehendemus nihil, quod magis hominem oblectare natum ſit, quam ſi is ſecundum rationem ſe vitam inſtituere cognoſcat: quid enim eſt quod rationi magis congruat, aut conſentaneum ſit quam lumen? quod ipſam rationem repræſentat, quæ luminis inſtar interiorem hominem, totamque vitam noſtram dirigit ac colluſtrat: quare cum is ſe pleno videat lumine veritatis inſtructum, quo ſeipſum, & alios ſoletur, ac iuuet, quis ſumma quadam animi voluptate perfundi abnuat, aut credere formidet? *nihil* enim teſte *S. Auguſtino, fortius deſiderat anima quam veritatem*: qua de cauſa meliores Philoſophi formalem beatitudinem nequaquam in operatione voluntatis, ſed intellectus conſiſtere voluerunt, id eſt, in clara veritatis cognitione, quę ita nos cum ſummo bono coniungat, vt ab eo habeantur omnia, quæ ad quietem appetitus noſtri, ſint ſatis: quæ etiam ratio fuit, cur ex eis nonnulli oculos ſibi corporis eruerint, vt tanto clarius mentis oculo veritatem contemplarentur. Quod ſi illi rerum naturalium veritati cognoſcendæ impenſum voluerint, quæ tam anguſto limite circumſcribi ſolet, quid nos de illa, quæ ſupra naturæ ordinem, conditionem, ac legem altius nos, ſecuriuſque euchit, dicemus?

S. Auguſt.

Quod gaudium, quem animi ſenſum experiri dixeris eum, qui aſſiduò Deum ſuum omnibus in rebus præſentem agnoſcit? docentem audit, vt ſponſum amplectitur, Ducem ſectatur? nunc ei cordis ſinum aperiens, nunc viciſſim ab eo comiter & beneuolè acceptus: narret, quod propria didicit experientia Ieſſeus Dauid: *prouidebam*, inquiebat, *Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.* Pſal. 15. Aliàs inſolito quodam triſtitiæ nubilo oppreſſus, ac mærore contabeſcens, affligebatur grauiſſimè, & quo cōuolaſſe exiſtimes?

Pſal. 15 8.

A *renuit inquiebat, conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum*: ſola hæc cogitatio ſupernis irradiata fulgoribus, ſufficiebat omnibus mœroribus detergendis, ac tenebris animo effugandis, fieri tamen interdũ ſolet, vt ſpiritualis hęc Claritas, neſcio quibus vaporibus obfuſcetur, quos de carnalis concupiſcentiæ ſtagno aſcendere ſentimus: Exſurget autem tunc nouus homo, quemque ſua in reſurrectione ſpiritum hauſit, eodem omnes diſpellere ſataget, ne lumen quod in ſe eſt, aliquando exſtinguatur, & inſipiens cor eius obſcuretur.

Pſal. 71.4.

Alter huius Claritatis effectus, Puritas eſt intentionis, quæ cum operatur, operis ſui finem conſtituit Deum, vel omnia ad Dei glo- B riam & honorem reuocare contendit, de qua ſic Chriſtus apud Lucam cap. 11. 34. locutus eſt: *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum, tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Quibus verbis locutum Dominum de recta intentione affirmat Auguſtinus, vt qui paulò ante de precibus, eleemoſynis, & ieiunio diſſeruerat; ne quis ergo ſuarum precum, ſtipis, aut ieiunij vim omnem elideret rumuſculis neſcio quibus aucupandis, addit Saluator ſaluberrimam inſtitutionem de C oculo, qui aut ſimplex & purus, aut multiplex, & nequam eſt.

2. Effectus. *Purum intentionem.*

Luc. 11. 34.

Sicut ergo cum oculi nitidi ſunt & clari corpus tibi ſuum habet diem, & ſolem ſuum circumfert ſecum, quaquà vult ſe mouet, & in luce eſt; At verò ſi oculi ægri & affecti, ſi lippientes, aut tunicis obducti, omne corpus miſerum eſt: ita prorſus ſi intentio ſyncera ſit, & ab omnibus falſæ gloriæ vmbris libera, preces, eleemoſynæ, ieiunia à vitiorum fæce ſyncera ſunt: ſi mala ſit intentio, omnes hominis actiones tales ſunt.

Res homine indigna qui cum Chriſto reſurrexit. *Quid* enim *per oculum*, inquit Gregorius, *exprimitur, niſi opus ſuum præueniens cordis intentio, qua priuſquam ſe in actione exerceat, hoc iam quod* D *appetit, contemplatur.*

S. Gregor. l 28. moral.

Et quid appellatione Corporis deſignatur, niſi vnaquæque actio, quæ intentionem ſuam, quaſi intuentem oculum ſequitur? Lucerna itaque corporis eſt oculus, quia per bonæ intentionis radium, merita actionis illuſtrantur. Ita ille l. 28. moral. c. 6.

Beatus homo & verè dicendus reſuſcitatus, qui tali, tantaque morum claritudine præfulget.

Tertius huius dotis effectus boni exemplum.

Tertius denique claritudinis huius effectus eſt vtilis exempli præbendi, proponendique gratia, de qua communis hominum Doctor ac Magiſter Chriſtus Ieſus apud Matthæum diſcipulos inſtruxit, dicens: *ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt.*

Vis boni exempli. Matth. 5. 16.

Qui-

Digitized by Google

Quibus monitos voluit homines nouos, vt tam verbo, quam exemplo virtutis, ſatagant alijs prælucere, maximè qui alijs præpoſiti ſunt,

S. Iſidorus.

ita namque, teſte *Iſidoro Peluſiota* l.2.ep.209. natura comparatum eſt, vt ad eius qui præeſt ſimilitudinem, ij qui parent, ſe effingant: quod ante

Cornel. Tacitus.

S. Iſidorum *Corn. Tacitus* ſignificauerat, cum dixit: *obſequium in principem, & æmulandi amorem validiora eſſe, quam ex legibus pœnam.*

Plinius.

Accedit & aliud quod *Plinius* innuit in laudatione Traiani, melius homines exemplis doceri, quæ hoc maximè in ſe boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt, fieri poſſe: quem

S. Bernard.

locum *S. Bernardus* reſpexiſſe videtur, dum loquens de operis exemplo, *plurimum*, inquit, *faciens ſuaſibile, quod auditur, dum monſtrat factibile, quod ſuadetur: Ser. de S. Bened.* nam, vt bene S. Ioan.

S. Ioan. Chryſoſt. hom. 13. in cap. 3. Phil.

Chryſoſtom. hom. 12. in cap. 3. Phil. ſi quando viderit verbis duntaxat philoſophantem, dicet eum impoſſibilia præcipere; Quod autem impoſſibilia præcipiat, cum hoc oſtendere primũ, qui ea non faciat. Si vero viderit per opera perfectam virtutem, iam non poterit iſta dicere, vel ſi dicere præſumat, pudore abſiſtet: quod

Theodoricus Rex probat bonũ exemplum.

à Theodorico Rege apud Caſſiodorum, laudante Senatu Romano Caſſiodorum, prudenter annotatur, cum dicit: *vixit tanta continentia, vt æquitatem & inſtrueret monitis & doceret exemplis. Facilis enim recti perſuaſor eſt innocens Iudex; ſub cuius prædicabili conuerſatione pudet mores probabiles non habere.*

Et hoc proprium illi qui cum Chriſto ſuſcitatus, claritatem quam à Deo accepit, proximo non abſcondit, non ſibi, ſed Deo intendendo: non ſuam, ſed Dei gloriam, & animarum ſalutẽ procurando, quibus hic locus cum eo, qui c.6. apud eundem Euangeliſtam inuenitur ſolet cõciliari, vbi contrarium docere Chriſtus viſus

Matth. 6.1.

eſt, cum dixit: *attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Facilis namque occurrit reſponſio, ſi *vt*, in priore ſententia non cauſam, ſed conſequentiam ſignificare, nec eſſe ſenſum cauſatiuum, ſed illatiuum, hoc eſt, vt ait Gan-

Ianſſenius Gandenſis. Theophyl.

denſis Ianſſenius, *vt videntes opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum*, vbi Theophylactus, nõ dixit, ait, vos oſtentetis virtutem, hoc enim non eſſet bonum, ſed illa ſola luceat, vt & inimici veſtri admirentur, & glorificent non vos, ſed

Euthym.

Patrem veſtrum. Et Euthymius, vobis bona opera veſtra facientibus, luceat ab eis lux veſtra, quæ nullo etiam publicante, per ſeipſam triumphare ſolet, à bonis operibus proſiliens.

An autem etiam cauſatiuè illud aliquando liceat? Reſpondeo cum Maldonato noſtro licere, ſi non propter nos, ſed propter Deum videri velimus, & ſi nos non conſtituamus vt finem, ſed Deum: nam vt bene ipſe, qui ſic ſua opera bona videri vult, non vt ipſe, ſed Deus glorificetur, profecto ipſe videri non vult. Hoc autem, vt ante dixi, ſi de præfectis, ac publicis A perſonis intelligatur, tanto erit ſecurius, quantò illorum obligatio lucendi eſt maior.

S. Gregor. in Paſtorali.

Claudo monitum autem S. Gregorij Magni ſententia, deſumpta ex Paſtorali. *Quid eſt*, inquit, *quod opus noſtrum & ita faciendum eſt, ne videatur, & tamen vt debeat videri præcipitur? niſi quod ea quæ agimus & occultanda ſunt, ne ipſi laudemur, & tamen oſtendenda ſunt, vt laudem cœleſtis Patris augeamus. Nam cum nos iuſtitiam noſtram coram hominibus facere Dominus prohiberet, illicò adiunxit, vt videamini ab eis. Et cum rurſus videnda ab hominibus bona opera noſtra præciperet, protinus ſubdidit, vt glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: qualiter ergo videnda eſſent, vel qualiter non videnda,* B *ex ſententiarum fine monſtrauit, quatenus operantis mens opus ſuum & propter ſe videri non quæreret, & tamen hoc propter cœleſtis patris gloriam non celaret, ſic vtique ſe cum Chriſto, reapſe ſurrexiſſe demonſtrans*: quod & *S. Hieronymus* ex mente Pauli, Celantiæ commendabat, dum ait, velle eum extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, vt religionem ipſam religionis diſciplina commendet, & ideo ſicut luminaria in mundo lucere nos, qui Reſurrectionis Chriſti participes facti ſumus, iuſſiſſe, vt incredulæ mentes errantium, ex noſtrorum actuum lumine, ignorantiæ ſuæ tenebras deprehendant, vnde tritum iſtud *Platonis* & *Ariſtot.* axioma: *nec* C *Heſperus, nec Lucifer ita admirabilis eſt, vt iuſtus.*

Triplex hæc Claritas exemplis illuſtrata. Primò. Sap. 4. 1.

Magna profectò noui hominis dos ac prærogatiua, triplici hac luce inclareſcere, ac primo quidem glorioſis Sapientiæ radiis illuſtrari, qui *vitæ* nouitatem ſubſequi conſueuerunt, iuxta Sap. 4. *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate* [q. d. ô! quam pulchra & clara eſt caſta natio, hanc enim opponit nationi prauæ, de qua cap. præcedenti egerat, habet laudem, decorem, & claritatem ceterarum virtutum, eo quod ſit ἀρετὴ id eſt robur & fortitudo Martia, quæ omnia ſuperat, ac victrix de omnibus cupiditatibus triumphat. Et patuit id olim perſpicuè in magno *Antonio, Ephremo, Syro, Epiphanio, Bernardo* qua ſcientiâ, quâ virtute viris! qui non alium ſtudiorum locum habuere, quam ſolitudinem: non alios condiſcipulos, quam quercus & fagos: D non alium Magiſtrum, quam eum, qui nouos homines ſua ſolet claritudine exornare.

Theodori rudis litterarum illuſtratio.

Theodorum ſanè Aſceten tam rudem litterarũ fuiſſe, vt nec elementa cognoſceret, tam peritum ſacræ ſcientiæ, locorumque in ſacris litteris difficilium, vt viri doctiſſimi cum hærerent, ad

Ioan. Caſſ. l. 3. c. 33.

hunc confugerent, auctor eſt Ioan. Caſſianus lib. 3. cap. 33. qui & dicere conſueuerat, plus in extirpandis vitiis noſtris, quam libris euoluendis [quamquam nec hoc quidem ſit negligendum] operæ ponendum eſſe, quod his expulſis, vitæque inducta nouitate, confeſtim cordis oculi ſublato velamine paſſionum, Sacramenta ſcripturarum, veluti naturaliter incipiant contemplari.

Quid,

Digitized by Google

Secunda. Quid, ſi & alia Claritas accedat? qua quiſque in omnibus quæ agit, vnius Dei gloriam ſpectat & intuetur, vt ſancta illa Regina feciſſe legitur, *Eſter* 14. 18. quæ in medio regalis magnificentiæ choragio conſtituta, ſic Deum compellabat: *Domine tu ſcis, quod nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc tranſlata ſum, vel corona*, vel maieſtate, vel apparatu regio, vel ferculis Aſſueri, *vſque in præſentem diem, niſi in te Domine Deus Abraham.* *Eſter 14. 18.*

Talis & ille Ægyptios inter Aſcetas fuit non incelebris, coqui officio fungens; qui licet multis magniſque occupationibus diſtineretur, erant quippe monachi eo in cœnobio ducenti ſupra triginta, præter hoſpites peregre in dies aduentantes, tanta tamen animi quiete perfruebatur, donoque lachrymarum affluebat, vt Ioannes Climacus hominem admiratus, ſciſcitari ex eo voluerit, quomodo in tam aſſidua occupatione & actione tantam ſibi mentis quietem comparare potuiſſet? qui primum tergiuerſatus, tandem acrius eo vrgente, reſpondit: *nunquam me credidi hominibus ſeruire, ſed Deo, ſemperque me indignum cenſui, cui requies vlla, aut operis intermiſſio concederetur. Inſuper ignis hic materialis mihi quotidie ob oculos verſans, ad alterius æterni ſcilicet, flammas, mentis oculum retorquet.* Quo in genere nonnulli clarius ſpeculati in hunc modum operantur, non vt ipſi Deo placeant, ſed quia placet eis Deus, vel quia placet Deo quod operantur, adeo vt ſolam Dei voluntatem, beneplacitum atque oblectationem intuiti, ſui ipſorum penitus obliuiſcantur, vnde ſic ſtatuunt; ſeruio Deo propter Deum, qui tantus eſt, vt ſi cælum non foret, nec inferi, ſolum tamen digniſſimum iudico, cui omnes Angeli, cui gens humana vniuerſa, cui quidquid creatum eſt ſeruiat quam accuratiſſime. *Coci Aegyptij illuſtratio.*

Hoc qui videt, omne glaucoma exuiſſe dicendus eſt, atque excellenti illa vitæ nouæ claritudine pollere, qua ad miraculum vſque inſtructum fuiſſe *S. P. N. Ignatium* hiſtorici omnes, quotquot de vita eius ac moribus commentarios ſcripſere teſtantur, vnde fiebat vt intentionem hanc adeo puram in corde ſuo aleret, retineretque, vt ſui ipſius amorem prorſus amandaret. Dicere enim aliquando auditus fuit: ſe, ſi optio daretur, velle potius viuere cum incertitudine beatitudinis, & interim ſeruire Deo, quam cum certitudine tunc obire: & iudicare, ſibi magis durum & pœnale futurum, audire blaſphemias in Domini nomen, quam pœnas inferni pati, ſi vnquam ad inferos truderetur à Deo. Tam denique recto in Deum amore ferebatur, vt tota die illum exquireret, & nihil aliud loqueretur, nihil aliud cuperet, quam placere Deo & illius obtemperare voluntati. Itaque illi ſe totum committebat, illum omnino ſequi decreuerat, etiamſi toto cælo, terraque priuaretur. Omnes ſuas cogitationes, verba, opera, in Deū *S. Ignatius Loyola. à Deo mirabiliter illuſtratus.*

A tanquam in finem referebat, ad Deum ac Dei gloriam, honoremque deſtinabat, atque hic veluti ſymbolum *Ad maiorem Dei gloriam* in ore ſemper habebat, nec minus puram hanc intentionem ſuis inculcabat, adeo vt in Conſtitutionibus 242 vicibus, quemadmodum P. Nicolaus Lancicius lectis ob ſolam hanc cauſſam cum ſpeciali attentione Examine Societatis, & Conſtitutionibus omnibus à primo verſu ad vltimum, teſtatus eſt, eandem nobis omnibus voluerit commendatam.

Eodem inſtructam fuiſſe lumine B. Virginem *Gertrudem*, lib. 3. cap. 57. Inſinuationum diuinæ pietatis inuenimus, quam, dum nocte quadam nimis debilitata vuas acciperet, hac ſe recreaſſe intentione tradunt, quod ipſum Dominum in ſeipſa reficeret: quo ille tantopere recreatus fuit, vt non obſcure illi ſignificarit, modo ſibi compenſatam amaritudinem illam, quā de ſpongia in Cruce pro amore eius bibiſſet, quoniam pro ipſa, iam de corde eius, indicibilem ſugeret dulcorem. *S. Gertrud. à Deo illuſtrata.*

B

Sed quid de Tertia hac Claritate dixerimus? qua nouus homo proximis bono prælucet exemplo, vt quemadmodum ſol & luna inter ſtellas ſplendore ſublimes ſunt, ita ille vita, moribus & conuerſatione inter diffidentes, vt S. Ambroſius loquitur, appareat clarus. *Tertia.*

Præclare admodum id S. Gregorius Magnus in præfat. Moralium lib. cap. 10. expreſſiſſe C viſus eſt, dum ſic ſcribit. *Ad oſtendendam innocentiam venit Abel: ad docendam actionis munditiem venit Enoch: ad inſinuandam longanimitatem ſpei & operis venit Noë: ad manifeſtandam obedientiam venit Abraham: ad inſinuandam laboris tolerantiam venit Iacob: ad oſtendendam manſuetudinem venit Moyſes: ad demonſtrandam inter flagella patientiam, venit Iob: Ecce quam fulgentes in cælo ſtellas cernimus, vt inoffenſo pede operis, iter noſtra noctu decurramus: quot enim Deus iuſtos exhibuit, tot quaſi aſtra ſuper peccantium tenebras cælum miſit, dum nouos homines formauit.* *S. Gregor. in præfat. lib. moral.*

Talem Baſilium magnum Cæſareæ Cappadocum maximum Epiſcopum ad ardentis columnæ facem D. Ephrem vidit, cum enim in D ſolitudine degens igneam conſpicaretur columnam, nec ſciret, quid ea portenderet, vocem de cælis allapſam excepit, talis Baſilius eſt, virum quære, & ſequere monentem. *Amphilochius in Vita.* *S. Baſilius.*

Talis & *S. Franciſcus* ille in humano corpore nouus Angelus fuit, de quo Seraphici ordinis Annales ferunt, dum certa die aduocato ſocio ad concionandum foras prodiiſſet, & vrbe pene tota peragrata, ſumma cum modeſtia domum, nullo habito ſermone reuerſus eſſet, ab eodem interrogatum eſſe, vbinam tandem, ac quando concio habenda foret? cui Vir ſanctus, iam habitam, finitamque eſſe, reſpondit, innuēs illam morum compoſitionem, ac ſingularem modeſtiam, qua plateas obiuerant, optimam concio- *S. Franciſc.*

ſoncionem fuiſſe, qua populum ſuo exemplo ad pietatem, mundique contemptum incitarant.

Et ita profectò eſt, homo etenim Nouus dũ ſpectatur, auditur: quod *Innocentius II. Romanus Pontifex*, dum Clarauallenſe cænobium viſitaret ſuo calculo mirificè firmauit: ſummo Hierarchæ, ac ſociis Cardinalibus monachi omnes cum S. Bernardo obuiam proceſſerant, ſed ea modeſtia ac religione, quæ nouos homines, quales illi erant, in primis decebant, lachrymas tenere, nec Papa, nec Cardinales potuêre, grauitatem huius ſanctæ Congregationis videbant, & tanto ſpectaculo commoti, animo ſuo moderari non poterant, quod ſolennis adeo, magnique gaudij feſto, quale erat Pontificem ac Cardinales in domo illa conſpicere, omnes humi defixos oculos tenerent, nec aliquam in partem conuerterent, cumque ab omnibus aſpicerentur ipſi nullum aſpicerent. *Chronicon Ciſterc.*

Monachi Clarauallenſes.

S. Hieron.

Neque enim leuiter, aut ſine cauſſa à *S. Hieronymo* res hæc inter boni exempli fructus recenſentur, *vt loquacibus compunctionem ingerat, & intrandi ad ſocietatem veſtram ſancta deſideria immittat, & affectus ad cæleſtia inflammet. In reg. Monach.* c. 22.

S. Lucian.

Ita de S. Luciano Martyre narrat Metaphraſtes, gentiles ſolo eius aſpectu motos, conuerſoſque ad Chriſti fidem fuiſſe.

S. Bernard.

Qua dote tam copioſè inſtructum *S. Bernardinum* Wadingus in Annalib. commemorat, vt ſocios vel maximè dyſcolos ſua præſentia componeret.

Lucerna quippe erat ardens & lucens, magno Dei amore ardebat, & proximo admirabilis vitæ ſuæ exemplo lucem impertiebat.

S. Birgitta.

Atque his non iniuria accenſeam *S. Birgittam*, quæ tradita à Patre nobili viro Vlfoni Nericiæ Principi, ipſum exemplo ſuo ad horarium Penſum Virgini matri perſoluendum, ad ſacram exomologeſin ſingulis ſextis feriis obeundam induxit, plurimiſque aliis vitæ melioris exercitiis præeundo expoliuit.

S. Margarita.

Idem de *Margarita* Scotorum Regina ſcribit Adelredus, quæ cum magna prudentia, nec minore ſanctitate prædita eſſet, atque in diuinum cultum propenſiſſima, ſummam liberorum curam geſſit, ſuæque vitæ nobiliſſimo exemplo ad omnem pietatem induxit, ac virum ſuum *Malcolinum* Scotorum, Regem ad Iuſtitiæ, miſericordiæ, aliarumque virtutum ſtudia pellexit.

Mathildis Regina.

Matris exemplum ſecuta eſt filia *Mathildis.* [1] *Angliæ regina*, quæ quandoque domum ſuam leproſos aduocabat quorum pedes, depoſito regali pallio & linteo præcincta, immiſſa in peluim aqua lauabat, extergebat, exterſos oſculabatur. Quod cum Dauid Reginæ frater vidiſſet, ad illam conuerſus dicebat: certè ſi Rex iſta ſciret, nunquam os tuum leproſorum tabo pollutum, labiis ſuis contingeret. At illa ſubridens: quis, inquit, neſcit pedes Regis æterni, labiis morituri regis præferendos? ego te interim vocaui, vt exemplum meum imiteris.

[1] *R. P. Lyræus de imit.* IESV *patient.*

S. Clara.

Sed, quæ priores longè exſuperet, Franciſci illuſtris partus, Virgo Clara eſt, iam ante parenti ſuæ, quam naſceretur à Chriſto è Cruce laudata. Hæc vnicum ſexus ſui miraculum ea facere molles virgines docuit, quæ multi in viris miramur, pauci imitamur. Augebatur indies virtutũ eius ſplendor, lateque ſe diffundens, non iam Vmbriam ſolam, ſed Italiam vniuerſam clariſſimæ huius lucis iubare complebat, vt non paucæ, iam nobiles, diuiteſque virgunculæ eius exemplo perſuaſæ, ſpretis omnibus carnis illecebris Regem cæli ſponſum ſibi eligerent, ſed & plerique coniuges ſibi temperantes, ſic inuicem interdicerent deinceps vſum matrimonij, vt viri ad monachorum, fæminæ ad monialium cænobia conuolarent. *Chron. Ord.*

Dos hæc Claritatis ab anima ad Corpus profluxit.

Quod tantâ hîc profluentiâ Nouorum hominum animis communicatum legimus, corporibus magno iudicij die conferet is, quem abſolutè dum viuerent, fuerint imitati in terris; niſi quod ipſe non rarò beneficium illud ſuum anteoccupando, præcipuis ſuis cultoribus illud in hac etiam vita indulgeat, quod poſt eam ordinaria lege fuerat collaturus. De quo, vt SS. Anſelmum Epiſcopum, Bononium Abbatem, Ægidium Franciſcanum, Vincentium Ferrerium Dominicanum, Antoninum & Herebertum Archiepiſcopos, aliosque è veterum Annalibus plurimos omittam, id è noſtra, Patrumque memoria depromere ſtatui, quod vel in minima Societate Ieſu ab eiuſdem hominibus verè nouis, fuiſſe inuenio vſurpatum.

S. Ignatius Loyola radiare viſus dum etiamnum viueret.

Quare vt ab illius fundatore homine maximè nouo *Sancto*, inquam, *Ignatio*, exordium ducam, dotem Claritatis mortale adhuc eius corpus diuino illuſtraſſe beneficio, multorum grauiſſima teſtificatione comprobatum eſt. Sæpiſſime enim viſa eſt eius facies & caput, eximio quodam fulgore ſplendeſcere. Ita viſa eſt Barcinone ab Iſabella Roſella, dum fæci plebeiorum hominum immiſtus concionem in templo audiret, & à Ioanne Paſchaſio, & in hoſpitali domo decumbens à domeſticis; Romæ verò ab Alexandro Petronio, à P. Oliuerio Manaræo, à P. Ludouico Gonzaluo qui quotieſcunque orantem *S. Ignatium* in cubiculo adiit, quod fecit ſæpiſſimè, cæleſti ſplendore radiantem ſemper conſpexit.

Sanè S. Philippus Nerius, vir eximiæ ſanctitatis & familiaris S. Ignatij, ea fuiſſe *B. Ignatium* ſanctimonia dicere erat ſolitus, vt animi eius interior pulchritudo foris promicaret, in cuius oculis, vultuque coruſcantes lucis radios, ſæpe ab ſe viſos eſſe profiteretur.

B. Franciſc. Borgia.

B. Franciſcum Borgiam orantem in conclaui adiens P. Hieronymus Ruizius Portillius Rector Methymnenſis, cum lumine claro ſplen-

deſcere, faciemque ſolis inſtar radios emittere deprehendit. *Andreas Schottus lib.4.Vitæ.*

Idem comperit P. Ayala in Berlangæ vico, media nocte ingreſſus cubiculum eius, quod ſummis in tenebris miro ſplendore clareſcebat. *Ibid.*

B.Stanislaus Koſtka. Inſolito ſplendore diuinitus lucentem *B.Staniſlai Koſtka* faciem ab ſe haud ſemel conſpectam, eſt qui rite confirmat. *Franciſ. Sacchinus in Vita.*

P.Balthaſſar. *P.Balthaſſarem Aluarez* flexis genibus in cubiculo orantem Metinæ Pater quidam ſtupendo fulgore circumdatum inuenit. *Lud. Pontanus c.15.§.2.*

Eundem S.Thereſia, fulgido magni ſplendoris diademate lucentem conſpexit capit. 6.§.1.

P.Ioſephus Anchieta. *P.Ioſephus Anchieta* cum S. Vincentij familiam regeret, ſæpe à Ianitore deprehenſus fuit inter orandum magno lumine circumdari, vt emicante eius ſplendore frater percelleretur. *Lib.3. Vitæ.*

P.Franciſc. Lupius. *P.Franciſcus Lupius* Abaſſiæ Apoſtolus, ſacrificium offerens, item ſecretò diuina contemplans, ſæpe viſus eſt tanto ſplendore perfundi, vt ſolis inſtar intuentium oculos perſtringeret. In ſacro Miſſæ officio ſe ad populum vertens, oculis,& ore flammas iaculari videbatur, & toto capite, mirabili quadam luce ſplendeſcere *l.3.hiſt.Abaſſiæ c.17.*

P.Didacus Martinez. Abaſſino Apoſtolo Peruanum adiungo *P. Didacum Martinez* ex eadem Soc. hic noctu ſuper altæ faſtigium Crucis inter orandum eleuatus, multa luce ignea coruſcare ab Indis viſus eſt.

P.Syluest. Landinus. Ita & *P.Silueſtrum Landinum*, quem Fulginates non hominem ſed velut Angelum Dei ad ſe miſſum, teſte eorundem Epiſcopo, venerabantur, frequenter cæleſti lumine circumfuſum conſpexere. *Doultremannus in elogiis.*

P.Sebaſt. del Campo. Nunquam Sardinia obliuiſci poterit *P. Sebaſtiani del Campo*; viri vſquequaque ſanctiſſimi, cui familiare admodum fuiſſe Annales noſtri tradunt inter precandum micante facie magnis fulgoribus collucere lucidiſſimis à capite eius radiis per totum templum diffuſis.

V. Lucas à Valle Viride. Noſtris adiungo *B. Lucam à valle viridi* Madritanum ex ord. S.Franciſci, qui anno 1590. vitæ ſanctimonia florebat. Miro in Crucifixum Dominum amore incenſus, adeo vt metuerit in maiore hebdomade extremos Chriſti cruciatus ſentire, quos ipſe pro nobis pertulit in Cruce, poſtea verò ad modum reſurgentis toto ſic corpore rutilabat,& transformabatur, vt oculi eius, caput, manus, & pedes in tot fulgores & ignes conuerterentur,& corpus totum radios emittere, iubaris inſtar coruſcantis, videretur. *Ioann. à S.Maria 2.part.Chron.l.3.c.30. Martyrol.Franciſc. 2.April.*

Sed de his ſatis: vnum tamen hic reſiduum

A videtur, tanta ſubinde hanc dotem Claritatis copia nouis hominibus impendi, vt etiam à morte illorum cadauera eam ſoleant retinere.

Clara SS. Corpora poſt mortem. Epiphanij. Ita corpus *S. Epiphanij* Ticinenſis, triduo maximum emiſiſſe ſplendorem ſcribit Euodius ſucceſſor.

VVerneri, Edoardi, Eligij, Ignatij, Alphonſi Caſtrii. *Werneri* pueri à Iudæis interfecti corpus inſigni lumine, quod ex illo prodibat detectum, *Surius narrat.*

E cadauere *Eduardi* Regis ac martyris Angli maximam interdum extitiſſe lucem hiſtoriæ teſtantur.

Eligius Epiſcopus Nouiomenſis cum S.Quintini corpus eſſet inuentum ſplendore incredibi-B li, qui ex illo proficiſcebatur, vnà cum multis adſtantibus eſt perculſus.

Dum priore vice corpus *S.P.Ignatij* de tumulo leuaretur in locum decentiorem transferendum, variæ ex illo ſcintillæ, ſeu ſtellulæ emicare, atque in aërem emitti viſæ ſunt.

Corpus *P.Alphonſi à caſtro*, quem Mahometani plurimis confectum vulneribus in mare abiecerant, poſt triduum in littore multa luce circumdatum repertum fuit. *Hiſt.Ind.*

P. Abraham Georgius à morte fulget. Sed quid de *P. Abrahamo Georgio Maronita* dicemus? hominem ſane nouum nemo non dixerit, qui ſtudia, mores, & zelum in Æthiopibus Chriſto adiungendis penſitarit, qui nobiliſſimam martyrij coronam quam Mazue, anno C 1595. obtinuit, æqua lance voluerit expendiſſe: quadraginta dierum ſpatio viſus quotidie fulgor maximus patris tumulum decorare, quo ſpectaculo Saraceni ſub veſperum exciti ad eundem magno numero confluebant. *Ib.*

Et ne infirmiorem ſexum prætereamus, vtpote quem nec Deus ipſe hac in parte voluerit præteriuiſſe.

B. Margarita Hungarica. *Margarita* Belæ Hungarorum regis filia, teſte Garino, mirificè poſt mortem è facie refulſit.

S.Macrina. *S.Macrinam* defunctam ſplendere viſam ſcribit frater eius Gregorius Nyſſenus.

S.Ermelindis. Corpus *S. Ermelindis* Virginis obſcuro loco cõditum, ac neglectum, immenſo lumine fulgere cœpit, effoſſumque, decentius ab accolis D cœpit viſitari. *Surius.*

B.Hunegundis. Animam ſponſo reddiderat *B. Hunegundis*, cum ecce ſacræ Virginis exuuiæ multorum dierum ſpatio collucere cœperunt, anticipata corporis dote, vel ſic animæ gloriam atteſtatæ.

Atque ita videmus, quod dixit Deus, de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſo illucente in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ Claritatis Dei. 2.Cor.4.6. 2.Cor.4.6.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Tertia Rediuiui corporis Seruatoris Dei Agilitas, magnum exſuſcitati hominis de veteri ſua conuerſatione ornamentum.

Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Iſaiæ 40. 31.
Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbique propter ſuam munditiam. Sap. 7.

Tanta erit facilitas, quanta felicitas. *S. Auguſt.*

A*Gilitatis dotem* præclaram illam in ſe, ac nobilem explicare ſolent Theologi per modum facultatis cuiuſdam, hominibus conceſſæ, ad motum localem expeditè, velociter, & facile exercendum.

Motus triplex.

Porro motus hic in humano corpore triplex inuenitur: primus eſt progreſſiuus, qui procedit ab anima operante per cognitionem, & appetitum, exercetur autem per membra corporis, mouendo vnam partem mediante alia, & ex conſequente prius vnam, quam aliam.

Secundus dicitur ſimplex, quo totum corpus veluti vno impetu æquè primo cietur, ſicut grauia, leuiaque moueri ſolent.

Tertius eſt, quo corpus ab vno loco in alium ſubitò transfertur, abſque vlla ſucceſſione, vel mora in ſpacio medio captata.

Primum genus motus.

Ad primum quod attinet, potuit Christus à mortuis exiſtens motu progreſſiuo mouere corpus ſuũ. Eſtque de fide certum. Habuit autẽ in hoc motu exercendo ſummã quandam facilitatem, quæ in eo conſiſtebat, quod laborem nullum aut laſſitudinem ſentiret, vnde poterat, quamdiu volebat, in hoc motu durare. Præſtabat verò id præcipua quadam velocitate, quæ, vt erat inſignis quædam actionis perfectio, proueniebat vel ex augmento virtutis motiuæ, vel ablatione repugnantiæ, vel ex vtroque.

Secundum genus.

Tranſeo ad alterum genus motus, quo velut vno impetu totum corpus ſe mouet æquè primo: & illo polluit Chriſtus, patuitque dum cælos aſcendit, quando nec ferebatur ab Angelis, nec progreſſiuè mouebatur, quod perfectionẽ minuiſſet.

Tertium genus.

Ad tertium denique ac poſtremum motus genus, quod eſt per ſubitam mutationem, quæ fiat in inſtanti, veniamus.

An competat hic motus Corp. Beatis?

Competere id Beatorum corporibus negat S. Thomas cuius fundamentum eſt, quia corpus non mouetur quando totum eſt in termino à quo, neque quando eſt in termino ad quem, quia iam tunc motum eſt; ergo mouetur quamdiu eſt in medio: ergo neceſſe eſt, vt ſit in medio, alioquin perueniret de vno loco in alium, & nunquam moueretur, quod implicat contradictionem, quia ipſa ſucceſſio locorum eſt motus localis. Ita ille. Verùm ſalua tanti Doctoris auctoritate viſum Franciſco Suares, aliiſque idipſum corpori glorioſo Chriſti nequaquam denegandum, quia in hoc genere tranſitus non intercedit motus ſucceſſionis, ſed mutatio inſtantanea, vnde fit, vt mobile tunc mutetur, quando totum eſt in termino ad quem, quia tunc ſe habet aliter quam prius: nec refert, quod iam totum ſit mutatum, quia in mutationibus inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſſe, mutari & mutatum eſſe: & hoc habuit Chriſtus, vt
B tranſiret de extremo ad extremum ſine medio, ſi enim Angelis hoc concedere Auguſtinus, Anſelmus, aliique veriti non ſint, cur glorioſiſſimo Chriſti corpori denegemus? quæ vis tametſi non in corpore ſita ſit, ſed in anima, non abſurde tamen inter dotes corporis numeratur, quia eius effectus, nempe motus, ad corpus ſpectat, & in eo perfici ſolet, *qui autem ſperant in Domino aſſument pennas ſicut aquilæ, current; & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Iſaiæ 40. *Tamquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent.* Sap. 3. 7. *Corpus enim,* vt ait Apoſtolus, *quod ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute.* Ἐν δυνάμει in potentia & robore, quoniam, vt ait S. Anſelmus, ſimiles Angelis erunt: Angelus autem tam admirabili velocitate
C firmamentum circumagit, vt punctum eius quodlibet in æquatore poſitum, ſingulis horis conficiat quadraginta duos milliones, trecenta nonaginta octo milliaria, cum quadringentis triginta & ſeptem, tantum quippe eiuſmodi eſt ſpatium, quantum quis bis mille & eo amplius annis, conficiendo in dies ſingulos, quadraginta milliaria vix peragraret. Sed velocius adhuc multo Chriſtus corpus ſuum deferebat, in ictu oculi hæc ſpatia præteruolabat. *Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis* Matth. 24. 27. Imò, vt ante dicebam, ab extremo ad extremum ſine medio peruadebat natura corporis ſui nequidquam eum remorante, quo minus ſe per vniuerſum orbem
D terrarum, vbi maior cæleſtis Patris gloria vrgebat, ad ſuorum ſe ſolatium transferret.

Iſaiæ 40. 31.
Sap. 3. 7.
Velocitas Firmamenti.
Matth. 24. 27.

Neque ſolum hac ſua agilitate in hunc finem vti voluit. Verum & eandem amicis ſuis in magno illo iudicij die ſtatuit communicare, cum *æquales Angelis ſint, & filij ſint Dei, quia filij reſurrectionis.* Lucæ 20. Huc reſpexiſſe viſus S. Auguſt. l. 13. de Ciuit. c. 18. *An ſi hoc Angeli faciunt, vt quæuis terreſtia animalia rapiant, vnde libet, & conſtituant vbi libet. Cur ergo ſanctorum perfectos, atque beatos diuino munere ſpiritus, ſine vlla difficultate poſſe ferre quo voluerint, & ſiſtere vbi voluerint ſua corpora, non credemus?* Cuius ſpecimen vt aliquod pius lector inueniat, ita dico: ſi quis hinc ad cælum ſtelliferum, mortalium paſſu vellet aſcendere, ei

duobus annorum millibus opus foret, in dies A ſingulos centum milliaria conficiendo, vt duntaxat ad firmamenti concauum perueniret; inde totidem emetienda, vt ad conuexum tranſiret; vtrobique enim à terra ad concauum firmamenti, octoginta, & quod excurrit milliariũ milliones intercedunt, totidem autem firmamenti ſpiſſitudo continet. Ab illo autem ad Empyreum, quàm immenſa ſit diſtantia, facile is coniiciet, qui apprehenderit, vti punctum eſt terra præ firmamento, ita punctum eſſe ad Cælum empyreum, quidquid firmamentum complectitur. Ergo conuexa cæli empyrei pars, in qua beati reſident, à centro terræ diſtat bis mille, quingentis nonaginta millionibus milliariũ, eoque magis. Et tamen corpus beati, vbi animæ B ad gloriam copulatum fuerit, momento ſere totam iſtam intercapedinem tranſuolabit.

Iam vero tota conuexa Cæli empyrei circumſerentia complectitur quindecim millia millionum & 540. milliones milliarium, quam totam planitiem in ictu oculi glorioſum itidem corpus poterit emetiri. Quas dimenſiones & Clauius in ſphær. c. 8. & Batadius & Cornelius in ſuis comm. ſequuntur.

Sed nec his diuino amori factum ſatis, ad animos defluere viſum eſt, dum iis qui ſecum è mortuis ſuſcitari hîc amãt, donũ hoc cõmunicare, ſpirituali modo paratus eſt, ſi illo ſe dignos voluerint aptaſſe: quod vt rectè intelligatur.

Quid ſit ſpiritualis Agilitas, in quo cõſiſtat.

Sciendum eſt *ſpiritualem* hanc *Agilitatem* nil C eſſe aliud quam ſupernaturalem quandam Iuſtitiam, qua voluntas noſtra prompta, atque expedita redditur, ad liberandam ſe omni debito, quod vel Deo, vel ſibi, vel alteri homini pendere neceſſe habet, adeo vt affectione nulla inordinata, vel ſpei, vel timoris cuiuſpiam interturbetur, aut impediatur, vnde fit vt nulla iam de cæleſtis gratiæ defectu querela audiatur, ſolo, vel minimo diuini arbitrij ſigno de rebus agundis accepto, quas illicò abſque mora exſequatur, nubium inſtar, de quibus Baruch 6. 61. *Nubes cum eis imperatum fuerit, perambulare vniuerſum orbem perficiunt, quod imperatum eſt eis.*

Nulla hic in obſeruatione mandatorum Dei moleſtia, cum & conſilia ſeruare conten- D dant.

Nulla à legibus, ſtatutiſque Eccleſiæ quæritur exemptio, vbi & parendi ſtudium, & in opere feruor nunquam intepeſcit.

Nullis hic æqua rogantibus quidpiam denegatur, omnis repulſa exulat, cum nullo amoris proprij quiſquam pondere grauetur. Non hic pacandæ conſcientiæ difficulter, anxieque incumbitur, quia nulli vitio adhæretur.

Nulla hic animi perturbatio metuitur, cum in explicandis abſoluendiſque negotiis ſuus rationi locus ſit, nec proprio quidquam, inordinatoque arbitrio indulgeatur.

An non hoc eſt quod theodidactus ille Kēmpenſis aſcetes his verbis expreſſit? *Inter multas curas, quaſi ſine cura tranſire, non more torpentis, ſed prærogatiua quadam liberæ mentis, nulli creaturæ inordinata affectione inhærendo.* libr. 3. de Imit. capit. 26. Thomas à Kempis l. 3. c. 26.

O beatum hominem qui vitæ Nouitatem indutus, hac forma velut iam rediuiuus ingreditur, in omnibus operibus præcellens factus, & velox, hoc vnum accuratiſſimè ſatagens, vt rerum creatarum nulla, mentem, animumque detineat, vbi de honore agitur Creatoris, vnde fit vt corpus cum omnibus neceſſitatibus ſuis, atque habitibus, non magis hominem grauet, quã ſi totus agilis foret, nulloque terrenæ ſubſtantiæ pondere premeretur.

B Hoccine pacto ac modo, mi homo, viuis: ſic vitam inſtituis tuam? & cur, ſodes, non ita? Nomen habes quod viuas, quod cum Christo ſuſcitatus ſis, & viuens mortuus es? Si dubium te conſcientia lancinat, nec ſatis te expedire noueris; Angelum auſculta, quid exprobret Magdalenæ attende: *quid*, inquit, *viuentem quæris cum mortuis*? rationi conſentaneum non eſt hominem quærere ſuſcitatum inter mortuos, vel cũ potius quærere velut mortuum, qui viuere debeat inter alios ſuſcitatos. Quid? ad iſtumne modum vecors ſtupes & deſides, vt non ſentias in corde tuo ſanctæ huius Agilitatis virtutem atque potentiam? *vox dilecti mei*, dicebat illa, *ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt* C *dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. En dilectus meus loquitur mihi. ſurge, propera amica mea, columba mea formoſa mea, & veni.* Cant. 2. Quid autem illa? *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Luc. 24. 5. Cant. 2. 8.

Et ita ſanè fieri oportet: quid enim hominem ab hoc curſu præpediat, poſteaquam talem tantumque conſpexerit. Ducem præire? Noli proinde, noli, mi homo noue, ac cum Christo reſuſcitate, vanis illis Mundi fallaciis animum intendere, quibus & tarditatem ac deſidiam iniicit, dum feſtinato neutiquam opus, nec ſurgendi tempus etiamnum aduenifſe clamitat; opportunum poſtea fore, quód modo intempeſtiuum apparet comminiſcens: veniet tempus & certò veniet, ſed quo inſaniam tuam acerbè D plangas cum illa, cuius modo te ſapere decet exemplo: *Surrexi*, inquiebat, poſt moram ſcilicet, & cunctantem dilationem, *vt aperirem dilecto meo, peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat, quæſiui, & non inueni illum.* Cant. 5. Hæc tarditatis merces; hoc lentitudinis præmium, quod eos certò manet quos in via Domini infelix ſegnities retardat: rectius ſanè atque conſultius fecerit, quiſquis vbi iam & tranſiuiſſe hiemem, & imbrem abiiſſe ac receſſiſſe, flores apparuiſſe in terra intellexerit, conſurgat illicò ac præeuntem magna animi ſui agilitate Christum ſequatur. *Hominem*, inquit Salomon Prouerb. 22. *vidiſti velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit*, cuius vel vnus Aſiel teſtis, ille à poten- Cant. 5. 6. Prouerb. 22. 29.

potentiſſimo Rege Dauid inter tres ſuos trianos & fortiſſimos heroas recenſitus, quia *velociſſimus fuit, quaſi vnus de Capreis, quæ morantur in ſilus.* 2. reg. 2. 18. Ita & ille ſummo Principi Deo placiturus, quicunque celer, & agilis in exequendis eius mandatis inuenitur, quod tum ex remuneratione, quam retribuit velociter ſibi ſeruientibus, tum ex quibuſdam miraculis, colligi poteſt, quibus id viſus eſt non ſemel cõprobaſſe.

2. Reg. 2. 18.

Abrahami, Patriarchæ *agilitas in parendo.*

Patet in Abraham, cuius celeritas in re difficillima exequenda nunquam ſatis laudatur. Iuſſus immolare filium, nullam interpoſuit moram, eo ipſo nocturni temporis puncto parare cœpit quæ erant ad ſacrificium neceſſaria, nec exſpectauit diem.

Iuſſus egredi de terra ſua, non moras nexuit, non diſtulit, ſed obediuit imperanti, cui Deus in præmium celeris egreſſionis è patrio ſolo dedit vniuerſæ illius regionis dominatum.

Zachæi Agilitas. S. Bernard. de Zachæo.

Luc. 19. 5. ſeq.

Huc facit S. Bernardus expendens Zachæi in parendo feſtinationem & operæ pretium, atque mercedem, eius verba ſunt hæc: *Vide Dominum feſtinanter præcipientem, & hominem feſtinãter obedientem: Zachæe,* inquit, *feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: Et feſtinanter deſcendit, & excepit eum gaudens. Animaduertiſti quia & feſtinanter deſcenderit, & gaudenter exceperit: Audiſti obedientiam, audi & obedientiæ remuneratiõnẽ: quia ſalus huic domui facta eſt.*

Marcus Monachus *in obediendo celer.*

Inſuper & miracula celeritatem hanc Deo probari commonſtrant: Ita *Marci Monachi* obedientis litteram ô, relictam ex obediendi celeritate dimidiatam, fuiſſe diuinitus completam auro, in argumentum diuinæ approbationis tradit *Paulus Iuſtinian. tract. de Grad. Obed.*

Virgo Anonyma.

Adhæc rẽ narrat mirabilẽ ex Ioanne Thaulero Ludouicus Bloſius de virgine monacha, quę diuino amore flagrãs optaret videre Chriſtũ; cui ſtatim adſtitit petenti, formam pueruli indutus: cumque ad commune opus cum feſtinatione accerſeretur ex obedientia, puerulo Ieſu ait: en dulciſſime Domine mi, Ieſu Chriſte, pro explẽda obedientia abeo, tu interim me hic exſpecta obſecro, ſi placet, donec ad te redire liceat. His dictis è cella exiit, & quod facere iuſſa erat animo voluntario, hilarique vultu peregit: deinde magna cum celeritate ad cellam reuerſa eſt, quam cum aperiret, mira quædam & radiantiſſima lux oculis eius ſe ingeſſit, adeo vt vix eam ſuſtinere poſſet. Vidit ergo amantiſſimum ſuum dominum in ætate perfecta, tamquam elegantiſſimum iuuenem, 24. annorum adſtantem. Qui interrogatus ab ea, cur ex puſillo tam grandis factus eſſet? reſpondit. Filia chariſſima, profunda velocis atque integræ obedientiæ tuæ humilitas me breui tempore tam grandem fecit.

Berecharius Abbas.

Addo & aliud ex M. Marulo l. 4. c. 3. *Bercharius Luxouienſis* Monaſterij Abbas, antequam

A præeſſe cœpiſſet, vinum de cado in vrnam depromens ab Abbate vocatus, vrna relicta feſtinus cucurrit: vinum vero ſicuti fluebat, repletâ vrnâ non eſt effuſum, ſed ſtetit ac ſi gelu concretum eſſet, donec ille reuerſus cadi foramen obturauit.

B. Ægidius Minorita.

Idem ſenſiſſe ac ſapuiſſe viſus B. ille *Aegidius* S. Franciſci ſocius, qui dicere ſolebat ad Superioris nutũ, ipſos quoq; Angelos delinquẽdos.

Ioan. Scotus.

Nec minus *Ioannes Scotus*, qui propter excellens ingenium & doctrinæ ſubtilitatem, in ordine illo pro Magiſtro habetur, id declaraſſe viſus eſt, de quo ſic Ordinis hiſtoricus: Deambulanti fortè animi gratia in agro ſuburbano ad mænia Lutetiæ, miniſtri Prouincialis litteræ per imprudentiam oblatæ fuerunt, quibus præci-
B picbat, vt ad certum quendam locum commigraret. Is lectis litteris, non vrbem intrans, non ad cænobium regrediens ſuas ſarcinulas collecturus, inde pedes iter arripuit eò, quo proficiſci iubebatur.

1. Reg. 3.

Atque hoc eſt quod à Samuele didicerant, qui ſe à magiſtro ſuo appellari arbitratus, vt lib. primo Regum diuinus Scriptor capite tertio ſcriptum reliquit: *Cucurrit ad Heli, & dixit, ecce ego.* Cuius agilitatem ſine mora, aut querela toties turbatæ nocturnæ quietis, ſine magiſtri deſidis, inertiſque contemptu ac reprehenſione, mirabundus Petrus Damiani commendans, ad iubentis, inquit, imperium perniciter peruolans ſimpliciter ait: *ecce ego, vocaſti me.* Quod ſi iſte in
C veteri lege, quid mirum in nouâ, vitæ nouitatem indutos idem æmulari? *neſcit*, ſiquidem *tarda molimina ſpiritus Sancti gratia*; vbi pridem iam audiri cœpta vox eſt Domini præparantis ceruos, *cuius nomen accelera, feſtina prædari.* Certe id vel de longinquo proſpiciens propheta Habacuc, noſtrum alicuius perſonam referens, *Deus*, inquiebat, *fortitudo mea, ponet pedes meos quaſi ceruorum, & ſuper excelſa deducet me*, vt impigrè, alacriter & ſine fatigatione procurram, neque ſolum in infimis, & in planitie, vt ſolent vulgares homines, ſed ardua quæque & difficilia, omni euicta difficultate tranſcendam, quod merito cæleſtis illi patriæ ciues mirati exclament: *Ecce iſte venit ſaliens in mon-*
D *tibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt dilectus noſter capreæ, hinnuloque ceruorum.* Cant. 2. *Aſſument pennas ſicut aquila, non laborant, & non deficient.* Iſaiæ 40. ſimiles Ezechielicis rotis, *quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes eum; ſpiritus enim vita erat in rotis.* capit. 1. 20. Quid clarius de hac dote Agilitatis dici queat, non video, qua nouus homo vnà cum vitæ nouitate donatus, ſicut *ſcintilla in arundineto diſcurrens* alios illuſtret, ſicut *nubes volans* alios irrigans fœcundet, vt *velox Angelus ad gentem conuulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius, ad gentem exſpectantem* fulminis ocyor alis excurrat.

Iſaiæ 8. 3. Habacuc 3. 19.

Cant. 2. 9. Iſaiæ 40. 28. Ezechiel. 1. 20.

Sap. 3. 7.

Produ͠tur verè, an falſo, nõnulli tãta Agilitate præditi fuiſſe, vt ſuper fluctus currerent proinde ac in terra, nullo etiam in arena relicto veſtigio, & ſuper ariſtas, eas non lædendo, vt Orion, Iphiclus, Camilla regina Volſcorum, Ladas, alijque, ſed Chriſtiana hæc Agilitas tranſcendit omnes. Et conſecuti quidem præclaram huius dotem inprimis Apoſtoli, cum filij Zebedæi à piſcatione vocati *relictis retibus & patre ſecuti ſunt Dominum*, vt loquitur Euangeliſta *ſtatim, Petrus* & *Andreas*, vt ſcribit Marcus, *Protinus*; vt Mattheus, *continuò*. Quam agilitatem expendens Alphonſus Toſtatus cap. 4. Matth. q. 111, rationibus aliquot probat eos non modo nauim & retia in littore reliquiſſe, quod ea curare poterat pater, qui reſtabat, vt *Marcus* narrat, in naui cum mercenarijs, ſed ne domum quidem eſſe profectos, vt vxori, domeſticiſque dicerent vale.

S. Petrus. S. Andreas. S. Ioan. S. Iacobus.

Paulus vero de ſe ita Galatis ſcribit, *cum autem placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt euangeliſarem filium ſuum in gentibus, continuè non acquieui carni & ſanguini, ſed abij in Arabiam*, &c. neque hic ſtetit, ſed quotidie celſior aſſurgens, quaſi incorporeus, immo igneus Orientem atque Occidentem peruagatus, Euangelium Chriſti vbique diſſeminauit.

S. Paulus. Gal. 1. 15.

De Apoſtolo autem Thoma, quam iſte glorioſa hac dote excelluerit gratum, vt arbitror, erit intelligere: affirmat ex B. Petro Chryſologo Silueſter Prieras in aurea ſua Roſa, ſolum hunc Apoſtolum vniuerſum terrarum orbem percurriſſe, pacem & miſericordiam omnibus annuntiando. Accepto ſiquidem Sp. ſancto ſtatim in Orientem profectus, tres iſtic Magos baptiſauit, eoſdemque prædicationis ſuæ ſocios & adiutores fecit. *Chryſoſt. homi. 2. in Matth. Pintus dial. 4. c. 21.*

S. Thomas, *eiuſque peregrinationes, & Agilitas.*

Inde ad Septentrionales partes ſe contulit, vnde reuerſus, in Meridiem tranſiit, vbi Abaſſinos docuit, teſte Iacobo Nouarcho. Ex Æthiopia in Socotoram Inſulam, ad promontorium, quod modo *Guardia fumi* nuncupatur, traiecit, non procul à freto maris rubri, vbi & templum in honorem ipſius exſtructum antiquitus volunt, narrantque Inſulani, ſuos maiores doctrinam fidei ab hoc Apoſtolo accepiſſe, vt *P. Gonſalus Rotericius* ſcriptum reliquit.

Hinc recto itinere in Perſidem, Mediam, Parthiam, vt Euſebius lib. 3. hiſt. c. 1. profectus fuit, deinde per Hyrcaniam, Bactrianos, & Sacos in Indiam Orientalem penetrauit, vt auctor eſt *S. Hieron. epiſt. ad Marcellam.*

Addit Abdias in Scythiam deueniſſe extra Imaum poſitam, Cataium, regnum Mangiæ vſque ad Oceanum perluſtraſſe.

Scribit P. Emmanuel Nobrega ex Braſilia citeriori Americæ parte, incolas iſtic S. Thomæ notitiam etiamnum retinere, eumque iſtac iter feciſſe à maioribus ſe accepiſſe, & veſtigia Apoſtolica etiamnum cerni propter cuiuſdam fluuij ripam, quæ vt certius cognoſceret, locum inuiſiſſe, & propriis oculis conſpexiſſe: integra vtpote quæ nunquam aquis cooperirentur, magna religione ab incolis frequentata.

Præclara ſane ac ſtupenda noui hominis huius agilitas, eò ſe velociter rapientis, quocunque Spiritus ferret, digna profecto quæ feliciſſimo, traduce in poſteros fuerit propagata. de quo

Vnus hic mihi centenos inter paginam faciet S. Franciſcus Xauerius, Apoſtolici ſpiritus, gloriæque præclarus hæres, de quo abſque omni inuidia dicere poſſim, quod de Palladio quodam, Romani imperij curſore celerrimo dicere ſolebant ad Theodoſium Imp. eius aulici ac dynaſtæ, non ſine feſtiuo quodam ſenſu ac plauſu: Palladium feciſſe Romanum Imperium breue & anguſtum, quia tanta illud celeritate circumibat ac perluſtrabat, vt breue & anguſtum videretur. *Nicephor. l. 14. c. 21.*

S. Franciſc. Xauerius *Agilitate dotatus maximâ.*

Quid enim Xauerius? non modo Romanum Imperium, ſed vniuerſum orbem exiguum reddidit & anguſtum, ob variam illam Agilitatem, qua eum percurrit, adeo vt non immerito illi accommodari queat id, quod cap. 38. Iob legimus: *quis dedit vehementiſſimo imbri curſum?* vt ſignificetur quanta celeritate imber in terram fertur, tanta Xauerium totam propemodum terram circumiuiſſe, cum tamquam penè natus ab occidente in Meridiem, à meridie in orientem penetrauit, & velut incorporeus labores omnes, periculaque contemſit, prædicãs Euangelium, *non vbi nominatus eſt Chriſtus, ſed, ſicut ſcriptum eſt, quibus non erat annuntiatus.*

Iob 38. 25.

Rom. 15. 20.

Memoranda ſane, atque illuſtris tanti viri, nouique Apoſtoli gloria, quam cum vitæ nouitate conſecutus, Chriſtianæ Agilitatis factus eſt hæres, quam vt penitius in eo cognoſcamus ex S. Patre eius, magiſtroque Ignatio profuerit didiciſſe: prouidens hic velocem fore depoſitionem tabernaculi ſui, cum Franciſcum præcipuum Societatis columen Romam reuocandum cenſuiſſet, epiſtolam ad eum ita ſcripſit, vt expoſitis conſilij ſui cauſſis: ad extremum vna littera I, ſeorſim ſubſcriptioni adiecta rem deſignaret omnem. Significabat ſcilicet adeò ſe Franciſci obedientiæ confidere, vt non dubitaret, quin Romam, vel ex vltimis terris, & ex medio Euangelij curſu reuocanti, etiam nulla talis itineris cauſa demõſtrata, obtemperaturus eſſet, vna duntaxat littera, qua ire iuberetur, inuitatus. Neque ſua Ignatium de Franciſci obedientia opinio fefelliſſet: omnino enim illud I, eius perpuliſſet animum, vt è veſtigio ab vltimo ferè oriente in Europam iret, niſi ante Ignatij litteras perlatas, ille iam ad ſuorum laborum præmia abiiſſet in cœlum. *Turſellin. l. 6. c. 8.*

Vnde non nemo tam in eiuſdem S. Franciſci Xauerij laudem, quam ad poſterorum omnium

Digitized by Google

nium vtiliſſimam inſtitutionem ſic cecinit:

Hunc eſſe vere Ieſuitam dixeris,
Quem per rubentem & ſole & auro Perüam,
Criſpum per Afrum, perque Memnonias domos;
Et horridam Arcton, vna mittit littera.

Sed quid horridam Arcton, ceteraſque duriores cœli plagas commemorat, mortem ipſam dicere debuiſſet, ad quam non minore Agilitate nouus homo procurrat, quam vetus ad nuptias feſtinet, teſtis mihi vnus de mille ſit Petrus, quē Soc. IESV poſt Ignatium & Xauerium fibrum ſuæ amplitudinis agnoſcit, ipſaque obediendi Agilitas terris exemptum ſubduxit in cœlum. Ab Ignatio enim ſummis calotibus, qui Romanum cœlum tum primò ſubeuntibus peſtiferum reddunt, in vrbem reuocatus, quamquam curatiſſimè amicis, medicisque monentibus cunctaretur paulum, dum pluuiæ æſtatem frangerent, nihilominus curſum tenuit, & conſtanter, quo vocabatur, ire perrexit, exiſtimans homini religioſo cui viuere ſemper neceſſe non ſit, obedire ſemper eſſe perneceſſarium: itaque paruit, & obiit. Verum non diſſimulauit è beata cœli regione, quæ hac tanta virtute cōſecutus eſſet præmia palam facere; oſtendit ſe amico beata luce collucentem, monuitque obedientiam illam, quæ mortali noxia fuerat, frugiferam immortali ſibi fuiſſe magna acceſſione felicitatis. *Andreas Ouiedus.*

P. Petrus Faber.

Sed quid de agillimo fratre noſtro Benedicto Goëzio dicam? quem vbi Virgo Mater in nouum hominem ſuis apud filium precibus effotmaſſet, tanta huius dotis abundantia circumfluere cœpit, vt infinitam difficillimamque ab India ad Sinarum vſque fines, de Cataio, eiuſque gentibus Euangelio opportunis, quod famâ dudum vulgauerat, indagaturus ſuſceperit péregrinationem.

Benedictus Goezius.

Iam plurima tegna regioneſque barbaras per mille pericula emenſus, interioribus Aſiæ perluſtratus, Harcandam venerat, ignotam hominibus noſtris vrbem, regionis eodem nomine caput: vbi omnia late incolentibus Mahometanis adeò certa ſe pericula vlterius porrò tendenti offerebant, vt viæ comites Armenij de reditu cogitatent, & Rex ipſe reditum ſecurū pollicetetur. Sed in tanta maiorum imperia interpretandi occaſione, integram tamen Agilitatis laudē retulit Benedictus, profeſſus apud comites mori ſe malle, quam Præſidum iuſſa eludere, redirent illi, ſi collibitum eſſet, ſibi fixum, reliquum itineris experiri. Fecit operæ precium in Sinas delatus, quod Catai regnum certiſſima totis illis tegionibus peregrinantium fama atque ſermonibus, ipſaque comperit peregrinatione, vt iam famæ cautius credendum ſit, quæ incertis auctoribus gliſcens, arbitrio denique ſuo componit longinqua terrarum. Tanti refert glorioſis hiſce motibus non ſegniter obſecundare.

A Num & in Virginibus locum hæc habeant. Imò ſane, nec infimum eum, vel inauſpicatum: documento ſit magna *Thereſia*, quę commemorare ſolita, fuiſſe vnam è ſuis, cui, dum prope vliginoſam piſcinam conſiſtenti Antiſtita diceret, virtutis experiendæ cauſâ, an in illam parata eſſet deſilire; nulla abſurdi imperij interpretatione in piſcinam profundo iam luto ſtatim deſiliit. Miramur. Agilitatis dote locuples erat.

S. Thereſia.

Matronis aduerſum viros celerē obedientiam matrimonij auctor & ſator hominum Deus, à conditu rerum imperauit, quam ſi pertinere ad ſe, vt decet, nouæ nuptæ arbitrarentur, trāquilliores ciuium domos haberemus.

Talis S. illa *Franciſca* de Pōtianis, vulgò Ro-
B mana, fuit; contulerat hæc ſeſe quadam die ad Oratorium ſuum, penſi cuiuſdam horarij, cui à teneris aſſueuerat, exſoluendi gratiâ, cum ſubito coniugis ſui accita imperio, ſepoſitis è manu precatoriis libellis ad eum illico feſtinat, auditiſque rationibus facit ſatis: ergo vnde venerat curriculò reuerſa, vix genua humi defixerat iterum accerſitur, & actutum paret: expedito negotio propter quod aduenerat, denuo, quod interruperat reſumit: & en vel Dei tentantis eam certo conſilio, vel maligni hoſtis inuidentia, tertiò vt deſcendat à marito euocatur. Laſſaſſe hæc aliam imperia tam crebra, atque importuna potuiſſent, non tamen Franciſcam: eodem, quo ante vultu aduolat, man-
C data excipit, quæſitis reſpondet, & abit, vel hac ſaltem vice confiſa ſe officio pietatis ſuæ facturam ſatis; ſed aliter ſe res habuit, vix dimidiam precum ſuarum portionem expediuerat, cum à marito quid neſcio ex ea ſcire cupiente, quod rem domeſticam propius concernere videbatur, magna contentione iteratò accitur. Surgit illicò Franciſca, nulla facti diſplicentia, nulla animi commotione retardata, quartò eundem verſiculum interrumpit, & marito ſe ſiſtit. *Ite Angeli veloces: Dicite Iuſtæ quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.* *Iſaiæ* 3.10. Quinto iam ad intermiſſas preces agilliſſima Matrona redierat, & ecce verſum illum toties vi coniugalis obedientiæ interciſum litteris aureis
D fulgentem reperit, clarioribus in cœlo luminibus exceptum. Sed pedem prouehamus.

S. Franciſca Rom.

Iſaiæ 3.10.

Et hæc animis nouorum hominum cum Chriſto ſpiritualiter reſurgentium, ex ſimilitudine quadam ad dotem corporibus eorum promiſſam communicari hactenus vidimus, ita tamen vt corpora per anteceſſum quendam de ea participent, magna ſui gloria ac nouæ vitæ commendatione præclara atque ita legimus *Philippum*, cum in via, quæ ab Hieroſolymis Gazam ducit, Reginæ Candacis Eunuchum baptiſaſſet, ſubitò ſe ab eius oculis ſubduxiſſe, & vſque in Azotum auolaſſe.

S. Philipp. Diaconus.

Tradunt ſimiliter Apoſtolos per diuerſa orbis loca diſperſos, eodem tempore per ſublime

SS. Apoſtoli in funere Deiparæ.

 Hiero-

Digitized by Google

Hieroſolymam conueniſſe, & lectulum abitu- A rientis Virginis Matris ambiuiſſe.

S. Maurus.

Cum forte Placidus S. Benedicti diſcipulus aquam è lacu hauriret in medias vndas abreptus mergi cœperat: orationi vacabat Benedictus, & quamuis abſens, hoc vidit, exclamauitque, & *Mauro* imperauit, vt accurreret & opem ferret: ille dicto audiens tanto diuini ſpiritus impetu raptus fuit, vt ſuper vndas aduolans, ex ijs *Placidum* eriperet, neque prius aduerteret ſe ſuper aquas ambulaſſe, quam vnà cum ſocio ad ripam perueniſſet. *S. Gregorius.*

S. Franciſc.

Viſus aliquãdo S. *Franciſcus* fuit ſocium ſuum Maſſæum arctè complexus in aëra ſecum efferre: quin aliquando ſolitarijs in locis ſublimis adeò in altum efferri, vt humanus obtutus B aſſequi eum non poſſet. *Annales Minorum.*

S. Anton. Patauin.

De S. *Antonio* Patauino, tradit idem hiſtoricus nocte vna Patauio Vlyſſiponem deueniſſe.

S. P. Ignat. Loyola.

De S. P. N. *Ignatio* auctor eſt Petrus Maffæius, viſum eſſe aliquando in contemplatione cœleſtium defixum quatuor circiter cubitis à terra ſublimem, ſpiritu ſarcinam corporis eleuante.

S. Franciſc. Xauerius.

Quod & de S. *Franciſco Xauerio* complures viri honeſti & graues liquido affirmarunt, viſum à ſe tàm, cum rem diuinam faceret, ſublimen à terra, quàm dum ſacratiſſimum Chriſti corpus populo diſtribueret amplius cubito ſublimem teneri. *Horatius Turſellinus* in hiſtoria.

Iulius Mancinellus.

Hos inter cum primis emicat gratiſſimum C mihi nomen P. Iulius Mancinellus, natione Italus, patria Maceratenſis, Societatis Iesv eximium decus & abſolutę ſanctitatis præclarum exemplar. Is cum ſæpe alias rapiebatur à terra ſublimis cõtemplatione cœleſtium & ſui ipſius demiſſione, tum in ſacro maximè, cum rem diuinam faceret. De P. autem *Ioſepho* Anchieta magno ſæculi proxime elapſi thaumaturgo cõſtat, inter orandum ſæpius fuiſſe in altum eleuatum clariſſima luce circumfuſum muſica interim cœleſti perſonante. Ad hæc momento temporis longa itinera decurriſſe, arbitrio ſe ſuo inuiſibilem reddidiſſe, nunc ſubducendo ſe, nunc reddendo hominum conſpectibus, ſtupore incredibili ſpectantium, & applauſu. *Vitæ* D *auctor.*

Ioſephus Anchieta.

Hoc de S. Maria Ægyptiaca poſteaquam è morte peccati ad vitæ nouitatem ſurrexiſſet teſtatum dedit vitæ auctor, ſæpe in aëra tolli ſolitam, ſuper aquam ambulaſſe, &c.

Præterea *Agnetem Aſſiſiatem, Ioannam Vrbeuetanam, Agnetem Politianam, Margaritam Tifernatem, Catharinam Senenſem, Luchinam Soncinatem* aliaſque plures, quas in ſublime abreptas omni fide digniſſimi teſtes affirmarunt, omnes agilitatis dote per anticipationem illuſtres.

Et miranda quidem hæc, dum viuentium hominum corpora in ſublime feruntur; at multo magis mirum, ſi vel cadauera vel eorum membra: viuentium namque corpora quodam ſaltem ſpiritu reguntur ac ſubleuantur, qui intimè illis inhęret, at inanima nullo modo. Quocirca vt Deus palam faceret, quanto nouorum hominum cadauera in honore habenda eſſent, quantique ab omnibus æſtimanda, voluit interdum illa mirabili quodam modo in altum cum maxima quadam omnium admiratione ſuſtolli.

Ita de capulo, cui *Cornelij Centurionis* corpus includebatur, ſcribit Metaphraſtes, iſtud ſe loco plurimis inſpectantibus, mouiſſe, ac nemine id vel impellente vel ſuſtinente per longum viæ ſpatium progreſſum, in templo quodam conſtitiſſe.

B. Albertus Magnus.

Cum ſepulchrum B. Alberti Magni Epiſcopi Ratiſponenſis poſt annos plurimos ab eius obitu recluderetur, repertum cadauer eſt eius non ſupinum, vti collocatum fuerat, ſed genibus innixum, in modum ſupplicis. ac preces ad Deum fundentis, quod nulla mortalis hominis manu factum, dotem hanc non obſcurè innuere videtur.

Obierat S. Virgo Landrada, ab hoc, ſpectabilis Lamberto Epiſcopo tumulum eo in loco ſe velle ſignificauit, in quem antè de cœlo Crux fuerat delapſa; Verum id ne fieret, cum homines interceſſiſſent, beatum corpus, nullis mortalium viribus ad prædictum locum commigrauit: *Surius.*

Vnde luce meridiana clarius Veritas patet, quam olim Euangelicus nobis Vates enuntiauit, dicens: *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt & non deficient.* Iſaiæ 40. 31

CAPVT OCTAVVM.

Quarta Dos corporis Chriſti è tumulo prodeuntis, ſubtilitas, quam dum nouus homo præſeferre ſedulo conabitur, non ſimulatè ſe à morte ad vitam reſurrexiſſe oſtendet.

In Deo meo tranſgrediar murum. Pſalm. 17. Pſal. 17. 30.

Seminatur corpus animale, ſurget autem ſpirituale. 1. Cor. 15. 1. Cor. 15.

Nihil inuium Virtuti.

Quid ſubtilitas ſit?

PEr Subtilitatem hanc Corporis glorioſi intelligere ſolent Doctores vim quandam ſingularem ac facultatem ſe mouendi, & quocunque ingrediendi vel egrediendi abſque alterius corporis impedimento, vnde fit, vt duo pluraue corpora ad modum ſpiritus ſe mutuo penetrare poſſint, atque adeò eſſe ſimul.

Ad virtutem autem, modumque, quo id fiat, quod attinet, non eſt Dos hæc qualitas aliqua corpori

corpori addita ipſum formaliter afficiens & formaliter tollens repugnantiam naturalem, quæ inter duas quantitates, reſpectu eiuſdem ſpatij inuenitur, ſed ſita eſt tum in pacto, quo Deus ſtatuit mouere corpus Beati quocunque ipſe voluerit: tum in virtute intrinſeca & inſtrumentali animæ, vel corporis, cui ratione beatitudinis datum eſt, vt poſſit ſe hoc modo mouere, atque ita Chriſtus ad diſcipulos ingreſſus eſt ianuis clauſis, qui ante de clauſo egreſſus fuerat ſepulchro, imo cœlos omnes, quos antiquiſſimus ille diuinæ Maieſtatis libellio, Iobus ſolidos ait, tanquam ære fuſos, penetrauit, non per incorpoream naturam, vt loquitur S. Ambroſius, ſed per reſurrectionis corporeæ qualitatem.

Hæc proprietas indicatur à Paulo his verbis: 1. Cor. 15. *Seminatur corpus animale, ſurget autem ſpirituale.* Hæc enim eſt propria ſpiritus conditio. Velocitas namque & agilitas quodammodo poteſt eſſe corporibus communis: tranſire autem abſque impedimento corporis, proprium eſt ſpiritus, communicatur autem corporibus glorioſis ad maius eorum ornamentum ac decus, nec implicat contradictionem, vt aliqui perperam philoſophati ſunt, quod vnum corpus ſimul cum alio ſit quantitatiuè in eodem loco; vt bene S. Thomas docet, quamuis enim inter quantitates, naturalis ſit repugnantia in ordine ad idem ſpatium, tamen non inde fit, vt Deus virtute ſua non poſſit illam ſuperare, vt in Chriſto factum, qui poſt Reſurrectionem ſimul eundem locum non ſemel cum alijs corporibus occupauit: nec ſequitur quoque proprietatem hanc ratione beatitudinis debitam eſſe corporibus glorioſis, quia dici poteſt non conuenire hoc corpori Chriſti ratione beatitudinis, ſed ratione vnionis: nam etiam ante Reſurrectionem interdum hac proprietate ſui corporis vſus eſt, dum è matris vtero illæſo prodiit, &c. Quod feciſſe ille credendus, vel propter vniuerſalem potentiam miracula patrandi, vel quia duplici titulo illi hoc debebatur, ratione ſc. gloriæ & vnionis, vel quia volebat in mortali via, quædam indicia & veſtigia gloriæ corpori ſuo debitæ exhibere.

Verum vt omne bonum ſui communicatiuum eſt, voluit magnus ille hominum amator & cuſtos Chriſtus, dote hac ſua amicos participare, eos præſertim, quos de reſurrectione ſua præcipuè communicaſſe videret, Rom. 6. 4. dum *ſicut ipſe ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita illi per gratiam eiuſdem in nouitate vitæ non deſinunt ambulare:* quo fieret vt iraſcibili eorum appetitu magnos animos concipiente, ipſi oppoſita omnia virtuti impedimenta exſuperent, in Deo ſuo tranſgrediendo murum, corporis inſtar glorioſi, quod obiectos etiam ſpiſſiſſimos parietes valet penetrare.

Nec mirum, tanta ſiquidem dulcedo, atque A alacritas hinc exiſtere ſolent, vt non magis de aduerſis, quam proſperis laborent, Samſoni hic ſimiles ac Dauidi qui *cum leonibus ludebant, quaſi cum agnis, & in vrſis ſimiliter faciebant, ſicut in agnis.* Eccli. 47. 3. Eccli. 47. 3.

Experimentum quærimus? dabit vel vna Magdalena idoneum ac graue: *Stabat hæc ad monumentum foris plorans, conuerſa autem retrorſum, vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt. dicit ei Ieſus: mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam.* Ioan. 20. Ioan. 20. 15. Ita profectò erat, nec hilo minus: tanto ſiquidem amantiſſima hæc Chri- B ſti diſcipula amore flagrabat, vt nil minus reapſe præſtitiſſet, quam ore proloquebatur, quamuis in Herodis regiam, vel Pilati prætorium à militibus ablatum, vel à Principibus Sacerdotum in arcem Sion auectum intellexiſſet, ſibi temperaſſet, vſque adeo viribus animi ſui à morte Domini pollere cœperat, vt quamuis res omnes creatæ aduerſus eam infeſto fœdere concurriſſent, ſibi prærogaſſent nihil.

Atque hic ille ſtatus, ſiue conditio eſt, verè felix, & votis omnibus expetenda, ad quam anima iſta feliciſſimè deuenit, quæ Reſurrectionis Chriſti particeps facta eſt: nihil huic minus difficile iam accidit aut moleſtum, quam C id in quo ante laborem inuenerat & dolorem, carnis & ſenſuum ſponte aſſumpta vexatio, contumacium animi motionum aſperior coërcitio, cibi abſtinentia, ſui neglectus atque contemptus, olim ardua, nunc ſolatia ſunt.

Antè, vi opus erat, ad pia extundenda colloquia, nunc ſummæ voluptatis oblectamentum eſt, eiſdem diſtineri.

Antea ſi turbidos animi motus cohiberet, contemptum ferendo, benignis oculis vultuque eum intuendo ac ſalutando, à quo iniuriam, atque conuicium tulerat, fiebat id quidem, ſed multo pòſt certamine ac labore, nunc verò ex facili corona hæc petitur & obtinetur: de quibus illud Eſaiæ cap. 40. *Mutabunt fortitudinem:* Iſaiæ 40. quaſi diceret propheta, ſi ante animus eis e- 31. rat, quo in virtutum ſtudio ardua ſuperabant, D nunc generoſius progrediuntur, velut nihil moleſtiæ ſentientes. Conualuerunt animis non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare. 2. Machab. 11.

Vtar hic verbis Sirachidæ, dicamque, *quid adhuc retardatis, & quid dicitis in his?* Eccli. 51. Eccli. 51. Cum de maiore Dei obſequio, gloriaque am- 32. plificanda agitur, num à teipſo deſciſcis, teque *Amanda* deſtituis, vt eum ſequare, an verò iniecta mora *ſpiritualis* reſtitas, diemque de die trahis? quid, ſodes, te *Subtilitas.* ſiſtit? quid detinet currentem? tot, tantaque lumina cordi tuo accenſa, tot beneuolentiæ diuinæ chariſmata animo tuo indulta, ſua nequeunt grauitate tuæ pondus euincere voluntatis? ſi ita eſt, necdum è mortuis cum Ieſu ad

vitam

vitam ſuſcitatus es,faceres alioquin eius exemplo, vt coram Angelis atque hominibus pateret liquido, donum te Subtilitatis conſecutum eſſe.cui nihil imperuium, impenetrabile occurrit nihil.

Ioel 5.10.
Iudicum 14.14.

Infirmus dicat:quia fortis ſum ego. Ioel.3.quid enim? *de forti egreſſa eſt dulcedo.* Iud.14. Sequere anima mea,ſequere,non eſt niſi gaudium ac voluptas ſequi,quo Ieſus noſter præceſſit. Dicam cum Paulo: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto: quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens:quæ ſurſum ſunt ſapite,non quæ ſuper terram,* vt cũ S.Hieronymo Socraticum illud multo ſanctius quam ab auctore ſuo pronuntiatum eſt, vſurpare poſſitis ἀεροβατῶ ϗ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, in cælum conſcendo,ſolum hoc, ſolemque deſpicio. Quin eo pergimus, quin eò toto niſu & conatu procurrimus? vbi nos Sancti de ſua felicitate ſecuri, de noſtra ſoliciti, vbi nos Chriſtus,qui præceſſit exſpectant: terrenis omnibus renuntiandum eſt, vt nihil ex eis,præter quod neceſſarium feramus. Quid hæremus? punctum hoc deſerendum eſt,quod inter mortales ſtolidos,inter formicas, ferro & igni diuiditur, ad palatia Sanctorum vaſtiſſima, opulentiſſima,auguſtiſſima pergendum eſt, rumpendi aditus, ſuperanda repagula, omneſque obices generoſè tranſcendendi.

Colosſ. 3.1.

Præiuit Ignatius, ille ex Ioannis Apoſtoli ſchola docilis oppidò diſcipulus,qui tam altè in pectus ſuum dimiſerat Ieſu amorem,vt hunc vnum lingua loqui, vnum hunc ſequi animus vellet, vnde & glorioſum Theophori nomen reportauit,hic itaque in epiſtola, quam ad Romanos dedit,ſic ad rem noſtram, quanta Animi ſubtilitate præſtiterit,declarat: *Nunc,*inquit, *incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his,quæ videntur, deſiderans,vt Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis,Crux, beſtiæ,confractio oſſium,membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant,tantum vt Chriſto fruar.* Nec minus, quam ſcripſit, feciſſe inuentus eſt;cum enim ad beſtias iam damnatus eſſet,laborantibus ex hoſtili manu eripere præſulem ſuum Chriſtianis, ſolus nimirum ipſe interceſſit, Dei amore obteſtatus,ne ad coronam currenti obſiſterent. *Metaphraſt.*

S.Ignatius Martyr.

S.Martin.

Martinum narrat Neophytum Sulpicius c.3.cum Iulianus Apoſtata dimiſſionem à militia metui adſcriberet,non religioni, reſpondiſſe,illato ſibi factum terrore conſtantiorem: ſi hoc ignauiæ adſcribitur, non fidei,craſtina die ante aciem inermis adſtabo, & in nomine Domini Ieſu,ſigno Crucis, non clypeo protectus, aut Galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. O veram noui hominis ſubtilitatem,nullos obices, obſtacula nulla formidantis.

Ioannes Fanenſis Capuccin.

Sed ad recentiora veniamus:Veronam appulerat ignota ibi adhuc Capuccinorum diſciplina *Ioannes Fanenſis*, cuius olim ex acerrimo hoſte, dato exinde in eam nomine, ardentiſſimus euaſerat propugnator. Noua veſtis, & perabſurda,vt tunc quidem videbatur, curta ſcilicet tunica & centonibus rudem in modum conſuta, acuminatus cucullus,ipſe procera ſtatura,grandi exhauſtus macie,caluuſque,omnium animos, oculoſque in ſe conuerterat; & pleriſque ſatis fuit admirari,ſed plebis infima ſæx, & puerorum petulantiſſimi ſibili tranſeuntem excipere, coniectoque luto,& quæ fors obtulerat,viarum purgamentis exagitare,atque è vicinia exigere, tanta inſolentia, vt cum nudo incederet vertice, minutis lapidibus tamquam grandine tecta, quateretur:quin ad Matthæum Gibertum Antiſtitem ire volentem ſæpius,nec ſine conuicio, famuli atque atrienſes repulerunt.Tantam hanc rerum iniquitatem ſubtili ſua patientia vicit ac victor Ioannes penetrauit, ad Epiſcopum peruenit, ab eoque dicere iuſſus ad concionem attonitam, patientiæ miraculo, facile in ſui,ſuorumque amorem attraxit. *Bouerius in An.*

Catholicus Anglus anonymus.

Catholicus Anglus apud amicum eiuſdem religionis pecunias ſuas omnes depoſuerat; id ſubodorati ſagaciſſimi Hæreſeos ſatellites irruunt,ac diripiunt vniuerſas. Hoc ille vt audiuit,gaudio exultans, oculiſque ac manibus, ac multò magis animo in cælum conuerſus; bonum factum, inquit, gratias ego ob hanc rem magno Deo ingentiſſimas ago, habeoque, qui me omni vilium curarum nexu emancipandum in ſuæ prouidentiæ clientelam ſubtiliter aſciuit. Vnum illud doleo,quod minimo impendio tantum redemerim bonum. *Ioann. Rho in varia Hiſtor.*

Petrus de Alcantara.

Verum quid dignum *Petro de Alcantara* in hanc paginam diſtillem? quem eò ſubtilitatis deueniſſe legimus, vt corpore ſupra omnem vſum attenuato,ſpiritus eſſe propemodum, dicique mereretur: cella vtebatur anguſtiſſima, quatuor paſſus in profundum, tres in fronte, adeo humili, vt ipſe qui procerus eſſet, erecto corpore ibi eſſe non poſſet: ſomnum capiebat reclinato in tigillum è pariete prominens capite, eique per quadraginta annos ſeſquihora tantummodo ſe permiſit,quamquam ſeſe pugnaciſſimè ſomnus ingereret. Tunicam ex laminis ferreis ſtanno tenuiſſimè illitis minutim pertuſis, obuerſiſque, ad nuda membra punctiunculis,ſquammatæ in modum loricæ, contextam ſeptem annos indutus habuit,quare neutiquam admirandum,quod à S.traditum Thereſia legimus arida & arboris cortici ſimillima, cute vix obducta oſſa homini ſuperfuiſſe. Nec plura opus habent, qui carnem peroſi & noui homines iam facti, qui cum Chriſto ſurrexerint, vt ſpiritibus, quos carnem & oſſa habere negauit Chriſtus,ſimiliores iam hinc euadant,ipſam expunxerunt. *In Vita.*

B.Franciſc. Borgia.

Et huic quidem,vt non immeritò accenſeam *B.Franciſcum Borgiam* æquitas facit;erat ille multo olim

ſo olim abdomine grauis,non vt militaribus exercitationibus ſufficeret, quod de Chiapp:no Vitellio,qui ſexaginta pondo decreuit, accepimus,verum vt expeditior Chriſtianæ ſanctimoniæ ſtadium decurreret, eam ſiue naturæ, ſiue lautioris vitæ fæditatem, vna cum vetere homine egregiè caſtigauit. Etenim cum paucis olerjibus Prorex adhuc,& ſæpius menſe inſtructiſſimæ accumbens victitaret, euſque illa ciborum abſtinentia corpus exſiccauit, vt vaſti primum ac proiecti ventris. cui, lunata, vt aſſideret,menſa opus eſſet,poſtea vero inanis ac frigidi pellem, follis vacui, aut abollæ in morem cõplicare habuerit neceſſe,ex quo de animi ſubtilitate,in perrumpendis ceteris vitæ melioris initiis pronum eſt arbitrari. Quia verò è domeſtico penu appetitum ciui, ex eodem lenire illum,nec diſſimili promulſide ſolari ſtatui:

S. Franciſc. Boutonus Soc. Ieſu.

Franciſcus fuit Boutonus vir in Societate Ieſu præter reliquas, quibus ornatiſſimus erat, virtutes,præclara, humanarum, diuinarumque rerum ſcientia nobilis, duodecim hic annorum duriſſimam ab omni fere obſonio abſtinentiam ita diſſimulare ſtuduit, vt ingens ab illa vtrique exercitationi ſplendor accederet. Pane tantillo iuſculo madido,ſolùm quantum ſatis erat, diſſimulanti,totò duodennali æuo vixit, paulatimque ad ſupremam euectus charitatis metam, cũ peſte laborantibus Lugduni omni ſacerdotali ope præſto eſſet, ſui ac mortis victor egregius exceſſit: qui enim nulla voluptate, ſed vna neceſſitate vitam tuentur, quid à morte ſibi timeant, vix habent, ſacræ ſubtilitatis dono aduerſa omnia, clauſaque penetrantes. *Ioan. Rho in Var. hiſt.*

Pſal. 17. 30.

Dixerit olim Ieſſæus Dauid Pſalm. 17. *quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum*, S. vero Franciſcus Xauerius reipſa præſtitit, dum Apoſtoli per nouum orbem non tam nomen,quam vitam tulit,ad id muneris ab ipſo Numine euocatus. Siquidem multa ante in ſomnis tetri coloris hominem, qualem Indum pingimus,portare humeris ſibi per quietem viſus eſt. Et quid aliud vigilans poſtea egit, cum eiuſmodi hominum decies centena millia ad Eccleſiæ gremium ſuis humeris tulit, & non tam vultus,quam animos fuſcos ſacrâ vndâ ſolus lauit, & cæli candidatos eſſe iuſſit, cum in ampliſſimum Sinarum regnum pluſquam adamantinis ſeris clauſum,tanto ſeculorum ambitu apertum nemini, qui ſementem iſtic Euangelij faceret,ingredi conatus, in ipſo eius portu ad cælum animam appulit, vnde mox ſociis idem reductis valuis feliciter reſerauit. *Turſellinus in Vita.*

S. Franciſc. Xauerius.

S. Thereſ.

Sed non ita hac dote excelluiſſe viros credendum eſt, vt eiuſdem exſortes manſiſſe feminas putes: teſtabitur id *S. Thereſia*, de qua id liberè dixerim, paucas illi in vitæ nouitate conferendas, hæc itaque poſteaquam Sanctorum A Martyrum acta attentius perlegiſſet, tantopere in Dei amorem exarſit, vt domo aufugiens in Africam traiiceret, vbi vitam pro Ieſu Chriſti gloria & animarum ſalute profunderet, verum à patruo reuocata, ardens martyrij deſiderium eleemoſynis, aliiſque piis operibus compenſauit: hinc Angelicis ditata virtutibus non modo propriam, ſed publicam etiam ſalutem ſolicita charitate prouexit. Quare ſeueriorem veterum Carmelitarum regulam Deo afflata primum mulieribus, deinde viris obſeruandam propoſuit: & effloruit in eo conſilio omnipotens miſerentis Domini benedictio, nam duo ſupra triginta Monaſteria inops virgo potuit ædificare, humanis omnibus deſtituta auxiliis, quinimmò B aduerſantibus plerumque principibus ac dynaſtis. Acceſſit præterea Votum maximè arduum, quod Deo conſiliante emiſit, efficiendi ſemper quidquid perfectius eſſe intelligeret. Niſi hoc ſit admirabili prorſus animi ſubtilitate præcellere, amens ſim: nihil eam à propoſito auocabat, nulla obſtacula præpediebant, perrumpebat omnia, victricem ſe inferebat vniuerſis.

Catharina pænitens.

At forte è pænitentiæ ſalebris pauperem, ſed dote hac diuitem ac locupletem audire quis cupiat: Ecce *Catharinam*, cui à pænitentia inditum nomen eſt, quæ vt primum ſapere cœpit, ac libidines, quibus aſſueuerat, auerſari, aureis catenis in verbera euibratis, ac latè cruentatis, Auſteritatis tyrocinium poſuit, mox paulatim imC petratis à cælo viribus, ter ſingulis noctibus, cruenta in ſe flagellatione aduertebat.

Aſpero mox vſa lectulo, deinde nullo, ſomnum, cui non vltra duas horas indulgeret, ſedens reclinato in dexteram capite, admittebat. Eadem cellula anguſtiſſima perpetuò velut in carcere ſe continens, quò corpore attingere necdum poterat, per dies ſingulos, in cælum ſubtili mente, animoque penetrabat: vt iam Pelagias, ac Thaiſes in vna hac Catharina, fæcundæ Sanctorum Senæ dici poſſint non infeliciter protuliſſe. *Hiſt. Senenſ.*

Subtilitas Corporum in hac vita conceſſa quibuſdam.

Ab animis ad corpora etiamnum hîc peregrinantia deſcendo, dicoque & hæc ſubinde ſoD cio priuilegio gaudere, vnde fiat, quamuis naturaliter contingere nequeat vt corpus ab alio penetretur, & tamen integrum perſiſtat atque illæſum, non paucis tamen nouorum hominum corporibus, qui iam ſurrexerant cum Chriſto, diuinitus id fuiſſe conceſſum, vt alia corpora ſine vllo ſui peruaderent detrimento, accepimus; idque vel ea præcipue de cauſſa quod Corpori Chriſti, per ſpiritualem hanc reſurrectionem forent coniuncta: illi namque nihil non peruium fuit, vnde legimus è ſepulchro, quod exciſum erat in petra, obſignatumq; Cæſaris ſigillo, exiuiſſe & clauſis oſtiis ad diſcipulos intraſſe.

Alexandro Papæ.

Quod accidit Chriſto, accidit & Alexandro Papæ primo, qui è carcere egreſſus in ædes Quirini clauſas, ad Hermetem perductus fuit. *Baron.*

Simi-

Petro Exorciſtæ.

Similiter *Petrus exorciſta* è carcere vndique obſerato, mirabiliter euaſit, vinculis quibus fuerat alligatus, ſolutis. *Idem*

S. Dominico.

S. Dominicus Prædicatorum ſanctiſſimus Parens, dum iter faceret vnà cum quodam Ciſtercienſi monacho, ac de via feſſus perueniſſet ad ædem quandam vndique occluſam, precibus ſe dedit, & protinus nullo aditu patefacto mirabiliter ipſe & comes eius intus ſe collocatos deprehenderunt. *Ioan. Anton. Flaminius in Vita.*

Mauritio Dominicano.

Mauritius Pannonius ex ordine S. Dominici, & comes eius, domo, in qua hoſpitabantur clauſa egreſſi, in templum ſimili modo obſeratum peruaſère. Accidit autem id Vachis, in oppido ad ripam Danubij poſito. *Chronica.*

S. P. Ignatio Loyolæ.

De *S. Patre Ignatio* noſtri ſcribunt hiſtorici, cùm P. Leonardum Keſſelium Coloniæ manentem, magnum inceſſiſſet deſiderium videndi *S. Ignatium* tunc Romæ exiſtentem, plus 300 milliariis inde diſtantem, à S. Patre petiiſſe per litteras, ſibi vt Romam pedibus ire liceret: reſpondiſſe vero Ignatium, eius præſentiam Coloniæ propter aliorum vtilitatem neceſſariam eſſe: præterea ne de ſtatione decederet, poſſe Deum alia ratione ſui videndi copiam dare, ſine tam longi itineris laboribus. Igitur die quadam P. Leonardo vigilanti viuus adhuc & ſpirans S. Ignatius apparuit, cum eoque diu diſſeruit, miroque eum gaudio perfudit.

S. Franciſc. Xauerius.

Idem de *S. Franciſco Xauerio* Horatius Turſellinus ſcriptum reliquit, eodem illum tempore in ſcapha periclitantibus adfuiſſe, cum tamen ab oneraria is nunquam exiuiſſet, quod tum denique cognitum fuit, cum poſt reduces illos in onerariam receptos, nauta vellet ſcapham inanem iam ſubmouere, atque illi obſiſtere cæpere clamantes, vt manum prius Xauerio qui adhuc in ſcapha reſideret, porrigeret; reſpondenti nautæ eum in naui eſſe, ac fuiſſe ante ipſorum reditũ, certatim affirmarunt, quamdiu ipſos in ſcapha tempeſtas agitaſſet, infeſto vagantes mari, Franciſcum adfuiſſe, cunctoſque ſolantem & ad ſpẽ ſalutis excitantem, ſcaphæ curſum ad onerariã, vnde auulſa fuerat, direxiſſe.

B. Columba Virgo.

Columba quoque Virgo Reatina diuinitus educta è cubiculo, in quo morabatur, vndique obſtructo Peruſiam peruenit.

B. Catharina Raconiſia.

Catharina inſuper *Raconiſia* ſæpe è domo ſua educebatur, & longiſſimè in remotas oras aſportabatur, in aliorum domos vndique occluſas. *Ioannes Picus Mirandolæ Comes in Vita.*

Subtilitas Corporum mortuorũ

Num & oſſibus ſubinde ac cineri indultum, quod viuentibus hac in parte conceſſum? Ita reor.

S. Gerlac.

S. Gerlacus vir è ſæculari militia veterem hominem exutus ad noua caſtra animum adiecerat, iamque multa ac præcipua laude ſanctitatis conſpicuus fato ceſſerat, corpus Chriſtiano ritu terræ mandatum erat, cum ecce terra abcedere, ac miro modo hiare, quod accolæ animad-

A

uertentes, omni qua poterant induſtria hiatum obruere ac complanare cæperunt. Sed fruſtra, neque enim diuina conſilia humanum præualet ingenium ſuperare. Ecce contra mortuorum cinerum, & oſſium aridorum conſuetudinem, contra ipſius denique leges & decreta naturæ *S. Gerlaci* oſſa nullo mortalium ſubleuante de tumba, in qua ſepulta fuerant, emanauerunt, & hominum conſpectibus ſe paulatim repræſentarunt. *Apud Bollandum in Vita.*

S. Quintinus.

Corpus perilluſtris Martyris Quintini annos ſupra quinquaginta ſub aquis latuerat, cum mulier quædam Romana ad flumen egreſſa vidit beatiſſimi viri exuuias è mediis fluctibus emergere, atque ipſo temporis momento ad ripam tendere. *Surius.*

B

Et hæc Gloria illa, fructuſque lectiſſimus eſt, quem Ieſu Chriſti Patientis, Dei ac Virginis filij aſſidua Imitatio progignere ſolet, quo fieri amat, vt, & præſens hæc vita Domino ſeruum, ac filium Patri, ſumma quidam dignitate, non abſimilem videat, & futura.

CAPVT NONVM.

Magna Matris ac Virginis Mariæ Virtus, & Potentia, quibus hominem nouum ad imaginem & ſimilitudinem Filij ſui patientis ſtudioſè prouehit, prouectumque cuſtodit.

C

Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam veneremur, quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam. S. Bernard. ſermon. de natiuit. Mariæ.

Opus eſt mediatrice ad mediatorem, nec alia nobis vtilior quam Maria. Serm. 1. de verb. Apocalypſ. *Nihil enim nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiuit.* Serm. 3. in Vigilia Natiuit.

D

QVæ in hanc vſque paginam à me cum fide, diſerteque diſputata ſunt, tamquam idonea quædam ac præ ceteris opportuna vitæ nouæ ad Chriſti patientis ſimilitudinem auſpicandæ ſubſidia, certaque perſeuerandi adiumenta; eiuſcemodi fuiſſe arbitror, quorum ope atque adminiculo, quis veterem prioris Adami tunicam exuere, nouamque Secundi, togam inquam polymitam induere queat, vt deinceps non iam ſecundum deſideria erroris, in tenebris ambulet; ſed, ſicut in die, honeſtè poſthac conuerſetur, nec à cæleſtibus diſcumbentium nuptiis excludatur. Quamuis autem hęc ita ſe habere non ambigam, neſcio tamen quid opis, atque auxilij peculiaris deſieri hîc ſentiam, quo ſummam votorum ſuorum vitæ nouæ candidatus obtineat, quodque per ſeptem diaria non paruæ

Digitized by Google

paruo labore brauium proſecutus eſt, optato demum exitu feliciter conſequatur.

Sed quis manum hîc porrigat? aut glorioſis conatibus præſto ſit? Magnum quidem in amicis ſolet eſſe præſidium, maius ac certius in Patre, dulciſſimum autem in Matre; quod experti fuêre non pauci, Matre optima atque indulgentiſſima id apud Parrem agente, vt, quod filius ex merito ſuo ſperare auſus fuerit nunquam, id bonâ Matris gratiâ, vel commendatione à patre ſubitò conſequatur; vel vna id docebit *Rebecca*, quæ, vt fauſtam dilecto ſuo Iacobo, ab Iſaaco Patre comprecationem obtineret, quid egiſſe noo legitur? quanto ſtudio, induſtriaque contendiſſe, vt filium prioribus exutum veſtimentis, iis indueret, quibus ille & patris gratiã, & ampliſſimam cerneret hæreditatem?

Verum ſacri verba hiſtorici audiamus: *Dixit Rebecca filio ſuo Iacob: audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquieſce conſiliis meis, & pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur: quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpondit: noſti quod Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis: ſi attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducam ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quē Mater: in me ſit, ait, iſta maledictio fili mi, tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit & attulit, deditque Matri, parauit illa cibos, ſicut velle nouerat patrem illius, & veſtibus Eſau* [primogeoiti] *valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum, & pauco interiectu, dixit* [*pater.*] *ad eum: accede ad me, & da mihi oſculum fili mi: acceſſit & oſculatus eſt eum, ſtatimque vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam, be-*

Gen. 17.6. *nedixit ei.* Geneſis 27.6.

Quæ hæc Rebecca? quis Iacob? Rebecca, *Maria Deipara* eſt, quæ nos omnes in Chriſto peperit, quamuis autem non niſi vnicum filium carnalem genuerit, io eo tamen ſpiritualis Mater magnæ multitudinis filiorum facta eſt, quorum primogenitus, filius ſimul & Pater eſt Chriſtus.

Rebecca Typus Mariæ.

Iacob verò quis? oiſi adoptiuus filius Dei, paternæ beneficentiæ cupidus, qua Primogenitum Pater æternus ante decorârat: ſed quomodo in tanta morum & habitus diſſimilitudine ſperare Id auſit? *quos* enim, teſte S. Paulo Apoſtolo Roman. 8.29. ad hanc benedictionem *vocauit; præſciuit, ac prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij, vt ſit ille primogenitus in multis fratribus*, id eſt, prototypon, ſiue exemplar, cui ſeſe omnes, qui ad eius gratiam ae gloriam adſpirant debeant aſſimilare: & quis hic opem ferat? *Maria* mater: Inſtruxit *Rebecca* filium, & veſtibus optimis induit, vt à Patre benedictionem elucraretur, at Virginis Deiparæ maior eſt porentia, vt nobis omnia

Rom. 8. 29.

R.P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A donorum ac bonorũ genera à Deo impetret, & quibus ad id modis egeamus informet. Quid autem primogenitus Matri ſupplicanti deneget, aut poſtulanti recuſet? quid Iacob metuat, quem talis mater adornat?

Rectè *S. Germanus Conſtantinop.* de præſ. Virg. *Tu es Domina Dei parens, omnium defenſio, omnium lætitia, vehemens omnium gaudium: tu meum refugium, vita, protectio, & gloriatio, ſpes & robur meum: habes, ſat ſcio, cum tua voluntate concurrentem potentiam, vt quæ ſis mater altiſſimi, & propterea audeo. Ne ergo priuer mea exſpectatione, ô Domina intemerata, quæ vniuerſam exſpectationem ſupra naturam peperiſti:* quare non immeritò arbitrari liceat, eãm nobis ad æternæ ſalutis gloriam adeundam haud mi-

S. German. de præſent. Mariæ.

B nus profuturam, quam Rebeccæ conſilium ad Iſaaci benedictionem conſequendam Iacobo potuerit profuiſſe.

Veſtimenta primogeniri ſui Eſau quibus Rebecca filium ſuum induit, eique paternam benedictionem obtinuit valde erant bona, odoremque agri pleni ſpirabant iucundiſſimum: at primogeniti noſtri patientis dilecta ſimilitudo, quæ tunicæ inſtar polymitæ nata eſt totum hominem incredibiliter exornare, maiorem longè diuinis naribus fragrantiam inhalabit, vt omnis quicunque ea indutus acceſſerit, gratiam, gloriamque hæreditet ſempiternam. Teſtem diſertum atque grauiſſimum aduoco *S. Leonem* Pontificem, cuios, ſi alterius cuiuſpiam, calculo hæc

C veritas comprobetur, ita namque magnus hic Doctor ſer. 9. in quadrag. locutus eſt: *certa & ſecura eſt exſpectatio promiſſæ beatitudinis, vbi participatio eſt Dominicæ Paſſionis:* vnde *S. Cyprianus* lib. 5. epiſt. 12. *quid glorioſius, quid felicius vlli hominum poterit ex diuina dignatione contingere, quam collegam paſſionis cum Chriſto, in Chriſti nomine factum eſſe, eiuſdemque veſtibus atque inſignibus amiciri:* nam, vt bene *B. Catharina Bononienſis* in tractatu de armis ſpiritual. *Cruces & aduerſitates, ſunt Chriſti inſignia, & veſtis nuptialis*: à quo non deflexit magna illa Dei famula *Baptiſta Verana*, cum dixit, *veſtiri veſte filij Dei, eſſe pati mala in hoc mundo patienter; ſiue Chriſto congruenter?*

S. Leo ſer. 9. in quadrag.

S. Cyprian. l. 5. ep. 12.

S. Catharina Bonon. tract. de arm. Sp. Baptiſt. Verana.

D Certè vel hæc, animo ad iſta, ſimiliaue comparato voluere, ac meditari, ſua mercede, pretioqoe carere non poteſt, liquet in *S. Edmundo* Archiepiſc. Cantuarienſi, cui, dum litteris etiamnum puer operam daret, Chriſtus ſe videndum obtulerat, auctor factus, vt iam tum in dies ſiogulos vnum aliquem è ſuis doloribus animo tacitus euolueret: idque fore ſingulare præſidium, tum ad obuios dæmonum afflatus diſpellendos, tum ad omnem virtutem obtinendam, tum denique ad felicem è vita exitum ſortiendum. Ita Chriſtus euanuit: ita fecit Edmundus qualibet die, ſcoſu magno diuinitus hauſto, magno in omnem ætatem emolumento. *Vita auctor.*

S. Edmundo ſuadet Chriſtus paſſionis ſuæ memoriam.

Et aperta res eſt: quid eoim in homine, vt loquitur S. Bonau. ita vniuerſalem ſanctificatio-

Modus expendendi Paſſionem Chriſti.

nem operatur, ſicut meditatio Paſſionis Chriſti. Si vero modum huius rei commodum, facilemq; nouus homo deſideret, vnum aut plures ex his ſeptem expendet.

1.Quis & qualis hic patitur? 2.Quot & quanta? 3.A quibus & qualibus? 4. Quanto amore, & tolerantia? 5. Pro quibus & quãtillis? 6. Quo fine & quo fructu? Quid pro his tependar, aut in poſterum ipſe tepender? Interſerer autem vnum pluresue, ex feruentioribus his, affectus, quos Doctores myſtici ad Septem reuocarunt, ſuntque 1.Commiſeratio. 2.Gratiarum actio. 3.Contritio. 4. Admiratio. 5.Amor. 6.Fiducia. 7.Imitatio. Quod dum fiet, nemo deinceps mirabitur, quod B. Albertum Magnum dicere ſolitum ſupra commemoraui, ſimplicem Paſſionis Chriſti memoriam & meditarionem plus vtilitatis homini adferre, quam ſi anno integro in pane & aqua ieiunaret, ac flagellis ſe quotidie vſque ad ſanguinem cæderet, & pſalterium totum quotidie recitaret: hæc enim exercitia, etſi bona ſint, & valde vtilia, quia tamen ſunt opera externa & ſi ita nudè exerceantur, non habent tantam vim, ad purificandum cor à ſuis vitiis, illudque veritatibus ac virtutibus illuſtrandum & inflammatis diuini amoris affectibus perficiendum, atque attenta & profunda Chriſti Domini noſtri Paſſionis meditatio, quæ omnia hæc efficit, additque etiam ſpiritum & vitam exercitiis & operibus externis; permouendo hominem efficaciter, ad dignam, Chriſtoque conſentaneam vitam feliciter traducendam, hominem nouum iis veſtibus induens quibus ſe viuere, honeſteque ambulare velle teſtetur: & has quidem dum nomino, gratiam, vitæque normam Chriſto congruentem intelligo iis virtutibus conſiſtentem, quas DD. communiter habitus appellant in quo & ſcriptura, & ratione fulciri me arbitror. Etenim vt habitu ac materiali veſte tegitur homo, & turpitudinem ſuam operit atque à frigore & calore defenditur, ita charitas, & alij ſpirituales virtutum Chriſtianarum habitus ſpirituales animæ maculas operiunt, peccata, ignorantias, concupiſcentiam, libidinem refrigerãt, ac noxiæ tepiditatis frigus diuini amoris igne expellunt: vnde Saluator qui ſuos volebat cœleſtis ignis ardoribus calefacere, *ſedete*, inquiebat, *in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Luc. 24. 49. quod, vt Sp. ſancto adueniente factum legimus, ita & ſecutis temporibus non defeciſſe liberè confitemur, dum veterem exuti hominem, nouumque induti cum Paullo dicere potuerunt: *Chriſto confixus ſum Cruci.* Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Gal. 2. 20: cuius veſtem porto. Sed ad veſtes prioris Eſau reuertamur, quas Scriptura vocat Hebraicè Hachamudoth, id eſt, *deſiderabiles*, Chaldæus *mũdas*, Septuaginta *pulchras*, vulgatus verò interpres *valde bonas*; aſſeruabat autem has

Luc 24.49.

A mater Rebecca in arca ſepoſitas.

Et rectè id quidem pro figura, veſtibus namque primogeniti ſui nobis verè Hachamudoth, ſed ſicut exoptandis præpoſita eſt Maria, quibus nos omnes, quos in Chriſto genuit, induat & exornet, ad Matres namque, vt filiis quos pepererc, veſtimenta procurent, ſpectare, ſcriptores omnes voluerunt, ac primum quidã id de ſe teſtatur apud Virgilium illa quæ arte texendi Euryalo filio veſtem, ſenectutis moleſtiam ſolabatur inquiens:

Ad Matres ſpectat filios veſtire.

——— *Nec te tua funera mater*
Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui,
Veſte tegens, tibi quam noctes, feſtina, dieſque
Vrgebam, & telâ curas ſolabar aniles. Æneid. 9.

B Quod & de Anna Samuelis matre Regum ſacri recenſent: *& tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus.* 1.Reg. 2. 19.

1.Reg.2.19.

Et porro domeſticos, proindeque filios, quorum amor vehementior eſt, veſtiendi munus inter Hebræos ad matrum familias curam ſpectaſſe Prouerb. 31. patet, vbi ad laudes ſedulæ matris familias, dicitur: *omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*, illius nimirum induſtria, ac labore confectis *quæ lanam & linum quæſiuit, operata conſilio manuum ſuarum.* Iterum ex illo Eſdræ 3 cap. 4. *& ipſæ faciunt ſtolas omnium.*

Prov.31.21.

Eſdr 3.4.17.

Speciatim verò ex eo quod Virginem concernit, quæ Chriſto ſuo primogenito inconſutilem tunicam contexuiſſe ab Euthymio, aliiſque

C pluribus recenſetur, in quo veſtiendo non ſic omnem charitatem abſumpſiſſe credita eſt, vt filios adoptiuos præteritura credatur. Teſtantur certè & S. Hildephonſus Toletanus, & Bonitus Aruernenſis, & Thomas Cantuarienſis, & Norbertus Præmonſtratenſis ab ea inſigni veſte donati, priorem illum affectum nequaquam refrixiſſe, quare maternæ ipſius beneuolentiæ mores, nuſquam tutius aut certius veſtem hanc obtineri poſſe cenſuerunt, quam apud Matrem ac Genitricem Dei Mariam. Quid enim aliud verba iſta loquantur, quibus B. Hildephonſum, Virginitatis ſuæ inſignem hyperaſpiſten affata eſt, dicens, *accipe de manu mea manuſculum, quod tibi de theſauro filij mei affero, ſic enim tibi opus eſt*,

D &c.

S.Hildeph. S.Bonitus. S.Thomas Cantuar. S.Norbert. Veſte à B.V. M. donati.

Idem quoque aliquando experta fuit *S. Thereſia*, cum in ſolenni Aſſumptionis die, à Virgine Matre, aſtante Sponſo eius Ioſepho amiciri ſe veſte quadam animaduertit, quam cum induiſſet, beatiſſima cœlorum Regina, manu eius apprehenſa ſpopondit filium ſuum ſemper cum ea manſuram. *Ribera in vita.*

S.Thereſia à B.V. veſtitur.

Merito igitur, quiſquis primogeniti filij gratiam aucupari deſiderat, eius veſtem atque inſignia ſibi Matre adminiculante procuret, & viam quidem ſtrauiſſe viſus eſt Euthymius Sigabenus oratione de Zona: *Reſpice igitur, ô Domina ſeruos tuos, in te enim omnem ſpem noſtram collocauimus, & in te viuimus, & gloriamur, & ſumus.*

Euthym. de Zona.

Scimus

A *ſcimus autem fore, vt in hac noſtra non fruſtremur exſpectatione, tua enim hæreditas ſumus. Nec vero eſt, quod quis vereatur accedere, ad hoc diuinæ reconciliationis cum genere humano propitiatorium, licet innumeris & grauiſſimis pollutum ſe videat ſceleribus, idcirco enim illa nobis à Deo mater miſericordiæ data eſt, vt eam miſeris materno affectu largiatur. Non eſt igitur quod illa auerſetur & faſtidiat hanc ſuam, quam à Deo accepit colendam, & mundandam ac ditandam hæreditatem.*

Et pulchrè quidem dixit Euthymius: *tua ſumus hæreditas, ô Virgo Dei mater.* Profectò abiens in cœlum Dominus, qui fidelibus ſuis promiſerat: *non vos relinquam orphanos*: nullum nobis maius, poſt ſuum in ſacroſancta Euchariſtia corpus, patrocinium & præſidium reliquit, quã B Virginis Matris ſuæ, cui nos commiſit, tutelam & maternam pietatem. Atque hoc illud eſt pallium, quod in altum auolans diſcipulo ſuo Helias demiſit Heliſæo cum quo, ſimul & duplicem ſpiritum eius accepit 4. *Reg.* c. 2. Conuenienter namque Virginis Deiparæ virtutem, pallio Heliæ ſignificatam accipimus: quippe, vt *Theodoretus* tradit q. 8. in 4. Reg. *ouina pellis erat amiculum Heliæ. O pulchrum! ô pallium inquam pretioſum, quod ex illa candidiſſima mitiſſimaq́; oue, quæ agnum Dei peperit, nobis è cœlo ſimul cum duplici ſpiritu, hoc eſt, duplicato præſidio Matris Dei demiſſum eſt! ad bona plurima tum animi, tum corporis, tam in vita, quam morte feliciter conſequenda.*

Ioan. 14. 18.

Auxilium Virginis pallium Eliæ. 4. Reg. 2.

Theodoretus q. 8. in 4. Reg.

C Vnde factum, vt non ſolum Chriſtum, ſed & ipſam Matrem eius, per morum & vitæ imitationem multi ſtuduerint imitari; nec enim ſolum Dominum Saluatorem induendum nobis eſſe auctoritas S. Paulli conuincit, ſed etiam Virginem induendam ſanctus monuit Bonauentura, cuius hæc in Pſalterio verba ſunt: *Mariam induite, quotquot diligitis eam, hæc luceat in moribus, ſplendeat in actionibus,* &c.

Maria nobis induenda. Ex S Bonauentura.

Quod nemo iure admirabitur, vbi & ipſam glorioſam Virginem Mariam veſtem hanc ſimilitudinis cum Chriſto filio ſuo patiente induxiſſe animo ſuo notârit, eademque voluiſſe patiendi cum eo gloria præfulgere, qua ipſe veſtitus fuit: *gloria* ſiquidem magna, vt ait Eccleſiaſticus cap. 23. 38. *eſt ſequi Dominum*: vnde *quot* D *vulnera*, teſte Guilielmo, *filius accepit in carne, tot pia mater accepit in corde.* Rubebat caro filij ſanguine paſſionis, rubebant maternæ illæ cogitationes, vt ita dicam, ſanguine compaſſionis; vt rectè de illa Sponſus in amoris Cantico cap. 7. 5. dicere potuerit: *Coma capitis tui, ſicut purpura Regis iuncta canalibus.* Et benè Regis purpuram Reginæ comis contulit, vtpote quæ iam in ſimilitudinem tranſierat Regis.

Card Hailgrinus. Succinuit Guilielmo Cardinalis *Hailgrinus*, qui ad prædicta verba ſic ſcripſit: *Senſus eſt: cogitationes tuæ tinctæ in ſanguine Dominicæ Paſſionis, ſic affectæ ſemper fuerunt, quaſi recenter viderent ſanguinem de vulneribus fluentem.*

R. P. Lyræus de imit. IESV *patient.*

A Atque hinc *S. Epiphanius* non dubitauit eam *Thronum Cruciformem* appellare, id eſt, eidem cum Chriſto cruci affixam. Eodem refero quod ſcribit *Lucius Dexter* ad An. 37. in Chronico: Virginem Deiparam indiuiduo comite Ioanne Euangeliſta filio ſuo, frequentiſſimè loca ſacræ Paſſionis inuiſere magna pietate conſueuiſſe: quibus verò tunc pietatis exercitiis, quo amoris ac compaſſionis incendio flagrârit, æſtimatu facilius eſſe dixerim quam relatu.

Lucius Dexter in Chronico.

Certè S. Bernardus his expenſis; *vtinam*, inquiebat, *virgo pia, dolor ille ſic inhæreret quotidie viſceribus meis, ſicut inhæſit tunc tuis. Melius*, inquit *Eccleſiaſticus* cap. 7. 3. *eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij*, & dixit bene, quod Virgo B quoque Deipara reapſe oſtendit, cum ad montem Caluarium, in quo crucifigendus filius erat, feſtino pede accurrit, ac conſtans iuxta Crucē ſtetit; ad montem vero Thabor, vbi is gloriam ſuam oſtenderat, mouit nihil, magis eligens cō-pati filio patienti, quam eiuſdem gloriæ veſtibus cum illo amiciri, certa domui lætitiæ, domum luctus non ſegniter prætuliſſe, vbi clariſſimum Chriſti filij ſui Paſſionis ſpeculum facta, in ſe ſputa, conuicia, verbera, reliquaque Redemptoris vulnera, vti *B. Laurentius Iuſtinianus* lib. de triumphali agone loquitur, in ſe clariſſime repræſentabat; vnde nemini paradoxum videri debeat, ſi quod ipſa in ſe aſſumpſerit, quoque ſe velut veſtiuerit, eodem & alios videre C voluerit, atque etiamnum velit, eſſe veſtitos, quod pulchrè *Richardus* expreſſit lib 2. p 1. cum dixit: *Maria confert veſtem fulgidam per exemplum.* Et iterum: *Maria multiplici virtute, quaſi multiplici veſte adornat ſeruos ſuos: neque enim patitur cultores ſuos ſine veſtibus eſſe, & frigoris iniuria laborare; ipſa quippe eſt mulier illa fortis, de qua Salomon: non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Non legimus eam ſibi à frigoribus timuiſſe, Dei flagrans amore frigora non timebat, timebat ſuis: ſuos ipſa cultores veſtiri cupit, ne peccati frigore corripiantur. Sed cur duplicibus? vt & extimè, & internè ſanctitatem colant, filioque primogenito eſſimulentur: quomodo enim filius eius cenſeatur qui prioris imagini conformis non ſit? Veſtes ſer-* D *uorum Mariæ ſunt fides & operatio: fides veſtis interior, quæ ornat animam in oculis Dei: Operatio exterior, quæ coram hominibus nos Chriſto patienti ſimiles facit.*

Eccli. 7. 3.

Virgo Chriſtum induta, eodem nos ſtudet amicire.

B. Laur. Iuſtinian. *de triumph. agone.*

Richard à S Laurentio l. 2. p. 1.

Certiſſimum huius meæ teſtimonium ſententiæ ex Archangelo Gianio, Cent. 1. Annal. Ord. Seruorum produco. Anno ſalutis 1233 Florentiæ viri ſeptem, in Virginis Mariæ gloriam, honoremque conſpirarant, quorum ſingulis ipſa apparens, quod ſanctè occœperant mira adhortatione firmauit: quare vnà decernentes, quomodo ab humanarum mercium negotiis expediti communem inter ſe, longe à ſæculi turbis ſeiuncti vitam agere poſſent, Duce *Bonfilio Monaldio* ſub titulo Seruorum B. Mariæ

Ordo Seruorum B Mariæ inchoatur.

in Montem Senatium omnes ſeceſſerunt, vbi communi conſilio decretum eſt, vt die noctuque triduanis inuigilantes orationibus, ad inſtantem Chriſtianæ redemptionis per Crucem commemorationem, meditantes ſuper his, maturius deliberarent.

Iam Sacra dies Paraſceues aduenerat, qua Chriſtus Ieſus legationem à Patre impleturus, humanæ redemptionis myſterium in cruce abſoluit, quibus nouellus hic grex expendendis intentus, ſentire in ſe, quod & in Chriſto Ieſu non vulgariter laborarat, iamque imminente nocte ante Sabbatum, qui filio parentarant ad ſepulchrum, matri compatiebantur, factum eſt autem, vt iam inter nocturnas preces Virgo Deipara, non ſine aliqua æternæ ſuæ beatitatis ſpecie coram eis, lugubres quaſdam inter manus veſtes geſtans adſtaret, Angelorum circumquaque multitudine ſtipata, quorum alij ſingula patientis filij myſteria, alij lugubres amictus præferrent: dum verò omnes inſolito hoc viſo percellerentur: *adſum*, inquit Virgo, *ego Dei Mater, tot precibus veſtris ſollicitata, vt vos in Seruos meos accipiam, qui vineam filij mei gnauiter excolatis, quali autem vos genere veſtium indui velim, habitus hic atro ſuo colore demonſtrat: coloratas itaque veſtes mei cauſſa aſpernati, nequaquam moleſtum aut difficile iudicabitis, huiuſcemodi in poſterum indumenta geſtare, quo referatis in veſte, quos paſſa ego fuerim hodie dolores in corde. Hæc illa.*

Quibus liquere ſatis, ſuperque arbitror, quemadmodum Virgo beatiſſima nouos homines veteribus indumentis exutos, nouis Chriſti filij ſui veſtibus velit exornari, vt Ieſum Chriſtum Crucifixum induti, eum moribus & vita queant repræſentare. Veſtes Eſau, ait S. Bernard. Chriſtianæ vitæ honeſtas & maturitas diſciplinæ. Has Rebecca, vt loquitur Rupertus, hoc eſt, mater gratiæ apud ſe repoſitas tribuit filijs chariſſimis. Nimirum Virgo mater gratiæ, imo & ipſa gratia, & venuſtas noſtræ naturæ, vt cum S. Ioanne Damaſceno loquamur, cum omnia fidelibus ſuis ſeruis largitur, tum maximè duo hæc illorum mentibus imprimere conſueuit honeſtam Chriſti filij ſui imaginem, & maturitatem diſciplinæ, vt iam non temerè, neque inconſultè maternis eius auribus inſonare liceat:

Sancta mater iſtud agas
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari
Ob amorem filij.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.

A Obtinuit hoc à matre piiſſima carus filius *Dominicus*, cui illa materno ſanè, ſingularique affectu, id à filio impetraſſe ſcribitur, vt in patiendo, Chriſti cruciatibus aſſimilaretur, propter quod ab innumeris dæmonibus pro hominum peccatis comprehenſus fuit, ligatus, flagellatus, clauis affixus Cruci & lancea confoſſus, ceteroſque omnes articulos patientis Domini ſuſtinuit, incredibili plane dolore ac cruciatu, adeo vt cum morte deficeret, rurſus per ipſam, & filium eius dæmonibus fugatis denuo fuerit ſibi reſtitutus. P. *Ludouicus Laurmans* Ord. Præd. lib. cui titulus, S. Dominicus. Antuerpiæ editus an. 1641. S. Dominicus.

Non abſimile conſecutus ab eadem Virgine beneficium fuit B. *Ioannes Dei* Luſitanus Ordinis Fratrum hoſpitalitatis & infirmis miniſtrantium fundator: mira hic erga Deiparam pietate exarſerat, nec rarioribus ab ea beneficijs fuerat cumulatus. Accidit autem die quadam cum ante Crucifixum preces funderet Ioannes, vt videre ſibi Virginem Matrem videretur, cum Ioanne Euangeliſta ab altari deſcendere, ſpineamque capiti ſuo coronam aptare, ipſamque ſibi Deiparam dicentem audire: *Ioannes per ſpinas & tribulationes vult filius meus, vt multorum meritorum compos ſis:* cui ille, *roſæ mihi, floreſque tribulationes, quas tua benedicta manu mihi impartita fuerit, erunt*, ô Virgo. *Hippolytus Maraccius in Vita.* B. Ioannes Dei. B

Neque hinc excluſero *B. Nicolaum Factorem*, virum ex Seraphico Minorum ordine meditandis Chriſti cruciatibus inſignem, qui cum in conuentu vallis Ieſu moraretur, die quadam acerbis Chriſti patientis cruciatibus expenſis, tanto cœpit imitationis eorundem deſiderio, æſtuare, vt cum nec lachrymis, nec fuſis ad Deum precibus finem inueniret, aures dulciſſimæ Virginis Mariæ cœperit fatigare, quo fieret, vt ſentire mereretur in ſe, quod & in Chriſto Ieſu. Nec abnuit Beata Mater, ſuoque longè benigniſſimo interuentu, deſiderio illius obtinuit fieri ſatis, quapropter tantis derepente cœpit doloribus in latere pedibus, ac manibus cruciari, vt niſi modum aliquem iiſdem beneuola Dei manus attuliſſet, illicò præ grauiſſimi doloris acerbitate exſpiraſſet. Mitigato parumper ſenſu vir pius inuiſa ſtigmata portauit. *Chriſtoph. Morenus in Vita.* V. Nicol. Factor. C D

Nec Virgines filij ſui ſponſas hac gratia fruſtratas voluit. *Clara* fuit *de Bugnis* ſtirpe illuſtri edita Venetiis, ex Ord. Minorum quæ propter ardentem in ſponſum candidum, ſed & rubicundum amoris affectum, vulnus in latere non aridum ſed multo ſanguine profluens geſtare meruit: quo aliquando areſacto, Regina cœlorum Claræ obuiam facta, hilari vultu dixit: filia, ac filij mei ſponſa, vbinam lateris tui vulnus? oſtende. Humiliter ſe inclinans areſactum detegere verecundabatur: cum V. Clara de Bugnis.

Virgo

Virgo Mater aliquanto durius illam intuita, matris inſtar filiam arguentis, Claram permouit, vt timens ac tremens rimam tunicæ deduceret & ſiccum vulnus monſtraret, quod cum Deipara vidiſſet, ſicut filius meus, inquit, me à communi peccato præſeruauit, ita & ego hoc tibi vulnus conſeruo, & his dictis pollicem circa vulnus applicuit, ſubdens: per Patris omnipotentiam; deinde indicem, dicens: per filij ſapientiam; poſtremo medium, mox ſubiiciens, & per Spiritus S. virtutem: quibus dictis, non ſecùs ac tubo pleniſſimi vaſis, ſi clauis extrahatur, erumpit vinum, ita ex vulnere illo præter conſuetudinem cruoris riuus abundantiſſimi erumpere cœpit. Statimque euanuit viſum. Clara vero in ſe reuerſa veſtes ſuas eruentas, & tria ſigna, id eſt, quaſi tres digitos eruore rubro tinctos; præter circulum etiam rubrum circa vulnus inuenit, quæ omnia pia Dei genitrix tactu ſuo reliquerat impreſſa. *Bartholomæus Cimarellus in Chron. Franciſc. p.4. lib.10.*

V Catharina Riccia.

Sed quid de Catharina Riccia, quæ in Pratenſi D. Vincentij monaſterio floruit, dicemus? huic, quo facilius tormenta filij ſui Ieſu meditari poſſet, eiuſque veſtiariam teſſeram reportare, facilem Virgo Deipara, nouumque modum tradidit, canticum ſcilicet ex plurimis Sacrarum litterarum fragmentis delectũ: quod & proprio ſuo ore docuiſſe eam voluit, iuſſitque ſingulis feriis quintis, vergente in veſperum die, cum ſororibus decantare, eſt autem eiuſmodi:

Precandi formula quam ſc. V. edocuit Catharinam Ricciam.

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.
Traditus ſum & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.
Et factus eſt ſudor meus, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.
Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.
Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.
Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.
Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper.
Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Dederũt in eſcam meam fel, & ſiti mea potauerunt me aceto.
Omnes videntes me, deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.
Ipſi vero conſiderauerunt, & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
In manus tuas commendo ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.
Memento famulorum tuorum Domine, cum veneris in regnum tuum.
A *Ieſus autem emiſſa voce magna tradidit ſpiritum.*
Miſericordias Domini in æternum cantabo.
Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.
Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.
Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit.
Et poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrũ.
Exurge quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem.
Ecce Deus Saluator meus: fiducialiter agam, & non timebo.
Te ergo quæſumus Domine Ieſu famulis tuis ſubueni, quos pretioſo ſanguine redemiſti. B
V. Miſerere noſtri Ieſu benigne.
R. Qui paſſus es clementer pro nobis.

Oratio.

Reſpice quæſumus Domine ſuper hanc familiam tuam, pro qua Dominus Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium & Crucis ſubire tormentũ.

Atque ita hactenus Maria mater, filiam ſuam Catharinam ſacroſanctis Sponſi cruciatibus nõ tam meditandis, quam in ſe ipſa exprimendis ſatagens aſſimilare.

Eant nunc & queruli plangant nuditatem ſuam, deplorent inſcitiam, ſuamque in ſequendo, imitandoque patiente Domino infelicitatem C accuſent, qui Virginem patronam vel negligũt, vel ignorant: arguet eos ſtultitia eorũ & auerſio eorum increpabit eos, ſcient, & videbunt aliquando, quia malum & amarum eſt Dominam reliquiſſe, & non eſſe amorem eius ſecum.

Garſenda B. Elzearij nutrix.

Garſenda nobilis matrona pro ſuo ſollicita Elſeario, quem nutriuerat, Deum in templo precabatur, cumque multis Diuinæ maieſtati precibus commendabat, audit corporeis auribus dicentem ſibi Chriſtum Dominum: Iuueni huic, pro quo tantopere oras, noueris me matrem meam dediſſe in magiſtram, nihil ergo de illo dubites. Obſtupefacta illuſionem exiſtimabat, quare ſi vera eſſet vox, certior fieri rogabat, cum ecce die altera inter orandum corporeis auribus hęc verba excepit: Quæ ſuperiori nocte de iuuene Elſeario tibi dixi, ea non ambigas ve- D ra eſſe, & certa. Et quid tanta magiſtra didiciſſe arbitrabimur? præter illibatum virginitatis affectum, quam ſacroſanctam cum Delphina coniuge per omnem vitam ſeruauit, perpetuam in Crucifixi latere commorationem, vt abſens abſenti coniugi de ſalute eius ac manſione ſollicitæ, ex monte Peſſulano aperuit, his verbis: Quæris vbi degam? mea Dalphina, in effoſſo latere Saluatoris mei inhabito, ibi me reperies, fruſtra alibi quæſitura. *Surius in Vitæ.*

Tyro Dominicanus à B.V. ad Chriſti patientis imitationem permotus.

Huc ſiquidem magiſtra diſcipulum duxerat, Elzearium Maria, ab vbere ad vulnus.

Senſit & hoc beneficium dixerim an remedium? beneficium dicam & remedium cum ordo Prædicatorum etiamnum in faſcuis eſſet no-

bilis

bilis ille & delicatus Iuuenis, dum Bononiæ illum ingreſſus poſt menſes aliquot in nrocinio exactos rigoris monaſtici tædio affici cœpit hac præcipue ex cauſſa quod vnà cum patiente Chriſto & ipſe pati quidpiam formidaret: ad imaginem itaque B.V. Mariæ Chriſtum è Cruce depoſitum ſinu excipientis effigiem, lachrymis abunde fluentibus conuerſus, precari in hūc modum cœpit: Regina maxima & pia afflictorum conſolatrix, rudis lana, de qua camiſiam porto, continua flagella, quibus in capitulo excrucior, nocturnæ vigiliæ, frequentatio chori, perpetuum ſilentium me nimis affligunt, quodque magis me vrit, nec ſuperare queo, eſt panis quo veſcor, quem domi non pinſimus, ſed per vrbem vicatim emendicamus, non integrum, ſed partes, non à nobilibus, ſed plebeiis nigrum, durum, pinguem, adeo vt non tantum non mādere, ſed ne olfacere queam: quare te rogo non ægre ferre, ſi ad pedes tuos hanc veſtem exuo, quem ferre quidem maximè deſidero, ſed viribus deſtituor. Vix finierat, cum B. Virginis imago brachium extendit, & ſibi dari petit illius panis particulam, quam ſecum tyro habebat: accipit, & lateri iacentis filij Mater intingit, iubetque tyronem ori iniicere ac maſticare. Obedit homo & tam delicatum eſſe percipit, quam vnquam rem aliquam deguſtaſſet: vnde ſe mutatum adeo ſenſit & ad ardua quæque toleranda virginis induſtria inflammatum, vt in ſacræ veſtis geſtatione perſeuerans nullam vnquam habuerit difficultatem, quæſtus ſæpenumero nimis leuia eſſe omnia, quæ Chriſti patientis exemplo rigor ordinis, veſtiſque ſuadebant.

Quis hæc in adoleſcentis huius animo operatus fuit, quis in Caluarium duxit, niſi vna illa Deiparæ Matris virginiſque ſuffragatio, qua adoptiuos filios ad naturalis ſimilitudinem benigne ſolet promouere. *Chron. Ord.*

Huc itaque oculos, huc animum ſedulo, ſtudioſeque aduertat, neceſſe eſt, quiſquis Ieſum patientem imitari, eiuſque veſtibus atque inſignibus indui deſiderat, quæ ipſe propter maiorem profectum noſtrum ſpiritualem induit, nobiſque exemplum dedit, vt in his quoad eius fieri poterit diuina gratia aſpirante eum imitari & ſequi, cum vera ſit via, quæ ducit hominem ad vitam, omnes velimus: ſi vero quænam hæc Gratia ſit, quam ipſe nobis inſinuat, requiras? Matrem eius, Virginem Mariam eſſe pronuncio, quam tot tantiſque gratiarum cimeliis Deus impleuit, vt ipſamet gratia dici haberique poſſit, quod Archangelus Gabriel non ignorauit, cum Nomen eius proprium in nomen dignitatis, quod ei maximè proprium erat, teſte S. Antonino, mutauit: quod S. aduertens *Bernardus* ita ſer. de aquæductu locutus eſt: *Altius intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria; vt proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis,*

S. Bernard. ſerm. de Aq.

A *ab ea nouerimus redundare.* Vnde & *S. Bernardinus* ſer. 52. a. 1. c. 2. *A tempore* inquit, *quo concepit Virgo Deum in vtero ſuo, quandam, vt ſic dicam, iuriſdictionem, & auctoritatem habet in omni temporali miſſione Sp. ſancti; quia non vult ipſe Sp. ſanctus, niſi per ipſam communicari, ſicut & filius, qui ab ipſa procedit, per ipſam datus eſt nobis.* Poſt quæ, mirandum non eſt, quod *idem Sanctus ferm. 62. in fer. 4. poſt paſcha* his verbis expreſſit: *non timeo dicere, quod in omnem gratiarum effluxum iuriſdictionem quandam habuerit hæc Virgo de cuius vtero, quaſi de quodam diuinitatis Oceano riui & flumina emanarunt omnium gratiarum.* Nec, quod fortaſſe quiſpiam, formidet, Maria ſolum gratiam impetrat, qua primogenito filio aſſimilemur, ſed impetratam quoque B conſeruat: & hoc neceſſe eſt; citò namque bonum perditur, quod à largiente non cuſtoditur, propter quod illi directè conuenit, quod Sapiēs Eccli. 17. pronuntiauit: *Gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Nihil homini pupillâ carius, nil veſti huic, qua Chriſtum referimus anteponendum eſt.

Quaptopter hîc ego te, ô Virginum optima, Matrum omnium amabiliſſima *Maria*, hic, inquam, te appello, opem tuam enixius imploro, qua propriæ conſcientiæ collabentem ſpem ipſa corrobores, animum erigas, mentemque imbecillem atque remiſſam confirmes.

Apoſtropha ad Virginem.

Multa ſeptem Libris his ſcripſi, multa nouo C homini documenta dedi, imitamenta lectiſſima propoſui, vtinam, ô! vtinam Virgo piiſſima, is ego, te adiuuante, primus ſim, quodque alios docui, prior ipſe perficiam & abſoluam! ne cum aliis prædicauerim ipſe reprobus inueniar, in tenebras, prohibe ô Mater! eiiciendus exteriores, quia veſtem non habeo nuptialem: eia Matrum optima reuertenti prodigo tuo iube proferri ſtolam primam, quaſque habes apud te filij tui primogeniti veſtes valde bonas exprome, meque ipſa adiuues, vt eas rite induere poſſim, ſicut iuuare ſolet Mater infantem ſuum, quem propria virium ſuarum imbecillitas nudum reliquit: Rebecca olim Iacobo filio, veſtibus Eſau beneolentibus induto, paternam benedictionem D procurauit: tu me, ô Mater dulciſſima, Ieſu crucifixi veſtibus, hoc eſt imitatione vitæ illius & Paſſionis indue, vt velut myrrha, gutta & caſia coram Domino ac patre meo à veſtimentis eius in odorem ſuauitatis fragrans, ampliſſimam eius benedictionem reportem. Hoc à te flagitat mea miſeria, mihi ſpondet tua miſeratio, quo fiat, vt fauſtiſſima filij tui Patientis comprecatione ſubnixus, vnà cum multis aliis, eiuſdem imagini iam conformis, tuis merear filiis accenſeri.

Moleſta illa tunica pellicea, quæ me circumdedit, tunica Euæ parentis eſt, quam ad nos illa infelix tranſmiſit, & confuſione ſua ſicut diploide carnem filiorum ſuorum amixit. Hac me tandem exutum atque nudatum, tu poſterior Eua,

atque

Digitized by Google

atque ipſa viuentium Mater, noua dyploide A induc & exorna.

Tu ſiquidem illa mulier fortis es, cuius domeſtici omnes veſtiti ſunt duplicibus: & quoſnam illos rectius dixerim, niſi ſtudioſos ſacri Nominis tui cultores? quos inter vnus eſſe cumprimis deſidero, quibus cum non timeas à frigoribus niuis, nec illi quoque te proſpiciente formident, futurum confido, vt me quoque duplicibus veſtias, moribus ſcilicet & ſanguine primogeniti filij tui, nam ſicut veſtis cocco ſemel imbuta, ſi oſtro denuò imbuatur, longè pulchriorem colorem trahere ſolet; ita Chriſti filij tui ſimilitudo docentis, ſi & patientis imago te adiuuante acceſſerit, venuſtior quodammodo & ſplendidior reddi conſueuit. Quare dibapham hanc purpuram, nouam hanc dyploidem à te matrum omnium benigniſſima exſpecto, qua indutus, ac conformis iam factus imaginis filij tui, ab eo fratribus multis, in quibus ille primogenitus eſt, aliquando merear cum multis alijs, qui ſcriptione hac mea, te dante, profecerint, annumerari.

Mater itaque dulciſſima, quæ nos ſub arbore Crucis, in ſummis doloribus parturiuiſti, forma in me Chriſtum primogenitum filium tuum, vt eum & ſpiritu, & moribus exprimens, à te merear non alienus agnoſci. Vtinam! ô Vtinam! quæ filium quondam vnicum, & illum quidem primogenitum, morte Crucis mæſtiſſima amiſiſti, alium in me, adoptiuum licet, ei quodammodo ſimilem lætiſſima poſſis inueniſſe.

OPERIS VNIVERSI

CONCLVSIO.

Atque hæc Noui hominis gratiâ, à me B præſcine diſputata ſint, vt Adami veteris exutus panniculis, amictu nouo reſplendeat, olim ab eo agnoſcendus in filium, qui neminem, niſi conformem imaginis filij ſui naturalis, certus eſt in domum, regnumque admittere. Finio itaque cum vetere Legiſlatore Moyſe & librum claudo: *Teſtes inuoco hodie cælum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & bonum*, hoc eſt, VITAM & MORTEM, vt vertit græcus interpres, & Chaldaica habet paraphraſis: eſt enim mors bonum noſtrum, per quam guſtare incipimus felicitatem æternam, *viſio* namque, vt ſentit Auguſtinus, *tota merces eſt*: ad quam niſi morte intercedente non peruenitur, vt rectè Apoſt. Paulus pronuntiant, dicens: *mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* 1. Phil. 21.

Elige ergo, quiſquis es, hanc vitam, vt viuas; hanc mortem, ne moriare. 1. Phil. 21.

Audio:

Ne moriar, certum eſt mortem præcurrere morte,
Vt viuam, vitâ viuere, Chriſte, tuâ.

FINIS.

PRO-

PROTESTATIO AVCTORIS

AD LECTOREM.

LEctor, aduerte in hiſtoriis Virorum, atque Mulierum, earum nonnullas me in his libris attingere, quæ Sanctitatem ipſis videantur adſcribere, quæque cum vires humanas ſuperent, Miracula videri poſſint; quibus etiam ſanctimoniæ videor appellationem interdum tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi, tamquam ab Apoſtolica ſede examinata, atque approbata, ſed tamquam quæ à ſola ſuorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam hiſtoriam, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

Proinde Apoſtolicum S. Congregationis S.R. & vniuerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè iuxta declarationem eiuſdem Decreti à felic. record. D. N. D. Papa Vrbano VIII. anno 1641. factam ſeruari à me omnes intelligant, nec velle me cultum, aut venerationem aliquam, per has meas narrationes vlli arrogare: vel famam, aut opinionem Sanctitatis inducere, ſeu arguere, nec quidquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem aut Canonizationem, aut miraculi comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu, à me relinqui, quem ſecluſa hac mea lucubratione obtinerent, non obſtante quocùnque longiſſimi temporis curſu.

Hoc tam ſanctè profiteor, quam decet eum, qui S. Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione, & actione dirigi, ac doceri.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

Prior numerus deſignat Paginam, poſterior columnam, littera locum columnæ.

A.

AAron Perſarum Rex miſsõdæ artis horologium miſit ad Carolum Imperatorem. 343.1.e
Abagatos Regulus Edeſſenorum effigiem Vultus Chriſti in linteo recepit ab ipſomet Chriſto. 12.1.a
S.Abani Martyris Britanni cadauer mille annis permanſit integrum. 572.1.a
Abaſſinorum Prete-Ianoe quomodo foueat memoriam mortis. 509.2.c
Abyſſini cruces ad omnem congreſſum conferunt. 177.2.d
Abaſſinis & Aſiis & alijs, Chriſti patientis aut crucis ſimulacrum in facie eſt 393.1.d
Abeli ſanguis aliud clamat quam ſanguis Chriſti. 246.2.e
Abyſſini quantum venerentur imaginem crucifixi. 325.1.e
Abrahami Patriarchæ agilitas in obediendo mandatis Dei. 581.1.a
Abraham Georgius Maronita Soc. Iesv à morte fulſit. 578.2.e
Abolans Rex Feſſæ quantum expenderit pro ædificanda domo. 374.1.b
Accipiter, quâ ſolertiâ veteres pennas abijciat. 2.2.d
Acetum cur olim crucifixis dari ſolitum, & cur Chriſto in cruce oblatum. 261.1.e
Aceti naturales virtutes ac ſpirituales effectus explicantur. 262.1.b.c
Achab eburneam domum ſibi ædificauit. 373.2.d
Achas puer ſeptennis matri monſtrando crucifixum, fecit eam abijcere ſplendidas veſtes 140.1.a
Achatius cum alijs decem millibus Martyrum à Maximino coronâ ſpineâ coronatur. 149.2.e
Achilles à Thetide redditur inuulnerabilis. 568.1.b
Adam iuxta Rabbinos non defleuit ſuum peccatum, niſi poſtquam vidiſſet Abelem mortuum. 397.1.c fueritne ſepultus in monte Caluariæ? 184.2.a & ſeqq. an ſepultus fuerit in monte, in quo Abraham parauit immolare Iſaac. 185.1.b an curauerit oſſa ſua & cranium transferri Ieroſolymam, vbi ſciuit Chriſtum paſſurum. 185.1.a
Adam, qui Ioſue 14. legitur ſepultus in Hebron, non fuit primus homo, ſed Arbeus quidam maximus gigas & trium gigantum Pater. 184.2.c
Adamantus cur filiarum ſuarum vnam victoriam, alteram ſpolium, & tertiam robur appellari voluerit. 371.1.d
S.Adelardus quo affectu extremâ vnctione voluerit inungi. 498.2.b
Adelpha erat lignum amarum, quod virtute diuina indulcauit aquas. 341.1.b Fuit hoc lignum apta figura crucis Chriſti. ibid.c.d
Adeodatus Draconem Rhodium peremit, & quâ arte. 99.2.a.b
Adeps & cauda cur olim offerretur in ſacrificio. 305.2.e
Adulphus Ordinis Minorum in horâ mortis ſolatium accipit à D. Virgine. 525.2.a
Ægidius Gonzalius è Soc. Iesv alapam inflictam diſſimulauit. 86.2.c
B. Ægidij Minoritæ dictũ de celeri obedientiâ. 581.2.a
Ægyptij reges ſuos in omnibus mirabantur. 55.1.c mortuorum oſſa circumferendo mortis memoriam fouent. 509.2.b incenderunt lucernas. 418.1.b vrbem ſanctam & ſepulcbrum Domini quando occupârint. 552.1.e quorum ſtuduerint cadauera ſeruare incorrupta. 572.1.b
Ægyptiorum Hieroglyphica ſigna quæ in vſu. 415.1.a
Ægypti reges primi bibliothecarum inſtructores, & quinam illi fuerint? 403.2.b ex eâdem materiâ conficiebant libros, ex quâ fiebant coronæ; & quare? 414.1.a
Æthiopum Vophalentium Rex quotannis ignem mittebat ad Principes regni. 4.2.a
Æthiopes ſoliti probare ſuum affectum erga regem, ſe ipſi aſſimilando etiam in corporalibus defectibus. 20.2.b regum ſuorum morbos in ſe procurabant. 293.2.b
Affectus animi duo, ſcilicet timor & appetitus, ſunt pedes eius. 221.2.b
Afflictis quot modis Deus ſoleat ſuccurrere. 256.2.c.d
Africani cur iuxta vias leones crucibus affigerent. 308.1.a
B. Agatha à cruce in viſione intellexit, qualis fuerit ſudor Chriſti in horto orantis. 69.2.c reuelatum fuit in ſiniſtræ manus crucifixione Chriſto brachiũ, ſcapulas & pectus luxata eſſe. 201.2.d extenſis ad crucem brachijs orare ſolita. 215.1.a toties deliquium patiebatur, quoties crucifixum adſpiceret. 268.2.b nocte ante communionem ter ſe flagellabat. 397.2.d
Agilitatis donum communicabitur corporibus glorioſis in die Iudicij. 579.2.d
Agilitas ſpiritualis quid ſit & in quo conſiſtat? 580.1.c & ſeqq. commẽdatur per loca Scripturæ. 581.2.c.d agilitas ſpiritualis cuiuſdam virginis anonymæ. 581.1.e
B. Agnes Politiana ſoridâ cruce in profeſſione circomcingebatur. 176.1.e, ſolita erat vulnera Chriſti exoſculari. 292.2.d eiuſdem quantus fuerit affectus erga Crucifixum. 310.1.c
Agneta de Queſada ex Ord Minimorum in limine mortis grauem ſibi alapam inflixit. 588.2.c
Aidulphus à Deo admonetur, vt S. Deodato viaticum adminiſtret. 459.1.b
Alapa infligitur Chriſto à Malcho armatâ manu. 83.2.d & ſeq.
Alapæ Chriſto inflictæ atrocitas & iniuria. 84.1.b.c.d

cõtumelia à Prophetis & Sibyllis prædicta. 84.2.a.b

Alapa S. Thomæ Apoſtolo inflicta quomodo punita. 84.a.d alapâ inflictâ mancipia, & ephœbi in Germaniâ manumitti ſolebant. 85.2.c

Alba repræſentat innocentiam Chriſti, & etiam veſtẽ albam luſoriam. 357.a.b

Albertus Criſpinienſis inter orandum centies de die genua, & quinquageſies totum corpus flexit in terram. 67.1.a

Albertus Falckenbergenſis Ordinem Prædicatorum contra voluntatem & preces parentum conſtantiſſimè ingreſſus exemplo Chriſti crucifixi inter adſtantes matrem & diſcipulum. 235.1.d

Albertus Magnus crucifixi imaginem in eccleſia Colonienſi ſublimem ſtatuit, conſecrauit, & adorantibus indulgentiam impetrauit. 309.1.c eſt deprehenſus poſt mortem ſe mouiſſe in genuflexionem. 548.a.b

B. Albertus Carmelita inſtar colombæ euolauit è vita in his verbis, *In te Domine ſperaui.* 304.2.a

Albertus Princeps Belgij humilem ſepulturam voluit, cui tamen ſplendidiſſimam ciues fecerunt. 547.a.d

Albigenſes in contemptum Catholicæ fidei tribus clauis Chriſtum crucifixum pingebant. 216.a.c

Alcibiades faſtuoſus per notitiam ſui ipſius, fit humi- .7.a.d

B. Aldegundis ab Angelo edocta contumelias & detractiones optauit. 94.1.a ſummoperè ad mortem anhelabat. 453.a.c

Aldoncia Caſtellana intellecto iam eſſe vltimum horam vitæ præ gaudio quid locuta ſit. 453.a.c

Aleydis Ciſtercienſis in ſeceſſu & ſolitudine à Chriſto animata perſeuerauit vſque in finem vitæ. 514.a.b

Alfonſi IX Regis Caſtellę milites cruce veſtibus aſſutâ inſignem victoriam reportarunt contra Mauros. 177.1.d

Alexander Alenſis ad habitum Religioſum dimittendum tentatur, ſed excitatur à S. Franciſco crucem portante. 169.2.d

B. Alexander Acæmetorus falsò accuſatus quanta ſuſtinuerit & tacens. 115.a.c.d

Alexander Bertiua extremo morbo à D Virgine viſitur, & in eius tutelâ moritur. 324.a.c.d

Alexander Luſagus arctè ieiunare ſolitus. 328.1.d dicere ſolitus, eſſe impoſſibile crucifixum habere ſine cruce. 550 a.a de Titulo crucis ſæpè meditabatur, & quo fructu. 231.2.d

Alexander Macedo collum obtortum, gerens habuit ſuos amicos imitatores. 293.a.a arborum vmbras captauit. 426.2.d Alexandri veſte quidam indutus Aleaandro in conuiuio gratus fuit & placuit. 555.2.b aulici caput in vnam partem inclinabant ad imitationem regis ſui. 35.1.c

Alexander Card. olim indies ſepulchrum ſuum, & in eo ſtatuam mortui Cardinalis ſpectabat. 510.1.b

Aleaander Papa carcere egreſſus venit in ædes Quirini clauſas. 587.a.d

Alexander Vrſinus Card. ſe fermè ad mortem vſque caſtigabat. 151.2.d argenteam vel æneam crucem clauis & acubus pungentem pectori adſtringebat. 172.1. b ſibi pectus cruentabat clauis crucifixi. 224.2.a anno ætatis 33. mori voluit, & mortuus eſt. 458.2.c

Alexander Vbaldinus Leonis XI. Nepos factus excalceatus Carmelita. 28.1.b.c

S. Aleatus Romanus Thalamos nuptiales & domum Patriam deſeruit. 54.2.b inops & deſertus moritur in paternâ domo. 513.1.a

Alypius factus inconſtans & mutatus in Theatro. 36.1.a

Aloyſia de Caruaial acutis catenulis membra conſtringebat. 82.s.b carnem flagellis domare conſueta, & quamdiu feriâ ſextâ in Paraſceue. 135.2.d crucem ligneam quotidie geſtare ſolita. 176.2.a pompam funebrem noluit, & tamen ſummam habuit. 548. 1. d votum fecerat moriendi pro Chriſto. 450.a a

Aloyſius Gonzaga in morbo amaram potionem lentè bibit, vt amaritiem diu guſtaret. 188.1.c in poſtremis litteris ad matrem non proprium nomen, ſed ſignum crucis ſubſcripſit. 592.1.a intellecto ſe diu viuere nõ poſſe, nuntio iſto mirè lætabatur 455.1.a vt ſæpè optarat, ita & mortuus in Octaua Vener. Sacramenti incipiente feriâ ſextâ 457.a.d fuit recreatus audito mortis nuntio. 477.a.c in vltimo agone geſtu oſtendebat ſe paratum eſſe crucem pro Chriſto ferre. 494 1.d iam agonizans nitebatur Iesv nomen effari. 520.1.d

Alphabetum quidam ſolitus offerre & ex eo petere elementum Deo magis acceptum & ſibi ſalutare. 68.s.b

Alphonſus Caſtellanus Recollecta quomodo permotus fuerit ad redeundum in nouam Hiſpaniam, quã deſeruerat. 238.a.c.

Alphonſus primus Luſitaniæ Rex quinque vulnera in ſignis militaribus circumferebat. 292.a.a

Alphonſi Regis Luſitaniæ ſcutum aſſumptum occaſione Victoriæ ab ipſo contra Mauros relatæ. 370.1.c

Alphonſus Rex Arragoniæ ex conſuetudine collum obtorquebat, in quo & nobiles eum imitabantur. 293.a.a

Alphonſus Caſtellæ Rex propter liberalitatem dictus eſt habere perforatam manum. 306.2.a

Alphonſi à Caſtro Soc. Iesv cadauer in littore multâ luce circumdatum repertum eſt. 578.2.b

Alphonſus Caſtrius è Soc. Iesv naui in formam crucis affixus eſt à mauris. 212.2.c

Alphonſo Pacieco nomen Iesv poſt mortem inuentum eſt in ore in maſſulâ cereâ. 521.a.c

Alphonſus Rodriguez in meditationibus ſentiebat partem dolorum Chriſti. 25.a.d vberrimè lacrymarĩ ſolitus. 71.2.a triduo à ſenſibus alienus ad traditam crucem quaſi expergefit. 530.2 a

Alphora piſcis ſymbolum eſt reſurrectionis. 558.1 c

Aluarus pauperem moribundum humeris portat, & vbi onus deponit, Chriſti crucifixi ſimulachrum eſſe conſpicit. 170.1.b

S. Amandus poſt 150. annos à morte inuentus eſt illibatus. 572.a.a

Amant ſe aſſimilat amato. 55.1.c

Amaſia Rex Ægypti quantam domum ſibi extruxerit. 174.1.a

S. Anaſius Epiſc. Theanenſis ſuos ciues moriens alloquitur & benedicit. 480.1.c Spiritum emiſit manibus extenſis. 532.1.b

S. Ambroſius mortem non timuit nec deprecari eam voluit. 477.1.d Moritur manibus conformatis in formam crucis. 531.a.b

Ambroſius de Iesv ex Ord. Minimorum ſubindè in ſuggeſtu ſe flagellabat. 152.a.d

S. Ambroſius Sanſedonius in lecto mortis viſitari ceſſabat, vt in quiete vacaret orationi. 502.2.c

Ambuſſonius generalis Magiſter equitum Rhodienſium renuit pacem inire cum gente infensâ crucifixo. 177.1.d

Amictus repræſentat velum, quo Chriſtus velatus eſt. 357.a.a

Amor eſt ſolers & induſtrius. 32.1.b.c amor S. Franciſcum in Chriſtum, & Chriſtum, mutat in Franciſcum. 33.a.c amor facit laborem non eſſe laborem. 33.1.c amor omnes alias potentias animæ mouet, & earum operationes dirigit ad rem amatam.

amatam. 33.1.d amore amicitiæ Sancti & perfecti conantur Chriſtum imitari. 58.1.d.2.a amor omnia expugnat. Vide Emblema Cupidinis. amor proprius nobis eſt crucifigendus. 215.1.c.d amor & induſtrius eſt, & cur emblematum inuentor. 338.1.b.c.d
Anachoretæ cuiuſdem Senioris mortificatio in comeſtione amaræ placentæ. 486.2.c
S. Anacletus Papa decreuit prohiberi ab ingreſſu eccleſiæ non corporis communicare. 62.2.d ſanxit, vt omnes Chriſtiani quotidie communicarent, & quare 401.2.d
Analogia inſignis Chriſti patientis & veſtium. 359.1.d & ſeqq.
S. Anaſtaſia moriens petiit ſignari ſignu crucis. 529.2.c
SS Anatoliæ & Baſillæ latera confoſſa ſunt. 281.2.d
S. Andreas Apoſt. exultauit præ gaudio eminus viſâ cruce. 198.2.c eiuſdem perſeuerantia in cruce, de quâ noluit deſcendere. 237.1.d
B. Andreas Auellinus anhelabat ad pati & crucifigi. 23.1.d dicere ſolitus, imitatores Chriſti paſſi ſunt anguſtiis mori. 43.1.a ſtramentitiam culcitram ne æger quidem deſerere voluit. 495.1.a
Andreas Ouiedus ter ſe indies flagellabat. 132.1.d
Andreas Feſulanus quâlibet feriâ quintâ pauperibus pedes lauare ſolitus, & vnum lauando curauit. 58.2.c
Andronicus Imp. moriens per matrem ſpiritum ſuum filio Ieſu commendauit 523.1.c
Anima corpori vnita tribus modis eſt capax doloris. 50.2.a anima hominis triplici nexu Deo configitur, vtpote funibus, clauis. & per hæc quid ſpiritualiter intelligatur. 220.1.d animæ qui pedes & quæ manus ſint. 221.2.c.d animæ ſua fatigatio eſt, & ſua quies debetur. 380.1.b.c animæ rationali ſua eſt ægritudo; remedium tamen & certius & præſentius habet quam corpus. 394.1.b.c anima rationalis corpori vnita quomodo poſſit eſſe capax pœnarum & dolorum. 482.1.b animæ vnius ſalutem curare, quantum meritum ſit & lucrum. 491.1.c anima Deo commendanda eſt quotidie ſub ſerum, ac præcipuè in morte exemplo Chriſti, & quâ de cauſa, & cum quo fructu? 534.2.c & ſeqq. animæ appetitus & potentiæ mortificantur per quatuor virtutes cardinales. 562.2.c.d
Animalium induſtria pro deligendo ſibi domicilio. 373.2.b
B. Angela de Fulginio dicere ſolita ſignum amoris eſſe velle pati. 32.1.d ſolita in Noſocomio Virorum & feminarum pedes lauare. 60.1.a ſeruiuit Deo in maximâ corporis & animæ afflictione ſine ſolatio. 258.1.d crucifixus apparuit, eamque inſtruxit. 309.2.d à Chriſto audit fructum memoriæ paſſionis. 437.1.b pro hæreditate ſuis reliquit paupertatem, dolorem & deſpectum. 473.1.a vltima verba & precatio. 481.1.d
B. Angela, pulchrâ ſuâ Cæſarie ne procos alliceret, eam lixiuio mixto ſoligine fedauit. 110.2.b
Angela de SS. Trinitate ſe fatuam & tardam ſimulabat. 122.2.b
Angela Tardera Chriſti plagas experta quando obiit. 511.2.c
Angelica ſeraphina orabat Deum pro acceleratione mortis. 453.2.d
Angelica de Milaſſo ad matrimonium ſollicitata refugium capit ad vmbram crucis, & quo euentu? 432.1.b.c
Angelus Loyenſius Capucc. graui cruce onuſtus & ſpinâ coronatus in ſupplicatione præcedebat. 171.2.a
B. Angelus de Paz Minorita habuit cor prodigioſo vulnere ſauciatum. 282.1.b occultè geſtauit quinque vulnera in manibus, pedibus & latere. 297.1.c
Angliæ Catholici ſub defectum Henrici octaui vexillis inſeruerunt quinque vulnera Chriſti Domini. 370.2.c
Angliæ reges per preces S. Eduardi impetrarunt virtutem ſanandi ſtrumoſos. 399.2.d
Anglus quidam conuertitur cælo turbido & fulmine cruces Chlamidi eius inurente. 170.2.a b
Angor quomodo faciat exſudari ſanguinem. 70.d
Anna ab Almeidâ nocte præcedente S. communionem non dormiebat & flagello in ſe ſæuiebat. 397.2.c
Anna à S. Bartholomæo valedixit ſæculo, vbi vidit Chriſtum vulneratum. 288.2.d Chriſtum infantulum vidit pedibus vulneratum. 294.1.d teſtatur memoriam paſſionis Chriſti maximam vim habere ad impetrandas prærogatiuas à Deo 437.1.c
Anna de Beauuais ſiue Baletica orâre ſolita manibus extenſis ad normam crucis. 214.2.c
Anna Bellouaca Vrſulina dormiebat in cruce factâ ex duobus aſſeribus. 213.2.a ſummum gaudium hauriebat ex cruce & afflictione. 387.1.c optauit obire & obiit anno ætatis Chriſti. 458.2.d
Anna de Ieſu meditatione Chriſti flagellati mota fuit ad mundo valedicendum. 137.2.d
Anna Romana petiit mori ex obedientia, & mortua ſic fuit. 518.1.a
Anna Sanchia ex Ord. S. Dominici ſingulis feriis ſextis ſe contundebat alapis & pugnis in memoriam Chriſti. 28.2.d quâuis feriâ ſextâ graui cruce onuſta & nudis genibus repebat. 176.2.b
Anna de Vargas a crucifixo emiſſis fulgentibus radiis quinque vulnerum ſtigmata accepit. 299.1.c
Annas interpretatur gratia. 83.1.a
Anno Epiſc. Colonienſis mortem ſuam D. Virgini commendabat. 524.1.d
Annulorum vſus ſummus & frequens apud Romanos. 388.1.d annuli ſignatorij, ſunt ſymbola fidei, voluntatis & ſecretæ mentis. 388.1.d annulis inſculpebantur olim aut effigies deorum & dearum, aut imagines Principum Philoſophorum, aut vultus illuſtrium virorum. 388.1.d & ſeqq. annulis veteres vtebantur non ornandi, ſed ſignandi cauſâ. 388.1.d annulis Chriſtiani hominis inſculpenda eſt crux ſiue crucifixus, & quibus de cauſis? 389.1.c.d
Annuntiatarum quæ veſtes, & cur rubrum ſcapulare in formâ crucis. 360.1.c earum ſcutum hinc calicē cum haſtâ, inde cor ſaucium inter quinque vulnera repræſentat. 370.1.b
Anſberto crucis ſigillum apparuit in brachio poſt mortem. 392.2.d
P. Anſbertus epiſc. Rhotomagenſis 17 diebus ſepultus è terrâ tollitur & crucis imaginem brachiis ſtringere conſpicitur. 170.1.d
Antiphetus quidam ſemper ſui imaginem ante oculos habebat. & quæ cauſa iſtius. 35.1.a
Antiſthenes mortem felicem dixit eſſe illud, quod apud homines eſſe poteſt beatiſſimum. 448.1.b
S. Antonius aquam amariſſimam ſolitus bibere. 162.1.d pro libro legendo inſpiciebat naturam rerum à Deo conditarum. 406.1.c ſub finem vitæ crebrò iterabat vltimum pſalmum. 504.2.a perſeuerauit in diuino cultu vſque ad annum ætatis centeſimum quintum. 507.1.d. moritur in oſculatione crucifixi. 530.2.d cadauer Pauli eremitæ inuoluit pallio S. Athanaſij. 545.1.b
Antonius Cyrnæus ter ... ſe in anno verberabat,

 quos

quot Chriſtus in flagellatione acceperat. 133.1.b

Antonius S. Franciſci ſocius in ſummo æſtu bibebat calidam aquam abſynthio maceratam. 262.2.b

Antonius Gonſaluus Ord. S. Franciſci è cælo venire paratus erat, vt vnius peccatoris confeſſionem audiret. 491.1.c

Antonius Maria Vbaldinus Comes à Magiſtro ſuo flagellari voluit, & voto non potitus deſæuiit in ſeipſum. 133.2.d

Antonius à monte Arnoyo Ord. eremitarum S. Auguſtini ex voto ſuo obiit ferià ſextâ. 458.2.d

Antonius Regius ex ordine minimorum ſe iuſſit à nouitiis alligari ligneæ cruci, & orabat in ea ad plures horas, & ſubinde ad medium diem. 221.2.b. obedit in ferendâ cruce, & de imbecillo fit robuſtus. 431.1.d mira perſeuerantia in piis exercitiis. 507.2.c

S. Antonius Patauinus nocte vnâ Patauio Vliſſiponem deuenit. 584.1.b

Antonius de Roa Auguſtinianus ſe conſpui iuſſit coram Indis. 103.2.d ſe etiam congregatione flagellari iubebat, & quare? 132.2.d

Antonius Vbaldinus Ieſuatus brachia in formam crucis complicata poſt mortem inſeparabilia retinuit. 534.1.c

Anus decrepita mutatur in iuuenculam. 3.2.a

Apes amiſſum regem ſuum per relictum odorem aſſequuntur & inueniunt. 248.1.c

Apollo Delphicus malâ, Deus autem bonâ intentione pronuntiauit, γνῶθι σαυτόν. 6.2.c d

Apoſtoli ſolebant cruces erigere in locis, in quibus extruendæ erant eccleſiæ. 391.2.a Apoſtoli habuerũt ſpiritualem agilitatem in ſequendo Chriſto. 581.1.a Apoſtoli per mundum diſperſi conuenerunt ad D. Virginem morientem. 583.2.d

Apoſtrophe ad D. Virginem. 594.2.c

Appetitus animæ iraſcibilis & concupiſcibilis & eiuſdem potentiæ, voluntas & intellectus mortificantur per quatuor virtutes Cardinales. 562.2.c.d

Aqua & ſanguis ex confoſſo latere Chriſti ad quid effluxerint. 273.2.d. & ſeqq. aqua & ſanguis an de latere Chriſti fluxerint diuiſim, an mixtim. 278.2.b aqua cur potiùs cũ ſanguine fluxerit è latere Chriſti quam lac aut mel? 278.2.d aquæ & ſanguinis de latere Chriſti fluentis quod myſterium? 278.2.c aqua marath erat amara, & quomodo dulcificata. 341.1.b

Aquarius ſignum Zodiaci, & quâ ratione Sol iuſtitiæ Chriſtus in eo fuerit. 444.2.a

ad Aquas-grani in Capellâ Cæſareâ aſſeruatur & ſingulis ſeptennijs oſtenditur linteum, quo Chriſtus fuit obuelatus in cruce. 192.1.b

Aquila mirâ naturæ induſtriâ ſenium exuit. 2.1.b eadem roſtrum ſenio curuatum excutit alliſdendo ad Petram. 2.1.c ſingulis decennijs plumas mutat. 5.1.b

Arabes ſolent imitari ſuos reges in morbis & defectibus naturæ. 293.2.b arabes ſapientes figuram crucis cenſuerunt figuratum principem. 421.1.c cur crucem poſuerint in ſimulacro ſolis. ibid.

Archangela Tardera Chriſti tonſiones & plagas ſentire petiit, & ſenſit. 108.2.b meruit crucifixi ſtigmata. 302.1.a

Archelaus Rex Macedoniæ quantos ſumptus impenderit ſuæ domui. 374.1.a

Archiepiſcopatus Toletanus ditiſſimus & ampliſſimus eſt. 544.1.d

Archimedes, dum lauaretur, in corpore ſuo figuras mathematicas vnguento pingebat. 415.2.b

Aries ſignum zodiaci, & in hoc fuit Chriſtus coronatus. 444.1.b

Ariſtoteles dixit ſimilitudinem eſſe amoris illicem. 40.2.d prædicabat felices illos lapides, ex quibus fabricabantur aræ deorum. 261.2.c Ariſtotelis diſcipuli dorſo incuruo incedebant ad imitationem magiſtri. 35.1.c

Arnaldus Boretus quaſi religioſam paupertatem exercuit etiam in lecto mortis. 497.1.d

Arnoldus Abbas Mariam ſub cruce filio aſſiſtentem deſcribit in Oratione ad Chriſtum. 268.1.c

Arnoldus Carbius è Soc. Ieſu per horas ſingulas ſuper aliquo puncto paſſionis ſolitus Chriſtum ſolari & laudare. 347.1.c

Arnoldus Boretus cannabinum ſaccum inculcatâ paleâ diſtentum ne quidem æger demittere voluit. 494.2.b

Arnoldus monte peſſulanus ad imperium præfecti exſpirat & cælum petit. 516.1.b

S. Arnulphus Epiſc. Sueſſionenſis in cinere & cilicio ſtrato moritur. 494.1.c

Arnmele inſignis moſchæa exſtincta ab Aſſano pecuniâ à pauperibus mirâ arte collectâ. 496.1.c.d

Arphaxad traiecto Tigri cur filium ſuum Heber appellarit. 54.1.b

Ars faciendi Horologia quo vſque progreſſa ſit ſucceſſu temporis, & fuit olim Romanis ignota. 343.1.d & ſeqq.

B. Arſenius omnibus ſabbatis orare ſolitus brachiis in formam crucis expanſis. 214.1.c

Artaxerxes Perſarum Rex cur vxorem voluerit ad ſe venire amictam Pallio Teridatis mortui. 355.2.b

Artemia Maximiniani ſoror interfecta ab eodem. 77.1.b

Arundo Chriſti quid myſticè ſignificet. 154.2.a & ſeqq.

Arundinis, quam Chriſtus in manu loco ſceptri habuit, tres partes exſtant, & vbi. 134.1.d

Aſsel cur capreas celeritate æquarit. 30.1.c

Aſcetis cuiuſdam ignoti pium exercitium ad venerandum crucifixum exponitur. 321.2.a & ſeqq.

Aſſanus Baſſa Ægypti quâ arte collegerit pecunias pro exſtruendâ inſigni moſcheâ 496.1.c.d

S. Athanaſius quas perſecutiones & falſas accuſationes ſuſtinuerit. 92.2.c

Aues quædam mare tranſuolantes quomodo vnâ alâ quaſi velo ſerant vti, dum volando fatigantur. 28.1.d aues in Indiâ Orientali, quarum caro incorruptibilis. 30.1.d aues quædam ſunt in nemore aliquo Orientali, quæ in hebdomadâ ſanctâ abſtinent à cantu, quem reſumunt in dominica reſurrectionis & continuant reliquo anno. 559.1.b.c

S. Auſtreberta mortem accedere videns gaudio perfundebatur. 456.1.c

S. Auguſtinus negat ſe poſſe eſſe ſine vulnere, vbi videt Chriſtum vulneratum 151.1.c quorum malorum inſimulatus fuerit. 92.2.d vulneris lanceæ ſtigma in corde habuit. 281.1.c habuit abdita & occulta ſacrorum vulnerum ſtigmata. 296.1.c habitauit in ſacris vulneribus Chriſti. 376.2.d moribundus ſalutauit viaticum, & quibus verbis? 461.1.c ſolitudinem quæſiuit in lecto mortis ſuæ. 502.2.a in lecto mortis legebat pſalmos pœnitentiales. 504.1.d

S. Auguſtini Oratio ad Chriſtum patientem. 337.1.a & ſeqq. præclarus amor, & ex amore præclarum votum. 540.1.b

Auguſtinus Segala ex morbo decumbens & ſitiens oblatum potum recuſauit. 263.2.a

Auguſtus Cæſar viſo Alexandri cadauere noluit ſibi vlterius aperiri regum conditoria, & quare? 453.2.b

Antoncani populi Peruuij regẽ conſtituunt eum, qui graue lignum baiulat non ſuccumbendo. 278.1.d

Bacchi

B.

BAcchi Nutrices iuueneſcebant lauando ſe in Camino. 5.1.c

Bachus & Virga Mariam & crucem denotant in antelaloquio.

Baiazethes lanceam, quâ Christi latus transfixum eſt, dono miſit Innocentio Octauo. 279.2.a

Balaam optans mortem iuſtorum potius optaſſet animam vitam iuſtorum. 447.1.b

Baltaſar Aluares Soc. Iesv ægrum ſolatur paſſione Christi. 253.b accuſationes falſas ſuſtinuit non excuſando ſe 97.1.b celebraturus miſſam cur accepetit ſimpliciſſima & pauperrima ornamenta. 139.1.a religionem vocauit ſcolam, in quâ diſcitur ſcientia faciendi crucifixos. 210.1.b inſignis dote impaſſibilitatis. 569.2.d inuentus eſt fulgore circumdatus. 578.1.a reges amaras libentiſſimè ſumebat. 487.1.c

Baltaſaris Aluarez admonitio ſolita ad afflictos. 267.2.b

Baptiſmus & Euchariſtia denotantur aquâ & ſanguine fluentibus de aperto latere Christi. 276.1.b

Baptiſta Genuenſis Virgo ſub mortem ſitit. & ſolitudinem petijt. 505.1.d exoſculans vulnera crucifixi moritur. 531.2.d

Barba in homine pro membro computatur à Baldo. 505.2.c

S. Barbara à B. Stanislao inuocata procurat ipſi Euchariſtiam per Angelos. 459.2.c

Barbara Nicomedienſis à Patre occiſa. 76.2.d

Barabbas dimitti petitur à Iudæis, quorum quanta acerbitas & furia in Innocentem Christum. 124.1.a & ſeqq.

Baro Aorcienſis in horâ mortis D. Virginem habuit adiutricem. 523.1.a

Baronij humilitas & obedientia ſub vmbra crucis. 431.1.c

S. Bartholomæus centies in die, & toties in nocte genua flexit. 66.2.d

Bartholomæus Rex Vomuræ in Iaponia primus Principum Iaponenſium amplexus eſt Christi fidem & victis hoſtibus triumphauit in laticlauiâ tunicâ. 220.2.d amiciebatur veste plenâ crucibus. 360.1.d. in ſuſceptâ fide catholicâ conſtantiſſimè perſtitit. 567.1.b

Bartholomæus Cæſenas Capucc. in meditatione Christi patientis quanto gaudio perfunderetur. 383.1.d

Bartholomæus Rex Bungi amplexus eſt Christi Religionem & conſtantiſſimè ſeruauit. 567.1.d

Baſilidiana hæreſis, quod non Chriſtus, ſed alius ſit mortuus in cruce, refutatur. 266.2.c.d

S. Baſilius Magnus quantas contumelias ſuſtinuerit, etiam à ſanctiore cœtu eccleſiæ. 92.2.d orauit expanſis manibus in formam crucis. 214.1.b inter tres hoſtias à ſe conſecratas vnam tumulo ſuo imponendam deſtinauit. 460.2.d ſpiritum exhalauit in iſtis verbis, *in manus tuas*, &c. 336.1.b voce cæleſti ignea columna proclamatur. 576.2.d

Baſilius Norbienſis crucifixum audiuit loquentem, & quid? 309.2.a

SS. Baſilla & Anatolia in latere confoſſæ ſunt. 283.2.d

Baucicaultius Mareſcallus Franciæ diebus veneris abſtinebat ab omni eo, quod animâ ſenſitiuâ viueret. 328.2.a

à S. Bauone miſſus Nuncius pro arceſſendo Sacerdote cum viatico ducitur ab Angelo. 459.2.d

Beatrix Carthuſiana ſibi manus perforauit & ſingulis ferijs ſextis vulnus renouauit. 226.1.a

Beatrix Dominicana à morte, moniali apparens petijt pro ſe oſculum dari vulnerato lateri crucifixi. 283.2.b

Bellarminus ad mortem anhelauit. 453.1.c. *Vide* Robertus.

S. Benedictus per ſpinas ſe voluando venerem expugnauit. 146.1.a iuſſit Euchariſtiam poni ſuper pectus monachi defuncti, & quare? 460.2.d vt viaticum acciperet, voluit in hinâ mortuario Oratorium deferri. 462.1.a

Benedictus Gnezius Soc. Iesv quantâ agilitate in vltimas terras feſtinauerit. 383.1.c.d

Benedictus Rhegienſis Capucc. petijt dolorem vnius ſpinæ Chriſti, & impetrauit. 148.2.d

B. Beneuenta Auſtriaca ſuæ membra arctiſſimè ſtringebat. 81.2.d Chriſto patienti condolens lacrymas ſanguine mixtas fundebat. 265.2.c

S. Benignus Presbyter lanceâ transfoſſus animam columbæ ſpecie exhalauit. 282.2.c

Berchatius Abbas quam velox in obediendo. 381.1.d

S. Bernardinus à Chriſto in cruce nudo docetur nuditatem amare & Franciſcum ſequi. 194.2.c è lecto in terram deponi & ibi mori voluit. 494.1.c

Bernardinus ex ordine Miniſtrantium pro Colapho gratias egit. 86.2.d

Bernardinus Tudertinus crebram crucem coluit. 171.2.d

S. Bernardus ſororem ſuam Humbelinam docuit iugiter orare. 69.2.a alapam ſibi inflictam, vetuit vindicari. 86.1.d moriens ſuis commendauit tria à ſe ſeruata in vitâ, & quæ illa? 479.2.d ſacrum etiam diſcipulos ſuo aſpectu componebat. 577.1.c

S. Bernardi fiducia in crucem. 430.1.c

S. Bernardi cadaueris vmbra inſedit ſaxo, in quo abluebatur. 545.1.c

S. Bernardo Chriſtus crucem baiulans apparuit, & ab eo in ferenda cruce iuuari petijt. 167.2.c

Bernardum crucifixi imago complexu dignata eſt. 317.1.b

Bernardus Cantaber contra conatum dæmonis perſtitit in oratione. 69.1.d

Bernardus Colnagus Neapoli Theologiæ Profeſſor quo & quam ſtrenuo actu ſuperbiam & mentis elationem expugnarit 139.2.c per totam quadrageſimam ſuprà crucem poſt multas preces dormire conſueuit. 213.1.a

Bibliothecæ primò inſtructæ ab Ægypti regibus, & quibus? 403.2.b

Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi habebat ſeptingenta millia librorum, & hæc perijt bello ciuili Pompeiano. 403.2.c

Bibliotheca Vaticana inſtructa à Nicolao V. 404.1.b

Bibliothecæ celeberrimæ vbi & à quibus inſtitutæ. 404.1.b.c

Bibliotheca Conſtantini Imp. habebat centum & viginti millia librorum. 404.1.b

Birgerus Princeps & Pater B. Birgittæ Suedicæ ſingulis ferijs ſextis ſe flagellare ſolitus. 133.2.c

S. Birgitta Nodoſa ligamina geſtare ſolita. 81.1.c nepoti ſuo apparet & reliquæ ipſius vitæ breuitatem reuelat in clepſidrâ. 170.1.d. quâlibet feriâ ſextâ herbam amaram tritâ die maſticabat. 188.2.a cruciatum Chriſti in extenſione corporis ſummû fuiſſe ex reuelatione intellexit. 202.2.d

fexijſeptis ſolebat ignitas guttas cerei ardẽtis in nudã carnem exſtillare. 294.1.a voluit velo monialium aſſui quinque particulas panni rubri, & quare? ibid. b cur ordinem tam feminarum quam virorum inſtituerit. 255.1.d coniugem ad pia exercitia ſuo exemplo induxit. 577.1.c
S. Birgittæ reuelatus fuit modus, quo Chriſtus cruci fuit affixus. 200.2.c.201.2.d
Birgittæ ab ineunte ætate ſingularis affectus erga crucifixum. 318.1.d
S. Birgittæ annulus ſignatorius qualis fuerit. 392.2.a
Birgittæ bataua Chriſtus quinque ſua vulnera impreſſit. 301.2.a
Birgittinæ quomodo ſeruent aſſiduam memoriam mortis. 510.2.c
Birgittinarum veſtitus exponitur, & eiuſdem ratio datur. 360.1.c.d
Birgittini in mantello gerunt crucem albam, cui inſeruntur quinque partes panni rubri, & quare? 370.1.a
Bituricina Supplicatio crucigerorum. 172.2.d & ſeqq.
B. Biſarius legitur ſedecim dies in cubiculo ſuo oraſſe expanſis manibus. 214.1.c
Byzantinorum propugnatorum qualis teſſera & teſſeræ inſcriptio. 305.2.d
Blanca Borbonia Regina Caſtellæ carceribus à coniuge afflicta falſas criminationes conſtanter tulit. 117.2.c
Blancha Guſmannica vulnus in pede à Chriſto petije & obtinuit. 301.1.b
Boëmundus Princeps Tarenti in expeditione ad terram ſanctam milites cruce ſignauit. 364.2.d
Boëthij in perferendis aduerſis & in falſis criminationibus ſuſtinendis conſtantia & patientia. 516.1.b.c.d
Bombyx ſuâ ſericâ domunculâ, vbi in câ ſeduit, euolat alata & moenis. 3.1.a
B. Bonaiunta ſeruita moritur expanſis brachijs. 531.2.d
S. Bonauentura ſine vulnere viuere nec volebat, nec poterat. 22.2.c. ingraſſus in vulnera Chriſti fletibus maduit. 294.2.d. ſtudabat & doctrinam ſuam quærebat in libro crucifixo. 405.1.c.d
S. Bonauenturæ imago, quam nobilis femina geſtabat, repræſentauit crucifixum, atque ita femina illa liberatur a Zelotypiâ mariti. 208.1.d
Bonauenturæ iam Cardinalis exiſtentis qualia fuerint inſignia. 363.1.c
S. Bonauenturæ cor ingreſſa eſt ſacra hoſtia ſine veſtigio aperturæ. 463.1.b
S. Bonifacij ſepultura fuit ſplendida. 545.1.a
Bonifacius Octauus Sudarium Veronicæ è templo S. Spiritus in Baſilicam S. Petri tranſtulit. 179.2.a
Bonos malis poſtponit impietas mundi. 124.1.a & ſeqq.
S. Bonitus moritur in pſalmo, qui illâ horâ in eccleſiâ ſolebat inchoari. 304.2.b
Bonzij à Iaponibus morientibus pecunias recipiunt, quas illis in cœlo refundere promittunt. 468.1.b
Borgias. *Vide* Franciſcus.
Borromæus. *Vide* Carolus.
Brachmanes in Sindonibus ſcribebant. 414.1.b
S. Bruno Epiſcop. conuocatum ad ſe clerum & populum piè admonet, & poſt benedictionem datam moritur. 480.1.d
S. Bruno Archiep. Colonienſis amicos triſtari noluit in ſuâ morte. 485.2.a
In Brutijs olim ſonare certam campanulam debebant illi, qui vellent contra ingratos agere. 490.2.a
Buccinatores præibant more Romanorum, dum Chriſtus educebatur ad montem Caluariæ. 164.2.d
Budæus quales ſibi exequias voluerit fieri poſt mortem. 467.2.b
S. Burchardus verbis pſalmi 41. hortabatur ſuam animam, formidantem corpore egredi. 504.2.b

C.

Cæcilia ex ordine S. Dominici crucifixionem ad aliquot temporis ſpatium ſenſit. 211.2.c
S. Cæleſtinus his verbis immortuus eſt: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* 504.1.d
Cæleſtinus Papa inſtituit pro expeditione Germanica in terram Sanctam. 552.1.d
Cæſar Card. Baronius Caluariam in annulo ſculptam gerebat. 510.2.c
Cæſar de Bus paſſionis myſteria meditationibus per 24. partes, ad eaque horas diuidebat. 347.1.d
Cæſius Scæna è pugnis retulit ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum. 369.2.d. vulnera eius in veneratione quantoperè fuerint propter ipſius fortitudinem. 291.2.b
B. Caietanus Thienæus paupertatis ſummus amator & omnis temporalis ſubſidij contemptor. 190.2.d
Caluaria aut etiam cadauer hominis cur pingatur ad pedem crucifixi? 508.2.d
Caluariæ mons vbinam ſitus. 185.2.b vilis & abiectus, & ideo à Chriſto electus pro loco mortis 185.2.c vnde nomen acceperit, triplex ſententia. 183.2.d & ſeqq. eum multi credunt inde dictum, quod eſſet locus caluus arboribus, reorum ſupplicijs deſtinatus & caluarijs plenus. 184.1.b an ſic dictus à caluaria primi parentis. 184.2.a & ſeqq. cur à Iudæis in maiori Veneratione non fuerit habitus, ſi in eo Adam crederetur ſepultus. 185.2.c an inde dictus, quod in eo Chriſtus, qui eſt omnium hominum caput, eſſet occidendus. 185.2.d ad radicem erat cauerna, quæ dicebatur carcer, & in quâ damnati ſeruabantur, donec inſtrumenta mortis eſſent parata. 187.1.a & illa cauerna fuit poſtea in capellam mutata. 187.1.b in ipſo notatus eſt locus crucifixionis, & in eo extructum ſacellum. 201.1.a
Calumnia falſa ingenuum & innocentem virum maximè affligit. 90.2.d & ſeqq.
Camilla Herculana filium ſuum S. Ioſepho commendatum vidit incolumem & præſeruatum à flammis Veſuuij montis. 490.1.c
Camillus de Lellis Euchariſtiæ ſumptione ſanatum ſe affirmauit. 400.1.d extremo viatico munitus nullos ad ſe admittebat. 503.1.a qualem imaginem ſibi ſub finem vitæ depingi petierit. 531.1.c.d
Canathus fons apud Argiuos reſtituit lotis iuuentutem. 3.1.c
Cancer ſignum Zodiaci, & in eo quomodo Chriſtus ſol iuſtitiæ fuerit. 443.1.d
Cancri ſtomachus in capite. 30.2.c
Canoadeoſes Neophyti induci non poſſunt, vt ægris precentur à Deo ſanitatem. 478.1.c.d
Canonicus Neapolitanus Cæſariem longiorem alere ſolitus, quam ſtrenuè eam tandem detonderi iuſſerit. 109.2.d
Capitis inclinati in morte Chriſti quæ & quam variæ rationes. 264.2.d & ſeqq.
Capnecius Seneſis in vtriuſque manus ſuæ vnguiculis paſſionem pinxit. 314.2.b
Capricornus ſignum Zodiaci, quod & Chriſtus Sol iuſtitiæ percurrit. 444.1.c
Captiuitas Chriſti à Prophetis prædicta. 78.1.c.d & ſeqq.
Capuccini ſſæ in clypeo habent coronam ſpineam & in eâ crucem. 368.1.b pro teſſerâ ad crucem aſſumpſerunt lanceam. 369.2.b
Carbiola Vrbeuetana mirabilis cultrix temporis mortis Chriſti, & imitatrix ſitus iſtius, qui in corpore

Chriſti

Chriſti morientis ætat. 358.1.d

Carbunculus ceram, cui imprimitur, mollem, imò & liquidam efficit per ſuam innatum calorem. 590. 2.a

Cardinales cur & quando ex indulto Pontificum acceperint rubeum galerum & purpureum veſtitum. 358. 1. 2.b cur cardinales in ſuis inſignibus crucem geſſerunt, & quinam. 362.2.d

Carilephus abbas in pſalmia & gaudio mortuus eſt. 504 2.d

Carmelitæ excalceati in extremâ menſâ caluariam collocant. 510 1 d

Carloſomannus germaniæ Rex factus Monachus alapas & verberationes à viliſſimo fratre coquo ſuſtinuit. 88.1.c

S. Carolus Borromæus mandauit Paſtoribus, vt curarent in grege frequentiorem communionem quam in Paſchate. 63.1.d in ſolitudine Veralli montis orare & meditari ſolitus. 66.1.d fune ad collum alligato ſupplicationem comitabatur, 81.1.d paupertatis & nuditatis ſectator. 194 2.b S. clauum mirè veneratus eſt non tantùm in religione, ſed & in dolore. 224.2.d quantopere oderit hauſtum frigidum etiam in maximis caloribus. 262.2 c delectabatur cadauerum aſpectu ob memoriam mortis. 453.2.a eius teſtamentū omnino pium & humile. 470.1.b per D. Virginem tria requiſiuit à filio Ieſu, & quæ iſta? 585.2.c

Carolus comes Flandriæ ſingulis diebus ſolitus veſtire quinque pauperes in honorem 5. vulnerum Chriſti. 292.1.d

Caroli de Condrem ſecundi præpoſiti generalis Oratorij in franciâ mors omninò præclara. 537.2.b & ſeqq.

Caroli regis Neapolitani inſignia cum hâc inſcriptione. *In patientiâ ſuauitas.* 341.1 d

Carolus magnus Hieroſolymam recepit. 144 1.a & ſeqq. partem ſpineæ coronæ in mercedem victoriæ petiit & in occidentem detulit. ibidem. flores ex ſpineâ coronâ natos collegit, qui exinde conuerſi ſunt in manna, quod & hodie in æde S. Dionyſij aſſeruatur. ibidem. carolus magnus exſpirauit dicens, *in manus tuas* &c. 536.2 a caroli magni laudabile ac omninò pium teſtamentum. 468.2.b

Carolus Muſart Soc. Ieſu mortem petiit ſibi à ſuperiore imperari. 517.1 c

Carolus V. Imp. abdicatis regnis ſolitudinem petiit. 43. 1.2 flagellum ſanguine ſuo ſæpe tinxit, & illud Philippo filio tranſmiſit. 134.1.a ſolemniter Mediolanum ingrediens vili & nigro indumento erat indutus. 139 1.d imperio & regnis abdicatis ad quietam mortem ſe compoſuit. 254.1.d cruci & crucifixo omnes victorias & triumphos ſuos adſcripſit. 314.1.d fuit primus, qui vltra columnas herculeas nauigauit. 368.1.d crucifixum conſtituit Ducem exercitus. 429 2.b ante & poſt extremam vnctionem voluit ſumere viaticum, & quare? 465.1.d apparatum funebrem in cubiculo ſuo conſtitui volebat. 510.1.c

Carolus filius B. Brigittæ feliciter moritur per opem D. Virginis. 523.2.c

Caro ſuilla cur olim Iudæis prohibita. 564.2.c

S. Carterius presbyter à Iudæo lanceâ confoſſus copioſam aquam per vulnus emiſit. 281.2.c

Carthuſiani in Bohemiâ ſpinis coronati. 149.2.b

S. Caſimirus vitam potius quam caſtitatem amittere elegit. 507.2.b

Caſtigatio proprij corporis laudabilis & vtilis eſt. 130. 2.a & ſeq.

B. Caſtrenſis in morte ſuâ fratres cōſolatus fuit. 485.2.d

Caſula repræſentat veſtem purpuream, quâ Chriſtus ioculariter indutus fuit. 357.2.d

Catena, quâ Chriſtus ad Pilatum tractus eſt, diu Ieroſolymis ſeruata fuit, contactu dæmonia eiiciebat. 312.1.d illam repræſentat ſtola in miſſâ. ib.

Catenæ ferreæ, quibus Chriſtus fuit ligatus, ſunt delatæ Pariſios. 78.1.b

Catharina Adorna contra dæmonis aſpectum, moritura nutu petiit ab adſtantibus muniri cruce. 529.2 d in lecto mortis extenſis brachiis crucifixi imaginem repræſentabat. 532.2.d

Catharina Angliæ regina in horâ mortis coniugi ſuo Henrico Octauo palam ignouit. 488.2.b ei moritura Henrico octauo commendabat Filiam, & Ancillas ac miniſtros ſuos. 490.1.b

Catharina Bononienſis teſtatur, non eſſe maiorē dolorem, quam non guſtare conſuetas dulcedines. 257. 2.d indies Chriſti paſſionem cogitabat. 318 2.c à Chriſto docetur meditari de paſſione. 331.2.b moribunda dixit ſe non agnoſcere pro filiâ eam, quam videret flentem ob ſuam mortem. 486.2.c ter pronunciato nomine Ieſu moritur. 521.1.b eius cadauer adhuc hodie ſpectatur. 572.2.d

Catharina Ciaulina 27. diebus ac noctibus quaſi coronata ſpinis dolores ſenſit. 151.2.d

B. Catharina genuenſis agaricum pulueriſatum ſecum portare & ſumere ſolita, quoties cibo aut potu delectabatur. 188.2.d à pueritia fuit ſingularis cultrix crucifixi. 311.2.b ſumendo Eucharistiam conualuit. 400.1 d mortem vt aliquam rem ratione præditam alloqui ſolebat, nunc eam ad ſe vocando, nunc de tardo eius aduentu conquerendo. 456 2 d

B. Catharina Herrera ſuſpirabat cogitans de Chriſti paſſione. 268.2.c

Catharina de Ieſu Carmelitana fuit præclara imitatrix Chriſti paſſi. 34 1.c noctem ante Paraſceuen ſine ſomno traducebat iacens in cruce expanſis brachiis. 107.2 b per noctem ante Paraſceuen in cruce humi iacebat. 213.2.b pati non pœnam, ſed voluptatem eſſe dicebat. 387.1.d petiit à Deo mori in ætate Chriſti, & mortua fuit in eâdem. 458. 2.d

Catharinæ de Ieſu mirabilis reſignatio in voluntatem Dei quoad viuere & mori. 478.2.d

Catharina Medicæa pro ſymbolicâ teſſerâ cur lanceam aſſumpſerit cum hac epigraphe, *hinc lacrymæ, hinc dolor.* 369 2.b

Catharina pænitens quantâ auſteritate inceperit nouitatem vitæ. 60.2 d eius ſumma auſteritas vitæ. 587.2.c

Catharina Perſica inter maxima tormenta quaſi impaſſibilis. 571.2.b.c

Catharinæ principis Georgiorum conſtans martyriū. 38.1.b

Catharina Raconiſia immenſum coronæ Chriſti dolorem ſenſit. 152.1.b à Chriſto acceptam crucem quanto dolore geſtauerit. 175.2.c vidit ex ſtigmatibus Chriſti purpurea fila mitti in manus, pedes & latus ſuum. 301.1.d ſæpe aſportabatur in alienas domos occluſas. 588.1.d

Catharina Riccia ſpineam coronam popoſcit in optione trium coronarum ſibi factâ à D. Virgine. 152. 2.a accepit à D. Virgine canticum de Paſſione Chriſti. 593.1.c.d illius pietas in meditando de Chriſti paſſione. 347.2. b

Catharina de Riolle duas filias quomodo vitâ diuerſas habuerit, & ipſa cum iuniore vanitatibus renunciarit. 349.1.d & ſeq.

Catharina Romana diſtulit & obijt mortem ad iuſſum S. Franciſcæ Romanæ. 527.1.d

Catharina de Sandoual mirè conuertitur per lectionē ſedulam Tituli S. crucis Domini. 232.1.c patienter morbis multis per ſeptemdecim annos. 483.1.c

S. Catharina Senenſis de cœlo intellexit, Christum à Patre impetraſſe Oratione ſuā breuem paſſionem per paucas tantum horas. 72.2.d coronam ſpineam elegit calumniaſque pro pio obſequio ſuſtinuit. 99.1.a ad ſeſquihoram ſe flagellare ſolita. 134.1.c ſpineam coronam præ aureâ elegit. 150.a b faciés ei mutata in faciem Christi cernitur à Raymundo Capuano. 181.1.d teſtatis & per experientiam docta fuit maximum dolorem, quem Christus ſenſit in cruce, fuiſſe in pectore. 202.2.d in ecſtaſi à Christo clauo tranſfigitur in dextrâ manu. 225.2.d vbi & quomodo ſacra ſtigmata acceperit a Christo Domino. 298.2.d in tentatione ad vulnera Christi confugiebat. 377.2.c mortua eſt, cum in laboribus expleſſet triginta tres annos. 458.2.c contra inſidias hoſtium impaſſibilis erat. 575.1.a

S. Catharina Suecica dæmonis tentationem flagellis vincit. 136.2.c

Cauda & adeps cur olim offerretur in ſacrificiis. 505.2.c

Cedrus ſignum perſeuerantiæ in bono. 505.2.c

Centurio cum militibus loco Præſidis comitabatur Christum ad locum ſupplicij. 164.2.d

Ceruus quo artificio & ſenium ſuum curet & antiqua cornua deponat. 2.2.c cerui febres non ſentiunt, & eorum caro comeſta præſeruat à febribus. 394.2.d ceruinam naturam induit puer quidam per connictum cum ceruis. 30.1.d

Ceremoniæ ſacrificij miſſæ excitant memoriam paſſionis Christi. 335.2.d

Chadrius eſt auis quædam, & hæc perfectum ſymbolum Deiparæ. 561.2.b

Charitas omnia ſuſtinet & vincit. 32.2.c charitas præcipuum incitamentum ad imitationem Christi patientis. 31.2.d

Chaoſneſiorum familia habet in ſcuto tres clauos aureos. 369.1.b

Chelys mirabilis Mogontiæ. 33.2.a

Chlamys apud Romanos quid fuerit. 138.1.c chlamide purpureâ cur Christus a Romanis militibus ſit indutus, & qualis fuerit illa chlamys. 138.1.d

Chorda S. Franciſci quando ſæcularibus diſtribui cœpta, & Chordigerorum confraternitas quando inſtituta? 82.1.c

Chosroes Rex Perſarum ad Mauritium Imp. miſit captiuos Turcas cruce ſignatos. 177.2.c illius exercitus conſumptus oleo lucernæ edeſſenæ in ignem iniecto. 419.1.a

S. Chryſoſtomus de quam multis & quam enormibus accuſatus fuerit, & à quibus viris. 95.1.d.2.a b pro viatico ante mortem ſolicitus fuit. 461.1.b Theophilo Alexandrino poſtponitur. 525.2.c

B. Chriſtina de Aquila feriâ quintâ maioris hebdomadæ in ecſtaſi accepit alapam, quia optauerat aliquid pati de paſſionibus & pœnis Christi. 89.1.b à feriâ quintâ in cenâ Domini vſque ad *gloria in excelſis*, in ſabbatho ſancto perſeuerat in ecſtaſi, in quâ ſpinarum Christi dolores ſenſit. 511.1.a.b

Christina mirabilis ſemper erat oculis & animo intenta in laterale vulnus Christi. 283.2.a

B. Chriſtina de Vice-comitibus ſingulis feriis ſextis edebat abſynthium & bibebat vinum felle mixtum. 188.2.a Ord. S. Auguſt pedi clauum infixit. 225.1.d

Christiani primi crucem ferro inſculpebant ſuis membris. 20.2.b christiani orantes cur ſe vertant ad Orientem 203.2.c olim docti ſunt orare manibus in formam crucis expanſis. 214.1.a olim cur nudas cruces ſine crucifixo pinxerint, & quando cum crucifixo pingere inceperint. 315.1.d & ſeqq. olim vocabantur Religioſi crucis. 374.1.c olim manibus & brachiis crucem inurebant religionis causâ. 391.1.a Æthiopes pueris cruces imprimebant. 391.2.b in Africa cruces in brachio gerunt. 393.1.b indies communicabant ex præcepto Anacleti, & quare? 401.2.d

Christianus quidam Neophytus, prohibitus crucem è collo geſtare eam nouaculâ brachio inciſit. 393.1.c

S. Christophorus in facie percuſſus non vindicauit, & quare. 86.1.d

Christophorus Clauius excogitauit horologium in formam crucis. 344.1.c corona è ſpinis contextâ coronatur & in formâ crucis extenſus omnium ſtylis occiditur. 149.2.d

Christophoro puero oſtendit latus in cruce apertum. 282.1.c

Chriſtus.

Christus in vitâ & in morte obedientiſſimus fuit. 575.1.a & ſeqq. per ſua merita eſt principium noſtræ prædeſtinationis. 437.1.d ipſius merita concurrunt ad ſpem & charitatem, & phyſicè effectiuè producunt omnes & ſingulos gradus gratiæ in & extra ſacramenta. 437.2.b vulgari more Hebræorum veſtitus fuit. 192.2.a nudipes & ſine pileo ambulauit in terris. 47.1.c habitatione caruit. 47.2.a.b 40. diebus in deſerto, vt à cibo, ita & à ſomno abſtinuit. 48.1.a cur tres tantum annos in publico egerit & iuuenis mori voluerit. 16.2.d aquam in vinum conuerſurus, cur hydrias aquis repleri iuſſerit. 17.2.d multiplicaturus panes in deſerto, cur quinque Hordeaceos poſtulârit. ibid. Lazarum reſuſcitaturus cur lapidem amoueri iuſſerit. 28.1.a poſt reſurrectionem diſcipulis apparens cur voluerit adferri de piſcibus, quos prendiderant. ibid. Christus hominū eſt imitandus, quia caput eſt, quia frater eſt, quia idæa eſt. 9.2.c vult Chriſtianos ſibi ſimiles & ſui imitatores in paſſione. 22.1.a & ſeqq. vult ſuos ſectatores pati a domeſticis & amicis ſuis. 76.1.c & ſeqq. nobis eſt magiſter & Dux quem audire & ſequi debemus in vita & morte. 447.1.c & ſeqq. Christum ſequi & ipſi adhærere decet Chriſtianos. 341.2.d & ſeqq. Christus religioſis Brigittinis, vbi recipiuntur ad templum, ſui patientis effigiem præferri iuſſit in Regulâ 311.2.d Christi veſtium togæ & pedum veſtigia cernuntur in monte ciuitatis Nazareth. 11.2.d Christus rupi cuidam prope cedron velut ceræ ſuum corpus impreſſit. 12.1.c Christi veſtigia relicta in littore maris Galilæi & in monte Oliueti. 12.2.b.c Christi pueri figura ſupra marmor vſque modo apparet in Ægypto. 11.2.d manuum, genuum & pedum veſtigia conſpiciuntur impreſſa cuidam lapidi in horto Gerſemani. 12.1.b veſtigia marmoreo lapidi impreſſa ſeruantur in templo S. Sebaſtiani. 13.1.a voltus in Iaſpide Orientali conſpicitur. 13.1.b imagines variis in locis inueniuntur ad imitationem veli Veronicæ. 180.c.d Christus in cruce moriens mirâ quadam & marmoreâ ſtatuâ deſignatur. 265.2.c Christi patientis hiſtoria olim depicta ad parietem in templo S Sophiæ. 310.2.a Christus variè & ſæpe apparuit in venerabili ſacramento. 399.1.c Christus in formâ pelicani apparuit B Gertrudi. 405.1.b

Chriſti

Chriſti ſpecies, quomodo exprimenda in nobis. 281. s.a Chriſti paſſio ſemper meditanda & cordi imprimenda eſt. 181. s.c Chriſtus cur velit nos ſui amoris & paſſionis meminiſſe. 335 t.c Chriſti paſſionem meditandi modus. 590. s.a Chriſti patientis libēter meminiſſe eſt maximum ſignū prædeſtinationis. 434. 2.d & ſeqq. Signum hoc probatur ex auctoritate S. Scripturæ. 435. t.a & ſeqq. probatur ex reuelationibus. 436. s.c probatur ex rationibus. 437. t.e probatur ex auctoritate SS. Patrum. 438. 1.b & ſeqq. Chriſtus pro memoriâ ſuæ paſſionis multa eiuſdem veſtigia in terria reliquit. tt.2.e ſuæ paſſionis multa caragrapha & reliquias in terrâ reliquit, ad memoriam paſſionis ſuæ. tt.2.e Chriſtus inſtituit miſſam in memoriam ſuæ paſſionis. 335. t.a Chriſtus ſuæ paſſionis imaginem amat deriuare in homines. 24. 2.b Chriſtus amicis & peculiariter dilectis ſuis voluit eſſe impreſſa ſigna vulnerum ſuorum. 296. t.a & ſeqq. Chriſtus ſua ſtratagemata & ſuſceptos pro homine labores deſcripſit in ſindone ſepulcrali. 413. s. e Chriſti effigies quædam in Velo fuit Conſtantinopoli tempore Mauritij Imp. 180. t.b Chriſtus dicitur Sol. & hoc nomine inſignitus fuit olim à Prophetis. 44. t.e & ſeqq. Chriſto in cruce pendenti proprietates cœlorum ſpiritualiter accommodantur. 286. t.a & ſeqq. Chriſtus comparatur pomo granato. 340. 2.e Chriſtus comparatur ſoli in ortu, in meridie, & in occaſu. 345. t. e.d Chriſti patientia & veſtium præclara Analogia. 359 t.d & ſeq. Chriſtus comparatur farinæ, quam Heliſæus miſit in ollam. 383, 1.a, b Chriſtus quâ de cauſa librum ſuæ paſſionis ſcripſerit in lino ſeu Sindone ſepulcrali. 413. a, d & ſeqq. Chriſtus crucifixus eſt lucerna. & qualis? 419 1.d & ſeqq. ſecundum naturam diuinam aquilæ, & ſecundùm humanam gallinæ pullos obumbranti comparatur. 421. 2.e Chriſtus pomum eſſe & pomo cur ſimilis dicatur. 424. 2.c.d Chriſti & ſolis præclara analogia. 441. s.d & ſeqq. Chriſtus vt purè Sol iuſtitiæ quomodo percurrerit ſuum Zodiacum, & quomodo in quonis ſui Zodiaci ſigno fuerit, & à quo ſigno, ſuum Zodiacum percurrere inceperit. 442. 2.b & ſeqq. Chriſto in cruce morienti aſſiſtentium nullus violentâ morte interemptus eſt. 333. 2.e Chriſtus probabiliter animas ſeruorum & ſeruarum ſuarum à morte ſuis manibus excipit. 535. 2.d Chriſtus quomodo dicatur in cœlis pro nobis interpellare. 555. 2.d & ſeqq.

Chriſtus patiens.

Chriſti diſceſſus à Patre & reditus ad Patrem qualis. 55. 2.d. 56. t.a Chriſti anima à primo inſtanti conceptionis beata, ſuam beatitudinem corpori non ſtatim communicauit. 45. 2. a.b Chriſtus decretum Patris de paſſione ſuâ alacriter ſuſcepit. 49. 2.c Chriſtus vti habuit præceptum, ita & emiſit votum de morte ſubeundâ. 237. 1.a Chriſtus primo inſtanti ſuæ conceptionis emiſit & obtulit Deo Patri votum moriendi pro hominibus. 449. 2. b, c & ſeqq. Chriſti clauſura in vtero matris fuit vna ex maioribus afflictionibus. 45. 2.d, 46. t.a Chriſtus an libentius manſerit in vtero matris, an in patibulo crucis? 380. 2.d & ſeqq. Chriſti Paſſio à primo inſtanti conceptionis incepit, & non niſi in morte deſijt. 49. 2.d 50. 1.a, b, c Chriſtus alicui pœnas, Chriſtum pauco tempore paſſum mirâ viſione reuelauit ſuam paſſionem à conceptione vſque ad mortem. 50. 2.c 51. t.a, b Chriſti nati & morientis quam abiectus & incommodus locus, ſtabulum naſcenti, patibulum morienti. 264. 2. b, c Chriſtus cur extra Bethlehem naſci, & extra Ieruſalem mori voluerit. 583. 1.d voluit compellari nomine nouo. 571. t.b donum claritatis ſuæ cur ſuo corpori ſubtraxerit ante mortem. 573. t.d ſuæ paſſionis beneficium & relictum homini patrimonium occultis ſignis obuelauit. 338 2.d & ſeqq. cur pro paſſione & morte ſuâ elegerit tempus Paraſceues. 448. 2.a in omnibus membris corporis cur paſſus ſit. 187. t.e omnem paſſionem paſſus eſt ab extrinſeco non ſecundum ſpecies, ſed ſecundum genus. 15. 2.d. 16. t.a omne genus humanarum paſſionum conſummauit. 49. t.a, b, c.d quoad circumſtantiam temporis ſic mundum redemit, ſicut Adam perdidit. 271. 2.d paſſionem & mortem ſuam duplici metaphorâ baptiſmi & calicis deſignauit. 451. t.e de paſſione & morte ſua frequentiſſimè & in omni occaſione loquebatur. 450. 2.c & ſeqq. in transfiguratione ſuâ cur locutus fuerit de paſſione. 380. 2.c Chriſti paſſio eſt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis in ordine intentionis & exſecutionis. 437. t.d Chriſtus paſſus & mortuus non per impotentiam naturæ, ſed per voluntatem. 48, 2.d pedes loturus omnes veſtes exuit ſolo linteo indutus, & quare. 56. t.d ſub mortem ſuam voluit ante conſolari ſuos, quam ab eis diſcederet. 485. t.d ad mortem iturus ſuos diſcipulos alloquitur. 479. 1.d quâ die celebrarit Paſcha. 326. 2.d cur venditus triginta argenteis. 75. 2.c in domo Annæ alligatus fuit ad oleam. 83 2.c coram Caypha cur dixerit ſe filium Dei, & tamen noluerit reſpondere ad falſa teſtimonia. 101. t. c.d. 2. a, b falſis teſtimonijs accuſari voluit ad exemplum, cuius habuit multos imitatores. 91 1.d & ſeqq. de quibus in Paſſione fuerit accuſatus. 90. 2. a, b, c nullam legem violauit. 123. t a Chriſti innocentia in tribus tribunalibus Cayphæ, Pilati & Herodis agnoſcitur. 123. t.b Chriſtus tribus de cauſis in carcere vltimæ noctis tam multa paſſus. 106. t.a ante ſententiam Pilati flagellatus fuit in nocte vltimâ à militibus. 106. t. b, c, d bis fuit flagellatus, & vbi, & quando. 128. 2. b, c in flagellatione an ad palum humi defixum, an ad altam columnam alligatus fuerit. 128. t.d fueritne veſtibus indutus & iterum exutus inter flagellationem & coronationem. 138. t a ſempore paſſionis tertiò veſtem cauit, & per hoc quid docuerit. 56. t.c exiturus ciuitate baiulans crucem cur ſuis veſtibus indutus fuerit. 164. t.a permittendo ſuam crucem portari à Simone Cyreneo quid docuerit. 166. t.c à feminis in paſſione non iniuriam, ſed ſolatium recepit 55. t. b, c patiendo nos pati docuit. 20. s. & 2. c.d patiens eſt exemplar, ſecundum quod homo debet pati. 24 2 d Chriſtus dux nobis ad paſſionem. 52. s.d & ſeqq. Chriſtum per paſſionem nos præcedentem oportet ſequi. 340. s.b & ſeqq.

Chriſtus in Cruce.

Chriſtus cur in ligno mori voluerit, & non alio ſupplicio. 424. t.d cur in cruce. 527. 2. a & ſeqq. cur in alto & in omnium conſpectu. 308. 2.a & ſeqq. ſuſtinuit crucem propoſito ſibi gaudio. 380. 2.a viſâ cruce ſuâ gaudio exultauit præ vehementiâ amoris. 197. s.d & ſeqq. Crucem ſuam alacriter amplexus eſt. 164. t.d mortem alacriter & expeditè aggreſſus eſt. 437. 2, c à Patre clarificatus fuit in cruce. 421. 1.c in cruce omnia traxit ad ſe, vti aliquando dixerat. 543. s.b & ſeqq. Chriſto an fuerint duo pocula oblata, vnum vini myrrhati, & alterum vini felle mixti. 186. 2.b fueritne affixus cruci

cruci iacenti in terrâ, an verò iam ſcrobi impoſitæ & erectæ, dubium eſt & varia opinio. 200.1.d & ſeqq. in confixione manuum & pedum cur ſummos dolores ſenſerit. 202.a.c Chriſti pedes & manus quot ictibus fuerint fixi in cruce. 202.1.a quo ſitu & adſpectu ad 4. plagas mundi fuerit crucifixus. 203.2.b,c facie ad Occidentem cur crucifixus? 39.2.c cur inter duos latrones crucifigi voluerit, rationes expenduntur. 204.a.c,d in cruce pendens quantis contumelijs ſannis, & riſibus exceptus, & à quibus. 233.2.c & ſeqq. in cruce pendens doloribus vndique afflictus non ceſſauit ab Oratione. 259.1.b Chriſto nuditas in monte Caluariæ magis erubeſcenda propter præſentiam multitudinis, & magis pænalis propter auulſionem tunicæ plagis inductæ. 189.a.b,c an pependerit in cruce tota nudus, an linteo aliquo Velatus, controuertitur, & vtrum probabilius ſit, oſtenditur. 191.a.a & ſeqq. Chriſtum circa partes pudendas velatum fuiſſe velo à matre vel Veronicâ ſubmiſſo, probabilius aſtruitur. 193.1.d & ſeqq. Chriſtus Sacerdoti cuidam in viſu præcepit, vt ſui crucifixi nudam imaginem tegeret. 191.a.d cur in cruce matrem ſibi adſtare voluerit. 268.a.d in paſſione ſua & in morte derelictus fuit ab omnibus. 511.2.c & ſeqq. cur in cruce dixerit ſe à Patre derelictum. 255.2.b,c cur in cruce conqueſtus fuerit, & cur articulatâ voce dixerit, *Deus meus, vt quid dereliquiſti me,* 259.1.d quinque modis fuit Patri coniunctus, & quoto ex illis fuerit à Patre derelictus. 256.1.c.d non deſcendendo de cruce & ſuperpoſitum titulum non deſerendo quid docuerit. 233.1.c 334.1.d Crucifixus quomodo ab Apoſtolo vocetur virtus & ſapientia Dei. 10.1.d exemplo ſuo in cruce docuit amicorum & familiarium curam in morte habere. 488.2.d & ſeqq. Chriſti in cruce pendentis de ſe teſtimonium & proſopopæia. 258.2.d cur feriâ ſextâ mortuus. 19.1.a quâ horâ mortuus ſit. 529.1.d & ſeqq. teſtamentum fecit: an propriè? de quibus bonis? quibus? &c. *Vide Teſtamentum.* in cruce pro omnibus mortuum eſſe, ſolidè probatur. 272.1.b & ſeqq. Chriſtus moriens quibus de cauſis caput inclinarit. 264.2.d & ſeqq. cur inclinarit caput ante, cum alij ſoleant inclinare poſt mortem. 266.1.a cur ſpiritum ſuum Patri commendauit poſtremò, quod nos facimus in principio teſtamenti. 466.2.a moriens omnia, etiam vſque ad matrem & diſcipulum, abdicauit in exemplum noſtrum. 253.1.d & ſeqq. fueritne lanceâ confoſſus in dextro an in ſiniſtro latere. 277.1.c.d cur permiſerit latus ſuum lanceâ aperiri, poſt mortem, cum nec vulnus poſſet ſentire, nec dolorem. 274.a.c & ſeqq. cur ſanguinem & aquam fuderit iam mortuus. 278.a.d in cruce pendens à nobis inſpiciendus eſt, & quo fructu? 436.a.c.d crucifixus dedit nobis exemplum crucifixionis. 206.a.c Chriſtus crucifixus eſt liber magnus & reconditus in quo vnus homo legere poteſt normam totius perfectionis & formam virtutis. 407.1.c. & ſeqq. In hoc libro obſeruandæ duæ vocales, A id eſt amor Dei, & O id eſt odium peccati, ac duæ conſonantes, S Id eſt ſpes, & T id eſt timor. 408.a.b.c pro fructu percipiendo ex lectione crucifixi libri nouus homo legere debet ex bonis motiuis, & quibus iſtis? 408.2.c.d liber ille crucifixus, quomodo ſit ſcriptus intus & foris. 409.1.a pro libro hoc explicando optima Magiſtra ſit Maria Virgo. 409.1.b cur in horto ſepultus. 546.2.b & ſeqq. quomodo fuerit depoſitus de cruce an erectâ, an ad terram dimiſsâ. 542.2.a & ſeqq. cur die Dominicâ reſurrexit 39.1.c

S. Cyprianus ſub titulo Chriſtianitatis Martyrium ſubiuit. 231.1.a

Cyrinus Epiſcopus quomodo à Deo punitus propter exilium S. Chryſoſtomi. 105.1.d

Cyrus moriens vetuit cadauer ſuum in auro vel argento condi. 548.1.b

Cingulum repræſentat funes, quibus ligatus eſt Chriſtus. 357.a.c

Circumciſio fuit Chriſto pænalior mortis ſupplicio. 46.1.d

Ciſtercienſis adoleſcens in viſione edoctus, quomodo ſit tendendum ad vitæ nouitatem. 54.a.d

Ciſtercienſis Sanctimonialis religionem deſerere cogitans & à Crucifixo impeditur & à D. Virgine percutitur in maxillâ. 242.1.c

Cithara Dauid eſt figura Chriſti in cruce tenſi & extenſi. 384.1.a

S. Clara indies laterale vulnus Chriſti ſalutabat. 283.1.d conſororem ſuam Agnetem iuſſit à lacrymando deſiſtere ob ſuam mortem. 486.1.b cum Ieſu è viuis migrat. 521.1.a in morbis & afflictionibus fuit quaſi impaſſibilis. 571.2.a ſuo exemplo complures ad virtutem pertraxit. 577.2.a

B. Clara Ariminenſis quam grauem ſibi ſenſerit imponi coronam ſpineam. 151.1.c

Clara de Buguia vulnus in latere geſtauit, quod ei D. Virgo renouauit. 592.2.d

B Clara de monte Falchio lacrymas inſtar imbris fundere ſolita. 71.1.d infamata noluit ſe purgare, & quare. 100.2.b Chriſtum patientem habuit expreſſum in ſuo corde per artem cœleſtem. 532.2.b,c,d cor poſt mortem ſectum Chriſtum paſſum & paſſionis inſtrumenta repræſentauit 181.2.c & ſeq. in omni cibo fellis amaritudinem guſtabat. 188.2.c nuncupata fuit Clara de cruce. 372.2.b

Claranallenſium Monachorum ſumma modeſtia in excipiendo Romano Pontifice. 577.1.a

Claraualleuſes monachi ſolent indies viſitare ſepulchra, quorum vnum apertum & alterum ſemiapertum. 510.1.d

Claritatis dos in corpore Chriſti redinini quænam & qualis? 573.2.b,c Claritatis, quæ eſt dos corporis glorioſi, tres effectus exponuntur, interior illuſtratio mentis, puritas intentionis, & bonum exemplũ. 573.2,d & ſeqq. Claritas dos corporis glorioſi triplex illuſtratur varijs exemplis. 575.a.c & ſeqq.

Claudia Procula vxor Pilati. 55.1.b an nocturna viſa habuerit à bono an à malo Angelo. 126.a.b an in viſu nocturno fuerit flagellata. 126.2.d an exinde ad fidem Chriſtianam conuerſa fuerit, quod vt probabile oſtenditur. 127.1.a,b

Claudius Aquauiua gnarus modi, quo communicamus paſſionibus Chriſti, eum amplectendum docuit. 207.2.d in priuato ſuo altari erexerat crucifixum cum lateralibus inſcriptionibus, & quibus, 334.2.a

Clauis, non funibus Chriſtum crucifixum, oſtenditur contra Ioannem Weſtphalum hæreticum. 215.2.c clauis cruci affigi cur Chriſtus voluerit. 216.1.b claui, quibus Chriſtus cruci eſt affixus, fuerintne obtuſi, an acuti, & an valde magni? 216.1.d claui, quibus Chriſtus fuit cruci affixus, cum cruce fuerunt in terra defoſſi. 217.2.d & poſtea à S. Helenâ inuenti. ibid. clauorum, quibus Chriſtus crucifixus eſt, encomium. 215.1.d eorum figura fueritne rotunda an quadrata? 216.2.d clauorum numerus, quibus Chriſtus crucifixus eſt, in dubium vocatur. 216.1.d & ſeqq. pro eorum ternario numero proponuntur & ſoluuntur argumenta. 216.2.a & ſeqq. eorum numerum quaternarium fuiſſe, probabilius eſt. 217.1.a & ſeqq. clauorum Chri-

ſti

Digitized by Google

ſti vnus conſtitutus fuit in caſſide ſiue diademate Conſtantini Imperatoris. 218.1.c & hic Romæ aſſeruatur. ibid.d alijs duobus frænum Conſtantini munitum fuit, & horum vnus Mediolani, & alter Treueris ſeruat. 218.1.b 2.c claui plures quam tres in diuerſis locis monſtrantur, ſed de his quid ſentiendum. 218.2.b clauus, qui Treueris ſeruatur, quod verè ſit vnus ex ijs, quibus Chriſtus crucifixus eſt, extorta eſt confeſſio dæmonis, & alio miraculo eſt comprobatum. 218.2.a claui Chriſti crucifixi in quantâ veneratione fuerint, oſtenditur. 218.2.c clauorum feſtum ab Innocentio VI. inſtitutum anno 1353. rogatu Caroli IV. 218.2.c clauorum & virtutum analogia. 220.1.a claui, quibus omnis homo Chriſto confixus cruci eſſe debet, ſunt hæ tres virtutes. obedientia in dextrâ, patientiâ in ſiniſtra, & humilitas in pedibus. 221.1.b clauis charitatis homo debet ſe Deo configere. 219.2.b clauo timoris Dei configenda eſt illecebroſa caro. 219.b claui tres pendent ex tribus neruiculis in corde B. Claræ de monte Falcho. 216.2.b & quare tres tantum, & non quatuor. ibid.d claui cum nomini Ieſu ſubpoſiti à S. Ignatio. 223.1.b claui in ſcutis teſſerarijs poſiti. 368 2.d claui ſunt in ſcutis nobilium familiarum. 369.1.b.c

Clemens Alexandrinus monebat, ſigillis Chriſtianorum non idola, nudas amicas, gladios, pocula &c. ſed vel columbam, vel piſcem, &c. inſculpi debere. 389.2.b

Clemens VIII. 24. pauperibus pedes lauare, detergere & oſculari ſolitus. 59.2.b indulgentiam conceſſit legentibus certam orationem ad honorem S. Sindonis. 417.2.d

Cleopatra aliam, poſt Philadelphi bibliothecam, inſtruxit, & hæc quandonam perierit. 403 2 c

Cleopha & Martialis miniſtrarunt Chriſto in vltimâ cœnâ 56.1.a

Coadiutor Anonymus Soc. IESV Dominicis & feſtis diebus ingenti cruce onuſtus per gradus domeſticos aſcendebat & deſcendebat. 172.2.a

Cohors quot milites contineret. 78.3.a

B. Coleta ord. S. Claræ ſibi ſæpe videbatur in manibus & pedibus configi clauis, & lanceâ in latere. 301.2.d tribus catenis ferreis ſe ſtringebat. 82.1.a aliquando in meditatione paſſionis apparebat facie contuſâ & cæſâ 89 1 a horâ duodecimâ meridianâ acerbiſſimos dolores patiebatur ea meditatione crucifixi. 330.2.d in exercitijs paſſionis Chriſti mirè ſe occupabat, & præſertim ferijs ſextis. 348. 1 c.d quinquaginta annis tranſactis in ſummâ afflictione corporis in fine vitæ fleuit, quod non fuiſſet datum pati plura & maiora. 387.1.a

Collum eſt ſymbolum obedientiæ. 515.2.c

S. Colmannus ex ſtirpe regiâ ſummis tormentis affectus tandem inter latrones ſuſpenditur in aridâ arbore, quæ exinde refloruit. 500.2.d

B. Columba cubiculo obſtructo egreditur & Perusiam venit. 588.1 d

Columba Mediolanenſis vitam, quam pudicitiam perdere maluit, ſed à diuâ Virgine ſanatur. 242.1.a

B. Columba Reatina quo modo imitata fuerit actiones Chriſti in vltimâ cœnâ. 53.2.c.d

B. Columba Tracaſani in meditatione de Chriſto columnæ alligato eſt ſibi viſa brachijs & cruribus ſtringi, in quibus ad mortem vſque ſummum cruciatum ſuſtinuit. 133.1.b noctes dierum veneris meditationibus dabat. 307.1.d in agone ſitiens loco potus hauriendi crucifixum amplexa eſt. 264.1.c quinque vulnerum dolores in corpore ſenſit. 300.2 a ab hominibus derelicta viſitur & ſanatur à Diuâ Virgine. 513.2.d

S. Columbanus in terrâ & lapide pro puluillo obiit. 493.2.c

Columna ad quam Chriſtus fuit flagellatus, quæ & qualis fuerit. 128.2.a.b & ſeqq.

Columnæ binæ ſunt ad quas Chriſtus fuit flagellatus. 128 2 a columnam Chriſti Ieroſolymis Romam vexit Ioannes Cardinalis Columna. 368.1.d columna in inſignibus variorum Principum reperitur. 368.1.d columnæ herculeæ vbinam poſitæ. 368. 1.d vltra eas Carolus V. nauigauit. ibid. columnarum Iſraëliticarum hæc eſt epigraphe. *Eſte duces* 368.1.c

Columnenſis familia cur condecorata fuerit diademate in ſcuto gentilitio. 362.2.a

Communio quotidiana erat in vſu in primitiuâ eccleſiâ 63.1.a an nunc tepeſcente feruore vtilis. 63.1.b.c communio ſacra *Vide* Eucharistia.

concrucifigi poſſumus Chriſto ſpiritualiter. & per quid. 207.1.b per hoc, quod nos crucifigamur mundo, & mundus nobis crucifigatur. 208.1.b & dum patienter ſufferimus cruces & alia aduerſa. 209.2.d

Confirmationis Sacramentum ſuſcipientes cur in faciem cædantur. 87.2.a b

Congregatio Oratorij in Galliâ Coronam ſpineam & Nomen IESV habet in Teſſerariâ parmâ. 368.1 b

Connus Patanious moriens ſine prole ſua bona legauit primo occupantibus. 466.1.d

Conrado filio Henrici Imperatoris iam defuncto crux apparuit in brachio. 391.1.a

Conradus Teutonicus Ord. Præd. viatico munitus mortem ſibi in pœnitentiam iniungi petijt. 516.1.c

Conſaluus de Tapia Soc. IESV quantus fuerit amator crucis, poſt mortem eius patuit. 532.1.b

Conſonantes, *S, T,* ſine vocali olim ſilentium indicebant. 94.1.c

Conſtantia in Religioſo ſtatu contra Matris preces narratur in doctore Pariſienſi. 235.2.c

Conſtantinopolitani Imperatores ſolebant reliquias crucis obuiam mittere hoſtibus, quibuſcum volebât inire pacem. 430.2.a

Conſtantinus Imper. frontem cruce ſignare ſolitus. 177.2.b Velum Veronicæ in Baſilicâ Vaticanâ expoſuit. 179.1.d à matre Helenâ clauos Chriſti accepit, quorum duos fræno, & tertium diademati ſeu caſſidi inſeruit. 218 1.b & ſeqq. à crucifixo, quo libidinoſam puellam percuſſerat & ſanarat, crucem in fronte accipit. 517.2.b legem tulit, vt die veneris omnes vacarent à negotijs precibus intenti 328.2 d fulgentem crucem in aëre conſpexit, & ideo arma & veſtes militum cruce inſigniri iuſſit. 354.1 c Conſtantino ſignum Crucis apparuit, & illud in labaro geſſit 364.2.c eius ſtatua crucem manu ferens cum inſcriptione *Hoc ſalutari*, &c. 367.2.b

Conſtantinus Imper. & Conſtantius eius filius vſi ſunt ſigillo crucis. 392 1.b.c Conſtantinopoli bibliothecam inſtruxit centum & viginti millibus librorum. 404.1.b crucem militum clypeos & galeas inſtruebat. 429.2.c templum S. crucis exſtruxit Romæ in agro ſeſſoriano, vbi fuerat templum veneris. 440.2.a Conſtantius Imp. milites ſecum eſſe nolebat in bello, qui non munirentur viatico ante prælium. 462.1.b

Conſtantinus Dalaſſenus in ſignum reconciliationis petijt ſibi mitti lignum crucis. 430.2.b

Conſtantinus filius Leonis miſit ligna crucis ad Romanum affectatorem Imperij. 430.2.a

Conſtantinus Porphyro-genitus Imp. ad Sanctū Paulum Anachoretam mittit effigiem Chriſti. 180 1.a

Contumelias magni & Sancti viri ſuſtinuerunt. 91.2.a & ſeqq.

Conuolulus tyrocinium eſt naturæ, lilium facere condiſcentis.

Gramanti in cibum datu p.65.

diſcentis. 418.1.b
S. Corbinianus crucis ſignum capiti imprimens ſpiritum exhalauit. 529.1.b
Cornelij Centurionis cadauer per longum ſpatium eſt progreſſum. 584.2.a
S. Cornelius Papa & Martyr detractiones paſſus eſt. 93.2.a
Corona ex eo dicta, quod coronet. 367.2.c coronæ aliquando ex ſpinis natæ. 541.2.c cur in multorum inſignibus poſitæ. 367.2.c.d corona obſidionalis tradebatur è gramine, vnde aliquis ſeruarat obſeſſos. 140.2.d corona Sacerdotibus traditur, & quare? 120.2.a corona ſpinea inuenitur in ſcutis nobilium familiarum. 368.1.b cur in teſſeris & inſignibus poſita 367.2.c corona ſpinea. *Vide*, ſpinea corona.
Coronaria herba pro victoribus decerpebatur ex loco pugnæ. 140.2.d
Corporalis vita in mundo his quatuor, pane & aquâ, veſte & domo ſuſtinetur. 354.2.c
Corporum caſtigationibus cœlum plaudit. 136 1.d
Coſmi Medicæi rogati, cur toties oculos clauderet, præclarum reſponſum. 509.1.d
P. Coſmus Turrianus baptiſauit primum Chriſtianum Principem in Iaponiâ. 220.2.d
Cranium hominis quomodo habeat vim medendi. 509.2.a
Crinium detonſio in Clericis & Religioſis quid ſignificet. 150.2.a cur hæc fiat ad formam coronæ. ibidem b
Criſpus Auguſtus à Fauſtâ Nouercâ de inceſtu apud Patrem accuſatus fuit & veneno aut gladio innocens interfectus 501.1.b
Crucifixio ſpiritualis eſt, quâ homo per timorem & ſpem affigitur cruci confectæ ex obedientiâ & pœnitentiâ. 209.1.d
Crucifixionis ſpiritualis ſimilitudo cum corporali crucifixione Chriſti. 209.2.a & ſeqq.
Crucifixiones & alias afflictiones voluntarias ſeu ſpontaneas non ſine cautelâ & prudentiâ aſſumendas, comprobatur horribili exemplo Tyronis in religione. 211.2.d
Crucifixionis tempora, nempe tertia apud vnum, & ſexta apud alterum euangeliſtam conciliantur. 204.2.d
Crucifixi à Tyrannis fuere plures vtriuſque ſexus Chriſtiani, & præcipui recenſentur. 212.1.d & ſeqq.
Crucifixus ob oculos ſemper habendus, & quâ de causâ. 307.2.d & ſeqq.
Crucifixo armamur contra tentationem, & quomodo ſe armarit pius Aſcetes. 321.1.d
Crucifixus pro pellendâ animi aridirate & infirmitate quomodo requirendus & rogãdus ſit, docuit ignotus Aſceta 322.2.a & ſeqq. tamquã Magiſter & Doctor adeundus eſt exemplo pij & ignoti Aſcetæ. 322.1.d Crucifixus Concilium Vratonienſe confirmauit. 309.2.a crucifixi imago à Nicodemo ſculpta allata fuit Lucam vrbem Hetruriæ. 312.2.c crucifixi imaginum vetuſtiſſimus cultus eſt. 312.1.d & ſeqq. crucifixi imago quâ ratione & methodo ſit veneranda. 310.1.d crucifixi quædam imago in finibus regni Partiani terruit ſui contemptores, & quomodo. 319.2.c crucifixi imagine in campo prælatâ inſignis victoria obtinetur. 333.2.d crucifixi effigies Romæ in antiquis monumentis & cryptis cur non inueniatur. 325.1.c crucifixi imago Venetijs in columna eſt a naturâ marmori impreſſa 13.1.c crucifixi imago in medio arboris natæ ex nuce Hieroſolymis allatâ. 314.1.b crucifixi Chriſti deformis & miſeranda ſpecies & abſconditus vultus. 306.2.d & ſeqq. crucifixi binæ imagines ad flumen Goanum oculos aperuere quaſi ſpectaturæ Euangeliſtas nouos in Iaponiam feſtinantes. 316.2.d crucifixi imago quam mirabili modo impediuerit Tyronem à fuga, quam tentabat ex monaſterio. 338 2.d crucifixus in imagine ſubinde locutus eſt & ad quos 309.2.a crucifixi ad cultrices & cultores faciem conuertetum. 318.1.2.b crucifixus adoleſcenti cuidam Phrygi crucem indelebilem capiti impreſſit. 317.1.d crucifixus delinquentes corripuit, ridentes caſtigauit, indignè celebrantes fleuit. 318 2.c d crucifixus ex vite prognatus in vrbe Valliſoletanâ admirandus 313.2.d crucifixus in Luſitaniâ pro puellâ quâdam teſtimonium tulit promiſſi à iuuene matrimonij. 387 2.d crucifixus in Poloniâ aliquando apparuit cum gladio ab occidente in meridiem vergens per aëra, 319.2.c crucifixus Colonienſis ex aridâ materiâ & radice natus. 314.1.a crucifixus Traiectenſis ex nuce natus. 314.2.a crucifixus paruulo cuidam panem petenti ſoluta manu de cruce porrexit recentem & candidiſſimum panem. 316.2.b crucifixus Bochetianus concionante Franciſco Saccenſi Capuccino manu à cruce auulſâ minatur populo. 319.2.a crucifixus medius inter circinum & ſpeculum fuit ſymbolum Rodeſindi Epiſc. & hoc explicatur. 367.2.a crucifixum velo tegi & Chriſtus aliquando iuſſit, & eccleſia probat. 325.1.d crucifixi formâ expanſis manibus omni tempore omnes gentes orare ſolitæ non ſine myſterio, & quũ. 213.2.c crucifixus liber cum fructu doctrinę à doctis, & cum profectu ſanctitatis a ſanctis lectus & perlectus eſt, & à quibus 409.1.d & ſeqq. legendus eſt omni illi, qui ad ſanctitatem aſpirat. 410.1.c.d quanto profectu lectus fuerit à Clerico Neapolitano. 410 2.b.c crucifixi libri lectio quant vtilis ſit, ex tantâ hiſtoriâ oſtenditur. 410.2.d & ſeqq. duplex eius editio, & quæ prior, & quæ poſterior. 412, 2.c.d crucifixus liber ſanguine loco atramenti conſcriptus eſt. 414.2.a & ſeqq. imagine Chriſti velut charactere conſcriptus eſt. 415.1.a & ſeqq. quæ eius materia ſit. 415.2.a, b, c ſcripta in ſacra Sindone energia, & accurata omnis ſanctitatis imago. 415.2.d & ſeqq. crucifixi libri lectio quem fructum adferat, oſtenditur recenti hiſtoriâ. 417.2.b, c crucifixi liber vbinam prodeat. 417 1.d crucifixi libri ſcriptoris quanta auctoritas, & quis ſtylus. 417.1.a, b, c crucifixi libri argumentum eſt omnino Heroicum. 416 2.c.d
Crucigerorum ſupplicatio Bitunti inſtituta, & quare. 572.2.d & ſeqq.
Crux & Maria duo contra mala præſidia In antelogio, crux Torcular, Maria vitis in anteloquio.
Crux Ellenſis confecta ex parte crucis Chriſti. 159.1.a crux quid debeat Mariæ in anteloquio. crux per Chriſtum mutata eſt in ſignum vitæ, cum ante eſſet patibulum ignominiæ. 564.2 b crux ſiniſtro Chriſti humero magnũ vulnus inflixit 165.2 a crux ſubinde ad tempus ab humeris noſtris amouenda eſt exemplo Chriſti. 166 1.d crux Chriſti nobis ferenda eſt non per angariam, vti eam tulit Cyrenæus. 167.1.d crux poſt Chriſtum portatur à nobis per frequentem meditationem de cruce. 169.1.a crux comparatur equo quo in cœlum vehimur. 578.1.c crux ænea facta ex peluis vltimæ cœnæ vbi viſatur. 57.1 d crux ferenda eſt exercitione motuum animi. 169.2.c crux Chriſti conſtructa ad figurã T ſeu tau, cui titulus ſuperaffixus. 195 2.a & ſeqq. quod fuerit quadratâ figurâ, docetur à multis. 195.2.d quadrata repræſentat quatuor partes mundi. 195.2 d Idem quatuor beneficia hominibus collata. 196.2.a es quã materiâ

teriâ ſeu ex cuius arboris ligno fuerit fabricata? 196.1.d ſecundum aliquos fabricata ex quatuor arboribus, palmâ, cedro, cupreſſu, oliuâ. 196.2.b probabiliter fuit ex vili & obuio ligno, & nobis incognito. 197.1.b crux ſcala eſt habens quatuor gradus, & qui illi ſint. 206.2.c.d crux quare Papæ, Legatis, Patriarchis &c. præferatur crucifixi facie ad eos conuerſâ? 309.1.c

Crux berytenſis à Nicodemo facta, & quam miraculoſa. 312.2 a.b

Crux vehiculo comparatur & eius partes ſpiritualiter explicantur. 321.1 a crux quædam à Iuſto Fulgida, à peccatore obſcura & nubila aſpicitur. 324.2.b

Crux inuenitur in quadam Inſula Oceani Indici, quæ non permittit ſe amplexu ſtringi ab homine conſtituto in ſtatu peccati. 324.2.c

Crux eſt vexillum Chriſtianorum Conſtantino oſtenſum. 339.1.a crux aſſimilatur malo granatæ. 340.2.c crux eſt lignum vitæ & comparatur ligno vitæ in paradiſo. 340.2.d crux comparatur baculo Iacob. 340.2.d crux comparatur claui. 342.1.d vocatur conſolatio pauperum ibid. 2.d crux ad cultum præſulum ſucceſſit in locum laminæ Pontificum veteris teſtamenti. 356.2.d crux in teſſeris & inſignibus Pontificum & Cardinalium. 361.2.c.d & ſeqq. crux in parmis gentilitiis militarium ordinum reperitur. 364.1.b crux inſerta parmis, ſcutis, teſſeris & inſignibus gentilitiis Imperatorum, Regum, & magnorum Principum. 364.2.a & ſeqq. crux quâ de cauſâ fuerit à familiarum Principibus inſerta ſcutis & teſſeris gentilitiis. 365.1.b & ſeqq. crux circumfertur in parmis & ſcutis Archiepiſcoporum, & Epiſcoporû. 365.2.d. crux in ſcutis maximorum & plurimorum nobilium. 366.1.b crux reperitur in multis ſymbolis, & quibus. 367.1.d crux annulis Chriſtianorum eſt inſculpenda, eſt quare? 389.1.c.d crux & dæmon ſunt veluti Poli ſibi inuicem oppoſiti. 410.2.d crux cur malus potius quam alia arbor dicatur. 424.1.c crux Chriſti latebat in loco, in quo erat erecta ſtatua veneris. 440.1.a crux in horâ mortis adhibenda & ante oculus ponenda & amplexanda eſt. 528.1.a & ſeqq. crucis Chriſti latitudo & longitudo. 164.1.c crucis quatuor dimenſiones myſticè expenduntur. 168.1.a crucis Chriſti altitudo, latitudo & craſſities. 196.1.c crucis quatuor ligna quas virtutes ſignificent. 196.2.c.197.1.a crucis ſignum geſtabant Duces & milites in expeditionibus ad terram ſanctam recuperandam, & quare cruce ſignabantur. 176.a.c & ſeqq. crucis ſigno quando homines ſe muniant & quare. 196.2.d crucis encomium. 198.1.b & ſeqq. crucis erectio & in ſcrobem dimiſſio exponitur. 203.1.d crucis ſupplicium cur à Chriſto præ alio mortis genere fuerit aſſumptum, datur multiplex ratio. 203.2.d & ſeqq. crucis & crucifixi veneratio antiqua & commendatur à SS. Patribus. 326.1.b crucis & Chriſti patientis memoria languidum hominis animum excitat, & triſtem delectat. 385.1.b.c crucis ſupplicium cur Chriſtus elegerit. 527.2.a & ſeqq. crucis mirum ſymbolum in ramo cuiuſdã arbuſculæ in Peruuiâ 528.2.a crucis & crucifixi effigies morituris tradenda eſt. 529.2.d crucem poſt Chriſtum ferre debemus, ſi illum in gloriam ſequi velimus. 166.2.b & ſeqq. crucem tollere dicuntur, qui Religionem ingrediuntur. 168.1.d crucem quidam humeris portant, & qui illi, quidam manibus geſtant, & qui illi, quibuſdam ab Angelo præfertur, & quinam hi ſint, docetur in viſione. 168.1.d & ſeqq. crucem materialem & ligneam multi portarunt. 171.1.a & ſeqq. crucem militaribus ſignis præferentes retulerunt victoriam, & quinam illi? 365.1.a in cruce fides, ſpes & charitas repræſentantur. 43.a.b.c in cruce quatuor virtutes Cardinales exprimuntur. 43.2.d cruce ſe ſignans pius & ignotus Aſceta ſolitus elicere quinque actus, & quos? 354.1.d à cruce denominantur multa oppida, pagi, Inſulæ, &c. 373.1.c.d cruces è cælo lapſæ. 14.2.a cruces hominum veſtibus Audomaropoli inſperguntur cælitus, & quo omine. 166.2.d cruces lineis veſtimentis hominum aliquando cælitus impreſſæ, quando & quo portento. 177.2.d cruces aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ olim erant in vſu. 195.1.d cruces, quas ab aliis patimur, ſint ne maioris meriti, quam quas nobis inſligimus. 210.1.d cruces olim nudæ ſiue crucifixo cur pingerentur, & quando crucifixus cæperit appingi. 313.1.d & ſeqq. cruces oleum exſtillantes quæ ſint & vbi. 528.a.b.c

Cunigundis Auſtriacæ ſeceſſus in monaſterium & diligens meditatio de Chriſto paſſo. 331.a.c

Cupido cur à Poëtis fingatur myrtho, ſterili arbori affixus. 215.1.d

Cupreſſus quomodo ſignificet perſeuerantiam in bono. 505.2.c

S. Cuthberti corpus 800. annis poſt mortem viſum eſt incorruptum. 572.1.d

D.

DActyli piſcis natura eſt ſymbolum dilectionis maleſacturum. 249.1.d

Dæmon & crux comparantur Polis ſibi inuicem oppoſitis. 420.1.d Dæmonum inſidiæ ſunt maximæ inſtante morte. 460.1.b.c dæmonis potentia & vis frangitur & vincitur præcipuè hoc verſu pſalmi 67. *exurgat Deus & diſſipentur inimici eius &c.* 556.1.d & ſeqq.

Dagobertus Rex Francorum in teſtamento ſuo omnes famoſas regni ſui baſilicas villis donauit. 469.1.d

S. Damaſus accuſatus de affectato Pontificatu & de adulterio. 93.s.d

Dauid ingratitudinem Achitophel maximè ſenſit. 74.2.c legatorum ſuorum mediam barbam abraſam vindicauit. 105.2.d ad euitandam mortem, ſeſe ſtultum ſimulauit. 122.2.c Ephod lineo præcinctus fuit typus Chriſti nudi. 192.1.c ad mortem anhelauit. 452.a.c cur tabernaculo non dedicauerit fundam, ſed gladium, quo interfecerat Goliath. 505.2.c Dauidis ſupremum alloquium ad Salomonem filium. 479.2.c

Dauid Scotorum Rex in fine vitæ in templum venit æger, vt ibi viatico muniretur. 461.1.d

Dentitio Chriſto infanti cur maximè pænalis. 46.a.b

Dentium Chriſti reliquiæ in varijs ſacrarijs. 46.2.c

Dentibus humanis ineſt veneficæ qualitas. 102.2.d

Derelictio, quâ Chriſtus in cruce fuit derelictus, cur à Chriſto manifeſtata, & quomodo, & cur à Patre facta. 255.2.a & ſeqq. derelictio, quâ homo à Deo derelinquitur, ſubinde eſt materia gaudij & quando & quare. 257.2.b

Deus quibus de cauſis hominem derelinquat. 257.1.b & ſeqq.

Diabolus Polyphemo comparatus, quem euadit Chriſtianus Chriſtum indutus. 52.1.a.b.c

Diaconis an & quando licitum ſit miniſtrare viaticum. 464.2.c

S. Didacus crucem arctè complexus in quibus verbis

ſit mortuus? 530.1.a
Didacus Martinez è Soc. Iesv à crucifixo ad Indorum conuerſionem iubetur ire. 315.2.a ab Indis viſus igneâ luce coruſcans. 578.1.c
Didacus Quiſaij è Soc. quotidie paſſionem Chriſti legebat, & hæc memoria quam grata Chriſto fuerit. 336.1.b
Didacus de Sauia Soc. Iesv indies emittere ſolitus votum moriendi pro conuerſione hominum. 450.2.a
Dies mortualis Chriſti, quæ eſt feria ſexta, ab antiquitus in ſumma religione fuit. 326.2.d & ſeqq. dies quid ſit & quo cenſerur. 554.1.b
Dympna filia regis Hiberniæ à Patre interfecta. 77.1.a
Dyſmas bonus latro in cruce per mediatricem Mariã conuertitur. 542.2.b in cruce conuertitur in vmbra brachij Chriſti. 423.2.a c in cruce conuerſus ſe in voluntatem diuinam reſignauit iam moriens. 477.1.d
Dionyſius Areopagita Diuam Virginem inuiſit & præclariſſimè de eâ teſtatur. 561.1.b moriens animam ſuam commendabat in manus Dei. 536.1.b
Dionyſius Rex Siciliæ quæ nomina dederit filiabus ſuis, & quare? 371.1.d
Doctrina Chriſtiana in aperto eſſe debet. 83.1.d
B. Dodo præmonſtratenſis poſt mortem repertus eſt in manibus, pedibus & latere habere aperta ſtigmata vulnerum Chriſti. 298.1.c
Ad dolorem tria requiruntur, & quæ. 50.1.d
Dominica Crucia nihil in vitâ magis deſiderabat quam mortem. 456.1.d
S. Dominicus à prolixâ oratione aſtu dæmonis non potuit auocari. 69.1.d ad lumbos catenam ferream habebat. 80.1.d ſe ter in nocte catenâ ferreâ flagellabat. 131.1.c iniuriarum & ſannarum miti tolerantiâ plurimos conuertit. 155.1.d. quinque vulneribus inſignitus fuit. 297.1.c ſapientiam ſuam haurire ſolitus ex libro charitatis. 405.1.c in patiendo Chriſti cruciatibus aſſimilatur. 592.2.a S. Dominici iam morituri poſtremum & præclarum alloquium ad ſuos religioſos. 480.2.b S. Dominicus fratres de ſuâ morte mæſtos conſolabatur. 485.2.b domum quamdam occluſam mirabiliter cum ſocio ingreditur. 588.1.a
Dominicus Caran crucem, in quam actus eſt, ſumma veneratione & lætitiâ eoſculatus eſt & amplexus. 199.1.c
Dominicus Eremita quotidie Corpus ſuum caſtigare ſolitus. 131.1.a.b
Dominicus Loricatus quomodo & quamdiu vinculatus inceſſerit. 80.1.d
Dominicus de S. Seuerino tridui ſolitudine ſe ad mortem parabat. 502.2.c
Dominici Iopouij mira conſtantia in fide vſque ad mortem crucis. 234.2.c
Domus maximis expenſis eaſtructæ à regibus & principibus. 373.2.d & ſeqq.
B. Dorothea vidua Pruthena corpus ſuum affligere ſolita virgis, etiam igne & glacie. 133.2.c diuerſa vulnera corpori ſuo infligebat, & quare? 294.1.a
Dorothea Seruetana in vltimâ ægritudine ſitim poculo aceti felle mixto extinxit. 189.1.b
Dorothei veſtes & earum ſignificatio. 559.2.d
Doſitheus ad imperium ſuperioris mori differebat, & illo imperante moriebatur. 316.2.b
Dotes glorioſi corporis ſunt quatuor, & quæ illæ. 562.1.c
Dotibus glorioſi corporis reſpondere quadruplex mortificatio. 562.2.b
Draco Rhodius interficitur à quodam equite Gallo.
S. Dulas Martyr dicebat ſe ſine vulnere non audere apparere coram Chriſto. 202.b
S. Dunſtanus crucifixum conſulens ab eo reſponſum accipit. 314.2.d mortis tempore congregatis circa ſe filiis dat paternam inſtructionem, vt ſua veſtigia ſequantur. 480.1.d cæleſtem iucunditatem & gloriam recuſauit, vt ouibus ſuis & fideli gregi adeſſe poſſet. 491.2.c

E.

EBerhardus Dux Wirtenbergicus morti appropinquans ſæculi negotijs valedixit. 234.1.c
Ecce homo, verba Pilati myſticè exponuntur. 158.1.a & ſeqq.
Ecce homo, apparet in cruce Elienſi, dum ſol ſplendet ſuprà Cryſtallum, cui illa crux incluſa eſt. 159.1.a
Eccleſia formata eſt ex vulnere lateris Chriſti. 538.2.d
Ecclipſis fuit in Chriſti morte, vt ipſe moreretur in ſolitudine. 502.1.c
S. Edmundus à matre in ſomnis viſus eſt coronam ſpineam capite geſtare. 148.2.c meditando de Chriſti paſſione dæmonem fugauit. 438.1.d
S. Edmundo ſuadetur à Chriſto memoria paſſionis. 589.2.d
Edmũdi Augenij è Societate Iesv Epigramma de vero Ieſuitâ. 18.1.c
Edmundus Campianus Soc. Iesv ſub quo titulo in Angliâ martyrio affectus. 231.1.b
S. Edmundus Cantuarienſis ſe fune qualiter conſtringeret. 80.2.a à puero Chriſti titulum coluit. 231.2.d Chriſti vulnera in extremis ſæpiſſimè oſculatus. 530.2.d
S. Edmundus Rex Angliæ ſeruilibus ſannis à Rege Daniæ deridetur & ſagittis traijcitur. 153.1.b
Eduardus ſecundus Angliæ Rex à matre è medio ſublatus. 76.2.d pauperem ſuis humeris ad templum portans videtur vt fatuus. 121.2.d contempsit coronæ aureæ. 148.1.d perpetuos exules cur voluerit geſtare crucem vſque ad litus maris. 175.2.a in expeditione in Syriam coccineam crucem veſtibus aſſui curauit, & quare. 577.1.b
Eduardi regis & martyris Angliæ cadauer lucem emiſit. 598.2.a
Eduardi Torgmontoui ſingularis patientia. 482.2.d
Effigies è cælo lapſæ portantes inſtrumenta Paſſionis Chriſti. 14.1.d
Eleazari ſingularis perſeuerantia. 506.1.c
Eleonora à S. Spiritu ex ord. Minorum quoties ſe vicerit. 29.1.c
Eleonora Mantuana ter in ſeptimana ſe flagellare ſolita. 156.1.b
Eleonora, ſneſtroſa voluit appellari Eleonora à latere. 372.2.c
Eli, cur Chriſtus Deum vocarit in cruce. 518.2.b
Elias ſub Iunipero ſymbolum eſt Chriſtiani quieſcentis ſub crucis arbore & vmbra. 433.1.d
S. Eligius Epiſc. in extremis petijt à Chriſto ſibi aperiri latus lanceâ confoſſum. 275.2.b è cælo cuidam peſte laboranti in lineâ veſte candidâ viaticum detulit. 439.2.b iuſſit ſuos potius in morte ſuâ gaudere quam lugere. 485.2.b
Eligius Epiſc. Nouiodunenſis frequentiſſimè de morte loquebatur. 452.2.d
S. Eliſabetha conſpectis Chriſti ſpinis coronam auream à ſe amandauit. 148.2.a cæno lutoque ad ludibrium conſpergitur & inops domo eijcitur. 255.2.b

quæ

Digitized by Google

quo fructu rogauerit Deum pro beneficio impetrando illis, qui eam aliquâ iniuriâ affeciſſent. 251.2.b viſo crucifixo omnem ornatum & pompam mundi abiecit. 311.1.d velum capitis ad mortuorum ſepulturam porrexit. 545.1.d

Eliſabetha Hungarica Chriſtum in pauperibus hæredem ſcripſit. 473.1.b

Eliſabetha Luſitaniæ regina in cœna Domini conſueta lauare pedes pauperibus feminis, quarum vnam oſculando à cancro ſanauit. 59.2.b

S. Eliſabethæ Luſitanæ cadauer inuentum eſt integrũ 276 annis à morte. 573.1.b

Eliſabethæ Mechliniẽſis erga ſacra vulnera ſpecialis affectus. 594.1.d

B. Eliſabetha Rayrenſis in magnâ copia ſanguinem flagellis eiiciebat. 135.1.c ligna portans meditabatur Chriſtum crucifixum. 176.1.d quinque Chriſti vulneribus inſignita. 302.1.b

B. Eliſabetha Schonaugienſis in miſſa ſupra calicem vidit Chriſtum in cruce pendentem. 399.1.c

Eliſabeth Spalbeecana in vulneribus & vulnerum ſignis Saluatori fuit ſimilis facta. 303.1.a

Eliſabeth ſpuria Mariæ Stuartæ anteponitur. 125.2.d

S. Eliſabetha Thuringiæ princeps virgarum flagellis in ſe deſæuiebat. 136.1.c

S. Eliſabetha Thuringica tribus diebus ante mortẽ nullo alloquio admiſſo de Iudicio meditabatur. 503.1.b

Eliſaberha Waoſia crucifixum habuit ſemper comitem. 318.1.d

S. Elphegus colaphiſatus à ciuibus, & hi quomodo puniti. 85.1.a

S. Eltudis ſeptem annis à morte eſt audita de tumulo dicere, benedictum ſit nomen Ieſu. 521.1.d

S. Elzearius tempore miſſæ vidit in ſpiritu paſſionem Chriſti in totius populi mentibus renouari. 11.2.b nodoſam ſunem noctu induebat. 81.1.c ſuos calumniatores bene habuit. 93.2.c catenulis ferreis ſe flagellare ſolitus. 133.2.d ad patientiam iniuriarum ſe componebat meditatione verborum, Ecce homo. 158.2.b in viſione vidit ſacrificium miſſæ, in quo paſſio Chriſti in totius populi cordibus renouabatur. 335.2.b habitabat in latere Chriſti. 377.1.d in ſanctis verbis de ſanctâ cruce moritur. 530.1.c D. Virginem habuit in magiſtram. 593.1.c

Emblemata.

Emblema Cupidinis. 32.1.a

Emblema, in quo liquatione cordis cerei oſtẽditur hæc epigraphe *Vetera recedunt, noua fiunt omnia.*

Sol deficiens *Lemma* niſi cum defecerit, ſpectatorem non habet. 340.1.b

Sigillum expreſſum *Lemma* Imprimit, ſi comprimit. 340.1.c

Panthera expicta *Lemma* omnia traham. 340.1.c

Elephas cum obiecto ſibi ſanguine vuæ aut mori *Lemma* acrior in prælia. 340.1.d

Sol mitteos radios in ſpeculum *Lemma* vnius ſplendor alterius ardor. 340.2.a

Crucifixus *Lemma* hic ſanat, illa tuetur. 340.2.b

Malus granata *Lemma* ſub arbore malo ſuſcitaui te. 340.2.b

Arbor Vitæ. *Lemma* mortem pello. 340.2.d

Baculus Iacob *Lemma* fulcimento pollet. 340.2.d

Arbuſcula myrrhæ cortice gladiis inciſo *Lemma* vt magis effluat. 341.1.a

Aqua Marath cui innatat Adelpha lignum *Lemma* dulce ex amaro. 341.1.b

Faſtis Piſcis aquam amaram reddens dulcem *Lemma* amaritudinis expers. 341.1.d

Serpens Moyſaicus *Lemma* vna ſalus. 134.2.a

mors tua vita mea eſt. ibid.c

Elephas ad arborem quieſcens & deſuper illabens. *Lemma* ex ipsâ & per ipſam. 341.2.c

Hedera columnæ implexa. *Lemma* te ſtante virebo. 341.2.d

Oues arietem ſequentes *Lemma* Meus omnibus vna ſequendi. 342.1.b

Calix immiſſâ in eum cruce *Lemma* antidoti ſalubris amaror. 342.1.c

Clauis *Lemma* hæc ratio tentandi aditus. 342.1.c

Emeritana Eulalia ſanguine ſuo tincta generosè loquitur Tyranno. 136.1.a

S. Emmeramnus ad palum vulneratus de ſiti tantum querebatur. 560.1.d

Emmanuel Luſitaniæ Rex in Paraſceue noctes in templo tranſigebat. 107.1.d primum aurum aduectum ex India Orientali impendit ciborio V. Sacramenti. 544.2.a

Emmanuel Ferdinandez D. Virginis opem in mortis horâ implorauit, & ſenſit. 525.2.a

Encænia Iudæorum cur dicebantur feſta renouationis. 5.1.b

B. Engelbertus quâ mercede ignouerit iis, à quibus vulnerabatur. 271.1.d quantoperè perſeuerauit in voto proficiſcendi in terram ſanctam. 239.1.d miraculis claruit ex eo, quod inimicis, à quibus interfectus eſt, benignè ignouiſſet. 488.1.a

S. Ephegus Cantuar. archiep. eos à quibus fuerat affectus iniuriis & contumeliis, ſuâ oratione liberauit à peſte. 149.2.b

Epicus fons, in quo fax extincta accenditur. 288.2.b

Epiſcopi à Chriſto vocãtur annuli dextræ ſuæ. 389.2.d

Epiſcopi cuiuſdam morituri præclarum dictum refertur à S. Auguſtino. 477.2.a

S. Ephrem geſtaſſe crucem in fronte, ex antiquiſſimâ eius imagine patet. 177.2.a

S. Ephremi teſtamentum & paupertas. 190.1.c eius nomine inuocato liberatur à dæmonio aliquis, qui Ephremum poſt mortem veſte pretioſâ adornarat. 190.1.c

Epiphania filia Heraclij Imperatoris comburitur cum cadauere matris, quia in illud ſpuerat. 102.1.c

S. Epiphanius de quibus falsò ſuſpectus fuerit etiã apud probos & ſanctos. 92.1.c

S. Epiphanij Ticinenſis corpus triduo poſt mortem ſplenduit. 578.2.a

B. Eppo moritur in paruo loco vnius corporis capace. 494.1.b

Equeſtris ordinis ceremoniæ in creatione equitis 87.2.a

Equites Melitenſes cur ſuorem collo accipiant. 82.2.b

Equites S. Sepulchri crucem brachiis inuſtam ſiue impreſſam geſtant, & quare? 393.1.b

Equus quidam à Domino ſuo eiectus mouet campanulam ingratorum in biuriis, & ſic Domino eius ſuſtentatio adiudicatur à iudicibus. 490.2.a

Eremita quidã, qui coqui officio ſummè occupabatur, tamen ſemper erat animo læto ac quieto, & quare? 576.1.b

S. Ermelindis corpus immenſo lumine fulſit à morte. 578.2.d

Eſau placatâ mente fratri Iacobo occurrens viſus eſt ipſi Deus. 247.2.d

Euagrius poſt mortem teſtatus eſt ſe pro eleemoſyna centuplum recepiſſe. 468.1.d

Euangeliſtæ cur crucifixionem Chriſti deſcripſerint tribus verbis, *ibi crucifixerunt eum.* 199.2.d

Eucharistia eſt beatiſſima & fructuoſiſſima hæreditas. 61.1.c euchariſtiæ vis & virtus oſtenditur in muliere, Italâ. 64.1.c euchariſtia & baptiſmus denotantur aquâ & ſanguine fluentibus ex latere Chriſti. 276.1.b euchariſtia eſt

medicina ſpiritualis, quâ anima curatur. 394.1.d & ſeqq. euchariſtiæ figuræ fuerunt & arbor vitæ in medio paradiſi, & manna Iſraëliticum. 395.1.a.b euchariſtiæ anagramma. Vis Theriaca. 395.a.d euchariſtiæ vis, efficacia, effectus & fructus 395.a.d & ſeqq. euchariſtia ex opinione Theologorum habet vim remittendi peccata & conferendi primam gratiam. 396.1.d Euchariſtia eſt inſtituta in memoriam paſſionis Chriſti. 396.2.d & ſeqq. euchariſtiã piè ſumendi proponuntur varij modi. 397.2.a euchariſtiam deuotè frequentandi quæ & quales praxes. 398.1.b & ſeqq. euchariſtiæ medicam vim ineſſe, probatur à potiori 399.2.b & ſeqq. euchariſtia habet vim curandi corpora ægra. 400.1.c.d euchariſtia habet vim medicam ad curandam animã à ſuis febribus, & quæ illæ febres ſeu morbi animæ. 400.2.b & ſeqq. Euchariſtia ciui cuidã ferrarienſi contulit robur reſiſtendi tentationibus carnis. 400.2.d euchariſtia hominem facit fieri Chriſtum. 401.1.d & ſeqq. euchariſtiâ vincuntur timor & amor. 401.2.c euchariſtiæ viaticum ante mortem ſumendum eſt exemplo & ex præcepto Chriſti. 459.1.c.d euchariſtiæ viaticum multis miraculosè adminiſtratũ. 459.2.b euchariſtia eſt optimum remedium aduerſus inſidias dæmonum in horâ mortis. 460.1.c.d euchariſtiam ori defunctorum imponendi mos olim fuit, ſed poſtmodum abrogatus eſt. 460.2.c euchariſtiæ viaticum etiam in periculo mortis ſumendum. 461.2.d & ſeqq. euchariſtiæ varia elogia. 463.2.a & ſeqq. euchariſtiæ viaticũ in morte quis miniſtrare debeat, & quis in neceſſitate poſſit 464.2.b & ſeqq. euchariſtiæ viaticũ quo tẽpore ſumendũ ſit ex præcepto. 464.2.d euchariſtiæ viaticũ liceatne ſæpius in eodẽ morbo miniſtrare non ieiuno. 465.1.a & ſeq.
Eudoxiæ Imperatricis ſtatua in terrã deijcitur. 85.1.a
S. Eulogius vnâ alapâ inflictâ obtulit ſe ad alterã. 87.2.c
S. Euphraſia immortali ſponſo datam fidem frangere recuſauit, etiam per tormenta. 508.1.c in morte Ieſum inuocat. 521.1.a
Euphraſia Rodaricia à cenâ domini vſque ad Paſcha ieiunabat. 328.2.c
B. Euſebia noluit fletum ſuarum ob ſuã mortẽ 486.1.c
S. Euſebius à muliere læſus noluit de eâ poſt ſuam mortem vindictam ſumi ab amicis. 249.1.b
Euſebius Capuccinus à ſocio flagellari rogauit. 208.1.d
S. Euſtachio crucifixus apparuit, & inde conuerſus eſt. 313.1.b
Euſtochius ordinis S. Claræ ſumptâ Euchariſtiâ ſanabatur à morbis. 400.2.a
S. Eutychianus Pontifex trecentos & quadraginta martyres ſepeliuit. 545.1.c
Exemplum bonum eſt effectus claritatis, quæ eſt dos glorioſi corporis. 574.2.d & ſeqq. exempli boni vis & potentia, & quomodo illud dandum ſit per opera bona lucentia coram hominibus. 575.1.b & ſeqq. exempla virtutum in veteribus eluxerunt. 576.2.c
Exercitium hominis crucem amantis ad promerendum crucifixũ 321.1.a & ſeqq. exercitium amantis crucifixum, in quo ſe amans conuertit ad omnia & ſingula membra crucifixi 332.1.d & ſeq. exercitium & exemplum piiſſimum Marronæ Franciſcæ Chriſtum patientem agentis & paſſionem recolentis. 348.2.d exercitium pium per horas ſingulas paſſionis punctum aliquod recolendi. 350.1.c.d
Extrema vnctio apud Marcum inſinuata, & à S. Iacobo promulgata fuit. 497.2.c ea homini Chriſtiano curanda eſt ante mortem. ibid.d eiuſdem effectus duo ſunt, & qui. 498.1.b.c extremæ vnctionis neglectæ cauſâ quidam 20. annis in purgatorio manere debuit. 499.2.b
Ezechias ſerpentẽ æneũ cõfregit exẽplo Moſis. 557.1.d

F.

FAma in quibus circũſtantiis & quibus de cauſis defendenda. 100.2.c famæ læſionem & detractiones grauiſſimas ſancti, & innocentes paſſi ſunt. 91.2.a & ſeqq. fames Chriſti ſuperauit omnium hominum famem. 46.2.d 47.1.a
Faramundi Iaponis inuicta conſtantia. 484.1.c
Fallis piſcis aquam ſalſam & amaram in ore ſuo reddit dulcem. 541.1.d figura Chriſti eduleantis miſerias crucis. 541.1.d
B. Fauſtina quam patiens in ferendo & quam reſignata fuerit in voluntatem Dei. 479.1.b pro diluendo ora ſumpſit tacita fætentem aquam. 487.2.d
B. Felix de Cantalice Capuc. ſolebat duas aut tres horas de nocte orare expanſis manibus. 214.1.d
S. Felix Martyr in loco ſupplicij commemorauit conſummatum ſuum curſum agendorum. 271.2.d
S. Felix epiſc. Tuboricenſis in martyrij loco nomen Ieſu habebat in ore. 519.2.d
Fel, quo Chriſtus in mõte Caluariæ potatus fuit, quale extiterit. 186.2.d felle Chriſtus potari voluit in exemplum & incitamentum ſuorum ſequaciũ. 187.1.d felleum calicem Chriſti, multi eius amatores guſtare voluerunt, & guſtarunt. 187.2.b & ſeqq.
Feria ſexta ab antiquitus in Religione fuit, quia eſt dies mortualis Chriſti Domini. 326.2.d & ſeqq. feriâ ſextâ infantes multi à lacte abſtinuerunt. 327.2.c. 328.2.b.c feriis ſextis ieiunare ſolebant S. Antonius & alij antiqui Anachoretæ. 318.1.c
Ferdinandus Caſtellæ Rex in eccleſiâ coram epiſcopis regni, biduo ante mortẽ, regno & regiis ornamentis ſe exuit. 254.2.c
Ferd. Caſtellæ regis morientis ſuprema oratio 536.1.d
Ferdinandus Hiſpaniarum rex primum aurum ex Indiâ Orientali aduectum miſit ad eccleſiã toletanã. 344.2.a
Ferdinandus Luſitaniæ Princeps in triduo paſſionis nil niſi cruſtã panis & hauſtum frigidæ ſumebat. 328.1.c
Ferdinandus 2. Imp. flagellis ſe domare ſolitus. 134.1.c
Ferdinandi 2. Imp. & pietas & fiducia in crucẽ. 430.2.d
Ferd. de la Concha mexici in Paraſceue concionans ſe crucifixũ præſentauit & ſpineâ coronâ capiti impreſſit. 149.1.a bis de die & ſemel in nocte poſt ſui flagellationẽ laceris humeris crucẽ grauẽ geſtabat. 172.1.c
Ferdinandus Suarez è Soc. IESV cubiculum ſuum cruce crucibus inueſtiret. 208.1.d
Ficulneæ fructificantur ramis ficulnearum marium obumbratæ. 423.2.d
Filia ſeptima ſine maſculo intermedio partum in aliis iuuat. 400.1.a filius ſeptimus abſque femella intermediâ tactu vel verbo curat ſtrumas. 400.1.a
Firmamentum quam velociter moueatur. 579.2.c firmamenti quanta ſit diſtantia a terrâ. 380.1.a
Flagellatione apud Romanos puniebatur crimen minus quam morte dignum. 123.1.c
Flagellatio apud Romanos coërtio dicebatur. 123.1.c
Flagellare reos capitis ante vltimum ſupplicium ſolebant Romani. 128.1.c
Flagellatuſne fuerit Chriſtus virgis, an loris, an his & illis. 129.2.c.d
Flagellationis Chriſti atrocitas & grauitas deſcribitur. 129.1.a & ſeqq. flagellatio Chriſti domini per quot milites peracta. 127.2.a.b & an à Iudæis, an Romanis. 129.1.b in flagellatione quot ictibus Chriſtus fuerit percuſſus, & quot guttæ ſanguinis ex flagellato corpore fluxerint. 129.2.d & ſeq. flagellis corpus ſuum domantium varia exempla ex omni ſtatu & ſexu hominum 132. & ſeqq. flagellatio carnis dæmones eorumq. tentationes propulſat. 136.2.a
Flauia Domitilla neptis Domitiani Imperatoris interfecta ab eodem. 77.1.b
S. Flauia Virgo & ſoror S. Placidi Martyris pro Chriſto imitando

imitando auditorem non recuſauit, 191.1.a
Fluuius in finibus Meropum, cuius aquæ guſtatæ depellant cupiditates & ſenium. 3.1.c
Fons in Bonicâ inſulâ, cuius aqua pota abſtergit ſenium. 3.1 b
Fons Iackenſis erectus ab Iſabellâ Clarâ Eugeniâ manat aquas febricitantibus ſalutares. 295.2.a
S. Fotannanus cum duodecim ſociis trans mare vehitur lignâ cruce. 213.1.d
Fortitudinis tres gradus ſunt. 104.1.d
Franca mulier potui ſuo fellis ſaporem habuit immiſtum à Deo. 188.2.c
Franciæ duæ expeditiones in terram ſanctam irritæ. 551.2.b.c
Francisca Romana quantû meditabatur de coronatione Chriſti, tantum ſentiebat dolorem capitis. 152.1.c didicit in viſione vulnera Chriſti eſſe cauſam meritoriam prædeſtinationis noſtræ, & phyſicam luminis gloriæ in beatis. 291.2.d & ſeqq ſingulis feriis ſextis horâ nonâ inexplicabiles dolores pati ſolita. 330.2.d. quietem & ſolitudinem in morte quæſiuit. 503.1.d bibere ſolita ex caluariâ hominis mortui. 510.1 d moribunda veſpertinas preces deiparæ recitare cæpit, quas in vita nunquâ omiſerat etiam ægra. 505.1.e quâ prompta & agilis in obediêdo 581 2.b.c
Francisca Vacchinia crucem a Chriſto accepit ferendam. 575.2.d
S. Franciſcus vulnerum ſtigmata in corpore habuit. 15.2.a quando & quomodo ſtigmata crucifixi acceperit. 18.2.b inter orandum ſanguinê profundebat. 71.1 a pro ſtulto habitus dixit ſe fatuellum mundi. 321.2.c in tentatione carniſſe cordâ verberabat 153.1 a ſpinas mutauit in roſas. 146.1 b puluere oblitera Chriſti veſtigia detexit in viſione factâ B. Petro de Tecelano. 16.2.b infantulus ſignum viuificæ crucis ab Angelo in dextro humero impreſſum habuit. 178 1 b
S. Franciſco ſtigmata vulnerum impreſſa ſunt à Chriſto ſucceſſiuè & vnum poſt aliud incipiendo à manu dextrâ. 102.1.b.c.d
Franciſcus in viâ ad ædem S. Mariæ Angelorum habuit antecedentem fulgidam crucem 207.2.a frequêtiſſimè expanſis manibus orabat. 214.1.d clauos Chriſti in manibus ac pedibus habuit, & quales illi claui fuerint. 222 1 d per biennium mœrore tabuit, quia ſibi videbatur à Deo derelictus, nec tamen ceſſauit ab oratione. 257 2.d habuit impreſſa manibus & pedibus & lateri vulnera Chriſti, de quibus multa miranda & prodigioſa narrantur. 292.1.d & ſeqq. viſus fuit aliquando auream crucê quæ præcedebat eum euntem & cum ſtante ſtabat. 318.1 c in cæcitate ſuâ quantum delectaretur memoriâ Chriſti paſſi cutis. 384.1 d crucis Citharam pluris faciebat quam angelicam chelim. 385.1.b in quo conſtitueret veram lætitiam. 385 2.c & ſeqq eſt natus cû rubeâ cruce 398.2.b quomodo intellexit eſſe veriſſimum legere librum crucifixum, & paſſionê Chriſti. 409 1.d mortê ad ſe inuitabat. 477.2 b moriens ſuis fratribus benedixit in crucifixi virtute & nomine. 480.2.d moriebatur in his verbis: *me expectant iuſti donec retribuas mihi.* 504 1 d quid iudicauerit de ſpirituali ſepulturâ non hominis. 550.2.e.d illæſus occubuit ſuper prunas candentes. 571.1.c ſex annis poſt mortem ſpectatus ſtans & incorruptus à Nicolao IV. Pontifice. 572 1.d exemplo ſuo aliquando concionatus eſt. 576.2.d ſocium in aëra ſecum effert. 584 1 b
S. Franciſci veſtis crucifixum repræſentabat. 360.1.a
S. Franciſci feruor ſingularis in meditandâ Chriſti paſſione. 439.1 b
S. Frâciſci ſumma paupertas ad vſq; vltimû vitæ 496.2.d
S. Franciſco cogitanti, quo maximè placeret Deo, occurrit paſſio. 21.1.d
Franciſcus 1. Galliarû Rex, quomodo dicatur ſtigmata S. Franciſci in manu habuiſſe. 306.1.d
Franciſco primo rege Galliæ ob vulnus tonſo, omnes nobiles voluerunt tonderi. 193 1.a
Franciſci regis de gentiliſſimo ad Chriſtianiſmum conuerſi ſumma conſtantia in fide inter amiſſionem regnorum & varias ærumnas. 567.1.d & ſeqq.
B. Franciſcus Borgias oratiæ ſui ipſius duas de die horas impendebat. 8.1.d orare ſolitus humi proſtratus. 67.1.a orans pro ægrâ vxore reſignauit ſe voluntati diuinæ. 68.1.c.d ſputa in faciem excepit & eam ſputis dignum locum eſſe dixit. 103 1.b capillus ſibi euellebat. 108 1.d quam immitis fuerit in caſtigando corpore ſuo. 132.1.c pharmaca ſorbere & cataputia mandere ſolebat, vt amaritie cruciaretur. 187.2.c in miſſâ patiebatur quinque vulnera inter eos, quorum memoriam inſtituebat. 294.2.b amarum poculum conſtanter hauſit. 487.1.a fuit viſus in vultu ſplendeſcere inſtar ſolis. 177.2.d abſtinêtiâ corpus ſuû emaceranit & exinanuit 587 1 a
Franciſci Borgiæ mirandus crucifixus & miraculoſus. 319.1.b
Franciſcus Bantonus Soc. Iesv in quantâ cibi abſtinentiâ vixerit. 587.1 b
Franciſcus Caietanus nunquâ à ſeueritate & rigore in ſeipſum ceſſauit. 258.1.c feriâ tertiâ in hebdomadâ maiore mortuus eſt, vti optarat. 458.1.c in ægritudine ſuâ rancidam & putrem carnem tacitus comedit. 487.2 b
Frâciſcus Ficarrnè Soc. Iesv caſtigationem ſibi indebitam diſſimulauit & ſuſtinuit. 97 1.d
Franciſcus Godoius è Soc. Iesv quâ victoriis ſibi alas barbæ, quibus ſuperbiebat, abſciderit. 109.2.a.b
Frâciſcus Lupius ſæpe viſus eſt ſplêdore perfûdi. 578.1 b
S. Frâciſ. de Paula apertis manibus prunas tenuit. 571.1 c
Frâciſcus Picolominius Gener. Soc. Iesv morituros ſocietet, Iesv Chriſto Domino commendabat 489 2.c
Franciſcus de Sales triennis ipſu in viâ didicit ſe a Deo vocari ad viam crucis. 36.2 d in Moro meditabatur Chriſtum. 33.2 d pedes pauperum lauare ſolitus in cœnâ Domini. 58.2.d proceſſionaliter cum ſuis crucem geſtantibus quoddam caſtrum ingreditur. 174.2.c dat rationem cur lignum crucis Chriſti Deus relinquat nobis incognitum. 197.1.c docet maiore virtute nos ferre cruces ab alio illatas quam vltrò aſſumptas. 280.1.d crucifixi amantiſſimus. 314.2 d
Frâciſci de Sales teſtamentû omninò diſcretû. 470 2.d
Franciſcus de Sales optabat lôgâ ægritudine confici. & quare? 513.2.a cum adoleſcens putaretur moriturus, voluit ſuû cadauer tradi anatomiæ. 539.2 b.c.d in hâc vitâ fuit ſpiritualiter impaſſibilis à motibus animi. 569.1 d
Frâciſci Suar. Magiſter & doctor fuit crucifixus. 311.1.d
Franciſcus Titelmannus ex Doctore Louanienſi factus Capuccinus in libro charitatis ſtudebat. 405 1.d
Franciſcus Tholoſanus dominicanus ab hæreticis ſpinis coronatus eſt. 149.2.c
Franciſci Tregiani nobilis Angli mira conſtantia & patientia. 161.2.d
Franciſcus Xauerius in ſolitudine & in nocte oraſſe ſolitus. 66.1.c nodoſo fune quam arctè ſe conſtrinxerit, & fuerit miraculosè liberatus. 80.2.c.d ſe frequentiſſimè flagellabat. 132.1.b nolebat à malis liberari, niſi in ordine ad maiora mala. 166.1.d ab omnibus derelictus. 511.2 e d ſæpius repetebat hæc verba, *Ieſu fili Dauid miſerere mei.* 510.1.c celebris dono agilitatis pro prædicandâ fide. 582.2.b.c.d ſæpe viſus eſt à terrâ leuatus cubito vno. 584.1.b periclitantibus quibuſdam adfuiſſe viſus eſt, cum ta-

Digitized by Google

men alobi eſſet. 588.1.c
S. Franciſci Xauerij conſtantia in crucibus & aduerſitatibus. 257.2.d
Franciſci Xauerij cadauer manſit etiam in viuâ calce illæſum. 372.2.b.c
Franciſci Xauerij quanti labores? 387.1.d
Frater fratrem veneno necat per oſculum, vt eum publico ſupplicio eripiat. 73.2.b.c
Fredericus tertius Imp. côtinuò deprędicabat nil felicius eſſe felici morte. 448.1.b
Frederici Imper. hoc ſymbolum erat Morte beatâ nihil eſt beatius. 448.1.b
Fulgentius Freira è Societate Iesv à Turcis captus æſtimauit ſe indignum lytro redimi. 73.2.d
Fundationibus piis poſt mortem iuuare proximum, laudabile eſt opus. 540.2.b.c

G.

GAbriel Logronius è Soc. Iesv à flagris abſtinere iubetur ab ipſomet Chriſto Domino. 532.2.a
Galatæ Chriſtiani ex doctrinâ Pauli crucifixi imagines habuere. 312.2.d
Galeus glaucus, genus piſcium, quorum amet fætus ſuos. 376.1.b
Galilæam cur nominent Iudæi in accuſatione Chriſti coram Pilato. 114.2.b
Galliarum reges attactu manuum curant ſtrumarum morbos. 399 2.c
S. Gallicanus Fundator præclari & opulenti Xenodochij. 341.1.a
Gallicanus Conſul Romanus ad Tyberina oſtia ſecedens peregrinos excipiebat & pedes lauabat. 59.2.a
Galliota à S. Annâ 4. horis de die nudis genibus orare conſueta. 67.1.c religioſam paupertatem quantùm fuerit ſectata. 497.2.b
Gaiſenda intelligit B. Elzearium habiturum D. Virginem in magiſtram. 593.2.c
Gaſpar Barzæus è Soc. Iesv cubabat humi ad imam crucem. 208.2.a
Gaudendum in tribulationibus ac crucibus, & quomodo gaudendum, & quare gaudendum in illis? 381.2.d & ſeqq.
Gaudenſes ſanctimoniales pro nouâ Coloniâ Mantuæ inſtituendâ recuſant oblatos reditus. 191.1.c
Gaudiorum duo genera diſtinguuntur. & quæ iſta. 382.1.a. & gaudiorum iſtorum verum ſit perfectius, affectiuum ſcilicet an intellectiuum. ibid.d
Gaudium in tribulatione naſcitur ex duobus fontibus, & quinam ſint illi fontes. 383.1.d & ſeqq. gaudium & voluptas in cruce & crucis memoria. 384.1.d & ſeqq. gaudium & vera lætitia in quo conſtituatur à S. Franciſco. 385 2.c & ſeqq.
Gemini ſignum Zodiaci, & Chriſtus in eo fuit pendens inter duos latrones. 444 1.d
Georgius Federus die & horâ, quibus Chriſtus, mortuus fuit. 458 2.c
Gerardus venetus Capucc. ſolitus ſine cibo eſſe à cænâ Domini vſque ad dominicam reſurrectionis. 328.1.a
Gerardus frater S. Bernardi lætus & ſine timore mortem excepit. 477.1.c
S. Gerardus epiſc. Hungarorum, inter lapides nomen Iesv inuocauit. 319.2 d
S. Gereonis corpus poſt multa ſæcula coloniæ incorruptum. 572.2.a
S. Gerlaci oſſa ſponte ſuâ è tumbâ procedunt. 388.2.d
Germani olim deorum phanum ingrediebantur ligati, & quare. 60.2.c
Germanica expeditio in terrâ ſanctâ fuit irrita. 552.2.d
S. Getrudis à Deo quomodo docta orare. 68 2.d in viſione docetur, quod vnicuique ſua tentatio ſit ſua crux quam tollere debet. 168.2.d ex Chriſto intellexit, quare ipſe potum amarum guſtarit cantum. 189.1.c vehementer crucifixi imagina radio in nouum amorem exarſit. 315.2.d fuit à Chriſto edocta laudare ipſum ad tertiam, ſextam & nonam. 330.1.c vnde acceperit, quod in crucifixo ita delectaretur. 387.2.c in morte quomodam qualiter fuerit conſtituta & reſignata in beneplacitum Dei. 478.1.b.c ante mortem & officio & omnibus ſe abdicauit. 497.2.a vnam quâ intentione & quâ Chriſti acceptatione ſompſerit. 576.2.b
B. Getrudis particulare obſequium erga S. clauos Chriſti. 219.1.b
S. Getrudis quantus amor fuerit & quantus fructus ex amore erga vulnus Chriſti laterale. 283.2.c
B. Getrudi Chriſtus apparuit in formâ Pelicani. 403.2.b
S. Getrudi Chriſtus reuelauit, quam gratũ ſibi ſit, quod homines memores ſint paſſionis. 436.2.c.2.c
B. Getrudis Iſlebienſis in corde à Domino petiit vulnerata eſſe, & fuit. 285 1 b ſtigmatibus notata fuit, & quam magnos fructus ex Chriſti vulneribus hauſerit. 304.1.d
Getrudis ab Ooſteo Beggina ſenſit ſibi inſigi quinque Chriſti vulnera ad ſingulas horas canonicas ſanguinem emittentia. 302.2.a
B. Getrudis Niuellenſis vltimam vitæ noctem in pſalmis traduxit. 505.1.a
Gizericus Vandalorum Princeps, roganti, quo exercitum duci vellet, reſpondit, *quo Deus vult*. 53.2.a
Godefridus Ambianenſis ſolebat tredecim pauperibus pedes lauare & epulo excipere. 58 2.c fecit populum comas & crines abſcindere in tempore ſacrificij miſſæ. 509.1.d
Godefridus Bullonius Hieroſolymam victam victor ingrediens reiecit coronam. 148.1.b. *Ille tamen* fuit rex & regum optimus. ibid. in expeditione in terram ſanctam cruce ſignabat ſe & milites, & quare. 176. 2. c & ſeqq. coronam ſpineam in ſcuto dilexit. 368.1.a primam expeditionem inſtituit in terram ſanctam. 552.2.a
Godefridus Villarienſis pedes Religioſorũ lauare ſolitus, & ipſi pedes a Chriſto Domino fuerunt loti. 59 2.a
Godefridus Vriſius Auctor eſt, quod inſignia Barcinonenſium & Arragonenſium habeant quatuor rubias lineas in ſcuto aureo. 362.1.d
B. Godefridi Ordinis Præmonſt. ſingulare deſiderium moriendi. 454.2.c
Gonzalus Siluaria fatuitatem ſimulauit, vt ſic aulam vitare poſſet. 221.1.c.d recuſauit quieſcere, niſi cruci affigeretur, ſolitus in quatuor cubiculi partibus crucem figere. 208.2 d
Goto ſylua Iaponiæ in quâ eſt animal quadrupes, quod vbi in ſyluâ conſenuit, ingreditur mare & mutatur in piſcem 30.1.a
Græci docent Chriſtum Paſcha præueniſſe, & cur hoc doceant. 326 2.c græci ſolebant in miſsâ vti rubeâ caſulâ. hoſtiam conſecratam lanceâ pingebant. poſt conſecrationem fundebant aquam calidam in calicem, & quare. 335.1.c græci poſt Ægyptios bibliothecam inſtituerunt. 403.2.d
Granadilla eſt pomum maximè mirabile, quod naſcitur in regno Coſæ paſſionem Chriſti & paſſionis inſtrumenta in ſe repræſentans 13.2.a & ſeqq. granadilla vna prout in Americâ naſcitur, fuit Paulo V. oblata. 14.2.b
Granadillus flos Indicus Chriſti patientis emblema eſt. 181.1.b
Granditis lapis habens in ſe effigiem crucis, crucifixi, & titulum crucis. 14.2.d
Gratia ordinaria non ſufficit, vt diu perſeueremus in opere bono. 476.2.c
Gratia habitualis cur habitus dicatur per ſimilitudinẽ veſtis corporeæ. 590.1.d

Gratiæ

Digitized by Google

Gratiæ Auxilium non deerit conantibus ad ſanctitatē. 282.a & ſeqq.
S.Gregorius Agrigentinus Epiſcopus falſo crimine accuſatus fuit à puellâ muneribus corruptâ. 91.a.d
S.Gregorius Nazianzenus de quibus accuſatus fuerit. 92.2.b
Gregorij Nazianzeni Pater per Euchariſtiam ſanatus eſt. 400.1.c
S.Gregorius Turonenſis opinatur in cruce fuiſſe tabulam,ſuper quam plantæ Chriſti confixæ ſunt. 196.1.c
Gregorius vltraiectenſis epiſc.ſectator virtutis obediētiæ. 516.1.b
Gregorius 13. inſtituit feſtum ad memoriam victoriæ contra Mauros obtentæ ab Alfonſo 9. rege Caſtellæ. 177.a.a
S.Grimbaldus Abbas triduum ante mortem petiit ſolitudini impendere ſe & quartâ exinde die obiit. 505.a.b
Gualterus Alemannus petijt ſentire dolorem lanceæ in corde Deiparæ quaſi fixæ, quando filius transfigebatur,& voto potitus eſt. 281.1.c
Gualterus Ord.Præd vulnerum dolores ſenſit,& vulneribus notatus creditur. 297.1.d
S.Guilielmus Abbas Roſchildenſis coronam ſibi ab Angelis parari cœptam non perficiendam intellexit, niſi poſtquam ſatis paſſus fuerit. 155.a.c
Guilielmus comes Northmanniæ exercitum euchariſtiâ munijt ante bellum. 461.1.c
S.Guilielmus Epiſc.Bituricenſis lubens comitabatur funera ob memoriam mortis. 453.1.a
Guilielmus Gandauus in ſcalâ patibuli pro inimicorum ſalute precatus fuit. 550.2.d
Guilielmus puer in vrbe Norduicenſi à Iudæis in crucem actus & ſpinis coronatus. 149.2.d
Guilielmus Saltamochius Soc. IESV quomodo conatus fuerit mori in cruce. 331.2.d
Gundeberga Longobardorum regina carceres triennium innocens & patiens ſuſtinuit. 117.2.d
S.Guthbertus die veneris ieiunare ſolitus recuſauit quidquam ſumere in itinere. 328.1.b
Guttarum numerus,quas Chriſtus ſudauit. 69.2.c

H.

HAbitatio omni animali eſt curæ. 373.a.b habitatio hominis interioris & noui eſt varia. 374.2.c.d habitatio homini interiori & nouo optima, ſaluberrima & facillima eſt intra vulnera Chriſti Domini. 374.a.a & ſeqq. habitatio homini vbinam à Deo fuerit aſſignata, Picus Mirandulanus quærit,ſed non reſoluit. 375.1.d
Habſburgici comites cruce inſigniti naſcuntur. 392.2.d
Habſburgicæ Domini ſcrophulis laborantes curant dando potum. 399.a.c
Hadrianus Cæſar decem millia Chriſtianorum militum iuſſit flagellari, ſpinis coronari, & terræ clauis affigi. 212.a.b
Hadrianus Turnebus funeris pompam contempſit & noluit. 548.1.a
Hadriaticū mare clauo Chriſti iniectoà S.Helenâ trāquillitatum fuit. 218.1.a
Hæbræi vtebantur paſſim tribus veſtimentis, ſcilicet cambiſiâ,tunicâ,& pallio. 192.1.d Hæbræi ante Babylonicam captiuitatem eiſdem characteribus cum Samaritanis vtebantur. 195.a.b Hæbræi poſt captiuitatem Babylonicam characteribus ab Eſdra inuentis vſi fuerunt. 195.a.b Hæbræi exulantes in Babylone vrbis Ieroſolymæ imaginem in annulis circumferebant. 388.a.d Hæbræis ſupplicium decollationis inuſitatum. 184.1.c
Hæliſæi Ollæ,in quâ mortem eſſe filij clamabant, cōparatur vita noſtra mortalis. 382.a.d & ſeqq.
Hæmorrhois ſerpentis genus,cuius morſu per omnes corporis poros ſanguis effluit. 72.1.b
Hæreticorum in cruces & crucifixos impietas & furor. 325.2.c
Hæretici Sacerdotem quemdam cum crucifixo colligantes ſclopetis occidunt. 325.2.d
Hæretici Pariſijs quemdam in ius vocarunt, quod in templi tecto crucem rubris & viridibus tegulis poſuiſſet, 323.a.b
Heber filius Arphadi vel filius Abrahæ. 54.1.b,c
Heber tranſitum ſignificat. 54.1.c
S.Hedvvigis duciſſa Poloniæ ſeſe & flagellabat & à familiaribus feminis flagellari volabat. 136.1.b a crucifixo benedictionem accepit. 316.1.a in pane & aquâ ieiunabat ferijs ſextis. 328.a.c ab vmbrā crucis abeſſe non poterat.432.2.a arctiſſimè conſtringens imaginem Diuæ Virginis moritur & ſepelitur cum eâ. 526.1.b
Heli in acceptandâ morte ſe reſignauit in voluntatem Dei. 475.1.d Heli filij putantur ſalui, quia interfecti in defenſione arcæ. 523.1.d
Heliſæus cur à viduâ petierit reſiduum olei,antequam illud multiplicaret. 27.2.c
S.Helena domum Cayphæ ædificauit in templum S. Petri,& quare. 106.2.a,b S.Helena clauos crucifixionis inuenit cum cruce defoſſos. 217.2.d eorum vnum in mare Hadriaticum proiecit & illud tranquillitauit; tres reliquos ad Conſtantinū filium pertulit. 218.1.a,b S.Helena deiecit ſtatuam veneris poſitam vbi crux erat defoſſa. 440.1.b in mortuis ſepeliendis ſedula. 545.1.d ſepulchrum Domini detexit, poſtquam diu latuerat. 551.2.d
Helena Hungarica Dominicana fuit quinque vulneribus condecorata,& inde fecit miracula, 299.1.d
Henricus Garnetus Soc.IESV Martyr poſt mortem retinuit brachia in formam crucis complicata. 334.1.b
Henrici Garnetti Soc. IESV in Angliâ Martyris vna gutta ſanguinis in ſpicam cadēs,eius faciem depinxit ad viuum. 181.1.c
Henricus Suſo quâ ratione vinculatus dormiret.80.1.d quæ & quam grauia probra tulerit.98.1.d grauiſſimè accuſatus flagellis ſuum corpus continuò caſtigauit. 131.2.a,b per pias meditationes ſingulis noctibus crucem portabat cum Chriſto. 168.1.b Crucem vno palmo longam & triginta clauis pungentem nudo tergo per 8.annos adſtrictam geſtauit. 172.1.a à Chriſto doctus eſt viâ Crucis placere & aſſimilari Saluatori.207.1.a triginta acutis clauiculis per annos octo noctu diuque carnem afflixit. 254.1.d pulchrè introducit Chriſtum loquentem, quam gratum ſibi ſit, quod homines habeant memoriam paſſionis.436.1.d frequentem & magnam ſitim tolerauit. 263.1.b
Henrici Suſonis epiſtula ad moribundum præclara. 533.2.c
Henrico Suſoni,quoties aliqua crux impendebat, rubentem roſam Chriſtus in caput depluere viſus eſt. 383.1.d
Henricus nonus Imp. ſuos ante bellum Euchariſtiam ſumere iuſſit. 462.1.c
Henricus octauus Angliæ Rex in extremo morbo ad ſe delato viatico genua flectere nitebatur. 461.2.c
Henricus Princeps Angliæ fune delectus in carcerem trahi voluit. 82.1.b
Hephæſtionis maxima gloria in quo ſita. 28.a.d
Heraclius Imp.Crucem Chriſti ad montem Caluariæ ſuis humeris portauit.165.2.d crucem Domini recuperauit,& ſepulchro gloriam reſtituit. 552.1.a

Digitized by Google

Heribertus Archiep. Colon. morti vicinus omnia ſua pauperibus donari iuſſit & fratrem ſuum Deo commendauit. 254.1.b moribundus fratrem ſuum mœrentem conſolatus fuit. 485.2.d
Hermannus de Allis expirauit, vbi audiuit legi ex Marco, Chriſtum expiraſſe emiſſa voce. 270.2.d
S.Hermannus Ord. Præd. à Chriſto eſt inuitatus ad ſociorum vulnerum oſcula, & quo fructu. 292.1.c
S.Hermenigildus Rex à Patre Arriano interfici iuſſus. 76.2.c pro Chriſti fide ſecuri percutitur. 500.2.c
Hernandus Monſoyus Soc. IESV teſtamento ſuo animas purgatorij hæredes facit omnium, quæ ſibi poſt mortem obuenirent in precibus & ſacrificijs. 472.2.a
Herodes quænam à Chriſto petierit. 218.a d
Herodes Agrippa Rex Iudæorum Alexandriæ deriſus fuit? 254.1.b
Heroës multi ſua bella, victorias, imò & ærumnas ipſimet ſcripſerunt; & qui? 413.1.c
Hieronyma Caruallia vulnerum Chriſti dolores conſtanter tulit cœleſti voce animata. 301.1.a
S.Hieronymus lauandis pauperum pedibus ſummè deditus 58.1 d pro hæretico & pro mago habitus & Româ diſcedere coactus fuit 93.1.a tentationem carnis vicit conuertendo ſe ad Chriſti vulnera. 288 a.c tentationi diabolicæ ſolitus opponere Chriſti vulnera. 292.1.d ſenſit Adam ſepultum fuiſſe in monte Caluariæ, ſed in hâc ſententiâ ſibi non conſtitit. 185 1.c.d morti vicinus in terram ſe proſternens viaticum accepit. 461.1.b
Hieronymus Æmylianus fundator Ordinis de Somaſcha nudus nudum Chriſtum ſequi voluit. 194.2.a in iram concitatior, poſtea mutatus fuit in moderatum vſque adeo, vt iniuriarum impaſſibilis videretur. 568.2.b
Hieronymus Bondinarius pro ſuis calumniatoribus deprecatus fuit. 250.1.b
Hieronymus Caruallius bis de die & bis de nocte ſe columnæ alligatum flagellare ſolebat. 132.1.b
Hieronymus à Forolluio Capuccinus feliciter moritur in his verbis: *Omnis Spiritus laudet Dominum.* 504.2.d
Hieruſalem vrbis ſcutum teſſeratum explicatur. 567.1.b
Hieroſolyma ab Ægyptijs ad Turcas quãdonam fuerit deuoluta. 552 2.d
Hieroſolymitanis ſtemmatibus nullum diadema aureum aut gemmeum imponitur, & cur. 148.1.a
Hyppolytus Galantinus picturâ Chriſti coronati, profligatam enouerit. 552.2.c
S.Hilarion moriens Heſychio hæredi ſuo aliud nihil quam Euangelium, tunicam Sacceam, cucullam & palliolum reliquit. 590.1.b
Hiſpaniarum Reges fugant dæmones ex humanis corporibus. 399.2.c
Hiſpaniæ regum & Luſitaniæ Regum in Chriſti corpus munificentiſſima pietas. 544.1.d & ſeqq.
Hiſtorici illuſtrium virorum formam & corporis ſpeciem deſcribere ſolent. 415.2.c
Huitzitzilotototlus auis Indica per ſemeſtre ſpatium ſe roſtro ſuſpendit ex grandi arbore, & quid per hoc edocemur. 415.a d
Huitzitzilototlo auicula eſt ſymbolum Chriſti morientis & reſurgentis. 559.1.d
Homo ad imaginem Dei creatus eſt, vt Deum imitetur. 50.2.b,c
Homo Hæbraicè vocatur Enos id eſt obliuioſus. 11.2.c homo continuò moritur. 35.2.a ſeqq homo præter gratiam acceptam in primâ origine non indiguiſſet aliâ, ſi perſeueraſſet in illâ. 42.1.a homo quibus de cauſis à Deo deſeratur. 257.1.b & ſeqq.
homo eſt liber Dei, & eius ſtructura quomodo ſimilis Scripturæ. 405.2.d homo in hâc vita ignorat, odio an amore dignus ſit. 434 2.a
Homini laborandum eſt, vt reſcire poſſit ſignum ſuæ prædeſtinationis. 434.a.c.d
Homines in curandâ ſalute maximè ignaui. 434.1.c,d
Homobonus ad crucifixi pedes manibus in formam crucis expanſis obijt. 533.1.b
S.Honoratus Epiſc. cœlitus admonitus, S.Ambroſio viaticum impertit. 459.2.b
S.Honorati Epiſc. Arelatenſis vltima monita. 479.2.d ſuam mortem vetuit defleri. 485.a.c
Honores & honorifica contemnere Chriſtus exemplo ſuo primus docuit. 537.2.c.d
Hora mortis Chriſti quæ fuerit. 329.1.d & ſeqq.
Horologium mirandæ artis Aſton Perſarum Rex Caroli Imperatori miſit. 343.1.c
Horologia conficiendi ars veteribus Romanis ignota quouſq; ſucceſſu tẽporis progreſſa ſit. 343.1.d & ſeq.
Horologium Sciothericum Raphaëlis, Mirami quam fuerit mirabile. 343.a.c
Horologiorum diuiſio multiplex. 344.1.b
Horologium in formam crucis excogitatum à Chriſtophoro Clauio. 344.1.c
Horologium mirabile incluſum annulo Caroli Quinti. 343.1.d
Horologium paſſionis Chriſti triplex: aliud trium, aliud duodecim, aliud viginti quatuor horarum. 344.a.a & ſeqq.
Horologij paſſionis quæuis hora includit quatuor res, & quas illas? 345 2.a,b,c horologij paſſionis vſus & peritia ſeu methodus inſpiciendi illud per ſingulas horas. 345.a.d & ſeqq. horologium Regis Achas poſitum in Atrio templi Salomonis. 346. 2.d horologij paſſionis vſus & inſpectio laudatur & commendatur à S.Doctoribus. 347.1.a,b,c horologium memorabile Venetijs ad Baſilicam S.Marci. 350.a.b horologium rarum ſiluæducenſe in Cathedrali Eccleſiâ S.Ioannis. 350.2.c
Hoſius Cardinalis etiam æger recuſauit quâdam feriâ ſextâ, ouis veſci. 328.1.d
Hoſtia conſecrata Pariſijs à Iudæo vulnerata, ſanguinem emittit, bullientem aquam, cui inijcitur, ſanguineo colore tingit. 14.2.c.d
Hoſtia ſacra Scalabiſci ſeruata repræſentat Chriſtum nunc naſcentem, nunc patientem, nunc reſurgentem, &c. 399.1.c
Hoſtia conſecrata quorumdam pectus & cor vltrò intrauit, cum illi ore ſumere non poſſent nec in ſtomacho tenere. 462.a.1 & ſeqq.
S.Hubertus ab Angelo cruce ſignatus eſt ad limina Apoſtolorum. 178.1.b à crucifixo in medio cornuum cerui apparente, conuerſus eſt. 313.1.c contra dæmonem in morte ſe muniebat pſalmo 90. 504.a.c
Hugo Cluniacenſis Abbas crucem ſub finem vitæ venerari ſtuduit. 530.a.b
Hugo puer Lincolniæ in cruce ſuſpenſus ſpineâ corona redimitur. 549.a.d
S.Hugo Epiſc. Lincolnienſis ſuper cinere in formam crucis conſperſo obijt. 533.1.c
Hugo de S.Victore morti vicinus hoſtiam non conſecratam ſciuit diſcernere à conſecratâ. 462.2.b
Hugoni Victorino ſe non diſciplinanti, quid contigerit poſt mortem. 136.a d
Hugoni à S.Victore tria in votis erant, & quæ illa? 250.2.d
Humanum corpus quot miſerijs, & quot morbis obnoxium. 594.1.a
S.Humbertus ab Angelo cruce notatus fuit in vertice. 392.2.c

Hunegundis mortua eſt in pijs verbis, & quibus. 537.1.b
S. Hunegundis reliquiæ multis diebus colluxerunt. 178.2.d
Hungariæ Reges habent virtutem ſanandi Icteri. 399.2.d
Hui filius Caleb ab idololatris ſputorum copiâ ſuffocatur. 102.1.b

I.

IAcob Patriarcha moriturus filijs ſuis annuntiauit futura. 479.2.b
Iacob typus hominis noui Chriſtum induentis. 389.2.d
Iacobitæ crucem membris ſuis imprimebant. 20.2.c
Iacobitæ candenti ferro in fronte aut pectore cruce ſignantur. 177.2.d
S. Iacobus Apoſtolus ex longis orationibus, genibus callum obduxerat. 66.2.d expanſis manibus orauit. 214.1.b feriâ ſextâ & ſabbatho à cibo & potu abſtinuit, donec Chriſtus reſurrexiſſet. 328.1.a
Iacobus à Beuanâ Ordinis Prædic. à puero erga crucifixum ita affectus fuit, vt omnia ornando crucifiſo impenderet. 358.2.c à crucifixo ſanguine aſpergitur & intelligit ſignum ſuæ prædeſtinationis. 436.2.b
Iacobus Boonen Archiep. Mechlin. orationem de S. Sudario compoſuit, & eam legentibus Indulgentiam 40. dierum conceſſit. 180.2.b
Iacobus Buſius vmbram crucis quantum amarit. 430.1.c
Iacobus Cangayama quotidie in quadrageſimâ quinque cauterijs totidem membra inurere ſolitus. 293.2.d
Iacobus Crucius Soc. IESV mirè perſtitit in crucibus & moleſtijs vſque ad vltimam ætatem & mortem. 238.1.b
Iacobus Gordonus vti optauit, ita obiit die veneris in Paraſceue. 458.1.b
Iacobus de la Marca in viſione intelligit publico ſupplicio affectis iuſta funebria perſolui ab Angelis. 475.1.a
Iacobus à monte Brandono minorita nomen IESV ſibi pronuntiari iuſſit, cum ipſemet pronuntiare non poſſet. 520.2.b
Iacobus à Nurſiâ Capucc. in viſione Chriſtum baiulantem crucem vidit. 175.1.d
Iacobus de Sauta Soc. IESV ſibi ſupra pectus larum vultus aperuit. 285.1.b
Iacobus Sirmondus in lucem edidit quadraginta ſermones S. Auguſtini, hactenus non editos. 332.1.a
Iacobus Treccia Regis Hiſpaniarum inſignia adamanti inſculpſit. 389.1.a
Iacoponus à ſuis pro inſano habitus fuit. 121.2.d
Iacoponus Tudertinus abſynthium cum quibuſuis cibis comedebat. 187.2.c
Iahel Siſaræ caput clauo terræ affigit, & hoc ſpiritualiter exponitur. 222.2.a
Iaponius iuuenis propter fidem à Patre domo ejicitur & ad mendicandum cogitur. 77.1.c
Iapones cur motu in Antipodes dicantur. 125.2.b
Iapones inſtituerunt Sodalitatem Martyrum. 162.1.c
Iapones Neophyti cruce in humeros ſublatâ parabant egredi, ſi cogerentur ad abnegationem fidei. 175.1.d
Iapones Martyres cum hilaritate & gaudio ad cruces properabant. 198.2.d
Iaponis Martyres numero octo ad ignem damnati columnas, quibus alligandi erant, læti venerabantur. 199.1.d
Iaponum ſummus feruor & zelus patiendi pro Chriſto. 161.1.b
Iaponum Martyrum crucibus tituli ſuperpoſiti fuere. 231.1.c
Iaponum feruor in meditandâ paſſione Chriſti. 347.2.b
Iaponum Martyrum mira & recens hiſtoria. 507.1.c,d
Iaponibus Chriſtianis à Tyranno ferro candenti inurebatur crux in fronte. 177.2.b
Iaſpis Orientalis Caput Chriſti Saluatoris repræſentat. 181.1.b
Ichnographia Horologij cuiuſdam vniuerſalis in formam crucis figurandi. 351.1.b Horologij collocandi diuerſus modus, iſque triplex. 352.b,c & ſeqq. Horologij applicatio ad interiorem hominem. 353.2.b & ſeqq.
Ida Louanienſis ex Ord. Ciſterc. ſigna coronationis in ambitu ſui capitis gerebat. 152.1.b quinque vulnerum ſignacula recepit. 302.2.d
IESV vide, Nomen IESV.
Ignatia Dominicana moritur iuſſu Antiſtitæ ſuæ. 317.2.b
S. Ignatius quomodo ad nouitatem vitæ initio conuerſionis ſe diſpoſuerit. 60.2.a,b,c concordiam cum voluntate diuinâ vnicè commendat. 67.2.a quæ & quanta ſuſtinuerit cum à Iacobita, tum à mancipio quodam Barcinonenſi. 108.1.a,b ſuis commendat, vt contumelijs affici & rideri, & ſtulti æſtimari ament. 120.1.b,c in corpus ſuum ſæuire quantum ſoleret. 132.1.b optabat ſui inſtituti ſectatores eſſe mundo crucifixos, & mundum ipſis. 208.1.d cur nomini IESV clauos ſubpoſuerit in Teſſerâ Societatis. 223.1.b 369.1.b ſollicitè monet ſuos indui Chriſtum & veſtiri veſtibus Chriſti. 359.1.a cur in inſignibus Societatis, nomini IESV crucem ſuperpoſuerit. 364.1.a quanti æſtimarit cruces & perſecutiones pro Chriſto 386.1.d quantam habuerit cupiditatem moriendi. 453.1.d de moriendi neceſſitate loqueretur, præ gaudio lacrymabatur. 454.2.d moritur ſolus & a ſuis non viſitur, niſi cum animam exhalat. 512.1.d ſub finem vitæ IESVM ore & corde implorabat. 520.1.b ſuum cadauer feris & volucribus obijci deſiderauit. 540.1.c ad meliorem vitæ frugem conuerſus perſtitit in eâ ſpiritualiter impaſſibilis. 568.1.c,d etiam corporaliter fuit impaſſibilis. 371.1.d in vitâ ſubinde & à varijs viſus eſt radiare. 377.2.d ſubinde viſus eſt inter orandum quatuor cubitis à terrâ leuatus. 584.1.b dum viueret, apparuit Leonardo Keſſelio deſideranti S. Ignatium videre. 588.1.b
Ignatij in Deiparam amor in aureloquio. eiuſdem erga Chriſtum patientem affectus. ibid. imagines B. V. & crucifixi pectori applicitas a primâ ſui conuerſione deferre ſolebat. ibid.
S. Ignatij quantus zelus animarum fuerit. 492.1.d
S. Ignatij zelus erga gloriam Dei, & pura intentio in omnibus operibus. 576.1.d
S. Ignatij corpore leuato de tumulo ſtellulæ inde emicare viſæ ſunt. 378.2.b
S. Ignatio pro ſtulto videri placuit, & deriſus fuit ve ſtultus. 120.2.b & ſeqq.
Ignatius balſamus octodecim morbis afflictus miram patientiam exercuit. 483.1.a
Ignatij bomplani elogium de crucifixo. 325.1.a
Ignatius iuuenis Chinenſis flagellationes ſolebat offerre quinque vulneribus Chriſti. 293.2.d
Ignatius Martinez quomodo optauerit tranſigere tempus vitæ. 33.2.c
S. Ignatius Martyr fuit mirâ pietate erga Euchariſtiam. 63.2.c voluit cor boni hominis eſſe inſtar incudis. 87.2.c impediuit eos, qui volebant ipſum liberare. 586.1.c
Illuminatio mentis eſt fructus imitationis Chriſti. 41.2.

41.2. a,b,c

Illuſtratio mentis interior effectus claritatis, quæ eſt dos corporis glorioſi. 573.2.d & ſeqq.

Imago eſt dicta ab imitando. 10.1.c imago Chriſti paſſi hominibus imprimenda. 15.2.a & ſeqq. imago Chriſti patientis non imprimitur homini, niſi pro eâ laboranti. 27.1.a imaginis Chriſti & lactis Mariæ bonum coagulum in anteloquio.

Imaginem Chriſti patientis Deus in electis, velut in deciſis è rupe truncis exſculpit. 25.1.d & ſeqq. imago Deiparæ in agro Sichemienſi guttam cruentam in labro aliquoties oſtendit. 72.1.d imago miraculoſa crucifixi in Traiectenſi nuceâ habet velamen ad partes erubeſcendas. 195.2.d imago defunctæ alicuius quantopere viri cuiuſdam dolorem fouerit. 307.2.b

Imitatio Chriſti Dei eſt in homine per adoptionem, creationem, & paſſionem. 9.2.b imitatio Chriſti paſſi neceſſaria eſt ad obtinendum fructum paſſionis. 11.1.d

ad Imitationem Chriſti paſſi quæ neceſſaria ſint. 29.2, d & ſeqq.

Imitator Chriſti patientis maius obſequium & gloriam Chriſti intendit. 42.2.b.c

Impaſſibilitas prima dos corporis glorioſi explicatur, & in quo illa ſit ſita, declaratur. 563.1.a & ſeqq. impaſſibilitas quomodo cadat in hominem nouum poſt reſurrectionem ſpiritualem, ne recidat in peccata. 563.2.d & ſeqq. impaſſibilitatis & perſeuerantiæ in bono encomium. 566.1.c.& ſeqq.

Imperatoris præſtantis vita à Marco Aurelio Imperatore dicitur Horologium. 344.1.d

Imperatores Conſtantinopolitani conſueuerant diadema deponere & diacono tradere. 148.1.d

Imperatoribus Orientis olim in die coronationis offerebantur varij lapides, vt inde eligerent lapidem ſepulchralem. 453.1.c

Impreſijs vtuntur amantes, bellatores, ſapientes ac principes. 339.1.b

Induere Chriſtum quid ſit. 355.2.d

Indumentum interioris hominis monitu Apoſtoli debet eſſe Chriſtus. 355.2.a & ſeqq.

Indutus Chriſtum homo Interior Deo Patri placet, 355.2.a & ſeqq.

Infans ruſticanus triduo ante mortem ſudauit, & decimâ quartâ die à natiuitate obijt habens quinque vulnera & quaſi ſpineam coronam ad ſimilitudinem Chriſti crucifixi. 14.2.b

Ingar Rex Daniæ S. Edmundum Regem Angliæ ſeruilem in modum deridere & ſagittis occidi iuſſit. 155.1.b

Inimicis ignoſcere & dimittere eſſe opus magnâ mercede dignum, oſtenditur exemplis. 251.1.a & ſeqq.

Iniurias omnes condonare exemplo ſuo Chriſtus docuit & ſequi debemus. 488.1.a,b,c

Innocentius I. traductus eſt quaſi eſſet Pelagianus. 93. 1.d

Innocentius III. dixit, T, exprimere formam crucis Chriſti. 596.1.b

Innocentius IV Sacerdotibus Miſſam de S. Vultu legentibus 300. dierum, & ſolam collectam dicentibus 40. dierum indulgentiam conceſſit. 180.2.c.d

Innocentius VI. inſtituit feſtum clauorum. 218.2.c

Innocentius VIII. ſacram lanceam à Baiazethe dono acceptam feſto annuo honorauit. 279.2.b

Innocentius IX. mortis ſtatum reſpiciebat in ſtatuâ Pontificis flectentis ante Sarcophagum. 510.1.b

Inſignia Chriſti Saluatoris ſunt ſex, & quæ iſta? 362. 2.b

Inſignia Barcinonenſium & Arragonenſium à Godefrido Villoſo ſunt. 362.1.d

Inſignia gentilitia ad liberos & hæredes ſuccedunt manentque in familiâ. 361.2.b inſignia gentilitia ad virtutem & æmulationem maiorum excitant liberos & nepotes. 361.2.c & ſeqq.

Inſignia Ordinis Carmelitarum. 362.1.b

Inſignia Ordinis Minorum, & eorum quæ in iſtis inſignibus continentur, accurata explicatio. 363.1.d & ſeqq.

Inſulani S. Thomæ in hebdomada Sancta non guſtant panem niſi cum ſegmento aloës in memoriam paſſionis. 331.2.d

Intentio pura eſt effectus claritatis dotis corporis glorioſi. 574.2.b,c

Ioachim Senenſis ſeruita mortuus eſt anno trigeſimo tertio ſui ſeruitij in religione cum in paraſceue cantaretur ea Euangelio, *& inclinato Capite tradidit ſpiritum*. 458.2.b

Ioanna Darcia vulgò Aurelianenſis puella Carceres & iniuſtum Capitis ſupplicium conſtantiâ Chriſtianâ ſubiuit. 118.1.b,c.d in virili habitu militauit, & innocens ignibus addicta fuit tanquam ſaga. 501. 2.b

Ioanna de la Crux ſeu Crucia ſolita funibus corpus conſtringere. 82.1.a ſe ad columnam flagellare ſolita. 135.1.c Coram ſyndone Veronicæ orans cœleſti voce vocatur & in ſponſam aſſumitur. 182.2. d agaricum & aloën continuò maſticabat. 188.2.b ſolita ſe cruci alligare, & ex eâ pendere. 211.2.b ſolita ſe ad murum in formam crucis extendere, & ex clauis manu apprehenſis pendere. 215.1.c à Chriſto accepit ſtigmata in manibus & pedibus ad magnitudinem Roſæ nobilis. 302.1.c infantula diebus veneris ſemel tantum ſugebat vbera. 328.2. b Crucis ſingularis amatrix. 360.2.c ab Angelo intelligit, quam gratas Deus habeat lacrymas pro ſuâ paſſione fuſas. 437.1.a

Ioanna filia Caroli V. Virginibus Gandienſibus, dum Mantuam pro nouâ Colonia migrarent, fundos & reditus obtulit & poſſidendi priuilegium à Pontifice impetrauit. 591.1.c

Ioanna Francica ex Annuntiatarû ſcapulare voluerit eſſe rubrum & in forma crucis. 360.1.c ſub mortem tenebras elegit, ſed in tenebris lucem cœleſtem inuenit. 503.2.a

Ioanna Fremiot nomen IESV ferro candenti pectori ſuo profundè inuſſit cum periculo vitæ. 393.2.b,a

Ioanna Loſitana die Iouis ſancto mendicis & ijs fœdiſſimis feminis pedes lauabat, oſculabatur & veſtiebat. 59.2.d in lecto mortis ſibi alapam dedit. 88. 2.b in familiâ S. Dominici vixit & obijt contemptis thalamis trium regum. 240.1.d triduo paſſionis ieiuna vigilabat. 328.2.c coronâ ſpineâ litteras ſignabat. 392.2.a

Ioanna Origuelis Ord. S. Auguſtini mirabilis tabella pro Teſſerâ gentilitiâ. 370.1.b

Ioanna Rodriguez vulnera manibus, pedibus lateretique impreſſa habuit. 305.2.a

Ioanna Valeſia aſſerculum, quinque argenteis clauis hiſpidum ad pectus geſtabat. 294.2.c

Ioanna Vaſquezia aſſumpſit nomen à Cruce. 372.1.d

Ioanna Valtia Dominicana obiit, cum eſſet annorum 33. & menſium ſex 458.2.d vt vixit, ita & mortua eſt in obedientia: nolens mori, niſi obtentâ veniâ ſuperioris. 517.2.c.d

Ioanna Vrbeuetana per nouem annos meditando Chriſti paſſionem vita eſt in ſoporem crucis & crucifixæ tranſire. 207.2.d

S. Ioannes Alexandrinus Archiep. ſibi viuo mauſolæũ iuſſit exſtrui, & de eo necdum abſoluto diebus feſtis volebat moneri. 453.1.b

S. Ioannes Archiepiſc. Alexandrinus in ſummâ paupertate

Digitized by Google

pertate mortuus. 190.1.b
Ioannes Antonius Appulus ſoc. IESV obedientiæ beliotropium obiit die & horâ præfixis à ſuperiore. 516.2.c.d
Ioannes Rex Arragoniæ mortuus eſt inter oſcula Crucifixi. 551.1.b
Ioannes Auila in feriis ſextis noctem ſine ſomno & in piis meditationibus tranſigere ſolitus. 107.1.d
Ioannes Auila noctes feriæ quintæ & ſextæ ducebat inſomnes. 328.1.d
Ioannis Auilæ præclarum documentum de ſequendo Chriſto nudo. 194.2.d
Ioannis Auilæ ſingularis affectus erga ſuos malefactores. 249.2.d
Ioannes Bap. de Renrij Baro de landelles ſolitus ſupra pectus vſque ad vmbilicum geſtare acutam crucem. 172.1.c
Ioannes Bapt. Sanchez quanto deſiderio videndi Deũ & moriendi æſtuauerit. 455.1.b
Ioannes Bapt. Vitellius caluam præ oculis habebat. 510.2.b
Ioannis Berchmans ſingularis affectus erga crucifixum. 430.1.d
Ioannes à Bobadilla id precibus conſecutus eſt, quod mortuus fuerit die & horâ, quibus Chriſtus exſpirauit. 458.1.b
Ioannes Bonus minimus in decrepitâ ætate non omiſit ſolitas virtutum exercitationes. 238.1.d
S. Ioannes Calybita tres annos in veſtibulo maternæ domus mendicum egit, & immediatè ante mortem matri ſe prodens petiit in pannis ſuis tumulari. 190.1.d in parentum ædibus latuit & mortuus eſt ignotus. 515.1.b
Ioannes de Caſtiglio in cruce eiſdem cum Chriſto anuis ætatis die & horâ obiit. 458.1.d
Ioanna de Ceſpedes à crucifixo obtinet, guttam ſanguinis delabi in ſuum pectus. 534.1.d
Ioannes Columbinus fundator Ieſuatorum cum vxoris conſenſu facto diuortio ſe recepit in Chriſti vulnera. 377.1.a in tentationibus ca ulcabat. 386.2.b
S. Ioannes Chryſoſtomus moriturus ſe cruce ſignat. 529.1.b. Vide, Chryſoſtomus.
Ioannes à cruce Carmelita excalceatus per Euchariſtiam ſic confirmabatur, vt vnicum eius votum eſſet pati & contemni. 64.1.d quomodo ſe diceret eſſe crucifixum a Deo. 210.2.c
Ioannes de Deo fundator ordinis fratrum hoſpitalitatis vnâ alapâ acceptâ petiit ſecundam. 87.1.b in viſione docetur à B. Virgine, quod per ſpinas debeat ſibi multa merita comparare. 147.1.a in genua prouolutus IESV nomine inuocato exſpirauit. 520.2.c à D. Virgine intelligit, ſibi merendum eſſe per ſpinas & tribulos. 592.2.b
Ioannes Duns Scotus quam celer & expeditus in implendo mandato ſuperioris. 581.2.a.b
S. Ioannes Euangeliſta & Maria, quomodo ſub cruce facti ſint mater & filius. 253.1.c ſummè afficitur erga nomen IESV, & quoties illud repetat in ſuis ſcriptis. 519.2.c in morte ſuâ crucem adhibet. 529.1.a miſſus in dolium olei fuit impaſſibilis. 571.1.b
Ioannes Fauentis Capuccinus fuit ſummè patiens 586.2.d
Ioannes Fernandius à Iſpone inter concionandum conſpuitur, & ſuſtinendo multos conuertit. 103.1.d.2.a
Ioannes filius Frederici ducis Albani in ordine prædicatorum culinæ miniſtrabat, & culinari habitu excepit patrem. 154.2.b
Ioannes de firmo diebus venatis nonniſi ſemel ſugebat vbera. 327.2.d
Ioannes Fiſcherus Cardinalis ab Henrico octauo ad mortem condemnatus oſtendit ſummam conſtantiam. 561.2.c
Ioannis Foreſti martyrium, quo ab hæreticis affectus eſt. 325.2.d
Ioannes Fredericus à Neuchingem inuocatâ Deiparâ liberatur à tentationibus in horâ mortis. 525.1.b
Ioannes Fuckerer dominicanus in viſione Henrico Suſoni dixit perfectiſſimam exercitationem hominis eſſe, ſi derelictus à Deo patienter ferat. 258.1.c
Ioannes Grains Minorita ſacra ſtigmata pedibus impreſſa habuit. 298.1.b
Ioannes Goodinus è Soc. IESV quaque noctis horâ orabat coram imagine Crucifixi. 208.2.b
Ioanni Gualberto inimico ignoſcenti Crucifixus capite annuit & gratias egit. 317.2.a
Ioannes à S. Guilielmo totum corpus funibus ligabat. 81.1.b
Ioannes Hieronymus è Soc. IESV hæreſeos & impudicitiæ falſo inſimulatus oſtendit ſummam patientiã. 99.2.d.100.1.a.b
Ioannes Hunniades Rex Hungariæ in templum ſe vehi iuſſit pro ſumendo viatico, & hoc ſumpto ibidem mortuus eſt. 461.1.d
B. Ioannes de Ieunitiis ord. S. Auguſtini à Chriſto in Religione confortatur oblato vulnere lateris ſui ad quietem. 275.2.a
Ioannes de Yepes voluit nominari à cruce, & quare? 572.1.d
Ioannes II. Luſitaniæ Rex amicum ægrum ad amaram potionem ſumendam excitauit prægustando. 20.1.c nunquam negabat rogatus per vulnera Chriſti. 292.1.d
Ioannes à S. Maria minimus imaginem, *ecce homo*, ſummè colebat. 158.2.c
Ioannes Marinonius in miſſa legens inflictam Chriſto alapam, quaſi ipſe acciperet, in terram decidebat. 88.1.d
Ioannes [illegible] prædicatorum moriens ſuis monitum dedit de fugiendâ muliere. 481.1.b
Ioannes de Niuella quanti æſtimarit excepiſſe confeſſionem vnius hominis. 492.1.a
Ioannes Ogilbæus è Soc. IESV hilari animo mortis ſententiam excepit. 162.2.a
Ioannis Ogilbei è Soc. IESV martyrium in Scotia. 194.1.c
Ioannis Ortonij è Soc. IESV ſumma obedientia. 431.2.d
Ioannes Paynius pro homine, à quo falsò accuſatus erat, gratiam precatus fuit in loco ſupplicij. 250.2.c
Ioannes de Palafox Marchio de Hariza ex lineâ vnius è quinquaginta illis, qui Conſtantino crucis labarum prætulerunt. 365.1.b
Ioannes Pechamus minorita ſuper calumniis iniuſtis conquerens audiuit Chriſtum crucifixum loquentem. 96.2.a.b.c.d
Ioannes Picus princeps Mirandulæ vtebatur flagello, à quo ne inter ipſas quidem nuptiales hilaritates abſtinebat. 134.1.d
Ioannes Zebellus Soc. IESV crucem in manu habens ſummos dolores patienter tolerauit. 426.1.b.c
Ioannes Romerus è Soc. IESV quantis flagris ſe dilaniarit. 132.1.d
Ioannes Sanctius patienter excepit alapam. 87.1.a
S. Ioannes Silentiarius a ſtellâ quo abductus. 54.2.b.c
Ioannes Tellerius ordinis minimorum inter grauiſſimas occupationes & functiones & in decrepitâ æ-

[illegible]

Digitized by Google

tate non defecit à ſolitis exercitiis. 507.2.d
Ioannes Thaulerus quinquennio ariditatem in pietate habuit, & conſolationem in piis recuſauit admittere, & quantum hoc Deo placuerit. 257.2.d
Ioannes Truyius minorita dormire ſolitus ſuper crucem ligneam, capiti infigens coronam ſpineam. 249.1.b in lignea cruce dormire ſolitus. 212.2.d
Ioannes Vaels Soc. I a a v biduo ante mortem rogauit à ſuperiore veniam moriendi. 517.1.2.c
Ioannes Weſtphalus Chriſtum tribus, non clauis crucifixum dubiè credit, ſed vt hæreticus refutatur. 215.2.c
Ioannes Ziſca ex pelle ſuâ poſt mortem tympanum fieri voluit. 559.1.d
Iob inter calamitates ſuas hoc duriſſimum dixit, deſerti ab amicis. 74 2.c
Iob Typus Chriſti in cruce deriſi. 235.1.a
S. Ionæ ſumma voluptas & gaudium fuit inter atrociſſima tormenta. 384.1.c
Ioſephus Anchieta Soc. I e a v amaro cibo ſe recreatum dixit. 487.1.d inter orandum deprehenditur lumine circumfuſus. 578.1.b inter orandum ſæpe in altum leuatus. 584 1.c
Ioſeph ab Arimathæa & Nicodemus quo inſtinctu Chriſtum depoſuerint de cruce ad ſepulturam. 541.2.d
Ioſeph ab Arimathæa, quia Chriſtum ſepeliuit, colendus eſt ſpecialiter. 553.2.c
Ioſephus Barcinonenſis Capuce. in concione die veneris ſanctâ capiti ſuo coronam ſpineam infixit. 248.2.d Ioſephus à Leoniſſâ a ſeptimò ætatis anno in pane & aquâ ieiunabat diebus veneris. 327.2.d
Ioſephi Leoneſſani Capucini ſumma tolerantia in curatione vulneris, & hæc vnde? 376.a.b
Ioſias quomodo Idololatriam ſtupidam eradicarit. 557.1.d
Iuſinus Scotorum Rex medicæ & chirurgicæ artis amans fecit eiuſdem amantes omnes nobiles Scotiæ. 293.1.d
Iracundia à Platone dicta muliebre vitium. 37.1.d
S. Irenæi ſpecialis opinio de figurâ crucis Chriſti. 196.1.b
Irene Imperatrix in exilium pellitur. 125.a.d
S. Irene poſt mortem in aquis manſit integra & incorrupta. 573 1.a
B. Irmgardis à crucifixo benedicta quale mandatum acceperit. 432.1 a
S. Irmundi reliquiæ in mediis flammis ſeruantur integræ. 572.2.d
Iſaac typus Chriſti crucem ſuam ferentis. 170.2.d
S. Iſaaco Monacho illata iniuria vindicatur à Deo. 105.2.a
Iſabella Clara vidua Alberti pij erexit fontem lackenſem febricitantibus ſalutarem. 295.1.d quare vltimâ nocte anni iuſſerit lampadem accendi ante eburneam crucem iuxta ſuum lectum. 331 2.b
Iſabella Francica 13. paupercularum feminis in cena Domini pedes lauabat, in menſa inſeruiebat & 30. nummos ſingulis dabat. 59.2.d
Iſabella Neptis ducis d'Arcos voluit appellari a columnâ. 372.1.d
Iſabella Rodrigues ſacro paſſionis tempore mortua eſt, vti fuerat paſſionis Chriſti amantiſſima. 459.1.a
Iſidora Tabenneſiotiſſa ſtultitiâ ſuam ſanctitatem celauit, quam tamen poſtea Deus manifeſtauit, & quomodo. 111.1.a & ſeqq.
S. Iſidorus Agricola quo ſucceſſu perſeuerarit in oratione ad finem miſſæ. 69 2.b
S. Iſidorus Clarius tulit iniurias alaparum, quas exinde Deus vltus eſt. 363.2.b
Iſmaius Saracenus vincitur ab Alphonſo rege Luſitaniæ. 370.1.c
Iſraëlitæ ſingulis tribubus ſua inſignia præferebant. 339.1.d
Iſraeliticum populum cur Deus vocet filium ſuum primogenitum. 423.1.c
Italica expeditio in terram ſanctam quando fuerit irrita. 552.1.d
Iuanus Croatiæ Rex à S. Ioan. Baptiſta cruce donatur, cuius ſubſidio in ſolitudine quietè obiit. 530.2.c
Iudas cur Chriſtum tradiderit oſculo, ad quod ſe Chriſtus inclinauit, & quare. 73 1 b.c.d quo ſenſu pſal. 54. vocetur *homo vnanimis, dux meus & notus meus.* 74.1.d. a.2 latronibus & Phileta ſceleſtior. 74.2.b furari ſolitus. 75.2.b
Iudæ proditio & traditio accidit Chriſto longè moleſtior & grauior quâ ex cauſsâ. 74 b.c & ſeqq. Iudæ Pater à lepra, & mater a paralyſi curata fuit à Chriſto. 75.1.a Iudæi multos innocentes pueros vbique per Europam occiderunt. 22.2.d Iudæi cur Chriſtum non per ſuam, ſed per Pilati ſententiam voluerint ad mortem damnari. 113.1.c & ſeq. Iudæi conſuetudinem vnum reum in Paſchate liberandi vnde habuerint. 123.2.b Iudæi Chriſtum dicentem ſe filium Dei quo argumento concludant eſſe blaſphemum. 157.2.b Iudæi quare Chriſtum ideò clamant reum mortis, quia dicit ſe filium Dei. 157.2.c.d Iudæi olim ſoliti orare manibus leuatis & expanſis in figuram crucifixi. 213 2.d Iudæi quomodo ſolerent cadauera lauare, vngere, linteis inuoluere & ſic ſepelire. 542.1.d & ſeqq.
Iudæorum viria in accuſando Chriſto *apud Pilatum* perſtringuntur in *vaticinio* Dauidis. 114.2.c
Iudæorum qui ſanguinem Chriſti optarunt ſuper ſe & filios, poſteri geſtant in capite tuber plenum ſanguine. 160.1.c
Iudæis probroſum erat vinculis ligatum occidi. 89.1.b
Iudæis caro ſuilla cur olim prohibita. 564.2.c
Iudicium huius mundi quam ſit cæcum & peruerſum. 125 1.c & ſeqq.
Iuniperi arboris deſcriptio ex Plinio. 435.1.d
B. Iuniperus optabat mortem ignobilem & ſine honore ac pompâ. 513.1.d
Iuliana Falconeria Chriſti effigiem in carne ad pectus poſt mortem habere viſa eſt. 182.a.c in aduerſo pectore imaginem crucifixi oſtendebat. 208.1.a ferè ieiuna nil cibi capere ſolebat. 328.a.b crucifixi imago prominuit in pectore. 392.a d viaticum cum ore ſumere non poſſet, alio & inuiſibili modo ſumpſit. 463.1.c
S. Iulianus Martyr tribus ſenibus à quibus erat ſepultus imperauit iuuentutem tertiò reflorescentem. 6.2.a
Iulius Mancinellus è Soc. I a a v ad iniuſtam infamationem ferendam animatur à S. Ignatio. 97.2.a reſorbuit vomitum ægri, qui eucharistiam ſumpſerat. 464.1.d à terra ſæpè rapiebatur, & præcipuè in ſacro. 584.1.c
Iulio Cæſari acerbiſſimum fuit accipere primum vulnus a Bruto. 75.1.b
Iulij Cæſaris ſtatuæ habenti pennam, & enſem lauro colligatos ſubſcriptum erat, *ex vtroque Cæſar.* 413.1.b
S. Iuo humi cubans exſpirauit. 493.2 c
S. Iuo Presbyter ſe in mortis agone conuertit ad imaginem crucis. 530.1.b
Iupiter ſoſpitator in vxorem duxit obedientiam, & ex eâ genuit felicitatem. 315.a.d
Iuſta funebria vnde dicta. 544.2.d
Iuſtitia originalis in quibus bonis ſita. 8.a.b

Iuſtitiæ

Digitized by Google

Iuſtitiæ Originalis priuationem quæ mala ſubſecuta. 8.2.d
S. Iuſtina in latere perfoſſa fuit. 282.a.d
Iuſtinianus Imperator quantis ſumptibus extruxerit Conſtantinopoli templum S. Sophiæ. 544.1.b
Iuſtinus Imperator clauis Chriſti, qui erant in ſigno, ſtructas ſibi inſidias cognouit. 218.1.b
Iuſtus Lipſius in extremo vitæ ſapientiam non in Stoâ, ſed in crucis latere pronuntiauit. 20.1.a
Iuſti Lipſij teſtamentum. 471.2.d
Iuuenis adſpectu mirabilis exhibens in ſuo corpore omnia, quæ pingi ſolent circa paſſionem Chriſti. 14.1.d

L.

LAcrymari ſanguinem contigit cuidam Matronæ. 70.1.c
Lactis & vini affinitas in anteloquio.
Ladiſlaus II. Rex Bohemiæ ſibi Cæſariem detonderi iuſſit, quare. 109.1.c
Laicus poſſitne in neceſſitate deficientibus miniſtris viaticum alteri aut ſibi miniſtrare. 464.a.c.d
Lancea, quâ latus Chriſto fuit transfixum, quomodo à Chriſtianis fuerit acquiſita, ſeruata, in veneratione habita, & peculiari feſto honorata. 279.1.d & ſeq. lancea ſancta in ſcuto noui hominis ponenda cum Epigraphe, *hinc ſanguis, hinc aqua*. 369.2.b lancea cur in teſſeris regum Bohemiæ fuerit poſita. 369.a.a lanceâ plures martyres vtriuſque ſexus transfixi obiere. 282.1.c & ſeqq.
B. Landrada noctes meditationi paſſionis Chriſti impendere ſolita & quomodo ab Angelo munita aduerſus omnia mala. 107.2.c crucem ad ſe delabi vidit & vocem ad ſe loquentem audiuit. 387.2.a cadauer ad locum ſui ſepulchri ſeſe recepit nullo homine portante. 584.2.b
Lanfrancus Epiſc. Papienſis in officio reſpondebat, etſi extremè iniungeretur. 498.2.c
Lapis, in quo Chriſtus orans flexit, aſſeruatur in terrâ ſanctâ, habetque impreſſa genua. 66.1.d lapis, in quo Chriſtus velut Rex luſoriè ſalutatus eſt, fuit Marmoreus in formâ ſedis exciſus. 151.1.d
Lapis, quem habet Marchio Badenſis, in qualibet ſui parte crucifixi imaginem repræſentat. 13.1.c
Lapis quidam ex capite Draconis Rhodij ſeruatur in familia Gozonis, iſtius lapidis magnitudo & vtilitas. 99.a.c
Lapis quidam intus & foris plenus crucibus fuit, & qui iuxta illum tranſiens aliquid turpe loqueretur vel ageret, extemporaneo morbo corripiebatur. 354.2.d
Lapides, quibus olim ſigillum inſculpebatur, erant præcipuè tres, & qui illi, & quare illi potius quam alij. 389.1.a
Laterna maris, eſt piſcis in tenebris lucens linguâ igneâ per os exſertâ. 420.1.c
Latrones dicti Philetæ homines oſculo necabant. 74.2.b latrones cruci eodem modo, quo Chriſtus, affixos, ſcilicet clauis, & non funibus, oſtenditur. 205.1.a.b
Latronum cum Chriſto crucifixorum nomina fuere, Dilmas & Giſmas. 205.1.a latronum in cruce pendentium an vnus tantum, an vterque Chriſtum blaſphemiis onerarit. 243.a.c.d
Latus Chriſti Domini quibus de cauſis confoſſum & apertum fuerit, etiam poſt mortem. 274.a.c & ſeqq. latus Chriſti ſiniſtrum an dextrum fuerit lanceâ confoſſum. 277.1.c.d de lateris vulnere quomodo dicantur manaſſe Eccleſiæ Sacramenta. 276.a.a de latere Chriſti ingens lux aliquando manauit in cellam cuiuſdam eremitæ S. Auguſtini. 281.a.c laterale vulnus Chriſti aliqui in ſe ipsâ expreſſerunt. 284.a.d & ſeqq. lateralis vulneris Chriſti dolorum plures participes fuerunt. 283.1.a & ſeqq.
Lauare pedes pauperum non dedecet nobilitatem. 58.1.a b.c
S. Laurentius quâlibet feriâ ſextâ animam è purgatorio liberat peculiari priuilegio. 457.a.c conſtantia eius ſumma inter atrociſſima tormenta. 483.2.c
S. Laurentius Epiſc. ter indies à familiari ſuo virgis cædebatur. 131.a.c
Laurentius Iuſtinianus eduliis inſipidis veſci ſolitus. 187.a.b loco vini bibit acetum. 263.1.d ſibi ægrotanti noluit lectum ſterni. 493.a.d
Laurentius Mediceus viatico obuiam iuit & piiſſimè ſuſcepit. 461.2.a ciuili pompâ ſepeliri voluit, & maximâ tamen pompâ ſepultus fuit. 547.2.c
Leo Armenus, quamuis impius, tamen ſalutem ab vmbrâ crucis quæſiuit. 429.1.c
Leo Iconomachus in periculo capitis ad crucem confugit. 528.1.d
Leo ſignum Zodiaci, in quo fuit Chriſtus reſurgens. 444.1.d
S. Leonardi ante crucem à ſe in duriſſimo lapide impreſſam digito, piè moritur. 530.a.c
Leodienſis vrbis teſſerarium ſcutum quale ſit. 368.a.c
Leonardus Corbeiacenſis aſtum dæmonis prolixâ oratione quomodo ſuperarit. 69.1.c
Leproſi cuiuſdam à Venatore nobili in viâ inuenti gaudium & lætus cantus propter aduenientẽ mortem. 455.a.a.b
Liber Crucifixus, liber Crucis. vide, Crucifixus liber.
Liber non niſi vnus legendus eſt, & quomodo, vt cum fructu legatur. 404.1.c.d & ſeqq.
Liber Charitatis lectus fuit à S. Dominico. 405.1.c
Liber Dei eſt ipſemet homo, cuius ſtructura comparatur cum ſcripturâ. 405.1.d
Liber diuinitatis eſt mundus vniuerſus, & quomodo hic dicatur liber ſcriptus intus & foris, ſignatus ſigillis ſeptem? 405.a.d & ſeq.
Liber Thomæ à Kempis quanti apud omnes æſtimatus, quam ſæpe impreſſus, in varias linguas tranſlatus, & à S. Ignatio quantum commendatus. 404.a.d & ſeqq.
Libra ſignum Zodiaci, in quo eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus in die Iudicij. 445.1.b
B. Liduina Virgo belgica mirè confortatur per Euchariſtiæ ſumptionem. 63.2.d ſanguineas guttas lacrymari ſolita. 72.1.b pro iocis, conuitiis & iniuriis grates habebat. 155.2.a à Chriſto ſacrorum vulnerum veſtigia obtinuit. 298.1.d ex vulneribus Chriſti quantum gaudium & ſolatium hauriret. 386.2.c in morbis quibus laborabat plurimis & intolerandis, fortitudinem & patientiam accepit ex ſumptione Euchariſtiæ. 402.1.b ex conſilio confeſſarij ſtuduit in libro crucis, & quãtum ex eo profecerit? 411.a.d perfectiſſimè ſe reſignauit in beneplacitum diuinum. 478.2.d ſine ſolatio hominum mori petiuit. 503.1.c
B. Lydvvinæ patientia ſingularis. 483.a.b ab ipſomet Chriſto extremâ vnctione inungitur. 499.1.c
Ligno & ſtellâ nauis ad portũ appellit ſalua. in anteloquio. lingua ſtrenatu difficilis. 94.a.a.b.c lingua ſerpentina eſt herbæ genus. 285.a.a lingua noſtra eſt lancea, & quidem triplex. 285.a.b

Digitized by Google

Lyſimacho, quod vulnus in fronte ab Alexandro lineâ faſciâ obligaretur, fuit augurium regni. 414. 1.b

Locus, in quo paſſus eſt S. Cyprianus, ab Auguſtino vocatus menſa Cypriani. & quare? 386.2.a

Longinus miles Chriſti latus lanceâ aperuit, & ille quis ac qualis fuerit. 276.2.d ſanguine lateris Chriſti fuit curatus à cæcitate. 435.2.a

Lucas à Valle viridi ſæpè in fulgorem conuertebatur toto corpore. 578.1.d

Lucerna Crucifixi P. Suarem mirè illuſtrauit. 420.2.a lucerna Crucifixi mirabiliter illuſtrauit duos Ciſtercienſes, & aliam honeſtam quamdam viduam. 420 2 d & ſeqq. lucerna Callimachi anno integro durabat accenſa, & vnde? 418.2.c lucerna Demoſthenis. 418 2.c lucerna ediſſena quingentis annis manſit inextincta & quam mirabile eſcum eiuſdem. 419 1.a lucerna Epicteti diutiſſimè ardebat abſque infuſione noui liquoris, & hæc quanti venierit. 418 2.d lucerna Maximi Olybrij mille & quingentis annis accenſa permanſit. 418 1.d lucerna Theodoſij Imperatoris ſe alebat & ſibi oleum affundebat. 419.1.b lucernarum inuentio per Ægyptios 418.2.b

S. Lucia Martyr à filio ſuo accuſata apud Iudicem. 77. 1.a Viaticum obtinuit in igne, & gladio percuſſa in gutture 462.1.d

Lucia Narnienſis acceptis ſacrorum vulnerum ſtigmatibus quarum fuerit probata, exanimata & afflicta. 299 2 c & ſeqq. ſub vmbra crucifixi caſtitatem ſeruauit in matrimonio. 431.2 b.c

Lucia filia regis Bungi in Iaponiâ in ſupplicatione ſe flagellabat cum ſuis pediſſequis. 131.2.d

S. Luciani Martyris aſpectu gentiles conuertebantur. 577.1.b

S. Lucina multos Chriſti martyres ſepeliuit. 545. 1.d

Lucius Epiſcopus Arrianus monaſteria Ægypti armis inuadebat. 75.2.d

Lucretia Aleiata pedes ancillarum ſuarum aſſueta lauare & oſculari. 60.1 a ancillis faciem ſuam conſpuendam præbuit. 104.1.a ſenſit ſubinde caput ſuum veprium aculeis pungi. 151.2 c cor clauis ſibi transfigi ſenſit. 225.2 b imminente morte omnibus rebus & curis & etiam filiis nuntium remiſit. 254.2.d particeps fuit tormenti lateralis vulneris. 283.1.b luctans cum morte petiit humi collocari. 495.1.c

S. Ludouicus Galliarum rex captiuus & à Soldano principe admonetur de imitandâ patientiâ Chriſti. 19. 2.b,c.d diebus Sabbathinis centum pauperibus conuiuolo excepti is pedes lauabat. 59.1.c veſtibus & moribus ſe vt ſtultum coram hominibus geſſit. 122.1.a.b alteram partem ſpineæ coronæ obtinuit, & adiunxit parti à Carolo magno olim in occidentem delatæ. 144.2.c.d non permiſit ſuis liberis feriâ 6. geſtare ſerta è roſis aut floribus contexta. 148. 1.d in expeditione pro recuperandâ terrâ ſanctâ cum militibus crucis ſignum cur geſtaret. 176.2.c & ſeqq. feriis ſextis nec piſces nec fructus guſtabat. 328.1.b multos milites ſuis manibus ſepeliuit in terrâ ſanctâ. 545.1.b

Ludouicus Craſſus Francorum Rex moritur ſuper tapetium in nudâ terrâ ſtratum & cinere conſperſo ad figuram crucis. 493 2.d

Ludouicus XI. Galliarum Rex pulſum meridianum dicitur inſtituiſſe, & ipſe audito pulſu flexis genibus orare ſolitus. 330.1.a 347.1.d in die Sabbathi mori optauit, & etiam mortuus eſt in illâ. 457. 2.d

Lodouicus XII. Rex Gallorum apponebat crucis ſchema eorum nobilium nominibus, quos honore & præmio inſignire volebat. 383 2.d

Ludouicus primus Imperator frontem & pectus in lethali morbo cruce ſignabat quamdiu poterat. 529. 1.d

Ludouicus Beltrandus ordinis præd. ſub vmbrâ crucis liberatur à morte ſibi intentatâ. 433.1.a

Ludouicus Cortuſius Iuriſconſultus teſtamento ſuo cauit, vt ad funus ſuum omnia eſſent læta. 469. 1.a

S. Ludouicus Epiſc. Tholoſanus indies extenſis brachiis officium S. Crucis legebat. 224 1.d

Ludouicus Fulginas ſe caſtigare ſolitus. 133.2.b

Ludouicus Granatenſis ſono ſuæ flagellationis duos iuuenes à venereo propoſito reuocat. 136.2.a

Ludouicus de Ponte Societat. IESV quidquid biberet, petiit à Deo, vt id ſine ſapore biberet, & impetrauit. 188.1.b.c eius præclarum elogium ſcriptum à Petro de Oroſco. ibidem. gaudebat infernum eſſe & purgatorium, quare? 257.2.b 5 Chriſti plagas petiit, ſed non impetrauit. quamuis aliis doloribus & pœnis eius patientia exercita fuerit. 306.2 b animarum ſaluti vſque in finem vitæ ſtuduit. 492.2.b

Ludouicus puer lapo ad crucem ſibi paratam magno feruore cucurrit. 199 1.b

Ludouicus Seguratus Societat. IESV in lecto mortis petiit circumponi imagines D. Virginis. 524. 2 b

Ludouicus Vngria ſe verberanti gratias egit. 86. 2.d

Lulligo monſtrum, eſt ſymbolum hominis à peccato ſurgentis & relabentis. 565.2.b

Luna ſymbolum mutabilitatis. 36.1.d

Lunari lumini ineſſe vim humectandi catoes oſtenditur ex venatione Aprorum. 22 1.1.d

Lupinam naturam induit homo quidam infans à lupo raptus, & inter lupos educatus. 30.1.c

S. Lutgardis ordinis Ciſterc. toto corpore ſanguinem ſudauit. 71.1.b. à Chriſto vocatur ad religionem oſtenſo vulnere lateris. 283.2.d à crucifixo fuit vulneri lateris applicata, & quanta inde ei dulcedo acceſſerit. 317.2.d ſub vmbrâ Crucis Chriſto deſponſatur. 431.2.b

Luſitaniæ & Hiſpaniæ regum in corpus Chriſti pietas omnino munifica. 544.1.d & ſeqq.

Luxuria maximum ſignum reprobationis, & quare? 439.2.b & ſeqq.

M.

S. MAcarius quam Orationem duxerit optimam. 68 1.b eius abſtinentia à vino, & quantopere hauſtum vini caſtigaret in ſeipſo. 262. 1.d

Macedonius Epiſc. Conſtantinopolitanus poſt mortem ſe cruce ſignauit. 529.1.d

Machabæi vnde ſic nominati. 339 1.d quo vexillo vterentur in bello. ibid.

Macrina ſoror Gregorij Nyſſeni ſolita obſignare ferreo annulo crucem includente. 392.1 d quam durè cubarit. 495.1.b cruce ſe ſignat & ſimul exſpirat. 529.2.b defuncta ſplendere viſa eſt. 578. 2.d

S. Maiolus Cluniacenſis Abbas in morte ſæpius ſe cruce ſignabat. 529.1.b

Magdalena de S. Alexio ſe pro fatuâ gerebat. 122. 2 a

B. Magdalena de Pazzi ſui infamationem in ſilentio ſuſtinuit. 99. 1. d à Chriſto accepit ſpineam

Digitized by Google

ſpineam coronam, quâ manſit tribus horis redimita in præſentiâ Chriſti & aliorum. 150.2.d in viſione ſpectauit Chriſtum, vt a Pilato fuit populo exhibitus. 159 1.b nullam dulcedinem in piis exercitiis voluit ſentire. 258.1.d in viſione vidit multitudinem animarum in latere Chriſti. 284.1.b quinque Chriſti plagas per lucidos radios accepit. 303.1.c cruciatam veſtem ab ipſo Chriſto accepit. 360.2.d in ecſtaſi intellexit, Chriſtum lubentius manſiſſe in Cruce, quam in vtero matris. 380 2 d & ſeqq. commendabat ſuis lectionem libri crucifixi. 412.2.a

B. Magdalenæ de Pazzis in corde ſcriptum litteris aureis, *Verbum*, & rubris, *Caro factum eſt*, quid ſignificarit. 22.2.a ſummum deſiderium patiendi, ex quo in ecſtaſi in ſeipsâ expreſſit omnes actiones Chriſti patientis. 347 2.c & ſeqq.

Magdalena Iaponia conſtantiſſimè pependit in cruce. 239 2.c ignes & flammas quantâ conſtantiâ tolerauerit & ſuperauerit. 484.2.d

Magdalena Vlloa à Chriſto veniam petiit, quod in vltimo morbo parum aquæ frigidæ bibiſſet. 264.1.a Fundatrix trium Collegiorum Societatis Iesv. 540.2.c.d

Magdalena Vrſina à Chriſto increpata fuit, quod conquereretur de diuturnitate ſuæ crucis, quam tamen exinde vſque ad mortem lubens ſuſtinuit. 508 1 d moritur mox ad mandatum Antiſtitæ ſuæ. 518. 1.b

Magnetis vis. 263.2.d magnetis cuiuſdam vis ad trahendos homines. 543 1.c

Mahometes Chriſtiano proditori iubet ante detrahi cutem, quam illi ſoluat proditionis mercedem. 6. 1 c

S. Malachias Epiſc. optabat mori in die aliquâ, quâ moreretur aliquis ſingularis Dei amicus. 457.2 d ſuis precibus reſuſcitat mortuam fœminam, cui diſtulerat adminiſtrare extremam vnctionem. 498 2 b

Malchus cur Chriſto inflixerit alapam. 84.1.a aure reſtitutâ fortè in Chriſtum credidit. 84.2.b quale ſupplicium adhuc in terrâ inferri, fabulentur Turcæ. 83.1 d

Malus cur præ aliis arboribus ſit figura & imago crucis. 424.1.c

Manipulus repræſentat funes & vincula Chriſti. 357. 2 c

Manlius Capitolinus triginta tribus cicatricibus claruit 369.2.d

Manna Iſraelitis non tantum erat cibus, ſed & mundorum. 391.1.b

Manuel Palæologus Imp. Græcorum particulam veſtis Chriſti miſit ad Henricum regem Caſtellæ. 192. 2 d

Manus dextra Chriſti primò Cruci affixa fuit, & cur. 201.2.c manus Chriſti quomodo cruci fuerint clauis affixæ, an per volam, an per carpum. 201 2.a manibus expanſis orare ſunt Chriſtiani & ſanctis antiquitus in more. 214.2.a & ſeqq.

Marcella Romana vilibus induebatur. 139 2.a

Marcellus Tiſluminenſis emiſſâ à crucifixo flammâ ad ordinem Capucinorum pellicitur. 315.2 a

P. Marcellus Maſtrillus cur crucifixum ſine cruce ad nodum pectus circumtulerit. 25.2.b refert ſe vidiſſe crucifixi imagines, quæ diuerſis temporibus oculos aperuerunt. 316 2 d

Marcelli Maſtrilli è Societate Iesv martyrium in Iaponiâ. 194.1.b.231.1.d conſtantia inter ſumma tormenta. 484.1.d

Marcus Aurelius vitam præſtantis Imperatoris vocabat horologium. 344 1 d

Marcus Kyriacopulus vinculis ferreis ligatus Smyrnam petiit Mahumetem eiuraturus. 81.2.a

Marcus monachus quam fuerit in obediendo celer. 581 1.c

Marcus Salus crucifixi imaginem amplectens & eam vxori loco ſponſi tradens moritur. 531 1.c

Marcus & Marcellianus lanceis per latera confoſſi ſunt. 282.2 b

Margarita Aguilonia meruitâ Chriſto ſentire dolorem coronæ ſpineæ. 152 1.d

Margarita Arboſia de S. Getrude cubiculum ſuum eâ die, quâ Abbatiſſa conſecrata fuit, ornamentis denudauit 194 2.d

Margarita Auſtriaca Clariſſa ſpretis & matrimonio Philippi ſecundi & deliciis ac diuitiis mundi in auſterâ religione ſanctè vixit & obiit. 241.1.a & ſeqq. ex quâ causâ ſtylo ferreo ſibi pectus perfoderit. 281.1.d moriendi veniam ab Antiſtitâ ſuâ petiit. 518.1 c quantum fecerit pro habendâ mortis memoriâ 453.2.b

Margarita filia Maximiliani II. nil magis deſiderans quam pati & crucifigi, dicta fuit Margarita de Cruce. 23 2 b & ſeq. vidit crucifixum voto ſuo capite annuentem. 316.1.c quâ occaſione & quo fructu cœperit celebrare feſtum inimicorum Chriſti. 326.1.d

Margarita Auſtriaca vxor Philippi III. conſuedebatur ad hæc verba, *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, & quare. 251.2.c à crucifixo petiit, & dolorem ſibi augeri & patientiam dari. 387.1.d ſolita viſitare ſepulchra regum. 510.2.d veſtem ſuam nuptialem miſit in ornamentū corporis Chriſti. 144.2 b

Margarita Caſtellana ter ſingulis noctibus ſe flagellare ſolita. 155.1.a

Margarita Columnenſis Crucem à S. Franciſco acceptam pectori impreſſit. 175 2.d

Margarita Cortonenſis meditando paſſionem Chriſti intolerabili cruciatu afficiebatur, & horâ nonâ inclinabat caput instar Chriſti morientis ad ſtuporem omnium. 331.1.2.b c

Margarita Dominicana ſtatim orare ſolita pro eo, à quo lædebatur 252.1.c

B. Margarita Hungarica duram in genibus cutem ex continuâ genuflexione habuit. 87.1.b in Paraſceue duas noctes inſomnes ducebat. 107.2.a quâlibet ſe nocte flagellare ſolita. 134 2 d clauis ferreis plantas ſuas cruentabat. 225.2 a habitum prædicatorum aſſumpſit & in eo perſeuerauit ſpretis nuptiis principum & regum. 240.1.b vulnera Chriſti ſolita oſculari, dū iret ad prandium. 292.1.c quot annis à cœnâ Domini vſque ad finem ſabbathi ſancti ſtabat erecta ſine cibo in flagellatione & oratione. 328.2 c moritur in his verbis: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.* 505.1.b animam agens recitat 30. pſalmum & moritur in verbis, *in manus tuas &c.* 557 1.c a morte fulſit in facie. 578.2.d

Margarita Iprenſis anno ætatis decimo ſola ſiluam ingreſſa ſe nudam flagellauit. 131.1 a

Margarita Lotharinga ſeipſam pugnis & alapis ad ſudorem vſque percutiebat. 83.2.c crucem in thedâ & naui conferebat. 431.2.d

Margarita Midletonia conſtantiſſimè crudele & nouum genus tormenti ſuſtinuit. 239 2.d

Margarita a S. Getrude extremè languendo docere voluit & docta fuit virtutem illius Sacramēti. 499.1 d

Margarita pænitens Catenulis ſe quotidie flagellabat per horam, & deinde etiam ter in nocte. 134.2.d

Margarita Sabaudia tres lanceas ſibi oblatas, vnam contumeliæ, alteram ægritudinis, tertiam perſecutionis excepit læta & conſtans. 98.2 d

Margarita Salisberienſis vulnera Chriſti ad collum appenſa geſtabat. 193.1.a

 Mac-

Margarita filia Thomæ mori quam ſolicita de ſepulturâ Patris. 545.2.a

Margarita regina Scotiæ liberos ſuos cuidam pio ſacerdoti commendabat. 489.2.d in amplexu crucis mortua eſt. 533.2.c coniugem & liberos ad virtutes exemplo ſuo duxit. 577.1.d

Margaritæ Sulmonenſis lacrymæ gemmas referebant. 71.1.d

Maria & Crux duo præſidia contra mala. in Anteloquio. Maria vitis, Crux, Torcular. in anteloquio. Maria quid debeat Cruci. in anteloquio.

Maria Mater Iesv ſtans iuxta crucem filij quantos dolores ſenſerit. 205.1.a Maria Virgo impetrauit cuidam latroni ſibi affecto & ſui gratiâ abſtinenti à violatione cuiuſdam Virginis, pœnitentiam & felicem mortem. 242.2.c eſt patrona perſeuerantiæ. 243.1.c Hæc S. Stephano inter lapides conſtantiam impetrauit. ib.d. hæc quare latroni vni gratiam conuerſionis impetrarit præ altero. ibid.2.b Maria & Ioannes quomodo ſub cruce facti ſint mater & filius. 253.2.c ſub cruce filio aſſiſtens deſcribitur ab Arnoldo Abbate. 268.1.c ad Chriſti filij ſui crucem ſtetit, & quidem ſtetit conſtantior maribus omnibus, quæ filios ſpectarunt afflictos. 269.1.b ſub cruce filij quos typos ex veteri teſtamento meditata fuerit. 269.1.b lanceæ communionem prima excepit. 279.2.c & ſeqq. fuit prima cultrix quinque vulnerum Chriſti. 289.2.c eiuſdem Chriſtum de cruce depoſitum excipientis ethopœia pijs & verâ matre dignis affectibus plena. 290.1.b eſt liber magnus propter miraculum, & liber nouus propter virginitatem, nouo homini vtilis, fructuoſus & ſemper legendus. 406.2.c & ſeqq. in vmbrâ crucifixi ſterit, & mater in eâ effecta eſt Ioannis & aliorum plurium. 422.2.d & ſeqq. ſub cruce quomodo & ſteterit & ſederit. 428.2.d poſt filij aſcenſionem quam ſedula fuerit in meditandâ eius paſſione. 439.1.a viaticum ab ipſomet Chriſto accepit. 462.1.d Chriſtum non deſeruit etiam in cruce pendentem. 508.2.a.b cur ſteterit iuxta crucem filij ſui. 522.2.d & ſeqq. aſylum noſtrum certiſſimum in horâ mortis. 522.1.c.d & ſeqq. in mortis agone aſtitit ſodali cuidam Viennenſi. 525.2.d diſcipulum S. Dominici in horâ mortis conſolatur & iuuat. 525.2.b quomodo opem tulerit anonymis quibuſdam viduis, & vni Paſtoritiæ Virgini. 526.1.d & ſeqq. Chriſto filio de cruce depoſito omnia ad ſepulturam impendit, oculos & os claudendo, cadauer lauando, vngendo &c. 542.2.a.b.c.d imperioſius exlenda eſt hominibus, qui de malâ vitâ reſurrexerunt, atque ita culta fuit in primitiuâ eccleſiâ. 560.1.d & ſeqq. vt filium ſuum naturalem veſtiuit, ita & filios adoptiuos 590.2.c.d & ſeqq. ordini ſeruorum veſtem determinat 592.2.b Tyronem ordinis prædicatorum mouet ad imitationem Chriſti patientis. 593.2.d nobis imploranda eſt pro gratiâ. 594.1.d Mariæ Virginis præſidium maximum eſt, & neceſſarium in horâ mortis. 523.1.a.b & ſeqq. Mariam morienti filio adſtitiſſe de fide eſt. 267.2.c quantus eius dolor fuerit & ao admixtus gaudio. ibid.d iſtius & tanti doloris cauſæ recenſentur. 268.1.a & ſeqq. Mariam induere nos oportet, ſicuti Chriſtum induimus. 591.1.c & ſeqq. Mariam cur ſub cruce Chriſti ſtare & tantis doloribus exerceri, congruum fuerit. 268.2.d

Maria d'Accaria optat eo modo mori, quo mortuus eſt Franciſcus Xauerius ſine ſolatio humano. 514.2.b.c.d

Maria Ægyptiaca ad Iordanem innouata & conuerſa monitu cæleſti. 55.1.c ſæpe fuit in altum ſublata. 584.1.d mira ſpiritualis impaſſibilitas. 570.1.d

Maria ab Aioſio ſumma amatrix vulnerati lateris Chriſti. 283.1.b mirabile vulnus in latere à Chriſto datum. 303.2.d

Maria Auſtriaca Caroli V. filia in cœnâ Domini pauperibus pedes lauare, tergere, oſculari, & illis in menſa miniſtrare ſolebat. 59.2.c

Maria Bonauentura teſtamento ſuo hæredem nominat Diuam Virginem. 473.1.d ſpeciale exercitium circa vulnus lateris Chriſti. 284.1.d

Maria Claudia Pantaleria ord. annuntiatarum in vulnere lateris omne ſolatium inueniebat. 177.2.d veſperi ſacro vulneri lateris Chriſti ſolita ſe committere. 378.1.b

Maria Diaria in iniuriis ſpiritualiter fuit impaſſibilis. 570.1.b

Maria Doloroſa de furto falsò accuſata morte plectitur. 94.1.b

Maria à S. Antonio ordinis S. Franc. per horas aliquot, & ſubinde per noctem integram orabat expanſis manibus. 214.2.b

Maria à ſancto Dominico in capite, corde, manibus & pedibus dolores ſuſtinuit, vti Catharina Senenſis. 300.2.d cognominari voluit à Chriſti vulneribus. 372.2.a

Maria Henriquez religioſa facta cum filiâ abbatiſſa certanit pro vili & detritâ tunicâ. 139.2.d

Maria de Iesv Ord. S. Dominici ex ſumptâ Euchariſtiâ lucem & lætitiam haurire conſueuerat. 402.2.b

Maria ab Incarnatione optauit mori derelicta & abſque ſolatio ad imitationem Chriſti. 158.2.a vulnera Chriſti oſculabatur, quoties ingrediebatur cubiculum. 292.2.c quomodo ſtigmata Chriſti habuerit in corpore. 303.2.d

Maria à Muſſa quâlibet feriâ ſexta dolores Chriſti in coronatione ſenſit, vti diu precibus rogarat. 151.2.b

Maria Maldonara Ord. S. Dominici exſpirauit ſugens latus Chriſti Domini. 514.2.b

Maria Magdalena in eremo fuit eximia cultrix crucifixi. 301.2.c aſſiduè ſtudebat in cruce à S. Michaële conſtitutâ in ore ſpeluncæ. 411.2.a,b.c à maximino epiſcopo meruit viatico ante mortem. 462.1.d ſepeliri cum Chriſto geſtiit. 551.1.a.b.c poſt reſurrectionem ſpiritualem habuit donum ſpiritualis ſubtilitatis. 585.2.a.b.c

Mariæ Magdalenæ de viſionis reuelauit Chriſtus, ſe paſſum à conceptione vſque in mortem. 51.1.d

B Maria Oigniaca lacrymis viam humectabat. 71.2.c. 268.2.c ſub finem vitæ per tres dies & noctes cecinit præ gaudio. 456.1.c ſacram hoſtiam ſumit, cum tamen ne micam quidem alterius panis poſſet ſumere. 464.1.d extremâ vnctione munitur præſentibus ipſo Chriſto & Apoſtolis. 499.1.a ſigno crucis hoſtem animæ fugat, & animam exhalat. 529.2.c

Maria à purificatione in extremis ſiti toſta petiit potari guttâ ſanguinis Chriſti, & eâ potata exſpirauit. 264.1.d

Maria Raggia vidua particeps fuit Coronæ ſpineæ per ſummos dolores. 152.2.c tribus tantum horis dormire ſolita, & quidem ſuper nudos aſſeres cum grandi crucifixo in ſinu. 213.2.b quomodo in ſuſtinendâ ſiti ſeſe fregerit. 263.2.d quinque vulnerum dolores ſenſit, ſed eorum ſtigmata ſibi non imprimi petiit. 302.2.b ſummoperè delectabatur conſpectâ crucifixi imagine. 387.2.c

Maria ex ordine redempt. captiuorum vocari voluit à ſpineâ coronâ. 372.2.b

Maria de Sarmiento Ord. S. Dominici effigiem crucifixi in agone petiit. 534.2.a

Maria

Digitized by Google

Maria Stuarta falſis teſtimoniis oppreſſa ad ſupplicium mortis damnatur vt rea læſæ maieſtatis. 116.2.a & ſeqq. Eliſabethæ ſpuriæ poſtponitur. 125.2.d conſtantiſſimè mortem poſt 20. annorum carcerem ſubiit. 484.2.e
Maria Vela manus fidiculis aſtringebat & lumbos fune. 82.1.c
Maria de Victoria fundatrix annuntiatarum die, quâ communicarat, ſolita melius valere. 400.2.a faſſa eſt ſe ſolitam à Deo illuſtrari ſumptâ vel in ſumendâ Euchariſtiâ. 401.1.d crucem abeſſe à ſe non ſinebat. 431.2.d dolere ſolita, vbi alios audiret mori & ſibi à morte parci. 436.2.b Maria Victoria fundatrix annuntiatarum cæleſtium etiam vltimam vitæ horam impendit alterius ſaluti. 492.2.c ab vtroque latere lecti diſpoſitâ imagine crucifixi dæmonem fugauit. 331.2.a
Maria Vaſquez de Mello cur venerari ſolita S. Ioſephum ab Arimathæa. 553.2.d
Mariæ Iaponiæ ſummum deſiderium fuit moriendi in cruce. 199.2.b
Mariæ Parmenſis mira conſtantia in lecto mortis. 479.1.b
Mariane vxor Herodis & à matre accuſata & interfecta à coniuge. 77.2.c falsò accuſatur & ad mortem damnatur. 117.1.c.d auditâ mortis ſententiâ perſiſtit intrepida. 162.2.e
Mariana de Ieſu optans Chriſti crucem ferre per decem menſes ingens humeris impoſitum pondus ſenſit. 176.1.a Chriſtus cruci affixus apparuit, cuius illa imaginem ſibi dari poſtulauit; ſed qualis data fuerit. 307.1.a eam coronauit Chriſtus coronâ ſpineâ ex capite ſuo detumptâ. 151.1.d
Marina cum Patre monaſterium ingreſſa ſexum ſuum occultauit & grauiſſima tulit, dum vir credebatur. 98.2.a.b.c credita vir accuſata, quod puellam prole grauidaſſet plurima ſuſtinuit. 501.2.a
Marina de Eſcouar in viſione ſpectauit Chriſtum veſtitum iis veſtibus & pallio, quibus in terrâ vſus fuit. 193.1.a
Marina de Scobar omnium Chriſti pœnarum, & præcipuè quinque vulnerum particeps fuit ſentiendo, & ſtigmata mirabili modo habuit. 304.1.a
Marius à Foroſarzinio ſummus Chriſti ſitientis & patientis imitator. 261.2.d
S. Martha obiit ad lectionem horum verborum: *Pater in manus tuas &c.* 271.1.a pia mors animam in manus Dei commendantis. 337.1.b
Martialis & Cleopha miniſtrarunt Chriſto in vltimâ cœna. 56.1.a
S. Martinus à militibus excipitur flagris & contuitis. 155.1.e inimicis & malefacientibus non tantum dimittebat culpam, ſed & referebat gratiam. 248.2.d illato ſibi terrore fit magis conſtans. 586.1.d quænam & à quibus falsò obiecta fuerint. 93.1.b parata percuſſio impeditur obrigeſcentibus manibus percuſſoris. 103.2.b
Martinus Camaldulenſium prior in quibus verbis pſalmi 25. ſpiritum emiſerit. 304.2.e
Martinus Gomius Soc. Ieſv moritur ad licentiam ſuperioris. 317.1.b
Martinus de Valentiâ à dominicâ Paſſionis vſque ad dominicam reſurrectionis memoriâ Chriſti paſſi continuâ quaſi æger deficere ſolitus. 329.1.b
Martyres Iaponiæ è Soc. Ieſv in cruce haſtâ transfixi in latere obiere. 282.1.d
Martyres quadraginta optabant eodem numero perſeuerare ad mortem, quo inierant ad tormentū. 437.2.c
Martyrio nullus eorum affectus eſt, qui adfuerunt Chriſto in monte Caluariæ, & quare. 207.1.c
Martius ad Rupem quamdam catenâ ſe affixerat, ſed iuſſu S. Benedicti eâ ſe ſoluit. 81.2.c
Maſſanenſes conuerſi à S. Paulo Deiparam viuentem in patronam adoptarunt. 360.2.d
Maſſagetarum rex in pectore grandem plagam ſibi fecit. 185.1.c
Marathias moriturus filios ſuos quinque à ſe dimittit & Simeoni ac Iudæ Machabæo fratribus commendauit. 254.1.a
Matthæus Card. Albanenſis in cilicio cinere conſperſo mortuus eſt. 495.2.d
B. Matthæus Carretius Ord. præd. dolorem vulneris in latere voluit ſentire, & Chriſtus eius volitioni annuit. 281.2.b
Matthæus à Leoniſſâ Capuc. trabeam crucem & pondere Chriſti cruci æqualem ad ſingulas ciuitatis eccleſias noctu portare conſueuit. 171.2.b
Matthias à Pace credens ſe pauperem Indum humeris geſtare, geſtauit Chriſtum crucifixum. 170.1.c
Matrona quædam Hiſpana filium ſuum liberauit à purgatorio per hoc, quod pepercerit eius interfectori. 232.1.a
Matrona quædam Neapolitana interfectori fratris ſui nolens condonare, quomodo tandem mota fuerit ad condonandum. 252.2.d
Matrona quædam Sicula orauit pro iis, à quibus ipſius vnicus filius erat interfectus.
Matrona quædam inſignis cur dicta fuerit Matrona imaginis. 372.2.d
Matrum munus eſt veſtire filios. 590.2.a.b
Mauritius Imper. Perſas cruce ſignatos miratus rogauit & intellexit cauſam ſeu cur. 177.2.c
Mauritius Pannonius Ord. S. Dominici domo clauſâ cum comite egreditur. 588.1.a
S. Maurus per agilitatem ſpiritualem ſuper vndas aduolat ad periclitantem ſocium. 584.1.a
Maximilianus I. Imp. capulum funebrem ſecum quocumque deuehi curabat. 310.1.c
Maximiliani II. Imp. veſtitum, & alia, aulici imitabantur. 193.1.c
Maximinus decem millia martyrum ſpinis coronari iubet. 149.1.c
B. Mechtildis à Chriſto docta, quid fecerint paulò ante Paſcha. 33.2.b inter orandum audiuit concentum ex flagrorum ictibus placentem ſuperis. 156.1.d ſolita docere ſuas certo precum numero honorare Chriſti vulnera. 292.2.d eadem à Chriſto didicit, quid Chriſtus ſibi velit offerri pro ſuis vulneribus: 293.1.b à Chriſto inuitatur ad vulnus ſuum. 377.2.d in agone aſſiduè replicabat hoc, Ieſv bone. 521.1.b à Chriſto intelligit vtilitatem & efficaciam Sanctorum vulnerum. 533.2.a à diuâ Virgine docetur ſepelire Chriſtum in corde ſuo. 549.1.d ægrotanti Angeli communionem deferunt. 459.2.d dicit diua Virgo, quod ſuis ſeruis & cultoribus velit in morte opem ferre. 525.2.b
Mathildis Regina Angliæ pauperes lauando exemplum bonum fratri ſuo dedit. 377.1.d
Medicina Chriſti omni ætati, & omni morbo ſuccurrit. 393.1.c Medicinæ ars à multis regibus exercita, & quibus? 395.1.c Medicinæ variæ variorum animalium brutorum recenſentur. 391.2.b
Meditatio de Chriſti paſſione ſignum eſt prædeſtinationis, ſi libenter meditemur. 434.2.d & ſeqq. hæc quam ſit Deo grata. 436.1.c & ſeqq. Item quam vtilis & fructuoſa ſit. 437.1.a & ſeqq. Item diabolicas tentationes diſſipat. 438.1.d Meditatio de paſſione Chriſti quo modo inſtituenda. 390.2.a Meditari Chriſti paſſionem cur vtilius quam ſe flagellis cædere & ieiunare? 390.1.b.c
Memoria paſſionis eius à Chriſto poſita in pane & vino.

Digitized by Google

vini. 61.1.d. 2.2.b.c

Mengozius Ciſtercienſis abſente abbate mortuus ad vitam reuocatur, vt petat moriendi licentiam, quâ obtentâ mox iterum moritur 516.2.a

Mens humana cur ſæpius renouanda. 4.2.b

B. Mentiæ Virgini Ord. S. Franciſci crucifixus locutus eſt, & quid. 315.2.c

S. Menulphus inter cerui cornua crucifixum vidit. 313.1.d

Merces quintuplex incitat hominem ad imitationem Chriſti paſſi. 40.1.b

S. Methodius accuſatus falsò de doctrinâ alienâ à Romanâ Eccleſiâ. 93.1.c

Metus multos auocat à bene incepto. 37.2.d

Michaëlina à crucifixo loquente intelligit mortem filij ſui. 315.2.d

Michaël Balbus in obſidione Conſtantinopolis Crucem ſubſcentus eſt. 429.1.d

Michaël Turnanus è Soc. Ieſv ſenex 83. annorum de nocte ſe flagellabat. 132.1.d

Minerux virga, *Vide* Virga.

Minoritæ in primitiuo ordine, antequam libros haberent, in quibus horas cantarent, legebant librum crucifixum ſeu paſſionem Chriſti. 410.1.a à Suldano Babyloniæ permiſſi morari ad ſepulchrum Domini. 152.2.d Fratrum Minorum ſigillum præferebat olim S. Franciſcum cum cruce in manu. 191.2.c

Militares Ordines ſymbolum Crucis patriæ gentilitiæ inſeruerunt. 364.1.b & ſeqq.

Milites S. Sepolchri in ſuo ſcuto habent quinq; cruces coloris rubri, & quare. 370.1.a

Militis lanceâ Chriſti latus confodientis quanta crudelitas. 275.2.c d

Miſſa inſtituta eſt in memoriam paſſionis Chriſti. 335.1.a

Miſſæ ſacræ ceremoniæ Chriſti paſſionem repræſentant, & pietatem augent, ſi cõſiderentur. 398.2 b, c, d

S. Mudoaldus Epiſc. Treuirenſis moriens eſt bis terne ſignando ſe cruce. 529.1.b

Modoëtiæ imago Chriſti crucifixi habet quatuor clauos. 217.2.c

Monialis Angla fugam tentans ex monaſterio in maxillâ clauo transfigitur à Chriſti imagine. 223.2.b

S. Monica mater S. Auguſtini nullâ re in hoc mundo ſe delectari poſſe proteſtabatur. 453.2.d de ſepulturâ noluit eſſe ſolicita. 548.1.c

Monica Virgo in Iaponia à parentibus multum paſſa & à domeſticis interfecta. 77.1.d 2.a

Monoceros in ſinu Virginis manſueſcit. 78.2.d

Monoceroti comparatur Chriſtus. 78.1.d

Morina Auſtrabertha Quantiam flumen calcauit & Audomarum venit ad nouitatem vitæ. 55.1.d

Mors formidanda eſt corpori, ſed optanda animæ. 263.2.b, c mors Chriſti vita noſtra. 266.1.d noſtræ exemplaris eſt, & in quibus omni homini ſit imitanda. 269.2.c, d & ſeqq. mors Chriſti quoad circumſtantiam temporis reſpondit peccato Adami. 271.2.d mors iuſtorum eſt duplex, & quidem mors, quâ corpore ſoluuntur, debet eſſe conformis morti Chriſti. 270.1.a & ſeqq. mors iuſtorum non ſit ſine his verbis, *conſummatum eſt*. 270.1.a & ſeqq. 271.1.a & ſeqq. mors ſponſi ethnicos erat nomen aliquod, cui tamen nullum templum aut altare erat extructum, & quare? 449.1.d mors cur rectè lacio vocetur. 449.1.d mors terribilis eſt & amara; ſed quibus? 451.2.c, d mors iuſtis & bonis optanda eſt & deſideranda, & quare? 451.2.d & ſeqq. mors omni homini ad exemplum Chriſti acceptanda & obeunda eſt cum reſignatione ſui in voluntatem Dei. 473.2.d & ſeqq. mors & vita ſunt à Deo vt à cauſa particulari. 474.1.d mors tranquillo animo excipienda eſt 474.2.c & ſeqq. mors lubenti animo excipienda eſt. 475.1.c & ſeqq. mors læto & gaudente animo excipienda eſt, & quare? 476.1.d mors eſt minus formidanda quam vita, & quare? 476.2.b, c mors obeunda cum quâ reſignatione ſui in voluntatem diuinam. 476.2.d & ſeqq. mors hominis Chriſtiani exemplo Chriſti deberet eſſe in duro & moleſto cubitu. 493.1.d & ſeqq. mors hominis Chriſtiani exemplo Chriſti deberet eſſe in nuditate & inopiâ. 495.2.b & ſeqq. mors Chriſti quam fuerit ingloria & infamis, & quomodo ſit imitanda homini Chriſtiano. 499.2.c & ſeqq.

Mors pia aulici cuiuſdam narratur. 536.2.b, c, d

Mors pia mulieris Valentianæ in pijs verbis, & quibus. 587.1.d

Mors cur timeatur. 509.1.d mors nobis oppetenda eſt in Oratione & diuinis pſalmis exemplo Chriſti in cruce Orantis. 503.2.b & ſeqq. mors nobis præuidenda eſt & ſæpe cogitanda exemplo Chriſti mortem in monte Caluariæ. 508.2.c & ſeqq.

Mortis memoria in gentilitijs parmis fouetur à nobilibus familijs, & quibus? 510.2.a, b mortis periculum quandonam cenſeatur eſſe, vt ſumatur viaticum 464.2.d mortem iuſtorum non obtinemus niſi poſt peractam vitam iuſtorum 447.1.b mortem bonam & beatam oppetere volens debet verbum Dei audire, & Chriſti exemplum ſequi 448.1.c & ſeqq. mortem multi pij & religioſi ſpeciali voto vouerunt exemplo Chriſti 450.1.d mortem licet optare in die, horâ, & ætate, quibus Chriſtus mortuus eſt in cruce 457.1.d & ſeqq. mortem multi optarunt & obierunt in feſto B. Mariæ Virginis aſſumptæ. 457.2.d morte beatâ nil beatius, aut felicius eſt 448.1.b à morte alijs prodeſſe glorioſum eſt ac conueniens ad exemplum Chriſti. 538.1.d

Mori in cruce cur Chriſtus voluerit. 527.2.a & ſeqq.

Moriendi ars eſt addiſcenda in vitâ. 447.2.c

Moriendum eſt homini nouo cum perſeuerantia in bonis operibus & paſſionibus vſque in finem exemplo Chriſti. 505.2.a & ſeqq.

Morituri etiam ſoliciti eſſe debent, vt etiam in illo articulo bene mereantur de alijs, exemplo Chriſti in cruce latronem exaudientis 490.2.c & ſeqq.

Morituri hominis ſuſpiria debẽt eſſe in nomine Ieſv, & ab aſſiſtentibus continuò inclamari. 521.1.d. & ſeqq.

Moribundi exemplo Chriſti iniurias omnes palam cõdonare debent exemplo Chriſti in cruce. 488.1 a, b, c

Moribundi ſolamen & leuamen accipiunt ab amicis. 521.1.c, d

Moribundi animas ſuas in manus Dei commendare debent exemplo Chriſti, & quâ de causâ, & quo fructu? 534.2.c & ſeqq.

Moribundos vltimum ſermonem facere & monita ſalutaria ſuis dare, eſt tum laudabile tum vtile. 479.1.d & ſeqq.

Moribundos prophetico ſpiritu Deus ſæpe illuſtrat. 479.2.b

Mortificatio quadruplex reſpondet quatuor dotibus corporis glorioſi. 561.2.b

Mortuorum oſſibus quidam populi vſi ſunt pro nummis. 509.2.d

Moſes cur tam inſtanter rogarit Iethro, vt comitaretur per deſertum. 27.2.c ſeruantibus legem Dei bona promiſit & quæ. 38.2.c paſſionem Chriſti præcognouit, & maluit pro Chriſto paſſuro pati, quam in regno Ægypti regnare. 39.1.b, c, d aquam è rupe eduxit, vbi rupem virgâ percuſſit in formâ crucis. 433.2.c à populo lapidibus impetitus orauit pro ipſo.

ipſo.548.1.c inſtante iam morte ſuâ, multa Iſraelitis prædixit. 479.2.b
Motus localis in humano corpore eſt triplex. 579.1.c motus ſimplex conuenit Chriſto redeuino. 579.1.d motus progreſſiuus competit corpori Chriſti. 579.1.c Motus inſtantaneus an conueniat corpori Chriſti glorioſo. 579.1.d & ſeqq.
Mundus vniuerſus quomodo dicatur liber diuinitatis ſcriptus intus & foris, ac ſignatus ſigillis ſeptem. 405.2,d & ſeqq.
Mumia quænam probatiſſima, & quæ eius vis myſtica? 543.2.c,d
Mulier Hiſpana ſibi capillos reſecuit, & quanta Victoriá de ſe. 110.2.c
Mulier Mexicana vidit Chriſtum vt populi ſpectaculum ſub verbis, *Ecce homo*. 159.1.e
Mulierum diſpar conatus in creatione mundi, & in paſſione Chriſti in hac ad mortem inducendo, in illa à morte liberare volendo. 126 1.d
Muritt æ Diaconi Carthaginenſis bonis omnibus exuti patientia. 162.2,a
S. Muſa diem mortis intelligit à Diuâ Virgine, & ab eâ ſuſcipitur. 526.1.c
Mutius Vitalleſcus ſolitus in epiſtolis ſuis crucē priue quam nomen ſuum ſubnotare. 391,2.d

N.

NAaman Syrus cur ſepties ſe lauerit in Iordane, priuſquam mundaretur. 27.2.e
Narciſſus amore imaginis ſui ſe præcipitauit in fontem. 241.a
S. Narciſſus Epiſc. Hieroſol. patitur conſtanter falſas calumnias, ſed calumniatores Deus puniuit & quomodo. 91.1 a
Natiuitas Chriſti quibus incommodis plena 46 1.b,c
Natura noſtra reddit noſtra bonis operibus inſtabiles. 476,1.b,c
Naturæ rerum omnium amant & laborant renouari. 1. 1.2.a,b
Nazaræi iuſſi ſunt abſtinere ab omni quod ex vinea eſſe poterat. 557.1.d
Neapolitana Virgo quædam Anonyma ſe ſponſam denouet Crucifixo. 316.1.d
B. Nera recuſans nuptias quomodo ſit à Parentibus afflicta. 108 2.a
Nero domum auream ſibi ædificauit. 374.1.a
Nicephorus Patritius Irenem imperatricem cogit in exilium. 125.2.d
Nicodemus Chriſti crucifixi imaginem ſuis manibus ex cedro formauit. 217.1.d ea imago, cur dicatur *Vultus ſanctus*. ibid. ſummâ religione celebratur Lucæ in Hetruriâ. ibid. eiuſdem imaginis miraculum in ſubſidium pauperis. 217.2.b Nicodemus Chriſti diſcipulus varias Crucifixi imagines ſculpſit. 312.1.d Nicodemus & Ioſeph ab Arimathæa quo inſtinctu depoſuerint Chriſtum de cruce ad ſepulturam. 541.2.d
Nympha Scholaſtica minima iis in locis vulnerata fuit, quibus Chriſtus in cruce. 302.2.d
Nymphæ quare ſuſpenderint Cupidinem ad ſterile lignum. 215.1.d
S. Nicolaus infans lac non niſi ſemel ſumebat feriâ quartâ & ſextâ. 327.2.e mortuus eſt inter Orandum. 504.1.e
Nicolaus Arnaia è Soc. IESV calumnias grauiſſimas ſine inceenſione & querela ſuſtinuit. 97.1.a
Nicolaus V. Bibliothecam Vaticanam inſtituit. 404. 1.b
Nicolaus Factor minorita morti proximus amaram potionem exhauſit recordatus felleæ potionis Chriſti. 187.2.d potionem amaram bibit vt ſuauiſſimam, memor aceti Chriſti. 263.1.d per memoriam lateris Chriſti rapiebatur in extaſin. 282.1.a vulneribus Chriſti in manibus pedibus & latere inſigniri meruit. 297.2.d tantus amator crucifixi, vt crucifixi imago ſemper ante ipſum in acie videretur moueri. 317.2.c ad latus Chriſti ſuo exemplo & experimento omnes inuitabat. 377.2.a in ſupremâ infirmitate nulla colloquia, niſi cum ſolo Deo habere volebat. 502.2.d Nomen IESV ſæpe à fratribus pronunciari iuſſit 520.2.e à Diua Virgine impetrat Chriſti dolores ſentire. 592.2.c
Nicolaus Cappuc. ſolitus trabeam crucem per ſiluam ferre à quartâ horâ noctis vſque ad matutinas. 171. 1.d.
Nicolaus dictus Staurophorus ab eo, quod crucem ligneam circumferret in peregrinatione. 171.1.a
Nicolaus à monte Politiano ſuis præclaram admonitionem & benedictionem dedit in fine vitæ ſuæ. 481.1.a
Nicolaus Rauennas Ord. Prædic. ſuper nudum corpus 5. Cruces cupreſſinas geſtabat. 172.1.b ſummus & mirabilis Crucis Chriſti amator. 207.2.b morti vicinus ſacra ſtigmata in manibus ſuis oſtēdit. 297. 2.b
Nicolaus Ruſca in Torturâ ſingulis ferè momentis IESVM nominabat. 520.1.a
S. Nicolaus Tolentinus morti vicinus anhelabat ad Euchariſtiam, & quare? 460.1.d in lecto mortis crucis effigiem petijt, & quomodo allocutus fuerit. 530,1.b
Nicolao à quinque frondibus Cappuc. apparuit Pilatus. 560.2.d
Noë cur iuſſus ſit fabricare arcam, in quâ cum ſuis ſeruaretur ab aquis diluuij. 27.2 a
Nomen IESV & Chriſti quoties nominatum & repetitum in epiſtolis S. Pauli. 519.2.a quoties occurrat in ſcriptis S Ioannis Euangeliſtæ. 519.2.c quoties repetatur in paucis epiſtolis Ioannis Columbini. 519.2.c
Nominis IESV virtus & potentia contra dæmones quanta ſit. 518.2.d & ſeqq. nominis IESV inuocationi in vitâ eſt aſſueſcendum, vt ſciatur in morte. 521. 2.c & ſeqq. nomen Dei ſymbolum eſt & teſſera Chriſtianorum. 518.2.a nomina Dei varia ſunt. 518. a,b nomen habere vim excitandi ad Imitationem, rationibus probatur. 371. 2. a, b, c nomen Patris impreſſum fœtui à matre prægnante terriâ. 371.2.b nomen vim habet excitandi ad imitationem iſtius, cuius nomen geritur. 371.1. c,d,
Nomen Iuriſtarum celebrium quidam Pater tribus ſuis filijs impoſuit, & quare? 371.1.c
Nomine Ducticioà Cruce, à columnâ & alijs inſtrumentis paſſionis Chriſti appellari multi voluere. 371. 2,d & ſeqq.
Norſeſes Epiſc. Armenorum cruce pacem ſtabiliri voluit. 430.2.b
Notitia ſui ipſius eſt prima ſanctitas, & Philoſophia, & ſapientia. 7.2.a
Nouitas vitæ cœleſtis fructus imitationis Chriſti. 41. 2.d. 42.1 a,b,c
ad Nouitatem vitæ exuenda veſtimenta cum Chriſto. 56.1.c ad nouitatem vitæ quomodo Chriſtus ſit imitandus in lotione pedum. 56.57.58
Nouitius vilem religionis habitum faſtidiens arguitur & animatur ad ferendum à Chriſto ei apparente graui cruce onuſto. 169.2.c
Nox vltima Chriſti Domini cur Duria ſeu Duratea nominanda, & in eâ quid Chriſtus paſſus ſit, 104.2.a & ſeqq.

Digitized by Google

Nuditas in flagellatione quantum affixerit Chriſtum. 127.2.d 128.1 a,b
Nuditas Chriſti nouo homini eſt ſectanda & quomodo 189.2.d nuditas Chriſti in cruce ſeruit ad duplex documentum, vnum quidem ad litteram, alterum ad mores. 194 1.a & ſeqq.
Numa Pompilius mortis meminit per ſpeculum, quod Caluarijs ſociectum habebat. 509.1.c

O.

OBedientis operi, quod ex illâ fit, confert ſpecialem honeſtatem, laudem & meritum. 514.2. d & ſeqq. eſt ſimilis vngulæ chemicæ omnia ſuo contactu in aurum mutanti. 515 1.a & ſeqq. fingitur vxor Iouis ſoſpitatoris & mater felicitatis. 515.1.d
Obedientia Chriſti in vita & in morte fuit mirabilis, 515 1.a & ſeqq.
Octauij Farneſij ſumma veneratio erga S.Crucem. 429 2.d
Oculus corporeus tria morbis obnoxius. 7.1.b
Oculum in pectore ſapientis pingebant Ægyptij, & quare? 7.1.d
Oculos in alios, non in nos conuertimus. 7.1.c
S Odelbertus innocens extremo ſupplicio afficitur. 500 2.d
B Odericus moriturus viatico munitur è cœlo. 459.2.d
S.Odilo Cluniacenſis Abbas duos pueros fame mortuos in via inuentos ſepeliuit. 545.1 b
B.Odo Carthuſianus moritur brachijs extenſis in formam crucis. 552.1 b
S.Opportuna moritur in amplexu D Virginis. 529 1.a
Orare manibus in formam crucis expanſis fuit Chriſtianis & ſanctis vſitatum & frequens. 214.1.a & ſeqq. Orare pro inimicis & ipſis ignoſcere decet hominem omnium, & facit eum Chriſto ac Deo ſimilem. 247 2.b & ſeqq.
Oratio ad Deum facienda in humilitate ad exemplum Chriſti in horto orantis. 26.1.d.2.a,b,c ad Deum facienda eſt cum reſignatione ſuæ voluntatis in voluntatem Dei, exemplo Chriſti orantis in horto.27.2.d & ſeqq. debet fieri conſtanter & perſeuranter exemplo Chriſti diu & ſæpè Orationem eamdem repetentis in horto.69 1.a & ſeq. fundenda eſt cum mortificatione ad imitationem Chriſti ſudantis, dum orabat in horto. 69.2.b,c, & ſeqq.
Oratio Chriſti in cruce pro inimicis & perſecutoribus pulchrè expon.itur.245.1.b,c & ſeqq. hæc Oratio petijt dimitti peccata perſequentium & crucifigentium. ibid. in hâc oratione Chriſtus inimicorum peccata diminuit & propatre excuſat. 246.2.d,c orationis Chriſti pro inimicis qui & quam multi effectus.247 1.d orationi ſeligendum tempus à curis liberum, & quærendus locus ſeparatus, exemplo Chriſti in horto orantis. 65.2.c,d,66.1.a,b,c
Oratione in cruce pro inimicis Chriſtus ſe regem, imò & Deum ſe eſſe, maximè comprobauit. 246 2 d
Ordo nominis IESV in Sueciâ geſtat nomen hoc ad torquem cum quatuor clauis. 369 1.a
Ordo ſeruorum B.Mariæ quandonam inchoatus. 591.2.d
Ordo Elephanti in daniâ habet pro teſſera torquem aureum appenſo inferius orbiculo aureo tribus clauis inſigni. 568 2.d
Ordines Religioſi à cruce denominati. 575.1.a
ad Oſculum Iudæ cur Chriſtus ſe inclinauerit. 75 1.d
oſculo cur Iudas Chriſtum tradiderit. 73.1.b,c
Oſanna Mantoana à Chriſto poſt longas preces impetrauit ſacrorum vulnerum ſtigmata.299.2 a Chriſtus arborem crucis in humeros impoſuit. 176.2.b
Ozanna de Cattro Ord.Prædic. erga titulum Chriſti erat mirâ pietate non ſine magno fructu. 252.1.b Chriſti exemplo ſitim, quâ continuò torrebatur, domuit. 265.2.c
Orbilia ex mortuis ſuſcitata eſt, ad ſumendam Euchariſtiam. 460.1.a
S.Othmarus ab impudicâ muliere turpitudinis accuſatus quantum ſuſtinuerit. 501.1.b
B Otho Epiſc.Bambergenſis valedixit omnibus iam moriturus. 254.1.b in morte gregem ſuum ſummo Paſtori commendabat.489 2 b ſibi ſedenti extremam vnctionem voluit adminiſtrari. 498.2.c
Otho I. Imper. Eccleſiarum inſignibus crucem inſeruit ex pietate erga eamdem. 364.2.d
Ottoni Imperatori pectus apertum eſt, & Sacra Hoſtia ſubintrauit. 465.2 d
Oues domo ardente cur eijci non poſſint, & electæ redeant. 564 2.d
Oza Sacerdos à damnatione æternâ putatur ereptus, quia iuxta arcam eſt mortuus. 523.1.d

P.

PAchomius orans manus in formam crucis expandebat & ſtabat. 214.1.c
Pœnitentia peccatoris exponitur per ea, quæ geſta ſunt in vltima cenâ Domini. 6 1.c,d
Pagurus, genus Cancri, quâ arte veterem teſtam deponat. 2.1.b
Panis Coliphius ſiue Athleticus erat vtilis recuperandis viribus. 595.1.d
Pallium Chriſti fuit ex lanâ groſſiore, & quadrangulum de more & ritu Iudæorum. 192 2.c
Pallium Pontificum & Metropolitanorum, vnde Phrygium dicatur, & Crucibus inſigniatur 357.1 a
Palma mas obumbratione ſuâ palmas feminas fructiferas reddit. 425.1.c
Paſcha quâ die à Chriſto fuerit celebratum. 526 2.d
Paſchaſius Broetus è Soc. IESV pro acceptis ſannis & contumelijs gratias egit. 121.2.a,b
Paſſidea Crogi capillos ſibi præſcidit, vt matrimonium euaderet & proci libidinem reſtingueret. 110.1.d ab ipſa pueritia ſe ferreis diſciplinis excepit. 135.2.c Chriſto auream & ſpineam coronam offerente elegit ſpineam. 150.2.c quam mirabiliter vulnerum ſtigmata a Chriſto Domino obtinuerit. 303.2.c & ſeqq. iniurijs nullis turbabatur velut impaſſibilis. 571.1,a in ferendo erat velut impaſſibilis. 571.2.d
Paſſionis Chriſti breuis recapitulatio. 48.1.d.2.a,b & ſeqq.
Paſſionem Chriſti meditandi modus. 590.1.a
Pati vtiliter poſſumus 5 modis: & qui illi modi? 569.2.d
Patientia virtus eſt, quâ mala æquo animo toleramus. 481 2 d
Patientia Chriſti oſtenditur fuiſſe heroica & omnino maxima.481.2.d & ſeqq. Patientia Chriſti in ſumendo felle. 486.1.d
Patientia mirabilis Catholici cuiuſdam anonymi. 586.2.b
Patientia ſumma multorum virorum & feminarum. 482.2 b & ſeqq.
S.Patricius inter concionandum haſtili tranſfixit pedem cuiuſdam reguli patienter illud ſuſtinentis. 224 2 c
S.Patricius omni horâ diei & noctis centies ſe ſignabat cruce. 519. 1.d purgatorium ingredientes ſeruantur inuocato nomine IESV, & pereunt non inuocato. 521.1 d
S.Paulla Romana ſtulta fuit habita, & quare. 522.1.d

Digitized by Google

vili habitu induebatur. 139.2.a obdormiuit ſe ſignans cruce. 559.2.c

S.Paulinæ obitus deſcribitur à S Hieronymo. 505.1.d

S Paulinus Epiſcopus ab omnibus derelictus. 93.1.b omnia ſua bona expendit ut alendos pauperes & redimendos captiuos. 590.2 b

S.Paulus Galatis commendabat imitationem Chriſti Paſſi. 101 d quomodo adimpleuerit in carne ſuâ, quæ deſunt Paſſionibus Chriſti 21 1 a mortuus eſt exemplo Chriſti, poſtquam curſum ſerendorum malorum conſummaſſet. 271.1 c ſtigmata Iesv in corpore portauit. 292.1.c amantiſſimus nominis Iesv & Christi, & quoties illud repererit in ſuis Epiſtolis 519.1.d S.Pauli perſeuerantia vſque finem vitæ. 506.2.d agilitas Pauli in ſeminãdo Euangelio. 582.1.b

Paulus Arriaga Socier. Iesv naufragio periens crucem manu tenuit, & poſt mortẽ flutãs ſic inuenitur. 530. 2.c

Paulus Auguſtinus Spinola ſibi dentem extrahit, vt exciret amicum ualeorem ſibi dentem putridum euelli. 20 1.d

Paulus Ciſtercienſis in horâ mortis præ lætitiâ ridet, quod D. Virgo animam ſuam ſuſceptura adeſſet, vti & ſuſcepit. 554.2.a

B.Paulus Epiſcop. Lanuenſis expirat datâ ſuis vltimâ admonitione & benedictione. 480.1.a

S Paulus Eremita ob mortem ſororis ſuæ in Eremum ſeceſſit. 76.2.d

Paulus Præpoſitus Lauræ ſucceſſorem deligere noluit, & quare? 489.5.b

Paulus V. Sudarium Veſonticæ in nouam Baſilicam S. Petri curauit transferri. 179.2.b Feſtum quinque vulnerum peculiari officio confirmauit. 295.1.b

Pauli Iuſtiniani morientis præclara oratio. 536 1.c

Peccata coram crucifixo quomodo deflenda ad imitationem pijcuiuſdam Alceræ. 322 2.a.b.c

Pedes lauare Romanis, Græcis, & ante omnes Syris uſitatum. 37.1.a

Pedes Chriſti non fuerunt loti ab Apoſtolis, & quare. 37.2.a Pedes Chriſti quo ſitu fuerint diſpoſiti in crucifigione, duæ opiniones examinantur. 202.2. d & ſeqq.

Petruella Gaudonia cibo aut potu vmquam delectari noluit. 589 1 b

Peluis, qua Chriſtus in vltima cœna vſus eſt, fuſa eſt in Crucem, & vbi extet. 57.5.d

Perſæ contra Peſtem geſtabant crucem in fronte. 177. 2.c Apamæam obſidentes viſo eminus ligno Crucis territi obſidionem ſoluerunt. 554.1.d

Perſarum Reges vngebantur olim oleo ex ſpinis expreſſo. 147.1.b perſarum ſigillum præferens feminam capillo ſoluto vnde duxerit Originem. 389.2.a

Perſeuerantiâ in bonis operibus & paſſionibus debet homini nouo eſſe vſque ad mortem exemplo Chriſti. 505.2.a & ſeqq.

Perſeuerantia Martyrum ſub dio & gelu patientium. 507.1.b

In Peruano regno fructus in medullâ repræſentans imaginem crucifixi. 53.1.d

Petræ in morte Chriſti ſciſſæ, non tantum in Golgotha, ſed & in alijs locis: & quanta ſit ſciſſura rupis Golgothanæ. 267.1.d & ſeqq.

Petronilla Hergodts ſacra ſtigmata ſemiuigra in ſuperiore cute habuit 302.1.d

S.Petrus contra Simonem Magum orauit expanſis manibus 214.1.b. pro inſano habitus fuit. 120.1.d cur à Chriſto appellatus fuerit ſatanas. 237.1 a eius vmbra ſanabat ægros. 423.2.b & qualiter? 427.1.b

Petrus Albitius fortunæ ludibrium. 223.1.d

Petrus de Alcantara teſtatur ſe maximam moleſtiam ſenſiſſe in ſuperando ſomno. 48.1.c congelatos Capillus euellere ſolitus. 109.1.b ab amicis nudus conſpectus ſuam nuditatem ſefundebat in Euangelium. 194.1.d diſtentis brachijs in modum crucis ſæpè per horam orabat. 214.2.a ſumma illius vitæ auſteritas. 586.2 c

Petrus de Anaico e Societ. Iesv vernas, à quibus alapis contunderetur, conducebat. 88 1.a

Petrus Antonius Spinellus Soc. Iesv trabalem crucem humeris excepit & in monte collocauit ad publicam venerationem. 572 1.d

Petrus Berullus Cardinalis dixit purpuream veſtem ſibi placere tribus de cauſis. & quibus illis? 358.1.d

S.Petrus Cœleſtinus Lugduni coram Papa celebraturus inſtatus ad pretioſa ornamenta erubuit, nec induere auſus eſt. 138 2.d pſalterium coram crucifixo recitans habuit Chriſtum ſuauiſſimè concinentem. 314.2.c

Petrus Confluentinus à cruce conſtringitur ad pectus & omni moleſtiâ liberatur. 317.5.c

Petrus Dagnuus in crucis amplexu moriſus. 536.1 d

Petrus Eremita inſtat apud Vrbanum ſecundum pro recuperando ſepulchro Domini. 551.1.c

Petrus Exorziſta e carcere vndique obſerato euaſit. 388.1.a

Petrus Faber Societatis Iesv quotidie per horam & mediam de Chriſti cruciatibus meditabatur, in auteloquio, legendo horas canonicas meditabatur dolores & penas Chriſti. 330.5.d quam agilis in obediendo? 583.1.b

Petrus Franciſcus Comes Alencontius ſepulchri honorem ſpreuit, & tamen habuit. 547.2.d

Petrus Iuſtinellus primitias in hoſpitali celebraturus 12. pauperibus pedes ante lauit. 39 1.b paruulus vnius anni in Chriſti crucifixi imaginem oculos conuertens locutus eſt. 309.1.d

Petrus à Mazara Capuccinus fune à Nouitijs raptabatur. 811.d

B. Petrus Nicolius faciem ſibi ab omnibus conſpui iubebat. 103 2 d

Petrus Rodericus e Soc. Iesv per dimidiam horam ſe indies flagellabat, vti & eâ die, quâ obijt. 532.1.d

Petrus Sanctius Soc. Iesv ante mortem omnem cubicularium ſupellectilem ſuperioribus remiſit. 497. 1 c

B.Petrus de Tecclano mirabili viſione didicit Chriſti veſtigijs eſſe inſiſtendum. 16.1.d

Petrus Telonarius Aſer ſe in ſeruum venumdedit & amens habitus fuit. 522.5.c

S.Petrus Veronenſis falsò accuſatus de feminis intra cubiculum admiſſis quas pœnas luerit conſtans quamuis innocens. 95 2.d 96 1.a,b,c,d

Petrus Villarienſis ex Ord Ciſt. manus ac pedes clauis ferreis ſibi perforauit. 224.2.a ferro candenti in latere ſibi vulnus inuſſit. 284 2.d

Petrus Vrſeolus ex Duce Venetiarũ factus monachus, moritur in illis verbis. *in manus tuas*, &c. 336.1.c

Phœnix per ſuum rogum & funus quaſi reuiuiſcit. 2.1. d eiuſdẽ deſcriptio, & eſt ſymbolum reſurrectionis. 337.2.d

Phœnix Monarcha Tyriorum dicitur primus purpuream chlamydem geſtaſſe. 358.1.b

Pharao annulum ſignatorium tradidit Ioſepho. 188.1. c Illi annulo crux putarunt fuiſſe inſculpta. & quare? 589.1 b

Phaſe quomodo ſpiritualiter celebretur ab animâ Chriſtianâ. 53.1.b,c

Philetæ latrones oſculo necare viatores ſoliti. 74. 2.b

Philippa Geldrica in ſcutis gentilitiis iam Geldriæ quam Lotharingiæ loco ducalium coronarum ſuperpoſuit ſpineas. 148.2.b 383.1.a per ſeptem annos à die Iouis

Digitized by Google

Bouis veſperi vſque ad Sabbathum mane ſummos dolores ſentiebat. 129.1.c ſingularis deuotio erga vulnus lateris Chriſti. 183.1.2
Philippicus gener Mauritij Imp. viaticum accepit, vbi occidit eum. 461.2.d
Philippes Aguerius minorita dolores quinque vulnerum paſſus fuit, quaſi vulneribus eſſet affectus. 297.2.d
Philippus Bonus Burgondiæ Rex ſuo exemplo effecit, vt plerique nobiles comas raderent. 293.1.d
Philippus II Hiſpaniar. Rex diuino beneplacito ſuam mortem transferebat. 68.2.c flagellum Patris ſui Caroli Cæſaris tradidit Philippo tertio filio ſuo 134.1.a in vità & morte ſummam patientiam exercuit. 482.2.d miniſter quidam mortuus eſt ex dolore, quod ab amico leniter accuſaretur. 76.2.a
Philippus II. cum cruce mori & in vmbrâ crucis obdormire voluit. 429.2.b morituri non alia vox fuit, quam Chriſti, *non mea, ſed tua voluntas fiat.* 477.2.d
Philippus III. flagello aui ſui Caroli Cæſaris ſæpè ſe flagellabat. 134.1.b
S. Philippus Nerius ſatagebat cum Chriſto pati & pro Chriſto ſanguinem fundere, vt ſæpè fudit ex amore. 25.1.a per ſpinas ad cælum tendi, docuit quemdam in viſione. 146.2.d ægrè tulit, S. Carolum Borromæum exiguo cibo & ieiunijs ſibi vitam abbreuiaſſe. 189.1.d vitæ tædio, & moriendi deſiderio ſummo erat 454.1.d
S. Philippi Apoſtoli agilitas. 583.2.d
B. Philippi Benitij verba vltima de peracto vitæ ſuæ curſu 271.2.2
Philippi IV Hiſpaniarum Regis ſingularis pietas in ſacrificium Miſſæ. 335.2.a
Philoſophus quidam Chriſtianus docuit ſuum diſcipulum calumniatoribus benefacere. 97.2.d
Pythagoras cur bona nomina hominibus imponenda dixit, & cur. 371.1.c ſcitum & dictum olim: *Ad Deum fuge.* 535.1.d
Picus Mirandulanus de datâ homini habitatione à Deo quæſtionem inſtituit, ſed non reſoluit. 375.1.d
Pilatus cur Chriſtum tam laborioſè examinauerit de regno, prætermiſſis alijs, quæ obijciebantur. 113.2.d & ſeqq. quibus modis & medijs conatus Chriſtum liberare. 124.1.a & ſeqq. cur foras extulerit Ieſum populo oſtenſurus. 156.1.c & ſeqq cur iuſſerit titulum Chriſti ad crucem affigi tribus linguis, & Latinam poſuerit infimo loco. 126.1.c.d cur noluerit eum mutare ad petitionem Iudæorum. 228.1.d & ſeqq. Chriſti Domini Tunicâ inconſutili indutus placauit aliquoties iram Tiberij Cæſaris 356.1.a,b eius duplex peccatum in mittendo Chriſto ad Herodem. 114.2.d ſententiæ atrocitas, quâ Chriſtum innocentem damnauit. 160.1.a & ſeqq.
Piſces ſignum Zodiaci, & quando Sol iuſtitiæ in illo fuerit. 444.2.b
Pius quintus maximè patiens fuit in extremo vitæ & doloribus calculi. 482.2.b ſalutationi Angelicæ addidit hanc clauſulam: *Nunc & in horâ mortis noſtræ.* 522.2.d
Planilla Paulo Apoſt. ad mortem eunti velamen capitis ſui tradidit pro obuelanda facie. 179.1.b
Platanus arbor ſterilis ex alio orbe petitur & vino enutritur propter vmbram. 426.2.e
Plato iracundiam dixit muliebrem. 37.1.d dixit ſimilitudinem eſſe matrem amoris. 40.2.e
Plato Studita pugnis & alapis cædi petiit, & alacriter tulit. 87.2.d 88.1.a
Podagræ dolores à quibus conſtantiſſimè tolerati. 34.1.d
Poetæ cur finxerint Cupidinem à Nimphis ſtellis affixum in pœnam ſcelerum. 215.1.c
Poli arcticus & antarcticus ſibi oppoſiti ſunt Crux & diadema. 420.2.d
Polyphemus ab Vlyſſe excæcatus & circumuentus. 51.2.d
Polonica mulier filiolum ad agmen ſe verberantium mittendo multos ad ſui Corporis caſtigationem mouit. 137.1.c
Pomum Paradiſi repræſentat imaginem crucifixi. 13.2.d
Poma ſunt in regno Granatenſi, quæ quomodocumque inciſa exhibent imaginem Crucis. 13.1.b
Pontifices in ſuis inſignibus crucem poſuerunt, & quando? 362.2.e in primitiuâ Eccleſiâ diplomata & bullas cruce obſignabant. 391.2.c
Popilius Lenas ingratiſſimus in Ciceronem. 74.2.d
Poppeæ Sabinæ ſuccinos capillos reliquæ mulieres Romanæ imitabantur. 293.1.d
S. Porphyrius æger curatur ferendâ cruce Chriſti. 171.1.c
Prædeſtinationis maximum ſignum eſt grata memoria Chriſti patientis. 434.2.d & ſeqq. ſignum hoc probatur ex auctoritate S. Scripturæ 435.1.a Idem probatur ex reuelationibus. 436.1.e Idem probatur ex rationibus. 437.1.e Probatur ex auctoritate SS. Patrum. 438.1.b & ſeqq. prædeſtinatio duplex eſt, vna ad crucem, & altera ad gloriam. 437.2.e prædeſtinatur homo ante ad crucem, quam ad gloriam, & quare? 437.2.d prædeſtinationis ſigna & notæ, & quæ illa ſint. 439.1.c.d
Prætorii Pilati deſcriptio. 112.2.a
Primiſlaus Rex Danorum in clypeo imaginem D. Virginis geſtare ſolitus. 524.1.b
Prior quidam fiduciarios docens hominem non poſſe carnem ſuam Caſtigare, nec Chriſtum velle eam imitationem ſui, quâ homo ſe affligeret & pateretur, refellitur & eius rationes refutantur. 20.2.c & ſeqq.
Procopius ferè modo, quo Paulus, ad fidem conuerſus pretioſas cruces ex auro & argento ſibi fieri curauit. 313.1.a ex perſecutore crucis quomodo ſit factus amator crucis. 330.2.c
Proteus in continua mutatione. 35.2.a
Puella Hiſpana mundo valedicit viſo Chriſti fluente ſanguine. 159.1.d
Pulſus æris campani in meridie horâ duodecimâ cur inſtitutus. 329.2.d
Purpura indumentum regium ex antiquo fuit. 358.1.a
Purpuratus veſtitus cur & quando à Pontificibus Romanis conceſſus fuerit S.R.E. Cardinalibus. 358.1.a,b,c
Purpureo atramento ſcribere, cur lege Imperatoriâ ſit capitale. 414.2.a

Q.

QVadragenarius numerus eſt in honore, & à Deo in multis conſecratus. 457.2.c
S. Quintini cadauer ſplendorem ſummum emiſit. 578.2.a
S. Quirini Martyris reliquiæ è flumine emergunt ſponte ſuâ. 588.2.a

R.

RAdbodus Epiſc. Tornacenſis monet populum ad detondendos capillos, quorum nimiâ curâ putabatur grauiùs. 109.1.d
B. Radegundis Regina Franciæ tres ferreos circulos, & tot catenas corpori adſtringebat. 81.2.d crucifixi effigiem corpori ſuo inuſſit. 393.2.a

Ray-

Digitized by Google

Raymundus Capuanus vidit faciem Chriſti in vultu B. Catharinæ Senenſis. 181.1.d
S. Raymondus de pennâ forti moritur incipiens pſalmum.19. 504.2.c
Raymondus Lullus ingenti deſiderio moriendi & cum Chriſto viuendi ardebat. 455.1.c
S. Rainaldi corpus integrum & illæſum à morte. 572.2.a
Raingarda amplexum crucifixi non dimiſit niſi cum vitæ ſpiritu. 531.1.d
Rayoerus à Burgo per ſex horarum interualla ſe verberabat, & quam hoc Deo placuerit. 135.1.c
Raphaëlis Mirami mirabile Horologium Sciothericum. 343.a.c
Rebecca Typus Mariæ Virginis. 589.1.a,b,c,d cur multa agenda fuerint ante, quam Iacobo obtineret benedictionem. 27.2.b
Recidiuæ ſupplicia & damna narrantur. 564.1.d & ſeqq. ſupplicium ſumitur de quodam iuuene. 585.2.b
Recidinarum & relapſuum quæ ſint cauſæ. 565.1.d & ſeqq.
Rei apud Iudæos nudi rapiebantur ad lucum ſupplicij & flagellabantur in viâ. 164.1.b
Reginaldus Polus Card. quam conſtanter contempſerit mortem ſibi ab Henrico VIII. intentatam. 161.2.b Crucem ſibi à famulo præferri ſublatam ſuis manibus propalam portauit. 172.2.c
Reginaldi de Côcij amor erga alienam vxorem, & qualis vtriuſque tum amantis tum amatæ exitus. 64.2.d
Regium diadema erat olim linea faſcia. 414.1.b
Reges olim ſupplices ſceptru tangebant in ſignum fauoris. 154.1.a
Reges quidam ac Principes medentur diuerſis morbis, & quinam illi. 399.2.c
Regis ad exemplum totus componitur orbis. 293.1.c & ſeqq.
Regum diuerſæ teſſeræ ſcutariæ & honorum inſignia. 295.2.d
Regibus Orientalibus in more erat, conſilia ſua arcanis myſterijs velare. 539.2.c
S. Reguli Epiſcopi mulus capit refugium ad vmbram Crucis. 427.2.d
Relatio Phyſica inter Mariam & Ioannem fueritne nata ex verbis Chriſti in cruce. 235.1.a
Religio vnde dicta. 80.1.c illa eſt ſcola, in quâ diſcitur ſcientia faciendi crucifixos. 210.1.b
Remedia contra inſtabilitatem in bono. 36.2.c & ſeq.
Renouatio in nouum hominem ſymbolicè exhibetur per animantia aëris, aquæ & terræ. 2. & ſeq.1.b
Renouatio mentis homini neceſſaria, vti & renouantur, regna, vrbes, templa, &c. 5.2.c
Renouatio mentis portentoſa in peccatore quodam. 8.1.a
Renouatio in nouum hominem quomodo ſit inſtituenda. 17.1.a.b & ſeqq.
Renouatio in nouum hominem ſymbolice per animãtia exhibetur in aëre, aquâ & terra 13.1.b.c
Reprobationis maximum ſignum eſt luxuria, & quare? 439.2.b & ſeqq.
Reſpectus humanus eſt quaſi cynoſura, ad quam homines ſe conformant in actionibus & omiſſionibus. 236.2.a radicatur in tribus, ſcilicet in amicitiâ cum hominibus, in affectu inordinato ad proprium honorem, & in cognatione ſtirpis. ibid.c,d
de Reſpectu humano variorum iudicium. 236.2.b & ſeqq.
Reſignationis ſui in voluntatem diuinam in obeundâ morte ſtatuuntur tres gradus, & qui ſint iſti. 474.2.b & ſeqq.
Reſurgens Chriſtus reliquit linteamina in ſepulchrô in teſtimonium reſurrectionis, & non tranſlationis. 155.2.b
Reſurgens Chriſtus ſeruauit in corpore cicatrices ſeu ſtigmata quinque vulnerum, & quare? 555.2.c & ſeqq.
Reſurgens homo in nouam vitam mox exemplo Chriſti ſe conferre debet ad Deiparam. 560.1.d & ſeqq.
Reſurrectio Chriſti non fuit in dubio apud Ioſephum & Nicodemum, vt aliqui putarunt. 545.2.d reſurrectio Chriſti quomodo ſit propter iuſtificationem noſtram. 558.2.c,d reſurrectio Chriſti quid requirat à nouo homine. 557.1.a.b reſurrectio Chriſti eſt forma noſtræ reſurrectionis. 561.2.d
Reſurrectio Samuelis non fuit vera reſurrectio, nec homini nouo eſt imitanda. 557.1.c
Reſurrectio Lazari fuit vera, non tamen homini nouo eſt imitanda. 557.2.b
Reſurrectio ſpiritualis & mirabilis narratur de quodam iuuene Helenopolitano. 559.2.c & ſeqq.
Reſurrectio nouo homini quomodo adornanda ſit, traditur ab auibus 559.1.a,b,c,d
Reſurrectionis Chriſti præclara œconomia. 555.1.d & ſeqq.
Reſurrectionis veræ norma quæ homini nouo eſt imitanda. 558.1.d & ſeqq.
Reſurrectionis glorioſæ ſunt quatuor dotes, impaſſibilitas, agilitas, ſubtilitas, & claritas. 582.1.c
Reſurrectionis diem cur Chriſtus vocarit diem ſuum ſpecialiter? 554.1.d & ſeqq.
Reſurrectionis dies, quomodo ſit dies, quam fecit Dominus. 554.2.b,c,d & ſeqq.
Reſurrectionis ſymbola in auibus & piſce. 557.2.d & ſeqq.
Rhodogunes vultus cur in Sigillo Perſarum ponetetur. 389.2.a
S. Richardus Epiſc. Ciceſtrenſis in inuocatione D. Virginis moritur. 524.1.d
Richmuodis Virgo in ſpiritu vidit Chriſtum in domo Caypha. 89.2.c
B. Rita de Caſſia indies tribus vicibus ſe ferreâ catenulâ verberabat. 135.2.b per totam vitam ſummos dolores optauit & ſenſit è ſpinâ in frontem eius immiſsâ ex corona crucifixi. 151.1.d à contemplatione paſſionis Chriſti non ceſſabat. 311.2.d
Riua Vir ſenex precibus S. Patricij iuuenilem vigorem recuperauit. 4.1.b
Robertus Bellarminus in ipſa morte trigeſies pronuntiauit nomen IESV. 520.2.a quam piè veneratus fuerit crucē in extremis? 531.1.a eiuſdē Teſtamentū pium & iuſtum. 470.1.d.& ſeqq.
Robertus Aquinas opinatur Chriſtum in monte Caluariæ deuotò flexis genibus ſe patri obtuliſſe, 198.1.a
Robertus de Arbicello ſundauit Ordinem Fontis ebrardi in honorem Deiparæ & S. Ioannis Virginum. 255.1.c
Robertus Guiſcardus in Italiam veniens inuenit mirabilem ſtatuam, quâ Chriſtus in cruce moriens deſignatur. 265.2.c
Robertus Rex 160. pauperibus quâlibet feriâ quintâ pedes lauabat, capillis tergebat, & eleēmoſynam dabat. 59.1.d
Robertus Salentinus ex Ordine Cæleſtinorum ſe diu è cruce ligneâ ſuſpendebat brachiis intra funes immiſſis ad vtrumque crucis latus. 211.1.d brachijs extenſis emoritur. 531.2.c
S. Rochus natus eſt cum cruce variis coloribus diſtinctâ. 392.2.c
Rodericus Toletus ſub cruce euaſit hoſtem in prælio. 429.1.d
Rodeſindi Epiſc. Symbolum erat Crucifixus medius

inter ſpeculum & circinum, & hoc ſymbolum explicatur. 367.2.a
Rogerius Anſchuretta petit ab Abbate ſibi iuberi mortem, vt eam ex obedientiâ oppetat, & oppetijt ſummo cum merito. 516.1.d
S. Romanus gaudebat Virgis & flagris ſibi corpus diſcerari. 130.1.d
Romani, homines totos nudos in Crucem agere ſoliti. 191.2.c pietatem in Numiſmate, ponebant orantem manibus habitu crucifixi extenſis. 213.2.d crucifragium habebant diſtinctum ſupplicij genus à cruce. 273.2.b aliqui in annuli palâ cor aut amorê Iconi inſidentem habebant inſculptum, & quare? 388.2.d quandonam libros congregare, & bibliothecam inſtruere cœperint. 403.2.d quanti fecerint vmbrarum blandimentum. 426.2.c erant ſoliti conducere mulieres præficas ad lamentabilem cantum. 485.1.d reos læſæ Maieſtatis relinquebant inſepultos. 546.2.d tempore Gregorij Magni cur poſt Paſcha fuerint malâ peſte mulctati. 564.1.d
Romano militi licitum erat ſuum teſtamentum ſcribere ſanguine ſuper vaginam aut ſcutum. 416.2.c
S. Rumualdus Abbas ab impudico iuuene accuſatur, & à ſuo conuentu ad ignes condemnatur. 95.2.d qualem benedictionem ſuis impertiuerit in morte? 481.2.b inflictas alapas quomodo Deus punierit. 84.2.d
S. Romula in morte viaticum petijt & obtinuit. 462.2.a
Roſa à S. Mariâ ex argenti laminâ coronam cum 90. aculeis ſuctô ſuit & in ipſa morte geſtauit. 152.2.a omnibus diebus veneris ante nocturnam quietem hauſtum fellis ſumebat. 188.2.b
B. Roſolia in ſolitudine crucifixi effigiem vnicè fuit venerata. 311.2.a
Rudiſindus Epiſc. Compoſtellanus quid voluerit docere per ſuam ſcutariam teſſeram, in quâ ea parte crucis vno latere ſpeculum, & altero circinus pendebat. 211.1.b
Rudolphus I Imp. Auſtriacus veſtitu non differebat à plebeio. 139.1.c. iuramentum Principum exceptiurus loco ſceptri Crucem manu tenuit. 314.2.a per crucem præclaram victoriâ potitus eſt. 429.2.a
Rudolphus II. Imp. quam fortiter ſitim vicerit? 260.1.b
Rudolphus Ciſtercienſis in viſu videt plures cum Chriſto crucifixos, & per quid fuerint crucifixi. 208.2.c
Rufinæ & Secundæ ſororum conſtantia in martyrio. 485.2.b
Rupertus Rex Romanorum virtutem extremæ vnctionis cognouit ex precibus, quæ dicuntur in adminiſtratione eiuſdem. 498.2.d
Rupertus Tuitienſis recuſat Sacerdotium, ſed illud deinde admittit à Chriſto excitatus. 182.1.d

S.

S. SAbinus pro tyranno orauit in tormentis. 249.2.c
Sacerdos quidam è Soc. Ieſu falſam accuſationem conſtanter tulit. 98.1.a
Sacerdos cur in Miſſâ veſtiat veſte albâ & ſuper eam caſulâ. 138.2.c d
Sacerdos Romanus quantus fuerit crucifixi amator, oſtendit eius cor poſt mortem deprehenſum ad pedem imaginis crucifixi. 209.1.c
Sacerdos in Miſſa repræſentat Chriſti perſonam, & in ornamentis paſſionem eius. 298.2.a
Sacerdos veteris teſtamenti in veſte poderis geſtabat totum orbem terrarum. 416.1.d
Sacerdos Lemouicenſis Epiſc. Patrem in vitam reuocauit, vt Eucharistiam ipſi impertiret. 460.1.a
Sacerdos quilibet, etiam ex communicatus poteſt miniſtrare viaticum in neceſſitate. 464.2.b.c
Sacerdotes cur ſtolâ conforment in modum crucis. 356.2.d
Sacerdotes cur in miſſa veſtiantur veſtibus Chriſtum patientem repræſentantibus. 357.2.c
Sacerdotalis pileus cur cruciformis. 429.1.b
Sacramentum Miraculoſum vvalburnenſe. 199.2.d
Sacramenti Crauemburgenſis mirabilis hiſtoria. 61.2.d
Sacramenti Lakenſis hiſtoria. 62.2.c.d
Sacramenta Eccleſiæ fluxerunt ex vulnere lateris Chriſti. 338.2.d & ſeqq.
Sagittæ in morem radiorum olim capiti in pagodâ circumponebantur. 141.2.b
Sagittarius ſignum Zodiaci, & quando Chriſtus ſol iuſtitiæ in illo ſit. 443.2.c
Saladinus rex Ægypti moriturus interulam, in quâ ſepeliendus erat, iuſſit per caſtra circumferri præeunte & clamante præcone, quod nil aliud ſecum eſſet delaturus. 495.2.c
Saliua hominis malè temperati eſt venefica. 102.2.c
Salomon Sauromitidem quomodo laudauerit in Canticis. 339.1.c ſibi ædificauit magnificum domiciliû, & aliam domum refrigerij. 373.2.d
Saluator Canianenſis Capuccinus quomodo permanſerit in cruce religionis, quam deſerere meditabatur. 238.2.a
Samaritana monialis moritur imperante Catharinâ Bononienſe in virtute S. obedientiæ. 517.1.d
Sampſon funibus ligatus & eos perfregit. 78.2.c Chriſti typus, & eius nomen idem eſt quod paruus ſol. 442.1.b
Samuel ab æmulis à principatu amotus interceſſit pro ipſis. 248.1.a eius agilitas commendatur. 581.2.b
Sancia Carillia crucem Chriſti portare optauit & portauit. 31.2.d dolores vulnerum Chriſti quaſi intolerabiles ſenſit. 304.2.c intellecto, ſe adhuc anno victuram, quantum lacrymata fuerit. 457.1.b optauit per plateas inſtar pecudis raptari, & voti ſui facta eſt compos poſt mortem. 540.1.d
Sanchius Rex filio ſuo narrare ſolitus horrendam hiſtoriam Monialis Angliæ fugam è clauſtro meditantis. 223.2.b
Sanguis Chriſti purificat & dealbat. 275.2.d vnde habeat vim illam dealbandi. 276.1.a
Sanguis & aqua quid effluxerint ex aperto latere Chriſti. 273.2.d & ſeq.
Sanguis & aqua fluxerintne è latere Chriſti diuiſim an mixtim? 278.2.b
Sanguinis & aquæ de Chriſti latere fluentium myſterium. 278.2.c
Sanguinis Abeli & Chriſti alia vox & clamor. 246.2.c
Sapores Perſa ſummè conſtans fuit in bono, & in eo perſeuerauit etiam inter maximas ærumnas. 566.2.d
Sapientes Ægyptij & Hæbræi ſolebant vti occultis ſignis. 339.2.a
S. Sara annis 60. non vidit fluuium proximum ne voluptate eiuſdem frueretur. 508.1.d
Satan cur ſuper brachium ſiniſtrum crucis morienti Chriſto aſtiterit. 266.1.d
Satyrus frater S. Ambroſij nauigaturus viaticum collo appendit, cum illud, vtpote catechumenus, ſumere non poſſet. 462.1.a
Saturus regis Hungarici procurator precibus vxoris, &

Digitized by Google

& pauperie Recti non potuit ad amplectendum Arrianiſmum. 455.2.d
Saxones fugere ſoliti crucem, vbi foralia & ciuitates nouiter ædificantur. 450.1.d
Scorpius ſignum Zodiaci, in quo & Chriſtus ſol iuſtitiæ fuit. 443.2.d
Scriptor quiſque reprehenſus fuit in aliquo. 417.2.b
Scriptores per ſuos libros proſunt à morte, & magis quam concionatores, & quâ mercede? 541.1.b.c.d
Scriptura ſacra per allegorias, figuras, & ænigmatum nebulas conſcripta. 415.1.c
S. Sebaſtianus ſub titulo Chriſtianitatis, fuit palo alligatus. 230.2.d
Sebaſtianus Barradius ad ſanguineum imbrem ſe flagellabat. 132.2.c
Sebaſtianus à Gratterio Capuccinus flagellatione ſui corporis tingebat locum circumquaque ſanguine. 233.2.a vidit in ſacro Chriſtum à Pilato præſentatum cum verbis, *Ecce homo.* 158.2.d
Sebaſtianus Del Campo Soc. IESV inter concionandū facie lucere ſolitus. 378.1.c
Sebaſtianus Tuccius per ſingulas noctes ſolitus ſe affligere in manibus, pedibus, ac latere. 293.2.d
Secundæ & Rufinæ ſororum conſtantia in martyrio. 485.1.b
Secundinus Aſtenſis quâdam nocte vſque ad matutinum ſe flagellauit. 133.1.b
Semenda eſt auis Indica, quæ eſt ſymbolum reſurrectionis. 558.1.a
Seneca moriens amicis imaginem vitæ ſuæ reliquit pro teſtamento. 57.2.d quid ſenſerit de morte optandâ & deſiderandâ. 432.1.d Teſtamentum. 416.2.b
Senecio homo auarus mortuus fuit habens ſecum in lecto marſupium plenum nummis, & crumenam brachio alligatam. 495.2.c
Senum dementia eſt varia in fingendâ minore ætate, quam habeant. 449.1.d
Senibus duobus ſenilis ſqualor in iuuenilem vultum mutatur. 3.1.d
Sententiam Pilati Chriſtus flexis genibus & manuverè acceptauit. 161.1.c
Sepeliri cum Chriſto nouus homo & poteſt & debet, idque duplici viâ. 549.2.d & ſeqq. & conſepultorum Chriſto exempla aliquot. 550.1.d.2.a.b
Sepulchrales aues vnde ſic dictæ. 549.1.c
Sepulchrum Chriſti Domini vbi & quomodo ſitum. 547.1.d. & ſeqq. quomodo parandum in corde noui hominis. 549.1.b.c in quanto cultu & veneratione. 551.2.b.c à S. Helena detectum, & à variis tum Pontificibus, tum principibus recuperatum fuit. 551.2.d & ſeqq. perſtitit Saracenis Ieroſolymâ potientibus. 552.1.a à quibus, etiam Chriſtianis ſeruetur in honore? 553.1.b.c nouo homini quomodo in cultu eſſe poſſit & debeat. 555.1.c.d elogium. 554.1.b
Sepultura Chriſti fuit in lotione, vnctione & in aliis iuxta morem & ritum Iudæorum. 542.1.d & ſeqq. cur in horto. 546.1.b. & ſeqq. quibus de cauſis fuerit in alieno loco. 546.2.b & ſeqq. paranda eſt in corde noſtro humano. 548.1.d
Sepultura Chriſtiani ſit, vt facies ſit verſus Orientem, & brachia diſpoſita in formam crucis, & quare? 551.2.d
Sepultura mortuorum non ſine merito curatur. 544.2.c & ſeqq.
Sepulturam fidelium negligere an & quando ſit peccatum mortale. 545.2.b
Sepulturâ carere velut magnum detrimentum æſtimabant gentiles. 546.2.a
Seraphina Romana quâlibet feriâ ſextâ fel guſtare ſolita. 189.1.a conſueuerat omni feriâ ſextâ acetum bibere. 264.1.b
S. Serapion Sindonius, omnibus ſe, & etiam amictu expoliauit, & de exſpoliante rogatus, monſtrauit Euãgelium. 190.1.a
Serena à Maximiniano coniuge imperatore necata. 77.1.b
Serpens cum pelle ſenectam exuens eſt homini imitandus. 2.& ſeq.d
Serpens Æneus cur à Moſe in vaſto agro fuerit erectus. 308.1.c fuit figura Chriſti in cruce pendentis. 341.2.a.b
Serpentis verſutia in exuendâ vetere pelle eſt homini imitanda. 3.1.a
Serpentum ictus & venena à quibus aliquando curata. 396.2.c
B. Seruatius creditur fuiſſe, qui S. Gerlaco viaticum tulit. 459.2.b
S. Seuerinus Abbas ante mortem ſuum fidelem amicum Fauſtū, & Vitalem diſcipulum Paſchaſio & Viſino commendauit. 489.2.a
Sibyllina de Paduâ quam acriter ſe quotidie flagellare ſolita. 135.2.a
Sigericus Rex à Patre interemptus. 76.2.d
Signaculum ſpirituale, de quo in canticis applicandum eſt cordi, memoriæ, intellectui, & voluntati. 390.1.c.d
Signaculum ſpirituale quomodo ponendum ſit ſuper brachium. 591.1.a
Signum quod & quale fuerit, quo ſerui Dei ſignantur in Apocalypſi. 433.1.b
Silentium Chriſtus à quodam viro ſancto petit in gratitudinem pro beneficio ſuæ paſſionis. 97.2.b
Silentij Chriſti coram Herode ſunt variæ cauſæ, & quæ. 129.1.b
B. Silucrius Papa per iniuſtam accuſationem & ſententiam in Inſulam Pontiam ablegatus. 229.1.d.2.a.b
Syluester Landinus cæleſti lumine ſæpe fulgere viſus eſt. 578.1.c
B. Silueſter Silueſtrinorum fundator accepit alapam ſine vllo motus alicuius ſigno. 87.1.d
Simeon mortem optauit viſo Chriſto. 432.2.d
Simeon filius Cleophæ vir centum & viginti annorum crucis dolores fortiter tolerauit. 212.1.d
S. Simeon Epiſc. Treuirenſis in vltimis diebus quieſcere voluit, vt contemplationi daret. 502.2.d
Similes ſibi in paſſionibus & perfectionibus Chriſtus amat. 41.1.b.c.d
Similitudo, quâ homo Chriſto eſt ſimilis, maxima perfectio hominis. 40.1.b.c.d Similitudo cauſa amoris. 40.2.c.ſeq.
Symmachus Papa de atrociſſimis criminibus accuſatus è ſede ſuâ eiicitur. 93.1.d
Simon Bucerius è Societate IESV catenam ferream geſtauit. 81.1.a
Simon de Caſſia examinat cauſam tanti ſudoris Chriſti in oratione ad Patrem. 69.2.d
Simon Cyrenæus crucem Chriſti portare compulſus eſt. 165.2.c cum Paulo Apoſtolo in Hiſpaniam profectus & factus Dertoſæ Epiſcopus ſanctè vixit. 166.1.a tuleritne crucem Chriſti ſolus poſt Chriſtum, an ſimul cum Chriſto. 166.1.b
Simon Rodericius è Soc. IESV ſibi in pectore ferro vulnus ſculpſit. 285.1.a
Simon ſtylites ſubinde genu flexit 1240. vicibus. 67.1.a
Simon Valentinus miraculis clarus & quâuis feriâ ſextâ viam, quâ rei ad ſupplicium duci ſolebant, tranſi-

 reſo-

re ſolitus meditando Chriſtum baiulum Crucis. 175.1.a anniuerſario die dominicæ paſſionis acetū felle mixtum bibere conſuetus. 187.2.d

Sindon ſepulchralis eſt liber Chriſti patientis. 412. 2.d comparatur libro, in quo Chriſtus deſcriptus eſt 413.1.a cur aptiſſima materia, in quā Chriſtus librum ſuæ paſſionis ſcriberet. 414.1.d

S. Sindonis liber lectus monet ad patiendum pro Chriſto. 418.1.a,b.c

Sindones, quibus corpus Chriſti defuncti inuolutum fuit, adhuc hodie extant & vbi. 12.2.a

Sionius & Sanguimius reges ad fidem conuerſi ligneā crucem humeris portarunt in montem loco templi futuram Incolis venerationi. 172.2.b

S. Siſinnius feriā ſextā non niſi ſemel vbera ſugebat. 327.2.d centies & vicies in acie fuit, & quadraginta quinque vulnera pectore aduerſo excepit. 369.2.c

Sitim per vulnera, & effuſionem ſanguinis & tormenta excitari, ratione & exemplis demonſtratur. 259. a.b.c & ſeqq.

Siti ſuā Chriſtus Dominus quid & quantum ſitierit. 260 1.c d

Sixtus V. Papa ad honorem & gloriam crucis, duos obeliſcos erexit. 410.1.b

Smindyria adoleſcens iactabat ſe 20. annis ſolem nec orientem, nec occidentem vidiſſe. 508.2.b

Societatis Ieſu conſtitutionum proœmio, commendatur nouitas vitæ. 18 1 a

Societas IESV in ſigillo habet crucem nomini IESV inſiſtentem. 391.2.d

Socrates cæteris ignominiam ſuſtolit iurando. 39.2. d.164.2.b à Platone inducitur diſputans ſub vmbra Platani. 426.2.d quid reſponderit petenti, quomodo vellet ſepeliri. 548.1.b

Sodalis quidam Moguntinus ſibi crucem iuſſit, & quare? 393.1.c

Sodalis Neapolitanus in exhauriendā amarā potione, quantam vim ſibi fecerit. 487.2.c

Sodalis quidam Attrebatenſis in ſtabulo & in terrā moriens petiit. 494.2 c

Sodalis quidam Duacenſis nudus in terrā mortuus fuit. 494.2.d

Sodalis cuiuſdam Auguſtani meditatio in hebdomadâ maiore qualis fuerit. 347.2.a

Sol ſymbolum immutabilitatis. 36 1.d

Solis & Chriſti præclara Analogia. 441.1.d & ſeq.

Solitarius ſenex ab hominibus deſertus, viſitatur ab Angelis. 513 2.b

Solitudo nobis exemplo Chriſti quærenda eſt in morte. 501.2.d & ſeqq.

Solitudo ſine ſolitudine eſt illi, qui cum Deo viuit, & ſeorſim ab hominibus de ſalute ſuā cogitat. 501.2.d, & ſeqq.

Solon etiam iam morti vicinus cupiebat aliquid addiſcere. 491 1.d

S. Sophiæ templum quantis ſumptibus extructum à Iuſtiniano Imper. 544.1.b

Spartiatæ ſanguinem ſeruare ſoliti, vt eo victorias ſcriberent. 414.2.c

Spes præmij virtutis incitamentum. 38.2.b

Spe mercedis Chriſtus diſcipulos animauit ad patiendum. 38 2 d

Spina coronæ Chriſti in Inſulā Rhodo eā horā, quā Chriſtus eſt crucifixus, rubebat & floſculum producebat. 145.1.a

Spina coronæ ſeruatur Donauerdæ, quæ quotannis feriā ſextā Paraſceues ſanguineis guttis rubeſcere videtur. 145.1,b

Spina vna in Oppido Montoni quotannis die paſſionis floret. 145.1.c

Spina in Eccleſia Cathedrali agri Tiphernatis habet agglutinatum capillum Chriſti, & hæc in die Paraſceues & horā coronationis vireſcit & ſanguis rubeſcit. 145.1.d

Spinæ coronæ Chriſti ſuam viriditatem perdiu retinuerunt. 140.2.c

Spinæ duæ ſeruantur Coloniæ in Eccleſiā graduum, B.V. Mariæ. 145.1.d

Spinarum vna ex coronā Chriſti Attrebati ſeruatur, & quanta illa ſit. 141.1.b

Spinarum numerus in coronā Chriſti inquiritur. 142. 1.b

Spinas patiendas volentibus Chriſto potiri, docetur Virgo quædam, cui Chriſtus ſpinis cinctus apparuit 147.1.d

Spinea corona peruaſit intimas medullas cerebri Chriſti. 141.1 b quam profundè capiti infixa, & qualis fuerit. 141.2.c,d an Capiti Chriſti tantum ſemel impoſita, an verò ſemel detracta, & iterum impoſita. 142.1.d fueritne contexta ex iuncis marinis, an ex rhamno, an ex ſpinis, an ex alio frutice aculeato. 142.2.c & ſeqq. quomodo ad poſteritatem peruenerit. 143.2.d in æde S. Sophiæ cæcum, ſurdum & mutum curauit 144.2.a quamuis per ludibrium capiti Chriſti impoſita, non tamen myſteriis caruit, & quibus. 145.2.d & ſeqq.

Spinea corona à Tyrannis impoſita multis Martyribus, & quibus. 149.1.c & ſeqq.

Spineæ coronæ tam atrox tormentum fuit, vt Chriſtus ediderit velut morituri ſuſpiria. 141.1.b effigies in Chriſti capite rutilans cæleſti ſplendore aliquando conſpecta. 141 2.a feſtum multis locis inſtitutum eſt, & huic feſto ſe opponentes quomodo puniti ſint. 145 2.a.b.c

S Spiridion vno colapho accepto petiit alterum. 87. 1.c

Spongia, quæ Chriſto ſitienti fuit oblata, eſt materia diſputationis propter diuerſas locutiones Euangeliſtarum. 261.1.a

Spongia, quā Chriſtus potatus fuit in cruce, eſt in ſummā veneratione, & in quibus locis. 261.2.d

Spongiæ natura exponitur. 261.2.a

Spuere in faciem grauiſſimum contumeliæ genus. & ſupplicium olim in lege iuſſum, & quibus de cauſis. 101.2.c

Spuentium in faciem Chriſti pœna & qualis in poſteros ipſorum redundarit. 102 1.2.b

Sputa, quibus Chriſtus conſputus eſt, à Prophetis & Sybilla ſunt prædicta. 102.2 a.b.c

Sputa quot vicibus in Chriſti faciem miſſa. 103.1.c

Staniſlaus Grodicius è Soc. IESV conſputus ab hæretico noluit de eo vindictam. 103.2.c

Staniſlaus Hoſius Card. morti vicinus ſibi os verberauit in memoriam alapæ Chriſti. 88 2.b corpus ſuum verberabat nodoſis funibus & pungentibus ſpinis. 131.2.c in morte ſe pulchrè reſignat in voluntatem Dei. 477.2.d decantare ſolebat: *O Crux aue ſpes vnica.* 529.1.c mira abſtinentia etiam in morbo. 263.2.b

B. Staniſlaus Koſtka ab Angelis communicatur præſente S. Barbarā, quam inuocarat. 439.2.c altero ante mortem die humi decumbere petiit. 494.2.a vſque ad finem vitæ inclamauit nomen IESV. 520.1.d ſubinde è facie lucem emittebat. 578.1.a

Statua quædam Chriſtum morientem mirè deſignat. 265.2.c

Stellæ, quæ in Apocalipſi à Ioanne viſæ ſunt in manu filij hominis, intelliguntur eſſe gemmæ annulis inſitæ. 389.2.c

Stellā & ligno nauis ad portum appellit ſalua. In antelo quio.

Stephanus

Stephana Seraphina ex tertio Ordine Minimorum tribus vltimis diebus quadrageſimæ ſolum fel ſumere ſolebat. 188.1.d à Cœna Domini vſque ad finem ſabbathi ſancti non niſi fel guſtabat. 328.2.e
B. Stephana Soncinas copioſas lacrymas fundere ſolita. 71.1.e ſigna coronæ ſpineæ geſtauit profundè Capiti ſuo impreſſa. 152.1.e quinque rubicundis notis in manibus, pedibus & latere ſignata fuit. 300.2.d mori optabat præ timore offendendi Deum, quem amabat. 456.1.d Crucifixus amplexus eſt. 315.2.e
S. Stephanus per falſos teſtes accuſatus & lapidatus fuit. 91.2.a.b à D. Virgine confortatus inter lapides. 243.1.d In morte nomen IESV inuocauit. 519.2.d martyrium & oratio pro inimicis. 248.1.d. & ſeqq.
Stephanus Abbas Chriſto confixus cruci viſus eſt. 18.2.d. pro contumeliis gratias reddere ſolitus. 115.1.e
S. Stephanus epiſc. Dienſis, cum eſſet infans, feriis lactia recuſabat ſugere. 327.2.e
S. Stephanus Hungarorum Rex ſibi barbam à pauperibus euelli ſinit. 108.2.d Deiparæ moriens eccleſiam & regnum ſuum commendabat. 489.2.e moriturus D. Virginem piè inuocat. 524.1.c
B. Stephanus Presbyt. cum Domino confixus clauis. 222.2.e
Stephanus Turcius è Soc. IESV totum corpus flagris dilacerabat. 132.2.a
Stola ſacerdotalis quid repræſentet, & cur eius dextra pars in ſiniſtrum, & ſiniſtra in dextrum latus à ſacerdote inflectatur. 357.2.d
Stomachus cancri in capite. 30.2.e
Suarez lucernâ Crucifixi mirè illuſtratus fuit. 420.2.a vide Franciſcus Suarez.
Subtilitas donum glorioſi corporis quid ſit, & in quo conſiſtat. 584.1.d & ſeq.
Subtilitas ſpiritualis conſiſtit in penetrandis obſtaculis & difficultatibus virtutum. 185.2.d & ſeq.
Subtilitas ſpiritualis appetenda eſt. 585.2.d
Subtilitas quibuſdam conceſſa eſt in hâc vitâ quoad corpus. 587.2.d
Succus cuiuſdem herbæ Indicæ vni alicui ter renouauit florem iuuentutis. 6.2.b
Sudare ſanguinem in magno angore eſt naturale. 70.1.b
Sudauit Chriſtus in horto etiam præ lætitiâ. 70.2.b
Sudarium extat in monte S. Banariæ, cui Chriſtus impreſſit ſudantem ſuam faciem. 12.1.e
Sudor ſanguineus Chriſti cur per rotundas guttas ſeu globos deciderit. 70.1.a ex quâ cauſa. 70.1.d
Sultan Sequed Imp. Abaſſinorum ad fidem Chriſti conuerſus ſe in honorem Chriſti paſſi flagellis cecidit. 134.1.e
Sunamitis quibus de cauſis tantopere amarit vmbram dilecti. 424.1.a & ſeqq. eiuſdem Parodia de vmbra crucis. 425.1.d & ſeqq.
Superſtitioſa & ſuperuacua eſt obſeruatio certi temporis in rebus agendis, ad quas circumſtantia temporis nil conferre poteſt. 457.1.d
Suſanna Pomelia etiam in ipſo mortis limine ſolicita eſt de conuerſione mariti & liberorum educatione in catholicâ fide. 492.2.d plumeum lectum Chriſtiano non conuenire dicebat. 495.1.d
Suſannæ Mantuanæ Chriſtus apparens indulſit ſentire dolores Spineæ coronæ. 151.2.d

T.

T. Forma Crucis Chriſti. 195.2.a & ſeqq. an Tabella aliqua fuerit affixa ad imam veſtem Chriſti ferentis crucem. 165.1.b
Taciturnitas fortiſſimum telum aduerſus calumnias. 95.2.e
Taciturnitas Chriſti in domo Caiphæ ex quibus virtutibus proceſſerit. 94.2.d. 95.1.a.b.c
Taciturnitatem Chriſti in malam partem interpretatus eſt Caiphas. 95.1.d
Taprobanes incolæ alites in nauigatione duces habuerunt. 52.2.d
Taurus auis vnde nomen acceperit. 249.2.c
Taurus ſignum Zodiaci, in quo fuit Chriſtus ſol iuſtitiæ aſcendens in Cælum. 445.2.a
Taurini ſeruatur & honoratur ſindon, quâ Chriſti corpus à Ioſepho inuolutum fuit in ſepulchro. 192.1.e
Tentatio à parentibus pro impediendo ſtatu bonæ vitæ cur ſit grauiſſima. 235.1.b
Teridas Eunuchus quantum amatus ab Artaxerxe rege. 355.2.b
Tertullianus Chriſtianæ diſſuadet matrimonium cum ethnico non paſſuro illam lauare pedes pauperum. 58.1.d
Teſtamentum rectè conditur in ſtatu gratiæ, & quare. 468.2.b
Teſtamentum debet eſſe ſerium ſine iocoſis & ridiculis inſtitutionibus ac legationibus. 468.2.d
Teſtamentum condere differri non poteſt, vſque dum mors eſt in labiis. 467.2.d
Teſtamentum cruce claudere & obſignare, decent Catholicos. 391.1.c
Teſtamentum eſt impium, quo à teſtatore nihil Deo relinquitur. 467.1.b
Teſtamentum ciuis Arelatenſis, quo ipſe animam ſuam inſtituit hæredem, à iudicibus approbatum eſt, & per pauperes executioni mandatum. 471.1.d
Teſtamentum Matronæ cuiuſdam Gallicanæ pium & Diuæ Virgini gratum. 473.1.c
Teſtamentum Senecæ. 57.2.d
Teſtamentum inſanum Conni Pataniui relinquentis ſua bona primò occupantibus. 466.2.d
Teſtamentum [illegible] 539.1.d
Teſtamentum Chriſti non fuit de bonis temporalibus, quibus caruit, ſed de ſpiritualibus, quibus abundauit. 465.2.b & ſeq.
Teſtamenti nomen à Chriſto expreſſum eſt. 465.2.d
Teſtamenti Chriſti quis notarius & qui teſtes fuerint. 466.1.a
Teſtamenti Chriſtiani paradigma ſeu formula. 472.1.a & ſeqq.
Teſtamenti condendi exemplum à Chriſto nobis datum eſt. 465.1.d
Teſtamento Chriſti per vnam clauſulam excluſi ſunt Iudæi, & eorum loco ſuppoſitæ gentes. 465.2.c
Teſtamento ſuo Chriſtus poſtea in cruce codicillos adiecit. 466.2.b.c
Teſtamento Chriſtus Dominus heres inſtitui ſanctè poteſt, & quibus de cauſis? 471.2.c
Teſtamento diſponendum non eſt in pios vſus de rebus alicui debitis obnoxiis. 497.1.c
Teſtamento ab hereditate excludi non poſſunt heredes neceſſarij abſque legitimâ cauſâ. 466.2.e nec etiam liberi, quamuis religioſi & Cœlibes. ib.d
Teſtamento quidpiam alteri legandi ſunt duæ cauſæ iuſtæ, & quæ illæ? 469.1.d
Teſtamenta noſtra debent eſſe ſimilia teſtamento Chriſti, videlicet pia & ſancta, & quid ad eorum pietatem requiratur. 466.2.e & ſeqq.
Teſtamenta laudabilia variorum recenſentur. 469.1.d & ſeqq.
Teſtator in teſtamento ſuo ſeruabit mediocritatem

Digitized by Google

quoad exſequias funebres. 467.1.d

Teſtimonia falſa ad mortem Chriſto inferendam cor à Principibus ſacerdotum quæſita. 90.1.b.c

Thamæ, quæ eſt vrbs Indiæ orientalis, viſa eſt mirantis crucifixi imago, & hanc, poſtquam diſparuiſſet, quam horrenda vindicta Dei ſit ſecuta. 319. 2.d & ſeqq.

Thau quale ſignum fuerit, quod iuſſit Deus ſignari ſuper frontes Solymitarum. 435 2.d

Theobaldus Ord. Ciſterc. crucem ligneam geſtauit. 171.1.b

Theobaldus Senonenſis moriturus Petro Abbati matrem ſuam & ſpirituales filios commendauit. 489. 1.d

Theoclia Calliopium filium ad crucem ſequitur, & pendentem ſpectat & hortatur. 522.1.e

Theodelinda regina longobardorum ædificauit Eccleſiam S. Ioannis Modoëtiæ. 217 2.c

B. Theodora ſexum virilem mentita quantum ſuſtinuerit accuſata, quod meretricem prole grauidaſſet? 501 1 d.

Theodorus eremita litterarum rudis fuit tamen in ſcientiâ ſacrâ peritiſſimus. 575 2.d

Theodoſius Imperator quam ægrè tulerit euerſionem ſtatuæ vxoris ſuæ. 85.1.a quam ſtrenuè ſe in ſiti vicerit. 263.2.c

Theophilus eſt fortis & robuſtus per amorem. 38.1.b

Theophilus Imp crucem in ſignum fidei & ſecuritatis miſit ad quemdam transfugam. 430.2.b

B. Thereſia poſt mortem cuidam apparens dixit ſe nō velle reuiuiſcere, niſi, vt pateretur. 38.1.c moriēs hoc reliquit, vt oratio fiat in ſolitudine. 66.1.e quam ſeuerè in ſuum corpus flagellationibus animaduerterit. 135.1.d ſummè mouebatur conſideratione Chriſti ad columnam alligari. 137.1.d ſummū dolorem in extenſione brachij læta ſuſtinuit meditando cruciatum Chriſti in cruce extenſi. 215. 1.a clauo Chriſto ſubarrhata fuit. 223.1.e iaculo ignito ab Angelo transfixa. 283.1.e per Euchariſtiam liberatur à tentatione dæmonis. 402.2.b ad mortem omninò anhelabat, & vel ex hoc quaſi moriebatur, quod non moreretur. 455 2.d Extremam vnctionem quam ardenter petierit, & quam dignè ſuſceperit. 499 1.d ſpiritualiter fuit impaſſibilis. 570.2.a omnes difficultates quomodo peruperit. 587.1.d moriturum de periculo ſine culpâ. 100.1.d cibum ſumenti prorumpebat ſanguis ex vlcere faucium. 188.2.d moribundæ præclara admonitio ad ſuas 481.1.d agilitas ſpiritualis. 585.2.2

Thetis Achillem inuulnerabilem facere conata eſt. 568 1.b

S. Thomas Apoſtolus poſt incredulitatem conuerſus ſpecialiter vulnera Chriſti prædicauit. 591.1.b. Idem longius cæteris Apoſtolis perigrinatus eſt per Indias. 291.1.d pro ſeminando Euangelio agilitas & ſuſceptæ peregrinationes. 582.1.c.d

S. Thomas Aquinas dat rationem cur manuum & pedum confixio ſummè Chriſtum afflixerit. 202.2.e ſi quid difficile aut obſcurum in ſtudiis occurreret, ad Crucifixum, refugiebat. 315.1.b lectionibus, diſputationibus, & reſolutionibus quæſtionum ſolitus erat præmittere lectionem libri crucifixi. 409.2.b.c quid reſponderit roganti, quomodo poſſit fieri doctus. 410.1.b morti proximus viaticum ſumpſit ad terram proſtratus. 461. 1.e

Thomas Cantuarienſis ter quotidie à diacono ſuo flagellis cædebatur. 231.2.e

Thomas Garnetus in martyrio pro ſuis inimicis nominatim ſingulis orauit. 250.1.d

Thomas Morus quo animo ſententiam mortis acceperit. 161.1.d conſtantia in carcere & morte ſubeunda. 236.1.e

Thomas Saillius Societat. Ieſv Crucem aculeis aſperam pectori ſuo ſic apprimebat, vt eius figuram carni imprimeret. 294 2.d

Thomas Tiphernas cur voluerit Ieroſolymæ primitias offerre. 598.1 d

B. Thomas Villanouanus ſemper ad crucifixum refugiebat. 314.2.c

Thomæ à Kempis libellus de Imitatione Chriſti, quanto ſit apud omnes loco, quoties impreſſus, in varias linguas tranſlatus, & à S. Ignatio ſummè cōmendatus. 404.2.d & ſeqq.

Thomæi ſunt gens in Malabar, & deſcendunt à S. Thoma, & in hebdomadâ ſanctâ conſueuerunt menſam auſpicari ab amaro ferculo. 188. 1.d

Tiberius Imperat. legem tulerat, ne reus afficeretur ſupplicio ante decimam diem à latâ ſententiâ. 164.1.c ſudario Veronicæ ſanatus, diuinos honores Chriſto decreuit. 179 1 c ad S. crucem confugit. 429 1.c in Senatu glorîatus eſt, quod gemina ſibi proles maſcula eodem partu nata eſſet. 419.2.d ad necem quæſitus conuolat ad crucem via zylum. 558 1.d

Tigranes vxorem habuit ſui obſeruantiſſimam, & quantum & cor ab illâ ſic amaretur. 312 1.b

Tympana pulſari ſolita, quando damnati ducebantur ad ſupplicium. 164.2 d

Tyrij regnum addixerunt ei, qui primus ſolem Orientem conſpexiſſet. 39.2.d

Titulus continens cauſam mortis ſolebat damnatis præferri & apponi ad ſupplicium. 256. 2.2

Titulus Chriſto crucifixo ſuperpoſitus declaratur & explicatur. 226.2.2.b.c & ſeqq. fuit ſcriptus tribus linguis, inter quas ſuprema fuit hæbraica, media græca, & infima latina. ibidem b. quid mouerit Pilatum ad latinam ponendam infimo loco. 226.2.e quid mouerit Pilatum ad ſcribendum titulum tribus his linguis. 256.2.d

Titulus fueritne ſcriptus calamo aut penicillo in chartâ, an ſtylo ferreo in tabulâ ſcriptus. 228.1.b ſcriptum fuiſſe in chartâ putauit lyranus, ſed refutatur. ibid.

Titulus tam honorificus cur à Pilato fuerit ſcriptus. 259.1.d

Titulus quo loco ſepultus, vbi inuentus, & quò exinde delatus. 229.1.a.b.c

Titulus cur ad caput Chriſti, & non ad pedes fuerit conſtitutus. 230.1.a

Titulus crucis apud quos fuerit in ſummo cultu. 231. 2.c.d

Titulus Chriſti quemdam ſui cultorem liberauit à ſententiâ æternæ damnationis. 233.2.a

Tituli litteræ, I. N. R. I. quid deſignent. 230. 1.d

Tituli mutationem cur Iudæi à Pilato petierunt, & ipſe mutare recuſarit. 228.1 d & ſeqq.

Tituli vnus, an plures fuerint ſcriptores, & qui illi. 227.2.b.c

Titulum regis cur Chriſtus in cruce admiſerit, cum tamen regnum recuſaſſet, vbi populus volebat eum in regem eligere. 229.2.0

Titulum tribus iſtis linguis, Hæbraicâ, Græcâ & latinâ fuiſſe ſcriptum, quid ſignificet. 227.2.d

Tobias Typus fuit Chriſti deriſi in cruce. 214. 2 d

Toletanæ Eccleſiæ & Archiepiſcopatus quanta opulentia & dignitas? 544.1.d

Traianus geſta principum in libris hiſtoricis deſcribi iuſſit,

hi iuſſit. 414.1.b
In Tranſitu Chriſti quis terminus à quo, & quis ad quem. 54.1.d
Tranſitus ad nouitatem vitæ ſit ſine reditu. 55.2.c.d
Tribulationes debent eſſe, & ſunt nouo homini cauſa gaudij. 381.a.d & ſeqq. quomodo tribulationes ſint cauſa gaudij & quare? 382.1.a & ſeqq.
SS. Trinitas ſummè intendit ſimilitudinem hominis cum Chriſto patiente. 24.1.d
Triphyllus Eremitæ cuiuſdam liber, & quid in eo libro ſignificarint tria folia, quorum primum candidum, ſecundum nigrum, & tertium rubicundum. 406.1.d
Tripolium herba, cuius flos ter in die colorem mutat. 35.2.a
Tritici ſemen docet & ſymbolizat reſurrectionem. 559.2.a
Turcæ crucem aliquando geſtarunt aduerſus famem. 377.2.c

V.

S. VDalricus ſuper cinere in figuram crucis conſperſus obiit. 533.1.a
S. Venceſlaus à fratre & matre peremptus. 76.2.d
Veneris ſtatua olim erecta in loco, vbi Crux Chriſti latebat defoſſa. 440.1.a templum erat olim Romæ in Agro Seſſoriano, vbi nunc eſt templum S. Crucis. 440.1.b
Verbena ſeu verbenaca eſt planta, quæ columbas recipit & defendit. 378.1.c
Verdiana virgo ſub mortem pſalmos pænitentiales recitare cœpit. 505.1.b
Veritas quantum appetatur ab anima rationali. 574.1.c
Veronica velo Capitis ſui faciem Chriſti ſanguinolentam excepit ad viuum. 12.1.d ſanguinis profluuio à Chriſto ſanata. 178.a b velum Capitis Chriſto crucem baiulanti obtulit pro tergenda facie. ibidem iſtud pium opus non ex ſcriptura, ſed ex traditione habetur. 178 a.d ſacrum ſudarium Romam portauit, & eo Tiberium Imperat. curauit. 179.1.c velum, quo Chriſti facies abſterſa eſt, fueritne lineum, an bombycinum. 178 a.d vnde vulgò dicatur ſudarium. 179.1.a
Veronicæ Sudarium ad Clementem Pontificem deuenit, & poſtea in Baſilica Vaticana expoſitum fuit. 579.1.d à Bonifacio octauo ad Baſilicam Principis Apoſtolorum tranſlatum. 179.2.a à Paulo Quinto in nouam Baſilicam S. Petri tranſlatum 179.a.b alius ſudariis admotum imaginem Chriſti impreſſit. 579.2 c.d
Veronicæ ſudarij proceſſio Romæ inſtituta olim. 179.2.a
Veronicæ ſudario Ioannes VII. Pontifex ſacellum conſtruxit. 179.1.d
Veronicanæ imagines Chriſti an plures, & quot? 179.2.b & ſeqq.
Veronica à Binaſco docetur à D. Virgine noſſe tres litteras, albam, nigram, & rubram, & quid hæ litteræ ſignificent. 412.1.c didicit cæterus ordinem & modum oſculandæ crucis. 533.1.d
Veſpaſianus dicere ſolitus, Imperatorem decere ſtantem mori. 507.1.a
Veſtiri veſte Chriſti quid ſit. 589.2.c
Veſtis, qua Chriſtus ab Herode fuit indutus, fueritne alba an coccinea. 119.a.b c. ſeruatur illa Romæ. ibidem.
Veſtis Chriſti interula ſeu ſubucula fuit linea, & Romæ ſub Nicolao IV. appenſa in baſilica Lateranenſi. 192.2.a
Veſtis Chriſti inconſutilis fuit lanea & cum Chriſto creuit. 192.a.b
Veſtes Chriſti coloris violacei fuiſſe, eſt probabilius. 192.2.d
Veſtitus hominis interioris quis ſit & quotuplex. 354.1.d. 355.1.a & ſeqq.
Veſtes cenatoriæ olim peculiariter deſtinabantur ad conuiuia. 355.2.b
Veſtes Epiſcoporum erant olim crucibus inſignitæ & plenæ. 357.1.a,b
Veſtes ſacerdotales in miſſa, quibus Chriſti paſſio repræſentatur, ſunt ſex, & quid vnaquæque earum repræſentet. 357.1.d & ſeqq cur repræſentent Chriſtum patientem? 357.1.c
Veſtes veterum monachorum cruce ſignari ſolitæ. 359.2.d
Veſtis fratrum minorum quid ſignificent. 360.1.b
Veſtes annuntiatarum & Birgittinarum declarantur, & earum ſignificatio. 360.1.c
Veſtium & Chriſti patientis præclara analogia. 359.2.d & ſeqq.
Veſtium, quibus corpus tegatur, neceſſitas ex tribus cauſis, & quæ illæ? 354.2.d
Veſtium luxus nouo homini vitandus. 139.1.b.c
Veſtem Alexandri quidam induebat, vt ipſi in conuiuio placeret. 355.2.b
B. Vgolinus de Mantoua in dextro latere vulnus apertum habuit, ex quo poſt 70. annos à morte fluxit recens ſanguis. 281.2.b
Viaticum Vide Euchariſtia.
Via è domo Pilati ad montem Caluariæ longitudo. 165.2.a.b
Vincentius Caraffa ſolitus dicere non tantum Chriſtum, ſed & paſſionem eius amandam. 23.1.b
Idem ſolebat alios hortari exemplo Chriſti. ibidem c. continuò inclamabat, *Amare & pati.* 25.1.d ſummus cultor ſacrorum vulnerum. 292.2.b vulnerum religionem ſcriptis propagauit. 294.1.c tradidit auream methodum habitandi vulnera Chriſti, & quæ iſta methodus? 378.1.a & ſeqq. litteras ſuas cruce potius quam proprio nomine conſignabat. 392.1.a
B. Vincentius Ferrerius corpus ſuum ab adoleſcentia flagellis domuit. 135.1.d de nulla re magis quam de morte loquebatur. 452.2.d ſumpto viatico ſe ſolitudini & contemplationi dedit. 102.2.b
Vincentius à Flauiano crucem in humerum aſſumens & altera manu ſe flagellans plura oppida peragrabat & pænitentiam prædicabat. 171.2.d
S. Vincentij Martyris patientia & conſtantia in cruciatibus. 483.2.d
Vincula propter Chriſtum ferre eſt Chriſtiano maximè optandum. 79 1.d & ſeq. eſt etiam glorioſum. ib.
Vincula ſunt tria, pedum, colli, & manuum, & quid ſignificent. 80.1.b
Vinum myrrhatum olim damnatis propinabatur in locum ſupplicij. 186.2.c
Vini & lactis affinitas in anteloquio.
Virga & baculus Mariam & Crucem denotant, in anteloquio.
Virga Mineruæ Vlyſſem in elegantem iuuenem mutauit.

Digitized by Google

mutauit. 515.1.b
Virgo quædam Capillos, quibus iuueni placebat, ſibi ad cutem vſque abradi iuſſit. 110.1.d
Virgo ſignum Zodiaci applicatur Chriſto, vtpotè Soli iuſtitiæ. 442.2.d
Virgularum quarundam mira potentia, & ſimilitudo cum virtute obedientiæ. 513.1.a.b
Virtutes Cardinales ſeruiunt ad mortificationẽ appetituum & potentiarum animæ. 562.2.c.d
Virtutum & clauorum analogia. 220.1.a
Vita Chriſti per annos, dies, horas, minuta quot ſupplicijs obnoxia. 45.1.d
Vita noſtra quomodo munita Apoſtoli reddatur abſcondita cum Chriſto in Deo. 556.1.c & ſeqq.
Vita noſtra mortalis ſimilis Olæ Heliſæi. 381.2.d & ſeqq.
Vita & mors ſunt à Deo vt à cauſâ particulari. 474.c.d
Vita bona optanda eſt, & à Deo petenda, non tamen longa, & quare non longa? 475.2.d & ſeqq.
Vita eſt magis formidanda quam mors, & quare? 476.2.b.c
Vitus Hirminienſis à ſocio conculcari petijt. 208.c.d
Vitus Hyronenſis Cappuccinus quam ſeuerè flagellarit ſeipſũ, & a familiari ſocio flagellari voluerit. 153.1.d in cubiculo ſpineam coronam ſeruare & ſæpe in ſecreto ſibi imponere ſolitus. 149.1.a
S. Vldaricus milites ante pugnam Viatico muniri voluit. 462.2.a
Vlyſſes cum ſociis Polyphemi manus euaſit inter oues indutus vellere ouino. 51.2.d attactu virgæ Mineruæ mutatur in elegantem iuuenem. 515.1.b
Vmbra ſitne priuatio luminis? 422.2.b
Vmbra brachij Chriſti in cruce bonum latronem conuertit. 423.2.a
Vmbra Crucifixi vtiliſſima & expetenda eſt nouo homini. 421.2.d & ſeqq. eadem comparatur columnæ nubis Iſraelem ducenti. 422.1.a eadem non obſcura eſt, ſed pellucida & rubra ac ſimilis vmbræ rubri vaſis vitrei. 422.2.a,b primò obumbrauit Mariam, eamque Ioannis Euangeliſtæ & aliorum plurium matrem fecit. 422.a.d & ſeqq. ſignificat protectionem, & ſub eâ ſedere, eſt velle protegi contra vitia. 427.1.d
Vmbrâ crucifixi deſignatur obedientia, & quomodo. 428.1.b
Vmbram Crucifixi Origines intelligit imitationem Chriſti patientis, & ita in vmbra Crucifixi ſedere eſt imitari. 428.1.d
Vmbram Crucifixi plures interpretantur gratiam. 428.1.b
Vmbram crucifixus facit in loco pacis & quietis. 428.1.a
per Vmbram crucifixi & ſeſſionem ſub eâ quid intelligatur. 427.1.c & ſeqq.
Vmbrâ crucifixi ſignificatur fiducia, & ſub eâ ſedere eſt fiduciam in crucifixo habere. 427.2.c
Vmbram Chriſti frequentantium tres gradus aſſignantur. 428.1.c
Vmbra Crucis fiduciam parit. 430.2.c obedientiam fouet. 431.1.c animam Deo deſponſat. 431.a.b
Vmbram crucis pacem conciliare, oſtenditur. 430.1.d
Vmbra ligni cuiuſdam, quod Taaus dicitur, occidit ſub eâ quieſcentem. 422.2.c
Vmbra S. Petri ſanabat ægros. 423.2.b & qualiter? 427.1.b
Vmbræ crucis natura & proprietas. 426.2.a,b
Vmbra Fraxini ſalubris, & ſub eâ dormiens eſt ſecurus à ſerpente. 422.2.c
Vmbræ arborum alias arbores reddit fœcundas. 423.1.c.d
Vmbrarum variarum varia qualitas & varia poteſtas. 426.1.d
Voluandus Ord. Prædicatorum ſolitus ſemper & vbique pollice crucem in pectore formare, vnde & poſt mortem in oſſe eius pectorali apparuit crux, & qualis illa crux? 590.2.c,d
Votum facit opus eſſe perfectius, quam eſſet, ſi liberè & ſine voto fieret. 450.1.c
Vota ſunt claui, quibus Chriſto configimur Cruci. 225.2.d & ſeqq.
Vox populi quando & in quibus dicenda ſit vox Dei. 257.1.d
Vrſula Aquirſa Chriſti pœnas in manibus ac pedibus ſenſit. 225.2.c ſacra vulnera ſenſit non ſine maximâ pœnâ, quamuis ſine ſtigmatibus. 300.2.d
Vrſula Benincaſa calculi dolores ſine quærimonia & gemitu ſuſtinuit. 483.1.d
Vulnus lateris Chriſti, fueritne in ſiniſtro an in dextro latere. 277.1.c.d eius quantitas. 277.2.d atrocitas. 278.1.a vulneris locus & ſitus. 278.1.d cur Chriſtus à morte voluerit ſibi infligi? 558.2.b,c & ex hoc vulnere Eccleſia eſt formata & ex eo fluxerunt Eccleſiæ Sacramenta. ibid.d fueritne neceſſarium, & ad quid vtile. 559.1.c
de Vulnere lateris Chriſti quomodo dicantur potiùs Sacramenta Eccleſiæ manaſſe quam ex alijs vulneribus. 276.2.a
Vulnera Chriſti ſunt locus quietis, certiſſimum præſidium & tutiſſimum receptaculum. 288.1.d & ſeqq. maiora Chriſti cur fuerint quinque. 289.1.c primi poſt D. Virginem venerari ſunt S. Ioannes, Ioſeph Arimathæus, Nicodemus, Magdalena, Maria Iacobi, & deinde Apoſtoli. 290.2.a & ſeqq. ſunt cauſa meritoria noſtræ prædeſtinationis in ordine intentionis & executionis. 291.2.b,c Phyſicè cauſant lumen gloriæ in beatis. 291.2.d pluribus & diuerſis modis culta ſunt & in veneratione eſſe poſſunt, ac quibus. 292.1.c & ſeqq. ſunt fontes Saluatoris bonitatis, largitatis, miſericordiæ, pietatis & potentiæ. 293.1.c refugia in tentatione. 321.2.c ſunt optima, ſalubeɼrima & tutiſſima habitatio hominis interioris & noui. 374.2.a & ſeqq. quomodo habitanda ſint, præclarè inſtituit Vincentius Caraffa. 578.2.a & ſeqq. in manibus, pedibus & latere cur maneant in glorioſo corpore Chriſti reſurgentis? 553.a.c & ſeqq.
Vulnera ſeu ſtigmata S. Franciſco quomodo impreſſa, qualia & quam prodigioſa ſint. 296.1.d & ſeqq.
Vulneratum Chriſtum multi imitati ſunt & in ſe expreſſerunt. 291.2.c & ſeqq.
Vulnerum in manibus, pedibus & latere Chriſti breuia & varia encomia ac proprietates. 286.1.d & ſeqq.
5. Vulnerum Chriſti variæ figuræ recenſentur. 288.2.d & ſeqq.
Vulnerum Chriſti remedium & balſamum ſpernentes quidam pereunt malâ & infelici morte. 289.1.c.d
Vulnerum quinque ſtigmata in Teſſerã noui hominis conſtituenda. 369.2.c & ſeq.

W.

VVAzo Epiſc. Leodienſis iniungendos corpus ſuum lauit ob reuerentiam Extremæ vnctionis. 498.2.c
Wenceſlaus Cobergei delineauit Romæ S. Sudarij ſeu veli Iconiſmum. 180.2.a
Werneri pueri cadauer lumine detegitur. 578.2.a
Weſtphala mulier crucifixo ad ſpeculum appenſo & viſo

viſo coooertitur. 312.1.a.
S. Wolphaogus ante mortem omnia ſua paoperibus diſtribuit. 497.1.b

X.

XAuerios. vide Franciſcus.
Xerxes Platano quam gratiam retulerit pro eo, qood ſub eius vmbrâ ſediſſet. 426.2.c

Z.

ZAcharias Epiſc. Seooneoſis fundauit Monaſteriũ virginum ſub clientelâ S. Ioannis Euang. & ex quo motiuo? 255.2.a
S. Zachariæ prophetæ corpus quaodo inueotum fuerit incorruptum. 572.1.c
Zachæus qoam agilis io deſcendeodo, & io excipieodo Christo? 581.1.b
Zizka Tyraooos in Bohemiâ iubet Carthuſianos ſpiois coronari. 149.2.b
Zodiacos ſous tribuitur Chriſto rvporé Soli ioſtitiæ. 442.2.b & ſeqq.
Zodiacus eſt circulus Solis, & vnde ſic dicatur & qoæ eius ſigna. 442.1.c & ſeqq.

Digitized by Google

INDEX

CONTINENS CONCEPTVS

ET MATERIAS CONCIONATORIAS.

I*Oan.* 3.*v*.7. Non mireris, quia dixi tibi, oportet Vos naſci denuo.

De renouatione mentis per mortem Veteris hominis cum actibus ſuis, & renaſcentiam noui hominis. fol.1.& ſeqq. *Vide in Indice rerum verb.* Renouatio.

1.*Petri* 2.*v*.21. Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

De Imitatione Chriſti Patientis, per quam fit præcipuè renouatio ſeu regeneratio noui hominis. fol.9.& ſeqq. *Vide in Indice rerum verb.* Imitatio. Item, Chriſtus.

Lucæ 5.*v*.5. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

De noſtrâ cooperatione, quâ Deo cooperari debemus & cum Chriſto mouere manum vt bene eum imitemur & aliquid à Deo impetremus. fol.27.& ſeqq.

Gen.29.*v*.20. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

Per amorem omnia difficilia & ardua in viâ virtutis vincuntur. fol.31.& ſeqq. *Vide Ind. rerum verb.* Amor.

Matth. 5. *v*.39. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

De Alapâ Chriſti, & de varijs ſanctis, qui alapis cæſi Chriſtum ſunt imitati. fol.38.& ſeqq. *Vide Ind. rerum verb.* Alapa.

*Pſal.*87.*v*.16. Pauper ego ſum, & in laboribus à iuuentute meâ.

De Paſſione Chriſti ab Inſtanti conceptionis vſque in horam mortis. fol.45. *Vide in Indice rerum,* Chriſtus Patiens.

*Ioan.*13.*v*.14. Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius pedes lauare.

De lotione pedum, in quâ Chriſti exemplum ſecuti fuerunt multi & magni ſancti ac nobiles vtriuſque ſexus. fol.55.& ſeqq.

*Matth.*6.*v*.6. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.

De oratione in ſeceſſu faciendâ exemplo Chriſti euntis in hortum & ſeorſim ad orandum. fol.65.& ſeqq. *Vide Indic. rerum verb.* Orare, Oratio.

Ioannis 6.*v*.38. Deſcendi de Cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me.

*De Reſignatione propriæ voluntatis in voluntatem diuinam exemplo Chriſti in horto Orantis & ſanctorum.*67.& ſeqq *Vide Ind. verb.* Reſignatio.

*Matth.*10.*v*.37. Inimici hominis domeſtici eius.

De perſecutionibus, quas in bona vita & in ſancta vocatione quis patitur à parentibus & amicis ad exemplum Chriſti traditi à diſcipulo ſuo Iudâ. fol.72 & ſeqq.

Epheſ 3.*v*.1. Ego Paulus vinctus Chriſti IESV.

De vinculis & ligationibus Chriſti Domini, & variis ſanctis Chriſtum ſequentibus ferendo vincula & funes. fol.77.& ſeqq. *Vide Ind. verb.* Vincula.

*Matth.*5.*v*.11. Beati eſtis, cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me.

De falſis accuſationibus & calumniis Chriſti in paſſione, & variorum ſanctorum & ſanctarum. fol.89. & ſeqq.

Pſal. 76.*v*.7. Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.

De

De nocte dyria Chriſti in domo Cayphæ, de variis ſanctis vtriuſque ſexus, qui noctes inſomnes duxerunt in meditationibus. 104. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Meditatio, Paſſio.

1. Corinth. 3. *v.* 18. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.

De deriſione & alba veſte Chriſti Domini, & de iis, qui exemplo Chriſti deriſi & ſtulti habiti ſunt. fol. 119. & ſeqq.

1. Corinth 9. *v.* 27. Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo.

De iis & variis, qui exemplo & amore Chriſti Domini ſeſe flagellarunt. fol. 130. 1. d. & ſeqq. *Vide verb.* Flagellatio, Flagellum.

Cant. 2 *v.* 2. Sicut lilium inter ſpinas.

De multis & variis vtriuſque ſexus, qui amore Chriſti ſpinis coronati, voluerunt quoque ſpinis coronari & ſpinarum dolores ſentire. 148. & ſeqq. *Vide Ind. verbo* Spinea corona.

Marci 13. *v.* 9. Et in ſynagogis vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis propter me.

De quibuſdam per iniuſtam ſententiam condemnatis. 161. 1. d. & ſeqq.

Matth. 16. *v.* 24 Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

De cruce poſt Chriſtum ferendâ, & de modis ferendi, & de iis, qui tulerunt. fol. 163. & ſeqq. *Vide in indice rerum verb.* Crux.

Matth. 16. *v.* 24. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.

De modis crucem ferendi, & de iis, qui crucem amarunt & tulerunt cum Chriſto & Simone Cyreneo. fol. 165. 1. d. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Crux, Crucigeri.

Matth. 20. *v.* 22. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?

De potu ſelleo Chriſti & de amatoribus fellei calicis à Chriſto Domino præbibiti. 186. 2. a. & ſeqq. *Vide in Indice rerum verb.* Fel.

Ioan. 20. *v.* 27. Infer digitum tuum huc, Thoma, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. *Gal.* 6. *v.* 17. ego enim ſtigmata Domini IESV in corpore meo porto.

De quinque vulneribus Chriſti Domini, & de iis, quæ illa habuerunt in ſummâ veneratione, & de multis, qui eadem in ſuo corpore circumtulerunt. fol. 189. & pluribus ſeqq. *Vide Ind. rerum, verbo,* Latus.

Iob. 1. *v.* 21. Nudus egreſſus ſum de vtero, & nudus reuertar illuc.

De nuditate Chriſti in cruce, & de ſectatoribus nudi Chriſti. 189. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Chriſtus in Cruce.

Galat. 2. *v.* 19. Chriſto confixus ſum cruci.

Varij modi crucifixionis, quibus plures & varij Chriſto confixi fuerunt cruci. 207. & ſeqq. *Item quibus clauis homo Chriſto configatur cruci.* 219. 1. c. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Clauus, Crucifixio.

Iacobi 1. *v.* 2. Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, ſcientes &c.

Chriſto confixis cruci & tribulatis multæ tentationes ſunt ſuperandæ, & vnde hæ ſunt? & à quibus aliquando ſuperatæ. 233. & ſeqq.

Matth. 10. *v.* 22. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem; hic ſaluus erit.

De perſeuerantiâ vſque in finem in aduerſis & tribulationibus ad exemplum Chriſti nolentis deſcendere de cruce, & ad imitationem plurium ſanctorum. fol. 35. fol. 237. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Perſeuerantia.

Matth. 5. *v.* 44. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.

De oratione fundendâ pro perſequentibus & calumniantibus exemplo Chriſti in cruce orantis pro crucifigentibus. fol. 245. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Oratio Chriſti.

Matth. 6. *v.* 15. Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra.

De dimittendis iniuriis & malis à proximo illatis, & quæ ſit merces dimittentium. fol. 251. & ſeqq.

Matth. 27. *v.* 46. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.

De derelictione Chriſti in Cruce, & quomodo etiam ſancti ſubinde à Deo derelicti ſint & relinquantur ſine conſolatione, & quibus de cauſis. fol. 255. & ſeqq. *Vide Ind. verb.* Derelictio.

Ieremi.

Ierem.48.*v*.18. Deſcende de gloriâ & ſede in ſiti.

De ſiti Chriſti in Cruce ; & variorum, qui imitatione Chriſti ſitim tolerarunt. fol.258. & ſeqq. *Vide Ind.verb.*Sitis.

Galat.3.*v*.1. Ante oculos veſtros Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus.

De habendâ perpeti memoriâ crucifixi; & de veneratione eiuſdem, & quinam in his excelluerint. fol. 306. pluribus ſeqq. *vſque ad* lib.6.& à libr.6. *vſque ad* fol 354. *Vide Ind.verb.*Crucifixus.

Ioan.6.*v*.50. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.

De Venerabili Euchariſtia, quæ eſt medicina animæ, & ſæpe etiam corporis, & de methodo eam piè ſumendi, vt proſit. fol.393.2.d.& ſeqq. *Vide in Indice rerum verb.* Euchariſtia.

Ezech.2.*v*.9. Ecce manus miſſa ad me, in quâ erat inuolutus liber, & expandit illum coram me; qui erat ſcriptus intus & foris.

De Bibliothecis & libris variis, ſed Chriſtiani hominis vnus ſit liber, & hic crucifixus, de cuius ſcriptione & lectione dicuntur præclara. à fol.403. *vſque ad* fol.418. *Vide in indice rerum verb.* Bibliotheca, Crucifixus.

Apoch.21.*v*.13. Lucerna eius eſt agnus.

*De variis lucernis admirandis, ſed lucerna animæ Chriſtianæ eſt Chriſtus crucifixus.*418.2.a.& ſeq. *Vide Ind.verb.*Lucerna.

Marci 4.*v*.32. Cum ſeminatum fuerit aſcendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbrâ eius aues Cæli habitare.

De patibuli crucis & crucifixi vmbrâ vtiliſſimâ, ſaluberrimâ, medicabili, præclari conceptus & exempla adferuntur à fol.421. *vſque ad* fol.434. *Vide in rerum Indice verb.*Vmbra, Crucifixus, Crux.

Rom.13.*v*.14. Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.

De Veſtitu & veſtibus animæ, & præclara analogia Chriſti patientis & veſtis. fol,354. & ſeqq. *Vide verb.*Chriſtus, Veſtis.

Galat.6.*v*.14. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Iesv Chriſti.

Gloria, quæ aliis eſt in inſignibus gentilitiis, debet nouo homini eſſe in cruce, quæ in multarum familiarum inſignibus reperitur. 361. & ſeqq. *Vide verb.* Crux.

Ierem.48.*v*.28. Habitate in petrâ, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.

De ſecurâ habitatione in laterali vulnere Chriſti Domini, & de iis qui in eo tutò habitarunt. 373.& ſeqq. *Vide in rerum indice verb.*Habitatio.

1.*Petri* 4.*v*.13. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.

Gaudendum eſt in cruce, in tribulatione, in paſſione, & in hiſce quinam ſancti gauiſi fuerint. fol.380. & ſeqq. *Vide in rerum Indice verb.*Gaudium.

Cant.8.*v*.6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.

*De annulo ſignatorio, quod ſigillum eligendum ſit homini Chriſtiano.*388. & ſeqq. *Vide in rerum Indice verb.*Annulus.

Epheſ.1.*v*. 13. Prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.

Prædeſtinati hominis & prædeſtinationis nota eſt crux, & ſignum eſt grata memoria crucifixi, vti eius obliuio ſignum eſt reprobati & reprobationis. fol.434. & ſeqq. *Vide in rerum Indice verb.* Prædeſtinatio.

Ioan.8.*v*.12. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.

Chriſtus Sol eſt, & eius ac Solis præclara analogia, & eiuſdem ſpiritualis motus per Zodiacum. fol.440. & ſeqq. *Vide in rerum Indice verb.* Sol, Chriſtus.

1. *Corinth*. 13.*v*. 55. Vbi abſorpta eſt mors victoria tua, vbi eſt mors victoria tua.

De morte noui hominis, quomodo ſit ipſi obeunda animo tranquillo, læto, reſignato in diuinum beneplacitum, præuiis iuſto & pio teſtamento, ſumptione viatici, extremâ vnctione, commendatione ſpiritus in manus Dei &c. vide viginti ſeptem præclara documenta in libro ſeptimo, Item vide Indicem rerum & verborũ in verbis, Mori, Moribundi, Morituri, Mors, Teſtamẽtum, Euchariſtia, Extrema vnctio.

Iſaiæ 11.*v*.10. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.

*De ſepulchro Chriſti materiali,& de ſepulchro ſpirituali præparando in corde noſtro.*545.& ſeqq.*Vide in Indice rerum verb.*Sepulchrum.

*Rom.6.v.*4. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.

De modo, quo nouus homo Chriſto eſt conſepeliendus. 549.2.d. & ſeqq. *Vide Indicē verb.* Sepulchrum.

*Rom.6.v.*4. Quomodo Chtiſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

De Reſurrectione Chriſti corporali, & de reſurrectione ſpirituali noui hominis,quæ debet eſſe conformis reſurrectioni Chriſti. fol.554 & ſeqq. *Vide in indice rerum verb.*Reſurgens,Reſurrectio.

*Rom.6.v.*9.Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur,mors illi vltrà non dominabitur.

De immortalitate & impaſſibilitate ſpirituali noui hominis poſt reſurrectionem ad imitationem Chriſti poſt corporalem reſurrectionem non iterum morientis. 561.& ſeqq. *Vide in Indice rerum verbum,*Impaſſibilitas,Reſurrectio,Reciduæ.

*Epheſ.*5.*v.*14.Surge,qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

De dono corporis glorioſi,quod eſt claritas, & hæc alia corporalis, alia ſpiritualis oſtenditur: fol.573. & ſeqq. *Vide in Indice rerum verbum* Charitas.

*Matth.*24.*v.*27. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vſque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis.

De agilitate ſeu velocitate ſpirituali quæ eſt per virtutem obedientiæ. fol.579. & ſeqq. *Vide in Indice rerum verb.*Agilitas,Obedientia,Velocitas.

1.*Cor.*15.*v.*44.Seminatur corpus animale,ſurget autem ſpirituale.

De dono ſubtilitatis,quod conuenit corpori glorioſo: & quidem ſubtilitas alia corporalis, alia ſpiritualis. fol.584.& ſeqq.*Vide in Indice rerum verb.*Subtilitas.

FINIS.

Digitized by Google

S-1

Digitized by Google